37
16 D
15

F
4
21

Digitized by Google

OCTAVVS TOMVS

OPERVM VENERABIlis Bedæ presbyteri Angloſaxonis, quæſtiones aliquot elegantiſsimas ueteris Teſtamenti complectens, unà cum doctiſsimo in Pſalmos Dauidicos Commentario recens inuento: quorum omnium catalogum uerſa pagella demonſtrat.

[redacted]

BASILEAE, M. D. LXIII.

Digitized by Google

OCTAVI TOMI
ELENCHVS.

De templo Salomonis, liber. Pagina 1
De ſex dierum creatione, liber. 73
Quæſtiones ſuper Geneſim. 109
Quæſtiones ſuper Exodum. 271
Quæſtiones ſuper Leuiticum. 300
Quæſtiones ſuper librum Numeri. 312
Quæſtiones ſuper Deuteronomium. 329
Quæſtiones ſuper librum Ieſu Naue. 339
Quæſtiones ſuper librum Iudicum. 347
Quæſtiones ſuper librum Ruth. 355
Quæſtiones ſuper quatuor libros Regũ. 357
Quæſtionum uariarum, liber. 389
In Pſalmorum librum commentaria. 419
Vocabulorũ Pſalterij expoſitio, item de diapſalmate collectio. 1057
Sermo de eo quod in pſalmis legitur: Dominus de cœlo proſpexit, &c. 1063
In Boethij librum de Trinitate, commentarius. 1088
De ſeptem uerbis Chriſti, oratio. 1120
Meditationes paſsionis Chriſti per ſeptem diei horas. 1122
De remedijs peccatorum. 1127
Vita Venerabilis Bedæ. 1135
Obitus eiuſdem. 1135

Digitized by Google

Venerabilis Bedæ preſbyteri, de templo Salomonis, liber.

PROLOGVS.

Rom. 15. HORTATVR nos uas electionis, & magiſter gentium, ad lectionẽ diuinorum eloquiorũ, ueridica uoce conteſtans, quia quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, ut per patientiã & cõſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Vbi optime ad obtinendam ſpem cœleſtium bonorũ, patientiã nobis habendam, & conſolationem ſcripturarum inſpiciendam eſſe declarat. Patientiam uidelicet, ut ea quæ occurrerint aduerſa, mente humili ac ſubmiſſa, quaſi à iuſto iudice, & pio patre irrogata flagella toleremus: ſiue ad uirtutum gloriam, augmentumq́; meritorum, ſi iuſti & innocentes ferimur: ſeu ad correctionem morũ, ſi uitijs implicamur. Conſolationem uerò ſcripturarũ, ut harum crebra meditatione ad memoriam reuocemus, quantum illi ſummi patres, & præclara eccleſiæ lumina tenebroſæ afflictionis ſæpe in uita præſenti pertulerint, quantum in ſutura uita gloriæ cum diuino merito pietatis & patientiæ perceperint, quantum etiam in hac uita apud fideles omnes indefectiuæ laudis & claritatis reliquerint, dicẽte ſcriptura: *Prouer. 10.* Memoria iuſti cũ laudibus. Et iterum: *Eccl. 44.* Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt: & nomina eorũ uiuent in generationes & generatiões. Et apoſtolus Iacobus: *Iacob. 5.* Ecce beatificamus, inquit, eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini uidiſtis. Non autem fruſtra commemoratis iuſtorum preſſuris addidit, Et finẽ Domini uidiſtis: quia neq; ille hinc ſine flagello exijt, qui hic ſine uitio uixit. quiq́; ad ſanandos infirmos, mortuos q́; ſuſcitandos apparuit in mundo, ipſe ad præmonſtrandum nobis exemplum patientiæ, per infirmitatem mortis uoluit redire de mundo. Vnde Pſalmiſta cum dixiſſet, *Pſal. 67.* Deus noſter Deus ſaluos faciendi: mox admirando uel potius obſtupeſcendo ſubiunxit, Et Domini Domini exitus mortis. Itaq; per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, etiam nos conſolandi poſt noſtrarũ afflictiones preſſurarum, cum & ipſi in tribulatione patientes extiterimus, & eorum actus ad mentem reduxerimus, qui nos & merito iuſtitiæ longè præceſſerunt, & longè maiora nobis aduerſitatum certamina tolerarunt. Illi etenim propter iuſtitiam qua excellenter eminebant, perſecutiones ſæpe patiebantur iniuſtorum, quatenus cũ operatione iuſtitiæ coronam inſuperabilis patientiæ perciperent, & inſuper cunctis ſe ſequẽtibus, glorioſa perſeuerantia ſua ueſtigia præfixa relinquerent. Nos autem ſæpius miſericordia & prouiſione conditoris noſtri pro noſtris caſtigamur erratibus, ut ſalubri cõpunctione ad conſcientiam noſtram redeũtes, puniamus ſolicitè lachrymis diluentibus, quod illecebris fallentibus ac negligentijs admiſimus: ſicq; iuuante Domino correcti ad ſpem uitæ, ad illorũ qui innocentes afflicti ſunt, mereamur pertinere conſortium. Nam & hic in cõſolatione ſcripturarũ inuenimus, quia benedixit Dominus omnes timentes ſe, puſillos cũ maioribus, *Pſal. 113.* *Ioan. 14.* multasq; nobis in domo patris ſui mãſiones eſſe declarauit. Quarum nunc conſolatione & te dilectiſſime antiſtitum, præſentes rerum temporalium angores quotidie alleuiare, atq; ad uidenda bona Domini in terra uiuentium, ſublimiter animari non ambigo, utpote abundantem non tantùm diuinarum paginis literarũ, ſed & pijs earum expoſitionibus, quas ueneranda Patrũ nobis ſcriptura reliquit. Verũ quia noua quæq; nõnunquam amplius delectant, uiſum mihi eſt, opuſculum quod de factura templi Dei ſequẽs magnorum ueſtigia tractatorum nuper allegorice condideram, tuæ ſanctitati percurrendum mittere. Cuius lectioni intentus, quanto plura Chriſti & eccleſiæ ſacramenta antiquis indita paginis inueneris, quanto ampliora ibi Dei dona, ſiue in præſenti nobis data, ſeu in futuro promiſſa perſpexeris, tãto leuiora credo, & minus curanda omnium labentium rerum, & aduerſa iudicabis & proſpera: iuxta exemplũ beati Ioannis, qui ab Imperatore neſando intra anguſtias unius paruiſſimæ relegatus inſulæ, confeſtim à pio conditore, per ſpiritum eſt, ad contẽplanda infinita illa cœleſtium manſionum arcana, introductus: & ubi putatus eſt à deceptis hoſtibus amicorum hominum auxilio ac ſocietate deſtitui, ibi amicorum angelorum meruit aſpectu atque colloquio perfrui. A quibus edoctus, eo magis magisq; illecebras ſeculi & amaritudines didicit eſſe ſpernendas, quo ſublimius illa ſpeculabatur, quæ pro magnitudine atq; æternitate ſui longè amplius uel metuenda cõſtat eſſe, uel amanda. Bene ualens ſemper dilectiſſime, pro nobis intercede.

Quòd ædificatio tabernaculi & templi, unam eandemq́; Chriſti Eccleſiam deſignet. Caput I.

DOMVS Dei quam ædificat rex Salomon in Hieruſalem, in figurã facta eſt ſanctæ uniuerſalis Eccleſiæ, quæ à primo electo, uſq; ad ultimum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quotidie per gratiã regis pacifici, ſui uidelicet redẽptoris, ædificatur. Quæ partim peregrinatur adhuc ab illo in terris, partim euaſis peregrinandi ærumnis cum illo iam regnat in cœlis, ubi peracto ultimo iudicio, tota eſt regnatura cum ipſo. Ad hanc domũ pertinent electi angeli, quorum nobis ſimilitudo in futura uita promit-

Matth. 19. promittitur, dicente Domino: Illi autem qui di-
gni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex
mortuis, neq; nubunt, neq; ducunt uxores: neq;
enim ultrà mori poterunt. Aequales enim an-
gelis ſunt, & filij ſunt Dei, cum ſint filij reſurre-
ctionis. Ad hanc pertinet ipſe mediator Dei &
hominum homo Chriſtus Ieſus, ipſo atteſtante
Ioan. 2. cum ait: Soluite templum hoc, & in tribus die-
bus excitabo illud. Quod exponens Euangeli-
ſta, ſubiunxit: Hoc autẽ dicebat de templo cor-
1. Cor. 6. poris ſui. Dicit autem Apoſtolus de nobis: Ne-
ſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei
habitat in uobis. Si ergo ille templum Dei per
aſſumptam humanitatem factus eſt, & nos tem-
plum Dei per inhabitantem ſpiritũ eius in no-
bis efficimur, conſtat utiq; quia figuram omniũ
noſtrum & ipſius, Domini uidelicet & mem-
brorum eius quæ nos ſumus, templum illud ma-
teriale tenuit. Sed ipſius tanquam lapidis an-
gularis ſingulariter electi, & precioſi in funda-
mento fundati, noſtri autem tanquam lapidum
uiuorum, ſuperædificatorum ſuper fundamen-
Ephes. 2. rum Apoſtolorum & prophetarum, hoc eſt ſu-
per ipſum Dominum. Quod melius ex cõſide-
rato ordine ipſo templi ædificati patebit, ut in
quibuſdam uidelicet figura ad ipſum Dominũ,
in quibuſdã uerò ad omnes electos pertineat:
in quibuſdam intemeratam in cœlis angelorũ
felicitatem, in quibuſdam inuictam in terris ho-
minum patientiam deſcribat, in quibuſdã col-
lata hominibus angelorum auxilia, in quibuſ-
dam remunerata cum angelis hominum certa-
Exod. 25. mina demonſtret. Deſignat eandẽ domum Do-
mini ſpiritualem, etiam tabernaculum quondã
factum in eremo per Moyſen. Verùm quia il-
la domus in itinere, quo ad terram repromiſſio-
nis ueniebatur, hæc autem ædificabatur in ipſa
terra repromiſſionis & in ciuitate Hieruſalem:
illud ut de loco ad locum crebro Leuitarum mi-
niſterio deportatum tandem in terrã promiſſæ
hæreditatis induceretur, hæc ut mox in patria
ipſa & ciuitate regia cõſtructa inuiolabili ſem-
per fundamento conſiſteret, donec inditum ſi-
bi figurarũ cœleſtium munus impleret: poteſt
in illa præſentis eccleſiæ labor & exiliũ, in hac
futura requies & beatitudo figurari. Vel certè
quia à ſolis filijs Iſrael illa, hæc autem à proſely-
tis etiã & gentibus facta eſt: poſſunt in illa prin-
cipaliter patres ueteris Teſtamẽti, & antiquus
ille Dei populus, in hac autem congregata de
gentibus eccleſia figuraliter exprimi. Quanuis
ædificium utriuſq; domus enucleatius ſpiritua-
li ſenſu diſcuſſum, & labores præſentis eccleſiæ
quotidianos, & præmia in futuro perẽnia, gau-
diaq; regni cœleſtis, & electionem primæ de
Iſrael eccleſiæ, & ſalutem omnium gentium in
Chriſto multimodis oſtenditur inſinuare figu-
ris. Tractaturi igitur iuuante Domino de ædi-
ficatione templi, & in ſtructura materiali ſpiri-
tualem Dei manſionem quæſituri, opportunũ
uidetur ut primò de operarijs eius, qui & unde
fuerint, ſimul & de ipſa materia unde factũ eſt,
aliqua dicamus. Nam & hæc ſpiritualibus gra-
uida eſſe ſacramentis teſtatur Apoſtolus qui
ait, Omnia in figura contingebant illis, ſcripta 1. Cor. 10.
ſunt autem propter nos.

Quomodo Hiram rex Salomonem in opere iuuerit. Cap. II.

NArrat regum hiſtoria, quia Salomon ædifi- 3. Reg. 5.
caturus domum Domino, quæſierit auxiliũ
ab Hirã rege Tyri, qui erat amicus Dauid om-
ni tempore, & cum ipſo quoq; Salomone poſt-
quam regno potitus eſt, pacem habere iam cœ-
perat: promptumq; mox ad adiuuandum ſe in
omnibus eius animũ inuenerit, ita ut artifices
illi, & ligna & aurum, prout opus habebat, de-
derit. Cuius beneficij gratia Salomõ ei per an-
nos ſingulos plurimos tritici & olei coros, in
cibum domui eius dabat. Nulli autem dubiũ,
quòd Salomon, qui interpretatur pacificus, &
ipſo nomine, & ſereniſſimo regni ſui ſtatu illũ
ſignificet de quo dicit Eſaias: Multiplicabitur Eſaiæ 9.
eius imperium, & pacis eius non erit finis. Hi-
ram uero, qui Latine dicitur uiuens excelſe, cre-
dentes ex gentibus & uita ſimul cum fide glo-
rioſos figuraliter exprimit. Neq; aliquid prohi-
bet, quin Hiram, quia rex erat, regaliq; potẽtia
Salomonem in ædificio domus Domini iuua-
bat, conuerſos ad fidem ipſos rerum dominos
typice denunciet, quorum ope conſtat eccleſiã
ſæpius adiutã, nobiliter augmentatam, & con-
tra hæreticos, ſchiſmaticos & paganos princi-
palibus erectam eſſe decretis. Petit ergo Salo-
mon in opere templi auxilium ab Hiram, quia
cum ueniẽs in carne Dominus dilectam ſibi do-
mum, uidelicet eccleſiam, ędificare diſponeret,
non de Iudæis tantũmodo, uerũ etiam de gen-
tibus adiutores operis elegit. Nã de utroq; po-
pulo miniſtros ſermonis aſſumpſit. Miſit Hirã
Salomoni præciſa de Libano ligna cedrina &
abiegna, quæ in domum Domini ponerentur,
quia conuerſa gentilitas miſit ad Dominum ui-
ros quondam in ſeculo claros, ſed ſecuri Domi-
nicæ increpationis de monte ſuæ ſuperbiæ iam
deiectos & humiliatos, qui ad normam Euãge-
licæ ueritatis inſtituti, in ædificio eccleſiæ pro
ſuo quiq; merito, uel tempore collocantur. Mi-
ſit quoq; artifices, quia conuerſos ad ueram ſa-
pientiã philoſophos, qui gratia eruditionis po-
pulis, quoq; regendis iure præponerentur, Do-
mino gentilitas obtulit. Qualis ipſis Apoſtolo-
rum temporibus Dionyſius Areopagita, qua-
lis deinceps doctor ſuauis & fortiſſimus mar-
tyr Cyprianus, alijq; quamplurimi. Miſit & au-
rum, quod in eadẽ ſignificatione accipitur, quia
nimirũ uiros ſapientia claros oſtendit. Pro qui-
bus cunctis oblationibus gentilitas à Domino
expectat dona gratiæ cœleſtis, triticum uideli-
cet uerbi Dei, & oleum caritatis atq; unctionis,
& illuminationem ſpiritus ſancti. Conuenit au-
tem aptè rebus eccleſiæ, quod in auxilium ope-
ris ſancti flagitanter ait ad Hirã Salomon: Præ-
cipe igitur ut præcidant mihi cedros de Liba-
no, & ſerui mei ſint cum ſeruis tuis. Serui quip-
pe Hiram, qui præcidebãt Salomoni cedros de
Libano, doctores ſunt electi de gentibus, quo-
rum officium eſt, eos qui in hoc mundo rebus

& gloria lætabantur, à ſuperbię faſtu corrigendo ſternere, atq; ad obſequium ſui redemptoris eorũ uota transferre. Cum quibus uidelicet ſeruis erant, & ſerui Salomonis, ac pariter memorato inſtabant operi: quia primi doctores ex gẽtibus neceſſe habebãt ipſorum Apoſtolorum, qui à Domino didicerant eruditione in uerbo fidei inſtitui, ne ſi abſq; magiſtris docere inciperent, magiſtri exiſterent erroris. Idcirco enim Salomõ ſeruos Hiram cædere ſibi uoluit ligna de Libano, quia doctiores erãt ſeruis ſuis ad cædendum. Et idcirco ſimul ſeruos ſuos adeſſe uoluit, ut oſtenderent cædentibus, cuius menſuræ ligna fieri deberent. Cuius rei figura in prõptu eſt, quia nimirum Apoſtoli certius uerbum Euangelij, quod à Domino audire meruerunt, alijs prædicare nouerunt: ſed gentiles ab errore conuerſi atq; ad ueritatem Euangelij transformati, melius ipſos gentium errores nouerant, & quo certius nouerant, eo artificioſius hos expugnare, atq; euacuare didicerunt. Paulus quidẽ ſacramentum Euangelij, quod per reuelationẽ didicerat, melius nouit, ſed Dionyſius melius refellere poterat falſa Athenarum dogmata, quorũ cum erroribus ſyllogiſmus à puero & argumẽta cuncta nouerat. Cui ſenſui cõuenit aptè qđ ſequitur: Scis enim quod nõ eſt in populo meo uir, qui nouerit cædere ligna ſicut Sidonij. Nõ enim erat in populo Iudæorum, ubi Dominus corporaliter præſens docebat, ullus eorum qui tam doctè noſſet errores refellere gẽtium, quã ipſi conuerſi ad fidẽ gentiles, & ex gẽtibus facti Chriſtiani. Sidonij nanq; & Tyrij, quia gẽtiliũ fuere populi, meritò in figura gẽtiũ accipiũtur.

Quot operarios Salomon in opere templi habuerit. Cap. III.

QVot autem ſeruos Salomon noſter in hoc opus miſerit, in ſequentibus myſtico ſermone deſignatur cum dicitur: Elegit Salomon operarios de omni Iſrael, & erat indictio triginta milium uirorum, miſitq; in Libanum decem milia per menſes ſingulos uiciſsim, ita ut duobus mẽſibus eſſent in domibus ſuis. Vbi primò notandũ, quòd non fruſtra Salomon operarios de omni Iſrael elegit, neq; erat ulla portio populi de qua non digni tantopere uiri aſſumerẽtur: quia nimirum non nunc de una ſtirpe ſacerdotis Aaron eligendi, ſed de omni ſunt eccleſia quęrẽdi, qui ædificare domum Domini uel exẽplo ſuo, uel dicto ſufficiant, & ubicunq; inuenti fuerint, mox in officium doctorũ abſq; ulla perſonarum acceptione promouẽdi. Taleſq; cum ad erudiendos infideles atq; in collegium eccleſiæ uocandos ordinantur, quaſi ad cædendas in Libano templi materias uiri ſtrenui atq; electi nutriuntur. Et quidem numerus triginta miliũ quo ijdem lignorum cęſores cenſebãtur, poteſt ad eorum figuram aptè referri, qui in fide trinitatis ſunt perfecti, quod doctorib. maximè congruit. Verùm quia triginta milia ita erant ordinata, ut dena milia per menſes ſingulos operi ſancto inſtarent, magis denarij numeri ſacramẽtum perpendere debemus. Dena nanq; milia uirorum de Iſrael ad cædẽda ligna in opus Domini mittũtur: quia quicunq; doctores atq; inſipiẽtium eruditores ſunt ordinandi, decẽ præcepta legis per omnia & ipſi obſeruare, & auditorib. ſuis debent obſeruanda monſtrare, & præmia in cœlis futura, quæ denario ſolent figurari, & ipſi ſperare, & auditoribus ſuis ſperãda ſemper debent intimare. Terni autem mẽſes quorum diſtantia ſingulis erat cæſoribus impoſita, perfectionem trium uirtutum Euangeliorũ typicè denunciãt, eleemoſynæ uidelicet, orationis, & ieiunij. Cum enim dixiſſet Dominus in Euangelio, Attendite ne iuſtitiã ueſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: in proſecutione eiuſdem ſentẽtiæ, non aliud quàm eleemoſynæ, orationis, & ieiunij fecit mentionem, quæ non ad hominum oſtentationem, ſed ad ſolam inſpectoris interni gloriam eſſent faciẽda, alioqui à fructu æternitatis uacua manerent. *Matth. 6.* Quibus uerbis apertè docuit, omnes uirtutum fructus his tribus quaſi ramis de una charitatis radice prodeuntibus inſinuari. Per eleemoſynam nanq; comprehẽduntur omnia, quæ ad dilectionem proximi explẽdam beneuolè in fratres operamur. Per orationẽ omnia quibus per internam compunctionẽ noſtro conditori coniungimur. Per ieiunium omnia quibus nos à cõtagione uitiorum, & illecebris ſeculi obſeruamus, ut libera mẽte & corpore caſto, dilectioni ualeamus inhærere ſemper & cõditoris noſtri & proximi. Et iſti ſunt tres menſes operariorũ templi. Nam quia menſis plenitudine dierum lunaris circuli perficitur, per illũ plenitudo uirtutis cuiuſq; ſpiritualis oſtenditur, in qua mens fideliũ à Domino quotidiana illuſtratione, quaſi luna à ſole reſpicitur. Vnus menſis quo ligna ad opus templi cædebantur, eleemoſyna eſt, id eſt, opus miſericordię quo erga ſalutem proximi, ut in unitatem ſanctæ eccleſię bene proficiẽdo perueniant, docẽdo, caſtigando, commoda temporalia impendendo, uitęq; exempla monſtrando laboramus. Duo autem reliqui mẽſes, quibus in domibus ſuis manere ac ſuis neceſſitatibus ſunt uacare permiſsi, oratio eſt & ieiunium, quibus præter ea, quæ erga neceſsitatem fratrum foris operamur, noſtræ ſalutis propriæ curam intus conuerſi mente ad Dominum gerimus. Et quoniam illi ſolum perfectè, uel ſuę uel fraternæ ſalutis curam gerunt, qui ſe intuitioni diuinæ gratię humiliter ſubdũt, rectè ſequitur: Et Adoniram erat ſuper huiuſcemodi indictionem. Adonirã nanq; qui Latine dicitur Dominus meus excelſus, quem melius quàm ipſum quem nomine imitatur, inſinuat, Dominum uidelicet ſaluatorẽ? Et tunc Adoniram operarijs templi præponitur, ut ſua prouiſione ritè ordinetur, quibus menſibus ſinguli ad operandum exeant, quibus denuò ad curãdum domum ſuã redeant: cum Dominus & ſaluator noſter mentes ſanctorum prædicatorum ſua familiarius illuſtratione informat ad diſcernẽdum, quando opor-

oporteat ædificandi eccleſiam opus inire prędicando, uel alia pietatis opera præſtãdo: & quãdo rurſum cõueniat ad ſuam ipſorũ cõſcientiã examinandã, quaſi ad inſpicieodã domum ſuã reuerti, & hãc orationibus ac ieiunijs ſuperno uiſitatore ac inſpectore dignã reddere. Fuerũt itaq; Salomoni 70. milia eorũ, qui onera portabant, & 80. milia latomorũ in mõte, abſq; præpoſitis numero triũ miliũ trecentorũ pręcipienriũ populo & his, qui faciebant opus. Latomos dicit lapidũ cæſores. Idem autem lapidũ cæſores, quod & lignorũ figuratè deſignãt: hoc eſt, ſanctos prædicatores, qui mẽtes inſipientiũ labore uerbi Dei exercẽt, eoſq; ab ea in qua nati ſunt turpitudine ac deformitate rrãſmurare contendunt ac regulariter inſtitutos unitati fideliũ, ędificatiõi uidelicet, aptos reddere corãt. Quòd autẽ & ligna & lapides in monte cędũtur, & cęſa ac præparata utraq; materies ad montẽ domus Domini trãsfertur, patet ſenſus, quòd omnes homines in monte ſuperbiæ nati ſumus, q̃a de pręuaricatione primi hominis, quã ſuperbia fecit, originẽ carnis traximus. Quicũq; aũt gratia Dei præordinati aduitã excidimur catechizando, & ſacramenta fidei percipiendo, de mõte ſuperbiæ in montẽ domus Domini transferimur, quia eruti de poteſtate tenebrarũ, ad arcẽ uirtutũ, quæ eſt in unitate ſanctę eccleſiæ peruenimus. Notandũ autẽ, quòd ijdem operarij ita erant diſtributi, ut pars in monte lapides cæderẽt, pars itẽ onera portarẽt. Diuerſa nanq; ſunt dona ſpiritus, & quidã maiorẽ dicendi, atq; proteruos arguendi conſtantiã habent, quidam mitiores ad conſolandos puſillanimes & ſubleuãdos infirmos exiſtunt: quidam utriuſq; uirtutis munere prædití ad opus Domini conueniuot: quãles fieri uoluit quibus loquitur Apoſtolus dicens, Corripite inquietos, conſolamini puſillamines, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Præpoſiti autem qui præerant ſingulis operibus, ipſi ſunt ſacræ conditores ſcripturæ, quorum magiſterio in omnibus erudimur, quomodo inſcios docere, contemptores corripere, quomodo nos inuicẽ onera noſtra portare, ut impleamus legem Chriſti, conueniat. Quanto autem quiſq; plus in ſuſtentãdis proximorum neceſsitatibus, ſiue in caſtigandis eorum erratibus laborat, tanto certiora in futuro præmia, uel quietis animarum poſt mortem, uel beatæ corporũ immortalitatis expectat. Vnde rectè præfati operarij 70. milia & 80. milia eſſe perhibentur. Septuaginta uidelicet propter ſabbatiſmum animarum: ſeptimus enim dies in ſabbatum, id eſt, requiem conſecratus eſt. Octoginta propter ſpem reſurrectionis, quæ octaua die, id eſt, poſt ſabbatum in Domino pręceſsit, & in nobis quoq; octaua die ſimul & octaua ætate futura ſperatur. Præpoſiti autem erant tria milia, trecenti, propter fidem nimirum ſanctæ trinitatis, quã ſancta nobis eloquia prædicãt. [2.Paral.2.] Quod uerò pro tribus milibus trecentis præpoſitis, in libro Paralipomenon tria milia ſexcenti ſunt ſcripti, ad eaodem prorſus ſublimium uirorum reſpicit perfectionem. Nam quia in ſenario numero Dominus mundi ornatum compleuit, rectè in eo perfecta bonorum ſolent opera figurari: & quia ſancta ſcriptura cum fide ueritatis opera iuſtitiæ docet habeoda, rectè præpoſiti templi tria milia ſexceoti fuiſſe perhibentur. Nec prætereundum, quod hæc 70. & 80. milia portantium onera, & latomorũ cum prępoſitis ſuis non fuere de Iſrael, ſed de proſelytis, id eſt, aduenis qui morabaotur inter eos. Scriptum nanq; eſt in libro Paralipomenon: Numerauit autem Salomon omnes uiros proſelytos, qui erant in terra Iſrael, poſt dinumerationem quã dinumerauit pater eius Dauid, & inuenti ſunt centum quinquaginta tria milia ſexcenti, fecitq; ex eis ſeptuaginta milia, qui onera portarent, & cætera. προσήλυτοι autem Græcè uocabantur, qui ex alijs nationibus progeniti in fidem & conſortium populi Dei accepta circumciſione tranſierunt. Fuerunt itaq; operarij domus Domini de filijs Iſrael, fuerunt de proſelytis, fuerunr de gentibus. De filijs uidelicet Iſrael 30. milia, qui ad præcidendas de Libano cedros miſsi ſunt. De proſelytis iſti de quibus nunc locuti ſumus, lapidum cæſores. De gentibus Hiram ipſe & ſerui eius, qui cum ſeruis Salomonis ligna cędebant de Libano. Omne igitur hominum genus, per quod ædificanda erat eccleſia, in ædificio templi præceſsit. Iudæi namque, proſelyti, & gentiles conuerſi ad ueritatem Euangelij, unam eandemq; Chriſti eccleſiã, ſiue rectè uiuendo, ſiue etiam docendo conſtruunt.

De quali lapide templum ſit factum.
Caput IIII.

P*Recepitq; rex, ut tollerent lapides grandes precioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos.*] Fundamentum templi nullum eſt aliud myſticè intelligendum, quàm illud quod oſtendit Apoſtolus dicens: [1.Cor.3.] Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Qui propterea rectè fundamentum domus Domini poteſt uocari, quia (ſicut ait Petrus) [Act.4.] non eſt aliud ſub cœlo nomen datum hominibus in quo nos oporteat ſaluos fieri. In quod fundamentum lapides grandes, & precioſi tolluntur, cum præcipui factis ac ſanctitate uiri, familiari mentis ſanctitate ſuo adhærent conditori, ut quo firmius in eo ſpem ſuam ponunt, eo fortius aliorum uitam dirigere, quod eſt latitudinem portare, ſufficiant. Lapides ergo qui in fundameotum templi ad portandum ædificium omne ponebantur, propriè ſunt prophetæ & Apoſtoli, qui uerbum & ſacramenta ueritatis, ſiue uiſibiliter ſiue inuiſibiliter ab ipſa Dei ſapientia perceperunt. Vnde & nos qui horum doctrinam, ſiue uitã ſtudemus pro noſtro modulo imitari, fundatos dicit Apoſtolus ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum. [Ephes.2.] Sed & generaliter perfecti quique, qui fideliter ipſi Domino adhęrere, & impoſitas ſibi fratrum neceſsitates

ſuttiter

fortiter ferre didicerint, his poſſunt lapidibus grandibus ac precioſis indicari. Qui bene lapides primò quadrari, ac ſic in fundamento poni iubentur. Quadratum namq; omne quocunque uertitur, fixum ſtare conſueuit. Cui nimirũ figuræ corda aſsimilantur electorum, quæ ita in fidei firmitate conſiſtere didicerunt, ut nulla occurrentiũ rerum aduerſitate, nec ipſa etiã morte, à ſui rectitudine ſtatus poſsint inclinari. Quales uidelicet doctores eccleſia nõ ſolùm de Iudæa, uerumetiam de gentibus perplures ſuſcepit. Vnde bene de lapidibus huiuſmodi grandibus precioſis & quadratis ſubditur: Quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram. Dolantur namq; lapides precioſi, cùm electi quiq; credentium, ſanctorum inſtructione & inſtantia quicquid in ſe habent noxiũ & inane, relinquunt, atq; ante conſpectum ſui conditoris ſolã inſitæ iuſtitiæ regulã, quaſi quadraturæ formã oſtendunt. Dolauerunt autẽ lapides nõ ſolùm cæmentarij Salomonis, ſed etiã cæmentarij Hiram: quia ex utroq; Dei populo fuere nõnulli, qui ipſorum quoq; doctorũ ſublimium iure doctores exiſterent, & quaſi quadrãtes eos ad ſubleuandũ domus Domini ædificiũ pararent. Neq; enim ſolũ Hieremias & Iſaias, & cæteri ex circunciſione prophetę: uerumetiã beatus Iob cum filijs ſuis, qui erãt ex gentibus, maximã uitæ ſiue patientiæ formã, maxima doctrinæ ſalutaris præconia ſequentis æui doctoribus miniſtrauit, quo abiectis uerbis, actibus, cogitatibus ſuperuacuis, ad portandum onus ſanctæ eccleſiæ digni fierent & apti. Porrò Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificãdam domũ. Giblos eſt ciuitas Phœnicię, cuius

Ezech. 27. meminit Ezechiel, dicens: Sapientes tui Tyre, facti ſunt gubernatores tui, ſenes Giblij & prudentes eius: pro qua in Hebræo cõtinetur Gobel ſiue Gebel, quod interpretatur definiens, ſiue diſterminans. Quod uocabulum aptè cõuenit eis, qui corda hominum ad ædificium ſpirituale, quod ex uirtutibus animæ conſtruitur, parant. Sic etenim ſolum ſuos auditores fidem & opera iuſtitiæ docere ſufficiunt, dũ ipſi prius ſacris paginis edocti, diligenter quæ ſit fides tenenda, quo uirtutũ calle incedendum, certa definitione ueritatis didicerunt. Nam fruſtra ſibi officium doctoris uſurpat, qui diſcretionem catholicæ fidei ignorat. Neq; ſanctuarium Domino, ſed ruinam ſibi ædificãt qui docere alios regulam, quam ipſi non didicere, conantur. In ædificanda enim domo Domini, primò ſunt ligna & lapides cædendi de monte: quia eos quos in fide ueritatis inſtituere quęrimus, primò neceſſe eſt ut abrenũciare diabolo, ac de ſorte primæ præuaricationis, in qua nati ſunt, doceamus renaſcendo erui. Dein quærendi ſunt lapides precioſi & grandes, atq; in fundamentũ templi deponendi: ut meminerimus abdicata cõuerſatione priori eorũ in omnibus uitã moreſq; inſpicere, eos noſtris auditorib. imitandos proponere, quos per uirtutẽ humilitatis ſpecialiter Domino adhærere nouerimus, quos inuincibili mentis ſtabilitate quaſi quadratos quodãmodo, atq; ad omnes tentationũ incurſus immobiles perdurare cõſpicimus, quos precioſos & grandes fama & merito cõperimus. Poſt fundamentum uerò talibus ac tantis lapidibus compoſitũ, ædificanda eſt domus præparatis diligẽtius lignis ac lapidibus, ac decẽti ordine collocatis, quę olim priſco ſuo ſitu uel radice fuerãt abſtracta: quia poſt fidei rudimẽta, poſt collocata in nobis iuxta exemplũ ſublimiũ uirorũ fundamẽta humilitatis, addendus eſt in altũ paries bonorũ operũ, quaſi ſuperimpoſitis ſibi inuicẽ ordinibus lapidũ ambulando ac proficiendo de uirtute in uirtutẽ. Vel certè lapides fundamẽti grandes, precioſi quadrati, primi ſunt (ut ſuprà dixerã) eccleſiarũ magiſtri, qui ab ipſo Domino uerbũ audiere ſalutis. Suppoſiti autẽ ordines lapidũ ſiue lignorũ, ſequẽtes ſuo quiq; tẽpore ſacerdotes ac doctores, quorũ uel prędicatione ac miniſterio fabrica creſcit eccleſiæ, uel ordinatur uirtutibus. Quali aũt colore fuerint lapides, quib[9] factũ eſt templũ, in lib. Paralipomenon apertè declaratũ eſt, dicẽte Dauid ad Salomonẽ, cũ ei impẽſas tẽpli quas præparauit, oſtẽderet: Omnẽ precioſum lapidẽ, & marmor Pariũ abundãtiſsimè pręparaui. Marmor aũt Pariũ, marmor candidũ dicit, quale eadẽ inſula gignere cõſueuit. unde Poeta dicit: Olearon, niueãq; Paron, ſparſaſq; per æquor Cycladas, & crebris legimus freta cõcita uẽtis. Niueã ergo Paron dicit, eo quòd marmor candidiſsimi generis mittat. eſt aũt una de Cycladibus, quo uidelicet lapide tẽplum fuiſſe factũ Ioſephus inſinuat, dicẽs: Eleuauit itaq; templũ uſq; ad camerã, ex lapide albo conſtructũ, altitudo fuit 60. cubitorũ, & centũ: nec myſterij ſenſus in abdito eſt. Lib. 8. Antiq. 3. Cuiuis etenim patet, quia marmor candidũ, ex quo domus Domini cõſtructa eſt, mundã electorũ actionẽ ſimul & conſcientiã ab omni næuo corruptionis caſtigatã deſignat. Quales eſſe uoluit ſapiẽs ille architectus eos, quos ſuper fundamentum Chriſti locabat, lapides precioſos auro argentoq; redimitos: Chariſsimi, inquit, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

Quando, uel ubi ædificatum ſit templum. Cap. V.

F*Actũ eſt igitur quadringẽteſimo & octogeſimo anno egreſsionis filiorum Iſrael de terra Aegypti, in anno quarto, menſe Zio, ipſe eſt menſis ſecundus, regis Salomonis ſuper Iſrael, ædificare cœpit domum Domino.*] Quod dicitur anno quarto, menſe Zio, ipſe eſt mẽſis ſecundus regis Salomonis ſuper Iſrael, ordinis ſenſus eſt. In anno quarto regis Salomonis, menſe Zio. ipſe eſt mẽſis ſecundus. Menſem aũt ſecundũ Maiũ dicit: namq; Aprilis quo Paſcha celebratur, principiũ menſiũ apud Hebręos primus erat in menſibus anni. Ex quo manifeſtè claret, quia mox peracto Paſcha, cœpit ædificare domũ Domino, & conſecratus myſtica ſolennitate populus manus ad opus myſticũ miſit. Fit autẽ cõmemoratio egreſsionis de Aegypto, quando tabernaculum ædificari cœptum eſt, ut admoneatur le-

ctor, quot annorum tempus inter ædificationẽ utriusq; domus extiterit, & huius quoq; summę temporis sacramentum spirituale cognoſcat. Quater nanq; centeni & uiceni, quadringẽtos & octoginta faciunt. Quatuor autẽ euangelicæ perfectioni apte conueniũt, propter ipſum euãgeliſtarũ numerum. Centum 20. doctrinæ legali, propter annos totidem legiſlatoris. In quo etiam numero uirorũ gratiã ſpiritus ſancti primitiua ſuſcepit eccleſia, patẽter oſtendens, quia qui lege legitime utuntur, id eſt, qui Chriſti in ea gratiã cognoſcentes amplectuntur, iure ſpiritus eius gratia replẽtur, qua in charitate eius amplius igneſcant. Diximus aũt per tabernaculum quod fecit in deſerto Moyſes & filij Iſrael ſynagogã: per templũ uerò, quod Salomon & filij Iſrael cum proſelytorũ & gẽtilium auxilio conſtruxit, eccleſiam gentium poſſe deſignari. Permanſit autẽ cultus & religio tabernaculi annis quadringentis & 80. & ſic templũ ædificari incœpit, quia ſcriptura ueteris Teſtamenti tanta perfectione redundat, ut ſi quis eam bene intellexerit, cuncta in ſe noui teſtamenti myſteria cõtineat. Patres quoq; ueteris Teſtamenti perplures, tantæ perfectionis arcẽ uiuendo tenuerũt, ut in nullo Apoſtolis apoſtolicisq; uiris putandi ſint eſſe minores. Manebat tabernaculũ usq; ad conſtructionẽ templi in populo Dei per annos quadringẽtos & 80. id eſt, centum 20. per quatuor multiplicatos: quia ex tempore datæ legis Dei usq; ad incarnationem Dominicã, & tempus reuelatæ gratiæ, nõ defuere uiri qui in lege conſtituti, euangelicam per omnia perfectionem mente & opere ſeruarent: non defuit ſcriptura, quæ gratiam noui Teſtamẽti in ueteri propheticis intimaret eloquijs. Quod autem quarto anno regis Salomonis ædificari cœpta eſt domus Domini, poteſt eò referri myſtice, quòd poſt expletam diſpenſationẽ Dominicæ incarnationis, quæ in quatuor Euangelij libris ſcripta eſt, miſſo de cœlo ſpiritu ſancto, eccleſię ſtructura cœperit. Et quod menſe ſecundo cœpta eſt, poteſt ad electionẽ gentium referri, quę ſecũdo loco poſt Iſrael ædificationẽ in ſe ſuſcepit creatos. Vnde & ſecundus menſis in lege conceſſus eſt ad faciendum Paſcha bis, qui immundi ſuper anima, uel in uia procul poſiti ad faciendũ in primo menſe Paſcha, occurrere nequirent. Vbi nos apertiſsime deſignati ſumus, qui immundi ſuper animæ noſtrę morte, & procul adhuc poſiti à populo Dei, nõ potuimus primum Paſcha facere, quod in carne & ſanguine agni fiebat. Celebramus autẽ hodie Paſcha ſecundum, quod in corpore & ſanguine redẽptoris noſtri, à quo quæſiti & mundati ſumus, actũ eſt. In quo autem loco templum ſit ædificatum, manifeſtius in libro Paralipomenon oſtenditur, ubi ſcriptum eſt: 2.Para.3. Et cœpit Salomon ædificare domum Domino, in Hieruſalem, in monte 2.Reg.ult. Moria, qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebuſęi. Aedificatur ergo in monte domus Domini, in uiſione pacis, quia dilatata per orbẽ eccleſia, in una eademq; fide & ueritatis catholicæ ſocietate conſiſtit. Nanq; in ſciſſura mentium Deus non eſt, ſed factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Psal.71. Aedificatur in monte, uidelicet in ipſo Domino ſaluatore, de quo Eſaias ait: Esa.2. Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus Domini in uertice montiũ. Et ipſe de ſe in Euangelio: Matth.5. Non poteſt, inquit, ciuitas abſcondi, ſupra montem poſita. Ipſe eſt enim mons montium, qui de terra quidem per originem aſſumptæ carnis ortus eſt, ſed omniũ terrigenarum potentiam ac ſanctitatem ſingularis culmine dignitatis tranſcendat. In quo nimirum monte ciuitas, ſiue domus Domini conſtructa eſt, quia ſi non in illo radicem figat, ſpes & fides noſtra nulla eſt. Qui rectè mõs Moria, id eſt, uiſionis uocatur, quia electos ſuos quos ad æternam ſuæ claritatis uiſionem conſeruat, in hac interim uita laborantes uidere & adiuuare dignatur. Ipſe eſt enim locus in quo obtulit Abraham Iſaac filium Domino, ac deuotione obedientiæ uideri ab illo meruit, unde & nomen accepit. Deniq; ubi Dominus ait: Gen.22. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iſaac, & uade in terram uiſionis, atq; offer eum holocauſtum: Pro terra uiſionis, in Hebręo terram Moria habet. Et quia immolatio Iſaac typus Dominicæ paſsionis extitit, rectè in loco immolationis eiuſdem templum ædificatur: quia per fidẽ & myſteria Dominicæ paſsionis eccleſia dedicata, creſcit in templum ſanctum in Domino. De quo monte bene ſubditur: Qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius. Oſtenſus nanq; erat Dauid ſicut & cæteris prophetis, uenturus in carne Dominus, qui uocatam de gentibus eccleſiam, per ſacramenta eiuſdem ſuæ incarnationis ablueret à peccatis, atq; in domum ſibi fidelem dilectamq; conſecraret. Bene autem additur: In loco quem parauerat Dauid. Parauerat nanq; Dauid pſallendo, parauerant alij prophetę uaticinando locum Domino, uero utiq; Salomoni, in quo domum ædificaret, quia corda auditorum ſuorum fide ueritatis inſtituerunt ſedulò admonentes, ut uenientem in carne Dei filiũ, fideli ac deuota mente ſuſciperent. Hinc etenim Dominus de paratis ſibi ad credẽdum populis, ait diſcipulis: Ioan.4. Leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem. & qui metet, mercedem accipit, & cõgregat fructum in uitam æternam, ut qui ſeminat, ſimul gaudeat & qui metit. Quaſi alijs uerbis de ædificatione templi diceret: Leuate oculos ueſtros, & uidete locũ, quia paratus eſt iam ad ædificandam domum Domini. Et qui docẽdo ædificat, mercedem accipit, & congregat lapides precioſos in uitam æternam, ut & qui parat locum ædificio, ſimul gaudeat & qui ædificat: id eſt, propheta uenturum prædicens, & Apoſtolus uenientem prędicans Dominum unà ſimul in illo mercede potiantur. Bene idem locus in area erat Ornan Iebuſæi, quia eccleſia areæ uocabulo ſolet deſignari, dicente Ioanne de Domino: Matth.3. Cuius uentilabrum in manu

manu ſua, & permundabit areã ſuam. Ornan, qui interpretatur illuminatus, erat natione Iebuſæus. Natione gentiles quidem ſignificat, nomine autem eoſdem illuminandos à Domino, atq; in filios eccleſiæ commutandos oſtendit, Eph.5. quibus meritò dicat Apoſtolus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Iebus eadem eſt ciuitas, quæ & Hieruſalem. Et Iebus quidem interpretatur conculcata: Hieruſalem autem uiſio pacis: in qua quàm diu Ornan gentilis regnabat, Iebus dicta eſt. Cum uerò Dauid in ea locum holocauſti emeret, cum Salomon in ea templum Domino ædificaret, nõ iam Iebus, ſed Hieruſalem uocata eſt: quia nimirũ gẽtilitas, quàmdiu diuini cultus neſcia *permanebat, conculcabatur & illudebatur ab immũdis ſpiritibus ad ſimulachra muta, prout ducebatur ſequens. *alias, perdurabat Cùm uerò illũ gratia ſui conditoris reſpexit, continuò pacis in ſe & locum inuenit & Matth.5. nomen, dicẽte de ipſa Domino: Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Cùm ergo Ornan in hac ciuitate regnum adhuc haberet, Iebus uocabatur: cum autem locum areæ ſuæ cũ bobus ac tribulis Dauid regi uenderet, nomen Hieruſalẽ accepit: quia perſiſtens adhuc in ſua obſtinatione gentilitas conculcabatur, quaſi uilis & abiecta, à malignis ſpiritibus. Porrò cũ omnia ſua uendere, ac uero regi offerre didicit, nõ ultrà conculcari à dæmonibus ac uitijs potuit, ſed internæ pacis quam cum ſuo conditore haberet, magis compos effecta eſt.

Cuius menſuræ ſit factum. Cap. VI.

D*Omus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat 60. cubitos in longitudine, 20. in latitudine, & 30. in altitudine.*] Longitudo domus, longanimitatẽ deſignat ſanctæ eccleſiæ, qua in exilio peregrinationis huius patiẽter aduerſa quæq; tolerat, donec ad patriã quã expectat, perueniat. Latitudo inſinuat charitatẽ, qua dilatato ſinu mẽtis nõ ſolũ amicos in Deo, ſed inimicos gaudet diligere propter Deũ, donec ueniat tẽpus, quando ad pacẽ ſuã conuerſis ſeu funditus extinctis, cũ ſolis gaudeat amicis in Deo. Altitudo ſpem denunciat futuræ retributionis, cuius intuitu libenter infima quæq; ſiue quæ demulcẽt, ſeu quę aduerſantur, cõtemnit, uſq; dum utriſq; tranſcẽſis, ſola mereatur uidere bona Domini in terra uiuentium: unde apte longitudo domus, ſexagenario cubitorum numero comprehenditur. Senarius nanq; numerus, in quo mũdus factus eſt, perfectionẽ ſolet operũ deſignare bonorũ. Et neceſſe eſt nos ita per longanimitatẽ moleſtias ferre noſtræ peregrinationis, ut meritò bonę operationis promiſſam patriã cum apparuerit, ualeamus intrare. Latitudo uicenario numero determinatur, propter geminã eiuſdẽ charitatis, qua Deũ & proximũ amamus, diſtãtiam. Altitudo tricenario, propter fidẽ ſanctæ trinitatis, qui unus eſt Deus, in cuius uiſionem cuncta ſpei noſtræ deſideria ſuſpenduntur. Sex ergo ad operis perfectionem, duo ad dilectionẽ Dei & proximi, tria pertinẽt ad ſpem diuinæ uiſionis. Singuli autem numeri rectè per decẽ multiplicantur, quia nõ niſi per fidem & cuſtodiã decalogi legis, uel patientia noſtra ſalubriter exercetur, uel charitas utiliter ardeſcit, uel ſpes ſublimiter ad æterna deſideria rapitur. Vbi notandum eſt quò 30. cubiti altitudinis nõ uſq; ad tectum templi, ſed uſq; ad cœnaculũ inferius pertingebãt. namq; in libro Paralipomenon apertè ſcriptũ eſt, quod altitudo 120. cubitorũ erat. 2.Par.3. De cuius rei ſacramentis aptius in ſequentibus tractabitur, ubi ad mediũ uſq; cœnaculũ, ac tertium lectionis ordo peruenerit. Porticus erat ante templũ 20. cubitorũ longitudinis, iuxta mẽſurã latitudinis templi, & habebat 10. cubitos latitudinis ante faciẽ templi. De hac porticu in libro Paralipomenon ita ſcriptũ eſt: Porticũ uerò ante frontẽ quæ tendebatur in longum iuxta menſurã latitudinis domus, cubitorũ 20. Patet ergo quia porticus iſta ad orientalẽ templi partem facta eſt. Templũ nanq; erat cõuerſum ad orientẽ, ſicut & tabernaculum, habebatq; oſtiũ porticus ab oriente cõtra oſtium templi, iuxta quod hiſtoricus Iudæorum Ioſephus apertiſſimè docet: Antiq. lib. 8. cap. 3. ita ut ſol æquinoctialis oriẽs, directis radiorũ ſuorũ lineis per oſtia tria, porticus uidelicet, & templi & oraculi, arcam teſtamenti perfundere poſſet. Quia uerò templum ſanctã eccleſiam deſignat, porticus quæ erat ante templum & propior, lumen ſolis accipere ſolebat: quid aptius quàm illam eius partem, quæ Dominicæ incarnationis tẽpora præceſſit, typice denunciat? in qua ſunt patriarchę & prophetę, qui orientẽ huic mundo ſolem iuſtitiæ primi ſuſceperunt, & naſcẽti Domino in carne teſtimonium, ſiue uiuendo, ſiue prædicando, ſiue naſcẽdo, ſiue moriendo præbuerunt. Oſtiũ ergo templi, Dominus eſt: quia nemo uenit ad patrẽ, niſi per ipſum. Hinc alibi dicit: Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Ioan.10. Oſtiũ porticus, ſermo propheticus eſt, qui quaſi recto calle ingrediẽtes ad oſtium Domini perducebat: quia gratiã Domini ſaluatoris, qua mundũ erat redẽpturus, prædicabat. Factura ergo porticus tota, fideles illius tẽporis ſignat. Oſtiũ ergo in porticu, doctores, qui cæteris lucẽ uitæ, ianuãq; intrandi ad Dominũ pandebant, exprimit. Et bene unũ oſtiũ propter conſonã in omnibus ſanctis fidẽ ac dilectionẽ ueritatis: quæ uidelicet porticus iuxta latitudinẽ tẽpli 20. cubitos longa erat, quia nimirũ antiqui iuſti multa diu patientia & longanimitate expectabãt, quando apparens in carne Dominus nouã Euangelij gratiã mũdo afferret, nõ acceptis ipſi promiſſionibus, ſed à lõge eas aſpiciẽtes & ſalutãtes. Aequabãt ergo lõgitudine ſua longitudinẽ tẽpli, quia per lõganimitatẽ deuotę mẽtis deſiderabãt uenire dilatationẽ eccleſiæ in charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro: qui quãuis adhuc tẽpore fuerint à ſacramentis Dominicæ incarnationis ſeparati, fide tamen ac prædicatione fuere proximi. In huius ſacratiſſimæ porticus prima fronte, fuere beatus protomartyr Abel, & Seth & Enoch, cęteriq; iuſti mundi originalis: in intimo autẽ penetrali eius, & quaſi prope

murum

murum templi myſticum obtinuere locum parente pręcurſoris Domini, Symeon, & Anna, & cæteri. Qui etſi natiuitatem eius uidere meruerunt, ad auditionem tamen doctrinę eius, & perceptionem ſacramentorum eius peruenire nequiuerunt. Quæ bene porticus decem cubitos erat lata, quia tales etſi necdum uerba ſiue myſteria Euangelij, quæ erant per Dominum tradenda receperunt: præcepta tamen decalogi, quæ perceperunt perfecta dilectione dilatati in Domino cordis ſeruabant.

De feneſtris eius & tabulis per gyrum.
Caput VII.

F*ecitq; in templo feneſtras obliquas.*] Feneſtræ templi doctores ſunt ſancti, & ſpirituales quiq; in eccleſia, quibus mente excedẽtibus Deo arcana ſecretorum cœleſtium ſpecialius cæteris uidere conceditur. Qui dum ea quæ in occulto uident, publice fidelibus pandunt, quaſi ſuſcepto lumine ſolis feneſtræ obliquæ, id eſt, intus latiores fuiſſe perhibentur: quia nimirũ neceſſe eſt, ut quiſq; iubar ſupernę contemplationis uel ad momentum perceperit, mox ſinum cordis amplius caſtigando dilatet, atq; ad maiora capeſſenda ſolerti exercitatione præparet. Et ædificauit ſuper parietẽ templi tabulata per gyrũ, in parietibus domus, per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. Tabulatum quod ſupererat quinq; cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum ſex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum ſeptem habẽs cubitos latitudinis. *Matth. 4.* Hæc tabulata in Euangelio ubi Dominus tentabatur à diabolo, pinnacula templi uocabantur. Sed & Iacobum fratrẽ Domini Apoſtolum in pinnaculum templi, unde ad populum concionaretur, leuatum eſſe legimus. *Ex Egeſippo libr. 5.* Vtrum autẽ moris fuerit doctoribus, ut in his ſedentes tabulatis ad circunſtantem inferius turbam facerent ſermonẽ, nuſquam in ſcripturis inuenimus. Patet ergo ratio ſacramenti, quia tabulata hæc tria totidem fidelium gradus, coniugatorum uidelicet, continentium & uirginum deſignant, diſtinctos quidem altitudine profeſsionis, ſed ſocietate fidei & ueritatis eiuſdem omnes ad domũ Dei pertinentes, eiq; fixa mente inhærentes. Vbi pulchre dicitur, quia tabulatũ quod ſupererat, quinq; cubitos habebat latitudinis, medium ſex, tertiũ ſeptẽ. Supremum ergo tabulatum erat cæteris anguſtius, medium ſupremo latius, ſed infimo erat factum anguſtius, quia nimirum altior profeſſio uirtutis altiorem debet *uitam tenere uiuẽdi. ** Malim legi, ritum uiuẽdi.* Nam quicunq; abrenunciato uinculo coniugali uirginitatem ſuam Domino conſecrauerint, mores ſimul oportet uirginitati cõdignos oſtendere. Abſtineant ab ocioſis eloquijs, ira, rixa, detractione, habitu impudico, commeſſationibus, potationibus, contentione & æmulatione: & ecõtrario uigilijs ſanctis, orationibus, lectionibus diuinis, & pſalmis, doctrinę & eleemoſynis, cæteriſq; ſpiritus fructibus operã impendant, ut qui futuræ ſtatum uitæ in profeſsione tenent in qua nõ nubent, neq; nubentur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo. Huius quoq; ſtatum quantum mortalibus poſsibile eſt, in præſenti contendant imitari. At uerò infimum tabulatum amplioris erat latitudinis, quia nõ dicitur coniugatis: Vade, uende quæ habes & da pauperibus: *Matth. 19.* ſed ſi uis, inquit, ad uitam ingredi, ſerua mandata. Non homicidium facies, nõ adulterabis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, & cætera. Medium inter hos locum tenent continentes, quantum uirginibus inferiores, tantum eminentiores coniugatis. Quorum portio glorioſiſsima primitiuã in Hieruſalem ædificabat eccleſiam, ſcribente beato *Act. 4.* Luca, quia multitudinis credẽtium erat cor unum & anima una, & cætera. Quorum maximam partem uxorios reliquiſſe complexus teſtatur hiſtoria ſancti Stephani, ubi fœminas ea *Act. 6.* dem religione pollentes, non coniuges, ſed uiduas appellat eorum. Singula autem tabulata in circuitu habebant latera, id eſt turriculas, ne quis in eiſdem tabulatis conſiſtens, ſiue reſidẽs poſſet ad inferiora decidere, quod Ochoziæ regi contigiſſe legimus in Samaria. *4. Reg. 1.* Quæ nimirũ latera non incongruè quotidiana diuinæ protectionis erga nos munimenta deſignant. De quibus Pſalmiſta: Immittet inquit angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. *Pſal. 33.* Aſcendit quidem in cœnaculum Ochozias rex Samariæ, qui ſe à domo Dauid ſeparauerat, ſed per cancellos decidit: quia etſi hæretici ſiue ſchiſmatici aliquam bonæ actionis arcem conſcendere uidentur, quia tamen compagem eccleſiæ unitatis non habent, quaſi patentibus & non ſolidis laterum præſidijs, ſemper ad uitiorum infima relabuntur, dum diuino deſtituti auxilio ſuę pertinacię faſtu intereunt. Qua autem arte præfata tabulata parietibus templi ſint affixa declaratur, cum ſubditur: Trabes autem poſuit in domo per circuitum forinſecus, ut non hærerent muris templi. Trabes ergo quę intrinſecus domum muniebant & ornabant, tantę erant longitudinis, ut capita earum forinſecus prominerent, in infimo quidem ordine cubitorum ſeptẽ, in medio ſex, in ſupremo quinq;. At in eiſdem capitibus earum tabulata componerentur, nequaquam muris templi infixa, ſed iuxta muros trabes, quæ de muris exierant ſuperpoſita. Qui itaq; per trabes domus, quæ tabulata portabant, niſi prædicatores ſunt typicè deſignati? Qui dum ipſi ſublimem atq; honorabilem in eccleſia Dei locum tenent, infirmiores quoſq; ac fragiles ſuis prædicationibus ab infimorum appetitu ſuſtollunt, atq; ad cœleſtia deſideranda ac ſperanda ſuſpendunt, ſuis etiam interceſsionibus, ut in cœptis perſiſtant, adiuuãt. Legimus autem in libro Paralipomenon, quòd trabes templi, ſicut & cætera eius interiora, fuerint auro ueſtitæ. Quod ita factum eſſe non dubium eſt, ut illæ trabium partes: quæ intus in tẽplo erant, auri eſſent laminis tectæ, quæ uero foris patebãt, hæ minime deauratæ, ipſam ędi-

ſpeciem

ſpeciem formamq; cunctis oſtenderēt. In qua tamen impoſita ſibimet tabulata geſtabant. Quod ergo extrinſecus eminebat trabium, uitam ſanctorum, quæ nobis inferius innoteſcere potuit, deſignat. Quod intus in templo deauratum fulgebat, claritatem illam qua in cœleſti patria, quæ in aſpectu ſui creatoris gaudent, figurate denunciat. Quæ nimirum claritas trabium aurea illis ſolummodo, qui templum intrauerant, patebat: quia quàm ſit magna multitudo dulcedinis Dei, quam abſcondit timentibus ſe, & perfecte ſperātibus in ſe, ſoli norunt illi, qui regnum cœleſte meruerūt intrare. Et tamen nos cum uitam, paſsiones, doctrinam ſanctorum cernentes, ſiue in ſcripturis legentes, ad benefaciendum exemplo excitamur eorum, quaſi in capitibus trabium foras apparentibus à terra ſubleuamur, quia quamuis internam ſanctorum gloriam percipere necdum ualemus, ex eo tamen quod exterius uidere ualuimus, ſublimibus eccleſiæ membris fideliter adhæremus. Poſſumus etiā hæc de ſanctis in hac uita adhuc poſitis intelligere, quorum puritatem dilectionis qua in ſecreto cordis coram domino refulgent, inſpicere nequimus. Attamen ex eis quæ loquendo, uel agēdo, uel patiendo foras oſtendunt; auxilium noſtræ ſalutis inuenimus.

Domus autem cum ædificaretur de lapidibus dolatis, atq; perfectis ædificata eſt, & malleus & ſecuris, & omne ferramētum, non ſunt audita in domo Dei cum ædificaretur.] Hæc ad illam eccleſiæ partem, quæ poſt huius ſeculi labores & certamina ad æterna præmia meruerit introduci, propriè pertinēt. Ibi etenim perfecti ſolūmodo & immaculati, atq; ab omni labe iniquitatis caſtigati, ingrediuntur. Nō enim aliquid coinquinatum faciens abominationem & mendacium intrabit in illam ciuitatem, ſicut in Apocalypſi ſcripſit Ioannes. Malleus & ſecuris & omne ferramentum non auditur, quia hic tundimur aduerſitatibus, & diſciplina ueritatis exercemur, ut illic locis iuxta meritum congruis diſponamur, & caſtigatione ceſſante ſolo amoris glutino, quo adinuicem copulemur, uno impleti ſpiritu perfundamur. Cæterū quamuis dicatur Noe uir perfectus in generationibus ſuis, & beati immaculati in uia, & cætera huiuſmodi, nullus uerè perfectus & abſq; macula, quādiu in huius uitæ uia eſt, incedere poteſt. Non eſt enim iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Veruntamen ſecūdum huius temporis modum perfecti & immaculati uocantur, qui tunc uerè perficientur, cum nexibus corporis abſoluti ad immortalem illum domus Domini decorem peruenerint, locumq; tabernaculi gloriæ eius aſcenderint, perfectiq; ſolummodo & immaculati, atque ab omni labe iniquitatis caſtigati, ingredientur in illam ciuitatem.

De aſcenſu uel factura medij ac tertij tabernaculi. Cap. VIII.

Oſtium lateris medij in parte erat domus dexteræ, & per cochleam aſcendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium.] Quidam hunc locum malè intelligentes, putant oſtium templi à meridie fuiſſe, non attendentes quia ſi hoc ſignificare uoluiſſet ſcriptura, non ita diceret: oſtium lateris medij in parte erat domus dexteræ, ſed ita potius, ſimpliciter, & habebat domus oſtium ad meridiem. Nunc autem longè aliud ſignificat. Partem namq; domus dexteræ, latus templi meridianum dicit. In cuius parte orientali oſtium erat in ipſo angulo factum, iuxta terram. In quod introeuntes, ſtatim ad altiora gradatim aſcendebant, habentes uiam aſcenſus per ipſa parietis interiora, donec tali itinere ad medium cœnaculum, & à medio peruenirent ad tertium. Hæc ita eſſe non dubitandum, quamlibet ſcriptura non dicat, quia ſic aſcendentes creberrimas habebant à meridie feneſtras, quarum luce certum per omnia & ſine offenſione iter agerent. Qui nimirum locus propriè ad corpus Dominicum, quod de uirgine aſſumpſit, reſpicit. Oſtium namq; lateris medij in parte erat domus dexteræ, quia defuncto in cruce Domino, unus militum lancea latus eius aperuit. Et bene in parte domus dexteræ, quia dexterum ei latus à milite apertum ſancta credit eccleſia. Vbi & apto etiam uerbo uſus eſt Euangeliſta, ut non percuſsit diceret aut uulnerauit, ſed aperuit, uidelicet quaſi oſtium lateris medij, per quod nobis iter ad cœleſtia panderetur. Deniq; ita ſubiunxit: Et continuò exiuit ſanguis & aqua. Aqua ſcilicet, qua abluimur in baptiſmo, & ſanguis quo conſecramur in calice ſancto. Per hoc namq; oſtium nobis eſt aſcenſus in medium cœnaculum, & à medio in tertium: quia per fidem & myſteria noſtri redemptoris, de præſenti eccleſiæ conuerſatione, ad requiem animarum poſt mortem aſcendimus, rurſumq; de requie animarum adueniente die iudicij ad immortalitatem quoq; corporum quaſi in tertium cœnaculum ſublimiore profectu penetrabimus, ex quo in magna amborum, corporis uidelicet & animæ beatitudine, perpetuo uiuamus. Quod quidem iter inuiſibiliter agebatur, ita ut ſoli hoc qui intrauerant noſſent, quamuis ipſum oſtium etiam foris poſiti uiderent, quia nimirum actus fidelium in hoc ſeculo, & celebrationes ſacramentorum etiam reprobi poſſunt intueri: uerùm arcana fidei & intimæ gratiam dilectionis nullus niſi per hæc Domino duce ad cœleſtia ſcandit, agnoſcat. Qui enim ſe dicit noſſe Deum, & mandata eius nō cuſtodit, mendax eſt. Notandum ſanè quod 30. cubiti altitudinis, de quibus ſuprà legitur, uſque ad medium cœnaculum pertingebant. Deniq; alij triginta cubiti uſq; ad tertium cœnaculū addebantur, quouſq; ad porticū quæ erant circa templum ab auſtro & aquilone & occaſu

occaſu tectum perueniebat,ut Ioſepho narrãte diſcimus. Deinde uſq; ad ſupremum templi tectum alij 60. cubiti numerabantur, & ſic tota altitudo domus iuxta librum Paralipomenõ in 120. cubitos cõſummata eſt. Porticus quoq; quæ erat ante frontem templi ad Orientem iuxta fidem præfati uoluminis eandem cubitorum ſummam in altitudine habebat. Qui uidelicet liber illas de quibus prædiximus porticus circa templũ, cellaria uocat & cubicula. Dedit autẽ, inquit, Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem porticus & templi & cellariorum & cœnaculi & cubiculorum in adytis & domus propiciationis. Vbi etiam exteriorũ domorum, quæ erant extra atrium ſacerdotũ in circuitu templi fecit mentionem, cum protinus adiunxit. Nec non & omnium quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitũ in theſauros domus Domini, & in theſauros ſanctorum. Quod autem omnis altitudo templi 120. cubitorum erat, ad idem ſacramentum reſpicit, quod primitiua eccleſia in Hieroſolymis poſt paſsionem, reſurrectionem & aſcenſionem Domini in cœlos in hoc numero uirorum gratiam ſancti ſpiritus accepit. Quindecim namq; qui ex ſeptem & octo conſtant, ſolent nonnunquam ad ſignificationem referri futuræ uitæ, quæ nunc in ſabbathiſmo geritur animarum fidelium, perficietur autem in fine ſeculi reſurrectione corporum immortalium. Ipſa autem quindecim in trigonum ducta, id eſt, cum omnibus ſuis partibus annumerata 120. efficiunt. Quapropter aptè numero cẽtenario & uicenario magna electorum beatitudo in futura uita deſignatur. Aptè in hoc tertium domus domini cœnaculum conſummatur, quia poſt præſentes fidelium labores, poſt acceptam in futuro requiem animarum plena totius eccleſiæ felicitas in reſurrectionis gloria complebitur. Ad quod myſteriũ æque pertineat ut diximus, quod reſurgens à mortuis Dominus atq; ad cœlos aſcendẽs, huic numero uirorum ſpiritũ ſanctũ in linguis igneis miſit, qui eos qui diuerſitate linguarum ab inuicem diſcreti erant, cognatione loquelarum communem in laudem dei fecit habere ſermonem. Nam & eccleſia ſuo tempore reſurgens à morte, atq; ad cœlos in carne incorruptibili aſcendens, plenè ac perfectè dono ſancti ſpiritus illuſtrabitur, quando ſecundũ promiſſum Apoſtoli erit Deus omnia in omnibus. Tunc plena erit adunatio linguarũ in omnibus ad prædicanda magnalia Dei, quia conſona mente ac uoce omnes diuinæ gloriam maieſtatis, quam præſentem uiſuri ſunt, collaudabunt.

Vt parietes cedro ac pauimentum ſit abiete tectum.
Cap. IX.

E*T ædificauit domum, & conſummauit eam. Texit quoq; domum laquearibus cedrinis.*] Laquearia ſunt tabulata, quæ magno decore compoſita & ornata, ab inferiori parte trabibus affiguntur. Et quia ternę altitudinis domus domini facta fuerat, terna nimirum habebat laquearia. Quid autem aptius per laquearia, quam ſublimiores quoſq; in ſancta eccleſia iuſtos ſignificare credamus? Quorum opus & doctrina cunctis in exemplo propoſita quaſi lõgius in alto præeminet, quiq; ſuis interceſsionibus & exhortationibus animos infirmorum ne in tentationibus deficiãt protegunt. Quæ nimirum laquearia, rectè cedrina eſſe deſcribuntur. Cedrus nãq; arbor eſt imputribilis omnino naturæ, odoris iucundi, aſpectus nitidi, ſerpentes accenſa nidore fugans ac perimens. Quæ perfectis quibuſq; conueniunt, quorum inſuperabilis eſt patiẽtia, fama uirtutũ eximia, præſentia cũctis gratiſsima bonis, authoritas ad reuincendos confutãdoſq; eos qui ueritati reſiſtũt conſtantiſsima, qui & in hac uita & in futura ſingulari præ cæteris ſanctis eminentia fulgent.

Et ædificauit tabulatum ſuper omnem domum quinq; cubitis altitudinis.] Turriculas ſignificat, quę in ſupremo domus tecto per circuitum erant factæ, ne quis ad altiora perueniens repentè laberetur ad ima. Quod in omni domo quam quiſq; ędificaret, Moyſes fieri præcepit. Cum ędificaueris, inquiens domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente. Hæc autem tabulata ſiue turriculæ, ſuprà ſunt latera uocata: ubi cum dictum eſſet, Aedificauit ſuper parietẽ templi tabulata per gyrum, in parietibus domus, per circuitum tẽpli & oraculi: continuò ſubiunctum eſt, Et fecit latera in circuitu. In quibus nimirum lateribus intellleximus diuina eſſe præſidia deſignata, quæ nos in hoc adhuc ſeculo laborantes, ac pro captu noſtro ad ſuperiora nitentes, quotidie ne deficiamus, adiuuãt. Ad cuius formam ſenſus etiam hunc locum intelligere debemus, ſed ea diſtinctione, quòd in hac uita inter crebra uel hoſtis impacati tentamenta, uel noſtræ fragilitatis obſtacula, crebrò imò continuo ſupernæ pietatis munere, ne corruamus, defendimur. In illa uerò uita, quam ſupremũ templi tectum, ut ſuprà docuimus, inſinuat, tãta præſentis gratia munimur, ut nec uelimus ultrà peccare, nec poſsimus, nec ullo mortis ſiue doloris, ſiue tentantis aduerſarij metu afficimur. De præſentibus Domini auxilijs, quaſi de lateribus tabulatorum, dicit ipſe dominus, loquens de populo ſuo: Inuocauit me, & ego exaudiam eum, & glorificabo eum. De futura autem eius gratia, qua ſuperna illa ciuitas illuſtratur, dicit eidem ciuitati Propheta: Lauda Hieruſalem Dominum, & cætera uſq; Fines tuos pacẽ. Bene autem hoc tabulatũ in tecta domus domini quinq; cubitos altũ eſſe memoratur, quia nimirũ ita nos in illa patria diuinæ præſentia claritatis adimplet, ut nihil aliud uiſus noſter, nihil auditus, nihil olfactus, nihil guſtus, nihil tactus, dulce habeat, niſi diligere dominum deũ noſtrũ ex toto corde, tota anima, tota uirtute: diligere & proximũ tãquã nos ipſos.

Et ope

Digitized by Google

Et operuit domum lignis cedrinis. Hic ſupremum ipſum domus tectum dicit, id eſt, tabulatum illud, quod ſupremis trabibus ſuperpoſitũ erat. Non autem habebat templum culmen in ſuperioribus, ſicut nec tabernaculum: ſed erat æquale, quomodo omnib. in Palęſthina & Aegypto domos ædificantibus facere moris eſt. Idipſum autem hoc tabulatum, quo operta eſt domus & laquearia, deſignat eximios quoſq; in reſurrectionis gloria uiros, & ſingulari ſanctitate ad ipſum uirtutis apicem peruenientes: Matth. 11. de quorum uno dicitur, Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioanne baptiſta. Cuius ſi cõparem magnitudinis ſcire uis, audi quid patri ipſius angelus ait: Et ipſe præcedet ante Domi- Luca. 1. num, in ſpiritu & uirtute Heliæ. Et ædificauit parietes domus intrinſecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus uſq; ad ſummitatem parietum, & uſq; ad laquearia operuit lignis. Intrinſecus autem domus cedro erat ueſtita. Nam forinſecus tanto nitore lapis ipſe, de quo facta erat, fulgebat, ac ſi calculo candido eſſet tecta. Iuxta ſenſus uerò myſticos, parietes templi, ſunt populi fideliũ, ex quibus ſancta uniuerſalis eccleſia conſiſtit: quorum dilatationem per orbẽ latitudo deſignat parietum, ſpem uerò & intentionem omnem ad cœleſtia erectam altitudo. Vel certè altitudo parietis, qui ex ordinibus lapidum ſuper inuicem poſitis conſtat, præſentis ſtatum eccleſiæ deſignat: ubi electi ſuper fundamentum Chriſti omnes ædificati, ſibi inuicẽ in ordine per temporum curricula ſuccedunt, ſeſeq; inuicem portantes, legem Chriſti, quæ eſt charitas, adimplent. Dum enim, qui nunc præcedentibus erudiuntur magiſtris, rurſum ipſi alios erudiunt, quaſi ſuper inuicem poſitis ordinibus, quiq; lapidum uiuorum in domo Dei, ſic ab alijs fixa conſtantia portantur: ut ad portandos alios & ipſi ſufficiant, uſq; ad ultimos, qui in fine mũdi naſcituri ſunt, iuſtos: qui quaſi in ſummo domus Dei locati cacumine, docentur & portantur ab alijs: ſed quos doceãt, quorum'ue fragilitatem tolerent, ipſi non habent: qui uidelicet intrinſecus tabulatis cedrinis operiuntur, cum corda fidelium amore uirtutis redundant. Sicut enim cedri natura perfectos homines, ut ſuprà docuimus, typicè denunciat: ita etiam locis opportunis celſitudinem uirtutum, quibus ad eandem perfectionem peruenitur, non immeritò deſignat. Tegũtur autem omnia lignis, à pauimento domus uſq; ad ſummitatem parietum, & uſq; ad laquearia, cum electi à primis fidei rudimentis, uſq; ad perfectionem bonæ actionis, & uſq; ad ingreſſum patrię cœleſtis, bonis inſudare non deſiſtunt operibus, cum à primis iuſtis uſq; ad ultimos, in conſummationem ſeculi omnes uirtutibus ſtudent, quorum meritò iure ualeant proteſtari, quia bonus Chriſti odor ſumus Deo in omni loco. Et texit pauimẽtum tabulatis abiegnis. Hoc quomodo fa- 2. Paral. 3. ctum ſit, plenius in libro Paralipomenon explicatur, ubi ſcriptũ eſt: Strauit quoq; pauimentũ templi precioſiſſimo marmore, ſtratũ decore multo. Vnde patet quod tabulas abiegnas, quibus pauimentum tegeret, nequaquam in terra poſuit: ſed primò illud marmore prætexit, ac deinde tabulas ſuperpoſuit: ac tertiũ his duobus auri ueſtitum ſuperaddidit, ut in ſequentibus legitur. Sicut autem altitudo parietis in altum exurgens, atq; uſq; ad laquearia perueniens, profectus uirtutum, quibus electi ad regnum cœleſte perueniunt, uel certè ipſos electorũ choros, ſibimet per tempora uariantia ſuccedentes ſignificant, ita æqualitas pauimenti concordem eorundem humilitatem, qua in temporali adhuc uita poſiti, ſocialiter inuicem charitate dictante conuerſantur, non immeritò demõſtrat. Quod uidelicet pauimentum precioſiſſimo erat marmore ſtratũ, decore multo: idemq; marmor mox tabulis tectum abiegnis: quia nimirũ uita iuſtorum primò fidei firmitate præmuniẽda in corde, ac deinde uirtutum ſpiritualium latitudine eſt adornanda in opere: alioquin quid utilitatis habebat decor marmoris precioſiſſimi lignorum tabulis obtectus, ſi non myſticum aliquid tacitè ſignaret, ac bonorum amplitudinem operum fortitudine fidei intemeratæ iuſſulciendam eſſe docebat? Abies uerò propter altitudinem ſui, & robur durabile, mentem electorum infima mentis quæq; deſideria ſpernentem, & cœleſtium contemplationi ſemper intẽtam, uirtuteq; patientiæ excellentem, non incongruè demonſtrat. Auri autem laminæ, quæ marmori ac tabulis ſunt abiegnis ſuperpoſitæ, ipſa eſt latitudo charitatis, de puro corde, & cõſcientia bona, & fide non ficta: quæ ſicut aurum alijs precioſius eſt metallis, ita cæteris eximior uirtutibus, in templo Dei ſingulari luce refulget. Vnde bene Apoſtolus, cum plurima uirtutum bona, quæ humilibus corde eſſent ſeruanda, quaſi pauimenti ornatus enumeraret, dicẽs: Induite uos ergo ſicut electi Dei, ſancti & dile- Coloſſ. 3. cti, uiſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, modeſtiam, ſufferentes inuicem, & donantes uobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut Chriſtus donauit nobis, ita & uos facite. repentè, uelut deſuper addendo auri uelamine ſubiunxit: Super omnia autem charitatem habentes, quod eſt uinculum perfectionis.

De diſtincta menſura templi ipſius, & oraculi. Caput X.

AEdificauit quoq; 10. cubitorũ, ad poſteriorem partem templi, tabulata cedrina, à pauimento uſq; ad ſuperiora, & fecit interiorem domum oraculi in ſancta ſanctorum.] Poſteriorem templi occidẽtalem dicit. Ab ortu enim ſolis ingreſſum habebat templum, & ab occaſu domum interiorem, hoc eſt ſancta ſanctorũ. Quod autem tabulata, quæ interiorem domũ ab exteriore ſeparabant, à pauimento uſq; ad ſuperiora eſſe dicit ædificata: nõ uſq; ad laquearia ſignificat, quæ 30. cubitis erant in ſublime à pauimento ſuſpẽſa, ut ſuprà iam dictum eſt: ſed tantum uſq; ad cubitos 20. altitudinis, ut in ſe-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quentibus apertè legitur. Reliquum uerò erat ſupra tabulata apertum & inane, uſque ad laquearia cubitorum decem altitudinis, & cubitorum 20. longitudinis, iuxta latitudinē domus, per quam nimirum ianuam fumus incenſorum thymiamatis ſolebat in ſancta ſanctorum aſcendere, atq; ad arcam Domini operiendam penetrare. In qua diſtinctione domus Domini patet *Hebr.9.* figura myſtica, & Apoſtolo exponēte luce clarius eſt: quia prior domus, in qua ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes, præſens eſt eccleſia, ubi quotidie pijs inſiſtentes operibus, Domino ſacrificia laudis offerimus. Interior uerò domus, quæ ad poſteriorem templi partem erat facta, ipſa eſt promiſſa nobis uita in cœlis, interior quidē hac conuerſatione noſtri exilij: quia in pręſentia regis ſummi, perpes ibi beatorum angelorum & hominum ſolennitas agitur. Vnde bene de ea merito ſeruo dicitur, Intra in gaudium Domini tui. *Matth.25.* Sed poſterior eſt tempore, quia poſt ſeculi huius labores, ad illius ingreſſum perducimur. Tabulata autem quæ utranq; domum ab inuicem diuidunt, ipſa ſunt clauſtra cœli, quorū nobis apertionem quotidie ſuſpiramus: & quantum Dominus donauerit, pia ſemper inſtantia, donec aperiantur, & intrare liceat, pulſamus: ubi etſi necdum ante ſolutionem corporum intrare permittimur, apertam tamen habemus ianuam diuinæ pietatis, qua orationum noſtrarum, eleemoſynarum, ieiuniorū, cæterorumq; operum thymiamata præmittamus. Hinc eſt enim quòd paries cedrinus, domus interioris ianuam habebat in ſuperioribus per totum, ubi fumus incenſorum intraret: quia oculi Domini aperti ſunt ſuper domum eius, nocte ac die, & aures eius in orationes ſeruorum ſuorum intēdentes, & hoc per totam latitudinē diffuſæ per orbem eccleſiæ. Altare quoque thymiamatis, quod in domo quidem exteriore, ſed prope oſtium ſtabat domus interioris, typus fuit perfectorum iuſtorum, qui carne quidem adhuc in mundo retenti, ſed omni deſiderio ſunt ad cœleſtia ſuſpenſi, & uelut incenſo thure fumum aſcendētem in ſancta ſanctorum emittunt: quia ſuperno amore flagrantes, crebris orationū uocibus aures ſui pulſant auctoris. Apertamq; latè ianuam fumus incenſorum in ſuperioribus inuenit: quia quāto mundiores quiq; in terris, & quaſi uiciniores cœleſti patriæ commorātur, tanto citius à Domino cuncta quæ poſcunt, accipiunt. Bene autem interior domus 20. cubitos longa facta eſt, proprer myſterium geminæ dilectionis, de qua ſuprà diximus, quæ in hac interim uita ex parte maxima electorū illuſtrat mentes, ſed in illa patria ceſſantibus aliarum uirtutum operibus, ſola perpetuo regnat. Porrò 40. cubitorum erat ipſum templum, pro foribus oraculi. Diximus ipſum templum eccleſiæ typum geſsiſſe: unde rectè fuit 40. cubitorum. Qui numerus ſæpè in ſignificationem ponitur præſentis fidelium laboris, quomodo quinquagenarius in ſignificatione futuræ quietis & pacis. Denario nanque numero continentur præcepta, quorum obſeruatione ad uitam perueniatur. Denario æquè ſignificatur ipſa, quam deſideramus, & pro qua laboramus, uita perennis. Quadratus uerò eſt mundus, in quo pro acquirenda eadem uita, certamus. Vnde & Pſalmiſta congregandā de gentibus eccleſiam præuidens aiebat: De regionibus cōgregauit eos, à ſolis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari. *Pſal.106.* Decem autem quater ducta, ſexaginta faciunt. Vnde populus ab Aegypto liberatus, in figuram præſentis eccleſiæ, quadraginta annis in eremo multis laboribus exercebatur, ſimul & pane cœleſti reficiebatur, ac ſic tandem ad promiſſam olim patriā peruenit. Exercetur enim tentationibus quadraginta annis, ut latores eccleſiæ, quibus totum per orbem in obſeruanda Dei lege deſudat, inſinuentur: paſcitur manna de cœlo per eoſdem quadraginta annos, ut oſtēdantur ipſę, quas eccleſia tolerat paſsiones, ſpe denarij cœleſtis, hoc eſt, æternę beatitudinis eſſe * leuigandæ: ubi hi qui nunc eſuriūt & ſitiūt iuſtitiam, ſaturabuntur: & ſicut eadem eccleſia ſuo canit redemptori Deo, Ego autem cum iuſtitia apparebo in conſpectu tuo, ſatiabor, dum manifeſtabitur gloria tua. *Pſal.16.* Pariter ergo populus Dei & affligitur aduerſis, & reficitur manna: ut ſit illud Apoſtoli, Spe gaudentes, in tribulatione patientes. *Rom.12.* In qua figura & Dominus noſter quadraginta diebus ieiunabat ante mortē carnis ſuæ: *Matth.4.* quadraginta etiam epulabatur cum diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem carnis ſuæ, *Act.1.* apparens eis in multis argumentis, & loquens de regno Dei, & conueſcens. Ieiunando etenim oſtendebat noſtrum in ſe laborem, manducando autem & bibendo cum diſcipulis, oſtendebat in nobis ſuam conſolationem. Ieiunans uelut clamabat: Attendite ne grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: *Lucæ 21.* manducans autem & bibens, uelut clamabat, Ecce ego uobiſcum ſum, uſq; ad conſummationem ſeculi. *Matth.ult.* & iterum ait: Videbo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis. *Ioan.16.* Simul enim cum uiam Domini carpimus, & à uanitate præſentis ſeculi ieiunamus, & promiſsione futuri reficimur, hic non apponentes cor, illic paſcentes ſurſum cor.

Vt omnis domus ſit cedro ueſtita & auro.

Caput XI.

E*T cedro omnis domus intrinſecus ueſtiebatur, habens tornaturas ſuas, & iuncturas fabrefactas, & cælaturas eminētes.*] Diximus de cedro, quòd inſuperabilem uirtutum uenuſtatem ſignaret. Quo nimirum ligno, omnis domus Domini intrinſecus ueſtitur, cū corda iuſtorum ſolo bonorum operum amore niteſcunt. Habet domus Domini in tabulis cedrinis tornaturas ſuas, & coniuncturas fabrefactas, cum electi quiq; ſeſe ad inuicem pulcherrima charitatis copula connectunt: ita ut cum innumera ſit multitudo fidelium, unum tamen cor, unam habere animam pro cōmunis fidei, *Act.4.*

ac

** Fortè leuandæ.*

ac dilectionis ſocietate meritò dicantur. Namque tornaturæ, quæ iuncturis tabularum apponebantur, ut unum ex omnibus fieret tabulatũ, ipſa ſunt officia charitatis, quibus adinuicem fraternitas ſancta copulatur, atq; in unam Chriſti domum toto terrarum orbe componitur. Quæ etiam domus habet cælaturas eminẽtes, cum opera uirtutum ſancti nequaquam occultè tegunt, ſed manifeſta expreſsione foris omnibus, quales ſint ipſi, quid agant, in exemplum uiuendi proferunt: quomodo fecit Apoſtolus Paulus, qui non ſolum prædicando Chriſtum gentibus, & patiendo pro Chriſto, quãtum emineret, oſtendebat, uerumetiam in epiſtolis ad eccleſias deſtinatis, quot pericula pro Chriſto tolerarit, quantis reuelationibus ſit à Chriſto ſublimatus, felici glorificatione declarabat, qui cum dicere ſuis auditoribus non dubitaret: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. *1.Cor.11.* Quid in domo Domini, niſi cælaturas eminentes oſtendit, quia ſingulari culmine uirtutis ſe cũctis imitabilem præbuit? Omnia cedrinis tabulis ueſtiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Et lapides parietis ſiue pauimenti, & tabulæ & aurum, ſanctorum omnia in eccleſia uitam deſignant. Sed ea utiq; diſtinctione, cum pariter ponuntur, ut lapides uiui ſint ſancti, fortitudine fidei in unam eandemq; regulã ſibimet agglutinati: tabulæ cedrinæ ſiue abiegnæ ſint ſancti, latitudine uariarum uirtutum, ſecũdum donationes ſancti ſpiritus in una eademq; fide ſibimet alterutrum connexi: auri laminæ, ſint ſancti ſupereminentes, ſcientiæ charitatem habentes, huiuſq; fulgore gratiſsimo adinuicem congaudẽtes. Quæ tria beatus Apoſtolus una ſententia complexus eſt dicens, *Galat.5.* Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid ualet, neque præputium, ſed fides quæ per dilectionem operatur. Fidei namq; inuictę lapis figuram tenuit, cedrus actionis odoriferæ, aurum tranſcendentis omnia dilectionis. Veſtiturq; lapideus paries tabulis cedrinis, cum profeſsio fidei bonis ornatur operibus, ne ſine operibus ocioſa iudicetur, aut mortua. Verũ quia lex in lapide ſcripta, doctrina uerò Euangelij per lignum eſt Dominicæ paſsionis confirmata, unde & populus lapide circuncidebatur in præputio, nos ſigno crucis conſecramur in fronte. Poſſunt non incongrue parietes templi lapidei, ſiue pauimentum precioſiſsimo marmore ſtratum, eorum qui in lege fideliter ac perfectè uixerunt, typũ gerere: tabulæ uerò cedrinæ ſiue abiegnæ, noui Teſtamenti iuſtos indicare, qui uolentes poſt Dominum uenire, abnegãt ſemetipſos, & ſumpta cruce ſua quotidie ſequuntur illum. Et quoniam utriuſq; temporis iuſtos communis gloria ſupernæ manet retributionis, lapidibus ac lignis precioſis terna eſt ſpecies aurearum adiuncta laminarum. Nec contrarium debet uideri, quòd ſuprà diximus, porticum quę erat ante templum, antiquorum figuram geſtare fidelium: ipſum uerò templum, eorum qui poſt incarnationis Dominicæ tempus in mundum uenerunt: porrò domum interiorem regni cœleſtis gaudia, quæ utriſq; iuſtis dantur, figurare: nunc autem dicamus parietes lapideos antiquum Dei populum, tabulata cedrina nouum, aureas laminas utriuſq; in cœlis præmia deſignare, cum ijdem parietes templi, & in porticu, & in ipſo templo, & in ſanctis ſanctorum pari fuerint modo de lapidibus & lignis & auro compacti. Multiplex nanque eſt in diuerſis rebus earundem repetitio figurarum. Sed & hoc dicendum, quia fuerunt & in lege, & ante ſcriptam legem plurimi, qui legaliter Domino deſeruirent, non occidentes, non fornicantes, nõ furtum facientes, non falſum teſtimonium loquentes, honorantes patrem & matrem, & diligentes proximos ſicut ſeipſos. Hi ad parietes porticus lapideos pertinebãt. Fuerunt alij, qui maiori perfectione relictis mundi negocijs, & aſſumpta cruce ſua ſequebãtur Dominum, qui ut Apoſtolus ait, Ludibria & uerbera experti, inſuper & uincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. *Hebr.11.* Hi qui ante manifeſtata tempora Euangelij, uitam duxere Euangelicam, quid niſi ante ingreſſum tẽpli tabulata cedrina in porticu fulgebant? Quos utroſq;, quia idem regnũ cœleſte communiter, quamuis in manſionibus diſcretis recipit, quaſi porticus templi, poſt lapides & cedrum, intrinſecus eſt auro cooperta. Sunt autem hoc in tempore perplures, qui legalibus contenti præceptis, quæ ſuprà commemorauimus, ſufficere ſibi credunt tantum, ſi ad uitam uenire mereantur. Sũt alij qui ad perfectionem nitentes, uenditis quæ habent omnibus, Dominum ſequuntur, memores promiſsi illius, quo talibus in reſurrectione non ſolum uitam, ſed & ſpecialem prædixit honorem eſſe tribuendum: Amẽ dico uobis, inquit, quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. *Matth.19.* Hi ad parietes templi albo de lapide factos, illi figuraliter ad cedrina pertinent tabulata, utriq; à Domino perpetuæ præmia lucis, quaſi auri laminas quibus decorentur, expectant. Sunt in abditis templi lapides precioſi, ſunt tabulæ ligni aromatici, utraq; auro cooperta: quia & illi qui in lege Domini immaculatè ambulauerunt, & qui gratiam Euangelij perfectè ſuſceperunt, pariter æterna uita perfruuntur. Oraculum autem in medio domus in interiore parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini. Hoc ſuperius præoccupando expoſitum eſt: quia uidelicet interna domus ſecreta patriæ cœleſtis, arca fœderis Dominum ſaluatorem, in quo ſolo fœdus pacis apud patrem habemus, deſignaret: qui poſt reſurrectionem ſuam aſcendens in cœlum, carnẽ quam aſſumpſerat ex uirgine, in patris dextera collocauit. Porrò oraculum habebat uiginti cubitos longitudinis, & uiginti cubitos latitu-

dinis, & uiginti cubitos altitudinis. Parietem ſignificat cedrinum, qui oraculum, id eſt, ſancta ſanctorum ab ęde exteriore ſegregabat, ſicut & ſuprà diximus. Oraculū ergo ubi erat arca, habebat uicenos cubitos in longitudine & latitudine & altitudine, id eſt, per quadrum: quia in ſuperna illa patria, ubi regem in decore ſuo uident oculi ſanctorū, ſola charitas diuinæ ac fraternæ gratiæ per omnia fulget: quod præſentibus quoq; uerbis aſtruitur, cum dicitur, Et operuit illud atq; ueſtiuit auro puriſſimo. Quod eſt apertè dicere: quia ſupernæ mœnia ciuitatis gratia charitatis impleuit.

Vt altare oraculi cedro & auro coopertum ſit. Cap. XII.

S*Ed & altare ueſtiuit cedro.*] Altare dicit thymiamatis, quod erat ante oraculum, de quo paulo poſt ſubinſertur: Sed & totum altare oraculi texit auro. Vnde intelligi datur, quòd idem altare de lapide quidem fuerit factum, & cedro ueſtitum, ac deinde auro coopertū. Significat autem typicè perfectorum uitam iuſtorum, qui quaſi in uicinia oraculi ſunt poſiti: quia deſertis infimis delectationibus, de ſolo regni cæleſtis ingreſſu curam omnem impendunt. Vnde bene in hoc altari non carnes uictimarum, ſed ſola incendebantur thymiamata: quia tales non adhuc peccata carnis, & illecebras cogitationum in ſe mactare opus habent, ſed tantum orationum ſpiritualium, & cœleſtium deſideriorū odoramenta, per ignem æterni amoris in conſpectu ſui conditoris offerunt. Quid autem in huiuſmodi altari lapis, cedrus, & aurum figurent, ex his quę ſuperius dicta ſunt, facile poteſt intelligi. Domum quoq; ante oraculum operuit auro puriſſimo, & fixit laminas clauis aureis. Domum ante oraculum præſentis eccleſię typum tenere diximus, ubi ita redemptoris noſtri amore flagramus, ut necdum ipſum uidere facie ad faciem ualeamus. Vnde aptè domus hæc auro quidem optimo cooperta, ſed interpoſito erat medio pariete ab oraculo ſecreta. Oraculum nanque uocatur, cum uel diuina hominibus, uel angelica allocutio cum ſecretorū quorumq; reuelatione conceditur. Vnde bene oraculum in abditis, hoc eſt, in interiore domo factum eſt: quia in ſuperna patria & angelorū nobis uiſio & allocutio, ipſaq; Dei præſentia reuelabitur: iuxta hoc quod ueritas ipſa diligentibus ſe pollicetur, dicens: (Ioan. 14.) Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. & iterum: (Ioan. 16.) Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar uobis, ſed palam de patre meo annunciabo uobis. Domus ergo ante oraculū auro tecta eſt, quia perfecti quiq; iuſti in hac uita, ubi necdum palam de patre audire: id eſt, necdum palam uidere queunt, fidem & opus iuſtitiæ diuino ornant amore, per quem perfectam uiſionem, & plenā Dei cognitionem mereantur. Laminæ aureæ, quibus cooperta eſt domus, operationes ſunt multiſariæ pietatis, quos in obſequium uel ſui creatoris, uel fraternę neceſſitatis amor caſtus exhibet. Claui aurei quibus erant affixæ laminæ, ipſa ſunt præcepta charitatis, ſiue promiſſa æternæ claritatis, per quæ in exercitio ſtudioq; uirtutis, ne deficiamus, donante Chriſti gratia continemur. Vnde bene de eiſdem clauis in libro Paralipomenon ſcriptum eſt, (2. Paralip. 3.) Sed & clauos fecit aureos, ita ut ſinguli claui ſiclos quinquagenos appenderent. Quinquagenario nanque numero ſolet in ſcripturis remiſſio peccatorū, & gratia ſpiritus ſancti, & requies æterna figurari: quoniam quinquageſimus Pſalmus eſt pœnitentiæ & remiſſionis, quinquageſimus annus iubilęus, & quinquageſima die poſt paſcha ſpiritus ſanctus adueniens primitiuam eccleſiam conſecrauit. Et quinquagenorum erant ſiclorum claui ſinguli, quibus laminæ aureæ affigebantur, in parietibus domus Domini: quia nimirum uerba cœleſtia, quibus in amore bonorum operum proficimus, & cōſeruamur, ueniam nobis promittunt peccatorum, gratiam ſpiritus ſancti, & ſabbatiſmum in futuro pollicētur æternum. Et hi quidem claui dilectionis. Sunt uerò alij claui timoris, quibus incipientes quiq;, & necdum ad perfectionem peruenientes, illecebras uitiorum carnalium uoluptatumq; mortificant: illi uidelicet ſermones ueritatis, quorum inſtitutione carnem noſtram crucifigere cū uitijs & concupiſcentijs edocemur, quos habere deſiderabat propheta cū ait: (Pſal. 118.) Crucifige clauis & timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Qui rurſum ad perfectionē perueniens dicit de clauis dilectionis: (Pſal. 72.) Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Nihilq; erat in templo, quod non auro tegeretur. Sed & altare totum oraculi auro texit. Suprà de altari dictū eſt, plenius uerò hæc in libro Paralipomenon explicantur, ubi porticus quoq;, quę erat ante frontem templi deaurata eſſe intrinſecus, cœnacula quoq; tecta eſſe perhibentur. Vbi figura myſterij in promptu eſt, quòd tota eccleſia, et in hoc ſeculo, & in futuro, præ cæteris uirtutibus Deo placitis dono charitatis abundat, & ſola hic quaſi ſingulariter eminens clarè uidetur. Deaurata eſt quippe porticus ante templū, quia patres ueteris Teſtamenti Deo per charitatem placuerūt: deauratum eſt templum, quia eadem ipſa charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis: deaurata eſt domus interior, quia in ſuperna patria ſola charitas regnat. Sed ibi eo uerius & ſecurius, quo præſens ipſe Deus, qui eſt charitas, uidetur: ibi eo certius, quo ipſe mediator Dei & hominum, qui ſolus paternorum eſt cōſcius ſecretorū, uelut arca Teſtamenti ſemper aſpicitur. Quòd autem cœnacula quoq; tecta ſunt auro, ad eundem ſenſum reſpicit. Sicut enim interior domus ſancti ſanctorum, ubi erat arca fœderis, uitam ſanctorum in conſpectu ſui conditoris & redemptoris deſignat, iuxta illud Pſalmiſtæ, (Pſal. 30.) Abſcōdes eos in abſcondito uultus tui à conturbatione hominum; ita cœnacula

eadem

eandem in alto uitã, hoc eſt in cœlis eſſe, & non in hoc mundo deſignãt, dicẽte Apoſtolo: Quæ ſurſum ſunt, quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs: q̃ ſurſum ſunt ſapite, nõ q̃ ſurꝑ terrã.

De factura Cherubin. Cap. XIII.

1.Reg.6. ET *fecit in oraculo duos Cherubin de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis.*] Cherubin ſicut propheta Ezechiel apertè declarat, angelicæ dignitatis uocabulũ eſt, numeroq́ ſingulari Cherub, plurali Cherubin dicit. Vnde aptè in figuris Cherubin, quæ erant in oraculo facta angelica miniſteria, quæ conditori ſuo in cœlis ſemper aſsiſtunt, poſſunt intelligi. Qui rectè de lignis oliuarum facti eſſe perhibẽtur, quia nimirum uirtutes angelicæ gratia ſpiritus ſancti ne unquã ab amore Dei areſcant, unctæ ſunt. Ipſi etenim unà nobiſcum ſunt participes illius, de quo ait in laude Chriſti propheta: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. (Pſal.44.) Rectè de lignis oliuarum ſunt figuraliter facti, quos luce ſapientiæ cœleſtis mox ipſe qui creauit, impleuit. Vnde Cherub appellari uoluit, qui Latinè multiplicata ſcientia, ſiue ſcientiæ multitudo interpretatur Decem autem cubitorum ſunt altitudinis, quia denario uitæ æternæ fruuntur, habentes inuiolatam in ſe ſui redemptoris imaginem ſeruata in perpetuum ſanctitate & iuſtitia & ueritate, quam à prima conditione perceperunt. Denarius nanq; decem obolis conſtat, & continere in ſe nomen Cæſaris & imaginem cõſueuit. Quapropter & figuræ regni cœleſtis aptiſsimè congruit, ubi & ſancti angeli in imagine ſui conditoris, ad quam facti ſunt, ſemper manent, & electi homines imaginem eius, quam peccando amiſerant, recipiunt. (1.Ioan.3.) Scimus enim, inquit, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam & uidebimus eum ſicuti eſt. Quinq; cubitorum ala Cherub una, & quinq; cubitorũ ala Cherub altera, id eſt, decem cubitos habentes à ſummitate alæ unius uſq; ad alæ alterius ſummitatem. Alæ cum in ſanctorum hominum figura ponuntur, uirtutes ſignificant eorum, quibus ad cœleſtia ſemper uolare, atque in his conuerſationem delectantur habere. Cum uerò in ſignificatione angelorum ponuntur alæ, quid aptius quàm gratiam perpetuæ & indeſectiuæ felicitatis eorum, qua ſemper in cœleſtibus in miniſterio ſui perſiſtũt auctoris? Vel certe quia leuitate ſpiritualis naturæ ſunt præditi, ita ut ubicunq; uoluerint, ſtatim quaſi uolando perueniant, & hic cum alis figurati, & prophetis ſunt cum alis oſtẽſi. Bene autẽ dicitur quòd quinque cubitorum fuerit ala Cherub una, & quinq; cubitorum ala Cherub altera: quoniam uirtutes angelicæ legem Dei, quæ in quinq; libris deſcripta eſt, indefeſſa deuotione cuſtodiunt, diligendo uidelicet Deum & Dominum ſuum ex omnibus uiribus ſuis, diligendo & proximos tanquam ſeipſos. Plenitudo enim legis eſt charitas. Proximi autem eorum, & ipſi adinuicem ſunt angelici ſpiritus, & homines electi eorum æquè conciues. Vnde utraq; ala eiuſdẽ eſſe menſuræ perhibetur, quia uidelicet eadem

ipſa deuotione, qua ſeſe in alterutrum in Deo diligunt, noſtram quoq; ad ſe aſcendentium ſocietatem deſiderant. Sicq; ſimul alæ decem cubitos complent, cum in geminæ charitatis exhibitione angeli de conditoris ſui præſentia lætantur. Decem quoq; cubitorum erat Cherub ſecũdus mẽſura pari, & opus unum erat in duobus Cherubin. Duo erant facti Cherubin propter conſortium eiuſdẽ, de qua loquimur charitatis ſignificandum: quia minus quàm inter duos ſtare charitas nõ poteſt. Vnde & Saluator binos ad prædicandum mittere diſcipulos curauit, ut tacitè doceret, ab eis qui uerbum fidei prædicarent, uirtutem dilectionis ante omnia opera eſſe tenendam. Vniusq; menſuræ & operis erãt duo Cherubin, quia diſparilitas uoluntatũ ſiue cogitatuum in ſuperna illa patria nulla eſt, ubi una omnes eademq; Dei præſentis uiſione & gloria illuſtrãtur. Poſuitq; Cherubin in medio templi interioris. Extendebant autẽ alas ſuas Cherubin, & tangebat ala una parietem, & ala Cherub ſecundi tangebat parietẽ alterum. Alæ autem alteræ in medio pariete templi, ſe inuicẽ contingebant Manifeſtum eſt ex his, quæ prædicta ſunt, quare Cherubin in medio templi interioris ſint poſiti, quorũ habitatio ſemper eſt in cœlis. Extendebant autẽ alas Cherubin quaſi ad uolandum, quia ſpiritus angelici ſempee habent animum ad obſequium diuinæ uoluntatis paratum. Quòd uerò ala una tangebat parietem, & ala Cherub ſecũdi alterum parietẽ, ad illam charitatis adminiſtrationem quam nobis exhibent angeli, pertinet. Quòd alæ alteræ in medio templi ſeinuicem contingebant, eam dilectionis gratiam qua ſe alterutrum complectuntur, exprimit. Bene autem ſequitur: Texit quoq; auro Cherubin, quia & naturam eorum conditor immortali caritate ſublimauit, & mẽtem uera dilectionis atq; humilitatis luce repleuit. Notandum ſane, quòd Moyſes dum tabernaculũ faceret, fecit & duos Cherubin aureos, quos poſuit in propiciatorio, quod erat ſuper arcam. Salomon autem addidit alios duos maiores, quos in templo poneret, ſub quorum alis arcam in medio poneret cum propiciatorio & Cherubin prioribus. Sicq; factum eſt, ut in tabernaculo quidem eſſent Cherubin duo, in tẽplo autem quatuor. Ad unam uerò eandemq́ ſignificationem utriq; pertinent. Sed repetitum eſt opus auguſte factum & per Salomonem, ut typice doceretur, quia multiplicata per incarnationem Dominicam eccleſia, latius eſſe gentibus ſublimitas cœli ciuium pandenda. Qui ſic conditorem de collato ſibi munere beatitudinis collaudant, ut de noſtra quoq; ereptione, atque ad eandem beatitudinem introductione congaudeant. Extendunt enim alas adinuicẽ ſuper arcam, cum ad laudẽ Domini ſaluatoris referunt bonum omne quod acceperunt. Extendunt alteras alas ad parietes oraculi, cũ ſanctos etiam homines ſecum uidere lætantur, eosq; uelut alarum ſuarum ſummitatibus tangunt, quos cõſortes atq; imitatores fuiſſe in hac

uita ſuæ puritatis exultant. Duos autem æquè parietes alis ſuis tangunt, quia fideles utriuſq; populi, Iudæos ſcilicet & Gentiles, poſſeſſores ſecum habent aulæ cœleſtis. Non quòd in illa patria diſtinctio ſit localis inter utrunq; populũ, ſed quia maior fiat feſtiuitas internæ beatitudinis, de conſortio adunatæ fraternitatis. Extendunt ergo Cherubin ad utrunq; parietem oraculi alas ſuas, quia lætantes in cœleſti patria iuſtos utriuſq; populi uiſione quoq; ſuæ gloriæ ad laudem ſui creatoris excitant. Nec ſolum de illorum, quos ſecum intus habent, hominum iuſtorum felicitate lætantur agmina cœleſtia, uerum etiam noſtri, qui foris adhuc poſiti, de profundis ad Dominum clamamus, curam gerunt ſedulam. Vnde bene de eiſdem Cherubin, in libro Paralipomenon ſcriptum eſt: Ipſi autẽ ſtabant erectis pedibus, & facies eorũ uerſæ erant ad exteriorem domum. Stabãt erectis pedibus Cherubin, quia à uia ueritatis, in qua mox ut conditi ſunt poſiti, nunquam aberrauerũt. Angeli habent facies ad exteriorem domum, quia nos ab huius ærumna peregrinationis ereptos, ad ſuum deſiderant peruenire conſortium. Sic ergo pedibus ſtabant erectis, ſic alas ſuas ad auro textos oraculi parietes extendunt, ut facies habeant ad domum uerſas exteriorem: quia angeli ſic ſuam perpetuò innocentiam conſeruãt, ſic de animarum ſanctarum in cœlis beatitudine congaudent, ut eis quoq;, quos in terris adhuc peregrinari conſpiciunt, electis opem ferre non deſinant, donec & illos ad cœleſtem patriam introducant. Hebr. 1. Omnes enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſsi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Poſſunt etiam per duo Cherubin, duo teſtamenta figurari: qui nimirum Cherubin in oraculo ſunt facti, quia in conſilio diuinæ prouiſionis nobis utiq; inacceſsibili atq; incomprehenſibili ante ſecula diſpoſitum eſt, quando, & qualiter, quibus'ue auctoribus ſacra ſcriptura cõderetur. De lignis oliuarũ ſunt facti, quia per uiros miſericordiæ, quorum pietatis opera non defuerunt, per uiros unctiõe ſpiritus ſancti illuſtratos, diuini ſunt libri conſcripti. De lignis oliuarum ſunt facti, quia lucem nobis ſcientiæ tribuunt, iuuante flamma charitatis Dei, qui per ſpiritum ſanctũ diffunditur in cordibus noſtris. Decem cubitis ſunt alti, quia per obſeruantiam decalogi legis Deo ſeruiendum prædicant: quia Deo ſeruientes fideliter, denario remunerandos eſſe regni perpetis oſtendunt. Geminas habent alas, quæ teſtamenta per aſpera æquè & proſpera indefeſſo propoſito ſemper ad cœleſtia tetendiſſe, ac perueniſſe declarant: quia hoc quidem ſuis auditoribus faciendũ eſſe demonſtrant. Quinque cubitorum ala Cherub una, & quinq; cubitorum ala Cherub altera: quia in omni labentium dierum uarietate, ſancti uniuerſos ſui corporis ſenſus in obſequium ſui conditoris extendunt, oculos habentes ſemper ad Dominum, audire deſiderantes uocem laudis eius, & enarrare uniuerſa mirabilia eius, dulcia faucib. ſuis habentes eloquia illius, ſuper mel & fauum ori ſuo, currentes in odore unguentorum eius, & donec ſupereſt habitus in eis, & ſpiritus Dei in naribus, non loquentes labijs iniquitatem, nec in lingua ſua ſtultitiam perſonantes. Sicq; per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris incedentes, ad perceptionem cœleſtis denarij, quem ſummus paterfamiliàs cultoribus ſuæ promiſit uineæ, perueniunt. Et opus unum erat in duobus Cherubin, quia utriuſq; inſtrumẽti ſcriptores una eademq; caſtitate operis, & charitatis deuotione Deo ſeruiebant, una & conſona Domini uoce ac fide prædicant. Et quidem nouum Teſtamẽtum de Dominica incarnatione, paſſione, reſurrectione, aſcenſione gentium uocatione, Iudæorum expulſione, multimoda eccleſiæ tribulatione facta narrat: hæc eadem uetus Teſtamentum, ſi rectè intelligitur, ueraciter fienda prædicabat. Aduentum ergo Antichriſti, finem ſeculi, extremi diem iudicij, & æternam bonorum gloriam, pœnamq; reproborum concordi utrunque teſtamentum ueritate probat. Alæ igitur Cherubin interiores ſuper arcã ſe inuicem contingebant, quia utraq; teſtamenta pari de Domino atteſtatione conſentiunt. Item alis exterioribus iſte unum parietem, ille alterum contingebant: quia uetus Teſtamentum propriè antiquo Dei populo ſcriptum eſt, nouum uerò nobis, qui poſt incarnationẽ Dominicam ad fidem uenimus: & ſecũdo parieti, id eſt, ſeptentrionali rectè comparamur, quibus poſt frigora, ac tenebras idololatriæ lucem ueritatis cognoſcere datum eſt. Nam etſi primitiua eccleſia maximè de Iudæis effloruit, & omnis Iſrael circa finem ſeculi ſaluandus eſſe creditur, plurimi tamen fidelium huius temporis de gentibus congregantur ad Euangelij ſuſcipienda ſacramenta: quibus etiam diuinitus hoc datum eſt, ut reuelatis oculis ſui cordis, manifeſte cognoſcant literam ueteris Teſtamenti Euangelicæ gratiæ plenam eſſe myſterijs. Verſas habent facies Cherubin ad exteriorem domum, quia ad nos qui adhuc foris ſtamus, nec re ipſa, ſed ſpe ſalui facti ſumus, diuini ſunt libri conditi: quia ſcriptores eorum iam regnantes cum Domino, illumq; collaudantes in cœlis, curam noſtræ gerunt ſalutis, proq; noſtris erratibus apud eius pietatem interpellant. Circumdati ſunt auro Cherubin: quia præclaris ſcriptorum ſuorum operibus confirmatur auctoritas teſtamentorum. Manifeſtata autem cognitione per orbẽ diuinarũ ſcripturarũ, ſiue interna gloria cœleſtiũ agminũ (utrunq; enĩ Cherubin, ut diximus, & angelos uidelicet, & teſtamenta deſignãt) cõfeſtim plures ad fidẽ conuerti & bonis abũdare cœperũt operib. unde aptè ſubdit.

Vt parietes ſculpti, & pauimentũ ſit auro ueſtitum. Cap. XIIII.

ET *omnes parietes templi per circuitum ſculpſit uarijs cælaturis & torno.*] Omnes parietes templi per circuitum omnes ſanctæ eccleſiæ populi ſunt, quibus ſuper fundamentum Chriſti locatis, totius ambitũ orbis repleuit, cœptũq; fidei ædificiũ, quotidie noua mẽbrorũ ſuorũ progenie, quaſi

lapidum

lapidū precioſorū appoſitiōe ſuperaugmētare nō deſiſtit. Qui nimirum parietes uarijs cælaturis ſculpuntur, cum alij datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum: alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in uno ſpiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Et ut ad illas ueniamus, quas omnes habere ualemus uirtutes: charitas, gaudiū, pax, longanimitas, patientia, benignitas, bonitas, fides, modeſtia, continentia, & cæteri fructus ſpiritus, quid niſi cælaturæ ſunt parietum templi? quia ornamenta ſunt mentium populi Dei. Sculpuntur ijdem parietes & torno, cum prompto poſſent animo fideles ad faciendum cuncta, quæ Dominus præcepit, ad patiendum cuncta, quæ permittit, dicentes ex animo per ſingula quæ occurrunt: Psal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore: &, Psal. 56. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & pſalmum dicam Domino. Sculpuntur torno, cum in tantum uirtutibus operam impendunt, ut ab harum tramite nullis circunſtantium rerum periculis, nullis poſsint blandimētis auerti. Quia enim tornatura, & cæteris artibus uelocitate præcellit, & ipſa ſibi regulam, qua ſine errore opus perficiat, ſiſtit: apte per hanc pia ſanctorum uita ſignatur, quæ & parata eſt ſemper ad obſequium diuinæ uoluntatis, & hanc abſque diuerticulo errandi complere longo uirtutum uſu exercitata didicit. Vnde & ſancta eccleſia in Canticis canticorum ſponſi & redemptoris Cantic. 5. ſui uirtutes admirata, dicebat: Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Tornatiles quippe ſunt manus eius, quia apparens in carne, ſanctitates & miracula quæcunque uoluit, abſque omni morarum tarditate, abſque ullis errorum ambagibus, Dei uirtus & ſapientia perfecit. Aureæ ſunt, quia quæ foris uerbo iuſſit intus ut fierent, diuina plenius potentia dedit. Plenæ ſunt hyacinthis, quia ad gloriam patris uniuerſa quæ fecit, retulit: quia per opera quæ fecit, noſtros ad cœleſtia quærenda ſenſus erigit. Omnes ergo parietes templi per gyrum uarijs cælaturis & torno ſculpuntur, cum per mundum Eccleſia uirtutum ſpiritualium executioni, abſq; ullo prorſus errore, prompta deuotione inſiſtit, ubi bene dicitur: Et fecit in eis cherubin & palmas, & picturas uarias, quaſi prominentes de pariete, & egredientes. Cherubim nanq; in parietibus templi facit Salomon, cum electos ſuos ad regulam ſanctarum ſcripturarū in quibus eſt multitudo ſcientiæ, uitam ſuam dirigere donat. Cherubim facit, cum eos in hoc mundo caſtitatem angelicæ cōuerſationis, pro modulo ſuo docet imitari, quod maxime uigilijs ac laudibus diuinis, dilectione ſincera conditoris & proximi geritur. Palmas facit, cum memoriam æternæ retributionis eorum mentibus infigit, ut eo minus ab arce iuſtitiæ declinēt, quā ſemper ante cordis oculos habent. Facit picturas uarias, quaſi prominentes de pariete, & egredientes, cum multiſarias uirtutū operationes fidelibus tribuit: uerbi gratia, uiſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, modeſtiā, ſufferre inuicem, & donare ſibi metipſis, ſuper omnia autem hæc, charitatē habere, quod eſt uinculum perfectionis. Quæ uidelicet uirtutes cùm in tantam electis conſuetudinem uenerint, ut uelut naturaliter eis eſſe uideantur inſitæ, quid aliud quàm picturæ domus Domini prominentes, quaſi de pariete exeūt? Quia & uerba, & opera ueritatis nō adhuc ab alijs extrinſecus diſcunt, ſed infixa radicitus parata ſemper ab intimis cordis, quæ ſunt agenda ſiue docenda, proferunt. Sed & pauimentū domus texit auro intrinſecus & extrinſecus. Intrinſecus & extrinſecus, in oraculo & in ipſo tēplo ſignificat. Diximus autem ſuprà, quòd pauimenti æqualitas, humilem cōcordiam deſignaret ſanctæ fraternitatis: ubi cum ſint Iudæi & Gentes, Barbari & Scythæ, liberi & ſerui, nobiles & ignobiles, cuncti ſe in Chriſto eſſe fratres, uniuerſi eundē ſe habere patrē, qui eſt in cœlis, gloriantur. Neq; enim de concordiſsima humilitate ſupernorum ciuium dubitare cuiquā fas eſt. Texit ergo Salomon pauimentum domus auro intrinſecus & extrinſecus, quia rex noſter pacificus & angelos & animas iuſtorum, in cœlis perfecte ac plenarie dono dilectionis impleuit, & peregrinantes in hoc ſeculo ciues eiuſdē patriæ cœleſtis ſignaculo dilectionis à cęterorū mortalium uilitate ſecreuit: In hoc cognoſcēt, Ioan. 13. inquiens, omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem.

De ingreſſu templi, ſiue oraculi. Cap. XV.

ET in ingreſſu oraculi fecit oſtiola de lignis oliuarū, poſteſq; angulorū quinq;, & duo oſtia de lignis oliuarū.] Quod primo dixerat, Fecit oſtiola de lignis oliuarū, hoc ipſum apertius uidetur explicare uoluiſſe, cum adiunxit: Et duo oſtia de lignis oliuarū. unus quippe erat ingreſſus oraculi, ſed idem ingreſſus duobus oſtijs claudebatur. Rurſumq; reſeratis eiſdē aperiebatur, ſicut & templū & porticus ante templū unū nō amplius habebāt introitū: certi utiq; cauſa myſterij, quia unus dñs, una fides, unū baptiſma, unus Deus, unus in eccleſiā præſentē per baptiſmū, unus in regnū cœleſte per opera fidei eſt ſperandus introitus. Nā quod unus eſſet ingreſſus Oraculi, teſtatur hoc q̄d interius de arca ſcriptū eſt: Cumq; eminerēt 3. Reg. 8. uectes, & apparerent ſummitates eorū foris ſanctuariū ante oraculū, non apparebant ultrà extrinſecus. Vbi patenter oſtenditur, ni fallor, q̄ unus erat ingreſſus oraculi, & hic è regione ſactus arcę, quę erat in medio eiuſdē oraculi: cuius ingreſſus oſtiola, per ſignificationē multiſarie poſſunt accipi. Nā & angelicos ſpiritus, quorū miniſterio in habitationē patriæ cœleſtis introducimur, apertiſsime deſignāt: & apoſtolicorū æque uirorū, q̄ apoſtolorū figurā tenēt, quibus claues regni cœlorū datæ ſunt: q̄ acceperāt à dño poteſtatē ligādi atq; ſoluēdi, & dignos intra ianuā regni admittūt, & cōtumaces impuros & ſuperbos excōmunicādo, uel anathematizādo ab

ingreſſu uitæ perēnis elimināt. Sed & opera iuſtitię, quorū merito ad regnū cœleſte puenitur, rectè per oſtia, per quæ in ſancta ſanctorū ingrediebatur, poſſunt typicè deſignari: iuxta ꝗd in libro Sapientiæ ſcriptum eſt, Sapien. 6. Cuſtoditio autem legum, conſummatio incorruptionis, incorruptio autem facit proximum Deo. Concupiſcētia autem ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Quibus omnibus aptè congruit, quòd eadem oſtiola de lignis fiunt oliuarum: quia nimirum & angeli & homines perfecti, fructu miſericordiæ, & operibus lucis ſeſe in domo Dei glorioſos exhibent: imò omnes electi per arma lucis & pietatis aditum ſibi patriæ cœleſtis aperiunt. Duo ſunt autē oſtiola, ſiue quia Deū & proximos diligunt & angeli & homines ſancti: neq; ianuam uitæ niſi per hanc geminam dilectionem poſſunt intrare: ſeu quia utriſq; populis fidelibus, Iudæis uidelicet & Gentilibus, eadem uitæ ianua reſeratur. Poſtes habent angulorum quinq;, quia non ſolùm animas electorū aula cœli recipit, ſed & corporibus immortali gloria præditis, in iudicio ſuas fores aperiet. Quinq; enim ſunt ſenſus corporis noſtri, quorū & ſuprà meminimus: uiſus, auditus, guſtus, olfactus, & tactus. Vel certè poſtis uterq; tabernaculi quinq; factus eſt cubitorum, quia ſolis illis ſupernæ patriæ introitus panditur, qui omnibus ſui corporis & cordis ſenſibus Domino ſeruire ſtuduerint: corporis uidelicet cum per eoſdem ſenſus aliquid pro illo agunt, cordis uerò, cum ſobriè, & iuſte & piè cogitāt de eis, quę per ipſos corporis ſenſus agere decernunt. Et ſculpſit in eis cherubin, & palmarum facies, & anaglypha ualde prominentia, & texit ea auro. γλυφη Græce, Latinè dicitur cælatura. Cuncta autem hæc ſuprà idem cum cherubin in ornatu parietum templi poſita, & pro captu noſtro expoſita ſunt. Nec laborandum in aſtruendo, quod uirtutum operibus, quæ per totum orbem eccleſia in ſuis ſanctis ac perfectis exercet, illi præcipue, quibus fidelium cura commiſſa, & claues regni cœlorum ſunt datę, omni debeant ſolertia inſiſtere: ut quantum gradu præminent cæteris, tantum & merito pręcellant bonę actionis. Habent nanq; in ſe picturam cherubin ſculptam angelicam in terris uitam, quantum mortalibus poſsibile eſt, & mente imitantur, & opere. Habent & palmarum ſpecies, cum dona ſupernæ retributionis fixa ſemper intentione meditantur. Palma namq; manus uictricis ornatus eſt. Habēt anaglypha ualde prominētia, cū certiſsima bonorum operū documenta, & quæ nemo in ſiniſtram partem interpretari ualeat, cūctis ſeſe intuentibus oſtēdunt. Et hæc omnia opera aureis ſunt laminis operta, cum ſicut ſępe dictum eſt, & ſemper dicendum, cæteris uirtutū floribus ſpecialius in magnis eccleſię membris fulgor ſupereminet amoris. His oſtiolis etiam uelum fuiſſe additum, Verba dierum narrant. Fecit quoq; uelum, inquit, ex hyacintho, purpura, cocco & byſſo, & intexuit ei cherubin. Quod decoris quidem gratia factum eſt, ut inter parietes deauratos etiam holoſericum fulgeret. Sed in eiuſdem myſterij ſignificatione, cuius & oſtiola ante arcam, atque ingreſſum oraculi appenſum eſt: ut ſicut oſtiola congruis horis aperiebantur, ſic & uelum reuelaretur quoties aduenirēt, quibus in ſancta ſanctorum eſſet ingrediendum. Huius ergo ueli ſedula reuelatio legis apertionem ſignificat, & regni cœleſtis, quę nobis per incarnationem Domini & ſaluatoris noſtri donata eſt. Vnde & baptizato eo, cœli aperti ſunt: ut oſtenderetur quia per baptiſma quod nobis ipſe conſecrauit, ianuam patriæ cœleſtis deberemus ingredi. Et moriente illo in cruce, idem uelum ſciſſum eſt medium à ſummo uſque deorſum, ut apertè doceretur, quia figuræ legales iam tunc ad finem ueniſſent, ac ueritas Euangelij arcanaq; cœleſtia, & ipſe cœli ingreſſus non adhuc prophetandus, ac figuraliter ſignificandus, ſed iamiamq; eſſet proximè omnibus aperiendus, qui ab initio mundi uſque ad id temporis in fide ueritatis de mundo tranſierunt. Nam die poſt reſurrectionem Domini quadrageſimo, uniuerſi cū eo cœlum petierunt remotoque omni uelamine, multifarias in domo patris manſiones pro ſuis quique meritis acceperunt. Sed & nobis qui adhuc futuri eramus, eadem hora iam reſeratus eſt ſupernæ illius ciuitatis, ac domus patris ingreſſus. In quam profectò ciuitatem, non niſi per interna æternorum bonorum deſideria, per fidem & ſacramenta Dominicæ paſsionis, per feruorem ſinceræ dilectionis, per mortificationem concupiſcentiæ carnalis, & per quotidiana angelorum auxilia conſcenditur. Vnde bene idem uelum, ſub quo in Oraculum intrabatur, ex hyacintho & purpura, cocco & byſſo factum eſſe, ei quoque cherubin intexti eſſe memorantur. Hyacinthus quippe qui cœli colorem imitatur, ſupernorum deſiderijs aptè comparatur: purpura quæ ſanguine conchiliorum conficitur, & ſanguineam ipſam profert ſpeciem, non immeritò ſacramentum Dominicæ paſsionis ſignat, quo nos initiari, quod imitari crucem noſtram portando, debemus. Coccino, qui rubeo colore flammeſcit, congrue exprimitur uirtus amoris, de quo mirantes dixere qui cum Domino ambulauerunt diſcipuli: Non'ne cor noſtrum ardens erat in nobis, Luc. 24. dum loqueretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Byſſus qui de terra uirenti germine naſcitur, & longo artificum exercitio, natiuum exuit uirorem, atque ad albentem deducitur ſpeciem, congrue caſtigationem noſtræ carnis inſinuat. Cuius quaſi humorem ingenitum exiccari iubet apoſtolus Paulus, dicens: Mortificate Coloſſ. 3. membra ueſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus. Ad quantam uerò candoris gratiam hanc ueli perduci, oſtendit idem Apoſtolus, dicens: Obſecro uos fratres Rom. 12. per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placen-

placentem, rationabile ſit obſequium ueſtrum. Intexuntur uelo cherubin eiſdem quatuor coloribus eximijs conficiunrur, cùm in uniuerſis quæ pie agimus à uenenatis dæmonum telis, per angelorum præſidia Domino donante, protegimur. Intexuntur uelo cherubin, cum in bonis quæ agimus, multitudine ſcientiæ indeſinenter utimur, reſpicientes ſemper ad eloquia diuina: & ne fortè à uirtutum calle aberremus, horum intuitu contenti, ueſtigia noſtra regimus. Fecitq; in iotroitu templi poſtes, de lignis oliuarum quadrangulatos, & duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus: & utrunque oſtium duplex erat, & ſe inuicem tenens aperiebatur. Sicut ingreſſus oraculi, quo ad arcam Domini cherubin perueniebatur, introitum ſignificat regni cœleſtis, quo ad uiſionem noſtri conditoris, ſupernorum'que ciuium nos introduci ſperamus, & deſideramus: ita introitus in templum, primordia noſtræ conuerſionis ad Deum, quando in præſentem eccleſiam ingredimur, typice demonſtrat. Iſte ingreſſum noſtrum ad fidem, ille deſignat ad ſpeciem. Vnde aptè poſtes huius introitus quadrangulati ſunt facti, propter quatuor ſancti Euangelij libros, quorum doctrina in fide ueritatis erudimur: ſeu propter totidem quatuor uirtutes principales, prudentiam, fortitudinē, temperantiam, iuſtitiam, quarum ueluti fundamine quodam firmiſsimo, omnis bonorum actuum ſtructura innititur. Prudentia nanque eſt, qua diſcimus quid nos agere, qualiter uiuere deceat. Fortitudo, per quam ea quæ agenda didicimus, implemus: quas uno uerſiculo uirtutes Propheta breuiter complectitur,
Pſal. 26. dicēs: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea. Illuminatio uidelicet, ut quæ agere debeamus, edoceat: ſalus uerò, ut ad hæc nos peragenda confirmet. Temperantia, qua diſcernimus, ne plus aut minus iuſto prudentiæ ſiue fortitudini operam dare inueniamur. Et quoniam quiſque prudentia, fortitudine, temperantia utitur, abſque ulla contradictione iuſtus eſſe probatur. Virtus quarta poſt prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitia ſequitur. Duo oſtia quæ in hunc ingreſſum facta ſunt, dilectio eſt Dei & proximi: quæ bene altrinſecus facta eſſe dicuntur, quia ad inuicem reſpiciunt, adeò ut una ſine altera nequaquam poſsit haberi:
1. Ioan. 5. Omnis enim qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum, qui natus eſt ex ipſo.
1. Ioan. 4. Et ſicut iterum dicit: Quia qui non diligit fratrem ſuum quem uidet, Deum quem non uidet, quomodo poteſt diligere? Vnde rectè oſtium exterius dilectio fraterna, interius dilectio intelligitur diuina: quia illa prior tempore, hæc eſt dignitate ſublimior. Et per illam ad hanc intratur, quia ex amore proximi diſcitur, qualiter amari conditor debeat. Vtrumque autem oſtium duplex erat; & ſe inuicem tenens aperiebatur: quia in utraque dilectione duo ſunt, quæ principaliter obſeruare debemus. In dilectione etenim Dei, fidem ueritatis, & puritatem neceſſe eſt habeamus bonæ operationis. Sine fide enim impoſsibile eſt placere Deo: &, Fides ſine operibus mortua eſt: in amore autem fraternitatis patientia eſt & benignitas ſeruanda, dicēte apoſtolo Paulo: Charitas patiens eſt, benigna eſt. 1. Cor. 13. Patiens uidelicet ad tolerandas moleſtias iniurias'que proximorum: benigna uerò ad dimittendum ex corde, & benefaciendum eis, quorum iniurias ſuſtinet. Qualem nos charitatem habere Dominus uoluit, cum ait: Dimittite, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis. Luc. 6. Dimittite iniurias lædentibus uos, date ſubſidia pietatis eis quibus laxatis iniurias. Qualem nos impendere dilectionem deſiderat ipſe, qui nos in oratione dicere præcepit: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: &, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Matth. 6. Vtrumque autem oſtium duplex erat, & dilectio utraque gemino ordine perficitur. Vtrumque ſe inuicem tenens aperiebatur, quia iunctæ ſunt uirtutes, neque ab inuicem queunt diuidi. Nam neque fides ſine operibus, neque ſine fide poſſunt opera bona placere. Neque item iniurias ferre ſufficit, qui ei quem tolerat etiam quæ neceſſe habet, cum poſſet, miniſtrare contempſit: neque ei qui ſubſtantiam mundi habuerit, ſat eſt de hac egenti proximo dare, ſi non eas quas ſibi forte irrogauerit moleſtias, ſincero ex corde remittit. Quod enim de utroque illo oſtio dicitur, quia ſe inuicem tenens aperiebatur, non hæc apertio ſeparationem ab inuicem ſpiritualium deſignat uirtutum: ſed hoc potius indicat, quòd per harum coniunctionem ingreſſus nobis ſanctæ eccleſiæ magis pateſcit, ut quo bis amplius abundemus, eo uerius ſanctorum cœtibus aſſociemur. Sicut etiam diuiſio maris rubri, per quam populus Dei Aegyptium perſequētem euaſit, non diuiſionem unici baptiſmatis, ſed apertionem potius ſignauit, qua extinctis peccatis omnibus, ad littus & ſolitudinem tranſeamus uirtutum: uel certè oſtium quod inuicem ſe tenebat, aperitur, cum per miniſterium prædicatoris diſcernitur, quid propriè ad cognitionem fidei, quid ad uiuendi caſtitatem pertineat: quæ tamen utraque à ſua nequeunt connexione ſeparari: quantum diſtet inter ſe proximorum mala tolerare, & eis noſtra bona commendare, cum hæc certiſsime ſoleant in uno eodem'que corde perfectorum indiſſolubilia permanere. Notandum ſanè quòd in ingreſſu Oraculi, duo quidem oſtia fuiſſe dicuntur, ſed hæc duplicia fuiſſe non dicuntur: in templi uerò, id eſt, domus prioris introitu ita erant duo oſtia, ut duplex eſſet utrumque: quia nimirum in præſenti eccleſia talem nos ingredi ac ducere uitam neceſſe eſt, in qua dilectionem Dei & proximi per fidem & operationem, per patientiam & benignitatem, ſeruemus. In futura autem uita, ubi Deum & proximos, in luce æternæ beatitudinis uidebimus

mus eadem utique dilectione gemina, abſque ullo prorſus labore, imò in magna requie, multitudine diuinæ dulcedinis fruemur. Vnde aptè introitus domus interioris duo quidem oſtia, ſed hic ſimplicia habebat. Non enim ibi fides neceſſaria eſt, ubi ea quæ nunc credimus ac ſperamus, omnia manifeſta luce uidebimus: nō enim eſt labor operum neceſſarius, ubi mercede perpetua eorum quæ hic laboramus, donabimur: nō neceſſaria patientia, ubi nemo aliquid aduerſi irrogat: nō munificentia benignitatis, ubi nemo indiget quod opus eſt. Hæc de oſtiorum figura pro modulo noſtro, ſequentes patrum ueſtigia, diſſeruimus: uerùm iuxta formã operis, decoris gratia prouiſum eſt, ut in uno eodemq; templi ingreſſu, duo eſſent oſtia. Neceſſe etenim erat parietes domus, quæ uiginti cubitos habebant in altitudine, nonnullas etiã groſsitudines habere. in cuius nimirum groſsitudinis extrema parte oſtia erant affixa, ita ut æquale parieti eſſet utrunq; oſtium, & ſiue intus ſiue foris templum quiſq; poſitus oſtium inſpiceret, unus ei per omnia paries eſſe uideretur. Similiter & cedrinus paries, cum uicenorum in longitudine & altitudine eſſet cubitorum, non paruam & ipſe debuit habere groſsitudinem. Quapropter & in huius ingreſſu duo facta ſunt oſtia, ut uidelicet ab utroque latere, hoc eſt, intus & foris, æquale parieti oſtium pateret: & quoniam eaſdem picturas oſtium, quas & paries habebat, ueraciter unus per omnia & continuatim extentus paries uideretur: unum decoris gratiam prætendens, aliud myſterij diſpenſationem præfigurans. Quod uerò deſcriptis templi oſtijs ſequitur, Et ſculpſit Cherubin & palmas, & cælaturas ualde eminentes, operuitq; omnia laminis aureis, opere quadro ad regulam, iam ſuprà expoſitum eſt: quia & in parietibus domus, & in oſtijs, & in interioribus eccleſiæ picturæ, ſiue cælaturæ ſunt factæ. Patetq; ratio figuræ, quare eaſdem ipſas picturas & cælaturas, eoſdem Cherubin prima templi ianua, quos & interior recipiat: quia nimirum eadem arcana fidei, ſpei & charitatis, ſublimes quiq; ac perfecti ſublimiter capiunt. Quæq; omnes electi in cœlis plenè in diuina uiſione percipiunt, etiam catechizandos rudibus per ſuos quoſq; diſcenda & confitendo traduntur, quatenus ſacris initiati myſterijs, quandoq; etiam ad capienda ea quæ piè credidere, perueniant.

De atrijs domus Domini. Caput XVI.

A*Edificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri.*] De interiore atrio breuiter loquitur, de exteriore prorſus tacere uidetur. Verum in uerbis dierum utriuſque fit mentio, ubi ita ſcriptum eſt: *1.Par.4.* Fecit etiam atrium ſacerdotum, & baſilicam grandem, & oſtia in baſilica quæ texit ære. Atrium ergo interius, quod uocatur ſacerdotum, eo quod ſacerdotes & Leuitæ in eo miniſtrarent, ex omni parte erat templo circundatum, ſed ab oriente unde templi erat ingreſſus, multò longius erat à templo, quàm à cæteris tribus plagis ſecretum: quia nimirum in ea plaga, id eſt, in facie templi fiebant miniſteria ſanctorũ. Ibi altare æneum ad hoſtias Domino offerendas, ibi decem conchæ ad lauandas eaſdem hoſtias, ibi mare æneum erat poſitum, ad lauandas manus pedesq; ſacerdotum, cum ad miniſtrandum intrarēt. Habebat autem hoc atrium tres cubitos altitudinis, ut Ioſephus narrat, quatenus ab ingreſſu templi exteros prohiberet, & ſolum hoc ſacerdotibus licere ſignificaret. Eratq; ianua ad orientalem plagam, ad quam uſque populus hoſtias ſuas & ſacrificia inferebat, inde ſuſcipienda à ſacerdotibus, atque ad altare perferenda. De exteriore uerò atrio, qđ uerba dierum baſilicam grandem uocant, ita Ioſephus ſcribit: *Lib. 8.* Extrinſecus autem huius templi, aliam ædificauit aulam, quadranguli ſchemate factam, erigens maximas porticus atque latas, & portas excelſas & amplas, per quatuor mundi partes in eo conſtituens, quarum ſingulæ ad unumquenque uentum, quatuor angulis attendebant, ubi æreas ianuas collocauit. Et paulo pòſt: In hoc ſacrarium omnes populi, quibus purgatio & obſeruatio legitimorũ inerat, introibant. Has uerò porticus Caſsiodorus Senator in Pandectis, ut ipſe Pſalmorum expoſitione commemorat, triplici ordine diſtinxit. Primum uidelicet ordinem ponens extra atrium ſacerdotum, ex omni parte per quadrũ: ſecundum eodem modo extra intimas porticus, undique uerſum in gyro: extremum ſimiliter ex omni latere priorum porticuum in circuitu. Sicq; templum triformi ædificiorum præſidio ab omni erat parte munitum, facto pauimento ſub diuo inter ædificia ſingula de marmore, & parietibus domorũ interioribus: hoc eſt, eis qui ad templum reſpiciebant, factis inter columnis, exterioribus uerò ſolidis. Sicq; fiebat ut omnis ſtructura templi pro graduum eſſet uarietate rationabiliter diſtincta. Nam quando in ſancta ſanctorum ingrediebatur Pontifex, in ipſum templum ſacerdotes erant purificati: in atrium ſacerdotum ſacerdotes non purificati, unà cum Leuitis & cantoribus in intimum atrium baſilicæ maioris, uiri Iudæi purificati ſtantes & orantes, ſub diuo ſi ſerenum eſſet, ſi tempeſtas in porticus proximas ſeſe recipientes: in exterius autem atrium mulieres Iudææ purificatæ: in extremum uerò atrium, Gentiles & Iudæi, qui nuper uenerant ex gentibus, uſq; ad ſextum purificationis diem. Hæc ut in pictura Caſsiodori reperimus diſtincta, breuiter annotare curauimus, ita eum ab antiquis Iudæis didiciſſe: neque uirum tam eruditum uoluiſſe in exemplum legendi proponere, quod non ipſe prius uerum eſſe cognouiſſet. Hæc ſunt loca quorum meminit ſupremus graduum Pſalmus, qui ita incipit: *Pſal.133.* Ecce nunc benedicite Dominum, omnes ſerui Domini: qui ſtatis in domo Domini, in atrijs domus

Dei

Digitized by Google

Dei noſtri. In his porticibus Hieremias & alij prophetæ, in his Dominus & apoſtoli uerbum populo prædicabāt. In harum aliqua Dominus ſedebat docens, quando à tentantibus phariſęis mulier illi adultera iudicanda oblata eſt. In his inuenit uendentes & emētes boues, & oues & columbas, boſq; cum ſuis mercimonijs eliminauit è templo. In his Petrum & Ioannem claudū inuenientes, ſanauerunt, ac ſecum ingrediente interius ad orādum duxerūt. In his orabat omnis multitudo populi, quando incenſum ponēti Zacharię, angelus ad altare thymiamatis apparuit, eumq; de præcurſoris Domini natiuitate perdocuit. Non autem hæc atria cum porticibus ſuis aſpectum templi de longè aſpectantibus abſcondere potuerunt, quia locus in quo templū erat ſitum, multo ſublimior erat, quàm ubi porticus fundatæ fuere. Nam ſic Ioſephus

Libro iā dicto

ſcribit: Extremæ atriorum fabricæ, cum in quadringentis cubitis eſſent erectæ, tamen ad uerticem uſq; montis, in quo templum ædificatum eſt, peruenerunt. hæc quidē de ſtructura templi ſtudioſo Lectori credidimus intimanda. Verū in eis quæcunq; ſcriptura ſacra referre commodum duxit, figuras myſteriorum quæramus, cęteris per hiſtoriæ cognitionem ſimpliciter utamur. Aedificium ergo templi intra atriū ſacerdotum, perfectorum in ſancta eccleſia, & ſublimium uitam exprimit uirorum, eorum uidelicet qui & excellentia uirtutum Domino appropinquare, & alijs uerbo atq; opere ducatum ſolent oſtendere ſalutis. Sacerdos nanq; ab eo Latinè nomen accepit, quod ſacrum præbere ducatum minoribus debeat. Quo nomine in ſcripturis myſticè non ſoli altaris miniſtri, epiſcopi uidelicet & presbyteri, ſed omnes utiq; cenſentur, qui altitudine rectæ cōuerſationis, ac doctrinæ ſalutaris eminentia, nec ſibimetipſis tantummodo, ſed ſibi & pluribus proſunt, dū corpora ſua hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem exhibēt. Neq; enim epiſcopis ſolis aut presbyteris, uerùm uniuerſæ eccleſiæ loquebatur apoſtolus Petrus, cum ait:

1.Pet.2.

Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Cuius honore dignitatis etiā antiquus Dei populus erat inſignitus, dicente ipſo ad Moyſen:

Exod.19.

Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filijs Iſrael. Et paulo pòſt: Et uos eritis mihi regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Baſilica uero grandis, quæ erat extra atriū ſacerdotū, in quo omnis populi multitudo adorare, ſiue ad uerbum audiendum confluere ſolebat, carnalium in ſancta eccleſia uitam, moreſq; ſecularium figuraliter inſinuat, quibus dicit Apoſtolus:

1.Cor.3.

Et ego, fratres, non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanq; paruulis in Chriſto lac potum uobis dedi, non eſcam. Qui bene per baſilicam grandem deſignatur, quia abſq; ulla dubietate multo maior eſt in ſancta eccleſia talium quàm perfectorum numerus. Sed quantum numero præſtant, tantū ſuccumbunt merito. Vnde aptè baſilica hæc grandis, etſi plurimos capit, non eos tamen in interiora templi deaurati, nō ad altaris officiū, non in ipſum ſaltem atrium ſacerdotum intromittit: quia carnales quiq; atq; infirmi adhuc in eccleſijs, etſi ob meritum caſtæ fidei ac pietatis Deo deuoti, ad electorum ſortem pertinent, lōge tamen abeſt ut illis æquentur, qui cum fiducia proloquuntur:

Rom.15.

Non enim audeo aliquid eorum loqui, quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam gentium uerbo & factis. Et iterū:

2.Tim.4.

Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitię. Accedebat quidem uulgus uſque ad atrium ſacerdotum, & hoſtias ſuas ad huius uſq; ianuam deferebat ſuſceptas à ſacerdotibus, atq; in altari oblatas oculis proſequebatur. In ipſum etiā templum cùm aperiebatur, intuitū ſuum à longè dirigebat, nec tamen atrium ſacerdotum intrandi facultatem habebat: uerùm de inferioribus clamabat ad Dominum, quia nec carnalium in eccleſia ſimplicitas à Domino deſpicitur, quando fideliter ea quæ ualent, uota pietatis offerunt. Dirigūt enim uiſus à longè in templum Dei, cùm uitam ſublimium diſcere & imitari ſedulò congaudent, & quos uirtutis imitatione ſequi nequeunt, pię uenerationis affectu amplectuntur. Vident hoſtias ſacerdotum in altari igne ſacroſancto conſumi, quia magna operum præmia cognoſcunt à Domino per ſpiritum ſanctum dignanter accipi. Adferunt & ſuas hoſtias ad atrium ſacerdotum offerendas Domino per illos, dum bona quę præualent operantes, maiorum ac doctiorū & firmantur exhortatione, & interceſsione commendātur. Offerunt etiam tunc hoſtias ſuas ſacerdotibus per eos Domino commendandas, cum ſanctis quibuſq; egentibus neceſſaria mundi huius, quibus ipſi abundant, ſummæ mercedis intuitu tribuunt, Domino admonente, ac dicēte:

Luc.16.

Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Et quicunq; (inquit) potum dederit uni ex minimis meis, calicem aquæ frigidæ

Matth.10.

tantum in nomine diſcipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem ſuam. Ac ſic utrorumq; hoſtias unus idemq; in altari dei ignis abſumit, quando Dominus eleemoſynas diuitū, quibus miniſtrauerunt ſanctis, unà cum magnis eorūdem ſanctorum uirtutibus ſuo intuitu ac retributione dignas iudicat. Multitudo ergo credentium, qui relictis poſſeſsionibus, uno corde & anima Domino ſeruiebant, ipſa eſt templum Dei, & locus intra atrium ſacerdotum ſpecialiter illi conſecratus. Porrò baſilica grandis, & orantes in ea circa atrium ſacerdorum in gyro, figuram geſtant eorū, qui eodem tempore credebant ex gentibus in Syria & Antiochia, cæteriſq; prouincijs & ciuitatibus, quibus apoſtoli & ſeniores qui erāt in Hieroſolymis nihil amplius imponebant oneris, quàm abſtinerent ſe ab idolis, immolato & ſanguine, & ſuffocato, et fornicatione. Quorum tamen oblationibus uolebant pauperes ſanctorum, qui erant in Hieroſolymis, ſuſtentari, quatenus eis carnalia ſua miniſtran-

niſtrantes, ſpiritualium eorum poſſent fieri participes. Barnabas uerò & Paulus cũ ſocijs ſuis, qui oblationes eorum accipientes Hieroſolymam deferebant, ipſi ſunt ſacerdotes, qui oblationes ſuſcipientes, ad altare Domini conſecrãdas perducebant, quia deuotionis eorum, ſanctis pro illis orare deberent, attulerunt. Atrium ergo quod poſitum inter locum uulgi & ſacerdotum medium erat, diuiſionem illam ſignificat, quæ carnales in ſancta eccleſia nuper quidẽ incipientes uiam iuſtitiæ ab arce perfectorum, non quidem ſorte electionis, ſed meritorũ quãtitate diſcernit. Nanq; carnales ſufficere ſibi credunt, ſi fidem, ſpem & charitatem, operũ quoq; mundiciam habeant. Perfecti autem & hæc habent, & inſuper uerbo prædicando laborant, pauperibus omnia ſua tribuunt, uigilijs, ieiunijs, hymnis, & canticis ſpiritualibus, ſacris q; lectionibus operam dant, perſecutiones, pericula propter iuſtitiam tolerant, & cætera quæ ſe feciſſe cum ſocijs Paulus gloriatur, prompta deuotione mentis exequuntur. Vnde bene atrium ſacerdotum tribus ordinibus lapidũ politorum, & uno ordine lignorum cedri ædificatum eſſe memoratur. Tres quippe ordines ſunt lapidum politorum, fides, ſpes, charitas. Et rectè politorum, quia certè neceſſaria eſt diſcenda ſolertia, quo quiſq; modo quid credere, quid ſperare, ſeu quid diligere debeat, dinoſcat. Vnus autem ordo lignorum cedri, ipſa eſt bona operatio ſine corruptione ſimulationis exhibita, ſine cuius ſuperadiectione, fides, ſpes, charitas, uera eſſe non ualet. Dictum nanq; eſt ſæpius, quòd ligna cedri propter odoris gratiam, & imputribilem ſuæ naturæ potentiam, perſeuerantiam, ſamamq; piæ deſignent actionis. Ad hoc atrium uſq; uniuerſi conſcendunt electi, qui fide, ſpe, & dilectione atq; opere Deo placere appetunt. Hoc alta meritorum gratia tranſcendunt perfecti, cum in tantum uirtutum culmine proficiunt, ut dicere ſuis auditoribus poſ- 1.Cor.4. ſint: Imitatores noſtri eſtote, ſicut & nos Chri- 1.Cor.6. ſti. glorianturq; & dicunt: Neſcitis quoniã angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia?

Quot annis templum ſit ædificatum.

Caput XVII.

ANno quarto fundata eſt domus Domini, menſe Zio: & in anno undecimo menſe Elul, ipſe eſt menſis octauus, perfecta eſt domus in omni opere ſuo, & in uniuerſis utenſilibus: ædificauitq; eam annis ſeptem.] Patet allegoriæ ſenſus, quare ſeptem annis ædificata ſit domus Domini: quia nimirum ſancta eccleſia toto huius ſeculi tempore, qui ſex dierum circuitu peragitur, ex electis conſtruitur animabus, & cum fine ſeculi ſuum quoq; crementum ad finem ipſa perducit. Vel certe ſeptem annis ædificatur, ob ſignificationem gratiæ ſpiritualis, per quam eccleſia ſolum ut ſit eccleſia, percipit. Septẽ quip- Eſa.11. pe dona ſancti ſpiritus enumerat Eſaias, ſine quibus nemo uel fidelis effici, uel fidem ſeruare, uel merito fidei ad coronam poteſt perueni-re iuſtitiæ. Quod autem in ſeptimo anno, & in octauo eius menſe perfecta eſt domus Domini in omni opere ſuo, & in uniuerſis utenſilibus, ad futurũ ſeculum diemq; iudicij pertinet, quãdo ad tantam iam perfectionem ſancta eccleſia perueniet, ut quid ei amplius addi poſſit, inueniri non poſſit. Habebit enim tunc, quod pius ille deſiderator ſupplex à Domino quærebat, dicens: Domine, oſtende nobis patrem, & ſuffi- Ioan.14. cit nobis. Conſtat enim quia dies iudicij ſæpè in ſcripturis octonario numero typicè exprimitur, eo quòd hoc ſeculum, quod ſeptem diebus currit, ſequatur. Vnde & propheta Pſalmo titulum pro octaua impoſuit, quem ob metum eiuſdem diſtricti iudicis cantauit, ita incipiens: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore Pſal.6. tuo, & reliqua. Sed non contemnenda naſcitur quæſtio, quomodo dicatur domus Domini in menſe octauo perfecta in omni opere ſuo, & in uniuerſis utenſilibus: cum in ſequentibus legatur, menſe ſeptimo perfectionem & dedicationem eius eſſe completam. Neq; autem incredibile eſt, quòd ſeptem quidem annis templum ædificans Salomon, octauo menſe octaui anni perfecerit, uel uſq; ad ſeptimum anni noni menſem, dedicationem perfectæ diſtulerit. Vnde potius ueriſimile uidetur, domum ſeptẽ annis, ac ſeptem menſibus ædificatam, ita ut eodem menſe ſeptimo dedicationis ſit celebrata ſolennitas, ac die uiceſimotertio ipſius menſis, ut uerba dierum narrãt, populum Salomon ad 2.Par.7. tabernacula ſua dimiſerit, ſicq; poſt unam ſeptimanam adueniente menſe octauo, perfecta inuenta ſit dumus Domini, & operibus eius uidelicet uniuerſis, & ipſa dedicatione prius cõpleta. Niſi forte putandum eſt poſt dedicatum tẽplum aliquid adhuc utenſiliorum in miniſteria eius additũ fuiſſe, uſq; ad ingreſſum octaui menſis, accelerante rege, ut omnino menſe ſeptimo qui totus erat ſolennis, templum dedicaretur: atq; ita uerum reperiatur utrunq;, & templum uidelicet octauo menſe in omni opere ſuo atq; utenſilibus perfectum, & ipſum ſeptimo menſe dedicatũ fuiſſe. Miſit quoq; rex Salomon, 3.Reg.7. & tulit Hiram de Tyro filium mulieris uiduæ, de tribu Nephtalim patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum ſapientia, & intelligẽtia & doctrina, ad faciendum omne opus ex arte. Qui cùm ueniſſet ad regem Salomonem, fecit omne opus eius. Et hoc myſterij gratia factum eſt. Artifex quippe Tyrius, quem adiutorem Salomon aſſumpſit, operis electos de gentibus uerbi miniſtros ſignificat: qui uidelicet artifex pulchre dicitur, quia filius erat mulieris uiduæ de Iſrael. In qua perſona ſolet nonnunquam præſentis eccleſia tẽporis figurari, pro qua uir ſuus, uidelicet Chriſtus, morte guſtata reſurrexit, atq; in cœlos aſcendens, eam interim à ſe peregrinantem reliquit in terris. Non autem laborandum in explanando, quomodo huius uiduę filij ſint ſancti prædicatores, cum omnes electi uiritim ſe filios eſſe fateantur eccleſiæ, cùm etiã de eiſdem prædicatoribus noui Teſtamẽti ſpe-

cialiter

Digitized by Google

Pſal.44. cialiter promittatur, dicente Propheta: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Fecit autem Hirã omne opus Salomoni: quia nimirum ſancti prędicatores, dum fideliter miniſterio uerbi inſiſtunt, opus utiq; Dei operantur: quoniam illis loquendo foris uiam ueritatis aperiunt, quos il luſtrando intus ipſe ad uitam præordinauit æternam. 1.Cor.3. Ego (inquit) plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Fecit autem opus ex ære, quia illis committere uerbũ quærit doctor ſtrenuus, qui pie ſuſcipere, ac perſeueranter cuſtodire deſiderant, quiq; etiã alijs prædicando latius diffamare quæcunq; ipſi didicerunt, recte ſatagunt. Aeris nanq; metallũ, ualde eſſe durabile cõſtat, atq; omnimodo ſonorum.

De columnis æneis. Cap. XVIII.

E*T finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam utramque.*] Hæ ſunt columnę, de quibus Paulus ait: Galat.2 Iacobus & Cæphas, & Ioannes, qui uidebãtur columnę eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabę, ſocietatis: ut nos in gẽtes, illi autem in circumciſionem. Quibus uerbis quaſi exponere uidetur myſterium columnarum materialium, & quid uidelicet figurauerint, & quare duæ ſint factę. Apoſtolos nanq; & doctores cunctos ſpirituales ſignificant, fortes nimirum fide & opere, & contemplatione ad ſuperna erectos. Duæ ſunt autẽ, ut & gentes & circumciſionem prædicando in eccleſiam introducant. Stabant in porticu ante fores templi, & ingreſſum illius ſuo decore ac pulchritudine, ex utraq; parte mirabiliter ornabant. Oſtiũ autem templi Dominus eſt, quia nemo uenit ad Ioan.10. patrem, niſi per illũ: & ſicut alibi dicit, Ego ſum oſtiũ, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Quod uidelicet oſtium columnæ ab utroq; latere coram poſitæ circumſtant, cum miniſtri ſermonis utriq; populo introitũ regni cœleſtis oſtendũt, ut ſiue à luce ſcientiæ legalis quiſq;, ſeu ex rigore gentilitatis ad fidem Euangelij uenerit, habeat paratos eos, qui iter ſibi ſalutis & uerbo monſtrent, & exemplo. Vel certe quia de eis 2.Paral.3. columnis in libro Paralipomenon ita ſcriptum eſt, Ipſasq; columnas poſuit in ueſtibulo tẽpli, unam à dextris, & alteram à ſiniſtris: ideo ſunt factæ duæ columnæ, atq; ita diſpoſitæ, ut nobis & in proſperis, & in aduerſis ingreſſum patriæ cœleſtis ante oculos mentis habendum eſſe do 2.Cor.6. ceant. Hinc etenim Paulus columna utiq; domus Domini excellentiſsima, per arma iuſtitię nos à dextris & à ſiniſtris communiendos eſſe, ſuis ſuorumq; ſedulus hortatur exẽplis: ut nec proſperis delectati, nec fracti aſperis, à regia uitæ uia, qua ad promiſſam nobis hæreditatem patriæ cœleſtis gradiendum eſt, ulla in parte declinemus. Notandum ſane in hac ſententia Paralipomenon, quam poſui, quòd eadem porticus templi etiam ueſtibulum templi uocabatur: & quod in prophetis legimus, Inter ueſtibulum & altare orabant ſacerdotes: inter porticum & altare debere intelligi. Bene autem utraque columna 18. cubitos altitudinis habere memoratur. Ter etenim ſeni, decem & octo faciunt. Tria uerò ad fidem pertinere propter ſanctam trinitatem, ſex ad operationem, quòd in eo dierum numero mundus ſit factus, luce clarius eſt. Et tria per ſex multiplicantur, cum iuſtus qui ex fide uiuit, cognitionem piæ credulitatis executione bonæ actionis accumulat. Columna namq; ante fores templi decem & octo cubitos alta eſt, cum prædicator quiſque egregius palam cunctis inſinuat, non niſi per fidem & opera iuſtitiæ nos ad ſupernæ gaudia uitæ poſſe peruenire. Quanuis poſsit & hoc altius intelligi, quòd nomẽ Ieſu apud Græcos ab hoc numero incipiat. Prima enim litera nominis Ieſu apud eos decem, ſecunda octo ſignificat. Et apte octodecim cubitos altæ ſunt columnæ domus Dei: quia doctores ſancti, imò omnes electi ad eum finem bene uiuendo intendunt, ut conditorem ſuum facie uidere mereantur ad faciem. Neq; enim ultrà quid quærere habebunt, cum ad eum qui eſt ſuper omnia, peruenerint. Et linea cubitorum duodecim ambiebat colũnam utranque. Linea cubitorum duodecim, norma eſt Apoſtolicæ inſtitutionis: quæ nimirum linea ambit columnam utranq;, cum quiſque doctor ſiue Iudæis ſiue Gentibus prædicare miſſus, ea tamen facere curat, ea docere, quæ ſancta per Apoſtolos accepit ac didicit eccleſia. Nam ſi quis aliter uiuere, ſiue prædicare uoluerit, & uel Apoſtolica decreta ſpernere, uel pro ſuo libitu noua quælibet ſtatuere maluerit, non eſt talis columna templo Dei apta: quia dum Apoſtolica ſtatuta ſequi contemnit, quaſi uel exilitate inertiæ ſuæ, uel elationis tumidę groſsitudine duodecim cubitorum lineæ non conuenit. Has nimirum lineas Dominus templi ſui columnis circundedit, cum miſsis ad docendas baptizandasq; omnes gentes diſcipulis ait: Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque Matth.28. mãdaui uobis. Qui ergo ſeruat, ac docet omnia quæcunq; mandauit Apoſtolis Dominus, neq; alia ſuperaddens, neq; horum quippiam prætereiens, ipſe profectò eſt columna in domo Dei, quæ eſt eccleſia, & firmamentum ueritatis, qualem fore Timotheum monuit Apoſtolus Paulus. Verùm quia abſque ſcientia ſcripturarum non poteſt eſſe firma uel uita uel loquela doctorum, aptè ſubditur: Duo quoq; capitella fecit, quæ ponerentur ſuper capita columnarum, fuſilia ex ære. Quinq; cubitorum altitudinis capitellum unum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum. Capita enim columnarum, hoc eſt ſuprema pars earũ, præcordia ſunt doctorum fidelium, quorum Deo deuotis cogitationibus, ſicut capite membra, ita ipſorum omnia opera diriguntur & uerba. Duo autem capitella, quæ his capitibus erant ſuperpoſita, duo ſunt teſtamenta, quorum meditationi atq; obſeruantiæ doctores ſancti toto & animo ſubduntur, & corpore. Vnde bene utrunque capitellum quinque cubitos habebat altitudinis: quia nimirum quinque libris ſcriptura Moſai-

cæ legis comprehenſa eſt, quinque etiam ſeculi ætates tota ueteris Teſtamenti ſeries complexa eſt. Nouum uerò Teſtamentum non alia nobis prædicat, quàm quæ Moyſes prædicanda per hoc prædixerat, & prophetæ. Vnde Dominus Iudæis ueteris Teſtamenti literę fruſtra adhærentibus, & gratiam noui ſpernentibus ait: Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. *Ioan. 5.* De me enim ille ſcripſit. Scripſit enim Moyſes de Deo, & multa figuraliter, & illud apertiſſimè, cum promiſſum narrat Abrahę per Dominum, quia in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terrę: & cum per ſe ipſe dicit filijs Iſrael, Quia prophetã uobis ſuſcitabit Dominus Deus ueſter de fratribus ueſtris, tanquã meipſum audietis, iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit uobis. Cuius pręſagij admonuit diſcipulos uox patris de cœlo, cum apparente illis Domino in gloria, inter ipſum Moyſen & Heliam, in monte ſancto intonuit, ita dicens: *Lucæ 9.* Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Cum ergo admirabili diuinæ operationis concordia, & primo noui Teſtamenti gratia in uelamine erat ueteris condita, & nunc ſacramenta ueteris Teſtamenti per lucem ſunt noui reuelata, quaſi capitellum utriuſque columnæ quinque eſt cubitos altum: quia uidelicet manifeſtum eſt, quòd in Teſtamento ueteri, cuius ſacramenta uel in quinq; libris legis præſignata, uel in quinq; ætatibus omnia ſunt plenius comprehenſa, Euangelicæ quoque perfectionis eſt inſita gratia. Sicq; fit, ut prædicator quiſq; egregius, ſiue ad Iudæos, ſeu mittendus ad gentes, conſono diuinorũ eloquiorum teſtimonio confirmatus, certamen fidei, & operis rectitudinẽ, abſque errore conſeruet: noueritq; docens proferre de theſauro ſuo noua & uetera. Non ſolum autem teſtamenta ſibi inuicem diuinorum ſacramentorum relatione concinũt, ſed & omnes, qui in eorundem teſtamẽtorum libris ſcripti continentur electi, una fide præditi, eademq; ſunt adinuicem charitate connexi. Vnde apte de ipſorum capitellorum factura ſubinfertur: Et quaſi in modum retis, & catenarum ſibi inuicem miro opere contextarum, utrunque capitellum columnarum fuſile erat. Quod in libro Paralipomenon ita ſcriptum eſt, *2. Paral. 3.* Nec non & quaſi catenulas in oraculo, & ſuperpoſuit eas capitibus columnarum. Species nanq; catenarum, ſimilitudo retis in capitellis, uarietas eſt uirtutum ſpiritualium in ſanctis, de qua Domino canitur in pſalmis: *Pſal. 44.* Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate: hoc eſt, in ueſtitu fulgidæ dilectionis circumamicta uarietate diuerſorum chariſmatum. Vel certè multiplex contextio catenarum, & retis expanſio, multifariam electorum perſonas inſinuat: quę cum uerbis ſanctorum prędicatorum fideliter auſcultando, atq; obediendo adhærẽt, quaſi columnarum capitibus ſuperpoſitæ catenulæ miraculum ſuæ connexionis cunctis aſpectantibus præbent. Hæ etenim catenæ miro ſibi inuicem ſunt opere contextæ: quia mirabili prorſus gratia ſpiritus ſancti actum eſt, ut uita fidelium & locis & temporibus, & gradu & conditione, & ſexu & ætate, multum ſecreta ab alterutrum, nihilominus una eademq; fide ac dilectione ſit adinuicem coniuncta. Nam quòd hæc coniunctio fraterna iuſtorum locis & temporibus diſiunctorum adunatione fiat donorum ſpiritualium, ſequentibus quoque uerbis oſtenditur, cum de capitellorum factura adiungitur: Septena uerſuum retiacula in capitello uno, & ſeptena retiacula in capitello altero. Septenario nanq; numero ſpiritus ſancti ſolet gratia deſignari, Ioanne atteſtante in Apocalypſi: *Apoc. 1.* qui cum uidiſſe ſe diceret agnum habẽtem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, mox exponẽdo ſubiunxit, Qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in uniuerſam terram. Quod propheta Eſaias apertius explicat, cum de naſcituro Domino in carne loquens: *Eſaias 11.* Requieſcet (inquit) ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Septena ergo uerſuum retiacula erãt in capitello utroque, & patres utriuſque teſtamenti per gratiam unius eiuſdemq; ſpiritus ſeptiformis, ut eſſent electi, acceperunt. Et fecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum ſingulorum, ut tegerẽt capitella. Duo quidem ordines erant retiaculorum in gyro capitelli, ſed uterq; ordo ſeptemplici uerſuum numero currebat, donec circumacto capitello rurſum in ſeipſum, quaſi circulo facto rediret. Hæc figura ſacramenti in abdito non eſt, quare duo retiaculorum ſint ordines, cum conſtet geminę diſcretionis eſſe uirtutem dilectionis: quando uidelicet Deũ ex toto corde, & ex tota anima, tota uirtute, & proximum tanquam noſipſos amare præcipimur. Sed uterq; ordo ille ſeptem habet uerſuum retiacula: quia nec Deus abſq; gratia ſpiritus ſancti poteſt amari, nec proximus. Manet nanque ſententia ueridica, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non ex merito noſtro, ſed per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. Vbi autẽ charitas Dei, ibi profecto & proximi diffunditur in cordibus fidelium, quia nimirum una ſine altera haberi nequaquam ualet. Facta ſunt autẽ retiacula hæc, ut tegerent capitella, hoc eſt undiq; in gyro circundarent: quia omnis ſcripturæ ſanctæ pagina cum recte intelligitur, gratiam per omnia charitatis ſonat, ac pacis. Capitellum etenim diuinorum eloquiorum, retiacula ſunt uincula mutuæ dilectionis. Et retiaculis teguntur capitella, cum ſacra eloquia, ut ita dixerim, dono charitatis undiq; probantur eſſe reſtituta. Nam & in eis, quæ non intelligimus in ſcripturis, charitas latè patet. Bene autem de eiſdem retiaculis ſiue capitellis adiungitur: Quæ erant ſuper ſummitatem malogranatorum. Malogranata nanque, quorum natura eſt, uno foris cortice multa interius grana circundare, aptè in figura ſanctæ ponuntur eccleſiæ, quæ catholica unius fidei munimine innumera electorum agmina

ſoles

Digitized by Google

ſolet includere. Poteſt autem & uniuſcuiuſqoe iuſtitiam moresq; deſignare, qui uelut plurima uno cortice grana circumplectens, multa cogitationum uirtutumq; ſpiritualium inſigtuia, ne fortè diffluant, firma fidei & humilitatis curat uallare cuſtodia. Et aptè prorſus myſterio capita columnarum malis granatis erãt in gyro circundata: quia ſanctos doctores neceſſe eſt priorum uitam fidelium ad memoriam reuocare, eorumq; exemplis ſemper actus ſuos ac ſermones omni ex parte communire: ne ſi aliter fortè quàm illorum habet regula, uixerint, aut docuerint, errent. Sicut ergo retiaculorum admiranda connexio unitatem deſignat fideliũ, quæ eſt in uinculo pacis: ita etiam mala granata eandem ipſam typicè denunciant unitatem, quæ innumeros per orbem populos in unam fidei catholicæ regulam cohibet. Vel certè mirabilis retiaculorum connexio, manifeſtam omniũ fidelium concordiam demonſtrat: malorũ granatorum uerò poſitio internas animi uirtutes, quæ ab alijs uideri nequaquam queunt, exprimit: patientiam uidelicet, humilitatem, benignitatem, modeſtiam, & cætera huiuſcemodi. Et quaſi pulcherrima foris pomorum ſuperficies apparet, ſed incluſa intus granorum copia non paret, cum pia ſanctorum operatio palam cunctis oſtenditur: ſed ea quę intus eſt, fidei, ſpei, ac dilectionis, cæterorumq; animi bonorum gratia non cernitur. Cum ergo dictum ſit de retiaculis, ut tegerent capitella, quæ erant ſuper ſummitatem malorum granatorum, uidetur iuxta ordinem operis illius, quia mala granata fuerint facta in circuitu capitellorum, à parte inferiori, atque ex eiſdem malis granatis orirentur retiacula, quibus capitella ex parte aliqua tegerentur. Patetq; figura myſterij, quia retiacula ſuper ſummitatem fuerint malorum granatorum adnexa, quæ ad unam penè ſignificationem, ſiue perſonarum ſeu uirtutem pertinent ſpiritualium. Scimus enim uirtutes de uirtutibus naſci, & ſanctos ambulare de uirtute in uirtutem, donec uideatur Deus deorum in Syon. Vnde & Apoſtolus: Scientes (inquit)

Rom. 5. quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uerò ſpem. Sed & in ipſo uniuerſali electorum collegio uariè ſibimet inuicem ſuccedunt perſonæ iuſtorum, minoresq; maiorum ac prędeceſſorum ſuorum gaudent fideliter adhærere ueſtigijs, eorumq; dictis ſiue ſcriptis, ne forte in errorem labi poſſint, inniti. Retiacula ergo ſuper ſummitatem ſunt malorum granatorum appoſita, cum concordia charitatis perfectis fuerit ſuperadiecta operibus. Et cum utroque uirtutis munere, & operatione uidelicet, & charitate, uita ſanctorum claeeſcit, quaſi circulum malorum granatorum in capitellis columnæ concatenatio retiaculorum ſuperaddita comitatur. Et quoniã omnia uirtutum dona præſentium ad æternæ gloriam remunerationis, quæ per Euangelium eſt nobis promiſſa ac miniſtrata, reſpiciunt, aptè ſubiungitur: Capitella autem quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilij fabricata erant in porticu, quatuor cubitorum. Quid per lilia niſi ſupernæ claritas patriæ, atque immortalitatis floribus redolens, paradiſi deſignatur amœnitas? Quid pe quatuor cubitos, niſi euangelicus ſermo, qui introitum nobis æternæ beatitudinis illius promittit, & iter quo ad hanc perueniatue, oſtendit? Cum ergo ſancti doctores promiſſa nobis limina eegni cœleſtis in quatuor ſancti Euangelij libris oſtendunt, quaſi capita columnarum opus in ſe lilij quatuor cubitorum exhibent. Vbi notandum iuxta literem, quia cum opus lilij in capitellis quatuor cubitorum eſſe memoratur, neque addidit latitudinis aut altitudinis, lectoris utique iudicio, utrum in altitudine an in latitudine intelligi debeat, relictum eſt. Conſtar autem abſque ulla prorſus dubietate, quia columna, quã duodecim cubitorum reſtis ambiebat, quatuor habebat cubitos groſsitudinis. Omnis etenim circulus quantum habet ſpacij in diametro, tantum habet ter in gyeo. Denique mare æneum, quia diametrum habebat decem cubitorum, ut in ſequentibus legitur: conſequenter habebat triginta cubitos in gyro. Verum quia dicitue opus lilij quatuor fuiſſe cubitorum, ſiue latitudinem ſeu deſignet altitudinem, nihilominus ratio figuræ perſpicua eſt: quia non niſi per Euangelium exoptatiſsima illa mundo uox inſonuit dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matth. 3. Quòd uerò ſequitur: Et rurſum alia eapitella in ſummitatibus columnarum deſuper, iuxta menſuram columnæ, contra retiacula: iuxta menſuram columnæ dicit, tantæ altitudinis quantæ erat & columna, cuius tamen altitudo quanta fuerit, minimè narratur. Hæc autem capitella qualiacunque & quantacunque fuerint (non enim menſuram eorum apertè ſcriptura deſignat) more liliorum uidentur eſſe appoſita: de quorum factura ſi quid myſticum inquirere delectat, illam regni perennis ſublimitatem poteſt non incongruè deſignare, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Poſt lilia etenim quatuor cubitorum, alia ſunt appoſita capitella, quorum altitudo quanta fuerit, non dicitur: quia multa quidem de cœleſti beatitudine in Euangelio legimus, quòd uidelicet ibi mundi corde Deum uidebunt, quòd erunt æquales angelis Dei, quòd non nubunt, neque nubentur, quòd nec mori ultrà poterunt, quòd ubicunque eſt Chriſtus, ibi & miniſtri eius erunt, quòd manifeſtabit ſeipſum illis, quòd palam de patre annunciabit eis, quòd gaudium uiſiõis eius nemo tollet ab eis. Sed ipſa ſpecies horum quæ diximus, ipſe ſtatus & conuerſatio patriæ ipſius cœleſtis, quomodo ſeſe habeat, ſolis eis qui hanc intrare meruerunt, eius ciuibus patet. Vnde bene factura ſiue altitudo horum capitellorum, quæ ſupra lilium erant, ut incomprehenſibilis eſſet terreſtribus, qualitas cœleſtis habitationis inſinuatur: de qua tamen

hoc minimè latet, quia omnes ibi communi felicitate diuinæ uiſionis fruuntur, tanto quiſque ſublimius, quanto mundiores ad eum uidendum oculos habuerit cordis. Qui enim dixit, Psal.113. Benedixit omnes timētes Deum, puſillos cum maiorib. ipſe dixit, Quia tu reddes ſingulis ſecundum opera eorum. Communis ergo ibi benedictio omnium erit electorum. Attamen pro diſtincta operum qualitate, multæ ſunt manſiones beatorum in una eademq; domo patris æterna in cœlis: quod in hatum quoque ſtructura columnarum myſticè reor eſſe deſignatum, cum dicitur: Et rurſus alia capitella in ſummitate columnarum deſuper, iuxta menſuram columnæ, contra retiacula. Iuxta menſuram quippe columnæ fiunt capitella deſuper, cum ſancti doctores, imò omnes iuſti, eorūdem doctorum ueſtigia ſequentes, præmia ſupernæ retributionis, ſecundum merita piæ recipiunt operationis. Contra retiacula quoque fiunt eadem capitella, quia iuxta modum dilectionis, qua ſibi adinuicem in hac uita fraternitas ſancta copulata eſt, ſupernorum quoque ciuium ſocietate in præſentia ſui creatoris coniungetur in cœlis. Verùm quòd eadem ſupernorum ſocietas ciuium utriuſque populi fidelibus tribuitur, rectè ſubiungitur: Malorum granatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli ſecūdi. Diximus mala granata totius ſanctæ eccleſiæ typum tenere: centenarius uero numerus, qui ad dexteram manum primus peruenit, nōnunquam uitam æternæ beatitudinis figurare conſueuit. Duplicatur autem hic numerus malorum granatorum in circuitu capitelli ſecundi, ut inſinuetur myſticè, quòd utriuſque teſtamenti populus ad mādus in Chriſto ad æternæ uitæ ſit introducendus coronam. Cui figuræ cōuenit hoc, quod de Apoſtolis poſt reſurrectionem Domini piſcantibus ſcriptum eſt, cum ipſum in litorę ſtantem uiderunt. Ioan.21. Non enim lōge erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis trahentes rete piſcium. Per ducentos autem cubitos rete plenum magnis piſcibus diſcipuli ad Dominum trahunt, effectum ſuæ reſurrectionis in litore monſtrantem, cum ſancti prędicatores & Iudæis & Gentibus uerbum fidei committunt, atque utriuſque populi electos à fluctibus præſentis ſeculi extractos, ad futuræ gloriam pacis & immortalitatis perducunt. Circuitus ergo capitelli ſecundi ducentos habet ordines malorum granatorū, cum ſublimitas regni cœleſtis, utriuſq; populi electos in una beatitudinis arce colligit. Et ſtatuit duas colūnas in porticu templi. Cum ſtatuiſſet columnam dexteram, uocauit eam nomine Iachin, id eſt, firmitas. Similiter erexit ſecundam columnā, & uocauit nomē eius Booz id eſt, in robore. Dextera columna, ut ſuprà diximus, exprimit figuram doctorum, qui primitiuam in Hieroſolymis inſtituerunt eccleſiam, ſecunda eorum qui ad prædicandum gentibus deſtinati ſunt. Vel certe dextera columna eos ſignificat, qui uenturum in carne Dominum prophetando prædixerāt: ſecūda illos, qui hunc iam ueniſſe, & mūdum ſuo ſanguine redemiſſe teſtantur. Et aptè uocabulo ſimili ambæ cenſebantur columnæ, cum una firmitas, altera in robore dicta eſt: ut una fidei & operis fortitudo cunctis ineſſe doctoribus monſtraretur, noſtriq; temporis inertia notaretur, ubi ſe nonnulli doctores, ſacerdotes & columnas Dei uideri, atque appellari uolunt, cum nihil in ſe prorſus firmæ fidei ad contemnendas ſeculi pompas, ac deſideranda inuiſibilia bona, nihil habeant roboris ad corrigendos, nihil induſtrię ſaltem ad intelligendos eorum quibus prælati ſunt, errores.

De mari æneo. Cap. XIX.

F*Ecit quoque mare fuſile, decem cubitorum à labio uſque ad labium, rotundum in circuitu.*] Mare hoc fuſile in figuram lauacri ſalutaris, quo in remiſsionem peccatorum emundamur, factum eſt. Namque ſacerdotes in eo lauabantur, ut Verba dierum aperte teſtantur. Sacerdotes autem conſtat omnes electos typicè in ſcripturis uocari, eo quod ſint membra ſummi ſacerdotis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et rectè huic uaſi nomen maris ſcriptura indidit, in memoriam uidelicet maris rubri, in quo prius per extinctionem Aegyptiorum, & populi Dei liberationem, forma baptiſmi præceſsit, exponente Apoſtolo, ac dicente: Quoniam omnes patres noſtri ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in 1.Cor.10. Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Sacramentum autem baptiſmi, & uitæ nobis mundiciam acquirit in hoc ſeculo, & uitæ nobis æternæ gloriam promittit in futuro. Quod utrunq; in mari hoc æneo una ſententia deſignatur, cum eſſe decem cubitorum à labio uſque ad labium perhibetur. Decem nanque præceptis, in lege Dominus omnia quæ facere debeamus, expreſſit. Denario æquè mercedem benefactorum ſignauit, cum hunc in uinea laborantibus dandum eſſe prædixit. Erat ergo mare decem cubitorum à labio uſque ad labium: quia à primo baptizato in nomine Ieſu Chriſti uſq; ad ultimū, qui in fine ſeculi crediturus, & baptizādus eſt, omnis fidelium chorus unam eandemq; uiam ueritatis ingredi, & communem debet à Domino coronam ſperare iuſtitiæ. Rotundum erat in circuitu, ut orbis uniuerſus in gyro lauacro uitæ à ſorde peccatorum deſignaretur eſſe mūdandus: de quo bene ſubditur, Quinque cubitorum altitudo eius: quia nimirum quicquid uiſu, quicquid auditu, quicquid olfactu, quicquid guſtu, quicquid tactu delinquimus, totū hoc nobis gratia Dei per ablutionem uiuifici fontis relaxat. Sed non ſufficit prçteritorum remiſsio peccatorum, ſi non quiſque bonis deinceps iniſtere ſtuduerit operibus: alioquin diabolus qui exierat de homine, ſi hunc à bonis uacare actibus uiderit, multiplicius redit, facit, ꝑ nouiſsima hominis illius peiora prioribus. Vnde aptè ſubditur: Et reſticula triginta cubitorū cingebat illud per circuitum. Per reſticulam

namq;

namque diſciplina præceptorum cœleſtium, qua à noſtris uoluptatibus religamur, poteſt aptè ſignari, ſcriptura * teſte: quia funiculus triplex difficile rumpitur. quia nimirum obſeruatio mandatorum Dei, quæ in cordibus electorum, fide, ſpe & dilectione ſupernæ retributionis firmata eſt, nullo temporalium rerum poteſt obſtaculo diſſolui. Et reſticula mare ambit, cum ſacramentum baptiſmi quod accepimus, pijs communire operibus ſtudemus: quæ nimirum reſticula aptè triginta dicitur eſſe cubitorum. Quinquies etenim ſeni triginta faciunt. Senario autem numero, in quo Deus hominem fecit cum non eſſet, & cum periſſet, refecit, rectè bona operatio etiã noſtra figuratur. Et ſex per quinque multiplicantur, ut ad triginta peruenias, cum omnes noſtri corporis ſenſus diuinis humiliter ſubiugamus imperijs. Poſſumus autem & aliter hunc tricenarium myſticè maris numerum non incõuenienter accipere. Ter etenim deni, triginta faciunt. Et genus humanum poſt diluuium ex progenie trium filiorum Noë, latitudinem totius orbis impleuit. Sem quippe proſapia Aſiam, Cham poſteri Africam. Iaphet ſoboles Europam, & inſulas maris obtinuit. Et quia myſterium baptiſmi cum executione bonorum operum, & ſpe cœleſtiũ præmiorum cunctis erat nationibus miniſtrandum, aptè reſticula triginta cubitorum mare illud, in quo baptiſmatis unda figurabatur, cingebat. Sed & hoc dicẽdum, quod Dominus triginta habens annos ætatis uenit ad Iordanem baptizari à Ioanne. Qui quoniam baptiſmate ſuo quod tricenarius accepit, undam nobis lauacri ſalutaris conſecrauit, rectè mare quod noſtrum baptiſma figurabat, triginta cubitorum reſtis circuibat: ut ſignificaretur à dono illius, qui baptiſma ſine peccato ſubijt, baptiſma nobis omnibus, in eum credentibus in remiſsionem peccatorum dedicari. Et ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare. Duo ordines ſculpturarum hiſtriatarum erant fuſiles. Cum prædictum ſit ſuprà, quòd reſticula triginta cubitorum mare circumierit, & nunc addatur, quòd ſculptura hoc ſubter labium poſita decem cubitis ambierit: patet ex utraque relatione, quòd uas erat in modum lilij repandum ac diffuſum, quod à triginta cubitis circuitus, quos habebat in labio, uſque ad decem eſt cubitos coaptatum. Sculptura autem hiſtriata eſt, quæ hiſtorias rerum aliquas imitatur. Vnde rectè per ſculpturas hiſtriatas, quibus mare circundabatur, exempla ſunt priorum temporum deſignata, quæ neceſſe eſt nos ſolerter intueri, ut uideamus quibus operibus ſancti Deo placuerunt ab initio, qua obſtinatione in ſceleribus perdurarunt iniqui, quanta iniquitate ob ſcelera perierint reprobi: quomodo in exordio naſcentis ſeculi Cain ob malitiam inuidiæ damnatus, Abel ſit ob iuſtitiæ meritum coronatus, Lamech ob adulterium & homicidium maledictus, Enoch ob gratiam pietatis ad paradiſum reductus; quomodo poſt diluuium Cham ob impietatem à patre deteſtatus, Sem & Iaphet populi ob obſequium reuerentiæ perpetua ſint benedictione donati, Abraham ob meritum fidei hæres ſit diuinæ promiſsionis effectus, cætera gentium multitudo in auita ſit infidelitate relicta: qualiter adueniente in carne Domino, Iudæa ob perfidiæ noxam repulſa, & gentilitas ſit per gratiam fidei ad ſalutem reducta: & cætera huiuſmodi quæ in utroque teſtamento ſolerter ac piè conſiderata multum ſtudioſis quibuſque proſunt. Et ideo forſitan duo ſunt ordines ſculpturarum hiſtriatarum in mari æneo facti, ut hi qui fonte baptiſmatis imbuti ſunt, utriuſque teſtamenti diligenter auſcultent hiſtorias. Ideo decem cubitorum erant in gyro, ut quoſcunque in iiſdem hiſtorijs deditos, iuſsis cœleſtibus, ac tota intentione ad ſuperna præmia ſuſpenſos eſſe perſpexerint, hos imitari contendant. Bene autem ſequitur: Et ſtabat ſuper duodecim boues, è quibus tres reſpiciebãt ad Aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem. Per boues quippe Apoſtolos & Euangeliſtas, imò omnes uerbi miniſtros debere intelligi, Apoſtolo docente cognoſcimus, qui exponens mandatum legis, quo dictum eſt: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus (inquit) cura eſt Deo, an propter nos utique dicit. nam propter nos ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe qui arat, arare, & qui triturat, ſpei ſuæ fructus percipere. Duodecim ergo boues, duodecim Apoſtoli ſunt, & omnes qui uice eorum regendam ſuſceperunt eccleſiam ſanctam: qui nimirum boues mare ſibi ſuperpoſitum portant, cum Apoſtoli apoſtolorumque ſucceſſores iniunctum ſibi euangelizandi officium prompta implere deuotione ſatagunt. Et tres ad Aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem reſpiciunt, cum in uniuerſis quadrati orbis partibus fidem ſanctæ trinitatis prædicant. Nam & Apoſtoli eo myſterio duodecim, hoc eſt, quater terni ſunt electi, ut fidem & confeſsionem ſanctæ trinitatis per quatuor mundi plagas euangelizantes baptizarent in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: quorum uidelicet Apoſtolorum ſucceſſorumq; eorũ uerba, actus & paſſiones perfacile in præſenti uidere, uel legendo cognoſcere ualemus: quæ uerò illos in futuro maneat gloria retributionis, necdum uidere poſſumus. Vnde aptè ſubditur: Quorum poſteriora uniuerſa intrinſecus latitabant. Intrinſecus namque latitant uniuerſa boum poſteriora: quia qua mercede ſancti prædicatores in perpetuum donentur, in interni arbitri examine iam diſpoſitum eſt: ſed nobis qui adhuc foris ſumus, manet omnimodis occultum. Quibus tamen hoc eſſe occultum nullatenus poteſt, quia omnis qui lauacrum baptiſmi ad ſalutem accipit & uitam, fidem, ſpem, & charitatem debet habere: nec ſine his tribus uirtutibus quiſque aliquid iam operari, neque intrare ad uitam ualet. Vnde rectè ſubiungitur: Groſ-

Ibi dicente Eccleſ.4.

1.Cor.10.

Deut 25.
1.Cor.9.

ſitudo autem luteris trium unciarũ erat. Groſſitudo etenim luteris in mari, firmitas eſt uirtutis in baptiſmo. Et trium unciarũ eſt hæc groſſitudo, dum fidei, ſpei, & dilectionis robore perceptio baptiſmi communitur. Neq; aliter proficuum eſſe accipientibus oſtẽditur, niſi harum firma certitudo uirtutum mẽtem accipientiũ, ſimul & opera confirmet. Accipitur autem, & celebratur baptiſmi lauacrum in exemplo Dominicæ paſsionis & reſurrectionis à mortuis: iuxta quod Apoſtolus exponens ait, [Rom. 6.] Quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmũ in morte, ut quemadmodum reſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim cõplãtati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Quod in figura quoq; maris ęnei typicè ſignatum eſt, eum conſequenter adiungitur: Labiumq; eius ſicut labium calicis, & folium repandi lilij. Per labium nanq; calicis guſtus Dominicæ paſsionis: per foliũ lilij repandi, patefacta claritas reſurrectionis ipſius exprimitur. Nam quòd in calice poculum paſsionis deſignetur, ait ipſe Dominus, qui ueniens ad paſsionem, patrem orat dicens: [Luce 22.] Pater ſi uis, trãsfer calicem iſtum à me. Lilium uerò quod comitante odoris iucundiſſimi gratia candidum foris colorem, intus oſtẽdit aurofum, aptè gloriam reſurrectionis eius insinuat, qui & corporis immortalitatem foris oſtendit diſcipulis, & animam diuina luce coruſcam, ſimul ſibi ineſſe perdocuit. Poteſt etiã in lilio repando ipſe mediator Dei & hominum, poſt paſsionem mortis gloria & honore coronatus, non inconuenienter accipi: qui ante paſsionem quidem ſuam, quaſi clauſum adhuc lilium fuit, cum ſignis miraculorũ quæ fecit, clarus homo refulſit: poſt reſurrectionem uerò, & aſcenſionem ſuam repandum ſe lilium supernę patriæ ciuibus exhibuit, quod in aſſumpta humanitate potentiam diuinę claritatis, quam habuit apud patrem priuſquam mundus eſſet, oſtẽdit. Vnde & in amoris Cantico lilij ſe uocabulo deſignare uoluit, dicens: [Cant. 2.] Ego flos campi, & lilium conuallium. Labium ergo maris, in quo ſacerdotes lauabantur, quaſi labium fuit calicis, & folium repandi lilij: quia lauacrum ſalutare, quo membra ſummi ſacerdotis efficimur, in fide nos ſacroſanctæ paſsionis eius à peccatorũ omnium labe purificat, ac purificatos ad uiſionem gloriæ ipſius perennis introducit: in quo nimirum lauacro uterq; populus, circũciſionis uidelicet & præputij per fidem, ſpem, & dilectionem unum in Domino efficitur, ipſo atteſtãte qui circunciſionem per ſe prędicans ait inter alia: [Ioan. 10.] Et alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & uocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus paſtor. Quod in hoc quoq; mari typicè figurabatur: nam ſequitur. Duo milia batos capiebat. Millenarius nanq; numerus pro ſignificatione perfectionis ſolet poni in ſcripturis: quia nimirum denarium numerum quadratum ſolidum facit. Decem quippe decies ducti, centum faciunt. Quæ uidelicet figura iam quadrata, ſed adhuc plena eſt. Verum ut in altitudinem ſurgat, & ſolida efficiatur, multiplica centum per decem, & fiunt mille. Quo profectò numero ſtabilis & inſuperabilis, & uelut conquadrata, iuſtorum conſcientia deſignatur. Quacunq; enim uerteris, quadrum ſtabit. Sic & animus electorum nullo tentationum occurſu nouit à ſuæ rectitudinis ſtatu inclinari. Batus autem Hebræorum menſura eſt, quam ipſi bath nominant, habens modios tres. Ipſa eſt & ephi, quod & illi epha nuncupant. Sed & ephi ad menſuram pertinet aridarum frugum, tritici, hordei, leguminum: batus uerò eſt in ſpeciebus liquidis, uino, oleo, aqua. Itaq; batus, qui certæ normæ menſura eſt, opera deſignat ęquitatis & iuſtitiæ, quibus hi qui in remiſsionem peccatorum baptizantur, neceſſe habent inſtitui. Batosq; mille capiebat mare, cum aqua baptiſmatis plebem Iudæorum abluens, ad regnum cœleſte tranſmiſit. Recipiebat & alios mille, cum etiam turbas nationum eodem fonte renatas, & operibus iuſtitiæ confirmatas, eiuſdem regni perẽnis fecit eſſe participes. Notandũ ſane hoc in loco, quia ſunt qui putant lege Dei prohibitum, ne uel hominum, uel quorumlibet animalium, ſiue rerũ ſimilitudines ſculpamus, aut depingamus in eccleſia aut pariete, aut alio quolibet loco, eo qđ in decalogo legis dixerit: Nõ facias tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. [Exod. 20.] Qui nequaquam hoc putarent, ſi uel Salomonis opus ad memoriam reuocaſſent, qui & in templo intus palmas fecit, & Cherubin cum uarijs cælaturis: in columnis illius mala granata & retiacula, in mari quoq; hoc æneo duodecim boues, & ſculpturas hiſtriatas, ſed & in baſibus luterũ, ut in ſequentibus legitur: leones cum bobus, palmas, axes, & rotas cum Cherubin & uario picturarũ genere fecit: uel certe ipſius Moyſi opera conſideraſſent, qui iubente Domino, & Cherubin prius in propiciatorio, & poſtea ſerpentem fecit æneum in eremo, cuius intuitu populus à ferorum ſerpentium ueneno ſaluaretur. Si enim licebat ſerpentem exaltari æneum in ligno, quem aſpicientes filij Iſrael uiuerent: cur non licet exaltationem Domini ſaluatoris in cruce, qua mortem uicit, ad memoriam fidelibus depingendo reduci, uel alia eius miracula & ſanationes, quibus de eodem mortis auctore mirabiliter triumphauit, cum horum aſpectus ſæpè multum compunctionis ſoleat præſtare contuentibus, & eis quoque qui literas ignorant, quaſi uiuam Dominicæ hiſtoriæ pandere lectionem? Nam pictura Græcè ζωγραφία, id eſt, uiua ſcriptura uocatur. Si licuit duodecim boues æneos facere, qui mare ſuperpoſitũ ferentes quatuor mundi plagas terni reſpicerẽt: quid prohibet duodecim Apoſtolos depingere, quomodo euntes docerẽt omnes gentes,

bapti-

baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: uiua, ut ita dixerim, præ oculis omnium deſignare ſcriptura? Si contra legem non fuit in eodem mari ſculpturas hiſtriatas, in gyro decem cubitorum fieri, quomodo legi contrarium putabitur, ſi hiſtriatas ſanctorũ ac martyrum Chriſti ſculpamus, ſiue pingamus in tabulis, qui per cuſtodiam diuinæ legis ad gloriã merueruot æternæ retributioois attingere? Verum ſi diligentius uerba legis attendamus, forte parebit non interdictum imagines rerum ac animalium facere, ſed hæc idololatriæ gratia facere, omnimodis eſſe prohibitum. Deniq; dicturus in moote ſancto Dominus, Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinem: præmiſit, Non habebis deos alienos coram me: ac deinde ſubiunxit, Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudioem, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra: atq; cõcluſit, Non adorabis ea, neque coles. Quibus uerbis apertè declaratur, quòd illæ ſimilitudioes fieri prohibeotur ab omnibus, quas in ueneratione deorum alienorũ facere ſolent impij, quasq; ad colendum atque adoraodum geotilitas errabunda reperit. Cæterum ſimpliciter hæc fieri nulla, ut reor, legis diuinæ litera uetuit: alioquin & Dominus tentantibus ſe phariſæis de tributo Cęſaris reddendo, in quo nomẽ & imaginem Cæſaris expreſſam eſſe dicebaot, nequaquam ita reſponderet,

Exod. 20. Math. 22.

Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo: ſed potius eorum corrigeret errorem, dicens: Non licet uobis percuſſura auri ueſtri imaginem facere Cæſari, quia talem ſculpturam lex diuina prohibet eſſe: neque locutus oſtenſo ſibi numiſmate cenſus hoc diceret, ſi in eo Cæſaris imago cauſa idololatriæ, & non ad iudicium magis regiæ poteſtatis eſſet deformata.

De baſibus decem, & luteribus. Cap. XX.

ET *fecit baſes decem æneas quatuor cubitorum longitudinis, baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis.*] Multifarie & multis modis una eademq; noſtræ ſalutis ſacramẽta præfigurantur. Nanq; iidem apoſtoli apoſtoliciq; uiri, qui per boues mare portantes deſignati ſunt: deſignantur etiam per baſes, quæ portandis erant luteribus præparatę, quomodo ipſi luteres eiuſdem lauacri ſpiritualis, cuius & mare typũ gerebant. Siquidem ut Verba dierum narrãt,

2. Paral. 4.

omnia in eis, quæ in holocauſtum oblaturi erant, lauabaot. Holocauſtum ergo Domini generaliter omnis electorum multitudo poteſt intelligi, quæ iuxta uocem præcurſoris baptizata eſt ab ipſo in ſpiritu ſancto & igni. Sicut ergo ſacerdotes, qui in mari lauabantur, formam exprimunt eorum, qui per baptiſma efficiuntur ſummi ſacerdotij conſortes, quod eſt in Domino Ieſu Chriſto: ita etiam eorundem figurã holocauſta apertiſsimè prætendunt, cum per ablutionem baptiſmi gratia ſpiritus ſancti implentur. Lauatur nanque in lutere hoſtia, cum quis fidelium aqua perfunditur: offertur uerò in holocauſtum, cum per impoſitionem manus epiſcopi, donum ſpiritus ſancti accipit.

Act. 8.

Philippus euangeliſta cum prædicaret in Samaria, quid niſi in lutere templi hoſtias Domini lauabat? Sed quia necdum in quenquam eorũ ſpiritus ſanctus deſcenderat, ſed baptizati erant taotum io nomine Domini Ieſu, uelut ablutæ hoſtiæ, necdum ad ſacroſancti altaris ignẽ perueoerant: at cum miſsi illò Petrus & Ioannes imponebant baptizatis manus, & accipiebant ſpiritum ſanctum, loquebãturq; linguis, iam ad ignem altaris peruenerant hoſtiæ, ut fierent holocauſtum, quod Latinè dicitur totũ incenſum: quia uidelicet conſcientiam illorum gratia ſpiritus ſancti adimplens, diuino fecit amore feruescere. Quia uerò ad portãdos luteres decem ſunt baſes factæ, poterat ita myſticè interpretari, quòd miniſtri lauacri uitalis ad æternæ gaudia beatitudinis, quæ denario ſolet numero figurari, eos quos imbuunt uoce, exempli opere fulciunt. Verùm quia de illis luteribus diſtinctè in ſequentibus ſcriptum eſt, quòd uidelicet quinque ex his poſiti ſint ad dexteram partem templi, & quinq; ad ſiniſtram, magis in eis quinarij numeri ſunt intuenda myſteria. In utraque etenim parte templi ſunt baſes luterum, ut utrique Dei populo ſacri fontis gratia deſignaretur eſſe pandenda. Et quinque ſunt in utraq; parte, ut ſicut in expoſitione maris, quod quinque cubitis altum eſſe iam diximus, ſic & in quinque baſibus luterum demonſtraretur typicè, uniuerſa fidelibus, quæ per quinque corporis ſenſus deliquerant, per lauacrum baptiſmi eſſe remittenda. Sicut ergo in uno mari duodecim bobus ſuperpoſito unitas exprimitur baptiſmatis, quę per Apoſtolos toto erat orbi prędicanda: ita & per duos ordines luterum myſticè oſtẽditur, quòd gentilitas & Iudæa in unum conſortium fidei per baptiſmatis erat undam colligenda. Nam etſi in geminis luteribus hoſtiæ lauabantur, quædam quidem à dexteris atrij, quædam uerò à ſiniſtris, uno tamen igne cõſumebantur altaris, ut holocauſtum fieret: quia ſiue quis in parte circunciſionis, ſiue in præputij lauacrum Chriſti ſuſceperit, uno omnes ſpiritu, ut filij Dei fieri poſsint, ſanctificãtur. Hinc etenim Apoſtolus,

Rom. 8.

Sed accepiſtis (inquit) ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Vnum (inquit) ſpiritum accepiſtis, in quo omnes filij adoptionis efficiamini: in quo nimirum ſpiritu clamamus, abba pater, abba uidelicet qui ex Hebræis uenimus ad fidẽ: pater, qui ex gentibus, uarijs quidẽ linguis pro diuerſitate nationũ, ſed unum eundemq; patrẽ Deũ, propter unius donum ſpiritus inuocãtes. Quòd aũt quatuor cubitorũ longitudinis, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorũ altitudinis, baſes ſingulæ fuere, facile intellectu eſt. Longitudo etenim ad patientiã lõganimitatis, latitudo ad dilatationẽ dilectionis, altitudo pertinet ad ſpem ſupernæ retributionis. Quatuor autem ſunt principales uirtutes, quibus cætera uirtutũ ſtructura imminet: prudẽtia ſcilicet, for-

titudo, temperantia, atque iuſtitia. Et ideo quaternorum cubitorum erat longitudo & latitudo baſium, quia ſancti prædicarores ſiue aduerſa mundi, & longitudinem exilij atque laborum præſentium foris tolerent, ſeu cor in dilectione ſui conditoris, ſuorumq; proximorum in exultatione æterna dilatent, ſemper operam dare uirtutibus curant, prudenter uidelicet inter bona & mala diſcernentes, fortiter aduerſa ſuſtinentes, cor ab appetitu uoluptatum tẽperantes, iuſtitiam in operatione tenentes. Trium uerò cubitorum ſit altitudo baſiũ, cum per exercitium uirtutum, quas cum patientia malorum, & dilectione bonorum exercent, cõtinua intentione ad ſanctæ trinitatis perucnire uiſionem ſatagunt. Et ipſum opus baſium interraſile erat, & ſculpturæ inter iuncturas. Iuncturas uidetur dicere eas, quibus ipſe luterum tabulæ ſibimet inuicem connexæ ſunt, ut ſcilicet ex quatuor ſiue quinque tabulis una fieret baſis. Quales autem ſculpturas inter has iuncturas, id eſt, in ipſis ſuis lateribus ante & retrò, à dextra & ſiniſtra, & ſuprà quoque habuerint, ſubdendo aperitur, cum dicitur: Inter coronulas & plectas, leones, & boues, & cherubin, & iuncturas ſimiliter deſuper. Non ergo plana erat illa ex parte ſuperficies baſium, ſed undiq; uerſum myſticis ſculpta figuris: quia mentes ſanctorum, imò uniuerſa conuerſatio eorum uirtutum in omnibus gratiam prætendit, neque aliqua illas hora inanis & uacua prę terit, in qua pijs uacare operibus, uel ſermonibus, uel certe cogitationibus deſiſtant. Coronulas quippe in ſe ſculptas habent, cum ad ingreſſum uitæ perennis infatigabili deſiderio anhelant. Et plectas habent, cum inter deſideria uitæ, quæ ſurſum eſt, nunquam fraternæ ſocietatis, quæ iuxta eſt, uincula diſſoluunt. Habent inter coronulas & plectas leones, cum ita ad ſperanda cœleſtia mentem erigunt, ita ad diligendos proximos dilatant, ut in peccantes quoſque, qui ſibi commiſsi ſunt, feruorem aſperæ inuectionis exercere non tardent. Habent cum leonibus boues, quando ipſam inuectionem corripiendi cum ſpiritu manſuetudinis exhibent: quando in feruore corrigendi nunquam fiſſam ungulam diſcretæ actionis ad loquelam, nuſquam uerba diuinæ lectionis uel, ut ruminanda in ore uoluere ceſſant. Denique beatus Stephanus, baſis uidelicet templi Domini eximia, ſæuos leonis dentes atque ungues oſtendere uidebatur, cum ſuis perſecutoribus aiebat: Act.7. Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, uos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Quem prophetarum patres ueſtri non ſunt perſecuti? & cætera. Verum hæc loquens, quantum pietatis, & ut ita dixerim, bubulæ manſuetudinis intus in corde geſtaret, oſtendit, cum pro iiſdem perſecutoribus uſque ad necem ſuam deſæuientibus, genu flectens, dixit: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Sed quia neque ſpem æternorum in cœlis, neque amorem proximorum in terris, neque feruorem zeli mordentis, neque lenitatem modeſtiæ comparientis abſque ſanctarum ſcientia ſcripturarum habere poſſumus, aptè inter coronas & plectas, leones & boues, cherubin eſſe ſculpti memorantur. Cherubin nanque conſtat ſcripturæ ſacræ typum tenere, ſiue quia duo cherubin in propitiatorio arcæ, in figuram duorum teſtamentorum concorditer de Chriſto canentium ſunt, ſeu quia ipſum nomen ſcientiæ multitudinem ſonat. Quanto autem quiſque ſtudioſius legendis diuinorum eloquiorũ paginis inſtiterit, tanto neceſſe eſt amplius in omnibus quæ agit aut iudicat, interni teſtis aut iudicis examen pertimeſcat, ne aut plus iuſte in peccantes uindicans, aut rurſum abſque moderamine iuſtæ diſcretionis ignoſcens, iram iuſti iudicis incurrat. Qui enim addit ſcientiam, addit & laborem. Eccl.1. Vnde hic quoque præter ſculpturas cherubin, conuenienter adiungitur: Et ſuper leones & boues, quaſi lora ex ære dependentia. Super leones quippe & boues lora dependent, quando ſancti doctores & in ſeueritate diſtrictionis, qua peccantes iudicant, & in manſuetudine lenitatis, qua pœnitentibus remittunt, iudicium ſui timent auctoris, ne fortè iniuſte ligando ipſi iuſte ligari ab eo cuius iudicium errare nequit, mereantur. Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ænei, & per quatuor partes quaſi humeruli ſubter luterem fuſiles, contra ſe inuicem reſpectantes. Quatuor rotæ, quatuor ſunt Euangeliorum libri, qui apriſsime rotis comparantur: quia ſicut uolubilitas rotæ citiſsimo curſu quocunque ducitur, currit: ita ſermo euangelicus, iuuante Domino, per apoſtolos uniuerſas in breui mũdi plagas impleuit. Sicut rota ſuperimpoſitum ſibi currum à terra ſubleuat, & ſubleuatũ quò auriga dirigit, portat: ita euangelica prædicatio mentes electorum à terrenis cupiditatibus in cœleſtia deſideria ſuſpendit, ac ſuſpenſos ad profectum bonæ operationis, ſiue ad miniſterium prædicationis, quocunque adiuuans gratia ſpiritus uoluerit, ducit. Nanq; in ſequentibus dicitur, Quia tales erant rotæ, quales in curru fieri ſolent. Legimus autem de ſanctis: Currus Dei decem millium, multiplex milia lætantium. Psal.47. Quid eſt ergo quòd rotæ baſium rotis aſsimilantur curruum, niſi quia unus idemq; ſermo Euangelij, quoſdam eorum quos inſtituit currus Dei, quoſdam baſes facit? Quicunque ad euangelizandum uerbum doctores longe lateq; mittebantur in mundo, utique currus Dei, & quidem uelociſsimi fuerunt: quia per cuncta diſcurrentes, Deum ad corda credentium perducebant. At uero illi, qui in uno loco commorantes, uerbum ſalutis proximis annunciant, eoſq; ad lauacrum uitæ, quæ uel in baptiſmo, uel in compunctione lachrymarum celebratur, accendunt quaſi baſes ſunt templi, quæ portant luteres ad lauandas hoſtias. Quia ita fidelibus, quibus præſunt, miniſteriũ ſalutis impendunt, ut longius excurrendi ad acquirendos nouos populos, labores non ſubeant.

Rotæ

Rotæ ergo baſium rotis ſunt curruum ſimiles: quia iidem libri euangeliorum, qui hos doctores ad prædicandam fidem ueritatis mittunt, illos ad confirmandam amplius fidem inter doctores, iam ſacramentis cœleſtibus imbutos, manere præcipiunt. Rotæ quatuor baſim luteris ſuſtentabant, cum euangelia Iacobum fratrē Domini ad confirmandam in Hieroſolymis eccleſiam reſidere iuſſerunt. Rotæ earum ſimiles curruum Dei ſuppoſitæ ad currendū parabant, cum eadem Euangelia Paulum & Barnabā ad prædicandū gentibus per omnia diſcurrere uoluerunt. Rotæ baſes ſuppoſitæ ad portandū luterē templi à terra ſuſtollebant, cum noſtris nuper temporibus beatus papa Gregorius Euangelicis roboratus eloquijs, Romanam rexit eccleſiam. Rotæ eædem currui Dei ſuboexæ longe ſtabant, cum reuerendiſsimi patres Auguſtinus, Paulinus, & cæteri ſocij eorum, eiſdē euangelicis confirmati oraculis, iubente illo uenere in Britanniam, & uerbum Dei commiſere dudum incredulis Gentibus. Si ergo baſes luterū ſancti doctores ſunt, qui lauacrum nobis uitæ miniſtrant, & rotæ quaternæ baſium quatuor ſunt libri Euangeliorum, quid axes rotarū qui baſes geſtant, niſi ipſa eorundem ſunt corda doctorum? qui dum pręceptis Euangelij ſedulò intenti, eos ab infimorū appetitu ſuſtollūt, uelut immiſsi rotis axes altius baſim à terra ſubleuāt. Porro humeruli, qui rotis antepoſiti ne ab axibus delabi poſſent, aſsiſtebant, præconia ſunt Prophetarum, quibus euangelica & apoſtolica ſcriptura, ne cui legentium in dubium forſitan ueniat, confirmatur. Vnde & apoſtolus Pe- [2.Pet.1.] trus de Domino loquens, ait: Et habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis intendentes. Sed & omnes euangeliſtæ atq; apoſtoli in eis quæ ſcripſere, legis & prophetarum mentionem facere ſolebant. Deniq; Mar- [Marc.1.] cus ait, Initium euangelij Ieſu Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptū eſt in Eſaia propheta. & Matthęus, Hoc totum factum eſt, ut adimplerētur ſcripturæ prophetarum, & cętera huiuſmodi. Benè autē dicitur quod humeruli, qui per quatuor partes ſubter luterem erant poſiti, contra ſe inuicē ſucriot reſpectantes: quia nimirum omnis ſcriptura prophetica ſibimet cōſentanea eſt, utpote uno dicitur ſpiritu condita. Quatuor autem fuere per baſes ſingulas humeruli, uidelicet iuxta oumerum rotarum, non quia quatuor ſunt tantū libri prophetici, ſed quia in omnibus quę locuti ſunt prophetæ & Moyſes, dictis quatuor euangeliſtarum teſtimonium præbuere, ut ex conſenſu utriuſq; una fides & dilectio Chriſti noſtra omniū corda firmaret. Os quoq; luteris intrinſecus erat in ſummitate capitis, & quod forinſecus apparebat unius cubiti, erat totum rotundū, pariterq; habebat unū cubitū & dimidiū. Os luteris unius cubiti erat. propter unitatē cōfeſsionis & fidei: qa omnes in cōfeſsione patris & filij, & ſpiritus ſancti baptizamur, dicē- [Ephes.4] te Apoſtolo: Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omniū. Et ipſum os in capitis erat ſummitate, ut ad cœleſtia nobis regna per baptiſma iter eſſe pateſactum doceret. Ipſe uerò luter in amplitudine cubitū habebat unum & dimidium, propter operis nimirum perfectionem, & initium cōtemplationis. Integer etenim cubitus in lutere, perfectionem bonæ deſignat actionis. Quod abſq; ulla dubietate habebat ille, de quo tentatori antiquo Dominus aiebat: Nunquid conſideraſti ſeruū meū [Iob 1.] Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra? homo ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Eſt uerò alter cubitus diuinæ uiſionis, qui ex parte nonnulla etiam in hac adhuc uita retētis fidelibus donari conſueuit, ut idem Iob deuicto aduerſario cum Domino loquens ait: Au- [Iob 42.] ditu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te: ut Moyſi Dominus facie uiſus eſt ad faciem, ut Eſaiæ ſedens in ſolio regni circunſtantibus cum laude debita cœli ciuibus, ut cæteris ſæpè uiſus eſt prophetis, ut beato Stephano in articulo paſsionis, apertis cœli ianuis gloria Dei oſtenſa eſt, ut Paulo introitus paradiſi, & tertij cœli ſunt pateſacta myſteria. Sed uniuerſa hæc ex parte permodica, in comparatione eius, quæ in futuro reuelanda eſt gloria. Ideo poſt cubitum bonæ operationis, quæ in hac uita perfici poteſt in ſanctis, cubitus incipit ſupernæ contemplationis, quæ in futura uita in cunctis iam conſtat perficienda electis. Quæ nimirum menſura unius & dimidij cubiti, non luteribus tantum, ſed & rotis earum inerat ac baſibus. Scriptum nanq; eſt in ſequentibus, Vna rota habebat altitudinis cubitum, & ſemis. Et paulo pòſt, In ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas unius & dimidij cubiti, ita fabreſacta, ut luter deſuper poſſet imponi. Luterum quippe menſura unius erat cubiti & dimidij: quia nimirum ea fide in fonte uitę lauamur, ut per opera iuſtitiæ, ad uitam intrare mereamur æternam, quamuis ſine peccato dum hic uiuimus, eſſe nequeamus. Ipſam uerò uitæ cœleſtis dulcedinem guſtare ex parte, ac diligere in hac interim uita, perfecte autem uidere nulla ratione ualemus. Rotæ quoque uno ac dimidio cubito menſurantur: quia ſtudium lectionis euangelicæ, qualiter hi qui perfecti eſſe uelint, uiuere debeant, oſtendit: ſpemq; nobis æternæ retributionis in præſenti demōſtrat, ipſam uerò retributionis illius qualitatem in futuro nobis pandendam, ſimul & donandam eſſe promittit. Baſes & ipſæ unum habent cubitum, ac ſemiſſem amplitudinis in ſummitate ſui, ubi luteres reciperent: quia ipſi doctores ſummi, ac miniſtri lauacri ſalutaris, opere quidem perfecti in hac uita fulſerunt, ſed luce contemplationis ex parte ſunt fruiti. unde & aiunt, Ex parte [1.Cor.13.] enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. In hunc modum fecit decem baſes, fuſura una & menſura, ſculptura'que conſimili. Fecit quoque decem luteres æneos. Quare ſint baſes factæ, totidemq; eis ſuperpoſiti luteres, ſuprà iam dictum eſt.

Quod

Quod uerò una erat fuſura menſuraq́; & conſimilis ſculptura omnium baſium ſiue luterum, non in ea ſignificatione factum eſt, quòd æqualia poſsint eſſe omnium merita doctorum: ſed in ea potius, quòd una fides Euangelij, qua inſtituuntur, unum eſt & ſacramentum baptiſmi, quo abluuntur, unus idemq́; ſpiritus eſt, quo omnes conſecrantur electi, tametſi donationes habent diuerſas in ipſo ſpiritu, qui diuidit ſingulis prout uult. Quadraginta batos capiebat luter unus. Quadragenarius numerus ſolet magnæ perfectionis typum tenere, quia nimirum quater deni, faciunt quadraginta. Decem autem ſunt præcepta, quibus omnis noſtra operatio in lege diuina præfixa eſt: quatuor uerò Euangeliorum libri, quibus per diſpenſationem Dominicæ incarnationis cœleſtis patriæ nobis eſt patefactus introitus. Et quia omnes, qui ad myſterium ſacri baptiſmatis pertinent, cum fide & ſacramentis euangelij debent fructum rectæ operationis oſtendere, aptè luteres ſinguli in quibus holocauſta lauabantur, quadraginta batos capiebãt. Quod uero ſequitur, Eratq́; quatuor cubitorum, ſiue in altitudine, ſeu in latitudine ſignificet, intellectus myſterij in promptu eſt. Luter enim unus quatuor cubitorum erat, uel propter ſancti Euangelij libros, in quibus forma nobis baptiſmi præfixa eſt: uel propter quatuor cardinales uirtutes, quibus quiſque fidelis, ſi non fruſtra fidelis eſt, debet inſtitui: uel certè propter mundi quatuor plagas, quibus lauacrum ſalutis miniſtratur, dicente Pſalmographo: Quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit
Pſ.L77. eos à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Quod uero ſuprà dixit, Pariterq́; habebat unũ cubitum & dimidium: & neq; ibi altitudinem an amplitudinem ſignificaret, adiecit, uidetur quod fundum ipſius luteris unius eſſe amplitudinis uoluerit intelligi. Quod ex menſura (ni fallor) baſis, in qua poſitus erat, quiſque luter facillimè conijcitur, quæ ita deſcribitur: In ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas unius & dimidij cubiti, ita fabricata, ut luter deſuper imponi poſſet. Latitudo ergo fundi in luteribus, unius erat cubiti ac dimidij, ipſa uerò capacitas luterum, quatuor habebat cubitos. Sed utrum in altitudine, an in longitudine, an in utroque dicat, qui nouerit? Et conſtituit decem baſes, quinque ad dexteram partẽ templi, quinq; ad ſiniſtram. Dexteram partem templi & ſiniſtram non intus in templo ipſo, ſed ante templum dicit ad orientalem plagam, uidelicet in atrio interiore, quod ſacerdotum propriè uocabatur. Quinq; autem poſuit ad dexteram partem templi propter Iudæos, qui ſole iuſtitiæ pro doctrina legis antiquitus uti ſolebãt: & quinq; ad ſiniſtrã propter nos, qui cæco diutius corde ſeruituti adhærebamus eius, qui ait: Pooam ſedem meam ad Aquilonem. quod eſt apertè dicere: Illis in cordibus requieſcere deſidero, quæ à luce ueritatis, & flamma diuinę charitatis aliena eſſe cõſidero. Mare autem poſuit ad dexteram partem templi, contra orientẽ ad meridiem. Et hoc in eodem atrio poſitũ eſt ad orientem. Quòd autem ait, Ad dexteram partẽ templi, hoc eſt quod repetit dicens, Ad meridiem. Ingredientibus enim atrium ab oriente, primò diuertendum erat ad meridiem, ubi mare in ipſo angulo ſtabat, ſacerdotibus ad lauandum paratum: deinde progredientibus intrò, occurrebant luteres ad lauandas hoſtias, ab utraq; parte poſiti: intra hos erat baſis ænea quinque cubitorum longitudinis, & quinq; cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis, in qua ſtans Salomon dedicauit templum: deinde ultrà progredientibus, occurrebat altare holocauſti cõtra meridiem atrij: deinde porticus templi ſiue ueſtibulum, in quo erant colũnæ æreæ, circa oſtium templi. Quòd ergo mare poſuit ad dexteram partem templi, ſignificat nos per lauacrum baptiſmi ad regnum cœleſte, quod iure uocabulo dexteræ figuratur, debere peruenire. Qui enim crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Nam ubi dextera ſimul & ſiniſtra in bono accipiuntur, uel Iudæam & Gentilitatem, ut in expoſitione baſiũ ſuprà diximus: uel præſentem eccleſiæ uitam & futuram, uel lętitiam ſanctorum & triſtitiam, uel aliquid huiuſmodi: ubi uerò abſolutè dextera io bono ponitur, æterna gaudia ſæpius demonſtrat. Quod uerò contra orientem poſuit mare, ad eandem propè ſignificationem reſpicit, quòd uidelicet per lauacrum ſacri fontis ſplendor nobis internæ claritatis aperitur. Quòd ad meridianum latus atrij, ſignificat fideles per acceptionem ſancti ſpiritus ad flagrantiam ſolere ueræ charitatis accendi. Feruor etenim meridiani ſolis conſueuit in ſcripturis ardorem dilectionis, & illuſtrationem ſpiritus ſancti, per quem eadem dilectio diffunditur in cordibus electorum, ſignificare.

Quòd in regione Iordanis facta ſint uaſa domus Domini. Caput XXI.

OMnia uaſa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant: in campeſtri regione Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra.] Aptè in regione Iordanis fuſa ſunt uaſa domus Domini, in quo uidelicet flumine Dominus noſter baptizari dignatus eſt, tinctuſq́; eius undis aquarum nobis elementum in ablutionem peccatorum conuertit: quia omne fidelium baptiſma, quo Domino conſecrantur, in exemplum celebratur baptiſmatis illius, quo ipſe aquas ſanctificauit. Rectè in regione Iordanis uaſa domus Domini ſunt facta. Neque eoim aliter uaſa electionis & miſericordiæ fieri poſſumus, niſi ad baptiſma illius, quod illo in flumine ſubijt reſpicientes, & ſpiritali flumine ſatagamus ablui. Notandum autem, quòd non tantum in regione Iordanis, ſed & in campeſtri regione illius facta dicit eadem uaſa: ſignificans multiplicationem fidelium, quæ non ſolum in Iudæa, ſed & in omnium nationum erat latitudine futura, expleta prophetia

Pſal.95. phetia quæ dicit: Gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt. Cui ſimile eſt hoc, quod idē pſalmiſta de ſacramenti Dominicæ incarnationis arcano, à qua ad fidem uenerunt, ait: Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in cāpis ſyluæ. Audimus quippe in Ephrata, id eſt, in Bethleem ſacramenta Dominica: quia reuelatum per prophetas de Virgine, quæ erat ex eadem ciuitate, de fructu uētris eius Chriſtum in carne uenturum. Inuenimus ea in campis ſyluæ: quia reuelata in latitudine gentium per orbem, ipſi cognouimus, ipſi uidimus, ipſi participes ſumus facti. Fudit ergo rex uaſa domus Domini in cāpeſtri regione Iordanis, quia Dominus baptiſmū ſalutis, de quo uaſa miſericordiæ faceret, per totam mundi latitudinem impleuit. Argilloſa autem terra de qua factæ ſunt formæ ad fundenda uaſa domus Domini, quæ melius quàm ſcriptura ſacra, de qua regulam bene uiuendi accipimus, ualet intelligi? Quaſi enim argilla ignibus durata formam uaſis Domini, quanta & qualia fieri debeant, exhibet, cum nobis ſcriptura regulam iuſtitiæ quam ſequamur, oſtendit, ſanctorumq; nobis exempla, qui in igni tribulationum inuincibiles perdurarunt, in omnibus ſequenda præmonſtrat. Si uaſa in domo Domini electa, ac precioſa eſſe concupiſcimus, ſicut æs igni liquefactū argillæ formas ingreditur, quo uas poſsit aptum miniſterijs cœleſtibus effici: ita & ipſi ſalubriter humiliati, & flamma ſiue diuinæ charitatis, ſeu etiam humanæ aduerſitatis emolliti, uiam patrum bonum operando intramus, ut ad pręmia patrum bene currendo perueniamus. Neque enim ſemper nos regulis neceſſe eſt bonæ operationis aptari, ſed completa operatione bona palma eſt ſperanda beatæ retributionis: quia nec ſemper uaſa in formis argillæ tenebantur incluſa, uerùm ubi ad perfectionem peruenerant, fractis formarū clauſtris producebantur in lucem, & in templo Domini pro ſuis quæq; locis diſponebantur. Hoc autem dicimus, non quia opera ſanctorum unquam ſint interitura, ſed quia ubi coronam iuſtitiæ, quam bene operando meruerunt, acceperint, laborioſæ operationis cuncta iam ceſſent officia. Quis enim in illa uita pro fide Chriſti martyrium patiatur, ubi expulſis aduerſarijs, omnes electi in præſentia Chriſti lætantur? *Apocal.7.* Quis ibi mortuum ſepeliat, ubi ſola uiuentium terra eſt? Quis lugentem conſoletur, ubi abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum? Quis ibi domum peregrino & hoſpiti aperiat, ubi omnes ſimul electi habitationem ex Deo habent, domum non manufactam, æternam in cœlis? Quis mihi illic panem eſurienti, potum'ue adferat ſitienti, ubi Dominus paſcet me, & nihil mihi deerit? Diruptis ergo formis uaſorum quondam neceſſarijs, uaſa ipſa in domo Domini ſplendida iam refulgent: quia ceſſantib. in fine ſeculi nō ſolū perſecutionibus, quas propter iuſtitiā patiuntur, uerūetiā laborioſis iuſtitię operib. quibꝰ ſpōte ſua ꝓ ęterna beatitudine inſudāt electi, ſola uiſiōe ſui cōditoris ꝑcepta immortalitatis claritate lætabunt.

De altari utroq;. Cap. XXII.

Fecitq; Salomon omnia uaſa in domo Domini, altare aureum, & menſam, ſuper quā ponerētur panes propoſitionis, aureā]

Altare aureū corda ſignificat ꝑfectorū iuſtorū, internæ claritatis & caſtitatis luce coruſca, quorū ſublimitati ſignificādę etiam locus conuenit eiuſdē altaris. Stabat ēm ante oſtiū ſancti ſanctorū, ut in factura tabernaculi manifeſte legimus. In ꝙ uidelicet altari non hoſtiarū ſanguis, neq; libamina, ſed thymiamata tantum incendebantur, quorum fumus ad ſuperiora aſcendens operiebat arcam, atque oraculum odore ſuauitatis implebat. In quo figuram exprimebat ſanctorum, qui dum neglectis temporalium cupiditatibus tota intentione cœleſtia quærunt, uelut intus in uicinia oraculi ſunt poſiti, nec longè remoti ſunt à uelo, quo templum & ſancta ſanctorum dirimuntur. Qui corpore tantum terram incolunt, cæterùm ſecundum interiorem hominem totam conuerſationem habent in cœlis. Aſcendit'que ab huiuſmodi altari fumus incenſorum intra ſancta ſanctorum, ubi arca eſt recondita, cum orationes ſanctorum flamma charitatis excitatæ, ad cœlum uſque perueniunt, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Non enim in hoc altari ſanguis hoſtiarum, ſed thymiamata tantum incendebantur: quia tales uiri non habent opera carnis & ſanguinis, quæ in ara ſui cordis immolantes Domino mactant, ſed ſolummodo lachrymatum & orationis ei uota, pro deſiderio regni cœleſtis offerunt. Verum quia nemo repentè fit ſummus, ſed per oblationem carnalium uoluptatum ſolicita mente ad deſiderium cœleſte conſcenditur, nō prætermiſit ſcriptura in myſtica domus Domini factura & illorū ponere figurā, qui carnales adhuc in ſe concupiſcentias, quæ militāt aduerſus animā flāma ſuperni laboris incēdere laborāt, quatenus his corde ſiue corpore ſuo extirpatis, cōſequenter ad maiora poſsint aſcēdere, ac Deo ſpiritualiū thymiamata orationū & cōpunctionis offerre. Factū nanq; eſt aliud altare ad offerendas uictimas, multo quidē maius, ſed quantū magnitudine pręſtās, tantū ſitu loci, & ſpecie metalli inferius. Nā & de ære factū, & ante fores poſitū erat tēpli. In ꝙ nimirū illi ſunt figuraliter expreſsi, qui tali deuotione Dn̄o deſeruiūt, ut caro eorū adhuc cōcupiſcat aduerſus ſpiritū, & ſpiritus aduerſus carnē, ſoleātq; dicere, Quia mēte ſeruimus legi Dei, carne aūt legi peccati. *Rom.7.* Qui cū incētiua carnis edomare, fluxa luxurię reſtringere, frequentib. ieiunijs & orationibus, uigilijs & eleemoſynis, cæteriſq; ſpiritus fructib. ad trāquillitatē caſtimoniæ Deo digne accedere cōtendūt, quid niſi uictimā illi ſuæ deuotionis immolāt, implētes illud Apoſtoli, quo obſecrat nos per miſericordiā Dei, ut exhibeamus corpora noſtra hoſtiā uiuentē, ſanctā, Deo placentē? *Rom.10.* Qui quoniā flagrāt ſpiritualis feruore amoris, ſed nōdum triūpho eminēt deuictæ cōcupiſcētiæ carnalis, altare holocauſti ignem ꝗdē de cœlis ſacroſanctū habet, ſed ſpeciē æris, & nō auri prætēdit. Verum quia plures ſunt in ſancta eccleſia carnales, ꝙ ſpirituales, plures

qui

qui uitiorum illecebras refrænando cohibent, quàm qui ſuperato ac ſopito uitiorum certamine de adepta uirtutum ſecuritate lætantur, meritò altare holocauſti maius eſſe multo, quàm altare thymiamatis aſſerebatur. Scriptū namq; 2.Par.4. de eo eſt in libro Paralipomenō: Fecitq; altare æneum 20. cubitorum longitudinis, & 20. cubitorum latitudinis, & 10. cubitorum altitudinis. Et quidē altare thymiamatis Moyſes fecit in eremo, habēs cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, & duos cubitos in altitudine. Quantę autem magnitudinis hoc Salomon fecit, ſcriptura non dicit, ſed tantum quod altare aureum fecerit, dicitur. Conſtat autem quia tantum facere non potuit, quantum fecit holocauſti: quia ſi uiginti cubitorum in longitudine factum eſſet, totam templi latitudinem impleret. Quanto igitur ulterius erat poſitum altare holocauſti quàm incenſi, quantumq; genere oblationis, ac uilitate metalli ignobilius fuit, tantum quantitate menſuræ, & hoſtiarū frequentatione pręſtabat: quia nimirum plures ſunt multo, quibus dicatur: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata: Matth.19. quàm quos audire delectet, Si uis perfectus eſſe, uade, uende quæ habes, & da pauperibus. Nec tamen huius menſura altaris ratione myſtica caret, & numero. Habet enim uiginti cubitos longitudinis, & totidem cubitos latitudinis, & decem cubitos altitudinis, de quo quidē numero in expoſitione templi, & ueſtibulo eius diximus. Sed & nunc dicendum breuiter. Quod altare holocauſti electorum in eccleſia typum tenet, qui ſuum corpus & animam Deo conſecrare per ignem amoris illius quærunt, perſeuerantia horum in bona operatione per longitudinem altaris, amplitudo in charitate Dei & proximi per latitudinem, ſpes in expectatione diuinæ uiſionis, per altitudinem figuratur. Quòd uerò longitudo & latitudo altaris uicenorum erat cubitorum, magnam utiq; perfectionem deſignat eiuſdem indefeſſæ longanimitatis, ac ſinceræ dilectionis, quæ per utriuſq; teſtamenti nobis obſeruātiam tribuitur. Quater enim quini uicenarium numerum cōplent. Quinque autem libri Moyſaicæ legis, quatuor Euangelicæ ſunt libertatis. Et cum ad intelligentiam atq; cuſtodiam legis ſpiritualem illuſtrante Euangelij gratia peruenimus, uicenarium profectò numerum perficimus. Fitq; idē numerus uicenarius in longitudine & latitudine altaris, cum corda electorum, docente utroque Teſtamento, & adiuuante ipſo uno utriuſq; Teſtamenti auctore, & perſeuerantiam boni operis etiam in perſecutionibus ſeruant, & hilaritatem dilectionis in eos qui perſequuntur, exhibent. Denario autem numero ſpes cœleſtiū pręmiorum deſignari ſolet, Domino affirmante, Matth.20. cum eos qui in uinea magni patrisfamilias laborabant, denario remunerandos eſſe teſtatur. Et meritò per hunc numerum merces æterna figuratur, in qua noſtra natura, & in æternum diuinæ uiſioni coniungitur, quia in ipſo numero myſticè diuina ſimul & humana natura deſignatur, Deus quippe trinitas eſt. Homo autem ſeptenario numero comprehenditur: quaternario uidelicet propter corpus, quod ex quatuor elementis conſiſtit: ternario uerò propter triplicem interioris hominis differentiam, quam ſcriptura nobis ſancta oſtendit, cum diligere nos iubet Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota uirtute. Vnde & in decalogo legis tria ſunt mandata, quæ nos ad cultum diuini amoris excitant, ſeptem quæ dilectionem commendant proximi. Qui ergo decalogum in Dei & proximi amore cuſtodiunt, iure mercedem huius cuſtodiæ in Dei ſimul & proximi uiſione percipiunt. Quiq; in hac uita & proximum quem uident, & Deum quem non uident, diligunt, hi in futura uita & Deum regē in decore ſuo, & proximum glorificatum ac decoratum uidebunt. Et ideo altare quod in figura factum eſt electorum, ad ſignificandam eorum uitam perpetuā, decem erat cubitos altum. Cum uerò dictū eſſet quòd fecit Salomon altare aureum, additū eſt continuò: Et menſam, ſuper quam ponerentur panes propoſitionis, auream. Menſa autem aurea, ſcriptura eſt ſacra ſpiritualis intelligentiæ claritate fœcunda: de qua Pſalmiſta Domino, Paraſti (inquit) in conſpectu meo menſam, Pſal.22. aduerſus eos qui tribulant me. Ne enim nos aduerſarij tribulantes ad errorē inflectant, mēſam nobis conditor noſter ſcientiæ cœleſtis, per quam in fide ueritatis conſortemur, parauit. Panes namq; propoſitionis, ſancti ſunt doctores, quorū nobis opera, uel uerba ſalutaria, ad exēplum uitæ propoſita, ſemper in diuinis paginis quiſquis bene quærit, inuenit. Vnde & aptè ijdem panes in Exodo duodecim fieri præcepti Exod.25. ſunt, uidelicet propter Apoſtolos duodecim, per quorum miniſterium & noui ſcriptura Teſtamenti condita eſt, & inſtrumenti ueteris, donante Domino, reuelata myſteria. Quo nimirū numero non tantum ijdem apoſtoli, ſed & omnes ſunt deſignati, qui prædicando uerbum pabulum uitæ fidelibus miniſtrant: quia omnes utiq; ipſam doctrinæ formam, quam apoſtoli à Domino accepere, ſequuntur. Legimus autem de his panibus in Exodo, per ſingula ſabbata eos mutari debere, & nouos pro ueteribus in menſa Domini proponi, unius quoq; menſuræ, ac ſimilis formæ ſemper eos parari præceptos. De quibus omnibus myſticus de internis refectione ſenſus, luce clarior refulget. Ablatis enim ueteribus, noui reſtituuntur panes, cum aſſumptis de hac uita aliquibus doctorum fidelium alios loco eorum ſancta ordinat eccleſia. Et hoc non niſi de die ſabbati, quia quiſquis bonum certamen certauerit, curſum conſummauerit, fidem ſeruauerit, tempore ſuæ reſolutionis requiem beatę perennitatis intrabit. Vnius menſuræ, & non diſparis, ſimiles ſemper fiebāt panes: quia nimirum una eademq; forma eſt ueritatis & fidei, quam primò apoſtoli ſuis auditoribus oſtendebant, ac deinde ſucceſſores eorū, & omnes uſq; ad finem ſeculi pij doctores in eccleſijs Chriſti per orbem prædicare nō deſiſtūt.

Digitized by Google

De menſis decem aureis. Cap. XXIII.

QVòd uerò in uerbis dierum legimus, quia fecit Salomon menſas decē, & poſuit eas in templo, quinq; à dextris, & quinq; à ſiniſtris, phialas quoq; aureas centum, non tam ad panes propoſitionis, quàm ad uaſa Domini factas eſſe, credibile eſt: phialas uidelicet, quas pariter factas ſcriptura refert: thymiamateria, thuribula, & cætera quæ in ſequentibus legũtur. Nam quòd paulo pòſt in eodē uerborum uolumine ſubinſertur: Fecitq; omnia uaſa domus Domini, & altare æneum, & menſas, & ſuper eas panes propoſitionis, uel pluralem poſuit pro ſingulari, more ſcripturis uſitatiſsimo: ut in Ieſu Naue, *Ioſue 7.* Filij autē Iſrael præuaricati ſunt mandatum, & uſurpauerunt de anathemate, cum Achan ſolus, & nō plures filij Iſrael hoc fecerint: uel certè quis panes propoſitionis ſolebant ante ſabbathum coqui, ut in ſabbatho mox poni poſſent in menſam propoſitionis: potuit fieri, ut panes nouiter cocti, mox illis menſis imponerentur, ibidemq; nocte illa ſeruarentur operti, donec primo mane ablatis ueteribus, ſuper menſam propoſitionis ponerentur calidi. Nō autē hæ menſæ decē à figura unius menſæ propoſitionis diſcrepant. Nam ſicut menſa duodecim panibus onuſta unanimē totius ſcripturæ cōcordiam, auctoritate Apoſtolica munitā deſignat: ita nō immeritò & menſæ decem aureæ diuinæ legis, & Prophetarum eloquia figurare denunciāt, quæ uel refectionē nobis uerbi Dei, quaſi panes propoſitionis offerunt, uel nobis exempla fidelium, quaſi poſitorũ in ſe uaſorũ Domini claritatē & miracula proponunt. Rectè autē bis quinæ ſunt menſæ, non ſolùm quia legiſlator quinq; uolumina ſcripſit, uerùm etiā quia tota ueteris Teſtamenti ſeries quinq; ætates ſeculi complectitur. Geminatur autem numerus menſarũ quinarius, & quinq; à dextris, & quinq; à ſiniſtris ponitur, cum poſt incarnationem Dominicā eadem ſcriptura, ſiue utriq; Dei populo, Iudæo ſcilicet & Gentili committitur, ſiue Euangelicis plena figuris oſtenditur, quæ quondā Dei populo antiquo iuxta literā ſolum intelligenda eſſe putabatur. Cum enim legentes in ſancta ſcriptura, uerbi gratia, Abel coronatũ martyrio, Enoch tranſlatũ de mũdo, Noe pereunte mundo mirabiliter ſaluatũ, hoſpitalem Loth exterminatis impijs ſublimiter remuneratum, Abraham merito obediētiæ patrem cunctarum gentium conſtitutum, Ioſeph poſt uenditionem meritò caſtitatis & innocentiæ exemplum uirtutis aſſumimus: quid menſę quinq; aureæ, ſiue uaſa Domini, ſeu panes propoſitionis adhuc in ſiniſtris templi, niſi quia diuinæ literæ iuxta hiſtoricum ſenſum ianuā nobis & rectè uiuendi, & æterna præmia à Domino ſperanda aperiunt? At cum eaſdem altius intelligentes, uel diſpenſationē Dominicæ incarnationis, uel alia quælibet ſanctæ Eccleſiæ ſacramenta ſonare uidemus: quaſi alias quinque menſas ad portanda uaſa electionis, & alimoniam uitæ ſpiritualis in dextris templi inuenimus: quia eadem ipſa uerba ſacræ hiſtoriæ nouum omnino fulgur nobis ſapientiæ cœleſtis, nouos aperire ſenſus de ueteribus cognoſcimus: in qua profectò figura & candelabra quinæ ſunt facta in templo. Cum enim dixiſſet ſcriptura regem Salomonem feciſſe menſam, ſuper quam ponerentur panes propoſitionis, auream, adiunxit ſubſequenter, & ait:

De decem candelabris. Cap. XXIIII.

E*T candelabra aurea quinq; ad dexteram, & quinq; ad ſiniſtram contra oraculum ex auro puriſsimo, & quaſi lilij flores, & lucernas deſuper aureas.*] Hæ enim menſæ ex typo ſanctæ ſcripturæ rectè ponuntur, quia & iuſtitiam eſurientibus panem uerbi miniſtrant, et uaſa ferunt miniſterij cœleſtis, id eſt, iuſtorum nobis actus in exemplum proponunt: ita & aptiſsimè per candelabra eadem diuina eloquia figurantur, uidelicet quia lucem ſapientiæ errātibus proferunt. Hinc etenim Pſalmiſta, Lucerna (inquit) pedibus meis uerbũ tuum, &c. *Pſal.118.* Hinc etenim Salomon ait, Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux. *Prouerb.6.* Quare autem quinq; à dextris, & quinq; à ſiniſtris ſint poſita candelabra, ex his quæ de menſis tractauimus, facillimè patet. Cũ uerò dixiſſet, Quinq; à dextris, & quinq; à ſiniſtris: conuenienter additur, Contra oraculum. Oraculum nanq; ubi erat arca, ut ſæpè dictum eſt, aditum deſignat patriæ cœleſtis, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, paternorũ utiq; conſcius ſecretorũ. Vel candelabra templi aurea contra oraculum ſunt poſita, quia diuina eloquia ad habitationem ſemper ſupernę ciuitatis aſpectant, ut huius agnitionem ac deſideriũ noſtris cordibus infundāt, & eos qui originem carnis è terra habent, ad appetendam promerendamq; in cœleſtibus ſedem perpetuæ manſionis accendant. Sunt autem qui hoc quod de candelabris dicitur, quinq; ad dexterā, & quinque ad ſiniſtram, ita putāt intelligendum, quòd quinq; fuerint à dextris illius candelabri, quod fecit Moyſes in deſerto, & quinq; à ſiniſtris, utraq; tamen ad meridianā plagam, in qua candelabrum, quod unum fecit Moyſes, ſtare pręceptum eſt. Quod eodem ordine de menſis decem intelligunt, quę omnes quidem ad Septētrionalem plagam fuerint poſitæ: ſed quinq; ad dexteram Moſaicæ illius menſæ, & quinq; ad læuam. Verùm ſi cōſideres uerba ſacræ ſcripturæ, quibus dicitur, Et candelabra aurea quinq; ad dexteram, & quinq; ad ſiniſtram contra oraculum: patet, ni fallor, quòd æque utraq; per latus utrunq; templi in longum ſint poſita. Nam ſi omnia candelabra ad auſtrale latus templi in longum poſita eſſent, non diceretur contra oraculum poſita, ſed potius contra Aquilonem, ſiue contra menſas, ſiue etiam in menſis ubi ſtabāt: quod dictum eſt in Exodo, de illo uno candelabro in tabernaculo teſtimonij, è regione *Exod.25.* menſæ, in parte Auſtrali: itemq; in libro Numerorum, *Num.8.* Cum poſueris ſeptem lucernas contra eam partem, qua candelabrum lucere debuit. Ex utraq; parte templi candelabra, ex utraq; erant menſæ: quia diuina ſcriptura ad illuſtratio-

nem ac refectionem utriuſq; Dei populi condita eſt, quę nos in proſperis & aduerſis, triſtibus ac lætis uenientibus uel accidentibus reficere, ne deficiamus, & ne cæci remaneamus, illuſtrare conſueuit. Vaſa quoq; miſericordiæ ſibi ſuperpoſita, hoc eſt ſcripta in ſe iuſtorum opera, utriſq; nobis, per quæ in actione iuſtitiæ & ipſi conſortemur, proponit. Si autem quæris, quid inter candelabra & lucernas eorum typicè diſtet, poſſumus rectè intelligere lucernas eſſe uiros ſanctos, qui oleo ſancti ſpiritus infuſi, & ipſi igni dilectionis ardent in corde, & proximis lucem ſcientiæ proferunt in lingua. Candelabra autem quæ has lucernas in ſublime tollunt, ut longè lateq; uideri poſsint in Eccleſia ſcripturam eſſe ſacram, quæ ſanctorũ nobis uirtutes, & doctrinam ſua lectione demonſtrat: cui uidelicet interpretatiõi annuit ſermo Domini, quo *Ioan. 5.* dicitur de Ioanne, Ille erat lucerna ardens & lucẽs. Poſſumus etiam ita aptiſsimè dicere, quia *Pſal. 118.* lucernæ ſunt diuina eloquia, iuxta illud Pſalmiſtæ, quod & ſuprà poſuimus: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Candelabra autem harum lucernarum ſancti omnes, qui ſua corda & corpora ferendis Domini mãdatis, humili ſemper intentione ſupponunt. Quiſquis enim in nullo propriam ſequi curat uoluntatẽ, uerum in omnibus quæ ſcriptura ſancta dicit, attẽdit, eiusq; ſe ſubijcere mandatis ſatagit: auſcultare promiſsis, quaſi candelabrum domus Dei aureum aureas eius geſtat lucernas: quia caſta corporis ſui membra caſtas mentis cogitationes ad facienda quę Deus iubet, ſupponere contendit. Et hoc tam fixa intentione quàm candelabrũ, neceſſe eſt firmiter ad ſuperna erectum, impoſitas ſibi lucernas non ſolum abſq; ruina, ſed etiã abſq; ulla ſtatus ſui mutatione ſeruare. Quòd uerò cum dixiſſet, Et candelabra aurea quinq; ad dexteram, & quinq; ad ſiniſtram contra oraculũ ex auro puro: addidit, Et quaſi lilij flores, & lucernas deſuper aureas, uidetur iuxta literam, quia ſuprema pars candelabrorum in modum ſit lilij repandi deformata, quod in candelabro tabernaculi factum eſſe legimus, cuius & ſtipes medius, & calami ex ipſo procedẽtes cũ ſcyphis & ſphærulis, lilia ſcribuntur habuiſſe perplurima. Flores autem lilij, ſicut ſæpè dictũ, amœnitatem ſemper uirentis terræ uiuentium *1. Pet. 1.* deſignãt. De qua dicit beatus Petrus, regeneratos nos à Domino in ſpem uiuam, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatã, & immarceſsibilem conſeruatam in cœlis. Et bene lilij flores aurei in candelabro ſunt facti domus Domini, quia diuina ſcriptura ſpretis temporalibus gaudijs, ad appetẽda nos bona patriæ cœleſtis prouocare cõſueuit. Et quomodo erectũ in altitudine candelabrum lilij flores & lucernas habet aureas in capite: ita omnes electi qui in eadem ſcriptura ſacra cõtinentur, erecto ad ſuperna ſenſu, cœleſtia bona à Domino quęſiſſe, & percepiſſe probãtur. Diximus plenius de menſa & candelabro, & utroq; altari, ac baſi domus Domini, in libris quos de factura tabernaculi & habitu ſacerdotali ſcripſimus. Si quis ergo iuxta capacitatem noſtri ſenſus ex patrum traditione progeniram de his ſcire deſiderat, in illo opere requirat. Sequitur:

De cardinibus oſtiorum, & perfectione operis domus Domini. Cap. XXV.

Et cardines oſtiorum domus Domini interioris ſancti ſanctorũ, & oſtium domus templi ex auro erant.] Si oſtia domus interioris ſancti ſanctorũ angelica ſunt myſteria, quæ nobis de corpore egreſsis introitum uitæ cœleſtis reſerant, & oſtia domus templi doctores ſancti ac ſacerdotes, qui inſtruendo, baptizãdo, Dominici corporis & ſanguinis myſteria cõmunicando prima nobis præſentis eccleſię lumina pandũt, quid cardines utrorũq; oſtiorũ, niſi ſenſus & corda eorundem ſunt angelorum ſiue ſanctorum, quibus immobiliter contemplationi ac dilectioni ſui conditoris adhærent, ut eo miniſterium diuinitus ſibi delegatum, rectè compleant, quòd à uoluntate illius, cui miniſtrant, nunq; oculos auertunt. Aperiũtur ergo & clauduntur oſtia tempore cõgruo, ſed nullo ſuum cardinẽ tempore deſerunt: quia & angeli & homines ſancti ſiue in hac uita fidei, ſiue in illa ſpeciei fideles atq; electos ſuſcipiant, ſemper animum in radice internæ dilectionis fixum tenent. Vnde bene iidem cardines ex auro facti eſſe perhibentur, propter uidelicet meritum propriæ claritatis.

Et perfecit omne opus, quod faciebat Salomon in domo Domini.] Perficit Salomon opus quod faciebat in domo Domini, cũ Rex pacificus noſter in die nouiſsima omnes electos reſurrectiõis immortalitate glorificat. Alioquin q̃diu ſtatus huius ſeculi geritur, facit quidem opus domus Domini Salomon, ſed nondũ perficit: quia corda electorum Dominus, ut bona operentur, inſpirat & adiuuat: nullum tamẽ in hac uita duntaxat commorantem abſq; peccato eſſe tribuit. nãq; hoc donũ futuræ uitæ beatitudini reſeruat. Perficit uerò omne opus templi ſui, & hoc dedicationi aptum reddit, cum tranſlatos de hac uita electos, æternum perducit ad regnũ. Quod benè ſignificatur & in hoc, quòd templum ſeptem annis ędificatum eſt, octauo autem perfectum, ac dedicatum eſt. Septem namq; diebus omne hoc tempus uoluitur. Octaua eſt dies iudicij & reſurrectionis futuræ, de qua Pſalmi ſextus & undecimus attitulati ſunt: cui uidelicet tempori conuenit aptè quod ſequitur:

Et intulit quæ ſacrificauerat pater eius David, argentũ & aurũ, & uaſa, repoſuitq; in theſauris domus Domini.] Argẽtum namq; ad nitorem eloquentiæ: aurum ad ſplendorem ſapiẽtiæ, uaſa generaliter ad rationalem pertinent creaturã. Sanctificatq; Dauid pater Salomonis argentũ, cum Deus pater eloquentes quoſq; gratia ſancti ſpiritus ad loquendum uerbum Euãgelij confortat: ſanctificat aurum, cum naturali ingenio præditos ſuo replẽs ſpiritu, ad conſideranda in lege ſua mirabilia illuminat: ſanctificat & uaſa, cũ omnibus generaliter filijs eccleſiæ eiuſdem ſpiritus gratiã largitus, ad amanda illos, & appetenda dona perpetuæ

petuæ

petuæ ſalutis inflammat. Hoc autem argentũ, hoc aurum, hæc ſanctificata uaſa Salomon infert in templum, cum Dominus noſter peracto uniuerſali iudicio omnes electos, & doctores uidelicet, & cæterorũ fidelium cœtum, in gaudium regni cœleſtis introducit: reponitq́; uaſa diuerſi generis argentea ſiue aurea in theſauris domus Domini, quando eos qui multitudine dulcedinis eius frui meruerint, abſcondit in abdito uultus ſui à conturbatione hominum. Et apte multi ſunt theſauri, in quibus uaſa electionis recondũtur, ſed una domus Domini, in qua ijdem ſunt facti theſauri: quia & una eſt eccleſia, in qua omnes continentur electi, quantumlibet meritis diſtent: & una eſt, & non diuerſa patria illa cœleſtis, quæ electis promittitur omnibus: quamuis ſicut ſtella à ſtella differt in claritate, ita & reſurrectio mortuorũ. Quod utrunque iudex ipſe ac diſtributor præmiorum Dominus una ſententia demonſtrauit, cum ait: In domo patris mei manſiones multę ſunt. Vnam ergo domum Domini fecit Salomon, ſed multos in ea theſauros ad recipienda uaſa diuerſi generis, una tamen benedictione ſanctificata parauit: quę nimirum domus patris non manu facta æterna eſt in cœlis, ſed multę in ea manſiones, ad recipiendos omnes timentes ſe ac diligentes, quibus Dominus benedixit, puſillis cũ maioribus, Amen.

Venerabilis Bedæ preſbyteri, de ſex dierũ creatione, ex Patribus ſententiarum collectarum, liber.

IN *principio creauit Deus cœlũ & terram.*] Iſtud capitulũ omnium librorum caput eſt. Omnis enim ſcriptura diuina bipartita eſt: uetus teſtamentum, & nouum: alia quippe ſunt, ubi æterna intimantur. Vt eſt, In principio erat uerbum. Alia facta narrantur, ut eſt: In principio fecit Deus cœlum & terrã. Alia futura pronunciantur, ſicut dicitur: Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſuâ. Alia uerò ſunt, quæ agenda præcipiuntur. ut eſt, Diliges proximũ tuum. Quomodo ergo bipartita eſt? Quia ſunt alia quæ ſecundũ figurã dicta ſunt, ut eſt Canticum canticorũ. Et eſt: Audiuit Adã uocem Domini Dei deambulantis in paradiſo. Et alia ſunt ſecundum rerum geſtarum fidẽ, ut eſt ſecundũ quod populus de Aegypto trãſ-

ierit, & quòd mare pedibus ambulauit. Alia uerò ſunt, quæ utroque modo dicta ſunt: ut eſt tranſitus maris rubri. Et miracula illa quæ Dominus in Euangelio fecit. Dicit uerò: In principio creauit Deus cœlum & terram. Inquirendum eſt, in quo principio creauit Deus cœlum & terram: utrũ in principio tẽporis an in principio, ut eſſet hoc initiũ creaturæ eius, ex quo alia eſſe cœperunt. Non enim Deo ſemper coæterna fuerunt. Dicamusq́; In principio ſibi coæterno fecit Deus cœlum & terram: hoc eſt in unigenito filio, qui eſt ſapiẽtia patris. de quo dicit Apoſtolus, Chriſtum Dei uirtutem & Dei ſapientiam. Et in Pſalmo dicit: Omnia in ſapiẽtia feciſti. Et iterum dicit Apoſtolus: Quia in ipſo condita ſunt omnia, quę in cœlo ſunt & in terra, uiſibilia & inuiſibilia. nam & Euangeliſta de Chriſto dicit: In hoc mundo erat, & mũdus per eum factus eſt. Tamen quærendũ eſt, quod in principio primum Deus fecit cœlum & terram, an lucem. Et ſi prima lux creata fuit, quare non dixit, In principio creauit Deus lucem? Intelligendum eſt, quòd ſimul creauit cœlum, & terram & lucem. Quia nihil intereſt, niſi origo tantum, ſicut homo duas parabolas cognitas ſimul non poteſt enarrare, ita & Dominus fecit. Quia hoc prius enarrauit, quod originem habuit, & poſtea quod exinde factum fuit, quamuis utrunq; ſimul feciſſet. Vt quòd ſola origine prior eſt in faciendo, prior ſit ex tempore enarrando. Ergo dum oportebat, ut ſcriptura ſancta utrumq; enarraſſet, & res geſtas, quàm res narratas, quod exinde factũ eſt: ratio erat, ut prius enarraſſet, unde aliquid factũ erat, quàm illud, quod exinde factum eſt, propter tardiores intellectu, ut capere potuiſſent, quia res corporeæ ex aliquo fiebant. Quia nihil intereſt inter creationem cœli & terræ, & lucem, niſi hoc tantũ, quòd eſt inter uerbum & uocem. Quare nõ dixit, In principio fecit Deus cœlum & terrã: ſed dixit, Creauit propter informitatem materiæ. & iterum ſecundum ſenſum ſpiritalem.

ITEM RECAPITVLATIO.

IN *principio creauit Deus cœlum & terram.*] Principiũ Chriſtus eſt, ſicut ipſe in Euangelio ait: Ego principium, qui & loquor uobis. In hoc igitur principio fecit Deus cœlũ: id eſt, ſpiritales, qui cœleſtia meditantur & quęrunt. In ipſo fecit & carnales, qui terrenum necdum depoſuerunt. Terra aũt erat inanis & uacua: id eſt, Quia nõdum erat à mari diſtincta. Et uacua, id eſt, quia litoribus non erat circundata, uel uitibus ornata: id eſt, arboribus uel animalibus.

ITEM RECAPITVLATIO.

T*Erra autem erat inanis & uacua.*] Terra ſcilicet carnis noſtræ inanis erat & uacua, priuſquam doctrinæ acciperet formã. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſsi, quia nõ erat lux quæ ſuperfunderetur: quod ſi eſſet, utiq; ſupereſſet. Sed q̃ modo erat? Id eſt aer ſpiſſat⁹ luce carẽs diurna.

ITEM RECAPITVLATIO.

E*T tenebræ erant ſuper faciem abyſsi.*] Quia delictorum cæcitas, & ignorantiæ profunda obſcu-

ritas corda noſtra tegebat. Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Vnde ait beatus Apoſtolus, Supereminentem, inquit, ſcientiam charitatis Chriſti. Et alibi ait: Superexaltat autem omnem intellectum. Ergo aliquid inchoatum oſtendit, ſuper quod ſpiritus Dei ferre diceretur, non loco, ſed omnia ſuperante atq; præcellente potẽtia. Duo quippe ſunt, propter quod amat Deus creaturam ſuam, ut ſit & maneat. Vt ſit formata, & maneat in præcepto creatoris. Ergo ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, ut eſſet quod maneret, quamobrem prius res informatas, & poſtea ſpiritum ſanctum nominauit: quia omnis exiguus amor, rebus quas diligit, ſubterponitur.

RECAPITVLATIO.

ET *ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.*] Id eſt, ſpiritus Dei patris. Et de ipſo ſpiritu ſancto ait Apoſtolus: Qui non habet ſpiritum Chriſti, hic non eſt eius. Si ergo nihil intereſt inter perſonã patris, & filij & ſpiritus ſancti, quare nõ dicit, Qui non habet ſpiritum ſpiritus, uel ſicut dicit ſpiritus patris uel ſpiritus filij. Quare non dicit pater ſpiritus, uel filius ſpiritus: quia non habet relatiuum modum unde reddere poſſet, ſicut dicit ſeruus domini, aut domini ſeruus: uel filius patris, & pater filij. Quia ſi dixiſſet pater ſpiritus, oſtendiſſet Deum eſſe patrẽ ſpiritus. Vel ſi dixiſſet filius ſpiritus, demonſtraſſet ſpiritum ſanctum patrem eſſe filij: quia non eſt nec pater nec filius, ſed de diuina ſubſtantia proceſsit. Quamobrem non dicit ſpiritus ſanctus natus à patre uel à filio, quia non eſt natus ſicut unigenitus, nec factus ſicut nos, ut per adoptionẽ gratiæ filius uocaretur. Et quomodo ſpiritus ſanctus coæternus dicitur patri & filio? Quia dixit ſpiritum ſanctum ex patre & filio procedẽtem, & coæternum eſſe. Semper enim proceſſit, nam non ſemper datus eſt: quia ſemper poteſt fieri donum non per datum. Semper enim ſpiritus ſanctus proceſsit, & à patre paratum fuit dare. Nam tunc non erat qui eum accepiſſet, neq; angeli, neq; homines, niſi ſolus creator omnium. Et ſi tres unum ſunt, pater, & filius & ſpiritus ſanctus: quare ergo non dicitur pater miſſus à filio uel à ſpiritu ſancto? Ordo paternæ reuerentiæ ſeruatur.

RECAPITVLATIO.

SPiritus autem Dei ſuper cor noſtrum tenebroſum & fluidũ, quaſi ſuper aquas iã ſuperferebatur. In quo ſubſiſtentes requieſceremus, cuiusq; uiuificaremur flatu, & cuius unda ablueremur.

DE CREATIONE LVCIS.

D*Ixit quoq; Deus, Fiat lux.*] Lux autem iſta eſt uiſibilis, an inuiſibilis? Inuiſibilis uerò dicitur, quia creatio angelica eſt, quam oculi noſtri non ualent proſpicere. Ratio enim erat, ut die quarta ſidera in cœlo fabricaſſet, quæ oculi noſtri potuiſſent proſpicere. Iſta creatio angelica, eſt temporalis an intemporalis? Temporalis enim erat in angelis, intẽporalis in Deo. Temporalis erat, quod dictũ intelligimus expreſſum ab æterno Deo per uerbum coæternũ in creatura ſpiritali, quam iam tunc fecerat, cũ dictum eſt, In principio creauit Deus cœlum & terram: ſed iſta locutio non tantum ſine aliquo ſono, ſed etiam ſine ullo corporali motu creatura ſpiritalis eius mente atq; ratione quodam modo infixa per uerbum patris coæternũ: ſed multum ac difficillimum eſt capere, quomodo dicitur Deo non temporaliter iubenti, neq; id temporaliter audiente creatura, qui contẽplatione ueritatis omnia tempora excedit: ſed intellectualiter ſibimet expreſſas, cum patri coæterna ſapientia tanquam intelligentibus locutionis, ad ea quæ infra ſunt tranſmittẽtes, ut fieret temporalis motus in rebus temporalibus, ſiue formandis ſiue adminiſtrandis.

Et facta eſt lux.] Id eſt, creatio angelica: quia illi tunc cognouerunt agnoſcere uel intelligere creatorem ſuum. Quare iterum non repetit, Et fecit Deus lucem, ſicut in cæteras creaturas repetit, quas creauit ut in firmamento dicit, Fiat firmamentum. & iterum, Fecit Deus firmamẽtum. Ideo quia non erat neceſſe ut dixiſſet, Fecit Deus lucem, quia intellectualis creatura erat, id ſunt angeli. Quando autem dicit, Fiat firmamentum uel cætera in alijs creaturis, hoc in cognitione angelica dicit: quia nec mirum eſt ſi Deus ſanctis angelis ſuis, in prima lucis conditione ad ſe conuerſis, prius uoluit oſtendere, quid erat deinceps facturus. Quando uerò dicit, Et fecit Deus. Id eſt in propria natura rerũ. Iam non erat opus hoc de angelis iterum repetere, quia illi tunc, ſicut diximus, conuerſi fuerunt ad agnoſcendum creatorem ſuum. Cum enim æterna illa & immutabilis, quæ non eſt facta, ſed genita, ſapiẽtia in ſpiritalem atq; rationalem creaturam ſe transfert (ſicut in animas ſanctas, ut illuminati lucere poſſent) fit in eis quædam luculenta rationis affectio, quæ poteſt accipi facta lux: cum dixerit Deus, Fiat lux. Iam enim erat ſpiritalis creatio, quæ cœli nomine ſignificata eſt: cum ſcriptum ſit, In principio creauit Deus cœlum & terram: non cœli corporei, ſed cœli incorporei, in quo intelliguntur omnes ſancti angeli.

Et uidit Deus lucem quod eſſet bona.] Quare lucem tantum laudauit, & non noctem. Id eſt, quia nox adhuc, nec dies factę erant, ſed tantum lux angelica: quia indignum erat Deo rem informem laudare, quæ adhuc formata non erat, ſed rem illam quæ formata erat, laudauit, id eſt, lucem angelicam.

Et diuiſit lucem à tenebris.] Quid eſt diuiſio lucis à tenebris, niſi diſtinctio formatæ ab informi.

Appellauitq; lucem diem.] Quamobrem appellauit lucem diem, quia dies adhuc non erat formata. Idemq; dies circa ſpeciem factę rei appellatus eſt.

Et tenebras noctem.] Quare ſimiliter noctem appellauit, quæ adhuc minime formata erat: quia nox iſta quæ nobis notiſsima eſt facit eam eſſe abſentia ſolis ſuper terram. Quia decidente ſole, uocamus ueſperam: inchoante mane, appel

lamus

lamus diem. Nox autem hic priuatio operis eſt, aut nox ipſa poſsibilitas eſt appellata, quæ in rebus eſt factis, unde fieri poteſt, etiamſi non mutentur. Et iterum ſecundum ſenſum ſpiritalem.

RECAPITVLATIO.

D*ixit quoq; Deus, Fiat lux.*] Id eſt, illuminatio credulitatis appareat. Prima enim die lucem fidei dedit, quia prima eſt in conuerſione fides. Vnde & ipſum primum in præceptis mandatum eſt, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Propter quam fidem ipſe Dominus etiam inuiſibiliter in mundo apparere uoluit. Iam tunc Deus iuxta præſentiæ ſuæ gratiam diuiſit iuſtos, id eſt, filios Dei & lucis, à peccatoribus, tanquam à tenebris: iſtos uocans diem, illos noctem. Nam quia in eccleſia lucis nomine iuſti appellantur, audi Apoſtolum, Fuiſtis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Factumq; ueſpere & mane dies unus.] Quid eſt ueſpere, niſi ipſa perfectio ſingulorum operum: & mane, id eſt, inchoatio ſequentium.

DE SECVNDA DIE.

D*ixit quoq; Deus, Fiat firmamentum.*] Idem propter firmamentum ſtabilitatis, ſiue propter intransgreſsibilitatem ſuperiorum atq; inferiorum aquarum. Naturam tamen aquarum illic iam non uaporali tenuitate, ſed glaciali ſoliditate pendere æſtimamus, propter ſiderum naturas mitigandas, ne creaturas Dei ſubterpoſitas, nimio ardore concrement. Quomodo autem qualibet aquæ ibi ſint, obi eas minimè dubitemus. Quia maior eſt ſcripturæ huius auctoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas. De cœlorum autem conſiſtentia quærenda eſt ratio. Dominus hic unum firmamentum factũ commemorat, Apoſtolus autem ſe in tertium cœlum raptum fuiſſe teſtatur. Quid ergo dicamus, niſi quia conglobatæ minimæ guttæ in unum faciunt collectionẽ unam. & propter grauitatem ponderis non eas ſuffert aer ſuſtinere, ſed eius ponderis ad imum deſundendo dat locum. Hæc eſt pluuia. Ergo aer inter uapores humidos, unde deſuper nubila globentur, & maria ſubterfuſa uolunt intelligere cœlum eſſe inter aquam & aquam. Secundum uerò cœlum, quod ſpiritu cernimus: unde animalibus plenus diſcus ille ad Petrũ in extaſim mentis deſcendit. Tertium uerò cœlum, quod mente cognoſcimus, ita ſecretum atque remotum, uel omnino mundatum, uel à carnis ſenſibus abreptum, ut ea quæ in illo cœlo ſunt, ipſam Dei ſubſtantiam uerbum, per quod facta ſunt omnia, in charitate ſpiritus ſancti ineffabiliter uidere ualeant.

Et dixit Deus, Fiat firmamentum inter medium aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

Spiritus ergo Dei ſcribendus aderat, quaſi quis ab eo requireret, quomodo factum ſit recte reſponderit. Dixit Deus, Fiat: id eſt quod in uerbo Dei æterno erat ut fieret. Deinde incipit narrare unumquodque factum. Cum audiuimus, Et ſic factum eſt, intelligimus factam creaturam non excelluiſſe perſcriptum in uerbo Dei terminos generis ſui: cum uerò audiuimus, Vidit Deus quia bonum eſt, intelligimus in benigno ſpiritu eius, non quaſi incognitum poſt factum placuiſſe, ſed potius in ea bonitate placuiſſe, ut maneret factum, ubi placebat ut fieret. De figura autem cœli breuiter dicendum eſt, hoc ſciſſe auctores noſtros, quod ueritas babet: ſed ſpiritum Dei qui ſuper eos loquebatur noluiſſe oſtendere, nullo ſalute profuturo utilia. de ea autem contentione, quæ inter plures de figura cœli fieri ſolet, utrum in modũ extenſæ pellis, an ſphęræ uel cameræ conſiſtat: non uidemus quod prohibeat pellem extenſam in modum cameræ curuari, uel quaſi ſphęræ in rotundum ſinũ extendi.

ITEM RECAPITVLATIO.

DEinde ſecunda die diſpoſuit Deus firmamentum, id eſt, ſolidamentum ſanctarum ſcripturarũ: firmamentum enim in eccleſia ſcripturæ diuinæ intelliguntur, quia cœlum plicabitur ſicut liber.

Diſcreuitq; ſuper hoc firmamentum aquas.] Id eſt, cœleſtes populos angelorum, qui non opus habẽt hoc ſuſcipere firmamentum, ut legentes audiant uerbum Dei. Vident enim ſemper eum, & diligunt. Sed ſuperpoſuit ipſum firmamẽtum legis ſuæ ſuper infirmitatem inferiorum populorum, ut ibi ſpiritales ſuſcipientes cognoſcãt, qualiter diſcernant inter carnalia & ſpiritalia, quaſi inter aquas ſuperiores & inferiores.

DE DIE TERTIA.

D*ixit uerò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt in locum unum, & appareat arida.*

Quid eſt ergo quod non ait, Fiat arida uiſibilis, uel aqua congregata, niſi quia propinquiora ſunt eidem informitati, quàm cœleſtia corpora, ut de his per innumerationem dierum infirma rerum condiuntur. Ideo noluit inferri ut ſimiliter cum ſuperioribus fieri imperaret, ſed congrrgatæ aquæ apparere per ſe infirma terrã iuſsit. Vbi ergo cõgregatæ ſunt aquæ ſi totam terram prius occupauerunt, illic ſcilicet quo retractæ ſunt ut terra nudaretur. Etſi aliqua pars antea arida apparebat, ubi congregari potuiſſent, non ergo totum abyſſus occupauit, ſed magis intelligendum eſt, aut in modum nebulæ prius aqua terram occupaſſet, aut terram longe lateq; obſidens, qua cauum locũ præbuiſſet, ubi perecurrẽtes aquas capere potuiſſent, ut appareret arida.

ITEM RECAPITVLATIO.

P*oſt hæc die tertia collegit in unum aquas inferiores ſalſas.*] Hoc eſt, homines infideles, qui cupiditatum tempeſtate & tentationum carnalium fluctibus quatiuntur, & in ſe ipſis quaſi amaritudo includũtur. Segregauitq; ab eis aridam, populorum ſcilicet fontem fidei ſitientem: ob-

fixitq́ dehinc ſuperborum limites, & coercuit eos ne turbulentis iniquitatum ſuarum fluctibus aridam, id eſt, animam ſitientem Deum cõturbent, liceatq́ ei germinare bonorum operũ fructus ſecundum genus. Diliges proximum in ſubſidijs neceſsitatum carnaliũ, habens in ſe ſemen ſecundum ſimilitudinem, ut ex ſua infirmitate compatiantur ad ſubueniendum indigentibus, producens & lignum forti robore. Et fructiferum, id eſt, beneficium ad eripiendũ eum qui iniuriam patitur de manu potentis, & præbendo protectionis umbraculum ualido robore iuſti iudicij.

Et uidit Deus quòd eſſet bonum, & ait, Germinet terra herbam uirentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam uirentem & afferentem ſemen, iuxta genus ſuum, lignumq́; faciens fructum, & habens unumquodq; ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et uidit Deus, quòd eſſet bonum, factumq́; eſt ueſpere & mane dies tertius.

Quid eſt enim, quòd iſta omnia in unum dicit imperauit fieri, & terram germinare, & aquas congregare, niſi quòd iſta omnia in terra radice figuntur? Ideo ad eandem diem pertinere dicuntur: quia quamuis longè lateq́; per incrementa ſua diffunduntur, tamen de locis proprijs nexibus ſuis non mouentur. Quia arbores uiuunt, uiuunt tamen non per animam, ſed per uiriditatem: quia ille ſuccus infunditur in radice, deinde in qualitatem arboris efficitur, & poſtea in effuſione ramorum, & exinde in uiriditate foliorum. Vnde dicit. Et lignum pomiferum, quia omnia ligna fructum non faciunt, quia hic fructus intelligitur: quia unaquæque arbor habet uſum ſuum, & unaquæque herba ſimiliter utilitatem ſuam tam in manifeſto quàm in occulto.

DE DIE QVARTA.

D*ixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento cœli, ut diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora & dies & annos, & luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitq́; Deus duo magna luminaria. luminare maius, ut præeſſet diei: & luminare minus, ut præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cœli, ut luceant ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et uidit Deus quòd eſſet bonum, & factum eſt ueſpere & mane dies quartus.*

Vt quod ibi erat in uerbo Dei ſecundum genitam ſapientiam. Deinde factũ eſt in creatura ſpiritali, hoc eſt in angelis. Deinde facta ſunt ipſa luminaria, ut eſſent in genere proprio, ut ſint in ſigna & tempora. Quis non uideat quã obſcurè poſitum ſit, quarta die cœpiſſe tempora, quaſi ſuperius illud triduum ſine tempore præterire potuiſſet, quæ ſuæ tamen creationis tempus habuerunt, quia mutuo creatura nomen accepir, ſiderum tamen diſtinctione illud triduum non habuerunt.

Luminare maius, ut pręeſſet diei, quia diem clareſcere non poſſe cognoſcimus, niſi ſolis lumine adiuuetur: nec noctem ſtellis apparentibus, ſi luna deſit, quemadmodum illius præſentia illuſtratur. Quærunt tamen, utrum iſta pręcipua cœli luminaria æqualiter ualeant, ſed diuerſa interualli diſtantia terræ oculis noſtris maiora minoraq́ appareant: quia ſicut prius cœlum factum eſt, ita prius ornandum erat. Quarta die fiunt ſidera, quibus luceſcentibus ſuper terram habitatio illuſtratur inferior, ne habitatores eius in tenebroſam habitationẽ inducerentur. Ideo ſuccedentibus motibus, infirma inferiorum corpora quieti reparantur, factum eſt circumeunte ſole diei noctisq́; uiciſſitudo propter uiciſſitudinem dormiendi uel uigilandi. Nox autem illa ne indecora remaneret, luna uel ſiderum luce decorata eſt, ut ipſos homines conſolaretur, quibus iter carpẽtibus etiam operantibus nocturna neceſsitas compellit: uel animalia, quæ ſolis lucem ferre non poſſunt, æquanimiter conſolentur. Quando uerò dicit: Dixit Deus, Fiat: intelligimus ſcripturæ intentionem ad æternitatem uerbi Dei recurrentem. non enim inuenit aliqua recreanda, quam in uerbo Dei non inueniſſet creata. non ergo totiẽs dixit Deus, Fiat illa, uel illa, quotiens in hoc libro reperitur ſcriptum. Vnum enim uerbum ille genuit, in quo dixit omnia, priuſquam facta ſunt ſingula. Et ſint in ſigna & tempora: non ſecundum hęreticos uel philoſophos, qui uana ſigna ſectantur: ſed ſecũdum ueritatem ſignorum. Signa autem & tempora ad lunam uel ad ſidera cœli pertinere dicuntur. Inquirendum eſt, ſi cœlum in gyro uerſatur, an ſidera circumeunt. Id intelligendum eſt, quòd ſidera circumeunt, cœlum autem firmiter ſtat.

Et factum eſt ueſpere & mane dies quartus.] Cum ueſpere uel mane nominauit, de nocte autem nihil indicauit. Quid ergo aliud noctẽ dicamus, niſi abſentiam lucis, quæ inter ueſperam & mane reſtare uidebatur: an quia prima lux angelicam ſignificauit creationem, qui contemplando creatorem ſuum, cum concordiſsima charitate ſine cæcitatis ignorantia creatorem in perpetuum laudare non ceſſant? Sed tamen initio operis & fine, lucide cognouerunt, quod ueſpere & mane uocatur. & iterum ſecundum ſenſum ſpiritalem.

ITEM RECAPITVLATIO.

D*Einde quarto die emicuerunt luminaria, firmamento legis infixa.*] Id eſt, Euangeliſtæ, doctores, & ſcripturæ ſanctæ diſputando cohærentes, & omnibus inferioribus lumen ſapientiæ demonſtrantes. Prodijt etiam ſimul & cætera micantiũ ſiderum turba, id eſt, diuerſarum uirtutum in eccleſia numeroſitas, quæ in huius uitæ obſcuritate tanquam in nocte refulgentes, diuidant in hoc firmamento ſcripturæ ſenſibilia & intelligibilia, quaſi inter lucem perfectorum, & tenebras paruulorum, & ſint in ſignis uirtutum & miraculorum. Sunt etiam in tempora & annos, quia prædicatores proprijs tẽporibus uiuunt & trãſeunt, uerbũ aũt Domini manet in æternũ. Quare aũt primò terra germinauerit,

Digitized by Google

uerit, deinde facta ſunt luminaria, niſi quia poſt opera bona uenit illuminatio lucis ad contemplandam ſpeciem ſupernæ uirtutis?

DE QVINTA DIE.

Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile ſuper terram ſub firmamento cœli. Creauitq; Deus cete grandia, & omnem animam uiuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecie ſua, & omne uolatile ſecundum genus ſuum. Et uidit Deus quòd eſſet bonum, benedixitq; eis dicens: Creſcite, & multiplicamini & replete aquas maris, auesq; multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt ueſpere & mane dies quintus.

Quid eſt ergo quòd prius ornauit aquas de reptilibus, antequam terram de animalibus? Ratio erat, quia prius uiſibilis apparuit, ut prius ornatum ſuum accepiſſet: aut quia in principio cœlum recepit ornamentum ſuum, id eſt, de angelis, quando creati ſurrunt. Similiter autem & terra, quam de herbis uel de arboribus ueſtiuit. ratio enim erat, ut aquę recepiſſent ornamentum ſuum de reptilibus, uel aer de uolatilibus. Quid eſt enim, quòd ſæpè legimus de creatura cœli & terræ & maris ſimiliter, quomodo creati fuerunt, de aere autem nihil indicauit? Non enim arbitrandum eſt, ut illud elementum in hac ſcriptura prętermiſiſſet, niſi quia conſuetudo eſt diuinæ ſcripturæ cœlum & terram totum mundum appellare. Et ideo æſtimandum eſt, aerem ad cœlum & terram pertinere. Et quicquid eſt humidum, uel uaporaliter expenſum, hoc ad terram pertinet: quicquid enim tranquillum & quietum eſt, ad cœlum pertinere dicitur. Et quòd ita ſit aer aquæ ſimilis, ut ex eius halationibus pingueſcere probatur. Spiritum procellæ faciat, id eſt, uentum & nubilum contra, & ut poſſet uolatus auium ſuſtinere. non enim dixit, Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & producat aer uolatilia ſuper terram: ſed dixit, Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile ſuper terram, quia aer ex aqua fit. Et quicquid undoſum uel fluidum eſt, hoc piſcibus datum eſt. Quicquid autem humidum uel uaporaliter ſuſpenſum eſt, hoc uolatilibus traditum eſſe manifeſtè cognoſcitur: quia ſicut piſces maris pinnulis ſuis in aquis natant, ita uolatilia cœli in aere quaſi in aquis de pinnulis ſuis nolitare uideantur. Et ideo ſub firmamento cœli uolitare dicuntur, non in firmamento cœli: quia illic ſpacium contiguum eſt, ubi uolitare aues non poſſunt. Aer iſte à confinio luminoſo cœli uſque ad fluidam aquarum & nudam terram fluxum eſt: non omnis tamen ad terram pertinet, ſed de quo incipit à ſurſum uerſum ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis. Quicquid autem ſuperius eſt, propter tranquillitatem ad cœlum pertinere dicitur. Et dæmones babitare in aete dicuntur: & propterea eos ſufferr aer ſuſtinere, quia aerea imagine utuntur, & exinde impugnant humanum genus, qui ſtatim quando creati fuerunt, de conſpectu Dei proiecti ſunt. Vnde Saluator in Euangelio ad diſcipulos ſuos loqoitur, dicens: Vidi ſatanam ſicut fulgur cadentem de cœlo. Quomodo enim cadere dicitur, ſi non ſtetit: idem'que non perſeuerauit in conſortio ſanctorũ angelorũ, ſed ſtatim quã citò ſe ipſum aſpexit in claritate Dei, erexit ſe in ſuperbiam contra creatorem ſuum. Et dixit, Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſſimo. Et ſtatim proiectus eſt de altitudine cœli in aerem cum omnibus ſatellitibus ſuis, qui eum ſecuti ſunt, qui non perſtiterunt in diuino amore, ſicut illi qui firmati ſunt: ut ſi uelint peccare non poſsint, quia ipſi in principio proprium arbitrium habuerunt, ſicut nunc humanum genus uidetur babere. Illi autem de proprio arbitrio lapſi fuerunt, & ſententiam Dei acceperunt, ut ſi uelint, reparare non poſsint. Et iterum dixit Dominus, Ille ab initio homicida fuit, & in ueritate non ſtetit. Quomodo uerò ab initio homicida fuit? Idemq; primum Adam iugulauit in paradiſo, quando poma comedere ſuaſit, & de immortalitate factus eſt mortalis, & poſtea humanum genus uſque ad aduentum Saluatoris iugulauit. Quomodo in ueritate non ſtetit? Quia non meruit accipere quod ei promiſſum fuerat, ut cum creatore ſuo in perpetuum cum reliquis angelis permanſiſſet: ſed proiectus eſt in terram cum ſuis, ubi ſine dubio pœnam patiuntur: quia in aere ignis ſidereus eis dominatur, & ſibi pro genere ſuo quaſi quidam carcer deputatus eſt, quouſque ueniat tempus diei iudicij, & in ignem æternum mittentur, ubi eſt fletus & ſtridor dentiũ. aer uerò ſæpè ſuſcitatur, & fortiter congelatur, & facit niuem. aliquando autem magis cõſtringitur, & procella efficitur, aliquando uerò coruſcationes & tonitrua: & ad imum deſundendo dat locum, quia aer iſta non ſuffert ſuſtinere, tamen omnia iſta per prouidentiam diuinam & occulto iudicio Dei fiunt. Sed tamen alij iſta quatuor elementa mundi ad quinq; corporis ſenſus referunt: ignem ad oculos, aerem ad auditum, humorem ad odorem & guſtum, tactus ad terram pertinere dicunt. Dicunt etiam nec uidere ſine igne poſſe aliquid, nec tangi ſine tetra, ac per hoc elementa omnia in hominibus ineſſe: ſed unumquodque eorum ex eo quod amplius habet, accepiſſe uocabulum. Ideo autem caloris priuatione cum corpus nimiè frigeſcit obtundit ſenſum: quia motus frigeſcit, qui ex calore ineſt corpori, dum ignis aerem, & aer humida, & bumor terrena afficit, ſubtilioribus ſcilicet craſsiora penetrantibus. Quanto autem quicquid ſubtilius eſt in natura corporali, tanto eſt uicinius naturæ ſpiritali, quamuis longè diſtante genere: quandoquidem illud corpus eſt, illud non eſt. Ac per hoc quoniam ſentire non eſt corporis, ſed animæ per corpus, ſcilicet acutè diſſeratur, ſecundum diuerſitatem corporeorum elementorum ſenſus eſſe corporis diſtributos: anima tamen cui ſentiendi uis ineſt, cũ corporea non

ſit, per ſubtilius corpus agitat uigorem ſentiendi. Inchoat itaque motum in omnibus ſenſibus ad ſubtilitatem ignis, ſed non in omnibus ad idem pertinet. in uiſu enim peruenit repreſſo calore, uſq; ad eius lucē: in auditu, uſq; ad eius liquidiorem aerem calor ignis penetrat: in olfactu autem tranſit aer purus, & peruenit ad humidam exhalationem, unde craſsior hæc aura ſubſiſtit: in guſtatu & hanc tranſit, & peruenit uſque ad humorem corpulentiorem, quo etiā penetrato atque tranſiecto cum ad terrenam grauitatem peruenit, tangendi ultimum ſenſum agit. Inquirendum eſt autem, quando minimi piſces uel animalia ſiue uermiculi, quod ſcriptura non meminit, creati fuiſſent. Dum ratio inquirenda eſt, ab elephanto maximo, uſq; ad uermiculum minimū, quomodo creati fuerunt. Ergo ratione debemus intelligere, unde ueniat iſta minima creatura, dum ſcriptura hic nihil indicauit. intelligendum eſt enim, quando Deus ſeparauit aquas ab aquis, tunc minima animalia, quæ de aquis efficiuntur, in ipſis aquis natura illorum cōſiſtebat. Et illi uermes, qui de corporibus mortuorum ſunt, unde ueniunt? Intelligendum eſt, quòd in corpora habēt eorum uigorem naſcendi. Si aqua tegebat terram, an terra aquam. id aqua tegebat terram, quaſi aliqua pars terrę elapſa fuerit ſuper aquā, ſtatim erupta eſt aqua, in locum ſuum terra reuertitur. Quomodo autem dicit in alio loco, quia ipſe ſuper maria fundauit eā, & ſuper flumina præparauit illam. Si hic aqua tegebat terram, id aut de altiori terra hoc dicit, ubi mōtes eſſe uidentur: aut de inſulis illud dictum eſt, ubi terra altior eſt quàm aqua. Sed magis hoc ſecundum ſenſum intelligendum eſt, quia ſimplices in eccleſia ſuper prudentes fundati ſunt: & ita aquæ uiuæ dicuntur, quia ſuſtentant eos quos infirmiores eſſe conſpiciunt. Quia quantum eſt inter lunam & ſidera cœli, tantum eſt inter ſanctam ruſticitatem, & ſanctam ſimplicitatem. Piſces autem unde procreātur, de aqua, aut de ſemetipſis? Id intelligendum eſt, quia de aquis procreantur, dum dicit: Producant aquæ reptile animæ uiuentis. Benedixit que eis dicens: Creſcite & multiplicamini. quare iſta animalia benedictionem accipere meruerunt ſicut homo? Id ut intelligamus, iſtam benedictionem in cæteris animalibus permanere.

ITEM RECAPITVLATIO.

Et iterum inter hæc die quinta facta ſunt in aquis reptilia animarum uiuarum, homines ſcilicet renouati in uitā per baptiſmi ſacramentum: facta ſunt & uolatilia, id eſt, ſanctæ animæ ad ſuperna uolantes.

DE DIE SEXTA.

Dixit quoque Deus, Producat terra animam uiuentem in genere ſuo: iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere ſuo animæ uiuentis.

Et ſimplicia animalia, quæ data ſunt in uſum humano generi: reptilia uerò, qui reptant ſuper terram, ſerpentes uel cætera ſunt. Et beſtię terræ ſunt, urſi, leones, pardi, uel cætera: beſtiæ uerò dicuntur, quicquid dentibus aut ungulis pugnat. Quærenda eſt enim ratio, ſi iſta animalia uenenoſa in principio, quando creata fuerunt, habuerunt uenenum ſicut nunc. Intelligēdum eſt, quòd ſicut tunc creata fuerunt, ita permanent. Sed tamen in principio nocendi poteſtatem non habuerunt, ſicut probare poſsimus de ſerpentibus, quando uipera inuaſit manum Pauli, & nihil ei nocuit, quia poteſtatem habuit inuadendi, nocendi autem non habuit poteſtatem. Similiter de beſtijs, quando Daniel miſſus in lacum leonum fuit, non ei nocuerunt, ſed lingebant pedes eius. Aut propterea iſta animalia uenenoſa creata fuerunt ad terrēdum hominem: quia Deus præuidebat eum peccantem, ut intelligeret pœnas infernales. quia alibi dicit, Vermes eorum non moriuntur, & ignis eorum non extinguitur. Quamobrem beſtiæ inter ſemetipſos nocēt, dum de originali peccato non habent unde eis uindicta tribuatur. ut beatus Auguſtinus dicit, quòd beſtiæ in genere ſuo conciues ſunt. Et quando uident beſtiam de ciue aliorum, ſtatim inter ſe litigant: quia animalia uiuunt & ſentiunt: arbores autem, ſicut diximus, uiuunt, & non ſentiunt. Homo uerò uiuit, & ſentit, & intelligit: quia habet diſcernendi diſcretionem inter bonum & malum.

DE CREATIONE HOMINVM.

Et uidit Deus, quòd eſſet bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

Propter inſinuandam pluralitatem perſonarum dicit, patris & filij & ſpiritus ſancti. Ilicò ſtatim ſubiungit dicens: Et creauit Deus hominem, ut oſtēderet maieſtatis unitatem, eius ad imaginem, idem ut immortalis permaneret. Et ſimilitudinem, idem ut intellectum mentis habuiſſet, non ut animalia habent, qui neſciunt diſcernere bonum & malum. Ille autem non liniamentis corpora induit, ſed intellectum mētis, ut intelligeret creatorem ſuum in perpetuum ſine mortalitate laudare. Ille uerò cum in honore eſſet, nō intellexit, cōparatus eſt iumētis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Dum enim ille noluit præcepta creatoris ſui obſeruare, quod ei præceptum erat, factus eſt mortalis ut iumentū in corpore, non in anima, quia immortalis permanſerat. Quare iterum non repetit, Et fecu hominem ſicut in cæteris creaturis quas creauit. Idq; non neceſſe erat, quia intellectualis creatura erat ſicut angeli, ita & homo. Quia hoc eſt ei fieri, quod eſt intelligere uerbū Dei patris per quem facta ſunt omnia. Quare non dicit, Secundum genus, dum propago hominis manifeſtiſsima ſit: idq; non erat opus, dum Adā talis creatus fuit, ut immortalis permaneret, & tempora tranſirent, & illa immortalis permaneret: aut quia de illo humanum genus proceſſurum erat, non de diuerſis creaturis,

turis, ſicut ſunt diuerſa genera animalium, uel piſcium uel uolucrum.

Non enim ita fuit de homine, ut diuerſa genera homipum fuiſſent ſuper terram: ſed de uno homine humanum genus proceſsit, quia homo præcellit animalibus, quia mens eius erecta eſt ad cœlum, & intelligit creatorem ſuum in cœlum quærere, qui eum creauit.

Et præſit piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & beſtijs uniuerſæq; creaturæ.] Id eſt, ut ſemetipſum intelligeret ad imaginem Dei factum, dum tantis animalibus intellectu mentis præcellit.

Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos.] Quid eſt enim, quòd fœminam dicit creaſſe cũ maſculo, quæ adhuc non erat formata, id que de Adam proceſſura erat: quia ſicut in ſementem arboris multa occultantur. Primò enim in radice figitur, deinde in qualitatem arboris, & poſteà in effuſione ramorum. Et exinde in uiriditate foliorum, & cætera: ita & fœmina in corpore Adam latebat, quia de coſta Adæ fabricata fuit.

Benedixitq; eis dicens: Creſcite & multiplicamini & replete terrã, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris & uolatilibus cœli & uniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.] Quare homo iſtam benedictionem accipere meruit? Id ne inculpare uideretur in procreandis filijs, quòd dixiſſent peccatum eſſe filios procreare. Ita & Dominus benedixit hominem in procreandis filijs, ut declararet nullum exinde peccatũ habere ſi legitimo nuberentur. Si ergo Adam talis creatus fuit, ut immortalis permaneret, quid eſt quòd dicit: Creſcite & multiplicamini? Hoc uerò intelligendum eſt, quia non ſecundum concupiſcentiam carnis, neque ullam uoluntatem malam debuerunt filios procreare, uel ſicut nunc in dolore pariunt filios: ſed ſicut quiſque imperat membra ſua aliquid exercere, uel manum in operando, uel pedem in ambulando, ita & illi debuerunt in paradiſo fœtus procreare. Si autem ſic debuerunt fœtus procreare, quid eſt quòd in paradiſo, antequam proiecti fuiſſent, non coierunt ſimul ut filios procrearẽt? Quia mox creata mulier tranſgreſſa eſt, & de alta immortalitate in imo profundo proiecta eſt. Quo modo igitur corpora illorum debuerunt mutare, ſi illi immortales permanerent. Id intelligendum eſt, quaſi non peccaſſent, mori omnino non potuiſſent: ſed corpora illorum ſine mortalitate poſtquam numerus ille impletus fuiſſet, iuxta numerum angelorum in melius mutare debuerunt.

Dixitque Deus, Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem ſemen, & lignum pomiferum, ut habeant adueſcendum.

Si Adam immortalis aut mortalis fuit, & ſi mortalis, quomodo immortalis? Et ſi animalis, quomodo ſpiritalis? Et ſi ſpiritalis, quid eſt ergo quòd cum cæteris animalibus in commune cibum ſumpſit? Mortalis erat, & immortalis, quia potuit mori: immortalis, quia potuit non mori. Quia ſi non peccaſſet, mori omnino non potuiſſet: poſtquam autem peccauit, mortalis factus eſt. Mortalis enim erat, & immortalis. mortalis erat, ſua conditione: immortalis Dei beneficio, quod ei præſtabat à ligno uitæ, à quo ligno cum peccaſſet, proiectus eſt ut potuiſſet mori. Si iſta uox fuit aerẽ percutiens, aut quomodo iſte ſermo intelligendus eſt? Ipſe ſermo eius ante omnem aeris ſonum, & ante omnem carnem, & nubis uocem in illa ſumma ſapientia, per quem facta ſunt omnia, non quaſi humanis aurib. inſtrepebat. Quid eſt ergo, quòd nos qui per Chriſtũ renati ſumus, ipſam immortalitatem nõ accepimus, quã Adam habuit ante peccatum? Non enim accipimus quod in Adam perdidimus, id eſt, corpus animale: ſed tanto accipimus melius, quanto ſpiritale corporali præponitur. unde ait apoſtolus: Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale. Non enim recepimus immortalitatem corporis ſpiritalis, ſed recepimus iuſtitiam, de qua per peccatum lapſus eſt Adam. De quo dicit beatus apoſtolus: Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, & reliqua. quomodo enim debemus renouari? Id eſt, rennuabimur igitur à uetuſtate peccati, nõ in priſtinũ corpus animale, in quo fuit Adam: ſed in melius, id eſt, in corpus ſpiritale, cum efficimur equales angelis Dei cœleſti habitatione. Renouabimur etiã ſpiritu mẽtis noſtræ ſecundum imaginem eius, qui creauit nos, quam peccando perdidit Adam. Renouamur autem etiam carne, cum hoc corruptibile induet incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem: ut ſit ſpiritale corpus, in quo nõdum mutatus eſt Adam, ſed mutãdus erat: quia in corpore portamus imaginem terreni hominis, in mente autem imaginem cœleſtis hominis. Vnde iterũ ait apoſtolus: Si eſt corpus animale, eſt & ſpirituale, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adam in animam uiuentem, nouiſsimus Adam in animam uiuificantẽ: ſed non primum quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, poſtea ſpiritale. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni. Induamus & imaginẽ eius qui de cœlo eſt. imaginẽ aũt terreni hominis ab ipſo exordio humani generis induimus. Imaginẽ ergo cœleſtis hominis nũc ex fide portamus, quã habitare in reſurrectione credimus.

Viditque Deus cuncta quæ fecit, & erant ualde bona. Et factum eſt ueſpere & mane dies ſextus.] Si omnia ualde bona Deus creauit, unde ergo malũ incrementauit? Malum non fuiſſet, ſi nõ feciſſemus. Neque enim ultra naturæ malè eſſet, ſed amiſsio boni hoc nomẽ accepit. Quare non benedixit arbores uel herbas, ſed hominẽ uel animalia? Ideo iſta benedixit propter propagandi prolem, aut propter ſexum maſculini aut fœminini, aut quia arbores ſenſum non habent ſentiendi uel intelligendi: animalia uerò uiuunt, ſentiunt & non intelligũt. homo quidem ſentit & intelligit. Ideo arboribus non dixit, Creſcite & multiplicamini.

DE OPERE EXPLETO ET BENEDICTIONE DIEI SEPTIMI.

Igitur perfecti ſunt cœli & terra & omnes ornatus eorum. Compleuitq; Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus ut faceret.

Id eſt, perfecit creationem cœli & terræ. Cœlum cum omni ornamento ſuo, terram autem cum omni opere ſuo.

Et compleuit die ſeptimo opus ſuum.] Die ſexto, quando dixit, Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Et die ſeptimo requieuit in ſepulchro, & tunc omnia conſummata ſunt quæ de ipſo ſcripta erant. Iudæi autem iſtum diem in umbra obſeruabant, quòd eis à Deo per Moyſen præceptum erat: nobis autem ipſa dies requiem ſignificauit, quia ſi opera noſtra in bonis operibus conſumamus, cum Chriſto in æternum requieſcimus. Quia ſabbatus requies interpretatur, quia Chriſtus eſt requies noſtra, in quo nos requieſcimus, quia ipſe per mortem ſuam tranſtulit nos de morte ad uitam.

Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.] Quare benedixit diei ſeptimo, in quo nihil creauit? Ne fortè indigens apparere uideretur, ſicut homo poſt laborem feſſus eſt, & dicit, Gratias ago Deo meo, quia perfeci opus meum. Non enim Dominus ita fecit, ſed diem in quo nihil creauit. ut demonſtraret, quòd Deo noſtro nullus fuit labor cuncta creare, quia tantū dixit, Fiat, & facta ſunt. Ideo ipſe in die ſeptimo requieuit, ut nos in ipſo feciſſet requieſcere. In quo benedixit diem ſeptimum? In nullo, niſi à ſemetipſo, quia à nullo beatus, niſi à ſemetipſo: à nullo ſanctificatus, niſi à ſemetipſo. Quia quamuis omnia non feciſſet, non exinde fuit deterior, quia apud Deum nihil mutabile cernitur, nec in æternitate nec in ueritate, nec in uoluntate, ſed fixum ac immutabile cum ipſo omnia permanent. Quid enim eſt iſte dies? Ipſe eſt primus, ipſe ſecūdus, ipſe nouiſſimus, quia repetitio eſt diei ſeptimi. Et iſti tres dies qui præceſſerunt, antequam ſidera in cœlo poſuiſſet, pertinent ad dies an non? Id intelligendum eſt, quia ad dies pertinent: quia ante lux non erat, quàm oculi noſtri potuiſſent proſpicere: quia maior eſt ſcripturæ huius authoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas. Quia ſicut Chriſtus aliter eſt lux, aliter lapis: lux proprie, lapis figuratè. ita etiam alia fuit lux angelica, altera lux ſiderum. Quare non benedixit diem primum, in quo lucem angelicam creauit, uel illum diem in quo omnia perfecit? Non enim ſanctificans diem, in quo hoc facere inchoauit: neque eum in quo hoc perfecit, ne illis uel faciendis uel factis actio eius gaudium fuiſſe uideretur, ſed eum in quo ab ipſis in ſemetipſo requieuit. Ipſe tamen illa requie nunquam caruit, ſed nobis eum per diem ſeptimum oſtendit: ſignificans non percipere requiem ſuam, niſi poſt perfectionem operis. Et ideo in hac die ueſpera non ſucceſsiſſe cognoſcitur, quia requies noſtra poſt perfectionem operis ſine fine in gaudium erit, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo. Id eſt, noua mundi incognita fabricari, quod creauit Deus ut faceret: quia uſque in fine mundi gubernat, unde ipſe dixit in Euangelio: Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor. Quare non poſuit mane in primo die, neq; ueſpera in nouiſsimo? Ideo mane non poſuit, quia initium non habet: & ueſpere id, quia finem nō habet, neq; ullo termino clauditur. & iterum ſecundum ſenſum ſpiritalem.

ITEM RECAPITVLATIO ſex dierum.

POſt hæc ſexta die producit terram animam uiuam, quando caro noſtra abſtinens ab operibus mortuis, uiua uirtutū germina parturit: ſecundum genus ſcilicet ſuum, id eſt, uitam imitando ſanctorum, ſicut ait apoſtolus: Imitatores mei eſtote. Secundum noſtrum quippe genus uiuimus, quando in opere bono ſanctos uiros, quaſi proximos imitamur. Deinde produxit terra beſtias, homines in potētia rerum, ſiue ferocitate ſuperbiæ: ſimiliter & pecora, homines fideles in ſimplicitate uiuentes: ſerpētes quoque, innoxios ſanctos ſcilicet uiros, aſtutiæ uiuacitate bonum à malo diſcernentes, & in quantum fas eſt, reptando ſcrutantes terrena: per quam intelligant ſempiterna, non illos ueneoſos, qui ſe in huius mundi terrenis cupiditatibus collocant. Poſt hæc fecit Deus hominem ad imaginem ſuam, perfectum ſcilicet uirum, qui non quemlibet ſanctorum uirorum imitando: ſed ipſam ueritatem contemplabiliter intuendo operatur iuſticiam, ut ipſam intelligat & ſequatur, ad cuius imaginem factus eſt ueritatis. Iſte etiam accepit poteſtatem piſcium maris, & uolatilium cœli pecorumq;, ferarum quoque & repentium: quia ſpiritalis quiſquis effectus, & Deo ſimiliter factus. Secundum apoſtolum, iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur. Quòd uerò ſequitur, Maſculum & fœminam fecit eos, ſpiritales in eccleſia & obedientes oſtendit. Quia ſicut uiro ſubdita eſt mulier, ſic ſpiritali & perfecto uiro obediens eſt is, qui minus perfectus eſt. ſicut apoſtolus ait: Rogamus uos fratres, ut cognoſcatis eos, qui in uobis laborant & præſunt uobis in Domino. Dicitur enim eis, Creſcite & multiplicamini, ſiue in linguis, ſiue in ſpiritalibus intelligentiæ gradibus, ut dominentur rationis intellectu omnium carnalium perturbationum, quaſi inſenſibilium animantiū. Omnē autem herbam ſeminalem, & omne lignum fructuoſum, quod hominibus datū eſt in eſcā: fideles ſunt, & de oblationib. ſuis ſanctorum cōmunicātes. Vnde apoſtolus ait: Nā ſi in ſpiritalib. participes facti ſunt gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis. hęc ſunt fructifera ligna. In iſtis ergo gradibus tanquā in quibus diebus ueſpera eſt, ipſa perfectio ſingulorum operum, & mane inchoatio ſequentium ſeptimo: poſt iſtorum itaq; quaſi ſex dierum opera bona ualde, ſpe-

de, ſperat homo quietem mentis conſtitutus in ſpiritali paradiſo, quo ſignificatur uita beata, ubi ſons eſt ſapientiæ diuiſus in quatuor partes uirtutum, ubi edat ligni uitæ gratiam, ubi utiles diſciplinas morum, quaſi fructus lignorum carpat. Eſt namque paradiſus uita beatorum: quatuor flumina, quatuor uirtutes: ligna eius, omnes utiles diſciplinæ: lignorum fructus, mores piorum: lignum uitæ ipſa bonorum omnium mater ſapientia eſt, de qua ſcriptum eſt Salomone dicente: Lignum uitæ eſt his qui apprehendunt illam, & qui tenuerit eam, beatus. lignum ſcientiæ boni & mali, tranſgreſsio eſt mandati. Experimentum hactenus ſex dierum opera, qualiter in eccleſia ſpiritaliter intelligantur, explicata ſunt, deinde quòd in figuram ſeculi ſignificent ſubijciendum eſt.

Sex diebus conſummauit Deus omnia opera ſua, & ſeptimo requieuit.

Sex ætatibus humanum genus in hoc ſeculo, per ſucceſsiones temporum Dei opera inſinuant: quarum prima eſt, ab Adam uſque ad Noe: ſecunda, à Noe uſq; ad Abraham: tertia, ab Abraham uſque ad Dauid: quarta, à Dauid uſque ad tranſmigrationem Babylonis. Quinta, à traſmigratione Babyloniæ uſque ad humilē aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti: ſexta, quæ nunc agitur, uſque quo mundus finiatur, donec excelſus ueniat ad iudicium. Septima uerò intelligitur in requie ſanctorū, quæ ſcilicet ueſperam non habet: quia eam iam nullus terminus claudit. Pergamus ergo breuiter per has mundi ætates, & replicantes ordinem temporum eorum quæ myſticè differentias diſtinguamus. Primo enim ſeculo factum eſt tanquam lux, homo in paradiſo: in qua ætate, filios Dei lucis nomine diuidit Deus à filijs hominum, quaſi à tenebris: fit que huius diei ueſpera diluuium. ſecundum ſeculum factum eſt, quaſi firmamentum inter aquam & aquam. archa utique illa quæ natauit inter pluuiam & maria: huius ueſpera fit confuſio linguarum. Tertium ſeculum factum eſt, quando ſeparauit populum ſuum à gentibus per Abraham, diſcernens eum quaſi aridam ab aquis, ut proferret germen herbarum atque lignorum, id eſt, ſpiritales ſanctos & fructum ſanctarum ſcripturarum. huius ueſpera fuit peccatum, & malicia peſsimi regis Saul. Inde quartum ſeculū cœpit à Dauid, quando conſtituit Deus luminaria in firmamento cœli, id eſt, ſplēdorem regni tanquam ſolis excellentiam, & in lunæ ſpeciem lumen obtemperantem tanquam ſynagogam, & ſtellas principes eius: cuius ętas fit ueſpera in peccatis regum, quibus gens illa meruit captiuari in Babyloniam. Porrò quinto ſeculo, ideſt, in tranſmigratione Babyloniæ, facta ſunt quaſi animalia in aquis, & uolatilia cœli: quia tunc Iudæi inter gentes tanquam in mari uiuere cœperunt. nec habebāt ſtabilem locum tanquam uolantes aues. huius diei quaſi ueſpera eſt, multiplicatio peccatorum in populo Iudæorum, quando ſic excæcati ſunt, ut etiam Dominum ſuum non poſſent agnoſcere. Iam ſextum ſeculum fit in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam ſicut in illa die ſexta primus homo Adam de limo terræ ad imaginem Dei formatus eſt, ſic in iſta ſexta ſeculi ętate ſecundus Adam, id eſt, Chriſtus de Maria uirgine natus eſt. Ille in anima uiuente, hic in ſpiritu uiuificante: & ſicut in illo die fit anima uiua, ſic & in iſto ſeculo uitam deſideranres æternam. & ſicut in illa ſexta die ſerpentum & ferarum genera terra produxit, ita & in hac ſexta ętate ſeculi gentes uitam appetētes æternam eccleſiam generauit. Quem etiam ſenſum uas Petro oſtenſum manifeſtauit, & quemadmodum in illa die creatur maſculus & fœmina, ſic in iſta ſexta ſeculi ætate manifeſtatur Chriſtus & eccleſia. & ſicut præponitur homo in die illa pecoribus, ſerpentibus & cœli uolatilibus: ita Chriſtus in hac ætate gentibus, populis & nationibus ut ab eo regantur, uel carnali concupiſcentia dediti ſicut pecora, uel terrena curioſitate obſcurati quaſi ſerpentes, uel elati ſuperbia quaſi aues. Et ſicut in illo die paſcitur homo & animalia, quæ cum illo ſunt, herbis ſeminalibus & lignis fructiferis, & herbis uiridibus: ſic in iſta ætate ſpiritalis homo, qui bonus miniſter eſt Ieſu Chriſti, cum populo ſpiritaliter paſcitur ſanctarum ſcripturarum elemenris & lege diuina ad concipiendam fœcunditatem rationum atque ſermonum tanquam herbis ſeminalibus: partim ad utilitatem morum conuerſationis humanę tanquam lignis fructiferis, partim ad uigorem fidei & ſpei & charitatis in uitam æternam, tanquam herbis uiridibus, quæ nullo ęſtu tribulationum areſcunt: ſed ſpiritalibus cibis, ſic iſtis alimentis paſcitur ut multa intelligat. Carnalis autem, id eſt, paruulus in Chriſto tanquam pecus Dei, ut multa credat, quæ intelligere necdum poteſt: tamen eoſdem cibos omnes habent. Huius autem ætatis quaſi ueſpera, utinam nos non inueniat. illa eſt enim, de qua Dominus dicit: Putas ueniens filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Poſt iſtam ueſperam fiet mane, cum ipſe Dominus in clarirate uenturus erit. Tunc requieſcent cum Chriſto ab omnibus operibus ſuis, hi quibus dictum eſt: Eſtote perfecti, ſicut pater ueſter qui in cœlis eſt. Tales enim faciunt opera bona ualde. Poſt talia enim opera ſperanda eſt requies in die ſeptimo, qui ueſperam non habet. Iſtæ generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram, & omne uirgultum agri, antequam orireтur in terra, omnemq; herbam regionis priuſquam germinaret: inquirenda eſt ratio, ſi iſta omnia in uno die facta fuerunt, aut per ſex dies, ſicut ſcriptura hic commemorat: & ſi per ſex dies facta fuerunt, quomodo ergo ſancta ſcriptura dicit, Qui uiuit in æternum, creauit omnia ſimul. quia ille ſecundum ſubſtantiā rerum ſimul omnia creauit. Nam ſecundū ſpeciem formæ non ſimul creauit omnia. Nam ſi

cuꝫ

cut mater nutriens infantem in gremio ſuo, expectat ut conualeſcat: ita & Dominus tarditatem humani ingenij expectauit. Nam in principio apud eum omnia creata fuerunt, ſed non ſtatim in ſpecie uenerunt, quãdo dixit: In principio creauit Deus cœlũ & terram. Tunc omnia ſicut diximus, apud ipſum facta ſunt, quæcũq; de cœlo & de terra orta fuerunt, quamuis per ſex dies ſecundum ſpeciẽ diuidere uoluiſſet. Sicut dicit, quarto die in cœlo ſidera poſuiſſe, tamen primo die apud ipſum in cœlo facta ſunt, quòd die quarto in ſpeciem uenit: quia ſicut in grano ſeminis multa occultantur, radix, cortex, folia, fructua, uel multa alia, quæ de ipſa arbore ueniunt: ita apud Deum iſta omnia prius occultabantur, quæ poſtea in ſpecie uenerunt. Ergo ſi ſimul omnia, quomodo dixit Dominus, Pater meus uſque modo operatus eſt, & ego operor. Quia quamuis tunc omnia creaſſet ſimul, quotidie tamen gubernat, in rigando, in plantando, in ædificando, uel in cæteris rebus. Nam ſicut homo qui agrum exercet, ſi illum dimittit, incultus remanet: ita & mundus creatus à Deo ſine Dei gubernatiooe eſſe non poteſt. Secundum apoſtolum Paulũ: Neque qui plantat, neq; qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus. Sunt autem & alij qui hic iſtos ſeptem dies ſeptem dona gratiæ ſpiritus ſancti intelligere uolunt: id eſt, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Domini. Dicit uero per ſpiritum ſapientiæ feciſſe Deum cœlum & terram, & per ſpiritum intelligentię feciſſe firmamentum, & ſeparaſſe aquas ab aquis, per ſpiritum conſilij ſegregaſſe aquas ab arida, & germinare terrã feciſſe. per ſpiritum fortitudinis poſuiſſe luminaria in firmamento cœli, ut diuiderent inter diem & noctem. Per ſpiritum ſcientiæ ornare aquas de reptilibus, & aerem de uolatilibus. per ſpiritum pietatis ueſtire terram de animalibus, & hominem creare, uel cætera quæ ſequuntur. Per ſpiritum timoris Domini, die ſeptimo opus ſuum ſanctificaſſe. Ita & nos debemus iſta ſeptem dona gratiæ ſpiritus ſancti in nos imitari, & per ſpiritum ſapientię cœlum & terram facere. Id eſt, cœleſtia meditari, & terrena derelinquere, uel lucem à tenebris ſeparare. Id eſt, opera noſtra perfecta à tenebris prauorum: & per ſpiritum intelligentiæ debemus facere firmamentum inter aquaa ſuperiores & inferiores. Id eſt, diſciplina ſancta inter uitia & uirtutes, ut non declinemus ad uitia. Per ſpiritum conſilij debemus aquas ſeparare ab arida: id eſt, homines reprobos ab anima ſcienti uerba Dei. per ſpiritum fortitudinis debemus ponere luminaria in firmamento cœli: id eſt, dilectionem Dei & proximi. quia dixit ſanctus Ioannes: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Per ſpiritum ſciẽtiæ debemus aquas ornare de reptilibus, & cætera de arcana cordis noſtri uocem ad cœlum mittere. Sicut piſces de pinnulis ſuis in altum ſaltum tribuũt, & uolucrea cœli in aere uolitant: ita & nos ſenſum noſtrum ad ſuperiora leuare ſemper oportet. Per ſpiritum pietatis debemus facere pecora ſerpentes, uel cætera: id eſt, ut ſimplicitatem ac prudẽtiam habeamus diſcernedi boum & malum, & fructum bonorũ operum agamus, qualiter ualeamus imitari ſanctorum exẽpla uel ipſam ueritatem, ad cuius imaginem facti ſumus. Per ſpiritum timoris Domini debemus requieſcere in requie uitæ æternę. quia ſcriptum eſt: Initium ſapientiæ timor Domini. Quare in primo die non poſuit mane, uel in ſeptimo die ueſperam? Ideo mane non poſuit, quia prę uidit hominem peccaotem in paradiſo, & nox ignorãtiæ eum ſecuta fuit: & in ſeptimo ideo non poſuit ueſperam, quia præſciebat eum ad ueniam reuerſum fuiſſe per aduentum Saluatoris. Et in principio, ſi nox ſequebatur diem, aut diea noctem: id eſt, nox diem ſequebatur. & modo poſt aduentum Saluatoris diea ſequitur noctẽ, quòd deſignauit hominem lapſum, quando tranſgreſſus fuit, & nox eum ſecuta fuit, id eſt, peccatum. Poſt aduentum uerò Saluatoria dies ſequitur noctem: quia ille reparauit nos ad ueniam, & per ſuam mortem tranſtulit nos de morte ad uitam, quod perdidimus per primi culpam parentis noſtri Adam. illum ſequebatur nox, quia homines ſancti clauſtra inferni penetrabant, uſque ad aduentum Domini: & nos modò ſequitur dies, quia poſt reſurrectionem eius omnes ſancti de corpore exeũtes ad Chriſtum pergũt, quia quod in Adam perdidimus, per Ieſum Chriſtum recepimus.

ITEM RECAPITVLATIO.

ISTæ generationes cœli & terrę, quãdo creatæ ſunt io die, quo fecit Dominus Deus cœlum & terram: & cum ſuperius ſeptem dies numerati ſunt, nunc unus dies dicitur, quo fecit Deus cœlum & terram, & omne uirgultum agri, & omnem herbam regionis. Huius diei nomine ſecundum propheiam, omne tempua huius uitæ ſignificatur, io quo cœlum & terra factum eſt: id eſt, in quo creaturæ uiſibiles diſponuntur, adminiſtrantur atque exiſtunt. ſed quid ſibi uult, quòd nunc nominato cœlo & terra, adiecit uirgultum agri & herbã regionis, & tacuit cætera quæ ſunt in cœlo & in terra, uel etiam in mari, niſi quia per uirgultum agri, inuiſibilẽ creaturam demonſtrat intelligi, ſicut eſt anima. dictũ autem uirgultum, propter uigorem uitæ: herba, propter eandem uitam, nunquam marceſcentem. Deinde quòd addidit, Antequam eſſet ſuper terram: iotelligitur aotequam anima pecearet. Terreois enim cupiditatibus ſordidata, tanquam ſuper terrã nata uel ſuper terram eſſe rectè dicitur. Non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram, ideo nõ germinauerat terra: quia non pluerat Dominus ſuper terram, & homo non erat, qui operaretur terram. Quia maximè propter pluuiam & hominem, qui operatus eſt eam, germinet terra,

Digitized by Google

terra, & fructum producit. unde & adiecit: Nõdum enim pluerat Dominus Deus ſuper terrã. quaſi aperte diceretur: Antequam peccaret anima, nõdum nubibus ſcripturarum pluuiam doctrinæ Dominus ad irrigandam animam cõceſſerat. Nondum propter hominem, qui eſt terra, Dominus noſter nebulam carnis noſtræ aſſumpſerat, per quod imbrem ſancti Euãgelij largiſsimum infudit. quod uerò ſubiungit, Et homo non erat, qui operaretur terrã, quia nullus homo operatus eſt in uirgine, unde natus eſt Chriſtus. Ipſe enim eſt lapis de mõte abſciſſus ſine manibus: id eſt, abſq; coitu & humano ſemine de uirginali utero, quaſi de mõte humanæ naturæ & ſubſtantiæ carnis abſciſſus.

DE ASCENSIONE FONTIS, *& irrigatione terræ.*

SEd *& fons aſcendebat à terra, irrigans uniuerſam ſuperficiẽ terræ.*] Quis eſt iſte fons qui irrigabat uniuerſam faciem terræ? Non ſicut Nilus, qui ſolam Aegyptum irrigat, ſed iſte fons totum mundum irrigare dicitur. aut fons unus appellatus eſt, antequam paradiſus plantatus eſſet, & accepto humoris adiutorio irrigabat uniuerſam ſuperficiem terræ. Aut poſtquã paradiſus eſt, & reſtagnata aquarũ abruptio eſt, & ille fons diuiſus eſt ꝑ riuulos ſuos ad irrigandam uniuerſam faciem terræ. Sicut nunc uidemus ire aquas per alueos fluminũ fluxusq; riuorum, & eorum exceſſu uicinia perfundere: ſic & tunc quaſi de uno fonte multi proceſſerunt. aut foos unus appellatus eſt, & in quodam ſinu terræ occultatus, & inde omnes fontes magni & parui progrediuntur. Et quid eſt, quòd iſte fons manifeſte non inuenitur, qui irrigare uidetur uniuerſam faciem terræ? forſitan propter peccatum primi hominis parentis noſtri Adã abſtractus eſt iſte fons, ut auferret ubertatem à terra, & maiorem laborẽ exerceret humanũ genus. Et quomodo poteſt fieri ꝙ unus fons omnem terram irrigaret? & ſi terram irrigabat, montes quomodo quia aliqui ex illis magnam altitudinem habent, irrigare dicuntur? hoc eſt ſciendum, quia tunc in nouitate terrarum, & non omnia, plura tamẽ plena fuiſſe credibile eſt. aut ſicut Nilus irrigat uniuerſam terram Aegypti, ita & tunc potuit ille fluuius irrigare uoiuerſam faciem terræ, per imperium Dei & potentiam eius. aut ſingularem numerum poſuit pro plurali, quia non dicit: Vnus fons, ſed tantum & fons aſcendebat, & irrigans uniuerſam faciem terræ. ſicut dicit, Rana & locuſta aſcenderũt ſuper terram Aegypti, & multæ intelliguntur ranæ & locuſtæ: ita forſitan tunc unus fons appellatus eſt, & multi intelliguntur fontes.

ITEM RECAPITVLATIO.

ET fons aſcendebat à terra, irrigans uniuerſam ſuperficiem terræ. Terra mater uirgo Domini Maria rectiſsimè accipitur, de qua ſcriptũ eſt, Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Quam terram irrigauit ſpiritus ſanctus, qui fontis & aquæ nomine in Euangelio ſignificatur.

Formauit igitur Deus hominẽ de limo terræ.] Id eſt, Adã de puluere terræ. alij uolunt dicere, quòd ideo homo ad imaginem Dei creatus ſit, quòd ipſe Dominus eum proprijs manibus creaſſet: ſed hoc omnino nõ eſt recipiendum, ut ullam rem corporalem Dominus corporaliter creaſſet, ſicut dicit: Initio tu Domine, terram fundaſti, & opera maouum tuarum ſunt cœli. Quia Deus iſts non per opera manuum corporaliter fabricauit, ſed per imperium & potẽtiam ſuam iuſſit fieri omnia quomodouoluit. Quare eum fecit de limo terræ, & quare non de limo paradiſi? Ratio erat, ut de terra hominem creaſſet, qui in terram reuerſurus erat. ſicut ſcriptum eſt: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Hinc requirendum eſt, ſi ſtatim imperfecta ætate Adam factus eſt. an in puerili ætate. Id arbitrandum eſt, quòd ſtatim imperfecta ætate formatus fuiſſet propter miraculum, ſicut fecit de aqua uinum & cætera alia, quod enarrare longum eſt. & iterum.

RECAPITVLATIO.

FOrmauit *igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.*] Idem factus eſt Chriſtus, iuxta quod ait apoſtolus: Ex ſemine Dauid ſecundum carnem tã quam de limo terræ de inſpiratione hominis, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ. Quid eſt ſpiraculum uitæ? id eſt, ſpiraculum facere, id eſt, animam facere. ſicut Dominus per Eſaiam prophetam dixit, Spiritus ex me procedit, & omnem flatum ego feci. Et item, Spirauit in faciem eius, & cætera: utiq; infuſionẽ ſpiritus ſancti, quod operatus eſt hominem Chriſtum. Et factus eſt homo in animam uiuentem: id eſt, cœpit ſentire in corpore, id eſt, aoimantis.

HIC MODO RECAPITV- *latio.*

ET omnia ex ordine narrat, quomodo creata fuerint, quod ſuperius tacuit. Alij autem dicunt, quòd anima ex diuinitate proceſsit, dũ dicit: Et inſufflauit in faciem eius flatum uitæ. ſed hoc omnino non eſt recipiendum, ut anima de diuinitate procedat: ſed illi qui hoc dicunt, contra fidem catholicam loquuntur: quia diuinitas nunquam mutatur, quia illi quando benefaciendo meliorem reddunt. Nam ideo qui hoc dicunt, quia ſicut Dominus in Euangelio, quando uenit ad diſcipulos ſuos, & inſufflauit & dixit: Accipite ſpiritum ſanctum, ſicut ſpiritus ſanctus tunc de diuinitate ſanctis Apoſtolis datus eſt, ita & anima de diuinitate data ſit: ſed omnioo hoc non eſt recipiendũ, quia inſufflatio flatus eſt corporis. Nam ſancti apoſtoli de diuinitate ſpiritum ſanctum acceperunt. anima uerò non eſt de diuinitate, ſed ex Deo nata eſt, ex nihilo facta. Inquirenda eſt ratio, quando anima creata fuit, ſi ſexta die, quando hominem de limo terræ formauit, fuiſſet creata. aonon ergo contrarium eſt diuinæ ſcripturæ, quæ dixit: Qui uiuit io æternum, creauit omnia ſimul. Si tunc anima creata fuit,

ubi ergo latebat, uſq; dum homo eam acciperet? forſitan inter creaturas Dei occultabat, donec in hominem introiret: & quid eſt quòd anima, quæ innocens creata fuit, in corpus introiuit, quod Deus præſciebat peccaturum. Sed abſit ut hoc recipiendum ſit, ut propterea anima creata fuiſſet, & reſeruata, ut in corpus qd' Deus præuidebat peccans. & ſi ſic eſſet, quaſi Deus auctor peccati fuiſſet. Sed abſit hoc, quia non eſt ita, ſed magis intelligendum eſt atquẽ recipiendum, quod ipſa uoluntaria introiſſet in corpus adminiſtrandum corpus: quia per animam ſentitur corpus. quia ſi anima deeſt, corpus mortuum eſt: & quid eſt quod in alio membro aut in uertice, aut in fronte, uel in pectore non inſufflauit ſpiritum uitæ, niſi in faciem tantum? Quia ignis cuius principalis locus in iecore eſt, aſcendit in cerebro, quaſi in cœlum corporis noſtri, & exinde efficiuntur tres partes: anterior uerò pars, per quam ſenſus omnis aſcendit de cerebro in frontem, de fronte in faciem, de facie autem diffundit per fiſtulas minutas, quaſi per organa in quatuor corporis ſenſus, id eſt in uiſum, in auditum, in odoratum, in guſtum. Poſterior autẽ pars, per quam motus omnis habet, tamẽ de eadem anteriore parte uiam ſuam aſcendit in uerticem: de uertice autem ad medullam ſpinæ inde omnem motum diffundit in membris. Merito anterior pars poſteriori præponitur, quia conſilium ſequitur motus. Tertia uerò pars, in qua memoria figitur, quia quicquid uis facere, aut antea feciſti, in memoria conſtat. Vbi autem memoria non eſt, non eſt ſpontaneus motus. Et inde capilli & ungues procreantur de ſpontaneo motu, id eſt, de anteriore parte. per ſenſus intelligitur omnis: quia homo habet ſenſum, quem animalia non habent, & inde efficitur ſpontaneus motus, per quod adminiſtratur animus. Id intelligitur per aerem & lucem, quia aer intrat in pulmones quaſi in organa, de inde in uenas, & peruenit uſque ad cor. quod nos arterias uocamus. Et quomodo eſt anima, uel corpus ſentit, an non? Intelligendum eſt, quia per ſenſus corporis adminiſtratur, per oculos uidet, per aures audit, per guſtum & odorem ſentit. quid eſt dulce uel amarum, & ſi eſt anima de quinque ſenſibus corporis. Intelligendum eſt, quòd non eſt unde hoc probare poſſimus: quia quando hominis anima uult aliquid ſecretum conſiderare, claudit oculos uel aures ſuas, & conſiderat quid fecit, aut quid factura erit ſiue de creatore ſuo qui eam creauit. Quid ergo eſt anima? & ſi eſt aliqua res unde animæ fiant, quid ipſa eſt? Quod nomen eius? Quæ ſpecies. quem uſum in rebus conditis tenet, uiuit an non? Si uiuit. quid cõfert uniuerſitatis affectibus? beatam ne uitam ducit, an miſeram? Quid eſt ergo anima? cœlũ non eſt, neque terra, neque aer, neque ignis, non aqua, non Deus, non ſidera, non uiſus, nõ auditus, non odoratus, non guſtus, uel cætera alia quod memorare longum eſt, quæ ſunt in cœlo ſiue in terra, quod anima non eſt. Vnde ergo eſt anima. Si ex Deo data eſt, & ex nihilo facta: quia homo qui de terra factus eſt, in terram reuerſurus erit. Similiter nix uel procella, quia ex aqua fit, & aer eſt, ſumit de terra, in aquam reuertitur, & in terram, de aqua ſumptus eſt aer: anima uerò non habet ullum elementum, ad quod reuertatur, niſi ad creatorẽ ſuum qui eam creauit. Poſtquam de corpore exierit, ſi rectè egerit, & illi cæci qui uiſum non habent, quomodo uidẽt ſomnia? ſicut illi qui uiſum habent. Id intelligẽdum eſt, quia illi in ſopiuntur in cerebro, & non poſſunt foris erũpere, tunc in ſemetipſis uident ipſas imagines, illis animus nunquam dormit. Inquirenda eſt ratio, unde anima ueniat, quando homo naſcitur. alij dicunt, quòd ſicut caro de carne naſcitur, ita anima de anima naſcatur. Sed hoc ſcriptura non narrat in ullo loco, unde anima in hominem ueniat, quando natus eſt: neque de ipſa anima mulieris, quomodo ei nata fuiſſet, ſicut narrat de carne, quomodo facta ſit. Et alij dicunt, quod unicuique homini anima ex Deo data ſit, quando natus eſt. Sicut in Eſaia dictũ eſt: Omnem flatum ego feci. Id eſt, omnem animam, & in Pſalmo ſimiliter ſcriptum eſt: Qui finxit ſingillatim corda eorum. Alij autem dicunt, quod ex parentibus anima data ſit, ſicut caro ex carne. Scripturæ repugnare uidentur, dũ dixit: Qui uiuit in æternũ, creauit omnia ſimul. quaſi ſemper nouas animas creare uideatur. Et alij dicunt, quòd tunc anima omnium creata fuiſſet, quando ſimul omnia fecit, & in quodam loco occultantur, donec homo natus ſit, & tunc ei anima data ſit ex Deo Sed hoc nõ eſt in rebus noſtris conſiderandum, quid uel ſinat uel non ſinat. quomodo anima data ſit homini: quod ſcriptura non narrat ullo loco Nos non poſſumus diſcernere, quod ueritas tacuit, & non dicit neque de ipſa anima mulieris, quomodo facta ſit: niſi tantum narrat, quomodo Adam data fuit anima. Ergo Saluator noſter Ieſus Chriſtus unde habuit animam, non de Adam: ſed unde Adam, id eſt ex Deo, quia quãuis de propagine peccati deſcendit, tamen de propagine peccati non concepit. quia nec ipſa erat caro peccati, ſed ſimilitudo carnis peccati. Non enim inde accepit reatum moriendi, & anima quando de hoc corpore migrauerit, eſt corporalis an incorporalis. Quomodo ergo prædicatur, ſi incorporalis eſt, id incorporea eſt ſimul corporibus, & ubi portatur, ad locum corporeum an incorporeum? id ad incorporeum locum, ſimilia corporibus. Quæritur ergo ratio, ſi poteſt anima abſq; corpore inter angelos in perpetua beatitudine ſine defectu conſiſtere? Quid ergo opus eſt ut iterum ſurgat corpus. ut illud tunc immortale induat, quod nunc mortale depoſuit, niſi quia ineſt quidem corporis adminiſtratio, quo detardatur animus, ut non in illum ſummum pergat, donec conſurgat corpus. ut quod ei nunc ſarcinũ eſt, ſit tunc in gloria. Et quid opus eſt ut paruuli,

qui

Digitized by Google

qui parentes habent Chriſtianos, patrẽ & matrem iterum renaſcantur per aquam baptiſmatis, niſi quia unuſquiſq; in originali peccato naſcitur, & niſi renatus ſit per aquam baptiſmatis, non poteſt introire in regnum Dei. ſicut Saluator in Euangelio oſtendit dicens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt uidere regnum Dei.

ET ITERVM SECVNDVM *ſenſum ſpiritalem.*

ET factus eſt homo in animam uiuentem, ſcilicet ut qui perfectus erat, Deus perfectus crederetur & homo.

DE PLANTATIONE PARADISI.

PLantauerat autem Dominus Deus paradiſum uoluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formauerat.] Paradiſus locus deliciarum dicitur, aut pollẽs affluentia gratiarum. hoc dixit ſanctus Auguſtinus, quod in quodam loco iſte paradiſus plantatus fuit, ubi homo terrenus habitare potuit. Nam paradiſus ſpiritaliter intelligitur, ubi nũc animæ ſanctorũ de corpore exeuntes pergunt. In cuius figura iſte paradiſus plantatus fuit, ſecundum rerum geſtarum fidem.

Produxitq; Dominus Deus de humo omne lignum pulchrũ uiſu, & ad ueſcendum ſuaue lignum etiam uitæ in medio paradiſi.] Non alia ligna produxit, niſi illa, quod ſuperius dixit die tertia creaſſe, & modo narrat, q̃modo in ſpeciem produxit in paradiſo: & iſtud lignum uitę, quod idẽ eſt qui de illo guſtaſſet, et immortalis permanſiſſet. Tamen tunc in paradiſo quaſi cibus terreſtris fieri uidebatur, non ſicut alius cibus facit, qui ſolet habere faſtidiũ: ſed unde omni ſanitate ſtabilis firmaretur. Tamen quid in iſto ligno continebat. In alia enim ligna erant alimenta, in iſtud autem ſacramentum continebat. quamuis tunc hiſtorialiter factum fuiſſet, ſicut de paradiſo dictum eſt, quod eccleſiam pręfigurabat: uel ſicut factum fuit de Agar, uel de Sara & multa alia quæ hiſtorialiter facta fuerunt, tamen aliter pręfigurabat, ita & lignum iſtud præfigurabat lignum crucis.

ET ITERVM RECAPITVLATIO.

PLantauerat autem Dominus Deus paradiſum uoluptatis à principio, & cætera.] Paradiſus eccleſia eſt. ſic enim de illa legitur in Canticis canticorum: Ortus concluſus eſt ſoror mea. à principio autem paradiſus plantatur, quia eccleſia catholica à Chriſto, qui eſt principium omnium, condita eſſe cognoſcitur. fluuius de paradiſo exiens, imaginem portat Chriſti de paterno fonte fluẽtis, qui irrigat eccleſiam ſuam uerbo prædicationis, & dono baptiſmatis. De quo bene per prophetam dicitur: Dominus Deus noſter fluuius glorioſus, exiliens in terram ſitientẽ. quatuor autem paradiſi flumina, quatuor ſunt Euãgelia, ad prædicationẽ in cunctis gentibus miſſa. ligna fructifera, omnes ſancti ſunt: fructus eorum, opera eorum: lignum uitæ, ſanctus ſanctorum utiq; Chriſtus, ad quẽ quiſq; ſi porrexerit manum, uiuet in æternum.

DE LIGNO SCIENTIAE BONI ET MALI.

LIgnumq; ſcientiæ boni & mali.] Quare iſtud nomẽ

accepit? Quia Deus omnia ualde bona creauit. Id agnoſcendo boni & mali, quantum fuiſſet inter obedientiam boni, & inobedientiam mali: quia ſi exinde tranſgreſſus fuiſſet, malũ illi eſſet: ſi bonum illi fuiſſet, quia ſi tranſgreſſus non fuiſſet, experimentum penè non didiciſſet.

DE EGRESSIONE FLVVII.

ET fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen uni Phiſon, ipſe eſt qui circuit omnem terram Euilath, ubi naſcitur aurum. & aurum terræ illius optimum eſt, ibiq; inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Aethiopiæ. Nomen uerò fluminis tertij, Tigris: ipſe uadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Eufrates.] Idẽ ut ſuperius indicatum eſt de ipſo fluuio, & de ipſis quatuor fluminibus paradiſi egrediuntur: quorum duo propria nomina habent. Tigris autem ipſe eſt Nilus, qui circuit omnem terram Aegypti. Phiſon uerò, ipſe eſt Ganges.

RECAPITVLATIO.

ET iterum ſecundũ ſenſum ſpiritalem. lignũ autem ſcientiæ boni & mali propriũ eſt uoluntatis arbitrium, quod in medio noſtri eſt poſitum, ad agnoſcendum bonum uel malum. De quo qui relicta Dei gratia guſtauerit, morte morietur. Tulit ergo Dominus Deus hominẽ, & poſuit eum in paradiſum uoluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illud: quia quotienſcunq; de perſona hominis loquitur, utrũq; nominat, & Deum & Dominum, ut oſtenderit quantũ ei expediat habere Dominũ Deum ſuum, id eſt ſub eius damnatione obedienter uiuere ut operaretur. Quomodo autem debuit operari non labore ſeruili, ſed honeſtæ animæ uoluntate, & cuſtodiret illud, id ne aliquid cõmitteret. Quare inde mereretur expellere. Recte ergo quiſq; dicitur non cuſtodiſſe rem ſuam, qui ſic agit ut eam amittat: quia non erat neceſſe propter beſtias paradiſum cuſtodire, aut propter aliam rem ſiue ſeruili labore operari, quia dixit: Ecce dedi uobis omnem herbam, & reliqua. Sed ut Dominus operatus fuiſſet in eis iuſticiã, pietatem, & cętera bona. qđ Deus homini tribuet, q̃a nihil poteſt homo facere ſine adiutorio dei. Et operaretur illũ ut iuſtus eſſet, & cuſtodiret ut tutus eſſet: quia ſi illum Deus dereliquerit, & ſolarium eius abſtraxerit, ille inanis remaneret, quia Deus nihil bonum ei neceſſe ſit. Sed nõ omnes indigemus damnatione eius. Quia ſcriptum eſt: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. & in alio loco ſcriptum eſt: Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt.

DE PRAECEPTIONE LIGNI.

PRæcepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

Quare Dominus ei prohibuit, ut non comediſſet de ipſo ligno, quia ſciebat damnaturum, ſi tranſgreſſus fuiſſet. oportebat enim ut homo ſub Domino Deo poſitus, aliunde prohiberetur, ut ei promerendo Dominum ſuum uir-

tus eſſet ipſa obedientia: ſi uerò ſeruaſſet præcepta creatoris ſui, uirtus ei fuiſſet, & ipſa obedientia, quam poſt transgreſsionem perdidit.

RECAPITVLATIO.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum uoluptatis.] Aſſumpſit Deus carnem, & factus eſt caput eccleſiæ. Vt operaretur & cuſtodiret illum: id eſt, ut uoluntatem patris ex omnibus gentibus eccleſiam adimpleret, atq; ut impleretur ſermo quem Dominus dixit: Ego ſeruabam eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodiui.

Dixit quoq; Deus, Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſui.] Hic manifeſte oſtendit, quòd ſemen debuerunt procreare, dum Adam adiutorium ſimile ſui datum fuit: id eſt, Eua fabricata de latere ſuo. Non ſic debuerunt ſemen procreare, ſicut nunc faciunt, ut mortuis parentibus filij ſuccedunt in locum: ſed ut immortales permanerẽt, & poſt conſummatum numerum in meliora commutaſſent.

Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & uniuerſis uolatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut uideret quid uocaret ea. Omne enim, quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipſum eſt nomen eius.

Quomodo ea adduxit, quia Deus incõmutabilis eſt. Si per angelum, aut per ſemetipſum: hoc omnino non eſt recipiendum ut Deus corporaliter iſta egiſſet: ſed ut oſtenderet quia omnia ei uiuunt & ſentiunt, ſicut aſina locuta fuit cum Balaam, uel cætera multa: quia homo iſtã poteſtatẽ accepit à Domino, ut haberet dominationem ſuper beſtias uſque in hodiernum diem.

RECAPITVLATIO.

Dixit quoque Deus, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum.] Arguantur hæretici, qui Chriſtum ſolum hominem putant, & non etiam Deum.

Faciamus ei adiutorium ſimile ſui.] Quia in ipſo homine ſuſcepto, eccleſia Deo copulata eſt.

Appellauitq; Adam nominibus ſuis cuncta animantia & uniuerſa uolatilia cœli, & omnes beſtias terræ: Adam uerò non inueniebatur adiutorium ſimile ſibi.

Quando ergo piſces nomina acceperunt, dum hic non memorat, ſed tantum de animalibus. Id paulatim cognitis generib piſcium impoſitum eſt: hoc eſt, quando creati fuerunt.

ITERVM RECAPITVLATIO.

Appellauit autem Adam nominibus ſuis, & cætera.] Significans gentes, quæ ſaluę fierent in eccleſia, & per Chriſtum nomina erant accepturæ, quod prius non habuerunt. Sicut ſcriptum eſt: Et uocabo ſeruos meos nomine alio.

Adam uerò non inueniebatur adiutorium ſimile ſui.] Vtique quoniam quãuis fidelis aut iuſtus ſit quiſque, Chriſto tamen æquari non poteſt. Quis enim, inqt Moyſes, ſimilis tibi in dijs Domine? Nam & Dauid ait: Specioſus forma prę filijs hominum. Nemo enim potuerat à morte humanum genus liberare, & ipſam mortem ſuperare, niſi Chriſtus. Sicut apocalipſis ait: Nemo inuentus eſt dignus neq; in cœlo neque in terra, neq; infra terram aperire librum.

DE IMMISSIONE SOPORIS, ET *creatione mulieris.*

Immiſit ergo Dominus Deus ſoporẽ in Adam. Cumq; obdormiſſet, tulit unam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.] Quomodo ergo miſit Dominus Deus ſoporem in Adam, ut tantum ſoporem habuiſſet, ut coſtam de ſe abſtractam minimè ſenſiſſet: id intelligendum eſt, ut particeps eſſet curæ angelorum intrans in ſanctuarium, & intelligens in nouiſsimis eorum. Illic ſtatim euigilans eructauit dicens:

Hoc nunc os ex oſſibus meis, & cætera. Et ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex oſsibus, & caro de carne mea.

Quare de coſta mulierem fecit? id ut oſtenderet Chriſtum de muliere naſciturum. Sicut tunc de uiro facta eſt mulier, ita & de muliere natus eſt Chriſtus: quia uirtus ex muliere proceſsit in mundo. Quamuis tunc mors introiſſet in mundum per mulierem, ſiue ut demonſtraret caſta membra à Deo non eſſe repugnanda, aut propter uim commendationis, dicit mulierem de coſta fabricatam fuiſſe.

RECAPITVLATIO.

Immiſit ergo Deus ſoporem in Adam, & cætera.] Dormiuit Adam, & fit illi mulier de latere: patitur Chriſtus, dormiuit in cruce pungitur latus lancea, & profluunt ſacramenta, ex quibus formaretur eccleſia. hanc dormitionem cãtat propheta dicẽs: Ego dormiui & quieui, & ſurrexi, quoniam Dominus ſuſcitauit me. Sequitur

Et poſuit carnem pro ea.] Sicut & Chriſtus carnem ſuam moriendo poſuit in patibulo crucis pro eccleſia.

Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.] Quia ſiue ſancti ſpiritales & fortiſsimi in tentationibus, ſiue minus perfecti utriq; in unum corpus Chriſti ſunt, & in una eccleſia. Hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro ſumpta eſt: ideo Eua, quia mater eſt cunctorum uiuentium.

Quamobrem relinquit homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Erant autem uterq; nudi Adam, ſcilicet & uxor eius, & non erubeſcebant.] Ideo non erubeſcebant, quia non ſentiebãt ultra legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & uiolentas illecebras carnis illecebra in corpore mortis unde & Apoſtolus nõ ait, Non ſit peccatum in membris ueſtris: ſed ait, Non regnet. Non enim regnat, cum deſiderijs eius non obedimus.

ET ITERVM SECVNDVM SENſum ſpiritalem recapitulatio.

Hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro ſumpta eſt.] Sic & à Chriſto eccleſiæ nomen datũ eſt Chriſtianum, quæ de latere eius ſumpta eſt. hæc igitur omnia in figura facta ſunt, quæ erãt in eccleſia profutura.

Quamobrem relinquit homo patrem ſuum & matrẽ, &c.] Hoc interpretans Apoſtolus ait: Hoc autẽ dico in Chriſto & in eccleſia. Ergo quod per hiſtoriam cõpletum eſt in Adã, per prophetiã ſignificatur

Digitized by Google

ficatur in Chriſto. Qui relinquit patrem, cũ dicit: Ego à patre exiui, & ueni in hunc mũdum. Reliquit & matrẽ, id eſt, ſynagogã ueteri teſtamento carnaliter inhęrentẽ, quę illi erat mater ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Et adhęſit uxori ſuæ: id eſt, eccleſiæ, ut pace noui teſtamẽti eſſent duo in carne una. Quia cum ſit Deus apud patrem, per quem facti ſumus: factus eſt per carnẽ particeps noſtri, ut illius capitis corpus eſſe poſsimus. Poſt hęc uocatur Eua, uita & mater uiuorum, quia de uiri ſui latere facta eſt: & Dominus dicit in Euangelio, Si quis non mãducauerit carnem meã, & biberit ſanguinẽ meum, non habet in ſe uitam. Iam de hinc præceptum quod accepit figuraliter Chriſtus, nos accepimus in illo: qa unuſquiſq; Chriſtianus non incongruè geſtat perſonam Chriſti, dicente ipſo Domino: Quòd uni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis. Dicitur ergo illi: Ex omni ligno paradiſi comede. quo ſignificantur ſpiritales deliciæ. fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, manſuetudo, continentia. ſicut dicit Apoſtolus.

Et non tangamus lignũ in medio paradiſi plantatũ ſcientiæ boni & mali.] Id eſt, nõ uelimus ſuperbire de natura arbitrij noſtri, quæ media eſt, ut decepti poſt ſcientiam experiamur & malum.

DE ASTVTIA SERPENTIS.

S*Ed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus.*] Serpens iſte non natura ſua callidior erat, id eſt, prudẽtior, uel ſapiẽtior: ſed ex diabolo, q̃ per ſerpentẽ loquebatur. Vnde Chriſt' Dominus dixit in Euãgelio: Filij huius ſeculi prudẽtiores ſunt quã filij lucis. Quomodo ſerpẽs ad mulierẽ locutus fuit, per ſemet ipſum an per diabolũ? id intelligendũ eſt. quia diabolus introiuit in ſerpentẽ, & ſic loquebatur ad mulierem. Et quomodo nũc ſolet introire in uas ſuum, & loqui per illum: ita & tunc per ſerpẽtem loquebatur. Quia ſicut ſolet organa homo calcare, & nihil exinde ſentit organum: ita & tunc ſerpẽs nihil ſenſit quid locuta fuit. Quare per iſtud animal permiſit tentari? non mirũ eſt ſi per ſerpentem permiſit tentare, per quod diabolus permiſſum habuit: quia ipſe antiquus hoſtis iniquiſsimã uoluntatẽ habet, & nequiſsimam poteſtatem: quia ſemper habet uoluntatem malè faciendi, & nullam habet poteſtatẽ nocendi ſine Dei permiſſu. Quare permiſit tentare, quem conſenſurum præſciebat? Quid mirum eſt ſi hoc facere permiſit, quia propriũ arbitrium habuerunt malefaciendi uel benefaciendi. Nõ mihi uidetur magna laus fuiſſe hominem futurum, ſi propterea potuiſſet bene uiuere, quia nemo malè uiuere ſuaderet. Id eſt, quia nulla laus fuiſſet, ſi propterea bene uixiſſet, eo quòd nullam tentationem habuiſſet Adam in membris ſuis. Quare ergo permiſit tẽtare, quẽ præſciebat cõſenſurum? cum id facturus eſſet propria uoluntate per culpam, & ordinatus eſſet illius æquitate per pœnam. Quid autem culpabilis eſſet, ſi non tentare permiſiſſet, dũ proprium arbitrium habuit, & Deo adiuuante potuit reſiſtere ipſam tentationẽ, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, & reſiſtere magna laus fuiſſet: ſicut nunc ſancti Dei multas tentationes ſuſtinent, & Deo opitulante uincunt: & propterea maius præmium accipiunt cum Chriſto. Et ſi tentatio iſta potuit eos proijcere de paradiſo? Intelligendum eſt, quòd non potuit, ſi non ſe eleuaſſent in uanam gloriam, quod eis contrariũs hoſtis promiſit dicens: Si comederitis ex eo, aperiẽtur oculi ueſtri, & eritis ſicut dij. In hoc autem ſe eleuabant, unde ſcriptum eſt: Ante ruinam exaltatur cor, & cætera. Quid eſt quod Deus præſciebat homines peccatores & damnandos permiſit naſci? & quare non dimitteret, dum proprium arbitrium poſsideret, & ſi noluerint conſeruare quod facti ſunt, damnationem accipiunt, & in exemplo ſunt aliorum qui uindictam eorum aſpiciunt, & de malis fiunt boni. Quia conſiderant, quod eis euenit propter peccata eorum: quia eſt natura bona, quę peccare non poteſt: & eſt natura, quæ poteſt peccare. Vna eſt in angelis, alia in hominibus. ratio erat ut de utraque natura Deum laudaſſent, tamen in utraque natura iniquitas inuenta eſt: quia bonam naturã uoluntas mala deprauauit, quia natura bona à Deo eſt creata. Nam uoluntas praua facit eam eſſe malam, & ſi aliquis diceret, Quare Deus malos homines creauit? Rectè reſponderet, melius non eſſet: quia alterius malo bene utendo miſericorditer coronaretur, quam eſſet etiam malus, qui pro ſuo merito iuſtè puniretur. Quare diabolus non poteſt reparari, & homo poteſt? Idem ut demonſtraret potentiam & miſericordiã, & haberẽt quid timere & quid ſperare. Et quid mirum, ſi diabolus in ſerpentem introiuit, cum Dominus in porcos eum permiſit introire? & alij uolũt dicere, quod diabolus inuidiam habuit contra hominem. quare ad imaginem Dei creatus fuit, & ideo ſuaſit comedere poma in paradiſo, quod prohibitum fuit ut non comediſſet. Vnde ait Apoſtolus: Radix omnium malorum eſt cupiditas. id eſt, amor pecuniæ. Non enim ille tunc pecuniam concupiuit, ſed hominem uoluit decipere: & quoniam in alio loco ſcriptum eſt, Initium omnis peccati ſuperbia. Hoc intelligendum eſt quod diabolo, non ex inuidia proceſsit ſuperbia, ſed magis ex ſuperbia proceſsit inuidia, & utraque ſimul initium inuentum eſt: quia per ſuperbiam deiectus fuit de cœlo, & per inuidiam hominem decepit.

DE SVGGESTIONE SERPENTIS *ad mulierem.*

D*ixit autẽ ſerpens ad mulierem: Cur præcepit uobis Deus ut nõ comederetis de omni ligno paradiſi. Cui reſpõdit mulier: De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, ueſcimur: de fru*

Eius uerò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & non tangeremus illud, ne forte moriamur.] Quare ſerpens prius mulierem interrogauit, & ipſa ei indicauit èx quo ligno præceptum habuerunt, ne de ipſo comederent, ut præuaricatiu inexcuſabilis fieret? quia non habuit unde ſemetipſam excuſaſſet, dum manifeſte intellexit, de quo ligno prohibiti erant ne comediſſent.

Dixit quoque ſerpens: Nequaquam morte moriemini. ſcit enim Deus quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi ueſtri. & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum.

Quia uſque in hodiernum diem ſic operatus eſt diabolus. ſemper enim ſuadet, ut præcepta Dei contemnantur: & quod Deus minatur, ille dat mollitiem & leuitatem atque ſecuritatem, & propterea multi decipiuntur in ſeductione eius. Serpens autem iſte ſapientior omnium beſtiarum, indicat diabolum, qui inde ſerpens dicitur, quod uolubili uerſetur aſtutia. Sed quid eſt quod ipſe per mulierem decepit, & non per uirum? quia non poteſt ratio noſtra ſeduci ad peccandum, niſi præcedente delectatione carnali infirmitatis affectu, qui magis debet obtemperare rationi tanquam uiro dominante. hoc enim in unoquoque homine geritur in occulto quodam ſecretoq; coniugio. ſuggeſtionem quippe per ſerpentem accipimus, mulierem uero animalē corporis ſenſum, rationem autem uirum. Ergo quando occurrit mala ſuggeſtio, quaſi ſerpens loquitur: ſed ſi ſola cogitatio oblectetur, illius ſuggeſtionis & refrenantur ratione, conſenſus explendi operis non ſuccedat. Sola mulier uidetur comedisſe illicitum, quod ſi ipſum peccatum, etiam & mens perpetrandum decernat. Iam uir deceptus eſt, iam mulier cibum dediſſe uiro uidetur. Illecebra enim conſentire de ligno prohibito, manducare eſt. Tunc quippe iure à uita beata tanquam à paradiſo expellitur homo, peccatumque ei imputatur, etiam ſi non ſubſequatur effectus: quia & ſi non eſt in factis culpa, in conſenſione tamen rea tenetur conſcientia. Hæc ſecundum anagogen, cæterum iuxta metaphoram poterat callidus ſerpens iſte hæreticorum uerſutiam deſignare. Nonnulli enim loquatius atque ſubtilius promittunt illicita curioſitate ſecretorum adapertionem atque ſcientiam boni & mali, & in ipſo homine tanquam in arbore, quæ plantata eſt in medio paradiſi, etiam dinoſcentiam demonſtrare. Contra hunc ſerpentem clamat Apoſtolus, cum dicit: Metuo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita ſenſus ueſtri corrumpantur. ſeducitur autem uerbis huius ſerpentis, carnalis noſtra concupiſcentia, & per illam decipitur Adam, non Chriſtus, ſed Chriſtianus. dicit ergo iſte ad mulierem: Cur præcepit uobis Deus ut non comederetis ex omni ligno paradiſi? Sic & hæreticorum curioſa cupiditas, ſic praui prædicatores ad diligendam erroris fallaciam, auditorum carnalium corda ſuccendunt dicentes: Quare fugitis ſcientiam habere latentem? noua ſemper exquirite, boni maliq; ſcientiam penetrate. Vnde apud Salomonem, mulier illa hæreticorum ſententiam tenens dicit: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Subiecit deinde idem ſerpens: Quacunque die comederitis, ſtatim aperientur oculi ueſtri, & eritis ſcientes ſicut dij bonum & malum. ſic & omnes hæretici generationes diuinitatis meritum profitentur, atque ſcientiæ pollicitatione decipiunt, & reprehendunt eos quos ſimpliciter credentes inuenerint: & quia omnino carnalia perſuadent, quaſi carnalium oculorum ad apertionem conantur adducere, ut interior oculus obſcuretur.

DE CONSENSV MVLIERIS.

VIdit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum adueſcēdum, & pulchrum oculis aſpectuq; delectabile & tulit de fructu illius, & comedit, deditq; uiro ſuo, qui comedit.

In hoc unuſquiſq; noſtrum diſcat exemplū. Nunquam debet aſpicere, quod contingere non licet, ne forte per concupiſcentiam & delectationem decipiatur ſicut Eua, quod prius aſpexit lignum, & poſtea delectata fuit & comedit: quare mulieri ſuggeſsit, & non uiro? id propter mollitiem uel infirmitatem mulieris. Sicut dixit Apoſtolus Paulus, Adā non eſt ſeductus ſed mulier decepta eſt. quomodo hoc dictum eſt, dum in alio loco dicit beatus Paulus: In ſimilitudine præuaricationis Adę, qui eſt forma futuri. Ideo hoc dixit, quia Adam non fuit per ſerpētem ſeductus, ſed per mulierem: quia mulier prius comedit per ſuggeſtionem ſerpētis, & poſtea tribuit uiro ſuo: quia uir imago eſt & gloria Dei, mulier autem gloria eſt uiri, & ideo non ſuaſit uiro prius, ſed mulieri, in qua mollicies continebatur. & quare Adam comedit de ligno uetito, de quo illi præceptum erat ne comederet? & ſciebat ſi feciſſet, ſententiam Dei adimplendam eſſe, quod prius ei locutus fuit dicēs: Si comederitis ex eo, morte moriemini. Is propter dilectionem mulieris comedit, quia noluit eam offendere atque contriſtari, ſicut legimus quod fecit Salomon: quia propter dilectionem mulierum Deum ſuum cōtra ſe irritauit. Ita Adam operatus eſt, dum mulierem dilexit, præcepta ſui conditoris contempſit, & de alta immortalitate in imo terræ proſtratus eſt.

Et aperti ſunt oculi amborum.] Non ad aliud aperti ſunt, niſi ad inuicem concupiſcendum ad pœnam peccati. Cum autē deiecti ſunt à ligno uitæ, ſtatim eorum corpora morbidā atq; mortiferam duxerunt qualitatem: quia antequam peccaſſent, nullam legem ſentiebant in membris eorum repugnantem legi mentis ſuæ. Poſtea uerò ſtatim ſenſerunt in membris ſuis aliā legem repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem eos in lege peccati.

ET ITERVM SECVNDVM SENſum ſpiritalem.

VIdit ergo mulier quòd bonum eſſet lignum, &c.] Mulier comedit antea, non uir: ideo quia facilius

illus carnales perſuadentur in peccatum, nec tam uelociter ſpiritales decipiuntur.

DE CONSENSV VIRI.

E*T dedit uiro ſuo, & comedit.*] Vtique, quia poſt delectationem carnalis concupiſcentiæ noſtræ, etiam ratio noſtra ſubijcitur ad peccandũ.

Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia fici.] Folio fici ſe contegunt, qui ſeculum aſperum amplectuntur, qui prurigine uoluptatis carnalis uruntur: quique & decepti hæretica prauitate, & gratia Dei nudati, tegumenta mendaciorum tanquam folia fici colligunt, facientes ſibi ſuccinctoria prauitatis, cum de Domino uel eccleſia mentiuntur.

Et cum audiſſent uocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem.] Deambulat Deus in illis, & non ſtat, quia ſtabiles in eius præcepto non perſeuerant. & bene ad auram poſt meridiem, quia iam aufertur ab eis lux illa feruentior charitatis, appropinquantibus errorum tenebris. unde ſcriptum eſt: Sequũtur umbram, & non lucem. Abſcondit ſe Adam & uxor eius à facie Domini Dei, in medio ligni paradiſi. Quomodo autem ſemetipſos à facie Dei abſcondere potuerunt? Nunquid Deo poteſt eſſe occultum aliquid? Hoc intelligendum eſt, quia unuſquiſque qui peccatum committit, aut præceptũ Domini contemnit, ſemetipſum abſcondit de Deo, quia Deus eũ ignorat propter peccatum ſuum. Sicut dixit in Euangelio: Neſcio uos. Nam non poteſt fieri, ut Deo aliquid abſconditum ſit, quia ſcriptum eſt, Oculi Domini contemplantur bona & mala. Sed unuſquiſque ſemetipſum abſcondit in medio ligni paradiſi, quia auerſus à præcepto creatoris in errore, atque arbitrij ſui uoluptatibus uiuit.

VOX INCREPANTIS uel reuocantis.

V*Ocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Qui dixit: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo tibi præceperam, ne comederes, comediſti.*

Non uox ignorantis eſt hoc, ſed obiurgantis. In hoc autem quod uocat, ad pœnitentiam eum reuocat: in hoc uerò quòd requirit, oſtendit quod peccatores iure damnandos Deus ignorat. Et ſi Adam talis fuit, quòd potuiſſet locutionem Dei intelligere, ſicut angeli: an adhuc ei neceſſe erat perfectionem intellectus habere, quomodo capere ualuiſſet loquutionẽ Dei. Inde intelligendum eſt, quod per angelum ad eũ locutus fuit, ſicut ad patres locutus eſt: quia non per intellectum cognouit, quod Deus loqui uoluit, ſicut faciunt angeli. De eo autem quod nudus eſſet, id intelligitur: quia iam ſentiebant in corpore eorum legem peccati, quod prius non habuerunt antequam peccaſſent: & ſi de ligno ſcientiæ boni & mali non comediſſent, mori omnino non potuiſſent, ſicut ſuperius indicatum eſt.

ET ITERVM.

V*Ocauitque Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?*] Hic oſtendit, quia ſi qui à fide uel bonis operibus, ad mendacia ſuaque deſideria labuntur, non deſpicit illos Deus, ſed adhuc ut redeant, per pœnitentiam uocat: quia non uult mortem peccatoris, donec conuertatur & uiuat. Ergo nõ eſt deſperandum quibuslibet peccatoribus, dum & ipſi impij ad ſpem indulgentiæ prouocantur.

DE EXCVSATIONE uiri.

D*ixitque Adam: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decepit me.*

Vbi ergo debuit uenire humilitas, ibi ſuperbia præceſsit. Ad hoc enim requiſiti fuerunt, ut peccatum confeſsi eſſent: illi uerò uterque excuſationem protulerunt, & culpas ſuas alius per alium excuſauit. Adam per mulierem, mulier autem per ſerpentem, & auxerunt culpas ſuas, quas confiteri debuerant, & quaſi Deum inculpare uidentur. Quare mulierem ſociam ei dediſſet: ſimiliter autem & mulier locuta eſt, quare ſerpentem in paradiſo poſuiſſet, & ſin dictam acceperunt, ubi miſericordiam inuenire debuerunt, & de alta immortalitate proſtrati ſunt in imo terræ.

DE MALEDICTIONE ſerpentis.

D*Icit autem poſthæc ſerpenti: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ, ſupra pectus tuum gradieris.*

Nomine pectoris ſignificatur ſuperbia mentis: nomine autem uentris ſignificantur deſideria carnis. His enim duabus rebus ſerpit diabolus in eos quos uult decipere, id eſt, aut terrena cupiditate & luxuria, aut ſuperbia & inſana ruina. Et terram comedes, id eſt, ad te pertinebũt quos terrena cupiditate deceperis. Cunctis diebus uitæ tuæ: id eſt, omni tempore quo agis hãc poteſtatẽ ante illam ultimam pœnam iudicij.

Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.] Semen diaboli, peruerſa ſuggeſtio: ſemen autem mulieris, fructus eſt boni operis, quo peruerſæ ſuggeſtioni reſiſtitur. Ipſa caput illius conteret, ſi eum mens in ipſo initio malæ ſuggeſtionis excludit: ille inſidiatur calcaneo eius, quia mentem quã prima ſuggeſtione non decipit, decipere in fine tendit. Quidam autẽ hoc quod dictum eſt, Inimicitias ponam inter te & mulierem, de uirgine deſponſata, in qua Dominus natus eſt, intellexerunt: eo quòd illo tempore ex ea Dominus naſciturus ad inimicum deuincendum, & ad mortem cuius ille auctor erat, deſtruendam promittebatur. ſicut in Dauid ſcriptum eſt: De fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. Nam & illud quod ſubiunctum eſt, Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: hoc de fructu uentris Mariæ, qui eſt Chriſtus, intelligunt: id eſt, Tu

eum ſupplantabis ut moriatur: ille autem te uicto reſurget, & caput tuum conteret, quod eſt mors. Sicut & Dauid dixerat ex perſona patris ad filium: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Aſpidem dixit mortem, baſiliſcum peccatum, leonem Antichriſtum, draconem diabolum.

DE MALEDICTIONE MULIERIS.

Mulieri quoq; dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub uiri poteſtate eris, ipſe dominabitur tui.

De pœna autẽ mulieris quid ſignificat quod ei dicitur: In dolore paries filios, niſi quia uoluptas carnalis cum aliqua mala conſuetudine uult uincere? Patitur in exordio dolores, atq; per meliorem conſuetudinem parit bonum opus quaſi filios. quod uerò adiecit, Et conuerſio tua ad uirum tuũ, & ipſe dominabitur tui: hoc ſignificat, quod illa uoluntas carnalis, quæ cum dolore reluctauerat, ut faceret conſuetudinem bonam, iam ipſis erudita doloribus cautior fit, & ne corruat, obtemperat rationi, & libenter ſeruit quaſi uiro iubenti.

DE MALEDICTIONE UIRI.

Adam uerò dixit: Quia audiſti uocem mulieris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et uocauit Adam nomen uxoris ſuæ Euam, eo quòd mater eſſet cunctorum uiuentium.] Vocaturq; dehinc mater uiuorum, id eſt, rectè factorum, quibus contraria ſunt peccata, quæ per nomen mortuorum ſignificantur: iam uerò per ſententiam quæ in uiro infertur, ratio noſtra arguitur, quæ & ſupra peccati concupiſcentia ſeducta, habet maledictiones terrenæ operationis, habet & dolores temporalium curarum, quaſi ſpinas & tribulos: ſi tamen dimittitur à paradiſo beatitudinis, ut operetur terram. id eſt, ut in corpore iſto laboret, & collocet ſibi meritum redeundi ad uitam æternam, quæ paradiſi nomine ſignificatur.

DE VESTE MORTALI.

Fecit quoq; Dominus Deus Adam & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis, ſciens bonum & malum. Nunc ergo, ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum.

Vox trinitatis eſt patris, & filij & ſpiritus ſancti. ac ſi dixiſſet: Sicut nos ſcimus inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ, ita nunc Adam intelligit: quia ille non ſolum non fuerat factus, qualis fieri uoluit, ſed nec illud quod factus fuerat conſeruauit. Accepit etiam tunicã pelliceam diuino iudicio, quo nomine corporis mortalitas ſignificatur in hiſtoria. In allegoria autẽ à carnalibus ſenſibus abſtractis, uoluptatesq; carnaliter uiuentem, diuina legẽ conſequuntur & contegunt: quia ſi aliquando ad Deum conuerterit, poſsitq; aliquando manum porrigere ad arborem uitæ, & uiuere in æternum. Manus autem porrectio bene ſignificat crucem uel cruciatum pœnitentiæ, per quã uita æterna recuperatur.

DE ELECTIONE EORUM, de paradiſo, & de flammea framea uerſatili.

Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo uoluptatis, ut operaretur terram de qua ſumptus erat. Eiecitq; Adam, & collocauit ante paradiſum uoluptatis Cherubim, & flammeum gladium atq; uerſatilem, ad cuſtodiendam uiam ligni uitæ.

Iſte autem gladius ideo poſitus eſt, ut homo non introiret in paradiſum, ne comederet de ligno uitæ: ne fortè immortalis permanſiſſet, & eſſet irreparabilis, ſicut dæmones qui non poſſunt reparari: & propterea uerſatilis flammea poſita fuit, ut cum tempus miſericordię per aduentum Saluatoris noſtri aduenerit, potuiſſet iterum remoueri. Quia omnes iuſti & electi ante aduentum ipſius, clauſtra inferni penetrauerunt: nunc autem omnes ſancti de corpore exeuntes, ad Chriſtum pergunt, ſicut Saluator in Euangelio ait: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & ubi ego ſum, illic miniſter meus erit.

ET ITERUM HAEC SEMITA EST REDEUNTIBUS.

Per flammeam frameam.] Id eſt, per temporales tribulationes peccata ſua agnoſcendo & gemendo: & per Cherubin, id eſt, per plenitudinem ſcientiæ, quod eſt charitas, perueniet ad arborem uitæ Chriſtum, & uiuet in æternum. Cherubin namque plenitudo ſcientiæ interpretatur: flammea uerò framea uerſatilis, poſita ad cuſtodiendam uiam ligni uitæ, temporales pœnæ intelliguntur. Nemo enim poteſt peruenire ad arborem uitæ, niſi per has duas res: tolerantiam uidelicet moleſtiarum, & plenitudinem ſcientiæ: id eſt, per charitatem Dei & proximi. Plenitudo enim legis, charitas eſt, quę eſt mater uirtutum: quam ſancti, Dei ueſtigia imitantes, tota uirtute & in alijs adimplere conantur. Hanc ſectemur charitatẽ, & operibus exercere ſtudeamus, ut ad arborem uitæ pertingere ualeamus, quod eſt Chriſtus, & de fructu eius dulci & ſuaui refecti ac ſatiati in æternum cum ipſo & ſanctis ſuis ſine defectu gaudere mereamur, Amen.

VENERABILIS BEDAE presbyteri, libri De ſex dierum creatione, finis.

Vene-

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper Geneſim, ex dictis Patrum, Dialogus.

DISCIPVLVS.

PRIMO omnium præceptor mi, inquiri mihi neceſſe eſt, quis huius libri qui Geneſis apud nos dicitur, ſcriptor habeatur.

MAGISTER. Sicut à maioribus noſtris inſinuatum atque traditum eſt, Moyſen huius operis ſcriptorem fuiſſe aſſerũt, id eſt, quinque librorum, qui iuxta Græcos Pentateuchum nominatur. Cum non dicat hoc titulus, ſed quaſi de alio ipſe refert. Dixit Dominus ad Moyſen, cuius exemplum in nouo Teſtamento Ioannes ſequens apoſtolus, ubicunque de ſe aliquid referre uoluit, nomen ſuum ſtudioſe ſiluit aiendo, Conuerſus Petrus uidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus ſequẽtem, & cætera.

DISCIPVLVS. Geneſis, unde hoc nomen accepit? M. Septuaginta etenim interpretes, Symmachus & Theodotion, in principio tranſtulerunt, & in Hebræo ſcriptum eſt, Breſith: quod Aquila interpretatur in capitulo. Et ideo ſecundum ſenſum magis quàm ſecundum uerbi tranſlationem de Chriſto accipi poteſt, qui tam in ipſa fronte Geneſeos, quę caput librorum omnium eſt, quàm in principio Ioannis Euangeliſtæ cœli & terræ conditor approbatur. Vnde & in Pſalterio de ſe ipſe ait: In capitulo libri ſcriptum eſt de me. id eſt, In principio Geneſeos. & in Euangelio: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Ideo ſciendum, quòd liber hic apud Hebræos Breſith uocetur, hanc habentes conſuetudinem, ut uoluminibus ex principijs, eorum nomina imponant.

DISCIPVLVS. In libro Procemiorum, Geneſis iuxta fidem hiſtoriæ, quæ deſcribitur?

MAGISTER. Fabricam deſcribit mundi, & hominis conditionem, cataclyſmum, & diuiſionem terræ, confuſionem quoque linguarum, geſtaq; omnium patriarcharum, uſque ad ingreſſionem Iſrael in Aegyptum. Iunilius. DISCIPVLVS. Hæc ſcriptura quæ de præſenti ſeculo loquens ſignificet, noſſe cupio. MAGISTER. Quinque aut generationem eius, id eſt creationem, aut gubernationẽ, aut accidentia naturis, aut euenientia uoluntatibus, aut ſubſequentia uoluntatis euentus.

DISCIPVLVS. Quibus modis generationem ſeculi hæc ſcriptura ſignauit? MAGISTER. Tribus. aut enim ſola Dei uoluntate factam aliquid ſcribitur, ut eſt: In principio creauit Deus cœlum & terram, aut uoluntate ſimul & uoce, ſiue præceptiua, ut eſt: Fiat lux, & fiat firmamentum. ſiue deliberatiua, ut eſt, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. aut uoluntate, uoce ac definitione, ut eſt: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Et iterum: Germinet terra herbam uirentem, ferentem ſemen iuxta genus ſuum, & lignum fructiferum, faciens fructus, cuius ſemen in ſeipſo ſit, & cætera. Quæ poſt ſeptimum diem uſque in finem ſeculi per partes operatur. ex illa enim definitione proueniunt. DISCIPVLVS. Eſt in his tribus aliqua differentia? MAGISTER. Eſt: quia ea quæ ſola uoluntate, uel etiam uoce ſunt facta, nouiter facta ſunt: quæ uerò definitione illis iam ſimilia, quæ facta nouiter diximus. & rurſus illa quidem in ſex primis diebus: hæc uerò, donec ſeculum ſtabit. DISCIPVLVS. Da ordinem per ſex dies factarum rerum.

MAGISTER. In ipſo quidem principio conditionis facta ſunt cœlum, terra, angeli, aer, & aqua. DISCIPVLVS. Proba angelos, & aquas & aerem factum. MAGISTER. Facta quidem ex alijs ſcripturæ locis oſtenduntur: ut eſt, Qui facit angelos ſuos ſpiritus: &, Laudate eum omnes angeli eius: &, Aquæ quę ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini: quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: &, Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud. Et aer in ſcripturis ſanctis cœli nomine ſolet oſtendi, ut eſt: Volucres cœli. cum certum ſit aues in aerem deuolare, cœlum autem oſtendimus factum. Quod uerò præceſſerint iſta cæteras creaturas in angelis, ut ſcriptura demonſtrat, dum in laudibus & benedictionibus creaturis cæteris prę ponuntur. Eſt ratio. Oportuit enim ut terrenas cœleſtis creatura præceſſerit. De aquis uerò ipſa ſcriptura dicit, quòd ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.

DISCIPVLVS. Sequere ordinem generationis. MAGISTER. In principio diei prima lux facta eſt: ſecunda uerò factum firmamentum: tertia mare, & terræ naſcentia: quarta, luminaria cœli: quinta, natantia & uolatilia: ſexta, reliqua animalia, & homo.

DISCIPVLVS. Quæ eſt in ipſarum creaturarum operatione diſtantia? MAGISTER. Quòd quædam ex nihilo facta ſunt, ut cœlum, terra, & cætera quæ uſque ad completum primum diem, ut diximus, facta: quædam uerò ex iam factis primo die. DISCIPVLVS. Da horum probationes. MAGISTER. Quotiens ſcriptura ex aliqua factas res cupit oſtendere, aut palàm ſignificat, ut eſt: Producat terra, & producant aquæ, & ſimilia: aut certè ex ſubtili ſignificatione uerborum, ut cum dicit, Fiat firmamentum: utique ſignificat fuiſſe aliquid fluidum ac liquidũ, id eſt, aquas, quæ ut ſolidatæ oſtenderentur, firmamentũ uocatũ eſt, quod

quod fiebat, & rurſus luminaria deriuatè appellauit, quæ quarta die facta fuerunt: ut ex lumine primo die operato, facta monſtraret. In his autem quæ primo die facta ſunt, neq; apertè neq; ſubtili uerbo factum aliquid declaratur ex altero. D. Nihil enim poſt primum diem oſtenditur, ex non exiſtentibus factum. M. Sola hominis anima, in quo & hoc attendendum, quia cum aliqua aut ex nihilo aut ex iam factis facta ſunt, ſolus homo ex utroq; componitur. D. Quas alias creaturis aſcribimus differentias? M. Quod ea quæ primis ſex diebus facta ſunt, non naturaliter, nec ex ſimilitudine prouenerunt: reliqua uerò quæ fiunt naturaliter, ex diuina definitione naſcuntur, exceptis ſcilicet miraculis. D. Da tertiã differentiã. M. Quod creaturarum aliquæ, id eſt, rationales propter ſe ipſas factæ ſunt, ut angeli & homines: reliquæ uerò non propter ſe, ſed propter prędictos angelos, ut homines factæ noſcũtur. Homo uerò principaliter ſecundum animam propter ſe intelligendum eſt factus, non ſecundum corpus conſequenter. D. Quid enim præter angelos & homines aliæ creaturæ ſe ipſis inuicẽ non egebant. M. Egebant quidem non ad utilitatem, ſed ad ornatum: utilia enim non ſibi, ſed angelis & hominibus ſunt, pro quibus etiã facta eſſe noſcuntur. Ornatum uero etiam inuicem præſtant, quippe & cœlum inornatum ſine cœleſtibus luminaribus fuit, & luminaria ipſa ne ſuperfluæ factæ eſſent, uidentium oculis indigebant: & mare inornatum, donec aut locum ſuum receperit, aut animalibus impleretur, & terra incompoſita præter habitantium uel naſcentium uſum, & irrationalia animalia ſine hominis regimine, ineptæ herbæ abſente animalium uſu ſuperfluæ. Ita omnia eguerunt inuicem, uel his quæ quotidie fiunt. Sed ut iam diximus, aliud eſt eſſe incompoſitum. aliud utile: incompoſitum enim aliquid per ſe utile alteri declaratur. D. In ornamento ipſo aliqua eſt differentia. M. Eſt enim aliqua in ſex diebus, quæ ornata ſunt, ut cœlum luminaribus, & terra herbis, & piſcibus mare. Quædam donec mundus uiuit, ornantur: ut mare nauigijs, & terra ædificijs, & cæteris quæ humano conſtruuntur ingenio, & homo ipſe ſcientia. Quædam uerò decorem ſuum in futuro recipiẽt, ut corpus incorruptionem, & mortalia immortalitatẽ, & cœleſte regnum habitationem ſanctorum. Notandum autem in ornamentis, quod eorum quæ uel ingenio, uel artibus fiunt: in hominibus cauſa eſt, reliquorum autem in Deo. D Da quartam differentiam. M. Quod quædam ſimul & uelut ſubitò creata emerſerunt, ut herbæ, luminaria, natantia & uolatilia, necnon terrena animalia & quadrupedia: quædam uerò non ſimul, ſed uelut cum quadam mora, ut mare, terra, homo, & ipſe enim paulatim factus ſcribitur ſicut & cætera. D. Da quintam creaturarum differentiam. M. Quòd quædam eorum ratione cæteris præſunt, ut rationalia: quædam uerò uſui habẽtur, ut cœleſtia luminaria. Quædam naturæ neceſsitate obſequuntur, ut aues & quadrupedes, & his ſimilia. D. Da ſextam differentiam. M. Quòd ea quæ cæteris præſunt, id eſt, rationalia, uoluntate ac ratione mouentur: quæ uerò uſu aut neceſsitate obſequuntur, aut natura mouentur. D. Ea quæ ex aliquo facta ſunt, quot materias habuerunt? M. Sex: terram, aquas, aerem, ignem, lumen, coſtã. D. Da ſingulis origines ſuas. M. Ex terra uirentia, plantaria & animalia. Ex aquis firmamentum, mare, natantia & uolatilia. Simul autem ex terra, aquis, igne & aere omnia quę per ſucceſsiones temporum renouantur. Ex lumine, luminaria: ex coſta, Eua. D. Ignis quomodo probatur factus, aut unde, uel quando? M. Factũ quidem ex generali ſcriptura poſſumus approbare, cum dicitur de Deo: Qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Quia utiq; etiam ignis in eis eſt, & ex ſpeciali prophetia innuitur, ubi dicitur: Laudate Dominum dracones, & omnes abyſsi, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: de quibus antè dixerat, quoniam ipſe dixit & facta ſunt. & rurſus: Benedicite omnia opera Domini Domino. & ſubiunxit: Benedicite ignis & æſtus Domino. Verum uerò ex nihilo ſicut & alia factus ſit, an ex aliquo dubitatur. Plures enim uolunt cœleſtium luminarium eſſe particulam. Quippe etiam nunc frequenter uidimus homines certo modo ignem ex ſolis radijs mutari. quod ſi ita eſt, primo die factus eſt. Sed ſapiẽtius hoc ſcriptura lumen, quàm ignem uocauit, ut ex meliore uſu nomen acceperat. D. Da ſeptimam creaturarum differentiam. M. Quod omnia quæ ex aliquo facta ſunt, corpora ſunt: incorporea autem neq; ipſa ex aliquo, neq; ex ipſis facta ſunt aliqua. hæc uerò incorporea accipienda ſunt, non ſicut Deus incorporeus dicitur. Eius enim comparatione nihil corporeum eſt, ſicut nec immortale, nec inuiſibile. Alius enim modus eſt, quo hæc uerba ſoli diuinitati conueniunt: alius quod de creaturis loquimur, ſicut de animalibus uel angelis. D. Quomodo Deus mundum fecerit, poſſumus quærere. M. Hoc temerariè magis quàm cautè exquiritur. Nullius enim diuinæ creaturæ modum homini licet agnoſcere. Nam ſi ſciret quis, quomodo facta ſunt aliquæ ex nihilo, creatori utiq; ſcientia ac potentia par fuiſſet.

AVGVSTINVS. Si omnia in numero, & menſura & pondere Deus diſpoſuit, ipſum numerum & menſuram & pondus ubi diſpoſuit? M. Numerus, & menſura & pondus ipſe eſt Deus. Ipſe eſt enim numerus ſine numero, à quo eſt omnis numerus: ipſe eſt menſura ſine menſura, à quo eſt omnis menſura: ipſe eſt pondus ſine pondere, à quo eſt omne pondus. Non enim creaturarum extra ſe, ut alicubi uidet, ut ſicut hominis memoria retineat atq; faceret. Omnis igitur cuncta creatura, uolũtas eſt creatoris. Voluntas itaq; creatoris non eſt extra naturam creatoris: hoc eſt, ubi uoluntas, quo natura. Sic tamen æterna eſt natura, ſicut æterna uoluntas.

Digitized by Google

uoluntas. Non enim accedit Deo aliqua noua cogitatio ad formandam creaturam, proinde omnia in ſe trinitas Deus diſpoſuit: quia in ſe cuncta habuit, quæ fecit. Intelligitur & aliter omnia in numero & menſura diſpoſuit. Ideſt, omnia quæ fecit, numerū, & menſuram & pondus haberent.

AVGVSTINVS IN LIbro contra Manichæos ita exorſus eſt.

MOre Manichæorum multi imperiti & ruſtici, & ut ita dicam, præſumptuoſi, percūctari ſolent, & obijciunt: Si in principio aliquo temporis fecit Deus cœlum & terram, quid agebat antequam faceret cœlum & terram? uel ubi erat, & quid ei placuit ſubitò facere, quod nunquam ante fecerat per tempora æterna? his reſpondemus.

Deus in principio creauit cœlum & terrā, non in principio temporis, ſed in Chriſto, cum uerbum eſſet apud patrem, per quod facta, & in quo facta ſunt omnia. Sed ſi in principio temporis Deum feciſſe cœlum & terram credamus, debemus utique intelligere, quod ante principium temporis non erat tempus. Deus enim fecit & tempora, & ideo antequam faceret tempora, nō erant tempora. Non ergo poſſumus dicere, fuiſſe aliquod tempus, quando Deus aliquid nondum fecerat. Quomodo enim erat tempus, quod Deus non fecerat, cum omnium temporum ipſe ſit fabricator? Et ſi tempus cum cœlo & terra eſſe cœpit, non poteſt inueniri tempus, quod Deus nondum fecerat cœlum & terram? Cum autem dicitur, quid ei ſubitò placuit. Sic dicitur quaſi aliqua tempora tranſierunt, quibus Deus nihil operatus eſt. Non enim tranſire poterat tempus, quod nondum fecerat Deus: quia non poteſt eſſe operator temporum, niſi qui eſt ante tempora. Certè & ipſi Manichæi legunt apoſtolum Paulum, & laudant & honorant, & eius epiſtolas malè interpretando, multos decipiunt. Dicant ergo nobis, quid dixerit apoſtolus Paulus agnitionem ueritatis, quæ eſt ſecundum pietatem Dei, in ſpem uitæ æternæ, quam promiſit non mendax Deus, ante tempora æterna. Aeterna enim tempora quid ante ſe habere potuerint? Hoc ergo cogantur exponere, ut intelligant ſe non intelligere, cum temerè uolunt reprehendere, quod diligenter quærere debuerunt. Si autem nō dicunt, quid placuit Deo ſubitò facere cœlum & terram. Sed tollunt, unde ſubitò & hoc tantum dicſit, Quid placuit Deo facere cœlum & terram? Non enim coæuum Deo mundum iſtum dicimus: quia non eius æternitatis eſt hic mundus, cuius æternitatis eſt Deus. Mundum quippe Deus fecit, & ſi cum ipſa creatura, quam fecit Deus, tempora eſſe cœperunt. Et ideo dicuntur æterna tempora, non tamen ſic ſunt æterna, quomodo æternus eſt Deus; quia Deus eſt ante tempora, qui fabricator eſt temporum. ſicut omnia quæ fecit Deus, bona ſunt ualde: ſed non ſic bona ſunt, quomodo bonus eſt Deus, qui illa fecit. Hæc autem facta ſunt, non ea genuit de ſeipſo, ut hoc eſſent quod ipſe eſt. Sed ea fecit de nihilo, ut eſſent æqualia, nec ei à quo facta ſunt, nec filio eius per quem facta ſunt. iuſtus eſt enim. Si enim iſti dixerint, Quid placuit Deo facere cœlum & terram? Reſpondendum eſt eis, ut prius uim diſcant uoluntatis humanæ, qui uoluntatem Dei noſſe deſiderant. Cauſas enim uoluntatis Dei ſcire quærunt, cum uoluntas Dei omnium quæ ſunt, ipſa ſit cauſa. Si enim habet cauſam uoluntas Dei, eſt aliquid quod antecedat uoluntatem Dei? Quod nefas eſt credere. Qui ergo dicit, Quare fecit Deus cœlum & terram? Reſpondendum eſt illi, Quia uoluit: uoluntas enim Dei, cauſa eſt cœli & terræ. & ideo maior eſt uoluntas Dei, quàm cœlum & terra. Qui autem dicit: Quare uoluit facere cœlum & terram, aut ubi erat, antequam fierent, maius aliquid quærit, quàm eſt uoluntas Dei. Nihil enim maius inueniri poteſt. Compeſcat ergo ſe humana temeritas, & id quod non eſt, non quærat: ne id quod eſt non inueniat. Et ſi uoluntatem Dei noſſe quiſque deſiderat, fiat amicus Deo. Certè ſi uoluntatem hominis quis noſſe uellet, cuius amicus non eſt, omnes eius impudentiam aut ſtultitiam deriderent. Non enim quiſque efficitur amicus Dei, niſi purgatiſsimis moribus & illo fine præcepti, de quo dicit Apoſtolus: Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. quod iſti ſi haberent, non eſſent hæretici.

RECAPITVLATIO.

QVod autem ſequitur in libro Geneſeos, Terra autem erat inuiſibilis & interpoſita, ſic reprehendunt Manichæi, ut dicant: Quomodo in principio fecit Deus cœlum & terram, ſi iam terra erat inuiſibilis & incompoſita? Itaque cum uolunt ſcripturas diuinas prius uituperare, quàm noſſe, etiam res apertiſsimas non intelligunt. Quid enim manifeſtius dici potuit, quàm hoc dictum eſt: In principio creauit Deus cœlum & terram, terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, id eſt, in principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem ipſa, quam fecit Deus, inuiſibilis erat, & incōpoſita. Antequam Deus omnium rerum formas locis & ſedibus ſuis ordinata diſtinctione diſponeret, antequam diceret, Fiat lux, & fiat firmamentum, & congregentur aquæ, & appareat arida, & cætera quæ in eodem libro per ordinem ſic exponuntur, quemadmodum ea paruuli poſsint capere: quæ omnia continent tam magna myſteria, ut quiſquis ea didicerit, omnium hæreticorum uanitatem uel doleat, quia homines ſunt: uel rideat, quia ſuperbi ſunt. Sequitur in illo libro.

Et tenebræ erant ſuper abyſſum.] Quod Manichæi uel ſectatores eōrum reprebenduut, dicentes: In tenebris ergo erat Deus, antequam faceret lucem? Verè ipſi ſunt in tenebris ignorantiæ, & ideo non intelligunt lucem, in qua Deus erat antequam faceret iſtam lucem. Non enim nouerunt iſti lucem, niſi quam carneis oculis uident: & ideo iſtum ſolem, quem pariter non ſolum cum beſtijs maioribus, uerumetiam cū muſcis & uermiculis cernimus, illi ſic colunt, ut particulam dicant eſſe lucis illius in qua habitat Deus. Sed nos intelligamus aliam eſſe lucem, in qua habitat Deus. Vnde eſt illud lumē, de quo in Euangelio legitur: Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hūc mundum. Nam ſolis iſtius lumen non illuminat hominem, ſed corpus hominis, & mortales oculos, quibus nos uincunt aquilarum oculi, qui ſolem iſtum multo melius quàm nos dicuntur aſpicere. Illud autem lumen non irrationabilium auium oculos paſcit, ſed pura corda eorum qui Deo credunt, & ab amore uiſibilium rerum & temporalium ſe ad eius præcepta cōplenda conuertunt, quod omnes homines poſſunt, ſi uelint: quia illud lumen omnem illuminat hominem, uenientem in hunc mundum. Ergo tenebræ erant ſuper abyſſum, antequam lux iſta fieret. De qua conſequenter hoc loco dicitur: Et dixit Deus, Fiat lux. Quia ubi lux non eſt, tenebræ ſunt: nō quia aliquid ſint tenebræ, ſed ipſa lucis abſentia tenebræ dicuntur. Sicut ſilentium non aliqua res eſt, ſed ubi ſonus non eſt, ſilentium dicitur. Et nuditas non aliqua res eſt, ſed in corpore ubi tegumentum non eſt, nuditas dicitur: & inanitas non eſt aliquid, ſed locus ubi corpus non eſt, inanis dicitur. Sic tenebræ, ut iam diximus, non aliquid ſunt, ſed ubi lux non eſt, tenebræ dicuntur. Hæc ideo diximus, quia ſolent dicere: Vnde erant ipſæ tenebræ ſuper abyſſum, antequam Deus faceret lucem, quis illas fecerat uel genuerat? aut ſi nemo fecerat uel genuerat eas, æternę erant tenebræ, quaſi aliquid ſint tenebræ, ſed ut dictū eſt, lucis abſentia hoc nomē accepit. Sed quia ipſi fabulis ſuis decepti crediderunt gentem eſſe tenebrarum, in qua & corpora, & formas & animas in illis corporibus fuiſſe arbitrantur: ideo putant quòd tenebræ aliquid ſint, & non intelligunt non ſentiri tenebras, niſi quando non uidemus. ſicut non ſentitur ſilentium, niſi quando non audimus. Sicut autem ſilentium nihil eſt, ſic & tenebræ nihil ſunt. Sicut autem iſti dicunt gentem tenebrarum contra Dei lucē pugnaſſe, ſic poteſt & alius ſimiliter uanus dicere gentem ſilentiorum cōtra Dei uocem pugnaſſe. Sed illas uanitates modò nos ſuſcipimus refellere atq; conuincere. Nunc enim ea quæ reprehendunt in ueteri teſtamento, ſtatuimus defendere quantum uires Dominus præſtare dignatur, & in eis oſtendere contra ueritatē Dei nihil ualere hominum cæcitatem. Sequitur. Quod autem ſcriptum eſt, Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas: ſic ſolent Manichæi reprehendere, ut dicant, Aqua ergo erat habitaculū ſpiritus Dei, & ipſa continebat ſpiritum Dei. Totum conantur peruerſa mente peruertere, & excæcātur malitia ſua. Cum enim dicimus, Sol ſuperfertur ſuper terram, nunquid hoc intelligi uolumus, quòd in terra ſol habitet, & terra ſolem contineat: & tamen non ſic ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquam, ſicut ſuperfertur ſol ſuper terram: ſed alio modo, quē pauci intelligunt. Non enim per ſpacia locorum ſuperferebatur aquę ille ſpiritus, ſicut terræ ſol ſuperfertur, ſed per potentiam inuiſibilis ſublimitatis ſuę. Dicant autem nobis iſti, quomodo his rebus quæ fabricandæ ſunt, ſuperferatur uoluntas fabri. Quod ſi hæc humana & quotidiana non comprehendunt, timeant Deum, & ſimplici corde quæ non intelligunt, credant: ne cum uolunt uerbis ſacrilegis concidere ueritatem, quam uidere non poſſunt, redeat illis ſecuris in crura. Nam illa concidi non poteſt, quæ incommutabilis manet: ſed quæcunq; plagæ in illam emiſſæ fuerint, repercutiuntur, & maiori ictu redeunt in eos qui cædere audent. quod credere deberent, ut intelligere mererentur. Deinde quærunt, & inſultando interrogant, unde erat ipſa aqua ſuper quam ferebatur ſpiritus Dei. Nunquid enim ſuperius ſcriptū eſt, quòd Deus aquam fecerit. hoc ſi piè quærerent, inuenirēt quemadmodū intelligendum eſſet. Non enim aqua ſic appellata eſt hoc loco, ut hæc à nobis intelligatur, quam uidere iam & tangere poſſumus: quomodo nec terra quæ inuiſibilis & incōpoſita dicta eſt, talis erat qualis iſta quæ iam uideri & tractari poteſt: ſed illud quod dictum eſt, In principio creauit Deus cœlum & terrā. Cœli & terræ nomine uniuerſa creatura ſignificata eſt, quam fecit & condidit Deus. Ideo autem nominibus uiſibilium rerum hæc appellata ſunt propter paruulorum infirmitatem, qui minus idonei ſunt inuiſibilia comprehendere. Primo ergo materia facta eſt confuſa & informis, unde omnia fierent, quæ diſtincta atq; formata ſunt, quod credo à Græcis chaos appellari. Sic enim & alio loco legimus dictum in laudibus Dei: Qui feciſti mundum de materia informi, &c. Quod aliqui codices habent de materia inuiſa, & ideo Deus rectiſsimè creditur omnia de nihilo feciſſe, quia etſi omnia formata de iſta materia facta ſunt, hæc ipſa tamē materia omnino de nihilo facta eſt. Non enim debemus eſſe ſimiles iſtis, qui omnipotentē Deū non credunt aliquid de nihilo facere potuiſſe, cum conſiderant fabros & quoslibet opifices non poſſe aliquid fabricare, niſi habuerint unde fabricent: ligna enim & adiuuāt fabrum, & argentum adiuuat argentarium, & aurum aurificem, & terra figulum adiuuat, ut poſsit perficere opera ſua. Si enim non adiuuentur ea materia, unde aliquid faciūt: nihil poſſent facere, cum materiam ipſam non ipſi faciunt. Non enim faber facit lignum, ſed de ligno aliquid facit: ſic & cæteri omnes opifices. Omnipotens autem Deus nulla re adiuuandus erat, quam

ipſe

ipſe non fecerat, ut quod uolebat efficeret. Si enim ad eas res quas facere uolebat, adiuuabat eum aliqua res, quam ipſe non fecerat, non erat omnipotens, quod ſacrilegum eſt credere. Informis ergo illa materia, quã de nihilo Deus fecit, appellata eſt primo cœlum & terra, non quia hoc iam erat, ſed quia hoc eſſe poterat. Nam & cœlum poſtea ſcribitur factum, quemadmodum ſi ſemen arboris conſiderantes dicamus, ibi eſſe radices & robur, ramos, fructus & folia: non quia iam ſunt, ſed quia inde futura ſunt Sic dictum eſt, In principio fecit Deus cœlum & terram, quaſi ſemen cœli & terræ, cum confuſa adhuc eſſet cœli & terræ materia. Sed quia certum erat inde futurum eſſe cœlum & terram, iam & ipſa materia cœlum & terra appellata eſt iſto genere locutionis, quo Dominus loquitur, cum dicit: Iam non dico uos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis: non quia factum erat, ſed quia certiſsime futurum erat. Nã poſt paululum dicit illis, Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Vt quid ergo dixerat, Omnia quæ audiui à patre meo, nota uobis feci: niſi quia ſe ſciebat hoc eſſe facturum. Sic etiam cœlum & terra potuit dici materia, unde nõdum erat factum cœlum & terra: ſed tamen non aliunde faciendum erat. innumerabiles tales locutiones in ſcripturis diuinis inueniuntur, ſicut in conſuetudine ſermonis noſtri, cum id quod certiſsime futurum ſperamus, dicimus: iam factum puta. Hãc autem adhuc informem materiam, & iam terram inuiſibilem & incompoſitam uoluit appellari: quia inter omnia elementa mundi, terra uidetur minus ſpecioſa, quàm cætera. Inuiſibilem autem dixit propter obſcuritatem & incõpoſitam: propter informitatem eandem ipſam materiam etiam aquam appellauit, ſuper quã ferebatur ſpiritus Dei, ſicut ſuperfertur fabricandi uoluntas artificis. Quod etſi paucorum intelligentia poteſt attingere, humanis tamen uerbis neſcio utrum uel à paucis hominibus poſsit exponi. Propterea enim non abſurde etiam aqua dicta eſt iſta materia: quia omnia quæ in terra naſcuntur, ſiue animalia, ſiue herbæ uel arbores, & his ſimilia ab humore incipiunt formari atque nutriri. Hæc ergo nomina omnia, ſiue cœlum & terra, ſiue terra inuiſibilis & incompoſita, & abyſſus cum tenebris. Siue aqua ſuper terram ſpiritus ferebatur, nomina ſunt informis materiæ, ut res ignota notis uocabulis inſinuarẽtur imperitioribus, & non uno uocabulo, ſed multis: ne ſi unum eſſet, hoc eſſe putaretur, quod conſueuerant homines in illo uocabulo intelligere. Dicta eſt cœlum & terra, quia inde futurum erat cœlum & terra. Dicta eſt terra inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ ſuper abyſſum, quia informis erat, & nulla ſpecie cerni aut tractari poterat: etiamſi eſſet homo qui uideret atque tractaret. Dicta eſt aqua, quia facilis & ductilis ſubiacebat operãti, ut de illa omnia formarentur. Sed ſub his omnibus nominibus materia erat inuiſa & informis, de qua Deus condidit mundum.

In principio creauit Deus cœlum & terram.] Iſtud capitulum librorum omnium caput eſt. Omnis nanque ſcriptura diuina bipartita eſt, uetus teſtamentum & nouum. Alia quippe ſunt, ubi æterna intimantur, ut eſt: In principio erat uerbum. Alia facta narrantur, ut eſt: In principio creauit Deus cœlum & terram. Alia futura pronunciantur, ut eſt: Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua. Alia uerò ſunt quæ agenda præcipiuntur, cum dicitur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, & reliqua. Bipartita uerò eſt, quia ſunt alia quæ ſecundum figuram dicta ſunt, ut eſt Cantica canticorum: & ut eſt, Audiuit Adam uocem Domini Dei deambulantis in paradiſo. Et alia ſunt ſecundum rerum geſtarum fidem, ut eſt quod populus exiens de Aegypto, & quod mare pedibus ambulauit. Alia uerò ſunt, quæ utroque modo dicta ſunt, ut eſt tranſitus maris rubri, & miracula illa quæ Dominus in Euangelio fecit.

D. *In principio creauit Deus cœlum & terram.*] Inquirendum ſummopere eſt, in quo principio, utrum in principio temporis, an in principio, ut hoc eſſet initium creaturæ eius, ex quo alia eſſe cœperunt. Non enim coæterno Deo ſemper fuerunt. M. Dicamus quia in principio ſibi coæterno fecit Deus cœlum & terram. in unigenito filio, qui eſt ſapientia patris, de quo dicit Apoſtolus, Chriſtum Dei uirtutem, & Dei ſapientiam. & in Pſalmo dicit, Omnia in ſapientia feciſti. & iterum dicit Apoſtolus: Quia in ipſo condita ſunt omnia, quæ in cœlo ſunt, & quæ in terra, uiſibilia & inuiſibilia. D. Geneſis principium eſt. In principio creauit Deus cœlum & terram: angeli poſtmodum facti ſunt. Si angeli ante facti ſunt, non primo omnium creauit Deus cœlum & terram. M. Quando facta ſunt ſimul ſidera, ait ſcriptura: Laudauerũt me angeli mei uoce magna. Quarta die facta ſunt ſidera, etiam erant angeli. neque enim die tertio neque ſecundo facti ſunt. In his enim apparet quæ facta ſunt. Tertia die ſcilicet terra ab aquis diſcreta eſt: ſecunda factum eſt firmamentum, ubi ſol & luna diſcurrunt, & ſidera. Porrò primus dies ipſe eſt angelica natura, quæ primo cœli nomine nuncupata eſt. Vnde euidenter oſtenditur, primum diem ſpiritalem factum, id eſt, angelicam naturam, & hoc cœlum quod oculis cernimus. Nã quod ait, In principio creauit Deus cœlum & terram, non primò omniũ ſicut ais: ſed, In principio, id eſt, in filio. immò per filium fecit Deus omnem ſpiritalem corporalemq́ creaturã, quæ cœli & terræ nomine appellata eſt. Nam quod ipſe ſit principium, de ſe interrogantibus Iudæis quis eſſet: reſpondit, Principium qui & loquor uobis. Primo igitur uoluit cœlum & terram, uelut quandam ſpiritalem corporalemq́ materiam dicere, & ſic quemadmodum ſingillatim facta ſunt, ordinem texere. Quod

enim dixit, Cœlum, hoc mihi dixiſſe uidetur aquarum abyſſum, tenebroſam Adequodammodo fluitantem uitam, niſi conuertatur ad creatorem, & fiat lux, & contempletur trinitatem Deum eſſe in Deum. Neque enim ita dicimus, ut iſta materies præcedat formam ſuam, ſicut præcedit lignum arcas, & ſicut præcedit uox uerbum: neque enim tempore, ſed origine. Igitur prima creatura lux, non iſta quæ quarta die facta eſt, ſed ſpiritalis, id eſt, angelica natura. Hoc tamen intelligendum, quod ſimul creauit cœlum, & terram & lucem. Quia nihil intereſt, niſi origo tantum. Sicut homo duas parabolas cognitas, ſimul non poteſt enarrare: ita & Dominus fecit, quia hoc prius enarrauit, quod originē habuit: & poſtea quod exinde factum fuit quamuis utrunque ſimul feciſſet, ut quod ſola origine prior eſt in faciendo prior ſit ex tempore enarrando. Ergo dum oportebat ut ſcriptura ſancta utrunque enarraſſet. iam res geſtas, quàm res enarratas, quod exinde factum eſt. Ratio erat, ut prius enarraſſet, unde aliquid factum erat, quàm illud quòd exinde factum eſt. propter tardiores intellectu, ut capere potuiſſent. Quia res corporeæ, ex aliquo fiebant: quia nihil intereſt inter creationem cœli, & terræ & lucis, niſi hoc tantū quod eſt inter uerbum & uocem. D. Cur non dixit. In principio fecit Deus cœlum & terram, ſed creauit? M. Propter informitatem materiæ. D. Da ſenſum ſpiritalem. M. Principium Chriſtus eſt, ſicut ipſe in Euangelio ait: Principium qui & loquor uobis. In hoc igitur principio fecit Deus cœlum, id eſt: qui cœleſtia meditantur & quærunt In ipſo fecit & carnales, qui terrenū hominem necdū depoſuerūt.

D. *Terra autem erat inanis & uacua.*] Cur inanis & uacua. M. Id eſt, quia non erat à mari diſtincta, uacua, inquit, quia litoribus non erat circumdata uel uicibus ſuis ornata, id eſt, arboribus & animalibus.

ITEM ſpiritualiter. Terra ſcilicet carnis noſtræ inanis & uacua erat, priuſquam doctrinæ acceperit formam. D. Quare tenebræ dicuntur ſuper faciem fuiſſe abyſſi? M. Quia nō erat lux quæ ſuperfunderetur: quod ſi eſſet, utique ſupereſſet. Item quia erat ſpiſſus aer, carens luce diuturna. Aliter. Tenebræ erant ſuper faciē abyſſi, quia delictorū cęcitas, & ignorātię profunda obſcuritas, corda noſtra tegebat.

HIERONYMVS. D. Quomodo ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. ediſſere. M. Pro eo quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt, Ferebatur: in Hebręo habet, Merahefeth quod nos appellare poſſumus, incubabat, ſiue confouebat, in ſimilitudinem uolucris oua calore incubantis. Ex quo intelligimus non ſpiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrātur: ſed de ſpiritu ſancto. qui & ipſe uiuificator omnium à principio dicitur. Si autē uiuificatur quaſi cōditor & Deus: emittes, ait, ſpiritum tuum & creabuntur.

AVGVSTINVS. D. Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas: localiter ferebatur, ſicut ſol & ſidera, an aliter? M. Spiritus ſanctus Deus eſt. qua in re non loco continetur & diſtenditur. nec tēporum mutationibus ſubiacet: ſed eſt ubiq; pręſens totus. Quomodo ſanè nominauit creaturam, cui ſuperferre diceretur ſpiritus ſanctus, non localiter, ſed potentialiter Dominus, non ex indigentia fecit opera ſua, ſed ex beneficentia; neq; horū indiget quæ fecit. Indigus quippe atq; egenus amor ſubijcitur rebus quas diligit. ideo dictus eſt ſuperferri creaturam ſpiritus ſanctus, quia non ex indigentia operatus eſt ipſam creaturam.

AMBROSIVS. D. Quomodo ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas? M. Sicut ait Apoſtolus: Supereminentem, inquit, ſcientiam charitas Chriſti. & alibi ait: Superexaltat autē omnem intellectum. ergo inchoatum aliquid oſtēdit, ſuper quod ſpiritus Dei ferre diceretur, nō loco, ſed omnia ſuperante atq; præcellente potentia. Duo quippe ſunt propter quæ amat Deus creaturam ſuam: ut ſit, & ut maneat: ut ſit formata, & maneat in præcepto ſui cōditoris. Vt eſſet ergo ſpiritus Dei, ſuperferebatur ſuper aquam: ut aūt maneret, uidit Deus quia bonum eſt. quamobrē prius res informatas, & poſtea ſpiritum ſanctum nominauit: quia omnis exiguus amor rebus quas diligit, ſubterponitur.

Item in Hexameron AVGVSTINVS. D. De informitate materiæ, ut plenius & uberius exponas, poſco. M. Verum & manifeſtū eſt, omne mutabile ex aliqua informitate formari, ſimulq; & manifeſtiſsima ratio docet, nullarum naturarum materiam eſſe potuiſſe, niſi ex Deo, licet dicat ſcriptura: Qui feciſti mundum ex materia informi. Non tamen informis materia formatis rebus tempore prior eſt, cum ſit utrunq; ſimul concreatū, & quod factū eſt, & unde factum eſt. Sicut uox materia uerborum eſt, uerba uero formatam uocem indicant: ita creator Deus non prior tempore fecit informē materiam, & eam poſtea per ordinem quarūcunq; naturarū quaſi ſecunda conſideratione formauit. & non potuit nō diuidere ſcriptura loquendi temporibus, quod Deus faciendi tēporibus nō diuiſit: & nos cum dicimus materiam & formam, utrunq; ſimul intelligimus, ne utrunq; ſimul poſſumus enūciare. Quod ſi ſpiritalis lux facta eſt, cum dixit Deus, Fiat lux. non illa uera patri coæterna intelligenda eſt, per quam facta ſunt omnia: ſed illa de qua dici potuit prior omniū creata eſt ſapientia, quia per ſapientiā non creatā, facta eſt lux. Quo autē modo ſimul fieri potuerit, & quod illuminaretur, & ipſa illuminatio ac diuerſo tēpore narranda fuerūt, paulo antè diximus, cum de materia tractaremus.

AVGVSTINVS. Dixit quoq; Deus, Fiat lux. D. In die dixit, an ante omnē diem: ſi in die dixit, temporaliter dixit: ſi tēporaliter dixit. per aliquam creaturam dixit. Igitur non eſt prima creatura lux. M. Nec in die dixit, nec temporaliter dixit: ſed ante omnem profecto creaturam uerbum ſuum genuit. Dictio itaque Dei uerbum eſt. Sed diuina ſcriptura paruulis congruens.

gruens, & quodammodo eos lactans, ut proficiant, & cibum ſpiritalem capiant, uoluit ſemper per omnem creaturam formationem, dictionem nuncupare: ut ſi, uerbi cauſa, requiramus quomodo facta eſt lux: audies, in uerbo Dei erat, ut fieret. Quomodo & cætera per ordinem ſi requiras, quomodo facta ſunt: in uerbo Dei erant ut fierent. hinc eſt enim, dixit Deus, Fiat lux. Neque enim corporalibus modis loquitur diuina natura, nec quotiens dicitur dixit: totiens uerbum formauit. Vnum enim uerbum genuit coæternum & conſubſtantiuum ſibi, in quo omnia ineffabiliter dixit. Itē. D. Dixit quoque Deus, Fiat lux. Lux autem hæc eſt uiſibilis, an inuiſibilis? M. Inuiſibilis enim dicitur: quia creatio angelica eſt, quā oculi noſtri nō ualent proſpicere. Ratio enim erat, ut die quarto ſidera in cœlo fabricaſſet, qua oculi noſtri potuiſſent proſpicere. D. Iſta creatio angelica, eſt temporalis an intemporalis? M. Temporalis erat in angelis, intēporalis autem in Deo. Temporalis erat, quod dictum intelligimus ab æterno Deo expreſſum per uerbum coæternum in creatura ſpiritali, quam iam tunc fecerat cum dictum eſt: In principio creauit Deus cœlum & terram. Sed iſta locutio non tantum ſine aliquo ſono, ſed etiam ſine ullo corporali motu creaturæ ſpiritalis, eius mente atque ratione quodam modo infixa, per uerbum patris coæternum. Sed multum atque difficillimum eſt capere, quomodo dicitur Deo non temporaliter iubenti, neque id temporaliter audiente creatura, qui contemplatione ueritatis omnia excedit tempora: ſed intellectualiter ſibimet impreſſas cū patri coæterna ſubſtantia, tanquam intelligibilis locutionis, ad ea quæ infrà ſunt tranſmittentis, ut fieret temporalis motus in rebus temporalibus, ſiue formandis, ſiue adminiſtrandis. Item: Facta eſt, inquit, lux: id eſt, creatio angelica, quia tunc cœperunt agnoſcere uel intelligere creatorem ſuum. D. Quare iterum non repetit, Et fecit Deus lucem, ſicut creaturas cæteras repetit, quas creauit ut in firmamento dicit: Fiat firmamentum. & iterum: Et fecit Deus firmamentum. M. Neceſſe nanque erat, ut dixiſſet, Fecit Deus lucem: quia intellectualis creatura erat, id eſt, angelica. Quādo autem dicit, Fiat firmamentum, uel cætera in aliis creaturis, hoc in cognitione angelica dixit: quia nec mirum eſt, ſi Deus ſanctis angelis ſuis in prima lucis conditione ad ſe conuerſis, prius uoluit oſtendere, quid erat deinceps facturus. Quando uerò dicit, Et fecit Deus, id eſt, in propria rerum natura, iam non erat hoc opus de angelis iterum repetere: quia illi tunc ſicut diximus, conuerſi fuerant ad cognoſcendum creatorem ſuum. Cum enim æterna illa & immutabilis, quæ non eſt facta, ſed genita ſapientia in ſpiritalem atque rationalem creaturam ſe transfert, ſicut in animas ſanctas, ut illuminati lucere poſsint: fit in eis quædam luculenta rationis affectio, quæ poteſt accipi facta lux, cum dixerit Deus, Fiat lux. Iam enim erat ſpiritalis creatio, quod cœli nomine ſignificata eſt, cum ſcriptum ſit: In principio creauit Deus cœlum & terram. Non cœli corporei, ſed incorporei cœli, in qua natura intelliguntur omnes ſancti angeli.

GREGORIVS. Tales nanque creati ſunt angeli, ut ſi uelint, in beatitudinis luce perſiſterent. Si autem nollent, etiam labi potuiſſent. Vnde & ſatan cum ſequacibus legionis cecidit, ſed poſt eius lapſum ita confirmati ſunt angeli, qui perſtiterunt, ut cadere omnino non poſsint. Quod bene in ipſo exordio Geneſeos præſentis libri hiſtorica deſcriptione ſignatum eſt: quia creauit Deus cœlum, quod poſtmodum uocauit firmamentum. Cœli ergo fuerūt, ut diximus, hi qui prius bene ſunt conditi, ſed poſtmodum firmamentum appellati ſunt: quia ne omnino iam caderent, uirtutem incommutabilitatis acceperunt.

ITEM GREGORIVS.

Dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux. & paulo pòſt: Factum eſt ueſpere.] Nequaquam uerò in hac uita per exercitationem iuſtitiæ peccatum deſeritur, ut in eadem iuſtitia inconcuſſa maneatur: quia & ſuam cordis habitaculo culpæ rectitudo eliminat, ipſa tamen culpa, quæ repellitur, cogitationis noſtræ foribus aſsidens, ut ſibi aperiatur, pulſat. Quod Moyſes ſpiritaliter innuit, cum facta corporaliter temporum momenta narrauit: Facta eſt lux. atque paulo pòſt ſubiiciens: Factum eſt ueſpere. Creator quippe omnium humanæ culpæ præſcius, tunc expreſsit in tempore, quod nunc uerſatur in mente. Lux quippe ad ueſperum ducitur, quia nimirum lumen rectitudinis umbra ſequitur tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur, nequaquam nox, ſed ueſpere facta perhibetur: quia nimirum ſæpè tentatio in corde rectorum, lumen iuſtitiæ abſcondit, ſed non interimit, quia ſi ad pallorem trepidationis pertrahit, ſed funditus non extinguit.

AMBROSIVS.

Dixit quoq; Deus, Fiat lux.] Id eſt, illuminatio credulitatis appareat. Prima enim die lucem fidei dedit, quia prima eſt in conuerſione fides. Vnde & ipſum primum præcepti mandatum eſt: Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Propter quam fidem ipſe Dominus uiſibiliter in mundo apparere uoluit. Iam tunc Deus iuxta præſcientiæ ſuæ gratiam, diuiſit iuſtos, id eſt, filios Dei & lucis à peccatoribus tanquam à tenebris: iſtos uocans diem, illos noctem. Nam quia in lucis nomine iuſti appellantur, audi Apoſtolum: Fuiſtis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

AVGVSTINVS.

Et uidit Deus lucem quod eſſet bona.] D. Si ſubitò uidit Deus lucem, quod eſſet bona, an antea neſciuit, & uiſio ei contulit ſcientiam. M. Omne enim opus præcedit uoluntas. nam dum cogitamus quid operari debeamus, neq; enim ignorans aliquid facit, dum cogitat, qualiter

fiant quæ facienda cogitando diſpoſuit, & cum hoc in hominem cadere non poſsit, ut aliquid ignorans faciat: quanto magis in Deum, qui omnia æterno & ſtabili conſilio ſuo, quomodo uoluit, fecit. Nec aliter etenim facta, & aliter facienda uidit: eo itaque modo uidit facta, quo uiderat facienda. D. Et uidit Deus lucem quod eſſet bona. Quare lucem tantum laudauit, & non noctem? M. Id eſt, quia nox adhuc nec dies factæ erant, ſed tantum lux angelica, quia indignum erat Deo rem informem laudare, quæ adhuc formata non erat: ſed rem illam quæ formata erat, laudauit, id eſt, lucem angelicam.

AVGVSTINVS.

Et diuiſit lucem à tenebris.] D. Diuiſit, inquit ſcriptura, lucem à tenebris: omne enim quod diuiditur, & eſſe poteſt. Sicut ergo eſt eſſentia lucis, ita eſſentia tenebrarum. & cur non dicit ſcriptura, Vidit Deus tenebras, quòd eſſent bonæ, ſicut de luce dictum eſt? M. Deus bona & incommutabili uoluntate creauit omnes angelos bonos, ſed quia ex his quoſdam per ſuperbiam præſciebat caſuros, per incommutabilitatem præſcientiæ ſuæ diuiſit inter bonos & malos. Malos igitur appellans tenebras, bonos appellans lucem: in his dicens quia boni ſunt, in illis nullatenus dicens, ne peccata quę erant tenebræ, approbare uideretur.

ITEM ALIBI.

Diuiſit lucem à tenebris.] D. Quid eſt lucem à tenebris diuidere? M. Id eſt diſtinctio rei formatæ ab informi. D. Appellauit lucem diem, & tenebras noctem. Cur appellauit lucem diem, & tenebras noctem quæ adhuc formata non erant? M. Propterea enim appellauit lucem diem, quia dies circa ſpeciem factæ rei appellatus eſt: & tenebras noctem, quia nox iſta quæ nobis notiſsima eſt, facit eam eſſe abſentia ſolis ſuper terram: quia decidente ſole uocamus ueſperam, inchoante mane, uocamus diē. Nox autem hic priuatio operis eſt, aut nox ipſa poſſibilitas appellata eſt, quæ ineſt rebus factis, unde fieri poteſt, etiamſi non mutentur. D. Factumq; eſt ueſpere & mane dies unus. Quomodo hoc intelligendum eſt? M. Quid per ueſperam, niſi perfectio ſingulorum operum: & mane, eſt inchoatio ſequentium.

AVGVSTINVS. D. Primum enim diem ſpiritalem aſtrues eſſe creaturam, & quomodo habuit ueſpere & mane? M. Omnis nanque creatura, antequam tempore ſuo fieret, in ipſo uerbo Dei erat prius ab angelis cognoſcenda. & ſic ſuo tempore facienda. Quapropter ipſa creaturæ cognitio in ſemetipſis ueſpera erat in Deo autem mane: quia plus uidetur ipſa creatura in Domino quàm in ſeipſa uidetur creatura. plus ſcilicet uidetur in arte quę facta ſunt, quàm in ſe ipſa quę facta eſt. Proptcrea ait Euangeliſta Ioannes: Quod factum eſt, in ipſo uita erat. Omnia ergo quæ facta ſunt, & uitam non habent, in ipſo uerbo Dei uita ſunt, in ſeipſa non ſunt uita, Cœlum, terra, lapis uitam non habent, & tamen in Domino uita ſunt: uiuunt igitur in Deo ſine initio, atque commutabiliter omnes rationes creaturarum. Ac per hoc plus uidentur ab angelis ſanctis in uerbo Dei, ubi ſunt uita, quàm in ſeipſa: quia ſcientia angelorum in comparatione Dei quodammodo ueſperaſcit. Ergo primus in cognitione firmamenti: ſecundus in cognitione diſcretionis terræ ac maris: tertius in cognitione ſolis & lunæ uel ſtellarum: quartus in cognitione reptilium & animalium: quintus in cognitione iumentorum & ferarum, uel ipſius hominis: neque enim ſextus diei unius quem intelligimus ſpiritalem creaturam, id eſt angelicam ſexies facta cognitio. Sexies fecit propter ſenarij numeri perfectionem. Sed de numero & de ſenarij numeri perfectione, aliquid tibi ex ſcripturis ſanctis colligam. Libens adeſto, & te totum ad audiendum prępara, unus in numeris diuidi non poteſt. Ab ipſo enim ſurgit omnis numerus. Ergo diuidi poſſunt, ſi pars eius unus eſt. Igitur diuiſio duorum in unum, diuiſio trium in unum, quid aliud hic numerus oſtendit, niſi trinitatem quæ Deus eſt: quia quāuis tres ſint perſonæ, in una creduntur unitate natura. Quaternarius duas partes habet. Nam quarta eius unum eſt, media eius duo. Vnum uidelicet & duo, tria ſunt. Ecce partes ſuas, nec ultra excreſcit, nec complet, & ideo imperfectus eſt numerus. Quinarius non habet niſi unum, quod eſt quinta. Senarius igitur numerus perfectus eſt, quia partibus ſuis completur. Habet enim unum, quod eſt ſexta. Duo quod eſt tertia: tria quod eſt media unum ergo, duo & tria, ſex faciunt. Ideo propter huius numeri perfectionem, ſex diebus operatus eſt omnē creaturam. Tres hæ partes ſenarij numeri, demonſtrant nobis trinitatem, Deum in trinitate numeri, & menſuræ & ponderis feciſſe omnem creaturam. Plurimū ualere ſenarij numeri perfectionem in ſcripturis ſanctis frequenter reperimus, præſertim in morte Domini ſimplam, & in reſurrectione eius ſimplam. Mors itaq; Domini noſtri Ieſu Chriſti non fuit in anima, ſed in carne ſola: mors uerò noſtra nō ſolùm in carne, ſed etiam in anima. In anima, propter peccatum: in carne uerò propter pœnam peccati. Ille uerò, quia peccatum nō habuit, in anima nō eſt mortuus, niſi tantū in carne. Et hoc propter ſimilitudinem carnis peccati, quod de Ada traxerat. Igitur ſimpla eius mors fuit duplex, & ſimpla reſurrectio. Reſurrectio profuit duplex eſt mors carnis eius, & reſurrectio eius: mors animæ noſtræ, & reſurrectio eius Duas mortes noſtras, & duas reſurrectiones noſtras. Duæ & duæ, quatuor ſunt: una morte Domini & una reſurrectione eius: adde & quatuor noſtras, ſex faciunt. Igitur ſimplum Domini, & duplū noſtrum tres ſunt, & tres partes habet. Secundum quod ſuprà diximus ſenarius numerus. Nā & triginta ſex horæ, quibus Dominus fuit in inferno, huic ſimplo & duplo congruūt duodecim igitur fuerunt diurnæ, & uigintiquatuor noctur-

nocturnæ: igitur uiginti quatuor ad duplā mortem noſtram conijciunt, & illæ duodecim horę ad mortem Domini ſimplam. Reuera enim & natiuitas eius ſenarium numerum habet: quadraginta ſex annis ædificatum eſt templum. D. Aſtruunt Iudæi in Euangelio, quod intelligitur de corpore Domini, quadraginta ſex anni pro diebus poſiti ſunt. Quadraginta ſex diebus dicunt infantem formari in utero, & ſubinde uſq; in diem parturitionis augmētari. Quadragies quippe ſeni fiunt CCLXXVI. qui faciunt menſes nouem, & dies decē. Computa ergo ab octauo kal. April. quando paſſus eſt Dominus, tunc etiam creditur fuiſſe cōceptus: uſq; in diē octauum kal. Ian. & reperies dies CCLXXVI. qui conſtant per ſenariū numerū. Quid de illa muliere in Euangelio, quā octodecim annis cruciauerat ſatanas, quā ſanauit Dominus: dicimus, quia & ipſi anni ſenarium numerum habēt. ter igitur ſeni octodecim. Illa igitur mulier intelligitur genus humanum, quam in ſexta ætate ſeculi, à diaboli captiuitate liberauit. Prima ætas ab Adam uſq; ad Noe: ſecunda à Noe uſque ad Abraham: tertia ab Abraham uſq; ad Dauid: quarta à Dauid uſq; ad tranſmigrationem Babylonis: quinta à tranſmigratione Babylonis, uſq; ad Ioannem Baptiſtam, & aduentum Domini Saluatoris: ſexta quæ nunc agitur, donec excelſus ueniat ad iudicium. Sexto itaq; ſeculo reformatur genus humanum ad imaginem Dei. Profectò enim anni octodecim non ſolum ſex ætates, ſed etiam tria tempora euidenter demonſtrant: unum ſcilicet ante legem: alterum ſub lege: tertium ſub gratia. Igitur & ipſe annus ſenario numero cōtinetur: habet enim dies trecentos ſexagintaquinq;, & quadrā. ſexies quippe ſexageni, treceni. Remanent profectò dies quinq; & quadrans. Quinque dies ſexti menſis, & tamen ſi illud quadrā pro die ponas, aperte totum ſex faciunt. Ecce quantū me Dominus adiuuare dignatus eſt, de ſenarij numeri perfectione etſi non quantum uolui, tamē quantum potui reddidi rationem.

INCIPIT DE DIE SEcunda diſputatio.

Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentum in medio aquarū, & diuidat aquas ab aquis.

AVGVSTINVS. Ordo elementorum & pondus non ſinit, ut ſit aquarum ſubſtantia ſuper cœlos: aqua enim cedit terræ, & aer cedit aquæ, & ignis cedit aeri. Nullo modo enim poteſt eſſe, ut ſecundum elementum, quod eſt aqua, ſit ſuper quartū, quod eſt ignis. & quomodo dictum eſt, Fiat firmamentū in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. M. Quomodo aut quales libri ſint aquæ illæ, quas ſcriptura dicit ſuper cœlos eſſe, eſſe eas ibidem minime dubitemus. Sicut enim iſtæ nubes quę ubique ſunt, feruntur ſuper aerem: ita fieri poſſe arbitror, ut aquæ tenues atq; ſubtiles ferantur ſuper cœlum. Nam ex hoc pondere elementorum multi philoſophorum reſurrectionem carnis illudentes, non poſſe fieri, inquiunt, ut homo qui utiq; ex terra factus eſt, ſit in cœlo. Sed hos ueritas conuincit, qui facit multa animalia terrena uolitare in aerem, & ignem quod eſt utiq; quartum elementū, eſſe in terra. Ergo dei potentia, quæ hæc facere approbatur, facit ut homo & aqua ſint ſuper cœlū. Sed talibus aduerſariorum diſputationibus quidam cedens laudabiliter conatus eſt demonſtrare aquas ſuper cœlos, ut ex ipſis uiſibilibus conſpicuiſq; naturis adſeret ſcripturæ fidem: & prius quidē quod facillimum fuit, oſtendit, & hunc aerem cœlum appellari. propter quod dicimus ſerenū uel nubilum cœlum, uel quod uocantur uolatilia cœli. Cum ergo probaſſet hunc aerem cœlū dici, nulla alia cauſa etiam firmamentū appellatum uoluit exiſtimari, niſi quia interuallum eius diuidet inter uapores aquarum, & iſtas aquas, quæ corpulentius in terris fluitant. Ergo ex aere qui eſt inter uapores humidos, unde ſuperiora nubila cōglobantur, & maria ſubterfuſa, oſtendere ille uoluit eſſe cœlū inter aquā & aquā. quanq; poſsit uideri nō impedire propria pondera elementorū, quomodo etiam ſuper illud ſublime cœlū poſsint eſſe aquæ per illas minutias, per aquas etiam ſuper hoc ſpaciū aeris eſſe potuerunt. Ipſi quippe ſubtiliſsima ratione perſuadent nullū eſſe quodlibet exiguū corpuſculum, in quo diuiſio finiatur: ac per hoc ſi poteſt aqua, ſicut uidemus, ad tantas guttarū minutias peruenire, ut ſuper iſtum aerē uaporaliter ferantur, cur nō poſsit & ſuper illud leuius cœlū minutioribus guttis, & leuioribus imminere uaporibus. Quidam etiam noſtri iſtos de ipſorū ſiderū qualitatibus & meatibus conuincere moliuntur. idem namq; aſſerunt ſtellā, quā Saturni appellant, eſſe frigidiſsimā, eamq; per annos triginta ſigniferum peragere circulum. Quæritur igitur ab eis unde iſta ſtella ſit frigida, quæ tanto ardentior eſſe deberet, quanto ſublimior è cœlo rapitur. Nam proculdubio cum rotunda moles circulari motu agitur, interiora eius tardius eunt, exteriora celerius: quæ autem celerius, utiq; feruentius. Proinde memorata ſtella magis debuit calida eſſe quàm frigida. Nimirum ergo eam frigidam facit aquarum ſuper cœlum conſtitutarum illi uicinitas. Quæri etiam ſolet, quę forma & figura cœli eſſe credenda ſit, utrum cœlum, ſicut ſphæra undiq; concludat terram in media mundi mole libratam, an eam eximia parte deſuper uelut diſcus cooperiat. Sed ait aliquis: Quomodo non eſt contrarium his qui figura ſphæræ cœlo tribuunt, quod ſcriptum eſt in literis noſtris: Qui extendit cœlum ſicut pellem. Cui reſponderi poteſt, quod pellis non ſolum in planum, uerū etiam in rotundum ſinum extenditur. nam & uter & ueſica pellis eſt.

AMBROSIVS. De motu etiam cœli non nulli fratres quæſtionem mouent, utrum ſtet, an moueatur. Quia ſi mouetur, inquiunt, quomodo firmamentum hinc nouerint nomen firmamenti non cogere, ut ſtare cœlum putetur.

Firmamentum enim non propter ſtationē, ſed propter firmitatem, aut propter intranſgreſsibilem terminum ſuperiorum atq; inferiorum aquarum uocatum intelligere licet. Hoc tamē intelligendum, quòd ſidera circuūt, cœlum autem firmum ſtat, ut poeta: Nam cœli in æuum ſuum incontaminata materies. Naturam tamē aquarum illic iam non uaporali tenuitate, ſed glaciali ſoliditate pendere eſtimamus, propter ſiderum naturas mitigādas, nec creaturas Dei ſubterpoſitas nimio ardore concrement. Dicimus ergo de ipſis aquis, quod conglobatæ minimæ guttæ in unum, & faciunt collectionem unam, & propter grauitatem ponderis nō eas ſuffert aër ſuſtinere, ſed eius ponderis ad imum diffundendo dat locū, hæc eſt pluuia. Ergo aer, qui eſt inter uapores humidos, unde deſuper nubila globantur, & maria ſubterfuſa uolunt intelligere, cœlum eſſe inter aquam & aquam: ſecundum uerò cœlum, quod per ſpiritum cernimus, unde animalibus plenis diſcus ille ad Petrum miſſus, in extaſi mentis deſcendit: tertiū uerò cœlum, quod mente cognoſcimus, ita ſecretum atq; remotum, uel omnino mundatum, uel carnis ſenſibus abreptū, ut ea quæ in illo cœlo ſunt, ipſam Dei ſubſtātiam, uerbū per quod facta omnia ſunt, in charitate ſpiritus ſancti ineffabiliter uidere ualeant.

ISIDORVS. Tandem inſanire deſinant hæretici, atq; confuſi agnoſcant, quia qui cuncta potuit creare ex nihilo potuit & illā aquarum naturam glaciali ſoliditate ſtabilire in cœlo. nam cum & ipſi dicant, uolui orbem ſtellis ardentibus refulgentē, non'ne diuina prouidentia neceſſariò proſpexit, ut intra orbē cœli, & ſupra orbem redundaret aqua, quæ illa feruentia ſaxis incendia temperaret. Item. Secunda, inquit, die diſpoſuit Deus firmamentum, id eſt ſolidamentum ſanctarum ſcripturarum: firmamentum enim in eccleſia ſcripturæ diuinæ intelliguntur: quia cœlum plicabitur ſicut liber. Diſcreuitq; ſuper hoc firmamēto aquas, id eſt, cœleſtes populos angelorum, qui non opus habent hoc ſuſcipere firmamentū, ut legentes audiant uerbum Dei. Vident enim ſemper eum, & diligunt. Sed ſuperpoſuit ipſum firmamentum legis ſuæ ſuper inferiorum populorum infirmitatem, ut ubi ſuſcipientes cognoſcāt, qualiter diſcernant inter carnalia & ſpiritalia, quaſi inter aquas ſuperiores & inferiores.

Factumq; eſt ueſpere & mane dies ſecundus.] De die tertia oritur quæſtio. D. Dixit uerò Deus: Cōgregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, & appareat arida.

AVGVSTINVS. Hinc oritur quæſtio. Si totam terram aqua tegebat, non erat locus ubi aquæ congregarentur, dum totam terram tegebat aqua. Et quomodo ſcriptura dicit: Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locū unum, & appareat arida. M. Totam terram tegebat aqua, ſicut rariſsima nebula, quæ poſtea in unum redacta atque collecta eſt, ut poſsit terræ ſpecies apparere. quanquam & terra longe lateq; ſubſidens, potuit concauas partes præbere, quæ confluentes aquas ſuſciperent, ut arida appareret.

AMBROSIVS. Breuiter tamen admonemus, ut quem forte non mouet quærere quādo ſpecies aquarum terrarumq; creata ſit, accipiat iſto die non eſſe factum, niſi ut ſecernerentur hæc duo. Nam illud quod dictum eſt ante dierum enumerationem: Terra erat inuiſibilis & incompoſita, cum commendaret ſcriptura cuiuſmodi terram fecerat Deus: quia prædixerat, In principio creauit Deus cœlum & terrā: Nihil aliud his uerbis intelligendum eſt, quàm materiæ corporalis informitatem inſinuare uoluiſſe: ſi tamen tardo intellectui non ſubrepat, ut materiam & ſpeciem, quia uerbis ſcriptura ſeparat, conetur hæc duo etiam tempore ſeparare.

ITEM VBI SVPRA.

D. Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, & appareat arida. Quid eſt ergo quod non ait, Fiat arida uiſibilis, uel aqua congregata? M. Quia propinquiora ſunt eidem informitati, quam cœleſtia corpora. aut de his per enumerationem dierum infirma rerum condiuntur: ideo noluit inſerri, ut ſimiliter cum ſuperioribus fieri imperaret.

VNDE SVPRA SPIRITALITER.

Tertia, inquit, die colligit in unum aquas inferiores ſalſas. Hoc eſt, homines infideles, qui cupiditatum tempeſtate, & tentationum carnalium fluctibus quatiuntur, & in ſeipſis quaſi amaritudo includuntur. Segregauitq; ab eis aridam populum, ſcilicet fontem uitæ ſitientem: obfixitq; de hinc ſuperborum limites, & coercuit eos, ne turbulentis iniquitatum ſuarum fluctibus aridam, id eſt, animam ſcientem Deum conturbent: liceatq; ei germinare bonorum operum fructus ſecundum genus ſuum, diligēs proximum in ſubſidijs neceſsitatum carnalium, habens in ſe ſemen ſecundum ſimilitudinem, ut ex ſua infirmitate cōpatiantur ad ſubueniendum indigentibus. Producens & lignū forti robore, & fructiferum, id eſt, beneficium ad eripiendum eum, qui iniuriā patitur de manu potentis, præbendo protectionis umbraculum ualido robore iuſti iudicij. Sequitur:

Vocauitq; Deus aridam terram, congregationesq; aquarum appellauit maria.

HIERONYMVS IN LIBRO
quæſtionum Hebraicarum.

NOtandum quòd omnis congregatio aquarum, ſiue ſalſæ ſint, ſiue dulces, iuxta idioma linguæ Hebraicæ maria nuncupentur. Fruſtra igitur Porphyrius miraculum eo quòd Dominus ſuper mare ambulauerit pro lacu Geneſareth mare appellaſſe calumniatur, cum omnis lacus, & aquarum congregatio maria nuncupentur. Sequitur:

Et uidit

Digitized by Google

Et uidit Deus lucem quòd eſſet bonum, & ait: Germinet terra herbam uirentem, uſque, Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam uirentem & facientem ſemen iuxta genus ſuum.

GREGORIVS. Quid hoc loco per herbam, niſi bona operatio ponitur, licet in conditione mundi ita hiſtoricè factum teneamus: terram tamen eccleſiam figuraſſe non inconuenienter accipimus, quæ in eo germinauit herbam uirentem, in quo ad uerbum Dei fœcunda miſericordiæ opera protulit. Sequitur.

Lignumq; faciens fructum iuxta genus ſuum, & habens unūquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam.

GREGORIVS. Lignum ſpeciem ſuam ſemen producit, cum mens noſtra ex ſe conſiderationem in alterum colligit, & recti operis germen parit. hinc quidam ſapiēs dicit: Quod tibi nō uis fieri, alteri ne feceris. Hinc in Euangelio dicitur: Quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. ac ſi apertè diceret: Speciem ueſtram in alterum reſpicite, atque ex uobiſmetipſis cognoſcite, quid uos oporteat alijs exhibere: & ſicut ſuperius diximus terram ſignificare eccleſiam, quæ & uerbi nos pabulo reficit, & patrocinij umbraculo cuſtodit, quæ & loquendo paſcit, & opitulando protegit, ut non ſolum herbam refectionis proferat, ſed etiam cum fructu operis arborem protectionis.

AVGVSTINVS. D. Cum Deus dixerit, Germinet terra herbam uirentem, & afferentem ſemen & ligna fructifera: ligna infructuoſa uel ſpinas & tribulos quando fecit? M. Simul omnia Deus fecit dicente ſcriptura: Qui uiuit in æternum, creauit omnia ſimul. Nullatenus igitur dicenda ſunt, infructuoſa ligna, quæ aliquo modo hominibus afferunt ad iumenta: quia & reuera ſi non inuenimus in ijs aliquid ad edendum, inuenimus aliquid ad medicamentum, inuenimus ad adiutorium. Nam quantæ ſint in ijs utilitates, ipſe conſidera: fructifera ligna à fruendo dicta ſunt, & ab omni ligno poſſumus habere adiutorium. Iure nullum lignum dicimus infructuoſum. Tribulos uerò & ſpinas, quamuis poſt peccatum hominis naſcantur ad laborem, dicente ſcriptura: Spinas & tribulos pariet tibi: tamen nō eſt dicendū tunc ea oboriri ex terra, quia tā erant utique ad paſtus pecorum ac uolatilium facta, non ad augendam hominis pœnam producta.

Viditq; Deus quòd eſſet bonum. & factum eſt ueſpere & mane dies tertius.

Quotiens tibi hoc uerbum occurrerit, memento ſententiæ primi diei, quam poſuimus: ita ſi ſic ſubito uidit Deus lucem, quod eſſet bona, & cætera.

INCIPIT DE DIE QVARTA. *Diſcipulus.*

DIxit etiam Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora & dies & annos, ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram, non antea tempora fuerunt.

IN HEXAMERO. Quis non uideat quā obſcurè poſitum ſit, quarto die cœpiſſe tempora, quaſi ſuperius triduum ſine tempore præterire potuerit: qui ſuæ tamen creationis tempus habuerunt, ſiderum tamen diſtinctione illud triduum non habuerunt. Qualis etiam luna facta ſit, utrum prima an plena, multi loquaciſsimè inquirunt: ſed planè dicam, ſiue primam ſiue plenam lunam Deus fecerit, feciſſe perfectam. Omnes autem res, quicquid progreſſu naturali per tempora congrua quodam modo prodit atq; explicat, etiam ante continebat occultum, & ſi non ſpecie uel mole corporis, ui tamen & ratione naturæ: niſi fortè arbor, quæ per hyemem eſt pomis uacua folijsq; nuda eſt, tunc imperfecta dicenda eſt. Non nulli etiam multas ſtellas uel æquales ſoli, uel etiam maiores audent dicere: ſed longius poſitas paruas uideri, & ſi ita eſt, cur iſtas per ſigna circumeuntes amplius uenerantur. Cur eas ſignorum dominas eſſe perhibent, et eo in ſi regradationes illas ſiderum, uel fortaſſe tarditates nouo ſole fieri quiſq; contendat: ſed alijs occultioribus cauſis ſoli tantū iſtos in ſuis deliramentis, quibus uim factorum à ueritate deuij ſuſpicantur, præcipuam tribuere poteſtatem, ex libris eorum certè manifeſtum eſt. Quia uerò terrenis & corporalibus illa corpora non ad ea quæ ipſi tractant, potentiora ſunt, uel hinc aliquando cognoſcant: quia cum multa corpora diuerſorum generum uel animantium uel herbarum & arbuſtorum uno ſimul puncto temporis ſeminentur, unoque puncto temporis innumerabilia multa naſcantur: non tantum diuerſis, ſed etiam iiſdem terrarum locis, tantæ ſunt uarietates in progreſsibus, in actibus & paſsionibus eorum, ut uere iſti, ſicut dicitur, perdant ſidera, ſi iſta conſiderent. Fatendum ergo eſt, quando ab eis uera dicuntur, inſtinctu quodam occultiſsimo dici, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur. Quod cum ad decipiendos homines ſit, ſpirituum ſeductorum operatio eſt, quibus quędam uera de temporalibus rebus noſſe permittitur partes ſubtilioris ſenſus acumine. Quia corporibus ſubtilioribus uigent partim experientia callidiore, propter tam magnam longitudinem uitæ, partim ſanctis angelis, quod ipſi ab omnipotente Deo diſcunt etiam iuſſu eius ſibi reuelantibus, qui merita humana occultiſsimè iuſticiæ ſinceritate diſtribuit. aliquando autem idem nefandi ſpiritus, etiam quę ipſi facturi ſunt uelut diuinando prædicūt. D. Sequitur.

Fecit quoque Deus duo magna luminaria. Luminare maius, ut præeſſet diei: & luminare minus, ut præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cœli, ut lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras.

Quomodo iſta ſecundum ſenſum ſpiritualē intelligenda ſunt, quæſo ut dicas.

ISIDORVS. MAGISTER. Quarta namq; die emicuerunt luminaria firmamen-

Digitized by Google

to legis infixa, id eſt, Euangeliſtæ, doctores ſcripturarum ſanctarum, diſputando cohærentes, & omnibus inferioribus lumen ſapientiæ demonſtrantes. Prodijt etiam ſimul & cæterorum micantium ſiderum turba, id eſt, diuerſarum uirtutum in eccleſia numeroſitas, quæ in huius uitæ obſcuritate tanquam in nocte reſulgentes diuidant in hoc firmamento ſcripturæ ſenſibilia & intelligibilia, quaſi inter lucē perfectorum, & tenebras paruulorum. Et ſunt in ſignis uirtutum & miraculorum, ſunt etiam in tempora & dies & annos: quia prædicatores proprijs temporibus uiuunt & tranſeunt, uerbum autem Domini ſtabit in æternum. D. Cur primò terra germinauerit, deinde facta ſint luminaria? M. Quia poſt opera bona uenit illuminatio lucis, ad contemplandam ſpeciem diuinæ uirtutis. D. Et uidit Deus quòd eſſet bonum, & factum eſt ueſpere & mane dies quartus, cur ueſpere uel mane nominauit, de nocte autem nihil indicauit? M. Quid ergo aliud noctem dicamus, niſi abſentiam lucis, quæ inter ueſperā & mane reſtare uidebatur, an quia prima lux angelicam ſignificationem creationemq; contemplando creatorem ſuum, cum concordiſsima charitate ſine cæcitatis ignorātia creatorem in perpetuum laudare non ceſſant. Sed tamen initio operis & fine lucidè cognoiterunt, quod ueſpera & mane uocatur. Incipit de die quinta. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile, animæ uiuentis & uolatile ſuper terram ſub firmamento cœli. D. Quid ergo eſt quòd prius ornauit aquas de reptilib. antequam terram de animalibus.

AMBROSIVS in Hexameron. M. Ratio namque erat ut quæ prius uiſibilis apparuit, prius etiam ornatum ſuum reciperet: aut quia in principio cœlum recepit ornamentum ſuum, id eſt, de angelis, quando creati fuerunt. Similiter autem & terra, quando eam de herbis uel de arboribus ueſtiuit ratio. enim erat, ut aquæ reciperent ornamentum ſuum de reptilibus, uel aer de uolatilibus. D. Quid eſt, enim quòd ſæpè legimus de creatura cœli & terræ & maris ſimiliter, quando creati ſunt, uel quomodo, de aere autem nihil indicauit? M. Non enim arbitrandum ut ullum elementum in hac ſcriptura prętermiſiſſet, niſi quia cōſuetudo eſt diuinæ ſcripturæ, cœlum & terram totum mundum appellari: & ideo æſtimandum eſt aerem ad cœlum & terram pertinere, & quicquid eſt humidum uel uaporaliter expenſum, hoc ad terram pertinet: quicquid uerò tranquillum & quietum eſt, ad cœlum pertinere dicitur. Et quod ita ſit, aer aquæ ſimilis & ex eis halationibus pingueſcere probatur, ita ut ſpiritum procellæ faciat id nebulam. æter namque cœlo in quo ſunt luminaria, ita uicinus eſt, ut & ipſe cœli nomen accipiat. Nam cum dicitur in Pſalmo, Laudate eum cœli cœlorum. Satis apparet hunc aerem non ſolum cœlum, ſed etiam cœlos dici, ſicut dicuntur & terræ, cum una ſit. Nos etiam aerios cœlos quondam periſſe diluuio, in quadam earum quæ canonicæ nuncupantur, epiſtola legimus: quod neſcio quemadmodum poſsit intelligi, niſi in aquarum naturam pinguioris huius aeris qualitate conuerſam. Oportebat ergo ut in creandis habitatoribus inferiores huius mūdi partes, quæ ſæpè terræ nomine tota commemoratur, prius producerentur ex aquis animalia. Poſtea uerò de terra, & quod ita, ut iam ſupra diximus, ſit aer aquæ ſimilis, ut ex eius halationibus pingueſcere probetur. Nam per hoc non ſcriptum eſt, Producant aquæ reptilia animarum uiuarum, & producat aer uolatilia uolantia ſuper terram: ſed utrumque hoc animantium genus ex aquis productum eſſe narratur. Quicquid ergo aquarum ſiue labitur, undoſum & fluidum eſt, ſiue uaporaliter tenuatum atque ſuſpenſum ut illud reptilibus, hoc uolatilibus appareat diſtributum, utrumque tamen humidæ naturæ deputatur. Et ideo ſunt qui ſubtiliſsima conſideratione quinque iſtos corporis ſenſus, ſecundum quatuor uſitata elementa diſtinguunt: ut oculos ad ignem, aures ad aerem purum dicant pertinere: olfactum autem ad aerem humidum, guſtum uerò ad corpulentos humores, tactum ad elementum terrenum. ac per hoc elementa omnia in omnibus eſſe: ſed unumquodque eorum ex eo quòd amplius habet, accepiſſe uocatum. Ideo autem caloris priuatione cum corpus nimiè frigeſcit, obtundi ſenſum: quia motus pigreſcit, qui ex calore ineſt corpori, dum ignis aerem, & aer humida, & humor terrena quæque afficit ſubtilioribus, ſcilicet craſsiora penetrantibus. Quanto autem quicquid ſubtilius eſt, in natura corporali, tanto eſt uicinius naturæ ſpiritali: anima tamen cui ſentiendi uis ineſt, cum corporea non ſit, per ſubtilius corpus agitat uigorem ſentiendi. In hoc itaque motum in omnibus ſenſibus per ſubtilitatem ignis, ſed nō in omnibus ad idem peruenit. In uiſu enim peruenit repreſſo calore uſque ad eius lucem, in auditu uſque ad liquidiorem aerem, in olfactu tranſit aerem purum, & peruenit ad humidam exhalationem, unde craſsior hæc aura ſubſiſtit: in guſtatu & hanc tranſit & peruenit uſque ad humorem corpulentiorem. Quo etiam penetrato atque traiecto, cum ad terrenā grauitatem peruenit, tangendi ultimum ſenſum agit. Non ergo ignorabat naturas elementorum, qui prius cœleſtia luminaria, deinde aquarum animantia, terrarum autem poſtrema narrauit: non quod aerem prætermiſerit, ſed quia puriorem partem eius cœlo, pinguiorem uerò terris nuncupauit. Quod enim & tactu aquas uentos'que ſentimus: hoc eſt, quod terræ ſoli dum omnibus admiſcetur elementis. In cœlo ergo uolant aues, ſed iſto quod Pſalmus & terræ nomine includit, non tamen in firmamento, ſed ſecundum firmamētum. Nec ignoro quoſdā philoſophos ſua cuiuſq; elementi diſtribuiſſe animalia, ut terrena eſſe dicerent, non tantum quæ in terra repunt, atq; gradiuntur:

Digitized by Google

diuntur: ſed aues etiã quod & ipſa in terra requieſcunt, uolãdo fatigatę. Aeria uerò animalia, dęmones eſſe: cœleſtia deos, quorũ quidẽ nos partim luminaria, partim angelos dicimus: aquis tamen piſces, & ſui generis beluas tribuant, ut nullũ elementum ſuis animalibus uacet. Diſtribuuntur enim elemẽta duo ad patiendum, humor & humus: ad faciendum autẽ alia duo, aer & ignis. aer nãq; à cõfinio luminoſi cœli, uſq; ad aquarum fluida, & nuda terrarũ peruenit: non tamen totum ſpacium eius exhalationes humidæ infuſcant, ſed uſq; ad eum finem, unde incipit iam terra nominari, ſicut in Pſalmo, Laudate Dominum de terra. ſuperior uerò pars aeris propter puram tranquillitatem, cœlo cui colliniatur, communi pace coniungitur, & eius uocabulo connuncupatur. In qua fortaſsis parte ſi fuerint ante tranſgreſsionem ſuã tranſgreſſores angeli cum principe ſuo nunc diabolo, tunc archangelo. Nam nulli noſtri non eos putãt cœleſtes uel ſupercœleſtes angelos fuiſſe, non mirum ſi poſt peccatum in iſtam ſunt detruſi caliginem, ubi tamẽ & aer ſit, & humore tenui contexatur: qui commotos uentos, & uehementius cõcitatos etiam ignes & cõtractos nubila, & conſpiſſatos pluuia, & congelantib. nubibus niuem, & turbulẽtius congelantibus denſioribus nubibus grandinẽ, & diſtentus ſerenum facit occultis imperijs & opere Dei, à ſummis ad infima uniuerſa quæ creauit, ad miniſtrantis. Sed ut iam diximus, aer ex aqua fit. in aere enim uolatilia cœli conſiſtunt, unde aues cœli nominamus, & dæmones habitare in aere dicunrur: & propterea eos ſuffert aer ſuſtinere, quia aeria imagine utuntur, & exinde impugnant humanum genus: quia ſtatim quãdo creati fuerunt, de conſpectu Dei proiecti ſunt. unde Saluator in Euãgelio ait: Vidi ſatan ſicut fulgur cadentem de cœlo. Vbi iuſte quæritur, quomodo cadere dicitur, ſi non ſtetit. Sed ſciendum, quia non perſeuerauit in cõſortio ſanctorum angelorum: ſed ſtatim quamcitò ſe ipſum aſpexit in claritate Dei, erexit ſe in ſuperbiam, & dixit: Aſcendam in cœlum, & ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum. ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem cœli nubium, ſimilis ero altiſſimo, & ſtatim proiectus eſt de altitudine cœli in aerem cum omnibus ſatellitibus ſuis: quia non perſtiterũt in diuino amore, ſicut illi qui firmati ſunt, ut ſi uelint peccare non poſsint: quia ipſi in principio proprium arbitriũ habuerunt, ſicut genus humanum uidetur habere Illi autẽ de proprio arbitrio lapſi ſententiam Dei acceperunt, ut ſi uelint reparari non poſsint. Alterum dixit Dominus: Ille ab initio homicida fuit, & in ueritate non ſtetit. D. Cur homicida? M. Quia primum Adã iugulauit in paradiſo, quando poma edere ſuaſit, & de immortalitate factus eſt mortalis, & propterea humanum genus uſq; ad aduentum Saluatoris iugulauit. D. Quomodo in ueritate non ſtetit? M. Quia non meruit accipere quod ei promiſſum fuerat, ut cum creatore ſuo in perpetuum cum reliquis angelis permanſiſſet: ſed proiectus eſt in terram cum ſuis, ubi ſine dubio pœnam patiuntur, quia in aere ignis ſidereus eis dominatur, & ſibi pro genere ſuo quaſi quidam carcer deputatus eſt, quo uſque ueniat tempus diei iudicij, ut in ignem mittantur æternum. Sequitur.

Creauit Deus cete grandia, & omnem animam uiuentẽ atque mutabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne uolatile iuxta genus ſuum.

D. Noſſe cupio, quãdo minimi piſces, uel animalia ſiue uermiculi, quos ſcriptura non meminit, creati fuerunt. Et dum ratio inquirẽda eſt, ab elephanto maximo uſq; ad uermiculum minimum, unde ueniant, dum ſcriptura hic nihil indicauit. M. Intelligẽdum enim eſt, quod quãdo Deus ſeparauit aquas ab aquis, tunc minima animalia quę de aquis efficiuntur in ipſis aquis natura illorum conſiſtebat, & illi uermes qui in corporibus mortuorum ſunt, in ipſis corporibus eorum habent uigorẽ naſcendi: & piſces de aquis procreantur, dum dicit, Producãt aquæ reptile animæ uiuentis. D. Si aqua tegebat terram, an terra aquam, quæſo ut dicas. M. Aqua tegebat terram, quia ſi aliqua pars terræ elapſa fuerit ſuper aquam, ſtatim erupta eſſet aqua, & in locum ſuũ terra reuertitur. D. Quomodo in pſalmo dicit: Quia ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eã, ſi aqua terram tegebat? M. De altiori terra hoc dicit, ubi montes eſſe uidentur, aut de inſulis illud dictum eſt, ubi terra altior eſt quàm aqua: ſed magis hoc ſecundum ſenſum intelligendũ eſt, quia ſimplices in eccleſia ſuper prudentes fundati ſunt, uiuæ itaque aquæ dicuntur illi: quia ſuſtentant eos quos inferiores uel infirmiores ſe eſſe conſpiciunt, quia quantum eſt inter lunam & ſidera cœli, tantum eſt inter ſanctam ruſticitatem & ſanctam ſimplicitatem. Sequitur.

Benedixitq; eis dicens: Creſcite & multiplicamini & replete aquas maris.] D. Quare iſta animalia benedictionem accipere meruerunt, ſicut homo? M. Idem intelligamus iſtam benedictionem in cæteris animalibus permanere, aueſq; multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt ueſpere, & mane dies quintus.

QVAESTIONES DE DIE SEXTA.

D*ixit quoq; Deus: Producat terra animam uiuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita.*

AMBROSIVS. Quærendum nobis eſt, ſi iſta animalia uenenoſa in principio quando creatę ſunt, uenenum habuerunt ſicut nunc? M. Hoc proculdubio ſciendum, quia ſicut tunc creata fuerunt, ita permanent: ſed tamen in principio nocendi non habuerunt poteſtatẽ, ſicut probare poſſumus de ſerpentib. quãdo uipera inuaſit manum Pauli, & nihil ei nocuit, quia poteſtatem habuit inuadendi, nocendi autem non habuit poteſtatem. Similiter de beſtijs, quando

Daniel

Daniel miſſus fuit in lacum leonum, tunc leones illi nihil nocuerunt. aut propterea iſta animalia uenenoſa creata fuerunt ad terrendum hominem, quem Deus præſciebat peccantem, ut intelligeret pœnas infernales. quia alibi dicit: Vermes eorum non moriuntur, & ignis eorum non extinguetur. Quamobrem beſtiæ inter ſemetipſos nocent, dum de originali peccato non habent unde eis uindicta tribuatur.

DE CREATIONE HOMINIS.

Ambroſius.

ET *uidit Deus quòd eſſet bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. & fecit Deus hominem ad imaginem Dei.*

D. Hoc primum breuiter diſcimus, non indifferenter accipiendum quod in alijs operibus dicitur: Dixit Deus Fiat: hic autẽ dixit Deus, Faciamus. M. Ad ſinuãdam, ut ita dicam, pluralitatem perſonarum. propter patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quam tamen deitatis unitatem intelligendam ſtatim admonuit dicens: Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei. qđ ita dictum eſt, tanquam diceret, Fecit Deus hominem ad imaginem ſuam. Hic etiam illud nõ eſt prætereundum, quia cum dixiſſet, Ad imaginem noſtram, ſtatim ſubiunxit, Et habeat poteſtatem piſcium maris & cæterorũ animalium rationis expertium. ut uidelicet intelligamus hominem in eo ad imaginẽ Dei factum, in quo irrationabilibus animalib. antecellit. Id aũt eſt ipſa ratio exorta, uel mens uel intelligentia. Licet enim ſubtiliſsimè diſſeratur ipſam mẽtem hominis, in qua factus eſt homo ad imaginem Dei, quandã ſcilicet rationalẽ uitã diſtribui in æternæ contemplationis ueritatem, & in rerũ temporalium adminiſtrationem, atq; ita fieri quaſi maſculum & fœminam illa parte conſulente, illa obtemperante: in hac tamen non rectè dicitur imago Dei, niſi illud quod inhæret contemplandæ incommutabili ueritati, in cuius rei figura Paulus Apoſtolus uirum tantum dicit imaginem & gloriam Dei.

ISIDORVS. Et fecit Deus hominem ad imaginem ſuam, id eſt, ad æternitatẽ & immortalitatem: ad ſimilitudinem uerò ut intellectũ mentis habuiſſet, non ut animalia quæ neſciũt diſcernere inter bonum & malum.

AVGVSTINVS. D. Quid ſibi uult intelligi, quod legitur in Geneſi, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. M. In mẽte ſcilicet, id eſt, in ratione & intelligentia. ipſa itaque meos, dum cogitat ea quæ æterna ſunt, imago Dei dicenda eſt cogitando æterna. Vir eſt, ſicut dicit Apoſtolus Paulus: Vir non debet uelare caput ſuum, cũ ſit imago glorię Dei, id eſt, quantumcunq; ſe extenderit in id quod æternum eſt. Tanto magis inde formatur ad imaginem Dei, & ideo non eſt cohibenda ut ſe inde contineat ac temperet: quando uerò ea agit uel cogitat quę ſunt temporalia, mulier appellatur, tunc non eſt dicenda imago Dei, & propterea debet uelare caput ſuum, ne nimiũ ſit ad inferiora progreſsio, ne cum licita agat, illicita concupiſcat.

Et creauit Dominus Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœmminam creauit eos.] D. Quid eſt enim quod fœminã dicit creare cum maſculo, quæ adhuc formata non erat? M. Quia de Adam proceſſura erat. Sic etenim in ſemente arboris multa occultantur. Primo igitur in radice figitur, deinde in qualitatem arboris, poſtea in effuſione ramorum, & exinde in uiriditate foliorum, & cætera: ita & fœmina in corpore Adæ latebat, quia de coſta eius fabricata fuit. Sequitur:

Et benedixit eis dicens, Creſcite & multiplicamini & replete terram: & ſubijcite eam & dominamini piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & uniuerſis animantibus quæ mouẽtur in terra.] D. Quare homo iſtam benedictionem accipere meruit? M. Ne inculpari uideretur in procreandis filijs, ut declararet nullum exinde peccatum habere, ſi legitimè nuberent. D. Si ergo Adam talis eſt creatus, ut immortalis permaneret, cur eis dicitur, Creſcite & multiplicamini? M. Hoc namq; intelligendum, quia non ſecũdum concupiſcẽtiam carnis, neq; ulla mala uoluntate debuerunt filios procreare: nec ſicut nunc in dolore pariunt filios, ſed ſicut quiſq; imperat membra ſua aliquid exercere, uel manũ in operando, uel pedem in ambulando, ita & illi debuerunt in paradiſo fœtus procreare. D. Si autem ſic debuerunt procreare fœtus, quid eſt quòd in paradiſo, antequã proiecti fuiſſent, non coierunt ſimul ut filios procrearent? M. Quia mox creata mulier tranſgreſſa eſt, & de alia immortalitate in ima profundi ꝓiecta eſt. D. Quomodo igitur corpora illorũ mutari debuerant, ſi illi immortales permanerent. M. Id intelligendũ, quia ſi non peccaſſent, mori omnino oon potuiſſent: ſed corpora illorum ſine mortalitate, poſtquam numerus ille impletus fuiſſet, iuxta numerum angelorum in melius commutari debuerunt.

AVGVSTINVS. D. Primus homo mortalis factus eſt an in mortalis. M. Mortalis ſecundũ alia, & immortalis ſecundum alia. Tale ergo corpus habebat primus homo, quale & nos, ſed ſine peccato. Non enim habebat legem in mẽbris ſuis repugnantẽ legi mentis ſuæ, quod uti que meruit poſt præuaricationem. Igitur animale corpus habuit Adam, ſed ut non ſeneſceret nec deficeret per illius ligni uirtutem, quo ſuſtentabatur, quod in paradiſo uitæ nomen acceperat. Quapropter ſi Dei præceptũ ſeruaſſet, obedientię merito in illud corpus ſpiritale, quale ſanctis in reſurrectione promittitur poſtmodum cõmutandum: ae per hoc poterat non mori, ſi Dei piæ obedientiæ cohæſiſſet. non enim ſic factus fuerat, ut nõ poſsit mori, ſicut & cæteræ naturæ, quæ omnino mori nõ poſſuot: ſed ita ut obedientia immortalem, inobedientia mortalem faceret.

DISCIPVLVS. Si Adam immortalis, aut mortalis fuit: & ſi mortalis, quomodo immortalis; & ſi animalis, quomodo ſpiritalis; aut qua

recum

re cum cæteris animalib. in cõmune cibũ ſumpſit. M. Mortalis erat, & immortalis. Mortalis erat, quia potuit mori: immortalis quia potuit non mori. Quia ſi non peccaſſet, mori omnino non potuiſſet: poſtquã autẽ peccauit, mortalis factus eſt. Iterum Mortalis erat, & immortalis: mortalis erat ſua conditione, immortalis Dei beneficio. ꝙ ei præſtabatur à ligno uitæ, à quo ligno cum peccaſſet, proiectus eſt ut potuiſſet mori. D. Quid ergo eſt, ꝙ nos qui per Chriſtum renati ſumus, ipſam immortalitatẽ nõ accepimus, ꝗ Adam habuit ante peccatũ. M. Nõ enim hoc accepimus, ꝙ in Adã perdidimus, id eſt, corpus animale: ſed tãto melius accepimus, quantu ſpiritalis corporali preponitur. Vnde ait Apoſtolus: Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale. Nõ enim recepim⁹ immortalitatẽ corporis ſpiritalis, ſed recepimus iuſticiã, de qua per peccatũ lapſus eſt Adã. De qua etiã dicit Apoſtolus. Renouamini igitur ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominẽ, qui ſecundum Deũ creatus eſt, in iuſticia & ſanctitate ueritatis. Renouabitur igitur à uetuſtate peccati non in priſtinũ corpus animale in quo fuit Adã: ſed in melius. i. in corpus ſpiritale, cũ efficimur equales angelis dei cœleſti habitatione. Renouabimur etiã ſpiritu mentis noſtræ ſecundũ imaginẽ eius qui creauit nos, ꝗ peccando perdidit Adã. Renouamur etiã carne, cum hoc corruptibile induetur incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, ut ſit ſpiritale corpus, in quod nõdũ mutatus eſt Adã. ſed mutandus erat quia in corpore portamus imaginẽ terreni hominis, in mente aũt imaginẽ cœleſtis. Vnde iterũ ait Apoſtulus: Si eſt corpus animale, & ſpiritale, ſicut ſcriptũ eſt: Factus eſt primus homo Adã in animã uiuentem nouiſſimus Adã in ſpiritum uiuificantẽ. Sed nõ primũ ꝙ ſpiritale eſt, ſed ꝙ animale, deinde ꝙ ſpiritale. Primus homo de terra terrenus, ſecũdus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni. Induamus & imaginẽ eius qui de cœlo eſt, imaginẽ aũt terreni hominis ab ipſo exordio humani generis induim⁹: imaginẽ uerò cœleſtis hominis nunc ex fide portamus, ꝗ habere in reſurrectione credimus. D. Quare nõ benedixit arbores & herbas, ſed hominem & animalia. M. Ideo namq; iſta benedixit propter ꝓpagãdi prolẽ, aut propter ſexum maſculini & fœminini, aut quia arbores ſenſum non habẽt ſentiẽdi uel intelligẽdi. animalia ſentiũt, & nõ intelligũt: homo quidẽ ſentit & intelligit, ideo arboribus non dixit, Creſcite & multiplicamini.

Dixitq; eis Deus: Ecce dedi uobis omnẽ herbã afferentẽ ſemen ſuper terrã, uſque, Et factũ eſt ita. Viditq; Deus cuncta quæ fecit, & erant ualde bona] D. Cum Deus omnia bona creauerit, nihilq; ſit quod non ab illo ſit conditum unde malum? AVGVST. M. Malum natura non eſt, ſed priuatio boni hoc nomẽ accepit. Deniq; bonũ poteſt eſſe ſine malo. malũ nõ poteſt eſſe ſine bono. Non poteſt eſſe malũ ubi non fuerit bonum: at per hoc dicimus & angelum bonũ, & angelum malũ: & hominem bonum, & hominẽ malum. Sed bonum, quod angelus: malum, quod uitium. Bonum, quod homo: malum, quod uitioſus. Ideoq; quando dicimus bonum, naturam laudamus: quando dicimus malum, non naturam, ſed uitium quod eſt bonæ naturæ reprehendimus. Sequitur.

Factumq; ueſpere & mane dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cœli & terra & omnes ornatus eorum.

INCIPIT DE DIE SEPTIMA.

Hieronymus.

ET *cõpleuit Deus die ſexta opera ſua quæ fecit.*] Pro die ſexta in Hebræo diẽ ſeptimã habet. Arctabimus igitur Iudæos, qui de ocio ſabbati gloriantur, quod iam tunc in principio ſabbatum diſſolutum ſit, dum Deus operatur in ſabbato cõplens opera ſua in eo, & benedicens ipſi diei, quia in illo uniuerſa cõpleuerit. D. Benedixit, inquit, diei ſeptimo, & ſanctificauit illum. Cur benedixit diẽ ſeptimũ, in quo nihil creauit? M. Ne forte indigẽs apparere uideretur, ſicut homo poſt laborem laſſus dicit: Deo gratias, quia perfeci opus meum. Nõ enim Dñs ita fecit, ſed benedixit diei, in quo nihil creauit: ut demonſtraret, quod ei nullus fuit labor cuncta creare, quia tãtum dixit Deus, Fiat, & facta ſunt. & ideo ipſe in die ſeptimo requieuit, ut nos in ipſo faceret requieſcere.

AVGVSTINVS. D. Cum requies non ſit niſi poſt laborem, cur Deus requieſcere dicitur? an & ipſe opere fatigatus eſt ut requieſcere diceretur. M. Non in aliqua creatura tanquã eius bona indigens requieuit Deus, ſed in ſeipſo. Deniq; non in aliquo dierũ, ſed poſt ſexti diei opera requieſcere legitur. Vnde liquidò apparet, nullã creaturã Deum per indigẽtiã, ſed ſola bona uoluntate feciſſe. Quod ſi in aliqua creatura requieſceret, aliquã creaturã indigens feciſſet. Ergo quia nullã creaturã indigens fecit, in nulla requieuit creatura. Nã quòd dicit ſcriptura, requieuiſſe Deum in die ſeptima ab omnib. operibus ſuis, quæ fecit, hoc intelligi poſſe arbitror, quòd non ipſa bona indigẽs, quod ſit beatior, requieuerit: ſed ipſum diem ſeptimum, id eſt, angelicã naturã adduxiſſe ad requiem ſuã, ut uiderent ſcilicet in Deo, ſicut omnẽ formandam creaturã, ita & illud uideretur, quod nullã creaturam per indigentiam feciſſet, ſed ſola bonitate. hoc enim arbitror poſſe intelligi requiẽ Dei. Intelligitur & aliter requies Dei, id eſt, cũ nos poſt bona opera requieſcere facit, ſecundũ illum modum quem Deus dicit ad Abraham: Nunc cognoui quòd timeas Deũ, id eſt, cognoſcere te feci. ita & hic intelligitur requieſcere Deus, cum ſanctis ſuis requiẽ præſtat. Itẽ aliter. Requieſcere Deus dicitur à condendis nouis creaturis, quia poſt editionem ſex dierum operum, nullam deinceps condidit creaturam. Nã quod ait, Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor: non nouã condens creaturam intelligitur, ſed quã condidit adminiſtrandã, ut Iunilius. Septimo die requieuiſſe dicitur Deus, nõ à creãdo, cum quotidie ex eius diſpoſitione ac ꝓuidẽtia omnis creatura renouetur ut cõſtet:

ſed hoc ſignificatum eſt, quod poſt illos ſex dies nullam mundo incognitam ſubſtantialē ſpeciem aut naturam nouam, inexpertamq́ creauerit. Dies namq́ iſte eſt primus, ipſe eſt ſecundus, ipſe eſt nouiſsimus: quia repetitio eſt ſeptimi diei. D. Quare non benedixit diem, in quo lucem angelicam creauit, uel illum in quo omnia perfecit. M. Non enim ſanctificans diem, in quo hoc facere inchoauit, neq́ eum in quo hoc perfecit, ne illis uel faciendis uel factis, actio eius gaudium fuiſſe uideretur: ſed eum in quo ab ipſis in ſemetipſo requieuit, & nobis eā per diem ſeptimum oſtendit. Ipſe tamen illa requie nunquam caruit, ſed ſignificans nō percipere requiem ſuam, niſi poſt perfectionem operis. Et ideo in hac die ueſperā nō ſucceſsiſſe cognoſcitur, quia requies noſtra in perfectionem operis ſine fine in gaudio erit. Sequitur.

Iſtæ generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram & omne uirgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemq́ herbam regionis, priuſquam germinaret.

D. Inquirenda eſt ratio, ſi iſta omnia in una die facta fuerunt, aut per ſex dies, ſicut ſcriptura commemorat: & ſi per ſex dies facta fuerūt, quomodo ergo ſancta ſcriptura uera eſt quę dicit: Qui uiuit in æternum creauit omnia ſimul. M. Ille namq́ ſecundum ſubſtantiā rerū ſimul omnia creauit. Nā ſecundum ſpeciē formę, non ſimul creauit omnia. Nā ſicut mater infantē nutriēs in gremio ſuo expectat ut conualeſcat, ita Dn̄s tarditatem humani ingenij expectauit. Nam in principio apud illū cuncta creata fuerunt, ſed non ſtatim in ſpeciem uenerunt. Quādo uerò dixit, In principio creauit Deus cœlū & terrā: tunc omnia ſicut diximus, apud ipſum facta ſunt, quęcūq́ de cœlo & terra oritura fuerunt. quamuis per ſex dies ſecundum ſpeciē diuidere uoluiſſet. Sicut dicit, quarto die ſidera in cœlo poſuiſſe: tamē primo die apud ipſū, in cœlo facta ſunt, quę die quarto in ſpeciem uenerunt. Quia ſicut in grano ſementis multa occultantur, radix, cortex, folia, fructus uel multa alia quæ de ipſa arbore ueniunt: ita apud Deū iſta omnia prius occultabātur, q̄ poſtea in ſpeciē uenerunt. D. Ergo ſi ſimul omnia creauit, q̄modo uerū eſt quod legitur: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. M. Perſpiciat peritia tua, quia quāuis tūc creaſſet omnia ſimul, quotidie tamen gubernat in rigando, in plantādo, in ædificando, uel in cæteris rebus. Nam ſicut homo qui agrum exercet, ſi illum dimittit, incultus remanet: ita & mūdus à Deo creatus, ſine Dei gubernatione eſſe non poteſt: ſecundū Apoſtolum Paulum: Neq́ qui plantat, eſt aliquid, neq́ qui rigat, ſed Deus qui incrementū dat. Alij enim iſtos ſeptem dies, ſeptē dona gratiæ ſpiritus ſancti intelligere uolunt, id eſt, ſpiritum ſapientię & intellectus, ſpiritū conſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, & ſpiritum timoris Domini. Dicunt namq́ per ſpiritum ſapientiæ feciſſe Deum cœlum & terram, per ſpiritum intelligentiæ feciſſe firmamentū, & ſeparare aquas ab aquis. Per ſpiritum conſilij ſegregare aquas ab arida, & germinare terram feciſſe: per ſpiritum fortitudinis poſuiſſe luminaria in firmamento cœli, ut diuiderēt diē ac noctem. Per ſpiritum ſcientiæ ornare aquas de reptilibus, & aerē de uolatilibus. Per ſpiritū pietatis ueſtire terram de animalibus, & hominem creare, & cætera quæ naſcuntur. Per ſpiritum timoris Domini die ſeptimo opus ſuū ſanctificaſſe. Ita & nos debemus iſta ſeptem dona ſancti ſpiritus in nobis imitari. Per ſpiritum nāque ſapientię cœlum & terram facere, id eſt cœleſtia meditari, & terrena derelinquere, uel lucē à tenebris ſeparare, id eſt, opera noſtra perfecta à tenebris prauorum operum. Per ſpiritū intelligentiæ debemus facere firmamentum inter aquas inferiores & ſuperiores, id eſt, diſciplinam ſanctam inter uitia & uirtutes, ut non declinemus ad uitia. Per ſpiritum conſilij debemus aquas ſeparare ab arida, id eſt, homines reprobos ab anima ſitienti uerbum Dei. Per ſpiritum fortitudinis debemus ponere luminaria in firmamento cœli, id eſt, dilectionem proximi. quia dixit ſanctus Ioannes: Qui odit fratrē ſuum, in tenebris eſt. Per ſpiritum ſcientiæ debemus aquas ornare de reptilibus, &c. id eſt, de arca cordis noſtri uocem ad cœlum mittere. Sicut piſces pinnulis ſuis in altum ſaltum tribuunt, & uolucres cœli in aere uolitāt: ita & nos ſenſum noſtrum ad ſuperiora leuare oportet. Per ſpiritum pietatis debemus facere ſerpētes & pecora, & cætera, id eſt, ut ſimplicitatem ac prudentiam habeamus diſcernendi inter bonū & malum, & fructum bonorū operum agētes, qualiter ualeamus imitari exēpla ſanctorum, uel ipſam ueritatē ad cuius imaginem facti ſumus. Per ſpiritum timoris Domini debemus requieſcere in requie uitæ æternę, quia initium ſapientiæ timor Domini eſt. D. Iſtæ generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt in die, quo fecit Dominus cœlum & terram. ſuperius ſeptē dies numerati ſunt, nunc unus dies dicitur, quo fecit Deus cœlum & terram, & omne uirgultum agri, & omnem herbā regionis. M. Huius diei nomine ſecundum prophetiam omne tempus huius uitæ ſignificatur, in quo cœlū & terra factum eſt: id eſt, in quo creaturæ uiſibiles diſponuntur, adminiſtrantur atq́ exiſtunt. Hinc eſt quod Moyſes & diſtinctè per dies ſingulos cōdita omnia retulit, & tamē ſimul omnia creata ſubiunxit, dicens: Iſtæ generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terrā, & omne uirgultū agri, antequam oriretur in terra, omnemq́ herbam regionis. Qui enim diuerſis diebus creatū cœlum & terram, uirgultū herbamq́ narrauerat, nunc uno die factum manifeſtat, ut liquido oſtenderet quod creatura omnis ſimul per ſubſtantiam extitit condita, quamuis non ſimul p̄ ſpeciem proceſsit: Sequitur.

Non enim pluerat Dominus ſuper terram: & homo nō erat, qui operaretur terram: & fons aſcendebat de terra, irrigans uniuerſam faciem terræ.

AVGVSTINVS. D. Si uniuerſam terram rigabat, ergo & montes rigabat, quia mõtes utique terra ſunt. Si montes rigabat, diluuium erat. Et quomodo terra germinauerat herbam uirentẽ, & facientem ſemen, aut quomodo homo habitabat in terra, ſi uniuerſam terrã aqua tegebat. M. Fons poſitus eſt ſingularis pro plurali numero. hoc enim ſi ſollicite requiras, in ſcripturis ſanctis frequẽter reperies. Habes nempe in pſalmo: Miſit in eos muſcam caninam, & comedit eos, & ranam, & exterminauit eos. dum utique nec una muſca nec una rana fuerint. Et alibi: Venit locuſta. Non ait, Locuſtæ: ſed, Locuſta. En habet ſingularem numerum pro plurali. Secundum illud quod ait nobiliſsimus poetarum: Vterumq; armato milite complet. Porrò autem propter unitatem naturæ dictum eſt fons, ut in eo omnes fontes intelligamus, qui ſunt in terra: quia quodammodo omnes ex unius abyſsi natura emanant. Nam quod ait, Irrigabat uniuerſam faciem terræ: non totam terram rigabat, ſed partem. à toto enim partem ſignificant, quemadmodum dicimus Chriſtus mortuus eſt, Chriſtus reſurrexit: cum non mortuus fuerit & reſurgeret, niſi ſecundum carnem. Aut ut Ambroſius ait, fons appellatus eſt, qui accepto humoris adiutorio irrigabat uniuerſam ſuperficiem terræ. aut poſtquam paradiſus plantatus, reſtagnata eſt illa abruptio aquarum. Et ille fons diuiſus eſt per riuulos ad irrigandam uniuerſam faciem terrę, ſicut nunc uidimus ire aquas per alueos fluminis, alueosq; riuorum & ex eorum exceſſu uicina perfundere loca: ſic & tunc quaſi de uno fonte multi proceſſerunt. aut unus fons appellatus eſt, & in quodam ſinu terræ occultatur, & inde omnes fontes parui & magni progrediuntur. D. Quid eſt enim quod fons iſte manifeſtè non inuenitur, qui irrigare uideatur uniuerſam faciem terræ? M. Forſitan propter peccato primi hominis parentis noſtri Adam iſte fons abſtractus eſt, ut auferret ubertatẽ à terra, & maiorem laborẽ exerceret humanũ genus.

ITEM ALIBI ISIDORVS.

Fons aſcendebat de terra irrigans uniuerſam faciem terræ.] Terra mater Domini, uirgo Maria rectiſsimè appellatur. de qua ſcriptum eſt, Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Quam terram irrigauit ſpiritus ſanctus, qui fontis & aquæ nomine in Euangelijs ſignificatur. De inſpiratione hominis.

Formauit igitur Dominus hominem de limo terræ.] D. Primo enim quod de limo terræ Deus hominẽ finxit, ſolet habere quæſtionem, qualis ille limus fuerit, uel qua materia nomine limi ſignificata ſit: quod quæſo mihi quoq; aperias. Solẽt enim inimici ueterum librorum omnia carnaliter intuentes, & propterea ſemper errantes, etiam hoc mordaciter reprehendere, quod de limo Deus hominem finxit. Dicunt enim: Quare de limo fecit Deus hominem, an defuerat ei melior & cœleſtis materia, unde hominem faceret, ut de labe terræ naturam fragilem mortalemq; formaret: non intelligentes primò, quã multis ſignificationibus uel terra uel aqua in ſcripturis ponatur. Limus enim aquæ & terræ commixtio eſt. Diximus enim tabidum & fragile, & morti deſtinatum corpus humanum, poſt peccatum eſſe cepiſſe. Non enim in noſtro corpore iſti exhorreſcunt, niſi mortalitatẽ quãdam natione meruimus. Quid autẽ mirum aut difficile Deo, etiam ſi de limo iſtius terræ hominẽ fecit: tale tamen corpus eius efficere, quod corruptioni non ſubiaceret, ſi homo præceptũ Domini cuſtodiens peccare noluiſſet. Si enim ſpeciẽ cœli ipſius de nihilo, uel de informi materia dicimus factã, qui omnipotentẽ artificẽ credimus: quid mirũ ſi corpus quod de limo qualicũq; factũ eſt, potuit ab omnipotẽti artifice tale fieri, ut nulla moleſtia, nulla indigentia cruciaret hominẽ ante peccatum, & nulla corruptiõe tabeſceret. itaq; ſuperfluè quæritur unde homini corpus Deus fecerit, ſi tamẽ nunc de corporis formatione dicitur. Sic enim nõnullos noſtros intelligere accepi, qui dicunt: Poſteaq; dictum eſt, finxit Deus hominẽ de limo terræ, propterea nõ additũ, Ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã, quomodo nunc de corporis formatiõe dicitur. Tunc aũt homo interior ſignificabatur, quando dictũ eſt, Fecit Deus hominẽ ad imaginem Dei: ſed etiã ſi nũc quoq; hominẽ ex corpore & anima factum intelligamus, ut non alicuius noui operis inchoatio, ſed prius breuiter inſinuari diligẽtior retractatio iſto ſermõe explicetur. Si ergo, ut dixi, hominẽ hoc loco ex corpore & anima factũ intelligamus, non abſurde ipſa cõmixtio limi nomẽ accepit. Sicut enim aqua terrã colligit & cõglutinat & cõtinet, quãdo eius cõmixtione limus efficitur: ſic anima corporis materiam uiuificando in unitatem cõcordem conformat, & non permittit labi & reſolui.

AVGVST. D. Quæri aũt meritò poteſt, cauſales illæ rationes quas mundo indidit, cũ primũ ſimul omnia creauit, quomodo ſint inſtitutæ, utrum & quemadmodũ uidimus cuncta naſcẽtia, & fruticũ uel animaliũ in ſuis conformationibus atq; incremẽtis ſua pro diuerſitate generũ diuerſa ſpacia peragerẽt temporũ, aut quẽadmodum creditur factus Adam ſine ullo progreſſu incrementorũ uirili ætate continuò formaretur: ſicut aqua in uinum cõuerſa, & uirga in ſerpentẽ. Sed cur nõ utrunq; illas credimus habuiſſe, ut hoc ex eis futurum eſſet, quod facturo placuiſſet. nã multa ſecundum inferiores cauſas futura ſunt: ſed ſi ita ſunt, & in pręſcientia Dei uerè futura ſunt. Si aũt ibi aliter ita potius futura ſunt, ſicut ibi ſunt, ubi qui pręſcit falli nõ poteſt. Nã futura dicitur ſenectus in iuuene, ſed tamẽ futura non eſt, ſi ante moriturus erit: hoc aũt ita erit, ſicut ſe habent aliæ cauſæ ſiue mundo contextæ ſiue præſentia reſeruatæ. Nam ſecundum quaſdã futurorum cauſas moriturus erat Ezechias, cui Deus addidit quindecim annos ad uitã: id utiq; faciens, quod ante conſtitutionem mundi ſe facturũ eſſe præſciebat, & in ſua uoluntate ſeruabat. Ibi enim erat non ſolum, ut

ita Adam fieri poſsit, uerum etiam ut ita eũ fieri neceſſe eſſet. tamẽ non facit Deus cõtra cauſam, quã ſine dubio uolens præſtituit, quã contra ſuã uoluntatem non facit. Si autem nõ oẽs cauſas in creatura primitus cõdita præfixit, ſed aliquas in ſua uoluntate ſeruauit: nõ ſunt qdem illę quas in ſua uoluntate ſeruauit ex iſtarũ, quas creauit, neceſsitate pendentes. Nõ tamen poſſunt eſſe contrariæ quas in ſua uoluntate ſeruauit: quia Dei uoluntas nõ poteſt ſibi eſſe cõtraria. Iſtas ergo ſic cõdidit, ut ex illis eſſe illud cuius cauſæ ſunt, poſsit: ſed nõ neceſſe ſit. Illas aũt ſic abſcondit, ut ex eis eſſe neceſſe ſit, hoc quod ex iſtis fecit, ut eſſe poſsit. Sequitur.

ITEM AVGVSTINVS.

Et *flauit in faciẽ eius flatũ uitæ.*] D. Quomodo iſtũ flatũ recipimus, ſi Deus incorporeus eſt? M. Hoc manifeſtè ſciendum, quia ſicut nõ manib. corporis finxit, ita nec faucibus labijsue ſufflauit. Credẽdum tamẽ eſt, atq; intelligendũ, neq; ullo modo dubitandum, ꝙ recta fides habet, animã ſic eſſe à Deo tanquã rem quã fecerit, nõ tanq̃ naturæ, cuius ipſe eſt, ſiue genuerit, ſiue q̃ quo modo pertulerit. De reoolutionibus aũt animarũ quomodo ſe habeat, uel nõ habeat philoſophorum opinio, catholicæ tamẽ fidei non cõuenit credere animas pecorum in homines aut hominum in pecora trãſmigrare. Nã illa q̃ feruntur accidiſſe, ut quidã quaſi recordarẽtur, in quorum animalium corporibus fuerunt, aut falſa narrantur, aut ludificationibus dæmonũ hoc in eorum animis factum eſt. Si enim contingit in ſomnis, ut fallaci memoria quaſi recordaretur ſe homo fuiſſe quod nõ fuit, aut egiſſe ꝙ non egit: quid mirum ſi quodã Dei iuſto occultoq; iudicio ſinuntur dæmones in cordibus etiam uigilantium tale aliquid poſſe. Manichei aũt, qui ſe Chriſtianos uel putãt uel putari uolunt, in hac opinione tranſlationis uel reuolutionis animarum eo ſunt illis gentium philoſophis, uel ſi qui alij uani homines hoc putant deteriores & deteſtabiliores, quòd illi animæ naturã à Dei natura diſcernunt. Iſti autẽ cũ aliud nihil dicant eſſe animam, quàm ipſam Dei ſubſtantiam, atq; id omnino quod Deus eſt nõ trepidant, eam tam turpiter cõmutabilẽ dicere, ut nullũ ſit herbæ ſeu uermiculi genus, ubi eã non eſſe cõmixtã, uel quo reuolui nõ poſſe mirabili opinentur inſania. Proinde quoniã pars cerebri anterior, unde ſenſus omnes diſtribuuntur, ad frontem collocata eſt, atq; in facie ſunt ipſa quaſi organa ſentiendi: ideo ſcriptum arbitror, quòd in faciem Deus ſufflauerit hominis flatũ uitæ. anterior quippe pars poſteriori meritò præponitur, quia & iſta ducit illã. Sequitur: Et ab iſta ſenſus, ab illa motus eſt. ſicut conſilium præcedit actionẽ, & quomodo corporalis motus, qui ſenſum ſequitur ſine interuallis temporum nullus eſt. Agere autem interualla temporum ſpontaneo motu, niſi per adiutorium memoriæ non ualemus. Ideo tres tanquã uentriculi cerebri demonſtrantur. onus anterior ad faciem, à quo ſenſus omnis. Alter poſterior ad ceruicem, à quo motus omnis. Tertius inter utrumq;, in quo memoriã uigere demõſtrant, ne cum ſenſum ſequitur motus, nõ cõnectat homo ꝙ faciẽdum eſt, ſi fuerit ꝙ facit oblitus. unde ergo ſit ipſa id eſt, de qua uelut materia Deus hũc flatum fecerit, quæ anima dicitur. Dum quęritur, nihil corporeum debet occurrere. Sicut enim Deus omnẽ creaturã, ſic anima omnẽ creaturã corporeã naturæ dignitate præcellit. Per lucẽ enim & aerẽ, quę in ipſo quoq; mundo pręcellentia ſunt corpora, magiſq; habent faciendi præſtantiã, q̃ patiendi corpulentiã. ſicut humor & terra tanq̃ per ea quæ ſpiritui ſimiliora ſunt, corpus adminiſtrat. Nunciat enim aliqd lux corporea, cui autẽ nunciat non eſt hoc ꝙ illa: & hæc eſt anima, cui nũciat: non illa quæ nũciat. & cum affectiões corporis moleſtè ſentit, actionẽ ſuã qua illi regendo adeſt, turbato eius temperamento impediri offenditur. Et hæc offenſio dolor uocatur, & aer qui neruis infuſus eſt, paret uoluntati ut mẽbra moueat, non autẽ ipſe uoluntas eſt. Namq; aliud eſſe animã, alia hæc eius corporalia miniſteria uel uaſa uel organa, uel ſi quid aptius dici poſſunt. Hinc euidẽter elucet, ꝙ plerunq; ſe uehementi cogitationis intentione auertit ab omnib. ut præ oculis patentibus recteq; ualentibus multa poſita neſciat. Nam & obliuiſcitur aliquãdo, & unde ueniat, & quò eat, & tranſit imprudens uillã quo tendebat, natura ſui corporis ſana, ſed ſua in aliud auocata. Omne quippe corpus in omne corpus mutari poſſe, credibile eſt: quidlibet autẽ corpus mutari poſſe in animã, credere abſurdũ eſt. Illud ergo uideamus, utrũ forſitan uerũ eſſe poſsit, quod certè humanę opiniõi tolerabilius mihi uidetur, Deum in illis primis opeſibus q̃ ſimul omnia creauit, etiã animã creaſſe, q̃ ſuo tempore mẽbris ex limo formati corporis inſpiraret, cuius corporis in illis ſimul cõditis rebus rationẽ creaſſe cauſaliter, ſecundum q̃ fieret, cũ faciẽdum eſſet corpus humanũ. Nã neq; illud ꝙ dictũ eſt, ad imaginẽ ſuã, niſi in anima: neq; illud ꝙ dictum eſt, maſculũ & fœminã, niſi in corpore rectè intelligimus. Credatur ergo ſi nulla ſcripturarum auctoritas ſeu ueritas contradicit, hominẽ ita factũ ſexto die, ut corporis quidẽ cauſalis in elementis mundi, anima uerò iam ipſa crearetur: ſicut cũ primus cõditus eſt dies, & creata lateret in operibus Dei, donec eam ſuo tempore ſufflando, hoc eſt inſpirando formato ex limo corpori inſereret. Quod ſi ita eſt, fatebimut non in eo rerum genere animam primitus creatam, ut eſſet præſcia futuri operis ſui, uel iuſti uel iniqui. neq; enim ex his tantum laudandus eſt Deus, quibus præſcientiam dedit, cũ rectè laudetur etiã: quia pecora creauit, quibus eſt natura humana præſtantior, etiã in ipſis peccãtibus. natura quippe hominis ex Deo eſt, non iniquitas qua ſe ipſe inuoluit maſe utendo liberiore arbitrio, quod tamen ſi nõ haberet in natura rerum, minus excelleret. Cogitandus eſt quippe homo iuſtè uiuens, etiã nõ præſcius futurorum, & ita uiuendum eſt excel-

lentia

lentia uoluntatis bonæ, quam impediatur ad rectè uiuendum, & qui placendum quod ignarus futuri uiuit ex fide. Huiuſmodi ergo creaturam quiſquis nolit eſſe in rebus, cōtradicit Dei bonitati: quiſquis autem pœnas eam non uult luere pro peccatis, inimicus eſt æquitati. His enim omnibus diuinæ ſcripturæ teſtimonijs, quã eſſe ueracē, nemo dubitat, niſi infidelis & impius. Ad illam ſententiā ducti ſumus, ut diceremus, Deum ab exordio ſeculi primum ſimul omnia creaſſe. Quædā conditis iam ipſis naturis, quædam præ conditis cauſis: ſicut non ſolū præſentia, uerum etiā futura fecit omnipotens, & ab eis factis requieuit, ut eorū deinceps adminiſtratione atq; regimine crearet etiā ordines temporum & temporalium. Nunc tamē quã Deus inſpirauit homini ſufflādo in eius ſpeciē, nihil confirmo: niſi quia ex Deo ſic eſt, ut non ſit ſubſtantia Dei, & ſit incorporea, id eſt, nō ſit corpus, ſed ſpiritus: nō de ſubſtantia Dei genitus, nec de ſubſtātia Dei procedens, ſed factus à Deo: nec ita factus, ut in eius naturā natura illa corporis uel irrationalis animę uerteretur.

RELIQVAE QVAESTIONES
de natura animæ.

I*Nſufflauit in faciem eius ſpiraculum uitæ.*] D. Per ſpiraculum uitæ quid intelligere debemus? M. Hoc eſt animam facere, ſicut per Eſaiam dicitur: Species ex me procedit, & omnem flatum ego feci. D. Quid eſt enim quòd anima quæ innocens creata eſt, in corpus introiuit, quod Deus præſciebat peccantem. M. Abſit hoc recipiendū, ut propterea anima creata fuiſſet, ut in corpus quod Deus præſciebat peccantem, introiſſet, & ad hoc reſeruata eſſet: quia ſi ſic eſſet, Deus auctor peccati fuiſſet. Sed nō eſt ita. Magis autem intelligendum atq; recipiendum, quod Deo inſpirāte ipſa uoluntaria introiſſet in corpus adminiſtrādum ipſum, quia per animā ſentitur corpus: quia ſi anima non eſt, corpus mortuum eſt. D. Quid ergo eſt anima? aut ſi eſt aliqua res, unde animę fiant, quid ipſa eſt? quid nomen eius? quæ ſpecies? quē uſum in rebus conditis tenet? uiuit, an non? Si uiuit, quid confert uniuerſitatis affectibus? beatā ne uitam ducit, an miſeram? Quid eſt ergo anima? cœlū nō eſt, neq; terra, neq; aer, neq; ignis, non aqua, nō Deus, non ſidera, non uiſus, nō auditus, nō guſtus, uel cætera quod enumerare longum eſt, quæ in cœlo ſunt, & in terra. Vnde ergo eſt anima? M. Anima ex Deo data eſt, & ex nihilo facta: quia homo qui de terra factus eſt, in terrā reuertitur: ſimiliter niues & procellæ, quæ ex aqua fiunt, & aer ſumit de terra, in aquā reuertuntur. Et iterum de terra, ex qua ſumpta ſunt in aere: anima uerò non habet ullum elementum, ad quod reuertatur, niſi ad creatorem ſuum poſtquā de corpore exierit, ut ipſo moderante recipiat quod meretur. D. In quirends eſt ergo ratio, unde homini anima ueniat, quando naſcitur. M. Alij dicunt, quod ſicut caro de carne naſcitur, ita anima de anima naſcatur. Sed hoc ſcriptura non narrat ullo loco, unde anima homini ueniat, quando natus eſt: neq; de ipſa anima mulieris, quomodo edita fuiſſet, ſicut narrat de carne, quomodo facta eſt. Alij uerò melius ſentiunt, quod unoquoq; homini anima à Deo data ſit, quando natus eſt, ſicut in Eſaia ſcriptum eſt: Spiritua ex me procedit, & omnem flatū ego feci, id eſt, omnem animam. Et ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt: Qui finxit ſingillatim corda eorum. Et alij temerariè dicunt, quòd tunc animæ omnium creatæ fuiſſent quando ſimul omnia fecit, & in quodam loco occultantur, donec homo natus ſit, & tunc ei data ſit anima ex Deo. Sed hoc non eſt in rebus noſtris conſiderandū, quid uel ſinat, uel non ſinat, quomodo anima data ſit homini, quod ſcriptura non narrat ullo loco. Nos non poſſumus diſcernere quod ueritas tacuit, & nihil aliud ſonat ſcriptura de hac re, niſi hoc tantum, quomodo anima à Deo data ſit. D. Ergo Saluator noſter unde habuit animam? M. Non de Adam, ſed unde Adam, id eſt, ex Deo: quia quamuis de propagine peccati deſcenderit, tamen de propagine peccati non concepit, quia nec ipſa erat caro peccati, ſed ſimilitudo carnis peccati. non enim inde accepit reatum moriendi. D. Et anima quando de hoc corpore migrauerit, eſt corporalis an incorporalis? M. Incorporalis quidē eſt. D. Quomodo ergo portatur, ſi incorporalis eſt? M. Incorporea quidem ſimilis corporibus. D. Et ubi portatur ad locum corporeum an incorporeum? M. Ad loca incorporea ſimilia corporalibus. D. Quæritur ergo, ſi poteſt anima abſq; corpore inter angelos in perpetua beatitudine cōſiſtere ſine defectu. Quid ergo opus eſt ut iterum ſurgat corpus, ut illam tunc immortalem induat, quā nūc mortalem depoſuit? M. Ineſt quidem corporia adminiſtratio, quo detardatur animus, ut non in illud ſummum pergat, donec conſurgat corpus, ut quod nunc ei ſarcinum eſt, tūc ſit in gloria. D. Quid ergo opus eſt ut paruuli, qui parētes habent Chriſtianos patrem & matrē, iterū renaſcantur per aquā baptiſmatis? M. Quia unuſquiſq; in originali peccato naſcitur, & niſi renatus ſit per aquam baptiſmatis, non poteſt introire in regnum Dei.

DE PLANTATIONE PARADISI.

HIeronymus in libro Quæſtionum Hebraicarum ita: Et plantauit Dominus Deus paradiſum in Eden contra orientem. Pro paradiſo ortum habet, id eſt, Gan. Porrò Edeo deliciæ interpretatur. Pro quo Symmachus tranſtulit. paradiſum florentem, nec nō quod ſequitur contra orientem in Hebræo Mikedem ſcribitur, quod Aquila poſuit, ἀπὸ ἀρχῆς. Et nos ab exordio poſſumus dicere. Symmachus uerò, ἐκ πρώτης: & Theodotion, ἐν πρώτοις. Quod & ipſum non orientem, ſed principium ſignificat. Ex quo manifeſtiſſimè cōprobatur, quod prius quã cœlum & terrā faceret. paradiſum ante cōdiderat. Sicut legitur in Hebræo: Plantauerat autē Dominus Deus paradiſum in Edē à principio.

AVGVSTINVS in Hexamero: Et plātauit Deus paradiſum in Eden ad oriētem, & poſuit

ibi hominem, quem finxit. Nō ignoro de paradiſo multos multa dixiſſe, tres tamen de hac re quaſi generales ſunt ſententiæ. Vna eorum qui tantummodo corporaliter paradiſum intelligi uolunt: alia eorum, qui ſpiritaliter tantū: tertia eorum, qui utroq; modo & corporaliter & ſpiritaliter. Breuiter ergo dicā, tertiā mihi fateor placere ſententiā. Plantauerat ergo Deus paradiſum in delicijs, hoc eſt, ad orientē, & poſuit ibi hominē quē finxerat. Sic enim ſcriptū eſt: quia ſic factum eſt, ut quidā ſapiens ait, quòd in quodā loco iſte paradiſus plantatus eſt, ubi homo terrenus habitare potuit. Nam paradiſus ſpiritaliter intelligitur, ubi nunc animæ ſanctorum de corpore exeuntes, pergunt, in cuius figurā iſte paradiſus plantatus fuit ſecundum rerum geſtarum fidē. Illud planè quod ſequitur: Et lignum uitæ in medio paradiſi, lignumq; ſcientiæ boni & mali. Diligentius conſiderādum eſt, ne cogat in allegoriam, ut non iſta ligna fuerint, ſed aliud aliquid nomine ligni ſignificet. Dictum eſt enim de ſapientia, lignum uitæ eſt amplectentibus eam. Verū tamen cum ſit Hieruſalē æterna in cœlis, etiā in terra ciuitas qua illa ſignificaretur, condita eſt: & Sara & Agar quamuis duo teſtamenta ſignificent, erant tamen etiam quędam mulieres duæ, & cū Chriſtus per ligni paſsionem fluento ſpiritali nos irriget: erat tamen & petra quæ aquā ſitienti populo ligno percuſſa manauit. De qua dicitur: Petra autem erat Chriſtus. Non ſicut ille uitulus ſaginatus qui minore filio reuertente in epulas cæſus eſt. Ibi quippe ipſa narratio figurarum eſt non rerum geſtarum figurata ſignificatio, ſed illud etiam in rebus geſtis factū eſt: hoc autem tantum in figuris prædictum. Sic & ſapientia, id eſt, ipſe Chriſtus lignum uitæ eſt in paradiſo ſpiritali, quo miſit de cruce latronem: creatum eſt aūt quod eam ſignificaret lignum uitæ in paradiſo corporali. Nec ſine myſterijs rerum ſpiritalium corporaliter pręſentatis uoluit hominem Deus in paradiſo uiuere. Erat ergo ei in lignis cæteris alimentum: in illo autē ſacramentum, quid ſignificans, niſi ſapiētiam, de qua ſic dictum eſt: Lignum uitę eſt amplectētibus eam, quemadmodum de Chriſto diceretur: Petra manans eſt ſitientibus eum. Illud quoque addo, quanquā corporalem cibum talē, tamen illam arborem præſtitiſſe, quo corpus hominis ſanitate ſtabili firmaretur: non ſicut ex alio cibo, ſed nonnulla inſpiratione ſalubritatis occulta. Profectò enim licet uſitatus panis aliquid tamen amplius habuit, cuius una colliride homine Deus ab indigentia famis dierum quadraginta ſpacio uindicauit. Sequitur. Nūc uideamus de ligno ſcientiæ boni & mali, cur iſtud nomen acceperit: quia ualde bona omnia Deus cręauit. Id dignoſcendum boni & mali quantū fuiſſet inter obedientię bonū & inobedientiæ malum. quia ſi inde tranſgreſſus eſſet, malum illi eſſet: ſi uerò ſeruaſſet præcepta conditoris ſui, bonū illi fuiſſet, quoniā ſi tranſgreſſus non fuiſſet, experimentum pœnæ non didiciſſet. D. Et fons aſcendebat de loco uoluptatis, ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita, uel in quatuor partes, quomodo intellendum eſt?

AVGVSTINVS. M. Ne quis ex hoc moueatur, quòd de his fluminibus dicitur aliorum eſſe fontes nouos, aliorum autem prorſus incognitos, cum id potius credendum ſit, quomodo locus ipſe paradiſi cognitione hominum eſt remotiſsimus, inde quatuor aquarū partes diuidi ſicut fideliſsima ſcriptura teſtatur. Sed ea flumina, quorum fontes noti eſſe dicuntur, alicubi ipſe ſub terras, & poſt tractus prolixarū regionum locis alijs erupiſſe, ubi tanquā in ſuis fontibus non eſſe perhiberentur. Nā hoc ſolere nonnullas aquas facere quis ignorat.

ITEM AVGVSTINVS. Flumen autē, quòd procedebat ex Eden: id eſt, ex delicijs & uoluptate & epulis. quod flumē à propheta ſignificatur in pſalmo, ubi ait: Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Diuiditur, inqt, in quatuor partes, & quatuor uirtutes ſignificat: prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſticiam. Dicitur autem Phiſon, ipſe eſt Ganges. Geon autem Nilus, quod etiam in Hieremia propheta animaduerti poteſt. Nunc in alijs nominibus appellantur, ſicut nunc Tiberis dicitur fluuius, qui prius Albula dicebatur. Tigris autē & Eufrates etiam nunc eadem nomina tenent, quibus tamen nominibus uirtutes, ut dixi, ſpiritales ſignificantur, quod etiam ipſorum nominum interpretatio docet, ſi quis Hebreā linguam uel Syram conſideret. Sicut Hieruſalē, quamuis ſit uiſibilis & terrenus locus, ſignificat tamen ciuitatem pacis ſpiritaliter: & Sion quamuis ſit mons in terra, ſpeculationem tamen ſignificat, & hoc nomen in ſcripturarum allegorijs ad ſpiritalia intelligenda ſæpè transfertur. & ille qui deſcendebat ab Hieruſalem in Ierícho, ſicut Dominus dicit, & in uia uulneratus, faucius & ſemiuiuus relictus eſt à latronibus. Vtique loca iſta terrarum quamuis ſecundum hiſtoriam in terra inueniātur, ſpiritaliter cogit intelligi. Prudentia ergo, quæ ſignificat ipſam contemplationem ueritatis, ab omni ore humano aliena, quia eſt ineffabilis, quā ſi eloqui uelis, parturis eam potius quàm paris: quia & ibi audiuit Apoſtolus ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui. Hæc ergo prudentia terram circuit, quæ habet aurum & carbunculum & lapidem praſinum id eſt, diſciplinam uiuendi, quæ ab omnibus terrenis ſordibus quaſi decocta eniteſcit, ſicut aurum optimum: & ueritatem, quam nulla falſitas uincit, ſicut carbunculi fulgor nocte non uincitur: & uitam æternam, quæ uiriditate lapidis praſini ſignificatur, propter uirorem qui non areſcit. ſluuius autem ille, qui circuit terrā Aethiopiam, multum calidam atq; feruentem, ſignificat fortitudinem calore actionis alacrem atq; impigram. Tertius autem Tigris uadit contra Aſſyrios, & ſignificat temperantiam, quæ reſiſtit libidini, multum aduerſanti conſilijs prudentiæ.

dentiæ. Vnde plerunq; in ſcripturis Aſſyrij aduerſariorum loco ponitur. Quartus fluuius, nõ eſt dictum contra quid uadit, aut quã terrã circumeat. Iuſticia enim ad omnes partes animæ pertinet, quia ipſa ordo & æquitas animæ eſt, qua ſibi tria iſta concorditer copulãtur: prima, prudẽtia, ſecũda fortitudo, tertia tẽperantia, & inſtituta copulatione atq; ordinatione iuſticię.

RECAPITVLATIO DE PARADISO, *fonte ac fluminibus & ligno uitæ.*

ISIDORVS.

P*Lantauerat autem Dominus Deus paradiſum uoluptatis à principio.*]Paradiſus eccleſia eſt, ſic enim de illa legitur in Canticis canticorum: Hortus conclusus eſt ſoror mea. à principio autem paradiſus plantatur, quia Eccleſia catholica à Chriſto principe omniũ condita eſſe cognoſcitur. Fluuius de paradiſo exiens, imaginẽ portat Chriſti, de paterno fonte fluentis, qui irrigat eccleſiã ſuam uerbo prædicationis, & dono baptiſmi. De quo bene per prophetã dicitur, Dominus Deus noſter fluuius glorioſus exiliens in terrã ſitientem. Quatuor autẽ paradiſi flumina, quatuor ſunt Euangelia, ad prædicationem in cunctis gentibus miſſa. Ligna fructifera, omnes ſancti ſunt: fructus eorum, opera eorum. Lignum uitæ ſanctus ſanctorum, utiq; Chriſtus ad quẽ quiſq; ſi porrexerit manum, uiuet in æternum. Lignum autem ſcientiæ boni & mali, propriũ eſt uoluntatis arbitrium, quod in medio eſt poſitum ad dinoſcendum bonum & malum, de q̃ relicta gratia Dei guſtauerit, morte moriatur. Sequitur. D.

Attulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo uoluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum.] Quid rogo operaretur, quid cuſtodiret? paradiſum, non aliud quid? M. Iſta ſcientia duplicem intelligentiam parit. ſiue enim operaretur homo paradiſum, id eſt, in paradiſo aliquid operaretur, non neceſſitate uictus, ſed delectatione operabatur, adhuc nõ peccauerat, nec ei terra ſpinas & tribulos germinauerat, ut in ſudore faciei ſuæ ederet panem ſuum. Hoc nempe meruit poſt peccatum. ante peccatum igitur non indigentia, non neceſſitate, ſed ſola, ut diximus, uoluntate operabatur paradiſum per agriculturã, & cuſtodiebat per diſciplinam, non contra beſtias, neq; cõtra aliqua animalia paradiſum cuſtodiebat: ſed ſibi ſcilicet ne amitteret peccando, quod cuſtodire potuerat obediendo. Siue ipſum hominem ponens Deus in paradiſum, ut operaretur & cuſtodiret. Operaretur ſcilicet ut bonus eſſet, & cuſtodiret ut tutus eſſet quolibet horum dicatur: ſiue homo operaretur paradiſum per agriculturã, & cuſtodiret per diſciplinam, ſiue ipſum hominẽ Deus operaretur, ut bonus eſſet ac tutus quolibet horum intelligas rationem, habet iuxta utrumq; intellectũ. Sequitur.

Præcepitq; ei Dominus dicens: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quacunq; die comederis ex eo, morte morieris.

Bedæ tom. 2.

AVGVSTINVS. D. Dũ Deus minaretur homini mortem, die quo uetitũ cibum tetigerit, cur non eodem die mortuus fuerit, ſicut ſcriptura dicit: In quacunq; die comoderis ex eo, morte moueris? M. Quatuor eſſe mortes ſancta ſcriptura maniſeſtiſsimè oſtendit. Prima mors eſt animæ, quæ ſuum deſerit creatorem. cum enim deſeruerit, peccat. Sine, inquit Dñs in Euangelio mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ecce habes ſecundum animam ſepeliẽtes mortuos, & quos ſepeliunt ſecundum carnem mortuos. Hæc itaq; ſententia duas mortes maniſeſtiſsimè oſtendit: unam animæ, alteram corporum. Tertia ſolius eſt animæ, quã dum ex hoc corpore exierit, patitur. Secundum illud quod in Euãgelio de illo diuite legimus: Pater Abraham, inquit diues, mitte mihi Lazarum, ut digito ſuo refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quarta autẽ mors, cũ anima receperit corpus, ut in ignem mittatur ęternum. Secũdum illud quod Dominus in Euãgelio de futuro iudicio dicit: Ite in ignẽ ęternũ, &c. Die itaq; quo peccauit Adã, in anima mortuus eſt. Sicut enim corpus uiuit ex anima, ita anima ut beatè uiuat, uiuit ex Deo. Ergo defuncta anima Adę, iure dicitur mortuus, ex qua tres poſtea ſecutæ ſunt mortes. ut enim hæc ſubſequerentur prima pręceſsit, quia eo die quo peccauit Adã, in anima mortuus eſt. D. Quomodo poterat mortẽ timere Adã, quã nullatenus ſciebat? M. Sicut enim nos ſcimus reſurrectionẽ, quã nullã experti ſumus nec uidimus, ita & ille ſciebat mortem. Sciẽs igitur quòd exiens anima à corpore faciat mortẽ, & dum reuerſa fuerit in corpus ſuum, faciat reſurrectionem (ecce ſcimus reſurrectionem, quã nunquam experti ſumus.) Sic & ille ſciebat, utiq; mortem non adhuc per experientiam, ſed per ſcientiam. Sciebat quippe quid eſſet uiuere, & per priuationẽ uitę ſciebat utiq; mortem. Sic ſciuntur tenebræ per priuationẽ lucis, & ſcitur ſilentium per priuationem uocis: ita ſciebat Adam mortem per priuationem uitæ. Sequitur.

AVGVSTINVS. D.

D*Ixit quoq; Deus non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutoriũ ſimile ſui.*] Quomodo hoc intelligendum eſt. M. Certè ſi à me quæratur, ad quã rem fieri oportuerit hoc adiutoriũ, nihil aliud probabiliter occurrit, quã propter filios ꝓcreandos: ſicut adiutoriũ ſemini eſt in terra, ut uirgultum ex utraq; naſcatur. Nec uideo quid ꝓhibere potuerit, ut eſſent eis etiã in paradiſo honorabiles nuptiæ, ut ſine ullo inquieto ardore libidinis, ſine ullo labore ac dolore pariẽdi fœtus, ex eorum ſemine gigneretur: nõ ut morientibus parentibus filij ſuccederẽt, ſed ut illis qui genuiſſent, in aliquo formæ ſtatu manentibus, ex ligno uitæ, quod ibi plantatũ erat corporalem uigorem ſumẽtibus, & illi qui gignerẽtur ad eundem producerẽtur ſtatũ, donec certo numero impleto ſi iuſtè omnes obediẽterq; uiuerent, fieret in æternã uitã cõmutatio. Sicut cõſiderari poteſt & de Enoch, qui filijs genitis Deo

placens nõ mortuus, ſed translatus eſt. Cur ergo & Adã & Eua, ſi iuſte uiuentes, caſte filios procreaſſent, non eis poſsint translatione non morte ſuccedentib: cedere: quæ cũ ita ſint, cur nõ credamus eos ante peccatũ ita genitalibus mẽbris ad procreãdos filios imperare potuiſſe, ſicut cæteris q̃ in quolibet opere animus ſine ulla moleſtia, & quaſi pro ritu uoluptatis mouet, ut eo nutu imperarẽt mẽbris, quibus fœtus exoritur, quò pedib. cũ ambulatur, ut neq; cũ ardore ſeminaretur, neq; cum dolore pareretur. Nunc uerò transgrediendo præceptũ, motũ legis illius, quæ repugnat legi mentis in mẽbris, cõceptæ mortis habere meruerũt. Et quid hac pœna iuſtius quàm ut nõ ad omnẽ nutum ſeruiat corpus id eſt, famulus animæ, ſicut Domino ſuo detrectauit ipſa ſeruire.

Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & uniuerſis uolatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, & reliqua.] D. Nunquid nam ſic adduxit Deus ad Adã cuncta animalia, & uniuerſa uolatilia cœli, quomodo adducunt aucupantes aut uenantes ad retia, an forſitan uox de nube facta eſt iuſſionis quam intelligerent tanquã rationales animæ, & ea audita nihilominus obedierunt. M. Non hoc acceperunt animalia aut uolatilia ut ſint ratione capacia, per quã obedire poſsint creatori ſuo: in ſuo tamẽ genere obtemperant Deo, nõ rationali uoluntatis arbitrio, ſed ſicut mouet ille omnia temporibus opportunis, nõ ipſe temporaliter amotus. mouet itaq; ſe ipſum ſine tempore & loco, mouet creatum ſpiritum ſine loco temporaliter, mouet creaturã corpoream temporaliter & localiter. Pręcedit ſubſtãtia, quæ tãtum temporaliter mouetur: pręcedit itaq; ſententia, quæ nec tẽporaliter nec localiter mouetur. Illa quę temporaliter mouetur, id eſt, ſpiritus conditus, mouet ſe ipſum per tẽpus ſine loco, mouetur corpus per tempus & locũ: ſpiritus uero creator mouet ſe ipſum ſine tẽpore & loco. Igitur ſpiritus rationalis q̃ eſt in hominib. ſeu irrationalis etiã, & uiſus mouetur. ſed rationalis habet intelligentiã, per quã iudicare poſſit, utrum uiſus conſentiat, an non cõſentiat: animalia uerò aut uolatilia nõ acceperunt hoc iudiciũ, pro ſuo tamen genere atq; natura uiſu aliquo tacta propelluntur. Vnde angelica natura iuſſa Dei perficiens, mouet uiſus omne genus animantium ducens, quò ille neſcit. Si homines poſſunt nõnulla animalium genera manſueta facere, ita ut quaſdam uoluntates hominũ facere uideãtur, quanto magis hoc angeli poſſunt? D. Qua cauſa facit ut Deus quẽ aſtruis moueri, non moueatur in tempore: aut ſpiritus creatus, qui mouetur in tempore, non moueatur & loco? M. Dominus qui inſtituit tẽpora, & eſt ante tempora, nihil in eo eſt præteritum aut futurum, nullum conſilium nouũ, nullaq; noua cogitatio: quia ſi ſcilicet ſit, noua & accedens. Nam ſi accedit Deo aliquid, iam nõ immutabilis. Igitur incommutabilis Deus eſt, nihil illi accedit, nulla noua cogitatio, nullum nouũ cõſilium, ideo nõ mouetur in tẽpore. Spiritus uerò cõditus, ſicut eſt angelorũ, quanquã ſine tempore cõtemplentur Dei æternitatẽ & claritatem: quia ex tempore in inferioribus iuſſa Dei perficiunt, iure creduntur moueri in tẽpore. Corpora uerò ſua in locum mouendum deſcendunt de cœlo, & aſcendunt in cœlũ: ſpiritus itaq; hominum mouetur in tempore, reminiſcendo præterita, futura expectando, aliqua noua diſcẽdo. Neq; enim cum recordor aliquã lectionem, ac aliquã ciuitatem: ſic cõmotus eſt ſpiritus meus cogitando, ut hæc recordaretur ex tempore ita motus eſt & loco. quod ſi in loco mouetur an in cœlo, an in terra mouetur: quia ſine cœlo & terra nullus eſt locus. Vbi enim fuit ipſe ſpiritus, in cœlo an in terra, ut uideret ipſam lectionem uel ipſam ciuitatẽ. Ergo ſi in nullo loco uidit, ut recordaretur, in ſe ipſo uidit: & quia initium habet, cogitatio eſt omne quod initium & tempus habet. Igitur ſecundum ſupradictã rationem ſpiritus creatus per tempus moueri poteſt, non per locum: ſpiritus uerò creator ſine tẽpore & loco, corpus autem & tempore & loco. Sequitur.

Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam, & tulit unã de coſtis eius, uſque, *Hæc uocabitur uirago, quia ex uiro ſuo ſumpta eſt.*

HIERONYMVS. Et miſit Dominus Deus ecſtaſim ſuper Adã, pro ecſtaſi, id eſt, mẽtis exceſſu: in Hebræo habet Thardema, quod Aquila *καταφορὰν*, Symmachus *κάρον*, id eſt, grauẽ & profundum ſoporem interpretati ſunt. Deniq; ſequitur Et dormiuit. Id ipſum uerbũ & in Ionæ ſtertentis ſomno poſitum eſt. Sequitur.

Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. hæc uocabitur mulier, quoniam ex uiro ſumpta eſt.] Non uidetur in Græco & in Latino reſonare cur mulier appelletur, quia ex uiro ſumpta ſit: ſed etymologia in Hebræo ſermõe ſeruatur. Vir quippe uocatur Is, mulier Iſſa. Vnde & Symmachus pulchrè etymologiam etiam in Græco uoluit cuſtodire, dicens: *αὕτη κληθήσεται ἀνδρίς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη*. quod nos Latinè poſſumus dicere, Hęc uocabitur uirago, quia ex uiro ſumpta eſt. Porrò Theodotio aliã etymologiã ſuſpicatus eſt, dicẽs: Hęc uocabitur aſſumptio, quia ex uiro ſumpta eſt. Poteſt q̃ppe Iſſa ſecundũ uarietatem accentus & aſſumptio intelligi.

AVGVSTINVS. Quod ſi quæritur de facta prius muliere, quomodo ſe habeat cauſalis illa cõditio utrum iam id habebat, ut ſecundum eã neceſſe eſſet ex uirili latere fœminam fieri, an hoc tantum habebat ut fieri poſsit: ut autẽ ita fieri neceſſe eſſet, non ibi iam conditum, ſed in Deo erat abſconditũ. Dicam quid mihi uideatur, omnes iſtæ naturæ uſitatiſsimos curſus habent, quaſdã naturales leges ſuas ex his uelut primordijs rerum omnia quæ gignuntur, ſuo q̃ tẽpore exortus proceſſusq; ſumunt, fineſq; & deceſsiones ſui cuiuſq; generis. Vnde fit, ut de grano tritici non naſcatur faba, uel de homine pecus. Super hunc autẽ motum curſumq; rerum naturalẽ poteſtas creatoris habet apud ſe poſſe de his omnibus facere aliud, quàm eorum

quaſi

quaſi fœminales rationes habent. Horũ & taliũ modorũ rationes, non tantũ in Deo ſunt, ſed ab illo etiã rebus creatis inditæ atq; concretæ. Vt autẽ lignũ de terra exciſum, aridũ, perpolitũ ſine ulla radice, ſine terra & aqua repẽte floreat, & fructũ gignat, dedit quidem naturis, quas creauit, ut ex eis & hæc fieri poſsint. Veruntamen & alio modo dedit, ut non hęc haberent in motu naturali, ſed in eo quo ita creata eſſent, ut eorum natura ſuæ uoluntati amplius ſubiaceret. Habet ergo Deus in ſeipſo abſcõditas quorundam factorũ cauſas, quas rebus conditis nõ inſeruit: ibi eſt & gratia, per quã ſalui fiunt peccatores. Nam quod attinet ad naturã iniquam ſua uolũtate deprauatam, recurſum per ſemetipſam nõ habet, ſed per Dei gratiã: propter q̃d myſteriũ gratiæ huius Apoſtolus abſconditum dixit nõ in mũdo, ſed in Deo, qui uniuerſa creauit. Quamobrẽ omnia etiam quæ ad hanc gratiam ſignificandam nõ naturali motu rerũ, ſed mirabiliter facta ſunt; eorũ etiam cauſæ in Deo abſconditę fuerunt, quorũ ſi unũ erat quod ita mulier facta eſt de larere uiri, & hoc dormiẽtis, nõ habuit hic prima rerũ conditio, quando ſexta die dictũ eſt: Maſculũ & fœminã fecit eos, ut fœmina omnino ſic fieret: ſed tantũ hoc habuit, quia & ſic fieri poſsit. Ne contra cauſas, quas uoluntate inſtituit, mutabili uoluntate aliquid faceret. Quod autem fieret, ut aliud omnino futurum non eſſet, abſconditũ erat in Deo, qui uniuerſa creauit.

AVGVSTINVS de anima mulieris. Quomodo de carne mulieris, quemadmodum facta ſit, ſcriptura narrauit. Tacuit aũt de anima, multo magis nos fecit intentos, ut de hoc modo refelli poſsint, ſiue non poſsint, qui credunt animam de anima hominis: ſicut de caene carnem fieri à parentibus in filios, utriuſq; ei transfuſis ſeminibus. Hinc enim primitus mouentur, ut dicant, quod unam animã Deus fecerit, quã ſufflauit in faciẽ hominis, quẽ de puluere finxerat, & ut ex illa iam cæteræ creentur animæ hominum: ſicut ex illius carne omnis etiam caro hominum, huic ſuſpicioni facile occurritur. Si enim propterea putant animam mulieris ex anima uiri factã, quia nõ ſcriptũ eſt, quod in mulieris faciem ſufflauerit Deus: cur credũt ex uico animã quoq; fœminam, quando ne id quidẽ ſcriptum eſt. ac primum illud firmiſsimè teneamus, animæ naturam non in naturam corporis conuerti, ut quæ iam fuit anima, fiat corpus: nec in naturam animæ irrationalis, ut quæ fuit anima hominis, fiat pecoris: nec in naturã Dei, ut quæ fuit anima, fiat quod Deus eſt. Illud etiã non minus certũ eſſe debet, animã non eſſe niſi creaturã Dei. Nunc itaq; & illud cõſideremus, utrum'ne unã confirmet ſententiã: ſed utriq; poſsit accõmodari quod ſcriptũ eſt, Per unum hominẽ peccatum introiuit in mundũ, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Ex his enim uerbis Apoſtoli, qui defendunt animarũ propaginem, ſententiã ſuam ſic aſtruere moliuntur. Si ſecundum ſolam carnẽ, inquiunt, poteſt intelligi peccatũ uel peccator, nõ cogimur in his uerbis ex parentibus animam credere. Si autẽ in quamuis per illecebrã carnis, nõ tamen peccat niſi anima: quomodo accipiendum eſt quod dictũ eſt, In quo omnes peccauerunt, ſi nõ ex Adam etiã anima, ſicut caro propagata eſt. Veriſsimè quidem ac ueraciſsimè ſcriptũ eſt: Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ. Sed tamen carnem ſine anima cõcupiſcere nihil puto, quod omnis doctus atq; indoctus non dubitet, ac per hoc ipſius cõcupiſcẽtiæ carnalis cauſa nõ eſt in anima ſola: ſed multo minus eſt in carne ſola. ex utroque enim erit ex anima, ſcilicet quod ſine illa delectatio nulla ſentitur: ex carne aũt, quod ſine illa carnis delectatio non ſentitur. Carnẽ itaq; concupiſcentem aduerſus ſpiritum dicit Apoſtolus, carnalem procul dubio delectationem, quã de carne & cũ carne ſpiritus habet aduerſus delectationem, quã ſolus habet. Nam cũ ſpiritus mẽbris corporis imperat, ut huic deſiderio ſeruiãt, quo ſolus accẽditur, uelut cum aſſumitur codex cũ aliquid ſcribitur, legitur, diſputatur, auditur. Cum deniq; panis frangitur eſurienti, obedientiam caro exhibet, nõ concupiſcentiã mouet. His atq; huiuſmodi deſiderijs, quibus ſola anima cõcupiſcit, cũ aduerſatur aliquid quod eandem animã ſecundũ carnẽ delectet. Tunc dicitur caro cõcupiſcere aduerſus ſpiritum, contra quod peccatũ militant ſub gratia conſtituti, nõ ut nõ ſit in eorũ corpore, quia de uita mortale eſt, ut mortuũ iudicatur, ſed ut nõ regnet. Non autẽ regnat, cum deſiderijs eius nõ obeditur, ſecundũ hanc ſententiã nec rem abſurdiſsimã dicimus, quod caro ſine anima concupiſcat. Nec Manichæis conſentimus, qui cum uiderent carnem nõ poſſe ſine anima cõcupiſcere, aliã quãdam animã ſuam ex alia natura Deo contraria carnẽ habere putauerũt. Nec alicui animæ nõ eſſe neceſſariã Chriſti gratiã dicere cogimur. D. Cum dicitur nobis, Quid meruit anima infantis, unde illi pernicioſum ſit, nõ percepto baptiſmo exire de corpore? M. Quibus reſpondetur, animas quidẽ corporibus hominũ Deũ nouas ſingillatim dare, ad hoc ut de carne peccati de originali peccato ueniente rectè uiuendo, carnaleſq; concupiſcẽtias ſub Dei gratia ſubigendo meritũ cõparent, quo cum ipſo corpore in melius transferantur tẽpore reſurrectionis: ſed neceſſe eſſe ut cũ mẽbris terrenis atq; mortalibus maximè, quæ de peccati carne propagatis miro modo coaptentur, ut ea primitus uiuificare poſt etiã ætatis acceſſu regere poſſint, tanq; obliuioni prægrauentur, quæ ſi eſſet quodammodo indigeſtabilis, creatori tribuitur. Cum uerò paulatim ab huius obliuionis tẽpore anima reſipiſcit, quid ei obeſt illam uelut ſomno paululũ immergi, unde paulatim euigilans in lucem intelligentiæ emergat: ſed antequã per ætatẽ poſsit ſecundũ ſpiritũ uiuere, neceſſe habet mediatoris ſacramẽtũ: ut quod per eius ſacramentũ & fidem nõdum poteſt, per eorum

qui diligunt, fiat. Quid ergo aliquis ait? Si hoc nō curauerint ſui uel infidelitate uel negligentia, an forte nihil oberit. Quid ergo prodeſt ei, cui ſubuenitur. Hi pro cauſa ſua quid respondere poſsint, qui ſecūdū ſcripturas ſanctas, uel q̄d apud eas inueniatur, uel quod eis nō aduerſetur, conantur aſſerere, animas nouas nō de parētibus tractas corporib. dari, nondū me audiſſe, uel alicubi legiſſe cōfiteor: ſed etiāſi uincant nō certando, ſed probando, qui animarū traducē affirmant, nō erit tamē conſequens, ut etiam Chriſti anima ex illius præuaricatoris traduce ueniſſe credenda ſit. Nam corpus Chriſti q̄uis ex carne fœminæ ſumptū ſit, quæ de illa carnis peccati propagine cōcepta fuerat: tamen quia ſic ex ea nō conceptus eſt, quomodo fuerat illa cōcepta: nec ipſa erat caro peccati, ſed ſimilitudo carnis peccati. Deniq; ſi à me quæratur, unde acceperit animā Chriſtus Ieſus: malim quidem hinc audire meliores atq; doctiores: ſed tamē pro meo captu libentius reſponderim, non de Adā, ſed unde Adā. id eſt, ex Deo. Eſt in epiſtola, quæ ſcribitur ad Hebræos, locus quidā diligēti cōſideratione dignißimus. Cū enim per Melchiſedech, in quo huius rei figura præceſſerat, diſcerneretur ſacerdotiū Chriſti à ſacerdotio Leui. Videte ergo, inquit, qualis hic eſt, cui & decimā partē Abrahā dedit de primitijs patriarcha. Nō aūt ex illo ibi decimatus eſt, cuius caro inde non feruorē uulneris, ſed materiē medicaminis traxit. Nā cū ipſa decimatio ad præfigurandā medicinā pertinuerit: illud in Abrahæ carne decimabatur, q̄d curabatur, non illud unde curabatur. Eadē nanq; caro non Abrahæ tm̄, ſed ipſius primi terrigeniq; hominis ſimul habebat, & uulnus præuaricationis, & medicamentū uulneris. Vulnus præuaricationis in lege membrorū, medicamentū uulneris in eo q̄d inde ſine opere cōcupiſcendi de uirgine aſſumptū eſt propter mortis ſine iniquitate cōſortiū, & ſine falſitate reſurrectionis exemplū. hic forte dicent: Sicut potuit ibi eſſe ſecundū carnē & nō decimari, cur nō etiā ſecundum animā ſine decimatione potuerit, quia in corporis ſemine poteſt eſſe uis inuiſibilis, quę incorporaliter numeros agit: non oculis ſed intellectu diſcernenda ab ea corpulentia, quæ uiſu tactuq; ſentitur. Sed quid laborē in re quę perſuaderi uerbis nemini poteſt, niſi tantū ac tale ingeniū ſit quod poſsit legētis præuoluere conatū, nec tamē totum expectare ſermonē. Breuiter ergo colligā, ſi potuit & de anima fieri, quod cum de carne diceremus. Forſitan itaq; ita intellectū ſit, ita eſt de traduce anima Chriſti, ut nō ſecum labē præuaricationis attraxerit. Si autem ſine iſto reatu potuit inde eſſe, nō eſt inde iam de cæterarum animarū aduentu, utrum ex parentibus, an deſuper ſit. Vincant qui potuerint, ego adhuc inter utroſq; ambigo, & moueor aliquando ſic, aliquando autē ſic, ſaluo eo duntaxat, ut uel corpus eſſe animā, uel aliquam corporeā qualitatem ſiue coaptationē, ſi ita dicenda eſt, quam Græci harmoniā uocant: nec quolibet iſta garrientē me crediturū eſſe conſidera, adiuuāte domino mentē meam moneo ſanè, quantū ualeo. ſi quos iſta præoccupauit opinio, ut animas credant ex parentibus propagari, quantū poſſunt ſeipſos conſiderent, & interim ſapiant corpora nō eſſe animas ſuas. Nulla enim propior natura eſt, qua poſsit Deus incorporaliter cogitari, quàm ea quæ ad ipſius imaginē facta eſt, & nihil uicinius, quàm ut à credente quòd anima corpus ſit, etiam Deus corpus eſſe credatur. D. Nunquid quia opus erat Adę, ut ei coniunx fieret, aliter nō poterat fieri, niſi ut dormienti coſtam detraheret, ex qua coniunx ædificaretur. M. Poterat & aliter fieri, ſed ideo congruentius iudicauit, ut ſic fieret, unde aliquid ſignificaretur. Sicut enim dormienti Adæ coſta detrahitur, & coniunx efficitur: ita & Chriſto moriente de latere ſanguis effunditur, ut eccleſia conſtruatur. Communicans nanq; corpore & ſanguine Chriſti efficitur eccleſia cōiunx Chriſti.

Sequitur. D. Quid ſibi uult, quod dicit Adam, Quamobrem relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Et beatus Paulus apoſtolus hoc capitulum ponens expoſuit dicens: Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Sed quomodo reliquerit patrem, cum una ſubſtantia ſit patri: aut ubi eſſe poterit pater ſine filio, cum de ipſo filio, qui ſapientia dicitur, qui attingit à fine uſq; ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. M. Ergo ſi ibi eſt filius, ubi eſt pater? non poteſt eſſe pater ſine filio, nec filius ſine patre: quia ſcilicet ſicut inſeparabiles ſunt in natura, ita & ſeparabiles in perſonis. ſic enim ipſe filius de patre dicit in Euangelio: Qui me miſit, mecum eſt. Quomodo igitur derelinquit patrem, & adhæret uxori ſuæ, id eſt, eccleſiæ ſuę, niſi eo modo quo dicit Apoſtolus: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiens. Igitur ipſa forma eſt ſeruilis acceptio & exinanitio, quanquam nō ſit diuinitatis abolitio, aut naturæ amiſsio: tamen propter formam ſerui, in qua dignoſcitur apparuiſſe, iure dicitur patrem reliquiſſe. Sed reliquit & matrem, ſynagogam, ſcilicet ueteri teſtamento carnaliter inhærentem: & adhæſit uxori ſuæ, id eſt, eccleſiæ, ut pace noui teſtamenti eſſent duo in carne una. Sequitur.

AMBROSIVS.

Et erant nudi, Adā & uxor eius, & non pudebat eos.] Verum eſt omnino, nuda erant corpora duorū hominum in paradiſo conuerſantium, nec pudebat eos. Quid enim puderet, quando nullam legem ſenſerāt in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, quæ illos pœna peccati poſt perpetrationem præuaricationis ſecuta eſt, uſurpante inobedientia prohibitum, & iuſtitia puniente commiſſum: quod antequam fieret, nudi erant, ut dictum eſt, & non confundebantur. nullus erat motus in corpore, cui uerecundia deberetur. Nihil putabant uelandum,

quia

Digitized by Google

quia nihil ſenſerant refrenandum, quemadmodum propagaturi eſſent filius, iam antea diſputatum eſt. Non tamen eo modo credendum eſt, quo propagauerunt, poſteaquã crimen admiſſum prædicta ultio conſecuta eſt, cum priuſquã morerẽtur, iam in corpore inobedientiũ hominũ iuſtiſsimo reciprocatu inobedientiũ membrorum tumultu mors concepta uerſaret.

Serpens autem erat callidior cunctis animantibus quæ erant ſuper terram, quæ fecerat Dominus Deus, qui dixit ad mulierẽ: Cur præcepit uobis Deus, & reliqua.

AVGVSTINVS. D. Quomodo ſerpens loqui poterat in paradiſo, cũ aliquibus pateat irrationabile eſſe animal? M. Serpẽs per ſe loqui non poterat, nec quia hoc à creatore acceperat aſſumpſit, niſi nimirum illum diabolus utens, & uelut organũ per quod articulatũ ſonũ emitteret. per illũ nempe uerba faciebat. & tamen hoc etiam ille neſciebat. Natura igitur rationis expers ſubditur naturæ rationali, ſed tamen non totum quod uult ex ea uel in ea facit, ſed quantum à Deo acceperit. D. Et ſi non intelligunt ſerpentes, quomodo audiunt uerba Marſorum, ut ab incãtationibus eorum de ſpeluncis exeant ſuis? M. Licet intellectũ non habeant, tamen ſenſu corporis nullatenus carẽt. habent enim uiſum, auditum, guſtũ, odoratũ: & ideo quamuis audiant uerba Marſorum, nequaquam tamen intelligunt. Non enim obediũt intelligẽdo, ſed ut de antris ad uerba Marſorum exeant. permittente Deo cogũtur à diabolo. unde datur teſtimoniũ de illo primo facto, quia primum hominẽ per ſerpentẽ decepit in paradiſo. AMBROSIVS. D. Cur per iſtud animal permiſit eum tentari? M. Non mirum eſt, ſi per ſerpentẽ tentatur, per quẽ diabolus præfiguratur: quia ipſe antiquus hoſtis iniquiſsimã habet uoluntatẽ, & ęquiſsimã poteſtatem: quia ſemper habet uoluntatẽ malefaciendi, nihil habet poteſtatis nocendi ſine Dei permiſsione. D. Quare permiſit tentare, quẽ conſenſurũ præſciebat. AMBROSIVS. M. Dicã quantum uel donat ſapere, uel ſinit dicere, non mihi uideri magnæ laudis fuiſſe hominẽ, ſi propterea poſsit bene uiuere, quia nemo male uiuere ſuaderet, cum & in natura poſſe, & in poteſtate habeat uelle, nõ conſentire ſuadenti. Cur itaq; tentare nõ ſineret, quẽ conſenſurũ eſſe præſciebat, cũ id facturus eſſet propria uoluntate per culpã, & ordinandus eſſet illius æquitate per pœnã. Sic autẽ quidam mouentur de hac primi hominis tentatione, quòd eam fieri permiſerit Deus, quaſi nũc nõ uideãt uniuerſum genus humanum diaboli inſidijs ſine ceſſatione tẽtari, cur & hoc permittit Deus: an quia probatur & exercetur uirtus, & eſt palma glorioſior nõ conſenſiſſe tentatum, ꝙ non potuiſſe tentari. RVRSVM quæ ſuprà. D. Talem, inquiũt, faceret hominẽ, qui nollet omnino peccare. M. Ecce nos cõcedimus meliorẽ eſſe naturã, quæ omnino peccare nollet: cõcedant & ipſi nõ eſſe malam naturam, quæ ſic facta eſt, ut poſsit nõ peccare ſi nollet. Illa quippe eſt in ſanctis angelis, hæc in ſanctis hominibus. Qui autẽ ſibi partes iniquitatis elegerunt, laudabilemq; naturã culpabili uoluntate deprauarũt, nõ qui præſciti ſunt, ideo creari minimè debuerũt. Nã Deus nec iuſtitia cuiuſquã recti hominis eger, quanto minus iniquitate peruerſi. Cum enim ratio certa demonſtrat duo quædam nõ æquabilia bona, ſed unũ ſuperius, alterũ inferius: non intelligunt tardi corde, cum dicunt utrunq; tale eſſe, nihil ſe aliud dicere, ꝙ ſolum illud eſſet, ac ſic eum ęquare uolũt genera bonorũ, numerum minuũt. Quis autẽ iſtos audiret, ſi dicerẽt: Quomodo excellẽtior ſenſus eſt uidendi, ꝙ audiendi, quatuor oculi eſſent, & aures nõ eſſent. Sic enim ſi Deus uellet, iſti etiã boni eſſent. Quãto melius hoc Deus uoluit, ut quod uellent eſſent: ſed boni infructuoſe, mali autẽ impunè nõ eſſent: ſed præſciebat, quòd eorũ fuiſſet uoluntas mala: pręſciebat ſanè, & quia falli nõ poteſt eius præſcientia, ideo non ipſius, ſed eorum eſt uoluntas mala. D. Cur ergo eos creauit, quos tales futuros eſſe pręſciebat? M. Quia ſicut pręuidit quòd mali eſſent futuri, ſic etiam præuidit de malis factis eorũ, quid boni ipſe eſſet facturus. Sic enim eos fecit, ut eſſent alijs exercitationis adminiculũ, & timoris exemplũ. Ergo, inquiunt, eſt aliquid in operibus Dei, quod alterius malo indigeat, quo proficiat ad bonum. Itane ſic obdurauerunt & excæcati ſunt homines, neſcio quo ſtudio contentionis, ut non audiant uel uideant quibuſdam punitis, quã plurimi corrigantur. Quis enim paganus, quis Iudęus, quis hęreticus nõ in domo ſua quotidie probet, ex quo opere diuinæ prouidentię in eos ueniat imponendi cõmotio diſciplinæ. Magna opera Domini exquiſita in omnes uoluntates eius. Præuidit bonos futuros, & creat: præuidit malos futuros, & creat. Seipſum ad fruendum præbens bonis, multa munerum ſuorũ largiẽs & malis, nihil ſibi cõſulens, nec de operibus bonorũ & bonis cõſulens, etiã de pœnis malorũ.

ITERVM. Si quæritur, cur per ſerpentem diabolus tentare permiſſus ſit, nõ ſit mirum, cũ dæmonia in porcos intrare Chriſtus ipſe permiſerit. Magis de ipſa natura diaboli ſcrupuloſius quæri ſolet, quã totam hæretici quidam offenſi moleſtiam malæ uoluntatis eius alienare conantur à creatura ſummi & ueri Dei, & alterum ei dare principiũ, quod ſit contra Deũ. Nõ enim ualẽt intelligere omne, quod eſt in quantũ aliqua ſubſtantia eſt, & bonũ eſſe, & niſi ab illo uero Deo, à quo omne bonũ eſt, eſſe nõ poſſe. Malũ uerò uoluntate inordinatè moueri, bona inferiora ſuperioribus præponendo: atq; ita factũ eſſe ut rationalis creaturæ ſpiritus ſua poteſtate propter excellentiã delectatus tumeſceret ſuperbia, per quã caderet à beatitudine ſpiritalis paradiſi, & inuidentia cõtabeſceret. In ꝙ tamen bonũ eſt hoc ipſum, quod uiuit & uiuificat corpus, ſiue aereũ, ſicut ipſius diaboli uel dęmonũ ſpiritus: ſiue hominis anima, cuiuſuis etiam maligni & peruerſi. Nonnulli enim dicũt ipſum diabolũ fuiſſe caſum à ſupernis ſedibus,

quòd

quòd inuiderit homini facto ad imaginē Dei. Porrò autem inuidia ſequitur ſuperbiam, non præcedit. non enim cauſa ſuperbiendi eſt inuidia, ſed cauſa inuidendi ſuperbia. Cum igitur ſuperbia ſit amor excellentiæ propriæ, inuidia uerò ſit odium fœlicitatis alienæ: quid unde naſcatur, ſatis in prōptu eſt. Amando eoim quiſque excellentiam ſuam, uel paribus inuidet, ꝙ ei coæquentur: uel ſuperioribus, quòd eis non coæquetur. Superbiendo igiiur inuidus, nō inuidendo quiſq; ſuperbus eſt. Initium autem figmenti Domini à propheta dictus eſt, quod fecit ut illudatur ab angelis eius: non quia ipſum primitus condidit, ſed quia cum ſciret eum ad hoc propria uoluntate futurum, ut bonis noceret, creauit eum ad hoc, ut de illo bonis prodeſſet. Hoc eſt enim ut illudatur ab angelis eius, quoniam ſic illuditur, cum ſanctis proſunt tentationes, quibus eos deprauare conatur, & ideo initium figmenti ad illudendum: per ſerpentē uerò locutum fuiſſe diabolum, ipſe uſus quotidianus docet. Nam ſerpentes, ſicut ſuperius dictū eſt, magis mouētur carminibus hominū, quàm ullum genus aliud animantium: quia hæc non parua teſtatio eſt, naturam primitus humanā ſerpentis ſeductam eſſe colloquio. Hoc autem permittuntur dæmones ad primi facti memoriam commēdandam, quo ſit eis quædam cum humano genere familiaritas. D. Potuit eos iſta tentatio de paradiſo eijcere, an non? M. Id intelligendum, quòd non potuit, ſi non eleuaſſent in uanam gloriam, quando eis contrarius hoſtis promiſit dicens: Si comederitis ex eo, aperieoturoculi ueſtri, & eritis ſicut dij. Sic nāq; ſcriptum eſt: Ante ruinam exaltabitur cor.

RECAPITVLATIO ISIDORI.

Serpens autem ille ſapientior omnium beſtiarum, indicat diabolum, qui inde ſerpens dicitur, quod uolubili uerſetur aſtutia. Sed quid eſt quòd ipſe per mulierem decepit, & non per uirum: quia non poteſt ratio noſtra ſeduci ad peccaodum, niſi præcedente delectatione, in carnali iofirmitatis affectu, qui magis debet obtemperare rationi, tanquām uiro dominanti. Hoc enim in unoquoq; homine geritur in occulto quodam ſecretoq; coniugio. Suggeſtionem quippe ſerpentem accipiamus, mulierem uerò animalem corporis ſenſum, rationem autem uirum: ergo quando occurrit mala ſuggeſtio, quaſi ſerpens loquitur: ſed ſi ſola cogitatio oblectetur, illius ſuggeſtionis & refrenante ratione conſenſus explendi operis non ſuccedat, ſola mulier uidetur comediſſe illicitum. Quod ſi ipſum peccatum etiam & mens perpetrandū decernat, iam uir deceptus eſt iam mulier cibū dediſſe uiro uidetur. Illecebrę enim conſentire, de ligno prohibito manducare eſt. Tunc quippe iure à uita beata tanquam à paradiſo expellitur homo, peccatumq; ei imputatur, etiamſi non ſequatur effectus: quia etſi non eſt in factis culpa, in cooſenſu tamen retinetur conſciētia. Hæc ſecundum anagogen, cæterum iuxta metaphoram poterit callidus iſte ſerpens hæreticorum uerſutiam deſignare. Nonnulli enim loquacius atq; ſubtilius promittunt illicita curioſitate ſecretorum adapertionem atq; ſcientiam boni & mali: & in ipſo homine tanquam in arbore, quæ plantata eſt in medio paradiſi, eam ignoſcentiam demonſtrare. Contra hunc ſerpentem clamat Apoſtolus, cum dicit: Metuo, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit uerſutia ſua, ſic ſenſus ueſtri corrumpātur. ſeducitur uerbis huius ſerpentis carnalis noſtra concupiſcentia, & per illā decipitur Chriſtianus Adam, nō Chriſtus. Dicit ergo iſte ad mulierem: Cur præcepit uobis Drus, ut nō comederetis ex omni ligno paradiſi? Sic & hęreticorum curioſa cupiditas, ſic prædicatores praui ad diligentiam erroris, fallacium auditorum carnalium corda ſuccendunt, dicentes: Quare fugitis ſcientiam habere latentem, noua ſemper exquirite, boni maliq; ſciētiam penetrate. Vnde illa in Salomone mulier, hæreticorum ſpeciem tenens, dicit: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſcōditus ſuauior. Subiecit deinde idem ſerpens: Quacunq; die comederitis ex eo, ſtatim aperientur oculi ueſtri, & eritis ui dij, ſcientes bonum & malum. Sic & omnes generaliter hæretici diuinitatis meritum profitentur, atq; ſcientiæ pollicitatione decipiūtur, & reprehendūt eos quos ſimpliciter credētes inuenerint: & quia omnino carnalia perſuadent, quaſi & carnalium oculorum adapertionem conantur adducere, ut interior oculus obſcuretur.

SEQVITVR ISIDORVS.

Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum, tulitq; de fructu illius, & comedit.

Mulier comedit antè, non uir, ideo quia carnales facilius perſuadentur ad peccatum, nec tam uelociter ſpiritales decipiūtur. Sequitur: *Deditq; uiro ſuo, & comedit.*] Vtiq;, quia poſt delectatiooem carnalis concupiſcentię noſtræ, etiā ratio noſtra ſubijcitur ad peccandum.

Cumq; cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia fici, & contexerunt ſe.

Item, quia ſeculum aſperum amplectuntur, qui prurigine uoluptatis carnalis urūtur, quiq; decepti hæretica prauitate, & gratia Dei nudati, tegumēta mendaciorum tanquam folia fici colligunt, facientes ſibi ſuccinctoria prauitatis, cum de Domino uel eccleſia mentiūtur. Et ut ait Gregorius, Adam nanq; poſt peccatum inobedientiæ, mox pudenda contexit, quia cōtumeliam ſpiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit: & quia auctori ſuo ſubditus eſſe noluit, iura carnis ſubditæ, quam regebat admiſit, ut in ipſo ſe uidelicet inobedieotiæ ſuæ confuſiore dundaret, & ſuperatus diſceret, quod elatus amiſit. Sequitur.

AVGVSTINVS.

D. *Adduxit Deus ad Adam cuncta animalia & uolatilia, uidensq; ea, impoſuit nomina.*] Et de muliere paulo pòſt dicitur.

Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad ueſcendū.] Ecce ſcriptura manifeſtiſsime oſtendit amborum oculos apertos fuiſſe. Nec eſt enim fas di-

cere,

cere, primos homines cæcos factos, & cur poſt paululum poſt ligni uetiti tactum eadem ſcriptura dicit, Aperti ſunt oculi amborum. M. Niſi oculos apertos haberent, nec ille animalibus nomina imponeret, nec ille uideret ligni pulchritudinem. Hoc quippe uerum eſt, quia oculos apertos haberent, & tamen niſi ad aliquid eſſent clauſi, nullatenus ſcriptura diceret, Aperti ſunt oculi amborum. Aperti ſcilicet, nõ aliud, niſi adinuicem cognoſcẽdum, ut eſſet lex in membris repugnans legi mentis, ut etiam in ipſis membris eſſet non uoluntarius motus, iuſta ſcilicet Dei uindicta: ut homo qui noluit Deo eſſe ſubiectus, non haberet ſubditum corpus. ergo in id aperti ſunt oculi amborum, ut mouerẽtur cõcupiſcẽtialiter mẽbra. Sequitur:

Et cum audiſſent uocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram.

AVGVSTINVS. Poſt abſconderũt ſe Adam & Eua uxor eius à facie Domini in medio ligni paradiſi. D. Rogo ergo ediſſere, quid ſit illa Dei deambulatio. M. Abſit enim, ut Deus trinitas ex hoc quod eius dicitur deambulatio, corporeus aut localis eſſe credatur. Omne locale, corpus eſt utiq; : & omne corpus, locale eſt. Deus uerò incorporea res eſt, nec corporaliter mouetur: neq; loco continetur, neq; de loco ad locum transfertur. Eſt nempe eius deambulatio intelligenda per aliquam creaturam facta, quam creaturam hominem fuiſſe, ex ipſius circunſtantiæ ſcripturæ intellectum à maioribus recolo.

GREGORIVS.

Cum audiſſet Adam uocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe inter ligna paradiſi. nonnunq; per angelos ſimul uerbis & rebus loquitur Deus. cum quibuſdã motibus inſinuat hoc quod ſermonibus narrat. Neq; enim Adam poſt culpam in diuinitate uidere Deum potuit, ſed increpationis uerbã per angelum audiuit. D. Sed quærendum nobis eſt, quid ſit quòd poſt peccatũ hominis Dominus in paradiſo iam non ſtat, ſed ambulat. M. Hoc patenter datur intelligi, quod irruente culpa, ſe à corde hominis motũ demonſtrat. Quid eſt quod ad auram poſt meridiem, niſi quod lux feruentior ueritatis abſceſſerat, & peccatricem animam culpæ ſuæ frigora conſtringebant. Ad auram namq; poſt meridiem, primus homo poſt culpam abſconſus, inuenitur: quia enim meridianum calorem charitatis perdiderat, iam ſub peccati umbra quaſi ſub frigore auræ torpebat. ſicut de eodem peccanti homine ſcriptũ eſt: Quia ſecutus eſt umbram. Charitatis enim calorem perdiderat, & uerum ſolem homo deſeruit, & ſub umbra ſe interni frigoris abſcondit. Vnde & uoce eiuſdẽ ueritatis dicitur: Abundabit iniquitas, refrigeſcit charitas multorum. Increpauit ergo Adam deambulans, ut cæcis mentibus nequitiam ſuã non ſolum ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo, & per uerba q̃d fecerat, audiret: & per deambulationem amiſſo æternitatis ſtatu, mutabilitatis ſuæ inconſtãtiam cerneret: & per auram feruorẽ charitatis expulſo, torporẽ ſuum animaduerteret, & per declinationem ſolis cognoſceret, quod ad tenebras propinquaret.

Vocauit autem Dominus Adam, & dixit, Vbi es?] D. Quid eſt quòd Dominus poſt lapſum requirit Adam, ubi es? Num quidnam diuina potentia neſciebat, ad quę poſt culpam ſeruus latibula fugerat, quem nihil latet? M. Hoc proculdubio credendũ, quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius: ſed quia uidit culpa lapſum, etiam ſub peccato uelut ab oculis ueritatis abſconditum, quia tenebras erroris eius approbat, quaſi ubi ſit peccator ignorat, eumq; euocat, & requirit dicens: Adam ubi es? Per hoc quod uocat, ſignum dat, quia ad pœnitentiam reuocat: per hoc quod requirit, apertè inſinuat, quia peccatores iure damnandos ignorat. Hoc nãq; in loco deſperati ad ſpem redeant, quia & ipſi impij ad ſpem indulgentiæ prouocantur. qui ait: Audiui Domine uocem tuam in paradiſo, & timui eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Qui dixit: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes? niſi quod ex ligno, de quo tibi præceperam ne comederes, comediſti? Dixitq; Adã: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.

GREGORIVS. Sciendum ſummopere eſt, quòd quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor conſummatur in opere. In corde nanq; ſuggeſtione, delectatione, conſenſu & defenſionis audacia perpetratur. Fit enim ſuggeſtio per aduerſarium, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, defenſionis audacia per elationem. Culpa enim quæ terrere mentem debuit, extollit, & deijciendo eleuat, ſed grauius eleuando ſupplantat: unde & illam primi hominis rectitudinem antiquus hoſtis bis quatuor ictibus fregit. Nam ut ſuprà diximus, ſerpens ſuaſit, Eua delectata eſt: Adam cõſenſit, qui etiam requiſitus cõfiteri culpam per audaciam noluit. Hoc uerò in humano genere quotidie agitur, quod actum in primo parente noſtri generis non ignoratur. Serpens ſuaſit, quia occultus hoſtis mala cordibus hominum latenter ſuggerit: Eua delectata eſt, quia carnalis ſenſus ad uerba ſerpentis mox ſe delectatione ſubſternit. Adſenſum uerò Adam mulieri præpoſitus præbuit, quia dum caro in delectationem rapitur, etiam à ſua rectitudine ſpiritus infirmatus inclinatur. Et requiſitus Adam confiteri culpam noluit, quia uidelicet ſpiritus quo peccando à ueritate diſiungitur, eo in ruinæ ſuæ audacia nequius obduratur. Per timorem quippe Adam ſemetipſum abſconſurus fugerat, ſed tamen requiſitus innotuit, quãtum etiam timens tumebat. Cum enim ex peccato præſens pœna metuitur, & amiſſa Dei facies non amatur, timor iſte ex tumore eſt, non ex humilitate: ijſdẽ etiam quatuor modis peccatum conſummatur in opere. Primo nanq; latens culpa agitur, poſtmodum uerò etiam ante

oculos

oculos bominum ſine confuſione teatus aperitur: dehinc & in cõſuetudinem ducitur, ad extremum quoq; uel falſæ ſpei ſeductionibus, uel obſtinatione miſeræ deſperationis enutritur. Sequitur:

Et dixit Dominus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decepit me.

GREGORIVS. Adhoc quippe requiſiti fuerant, ut peccatum quod transgrediendo cõmiſerant, confitendo delerent. Vnde & ſerpẽs ille perſuaſor, qui non erat reuocandus ad ueniam, non de culpa eſt requiſitus. Interrogatus itaq; homo eſt, ubi eſſet, ut poſt ꝑpetratã culpã reſipiſceret, & confitendo agnoſceret, quàm lõge à conditoris ſui facie abſceſsit: ſed adhibere ſibimet utriq; defenſionis ſolatia, quàm confeſſionis elegerunt. Cumq; excuſare peccatũ uoluit uir per mulierem, mulier per ſerpentẽ: auxerũt culpam, quam tueri conati ſunt. obliquè Adam Dominum rangens, quod ipſe peccati eorum auctor extiterit, qui mulierem fecit: Eua culpam ad Dominum referri, qui ſerpentem in paradiſo poſuiſſet. Qui enim ore diaboli fallẽris audierant, Eritis ut dij: quia Deo eſſe ſimiles in diuinirate non quiuerant, ad erroris ſui cumulum Deum ſibi ſimilem facere in culpa conati ſunt. Sic ergo reatum ſuum dum defendere moliuntur, addiderunt ut culpa eorum atrocior diſcuſſa fieret, quã fuerat perpetrata. Vnde nunc quoq; humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahũt, & cum de uoro ſuo quiſq; arguitur, ſub defenſionum uerbis quaſi ſub quadam ſe arbore folijs abſcondit, & uelut quædam excuſationis ſuæ opaca ſecreta faciem conditoris fugit, dum non uult cognoſci quod fecit. In hac uidelicet occultatione nõ ſe Domino ſed Dominum abſcondit ſibi. Agit quippe ne omnia uidentem uideat, non autem ne ipſe uideatur: quia unicuiq; peccatori exordium illuminationis, eſt humilitas cõfeſsionis.

Dixit quoq; Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ, Super pectus tuũ gradieris, & terram comedes cunctis diebus uitæ tuæ: inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis eius calcaneo.

HIERONYMVS IN HEbraicis *quæſtionibus.*

IN Hebræo ita habetur, Super pectus tuũ gradieris, id eſt, ut calliditates & uerſutias cogitationum eius aperiret, quod omnes greſſus ipſius nequitiæ eſſet & fraudis. Sed & quod ſequitur: Terram manducabis. pro terra Apbar ſcriptum eſt, quod nos fauillam poſſumus & puluerem dicere. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: quia & noſtri greſſus præpediuntur à colubro, & Dominus conteret ſatanã ſub pedibus noſtris uelociter.

ITEM RECAPITVLATIO.

DIcitur poſtea ſerpenti: Maledictus eris inter omnia animantia, ſuper pectus tuum & uentrem gradieris. Nomine etenim pectoris, ſignificatur ſuperbia mentis: nomine autẽ uentris, ut Septuaginta tranſtulere, ſignificãtur deſideria carnis. His enim duabus rebus ſerpit diabolus eos, quos uult decipere, id eſt, aut terrena cupiditate & luxuria, aut ſupbia & inſana ruina. Et terram manducabis, id eſt, ad te pertinebunt, quos terrena cupiditate deceperis. Omnibus diebus uitæ tuæ, id eſt, omni tempore, quo agis hanc poteſtatem, ante illam ultimam pœnam iudicij. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius. Semen diaboli, peruerſa ſuggeſtio eſt: ſemen mulieris, fructus eſt boni operis, quo peruerſæ ſuggeſtioni reſiſtitur. Ipſa capur illius conteret, ſi eum mens in ipſo initio malæ ſuggeſtionis excludit: ille inſidiatur calcaneo eius, quia mentem quam prima ſuggeſtione non decepit, decipere in finem tendit. Quidam autẽ hoc quod dictum eſt, Inimicitias ponam inter te & mulierem: de uirgine, de qua Dominus natus eſt intellexerunt, eo quòd illo tempore ex ea Dominus naſciturus, ad inimicum deuincendum, & ad mortem, cuius ille auctor erat, deſtruendam promittebatur. Nam illud quod ſubiunctũ eſt, Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: hoc de fructu uentris Mariæ, qui eſt Chriſtus intelligitur, id eſt, tu eum ſupplantabis, ut moriatur: ille autem uictor reſurget, & caput tuum conterer, quod eſt mors. Sicut & Dauid dixerat ex perſona patris ad filium: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Aſpidem dixit mortem, baſiliſcum peccatum, leonẽ Antichriſtum, draconem diabolum.

HIERONYMVS in eodem libro: Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitus tuos, & ad uirum conuerſio tua. Pro triſtitia & gemitu: in Hebræo dolores conceptus habet, & ad uirum conuerſatio tua. Pro conuerſione Aquila ſocietatem, Symmachus appetitũ, uel impetum tranſtulerunt.

ALIBI ISIDORVS.

De pœna aũt mulieris quid ſignificet quod ei dicitur, In dolore paries filios: niſi quia uoluptas carnalis cum aliquam malam conſuetudinem uult uincere, patitur in exordio dolores, atq; ita per meliorem conſuetudinem parit bonum opus quaſi filios. Quod uerò adiecit: Et cõuerſio rua ad uirum tuum, & ipſe tui dominabitur: hoc ſignificat, quòd illa uoluptas carnalis, quam cum dolore reluctauerat, ut faceret conſuetudinẽ bonam. Iam ipſis erudita doloribus cautior fit ne corruat, & obtemperet rationi, & libenter ſeruit quaſi uiro iubenti. uocaturq; dehinc mater uiuorum, id eſt, rectè factorum, quibus cõtraria ſunt peccata, quæ nomine mortuorum ſignificantur. Adæ uerò dixit: Quia audiſti uocem uxoris tuæ plus quàm me, & reliqua. Et deinde: Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes eam cunctis diebus uitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, & reliqua, uſq;, Terra es, & in terram ibis.

HIERO-

HIERONYMVS.

Maledicta terra in operibus tuis. Opera hic non ruris colendi, ut plerięꝫ putant, ſed peccata ſignificant. In Hebræo habet, & Aquila non diſcordat dicens: Maledicta humus propter te. Et Theodotio: Maledicta Adama in trāſgreſſione tua.

GREGORIVS.

D. Maledicta terra in opere tuo, cum maledictionis iaculum diuina uox graueſtruat ultione plectendum, ita ut regni quoqꝫ cœleſtis aditum claudat. Quid eſt quod nunc peccanti homini in terra maledictione diuina uoce, hoc quod homo facere prohibetur, infertur. M. Sciendum eſt quod ſcriptura ſacra duobus modis maledictum memorat: aliud uidelicet quod approbat, aliud quod damnat. alterum enim maledictum profertur iudicio iuſtitiæ, aliter liuore uindictæ. Maledictum quippe iudicio iuſtitiæ, ipſo primo homini peccanti prolatum eſt, cum audiuit: Maledicta terra in opere tuo. Maledictum iuſtitiæ iudicio profertur, cum ad Abraham dicitur: Maledicam maledicentibus tibi. Rurſum, quia maledictum non iudicio iuſtitię, ſed liuore uindictę promitur uoce Pauli prędicantis admonetur, qui ait: Benedicite, & nolite maledicere. & rurſum: Neqꝫ maledici regnum Dei poſsidebunt. Deus ergo maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur: quia quod homo agit malitia uindictæ, Deus nō facit, niſi examine & uirtute iuſtitiæ. Nā & ſancti uiri cum maledictionis ſententiā proferunt, non ad hanc ex uoto ultionis, ſed ex iuſtitiæ examine erumpunt. Intus enim ſubtile Dei iudicium aſpiciunt, & mala foras exſurgētia: qui à maledicto debeāt feriri, recognoſcūt, & eo in maledicto non peccant, quo ab interno iudicio non diſcordant. Hinc eſt quòd Petrus in offerentem ſibi pecunias Simonem, ſententiam maledictionis intorſit dicens: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Qui enim nō ait: Eſt, ſed ſit, non indicatiuo, ſed optatiuo modo: ſed hæc dixiſſe ſignauit. Hinc Helias duobus quinquagenarijs ad ſe uenientibus dixit: Si homo Dei ſum, ueniat ignis de cœlo, & conſumat uos. Quorum utrumqꝫ ſententia quanta ueritatis ratione conualuit, terminus cauſæ monſtrauit. Nam & Simon æterna perditione interijt, & duos quinquagenarios deſuper ueniēs flamma conſumpſit. Virtus enim ſubſequens teſtificatur, quia mentem maledictionis ſentētia premitur. Cum enim & maledicentis innocentia permanet, & tamen eum qui maledicitur, uſque ad interitum maledictio abſorbet, ex utriuſqꝫ partis fine colligitur: quia ab uno & intimo iudice in reū ſumpta ſententia iaculatur.

ISIDORVS VNDE SVPRA.

Iam uerò per ſententiam, quæ in uirum infertur, ratio noſtra arguitur, quæ & ſupra peccati concupiſcentia ſeducta à paradiſo beatitudinis remota habet maledictionis terrenæ operationes: habet & dolores temporalium curarū quaſi ſpinas & tribulos. Sic tamen dimittitur à paradiſo beatitudinis, ut operaretur terram, id eſt, ut in corpore iſto laboret, & collocet ſibi meritum redeundi ad uitam beatam, quæ paradiſi nomine ſignificatur: poſsitqꝫ aliquādo manum porrigere ad arborem uitæ, & uiuere in æternum. Manus autem porrectio bene ſignificat crucem uel cruciatum pœnitentiæ, per quā uita recuperatur æterna.

Bedæ tom. 8.

GREGORIVS.

Terra es, & in terram ibis.] Primus namqꝫ homo ita conditus fuit, ut manente illo deciderent tēpora, ne cum temporibus ipſe tranſiret. Stabat ergo in momentis decurrentibus, quia nequaquam ad uitæ terminum per dierum incrementa tendebat. Stabat tanto robuſtius, quanto ſuperſtanti ardentius inhærebat. At ubi uetitum contigit, mox offenſo creatore cœpit ire cum tempore. Vnde ei dictū eſt: Terra es, & in terram ibis, ſtatu uidelicet immortalitatis amiſſo. Curſus eum mortalitatis abſorbuit, & dum à iuuentute ad ſenium, à ſenio traheretur ad mortem: tranſeūdo didicit, quid ſtando fuit: cuius nos quia de propagine naſcimur, radicis amaritudine quaſi in uirgulto retinemus. Iam quia ex illo originem ducimus, eius curſum naſcendo ſortimur, ut eo ipſo quotidiano momento quo uiuimus, inceſſanter à uita tranſeamus, & uiuendi nobis ſpacium unde creſcere creditur, inde decreſcat: quia dum infantia ad pueritiā, pueritia ad adoleſcentiam, adoleſcentia ad iuuentutem, iuuentus ad ſenectutem, ſenectus tranſit ad mortem, in curſu uitæ præſentis ipſis augmentis ad detrimenta impellitur, & inde ſemper deficit, unde ſe proficere in ſpacium uitæ credit. Fixum etenim ſtatum hic habere nō poſſumus, ubi tranſituri uenimus, atque hoc ipſum noſtrum uiuere quotidie à uita tranſire, quem uidelicet lapſum primus homo ante culpam habere non potuit: quia tempora eo ſtante tranſiebāt, ſed poſtquam deliquit, in quodā ſe ſtatus ſui protinus inuenit defectum.

HIERONYMVS.

Et uocauit Adam nomen uxoris ſuę Eua, eo quòd mater ſit omnium uiuentium. Eua quippe uita interpretatur, ſiue calamitas. De qua poeta ita cecinit:

Eua columba fuit tunc candida nigra,
Deinde facta per anguinum maleſuada fraudē uenenum,
Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam,
Dat nudis ficulna draco mox tegmina uictor.

Fecit quoqꝫ Dominus Deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. Nunc ergo uidete ne fortè mittat manū ſuam, & ſumat etiam de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum.

AVGVSTINVS.

D. Cū Deus unus ſit dicente ſcriptura: Audi Iſrael, Deus tuus Deus unus eſt, quomodo hic dicit: Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus

h eſt

Digitized by Google

eſt? Nobis enim pluralitatem inſinuat. M. Deus enim quamuis unus ſit, tamen trinitas eſt, pater ſcilicet, & filius & ſpiritus ſanctus. Vnus ex nobis dictum eſt nõ propter pluralitatẽ deorum, ſed propter pluralitatem perſonarũ, ſciens bonum & malum. ac ſi diceret: Sicut nos ſcimus inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ: ita nunc Adam intelligit, quia non ſolum fuit factus, qualis fieri debuit, ſed nec quod factus fuerat, conſeruauit. Accepit etiam tunicã pelliceam diuino nutu, quo numero corporis mortalitas ſignificari ſolet in hiſtoria. In allegoria autẽ carnalibus ſenſibus abſtractæ uoluptatis, quæ carnaliter uiuentem diuina lege cõſequuntur & contegunt, quaſi aliquando ad Deum cõuerteret, poſsitq; aliquando manum porrigere ad arborem uitæ, id eſt, ad Chriſtum, & uiuere in æternum. Eiecitq; Adam Dominus Deus de paradiſo, ut operaretur terram de qua ſumptus eſt: collocauitq; ante paradiſum uoluptatis cherubin & flammeum gladium atque uerſatilem ad cuſtodiendam uiã ligni uitę.

HIERONYMVS. Non ut alij putãt quòd ipſum Adam, quem eiecerat Deus, habitare fecerat contra paradiſum uoluptatis: ſed quòd illo eiecto ante fores paradiſi cherubin & flammeum gladium poſuerit ad cuſtodiendum paradiſi ueſtibulum, ne quis poſsit intrare.

ISIDORVS. Per flammeam frameam. id eſt, per temporales tribulationes, peccata ſua agnoſcendo & gemẽdo: & per cherubin, id eſt, plenitudinem ſcientiæ, quæ eſt charitas, perueniet ad arborem uitæ Chriſtum, & uiuat in æternum. Item: Cherubin namq; plenitudo ſciẽtiæ interpretatur: framea uerò uerſatilis poſita ad cuſtodiam uiam ligni uitę, temporales, ut ſuprà diximus, pœnæ intelliguntur. Nemo enim poteſt peruenire ad arborem uitæ, niſi per has duas res: tolerantiam uidelicet moleſtiarum, & plenitudinem ſcientiæ, id eſt, per charitatem dei & proximi. plenitudo enim legis, charitas. Adam uerò cognouit uxorem ſuam, quæ concepit & peperit ei Cain: rurſumq; peperit fratrem eius Abel.

ISIDORVS. Natiuitas duorum filiorum Adam, ſimilitudinem habet duorum populorum, qui erant diuerſis tẽporibus ad fidem uenturi, pari opere & diſsimili charitate ante Deũ. Fuit autem Abel paſtor ouium, Cain uerò agricola. de quibus poeta cecinit:

Fratrum ſacra Deus nutu diſtante duorum,
Aeſtimat accipiens uiua & terrena refutans,
Ruſticus inuidia paſtorem ſternit in Abel,

Forma animæ exprimitur caro noſtra in munere Cain. Abel paſtor ouiũ, ut iam diximus, & Cain agricola. Factum eſt autem poſt multos dies, ut offerret Cain munera Domino de fructibus terræ: Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, & reſpexit Dominus ſuper Abel & ſuper munera eius: ad Cain uerò, & ad munera eius non reſpexit. Iratusq; eſt Cain uehementer, & concidit uultus eius.

HIERONYMVS. D. Vnde ſcire potuit Cain, quòd fratris munera ſuſcepiſſet Deus, & ſua repudiaſſet? M. Vera eſt igitur illa interpretatio, quam Theodotio poſuit, Et inflammauit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificiũ eius: ſuper Cain uerò & ſuper ſacrificium eius non inflammauit. Ignem autem ad ſacrificium deuorandum ſolitum uenire de cœlo, & in dedicatione templi ſub Salomone legimus, & quando Helias in monte Carmelo conſtruxit altare.

AVGVSTINVS. D. Cur Cain ex terræ fructibus munera reprobantur, & Abel de adipibus gregis ſui munera ſuſcipiuntur? M. Cain typum gerebat Iudæorum, quia illi corporalia ſacramẽta ſecundum uetus teſtamentum exercebant. Horum enim ſacrificia ſuperueniente teſtamenti noui fide, ex innocentia Deum laudandis quod ſignificabant: Abel ex ouibus munera quæ accipiũtur. Vnde & in Pſalmo de oblatione priorum: Oblationes & holocauſta noluiſti.

HIERONYMVS.

DISCIPVLVS. Quid ſibi uult, quòd dixit Dominus ad Cain: Quare concidit uultus tuus? non ne ſi rectè offeras, non rectè autem diuidas peccaſti, quieſce: ad te conuerſio eius, & tu dominaberis illius. M. Neceſsitate compellimur in ſingulis diutius immorari. Siquidem multo alius in Hebræo, quàm in Septuaginta trãslatoribus ſenſus eſt. Ait enim Deus ad Cain: Quare iraſceris, & quare concidit uultus tuus? nonne ſi bene egeris, dimittitur tibi omne delictum: & ſi non bene egeris, ante fores peccatum ſedebit, & ad te ſocietas eius, & tu dominare eius. Quod autem dicit, hoc eſt, quare iraſceris, & inuidiæ in fratrẽ liuore cruciatus, uultum dimittis in terram. Nonne ſi bene feceris, dimittetur tibi omne delictum, ſiue ut Theodotion ait: Acceptabile erit, id eſt, munus tuum ſuſcipiam, ut ſuſcepi fratris tui. Quod ſi malè egeris, ilico peccatum ante ueſtibulum tuum ſedebit, & tali ianitori comitaberis: uerùm quia liberi arbitrij es, moneo ut non tui peccatum, ſed tu peccato domineris. Quod autem in Septuaginta interpretibus fecit errorẽ, illud eſt: quia peccatum, id eſt, athath, in Hebræo generis maſculini eſt, in Græco fœminini: & qui interpretati ſunt, maſculino illud, ut erat in Hebræo, genere tranſtulerunt.

GREGORIVS.

DISCIPVLVS. Quomodo intelligitur, Si rectè offeras: non rectè autem diuidas, peccaſti. MAGISTER. Rectè enim offerimus, cum recta intentione quid agimus: ſed rectè non diuidimus, ſi non hoc ſubtiliter diſcernamus. Oblata enim rectè, diuidere eſt quælibet bona noſtra ſtudia, ſollicitè diſcernendo penſare. Quod nimirum qui agere diſsimulat, etiam rectè offerens peccat. Rectè ergo offerimus, cum bono ſtudio bonum opus agimus: ſed rectè non diuidimus, ſi habere diſcretionem in bono opere poſtponamus: & te-

Digitized by Google

& recte non diuidimus, ſi ea quæ Deo donante accepimus, impertiri ꝓximis negligimus.

AVGVSTINVS.

Dixitq; Cain ad Abel: Egrediamur foras. Cumq; eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus Abel fratrem ſuum, & interfecit eum. D. Quid ſignificat quòd Cain fratrem ſuum Abel in agro interfecit? M. Iam ſuperius diximus Cain ſignificare Iudæos, qui Chriſtum occiderunt, Abel uerò Chriſtum. Occiditur itaq; Abel minor natu: occiditur Chriſtus caput populi minoris natu: à populo Iudæorum maioris natu ille in agro, iſte in Caluariæ loco.

INTERPRETATIO NOMINVM.

Cain poſſeſsio ſiue lamentatio interpretatur, Abel uerò luctus ſiue uanitas, uel uapor, aut miſerabilis.

ISIDORVS.

Deinde interrogat Deus Cain non tanquã ignarus, ſed tanquam iudex reum, quem puniat, & dicit ubi ſit frater eius. Reſpondit ille neſcire ſe, nec eius ſe eſſe cuſtodem. Vſque nunc quid nobis reſpondent Iudęi, cum eos hoc ſanctarum ſcripturarum uoce interrogamus de Chriſto: illi neſcire Chriſtum reſpondent. Fallax enim Cain ignorantia, Iudæorum falſa eſt negatio: eſſent autẽ quodammodo Chriſti cuſtodes, ſi Chriſtianam fidem accipere & cuſtodire uoluiſſent. Dixitq; ei: Quid feciſti? Ecce uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. D. Quomodo intelligitur ſanguis Abel de terra ad Dominum clamaſſe? M. Sanguis Abel ſignificat ſanguinem Chriſti, quem uniuerſa eccleſia acceptum dicũt, Amen. Nam qualem clamorem faciat uniuerſa eccleſia, dum potantur ſanguine Chriſti, & dicunt Amen, tu ipſe conſidera. Iudæi ergo, qui intelliguntur in perſona Cain, quia non credunt Chriſtum, nec potantur ſanguine Chriſti: maledicti ſunt ſuper terram, ſuper illam ſcilicet terram, quæ aperuit os ſuum poſt confeſsionem, & bibit ſanguinem fratris ſui, id eſt, Chriſti ſui: quem quia Iudæi non bibunt, maledicti ſunt. Nunc igitur maledictus eris ſuper terrã, & reliqua, uſq;, Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.

DAMASVS AD HIERONYMVM.

D. Quid ſibi uult, quod ſcribitur in Geneſi, Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum uindictas exoluit.

HIERONYMVS AD DAMASVM.

M. Antequam de quęſtione dicamus, rectum uidetur ut editiones ſingulorum cum ipſo Hebraico digeramus, quo facilius ſenſus ſcripturæ poſsit intelligi. Vaiomer lo adonai lachen col horeg, Cain ſibathaim iucam. Aquila: Et dicit ei Dominus: Propterea omnis qui occiderit Cain, ſeptẽpliciter ulciſcitur. Symmachus: Et dicit ei Dominus, Non ſic, ſed omnis qui occiderit Cain, hebdomada ſiue ſeptimus uindicabitur. Septuaginta & Theodotion, Et dixit ei Dominus: Non ſic, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptem uindictas exoluit. Poſtquã Cain occiderat fratrem, interrogatus à Domino, Vbi eſt Abel frater tuus? contumelioſe reſpondit, Neſcio. nunquid cuſtos fratris mei ſum? quamobrẽ maledictione damnatus, ut gemẽs & tremẽs uiueret ſuper terram, noluit ueniam deprecari: ſed peccatis peccata congeminans tantum putauit nefas, cui à Domino non poſsit ignoſci. Deniq; reſpondit Domino: Maior cauſa mea eſt, quàm ut dimittar, id eſt, plus peccaui, quàm ut merear abſolui. Ecce reijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram: & erit omnis qui inuenerit me, occidit me. Eijcior, inquit, à conſpectu tuo, & conſcientia ſceleris tremebũdus lucem ipſam ferre nõ ſuſtinens, abſcondar ut latitem, & erit omnis qui inuenerit me, occidit me. Hæc ſecundum Septuaginta æditionẽ. Hic nobis ſenſus uidetur. De eo autẽ quòd Aquila poſuit, Septempliciter: & Symmachus, hebdomade ſiue ſepties uindicabitur: maiorũ noſtrorum iſta ſententia eſt, quòd putant in ſeptima generatione à Lamech interfectũ Cain. Adã quippe genuit Cain, Cain genuit Enoch, Enoch genuit Irad, Irad genuit Mahiuael, Mahiuael genuit Mathuſalem, Mathuſalem genuit Lamech, qui ſeptimus ab Adam, non ſponte, ſicut in quodam Hebræo uolumine ſcribitur, interfecit Cain, ut ipſe poſtea confitetur: quia uirum occidi in uulnere meo, & iuuenem in liuore meo, quoniam ſepties uindicabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuagies ſepties. Et quidam de Cain putant, quòd in ſeptima generatione à Lamech interfectus ſit, & iuxta aliam expoſitionẽ, pœnam ſui ſceleris dederit, quod tot generationibus gemens & tremens uiueret ſuper terram. Nihil arbitror obſcurũ remãſiſſe, dum ex tremore corporis & furiatæ mentis agitatum ſe eſſe intelligit. ac ſi diceret Dominus: Omnis qui occiderit te, à magno te liberet cruciatu: nõ quòd percuſſerit Cain, ſeptem ultionibus ſubijciendus ſit, ſed quòd ſeptem uindictas, quæ in Cain tanto tempore cucurrerũt, ſoluat interfector occidens eum, qui uitæ fuerat derelictus ad pœnã. quaſi loqueretur Dominus ad Cain, Non ut uis morieris, uerum longęuo tempore cuſtodieris ad uitam: & tam infeliciter in hac luce uerſaberis, ut quicunq; te occiderit, beneficium præſtet occiſo, dum de tam multis te liberet cruciatibus. Nunc uerò illud quod non interrogaueras, dum aliud agimus, irrepſit. quæ ſunt ſeptuaginta ſeptem uindictæ, quæ in Lamech exoluendæ ſint. Aiunt ab Adã uſq; ad Chriſtum generationes ſeptuaginta ſeptem. Relege Lucam Euangeliſtã, & inuenies ita eſſe quæ dicimus. Sicut ergo generatione ſeptima Cain peccatum eſt diſſolutum, nõ uindicabit quippe Dominus bis in idipſum, & qui ſemel mala ſua recepit in uita ſua, non eoſdem cruciatus patietur in morte, quos eſt paſſus in uita ſua: ita & Lamech peccatum, id eſt, totius mundi atq; ſanguinis, qui effuſus eſt, Chriſti ſol

uitur aduentu, qui tollit peccata mundi qui lauit amictum ſuum in ſanguine uuæ, & torcular calcauit ſolus: qui de Edom ad cœlum rubicundus aſcendens, clamantibus angelis miraculũ præbuit, Eleuate portas principes ueſtras, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus uirtutum, ipſe eſt rex gloriæ. Referebat mihi quidam Hebræus in apocryphis eorum libris, ſeptuaginta ſeptem animas ex Lamech progenie reperiri, quæ diluuio deletæ ſint, & in hoc numero de Lamech factam eſſe uindictam, quod genus ipſius uſq; ad cataclyſmum aquæ perſeuerauerit. Alibi de ſeptem uindictis Cain uarie ſuſpicantur, & primum eius aſſerunt fuiſſe peccatum, quia non rectè diuiſerit. Secundum, quia inuiderit fratri. Tertium, quia doloſe egerit dicens: Tranſeamus in campum. Quartum peccatum, quia interfecit fratrem. Quintum, quia procaciter negauerit, dicens: Neſcio, nunquid cuſtos fratris mei ſum? Sextũ, quia ſeipſum damnauerit, dicẽs: Maior eſt iniquitas mea, quàm ut dimittar. Septimum, quia nec damnatus egerit pœnitentiam, ſecundum Niniuitas & Ezechiam regem, qui imminentẽ mortem lachrymis diſtulerunt, ut qui damnati fuerant, non perirent, ſed agentes pœnitentiam impetrarent miſericordiam Dei. Nam & dicunt illum à clementiſsimo Deo ideo uſque ad ſeptimam generationem fuiſſe delatum, ut ſaltim malis ipſis & longæuitatis mœrore compulſus pœnitentiam ageret, ut mereretur abſolui. Nonnulli ſeptenarium numerum plenũ & perfectum interpretãtur, de multis ſcripturarum locis teſtimonia contrahentes: & hunc eſſe ſenſum, quem ſuprà perſtrinximus: quia qui interfecerit Cain, ab ingenti eũ & omnia ſupplicia tranſeuntem liberaret à pœna. Sunt autem qui & de Euangelio interrogationem Petri replicent: Domine quotiens peccauerit in me frater meus, & dimittam ei uſq; ſepties. Dicit ei Ieſus: Non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties. & putant mortem atq; peccatum in ſeptima progenie ſabbatizaſſe, quando Enoch raptus eſt, & nõ inueniebatur, quia tranſtulit eum Deus. De ſeptuaginta autem & ſeptem illam expoſitionem ſequuntur in aduentu Chriſti mortis atq; peccati aculeũ eſſe confractum. Ponam & aliam opinionem, ne quid uidear prætergreſſus, quidam ſeptimũ annum remiſsionis, & quinquageſimum iubilei, & quadringẽteſimum nonageſimum, quod uolunt intelligi ſeptuagies ſepties: multis modis interpretantur, aſſerentes ob hanc cauſam quinquageſimi & quingenteſimi numeri ſacrati in Euangelio poſitum debitorẽ, & quinquageſimum Pſalmum pœnitentiæ, qui ſeptem cõficitur ſeptimanis, & in principio octoadis erumpit. Verum ne lõgius ſermo procedat huc uſq; ſuper hoc locutum eſſe ſufficiat: quia & ex his quæ reperimus, ingentem tibi diſputationis ſyluam poteris ipſi conficere, ſciens Origenem duodecimum & tertiodecimum in Geneſi librum de hac tantum quæſtione dictaſſe. Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit in terra Naid. Non eſt igitur terra Naid, ut uulgus noſtrorum putat: ſed expletur ſentẽtia Dei, quod huc atq; illuc uagus & profugus oberrauit. In Hebræo Nod dicitur, & interpretatur σαλευόμενος, i. fluctuans & inſtabilis, ac incertæ ſedis.

RECAPITVLATIO.

Dixit etiam Deus ad Cain: Maledictus eris ſuper terram.] Maniſeſte Iudæos hoc in loco ſignificare nihil dubium, quod nolentes eſſe ſub gratia, ſed ſub lege, ut eſſent ab eccleſia maledicti, teſtificante Apoſtolo: Quicunque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Sequitur:

Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus ſuos.] In ipſam enim terram, quam Chriſtus portauit, id eſt, in eius carnem ipſi operati ſunt ſalutem noſtram crucifigendo Chriſtum, qui mortuus eſt propter delicta noſtra. Nec tamen dedit eis eadem terra uirtutem ſuam, quia non iuſtificati ſunt uirtute reſurrectionis eius, qui reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, qui etſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed uiuit in uirtute Dei. Hæc eſt ergo uirtus terræ illius, quam non oſtendit impijs & incredulis. Vnde nec reſurgens eis, à quibus erat crucifixus, apparuit, tanquam Cain operanti terram: ut granum illud ſeminaretur. Vagus & profugus, ſiue ut in Septuaginta ſcriptum eſt, Gemens & tremens eris in terra. Nunc ecce quis non uideat, quis nõ agnoſcat in tota terra quacunq; diſperſus eſt ille populus, quomodo ſit uagus in gentibus, & profugus ab Ieruſalem, quomodo gemat amiſſo regno, & tremat timore ſub innumerabilibus populis Chriſtianis. Ideoq; reſpondit dicens: Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, à tuaq; abſcondar facie: & ero uagus & profugus in terra. Et erit omnis qui inuenerit me, occidit me. Verè inde uagus & profugus gemit & tremit, etiam ne regno perdito terreno uiſibili morte occidatur. Hanc dicit maiorem cauſam, quàm illam: quòd & terra noſtra non dat uirtutem ſuam, ne ſpiritaliter moriatur. Carnaliter enim ſapit, & abſcondit ſe à facie Dei, id eſt, iratum Deum habere graue non putat: ſed hoc timet, ne inueniatur & occidatur. Carnaliter autem ſapit tanquam operãs terram, cuius uirtutem non accepit. Sapere autem ſecundum carnem, mors eſt, quam ille non intelligens amiſſo regno gemit, & corporalem mortem timet. Sed quid ei reſpondit Deus? Nequaquam ita fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplũ punietur. Siue ut Septuaginta tranſtulerunt, Septem uindictas exoluet, id eſt, auferet ab eis ſeptem uindictas, quibus alligati ſunt propter reatum occiſi Chriſti, hoc toto tempore quod ſeptenario dierum numero uoluitur magis, quia non interijt gens Iudæa, ſatis appareat fidelibus Chriſtianis, ſed ſolam diſperſionem meruerunt: iuxta quod ait ſcriptura, Non occides eos ne quando obliuiſcãtur legis tuæ. Diſperge illos in uirtute tua, & depone eos.

RECA-

RECAPITVLATIO.

Poſuit Dominus Cain ſignum, ut non eum interficeret omnis qui inueniſſet eum.

Hoc reuera mirabile eſt, quemadmodum omnes gentes, quæ à Romanis ſubiugatæ ſunt, in ritu Romanorum ſacrorum tranſierint, eaq́; ſacrilega obſeruanda & celebranda ſuſceperint: gens autem Iudæa ſiue ſub paganis regibus, ſiue ſub Chriſtianis non amiſit ſignum legis & circumciſionis ſuæ, quo à cæteris gentibus populisq́; diſtinguitur: ſed omnis imperator uel rex, qui eos in regno ſuo inuenit, cum ipſo ſigno eos inuenit, & non occidit. Exijt ergo Cain à facie Domini, & habitauit in terra Naid: ſic & Iudæi & omnes qui diuerſis erroribus cõtumaces ſunt, reſiſtendo ueritati, uenundati exeunt à facie Dei, id eſt, à miſericordia dilectionis eius, uel à participatione lucis eius: & habitant profugi in terra commotionis, id eſt, in carnali conturbatione contra iucunditatem Dei. hoc eſt, contra Eden, quod interpretatur epulatio, ubi eſt plãtatus paradiſus. Sequitur:

Cognouit atem Cain uxorem ſuam, quæ concepit & peperit Enoch, & ædificauit ciuitatẽ Cain ex nomine filij ſui Enoch.

D. Quid ergo ſibi per figuram uult, quòd impiorum progenies ciuitatem in ipſa mundi origine conſtruxit? M. Prænoſcat charitas tua, quia cernis impios in hac uita eſſe fundatos: ſanctos uerò hoſpites & peregrinos eſſe. Vnde & Abel tanquam peregrinus in terris, id eſt, populus Chriſtianus non condidit ciuitatem. Superna eſt enim ſanctorum ciuitas, quamuis hic pareat ciuis, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat.

SEQVITVR REPETITIO.

Iſte filius, in cuius nomine condita eſt Enoch, id eſt, terreſtris Hieruſalem, quod interpretatur poſſeſsio: ſignificat iſtam ciuitatem, & initium & finem habere terrenum, ubi nihil plus quàm cernitur, ſperatur. Sequitur:

Porrò Enoch genuit Irad. Irad genuit Mahiuael. Mahiuael genuit Mathuſaelem. Mathuſael genuit Lamech.

INTERPRETATIO NOMINVM.

Enoch, dedicatio: Irad, deſcendens ſiue roborans: Mahiuael, quis eſt Dominus Deus, uel ex uita Deus. Mathuſalem, mortis emiſsio, uel mortuus eſt, & interrogauit. Lamech, humiliatum aut percutientem, ſiue percuſſum. Iſte namque Lamech accepit uxores duas. nomen uni Ada, & nomen ſecundæ Sella. Ada teſtimoniũ dicitur, Sella umbra eius. Ada quippe genuit Iabal, qui fuit pater habitantium in tentorijs atq́; paſtorum. Iabal, dimittens aut mutatus, ſiue defluit: & nomen fratris eius Iubal. ipſe fuit pater canentium cithara & organa. Interpretatur quoque delatus ſiue dimittens. Sequitur: Dixitq́; Lamech uxoribus ſuis Adæ & Sellæ: Audite uerba mea, & auſcultate ſermonem meum. Quoniam occidi uirum in uulnus meum, & adoleſcentulum in liuore meo. Quoniam ſepties uindicabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuagies ſepties. Iam alibi ſecundum hiſtoriam dictum eſt, eo quòd ab Adam uſque ad Chriſtum ſeptuaginta ſeptẽ generationes inueniantur, in quibus Lamech peccatum, id eſt, totius mundi ſanguinis Chriſti effuſione ſolutum eſt. Siquidem & in populo Iudæorum propter interfectionem Chriſti ſeptuaginta ſeptẽ uindictæ ſunt ſtatutæ, iuxta illud Euangelium, in quo dictum eſt Petro apoſtolo: Non ſolùm ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, ſi pœnituerit fratri remittendum, id eſt, Iudæum reuertentem. Poſt ſeptuaginta ſeptem uindictas ſtatutas recipiendum ad indulgentiam Chriſti. Sequitur: Rurſum cognouit Adam uxorem ſuam, quæ concepit & peperit filium, uocauitq́; nomen eius Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

HIERONYMVS.

Seth propriè θέσις, id eſt, poſitio dicitur: quia igitur poſuerit eum Deus pro Abel, propterea Seth, id eſt, poſitio appellatur. Denique Aquila, Et uocauit, inquit, Seth dicens: Quia poſuit mihi Deus ſemen alterum.

SEQVITVR HIERONYMVS.

Sed & Seth natus eſt filius, quem uocauit Enos. Hic cœpit inuocare nomen Domini Dei. Quomodo Adam homo interpretatur: ita & nos iuxta Hebrææ linguæ uarietatem. homo uel uir dicitur, & pulchrè: quia hoc uocabulum habuit, quod de eo ſcriptum eſt, Tunc initium fuit inuocandi nomen Domini. licet plerique aliud arbitrentur, quod tunc primum in nomine Domini & in ſimilitudinem eius fabricata ſunt idola.

ITEM RECAPITVLATIO.

Seth quippe interpretatur poſſeſsio ſiue reſurrectio, qui eſt Chriſtus. Enos filius eius interpretatur homo, qui cepit inuocare nomen Domini, quid hoc intelligitur. Quia igitur in confeſsione uiuit omnis homo, qui eſt filius reſurrectionis, quàmdiu peregrinatur in terris: non ocioſe prætereundum de duobus illis hominibus, Abel & Seth: quòd Abel interpretatur luctus, & Seth frater eius reſurrectio, quia in his mors Chriſti, & uita eius ex mortuis figuratur. Ergo ut breuius dicam, Abel iuſtus, Seth reſurrectio, Enos homo: quia poſt luctum reſurrectio, de reſurrectione homo inuocans Deum. Item Enos genuit Cainan. Cainan autem genuit Malalahel. Malalahel genuit Iareth. Iareth genuit Enoch. Hic autem Enoch ſeptimus ab Adam, qui placuit Deo & translatus eſt, ſeptimam requiem ſignificat, ad quam transfertur omnis qui tanquam ſexta die, id eſt, ſexta ætate ſeculi per Chriſti aduentum formatur: tranſactia enim ſex milibus annis, & reliquis quæ ſequuntur. Facto etiam iudicio & renouatis cœlo & terra transferũtur ſancti in uitã perpetuæ immortalitatis. Hoc quoq; notandum, quòd in progenie Seth nulla ibi progenita fœmina nominatim exprimitur, niſi tantũ in progenie Cain fœmina commemoratur: quod ſignificat terrenam ciuitatem, uſq; ſui in finẽ carnalis habituram generationis, quæ maritorum ac fœminarum coniunctione proueniunt. D.

Quid ergo ſignificationis habeat, quòd per Seth ab Adam uſq; ad Noe, denarius numerus inuenitur, ſiue duodenarius: in Cain uerò undenarius numerus reperitur, obſecro ut dicas. M. Ille namque denarius numerus per Seth ab Adam uſque ad Noe, inſinuatur complemẽtum mandatorum in eccleſia operum legaliũ, cui numero ſi adijciantur tres filij Noe, medio reprobato duodenarius conſummatur, qui in patriarcharum & apoſtolorum numero inſignis habetur propter ſeptenarij partes, altera per alteram multiplicata. Nam ter quaterni, uel quater terni ipſum faciunt. Quod uerò progenies ex Adam per Cain undenario numero finitur, trangreſsio mandatorum ſiue peccatũ oſtenditur. Nam dum Lamech ſeptimus ab Adam reperiatur ſcriptus, adduntur ei tres filij & una filia, ut undenarius numerus compleatur, per quod demonſtretur peccatum. Nam et ipſe numerus à fœmina clauditur, à quo ſexu initium peccati commiſſum eſt, per quod omnes morimur, ſcilicet ut uoluptas carnis, quæ & ſpiritui reſtiterat, ſequeretur. Vnde & ipſa filia Lamech Noema, id eſt, uoluptas interpretatur. Hic eſt liber generationis Adæ, in die qua creauit Deus hominem ad ſimilitudinem Dei fecit illum maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis. & uocauit nomen eorum Adam, in die qua creati ſunt. Notandum & hic & ubi in Euangelio Matthæi ſcribitur: Liber generationis Ieſu, quia hoc corruptibile principium, ad incorruptibile principium reſpicit, ubi dicitur: Liber generationis Ieſu Chriſti: quia librũ libro, & principium principio opponit, quia ſcriptum eſt: In primo mare conteres caput eius, & in nouiſsimo mari poſteriora eius.

HIERONYMVS in Hebraicis quæſtionibus. Et uocauit nomen eorum Adam: id eſt, homo. Hominis autem nomen tam uiro quàm fœminæ conuenit. Vixit autem Adam ducentos & uiginti annos, & genuit ad ſimilitudinem & imaginem ſuam, uocauitq; nomen eius Seth. Sciendum quòd uſq; ad diluuium, ubi in noſtris codicibus ducentos, & quòd excurrit annorũ genuiſſe quis dicitur, in Hebræo habeat centũ annos. & reliquos qui ſequuntur. Fuerunt autem dies Adam poſtquam genuit Seth, ſeptingẽti anni, quia in ducentis errauerant. cõſequẽter hic poſuit ſeptingentos, cum in Hebræo hic habeat octingentos, & ſupra centum. Et uixit Mathuſalam annis centum ſeptuaginta ſeptẽ, & genuit Lamech. & uixit Mathuſalam poſtquã genuit Lamech, annis DCCCII. & genuit filios & filias: & fuerunt omnes dies Mathuſalæ quos uixit, anni DCCCCLXIX. & mortuus eſt. D. Famoſa quæſtio & diſputatione omnium eccleſiarum uentilata, quod iuxta diligẽtem ſupputationem quatuordecim annos poſt diluuium Mathuſala uixiſſe refertur. Etenim cum eſſet Mathuſala annorũ centum ſexaginta ſeptem, genuit Lamech. Rurſum Lamech cũ eſſet annorum cẽtum octuaginta octo, genuit Noe. & ſunt uſq; ad diem natiuitatis Noe anni uitæ Mathuſalæ, CCCLV. ſexcenteſimo autem anno uitæ Noe, diluuium factum eſt. Ac per hoc habita ſupputatione per partes nongenteſimo quinquageſimo quinto anno Mathuſalæ diluuium fuiſſe conuincitur. Cum autem ſupra noningentos ſexaginta nouem annis uixiſſe ſit dictus, nulli dubium eſt eum quatuordecim annos uixiſſe poſt diluuium: & quo modo uerum eſt quod octo tantum animæ in arca ſaluæ factæ ſunt. M. Reſtat ergo ut quomodo in pleriſq;, ita & in hoc ſit error in numero. Siquidem in Hebræis & in Samaritanorum libris ita ſcriptum reperi, Et uixit Mathuſala cẽtum octuaginta ſeptem annis, & genuit Lamech. Et uixit Mathuſala poſtquam genuit Lamech, DCCLXXXII. annos, & genuit filios & filias, & fuerunt omnes dies Mathuſalæ anni DCCCCLXIX. & mortuus eſt: & uixit Lamech CLXXXII. annos, & genuit Noe. A die ergo natiuitatis Mathuſalæ uſque ad diem ortus Noe, ſunt anni CCCLXIX. his adde annos Noe, quia in ſexcenteſimo uitæ eius anno diluuium factum eſt: atque ita fit ut noningenteſimo ſexageſimo nono anno uitæ ſuæ Mathuſalam mortuus ſit eo anno, quo cœpit eſſe diluuium. Iſte namq; Mathuſalam filius eſt Enoch, qui ſeptimus ab Adam in genealogia Seth. qui ambulauit cum Deo, & nõ apparuit, quia tulit eũ Deus. de iſto quoq; Enoch poeta ita cecinit:

Primus aduſq; chao meritis uiuacibus Enoch,
Multa per innumeros iã ſecula cõtigit annos,
Natura perdente modum, quem iure creandi
Terra tulit genitũ, ſed mors miratur ademptũ.

Mathuſalam genuit Lamech, de quo iam ſuprà meminimus. Iſte autem Lamech ſeculi huius figuram tenuit, cuius peccatum Chriſtus per ſanguinis ſui effuſionem poſt ſeptuaginta ſeptẽ mundi generationes abſoluit, iuxta quod Lucas ſcribit Euangeliſta. Iſte namque Lamech genuit filium, & uocauit nomen eius Noe. dicens: Iſte requieſcere nos faciet ab operibus noſtris. Noe requies interpretatur. Ab eo igitur quod ſub illo omnia retro opera quieuerint per diluuium, requies appellatus eſt. Noe uerò cum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham & Iapheth. Cumq; cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent. Videntes filij Dei filias eorũ, quòd eſſent pulchræ, acceperũt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant.

HIERONYMVS.

Videntes filij Dei filias hominum, quia bonæ ſunt. Verbum Hebraicum elohim communis eſt numeri, & Deus quippe & dij ſimiliter appellantur. Propter quod Aquila plurali numero filios deorum auſus eſt dicere, deos intelligens ſanctos, ſiue angelos. Deus enim ſtetit in ſynagoga deorũ, in medio aũt Deus dijudicat. unde & Symmachus iſtiuſmodi ſenſum ſequẽs ait: Videntes filij potentium filias hominum, & reliqua. Plerique affirmant, ut hi qui ex Seth progenie nati ſunt, filij Dei uocati ſunt,

eo

eo quòd ipſe cœperit inuocare nomẽ Domini. Nam ſicut propheta Ioannẽ baptiſtam angelũ uocauit uaticinando, Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuam, &c. ſic & iſto in loco filios Dei, ſiue angelos intelligimus homines iuſtos, ſtirpe iuſta ꝓgenitos lapſos in peccatũ. Sicut & alius ꝓpheta ſacerdotes angelos appellat.

HIERONYMVS. D. Dixit Dominus Deus, Nõ permanebit ſpiritus meus in hominib. iſtis in æternũ, quia carnes ſunt. Et in Hebręo ſcriptum eſt, Nõ iudicabit ſpiritus meus homines iſtos in ſempiternum, ꝙ caro ſunt. Quomodo hoc intelligẽdum eſt? M. Hoc eſt, quia fragilis eſt in homine conditio, non eos ad æternos ſeruabo cruciatus: ſed hic illis reſtituam, quod merentur. Ergo ne ſeueritatẽ, ut in noſtris codicibus legitur, ſed clementiã Dei ſonat, dum peccator hic pro ſuo ſcelere uiſitatur. Vnde & iratus dicitur Deus ad quoſdam, Non uiſitabo filias eorum, cum fuerint fornicatæ: & ſpõſas eorum, cum adulterauerint. & in alio loco: Viſitabo in uirga iniquitates eorũ, & in flagellis peccata eorum: uerum tamen miſericordiam meam non auferam ab eis. Sequitur.

Eruntq́; dies illorum centum uiginti anni.] D. Si enim humana uita in cẽtum uiginti annis ab hac die contracta eſt, quid eſt quod plerique patres poſt diluuium ducentis & trecentis annis amplius uixiſſe memorantur. M. Non igitur ut multi errant, humana uita in CXX. annis contracta eſt, ſed generationi illi ad pœnitentiã data eſt. Porrò ne uideretur in eo eſſe crudelis, quòd peccãtibus locum penitentiæ nõ dediſſet: adiecit, Erunt dies eorum CXX. anni. hoc ad agendam pœnitẽtiam. Siquidem inuenimus uixiſſe Abraham poſt diluuium CLXXV. annos, & cæteros amplius. Quia uerò pœnitentiam agere contempſerunt, noluit Deus expectare tẽpus decretum: ſed uiginti annorum ſpacijs amputatis induxit diluuium, anno centeſimo agendę pœnitentiæ deſtinato. Perpendis enim quòd uixit Noe poſt diluuium CCC. annos: ex quo perſpicuũ eſt, CXX. annos generationi illi ad pœnitentiam datos, & non uitæ mortalium cõſtitutos. Sequitur.

Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Et poſt hæc ut ingrediebantur filij Dei ad filias hominum, & generabant eis. illi erant gigantes à ſeculo homines nominati.

In Hebræo ita habet: Cadentes erant in terram in diebus illis, id eſt, Niphilim & poſt hæc ut ingrediebantur filij deorũ ad filias hominũ, & generabãt eis: hi erant fortes à principio uiri nominati. Pro cadentib. ſiue gigantibus uiolentos eos interpretatus eſt Symmachus. angelis autem, & ſanctorum liberis conuenit nomẽ cadentium, ſicut ſuperius diximus. Sequitur.

Videnſq́; Dominus quod multa malitia hominum in terra, & cuncta cogitatio cordis intẽta eſſet ad malum omni tempore: pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra, &c. uſque, Pœnitet enim me feciſſe eos.

GREGORIVS. D. Quid eſt ꝙ omnipotẽs Deus, qui nulla mutabilitate humanæ cõditionis aſtringitur, nec ei quid eſſe eſt, eſſe deſit, ex tempore pœnituiſſe de ſua conditione deſcribitur. M. Plerunque enim in ſacro eloquio ſicut ſapientes Dei ſermonem trahunt à ſapientibus ſeculi: ſic nunc pro utilitate hominis uocem in ſe humanæ paſsionis conditor hominum ſumit Deus, ut uidelicet dicatur, Pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra: dum profectò conſtet, quia is qui cuncta priuſquam ueniant, conſpicit, nequaquã aliquid pœnitẽdo fecerit, reſipiſcit. Vt ergo mirũ non eſt, ſi ſpiritales plerunque utantur uerſibus carnaliũ, ſic neque ſi ipſe ineffabilis & creator omnium ſpiritus, ut ad intellectum ſuũ carnẽ pertrahat, in ſe ipſo carnis ſermonem formet.

SEQVITVR IN LIBRO QVAEſtionum Hebraicarum.

HAec generationes Noe. Noe uir iuſtus atque ꝑfectus in generatiõe ſua cũ Deo ambulauit. Hieron. ſignanter quippe ait, In generatione ſua: ut oſtenderet non iuxta iuſticiam conſummatam, ſed iuxta generationem ſuam eũ iuſtum fuiſſe iuſticia. Cum Deo ambulabat, hoc eſt, illius ueſtigia ſequebatur. Sequitur.

Dixitq́; autem Dominus ad Noe, Finis uniuerſæ carnis uenit coram me. repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis.

Vt Hieronymus. Fac tibi arcã de lignis quadratis. Pro quadratis lignis bituminatis legimus in Hebræo. Colligens facies arcam, & in cubito conſumabis eam deſuper. Pro eo quod eſt, Colligens facies arcã: in Hebræo habet meridianum facies arcæ, quod manifeſtius interpretatus eſt Symmachus dicens: *διαφανὲς*, hoc eſt dilucidum facies arcæ, uolens feneſtram intelligi. Sequitur.

Manſiunculas in arca facies, &c. uſque, Et quieuit aqua, & reuelati ſunt fontes abyſſi & cataractæ cœli.] Pro reuelatis fontibus, clauſos & obduratos omnes interpretes tranſtulerunt: & pro eo quod ſequitur, Ceſſauit aqua ſuper terram, & reliqua: ſcriptũ eſt, Reuerſęque ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes. Nota ſecundũ Eccleſiaſten, ꝙ omnes aquæ atque torrentes per occultas uenas ad matricem abyſſum reuertantur.

Poſt quadraginta dies aperuit Noe oſtium arcæ, quod fecit et emiſit coruum: & egreſſus non rediſt ad eum, donec ſiccarentur aquæ de terra.

Pro oſtio feneſtra ſcripta eſt in Hebræo, & de coruo aliter dicitur: Emiſit coruum, & egreſſus eſt exiens nõ reuertens, donec ſiccarentur aquæ de terra. hæc iuxta Hieronymum.

RECAPITVLATIO VNDE SVPRA.

NOe autẽ per omnia omneſque actus eius Chriſtum ſignificat. Noe enim requies interpretatur, & Dominus dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Solus iuſtus inuenitur in illa gẽte Noe, cui ſeptẽ homines donãtur ꝓpter iuſtitiã ſuã. Solus iuſtus eſt Chriſtus atque perfect9, cui ſeptẽ eccleſię propter ſeptẽplicẽ ſpiritũ illuminantem in unam eccleſiam condonantur.

Quod uerò Noe per aquã & lignum liberatur, ſignificat crucẽ & baptiſmum. Sicut enim ille cum ſuis per aquã & lignum ſaluatur: ſic familia Chriſti per baptiſmum, & crucis paſſionem ſanatur. Arcam inſtruxit Noe de lignis nõ putreſcentibus: Eccleſia conſtruitur à Chriſto ex hominibus in ſempiternũ victuris. arca enim iſta eccleſiam demonſtrabat, quæ natat in fluctibus mundi huius. Quòd autem eadem arca de lignis quadratis fieri iubetur, undiq; ſtabilem uitam ſanctorum ſignificar, ad omne opus bonum paratum. quocunq; enim uerteris quadratum, firmiter ſtabit. Quòd bitumine glutinantur arcæ ligna intrinſecus & extrinſecus, ut in cõpage unitatis ſignificetur tolerãtia charitatis, ne ſcandalis eccleſiam tentantibus ſiue ab his qui intus ſunt, ſiue ab his q foris ſunt, cedat fraterna iũctura, & ſoluatur uinculũ pacis. Eſt enim bitumen feruentiſſimũ gluten, ſignificans dilectionis ardorem, ui magnæ fortitudinis ad tenendã ſocietatem ſpiritalẽ omnia tolerantem. Quòd arca trecentis cubitis longa eſt, ut ſexies quinquaginta cõpleãtur, ſicut ſex ętatib. omne huius ſeculi tẽpus extẽditur. In omnibus quibus Chriſtus nunquã deſtitit prædicari. In quinta per prophetiã prædictus, in ſexta per Euangeliũ diffamatus. Poteſt quidẽ & in his trecẽtis cubitis ſignũ ligni paſſionis oſtendi. Ipſius enim literę numerus crucis demõſtrat ſignũ quo ſocij paſſionis Chriſti effecti per baptiſmũ longitudinem uitæ æternę adipiſcuntur. Quòd uerò cubitis quinquaginta latitudo eius expãditur. Sicut Apoſtolus dicit: Cor noſtrum dilatatũ eſt. Vnde niſi charitate ſpiritali. propter quod ipſe iterum dicit: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis. Quinquageſimo enim die poſt reſurrectionẽ ſuã Chriſtus ſpiritũ ſanctum miſit, quo corda credentiũ dilatauit. Quòd aũt altitudo eius XXX. cubitis ſurgit, quẽ numerũ decies habet in trecentis cubitis lõgitudo: qa Chriſtus eſt altitudo noſtra, qui triginta annorũ ętatẽ gerens, doctrinã Euangelicã cõſecrauit: cõteſtans legẽ nõ ſe ueniſſe ſoluere, ſed adimplere. Lex aũt in decẽ præceptis agnoſcitur, unde decies tricenis arcæ longitudo perficitur. Vnde & ipſe Noe ab Adam decimus cõputatur, ꝙ ſexies longa ad latitudinem ſuam, & decies ad altitudinem ſuã humani corporis inſtar oſtendit, in quo Chriſtus apparuit. Corporis enim lõgitudo, quæ à uertice uſq; ad ueſtigium ſexies tantum habet quã latitudo, quæ eſt ab uno latere ad alterum latus, & decies tantũ quantũ latitudo. Cuius latitudinis menſura eſt in latere à dorſo ad uentrẽ, uelut ſi iacentem hominẽ metiaris ſupinum ſeu pronum, ſexies tantum longitudinis eſt à capite uſq; ad pedes, quàm latus à dextera in ſiniſtram, uel à ſiniſtra in dextram, & decies quàm altus à terra. Vnde facta eſt arca trecentorum in longitudine cubitorum, & quinquaginta in latitudine & triginta in altitudine. Itẽ quòd eadem arca collecta in unũ cubitũ deſuper conſummatur: ſic & eccleſia corpus Chriſti in unitatẽ collecta ſublimatur & perficitur. Vnde dicitur in Euangelio: Qui mecũ nõ colligit, ſpargit. quod autem aditus ei fit à latere, id eſt, quod nemo intrat in eccleſiã, niſi per ſacramentum remiſſionis peccatorũ, quod de Chriſti latere aperto manauit. Quod uerò inferiora arcę bicamerata, & tricamerata conſtruuntur, ſicut ex omnibus gentibus uel bipertitã multitudinẽ congregat eccleſiã. Propter circũciſionẽ & præputiũ, uel tripertitam propter filios Noe: quorum ꝓgenie repletus eſt orbis. & ideo arcę inferiora iſta dicta ſunt, quia in hac uita terrena eſt diuerſitas gentiũ. In ſummo autẽ oẽs cõſummamur in unũ, & nõ eſt iſta uarietas quia omnia omnib. Chriſtus eſt tanq; nos uno cubito deſuper cœleſti unitate cõſummãs. Qđ autem cuncta animalium genera includuntur in arca, ſignificat quia ex omnibus gentibus & nationibus congregatio fit in eccleſia. Quod etiã Petro demonſtratus diſcus ille ſignificat, ꝙ munda & immũda ſint ibi animalia, ſicut in eccleſiæ ſacramentis & boni & mali uerſantur. Quòd ſeptena ſunt munda, & bina immunda: non quia pauciores ſunt mali, quã boni, ſed qa boni ſeruant unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Sanctum autem ſpiritum diuina ſcriptura in ſeptiformi operatione cõmendat: ſapientiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis, ſciẽtiæ & pietatis & timoris Domini. Vnde & ille numerus quinquaginta dierũ ad aduẽtum ſancti ſpiritus pertinens in ſepties ſeptenis. Qui fiunt quadraginta nouẽ uno addito conſummatur, propter quod dictum eſt: Studẽtes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Mali aũt in binario numero ad ſchiſmata faciles, & quodam modo diuiſibiles oſtenduntur. Quòd Noe ipſe cũ ſuis octauus numeratur, ſignificat qa in Chriſto ſpes reſurrectionis noſtræ apparuit: quia octaua die. i. poſt ſabbati ſeptimũ primo à mortuis reſurrexit. Qui dies à paſſiõe tertius, in numero aũt dierum, qui per omne tempus uoluitur, & octauus & primus eſt. Quòd poſt ſeptẽ dies ex quo ingreſſus eſt Noe in arcã, diluuiũ factum eſt: hoc eſt, quia in ſpem futurę quietis, quæ ſeptimo die ſignificata eſt, baptizamur. Quòd uerò pręter arcam omnis caro, quã terra ſuſtentabat, diluuio cõſumpta eſt: ſignificat quia præter eccleſiæ ſocietatem aqua baptiſmi quãuis eadẽ ſit, non ſolũ nõ ualeat ad ſalutẽ, ſed ualeat potius ad ꝑniciẽ. Quòd aũt quadraginta diebus & quadraginra noctibus pluit, quia oĩs reatus peccatorũ in X. pręceptis legis admittitur ꝑ uniuerſum orbẽ terrarũ, q quatuor partibus cõtinetur. Decẽ pręcepta quater ducta, quadraginta fiunt: ſiue ille reatus, ꝙ ad dies pertinet, ex rerũ proſperitate, ſiue ꝙ ad noctes ex rerũ aduerſitate cõtractus ſit ſacramẽto baptiſmi cœleſtis abluitur. Qđ Noe qngẽtorũ erat annorũ, cũ ei locutus eſt Dñs, ut arcã ſibi faceret, & ſexcẽtos habebat annos, cũ in ea fuiſſet ingreſſus. Vnde intelligitur per cẽtum annos arca fabricata: quid aliud hic uidentur centum anni ſignificare, niſi ætates ſingulas ſeculi.

Vnde

Vnde iſta ſexta ætas quæ cōpletis quingentis uſq; ad ſexcentos, ſignificatur in manifeſtatione Euangelii & eccleſiam conſtruit. & ideo qui ſibi ad uitam cōſulit, ſit uelut quadratum lignū, paratus ad omne opus bonum, & intret in fabricam ſanctam: quia & ſecundus menſis anni ſexcēteſimi, quo intrauit Noe in arcā, eandem ſenariā ætatē ſignificat. Duo enim mēſes ſexagenario numero concluduntur: à ſenario autē numero & ſexaginta cognominantur & ſexcēti, & ſex milia. & 60. milia & ſexcenta milia & ſexcenties, & quicquid deinceps in maioribus ſummis per eundem articulū numerus in infinita incrementa conſurgit: & quòd uiceſimus & ſeptimus dies menſis cōmemoratur, ad eiuſdem quadraturę ſignificationem pertinet, quę iam in quadratis lignis expoſita eſt. Sed hic euidentius, quia nos ad omne opus bonum paratos, id eſt, quodammodo cōquadratos trinitas perfecit in memoria, qua Deū recolimus intelligētia, qua cognoſcimus in uoluntate, qua diligimus. Tria enim ter, & hoc ter fiunt 27. qui eſt numeri ternarij quadratus. Quòd uerò ſeptimo menſe arca reſedit, hoc eſt requieuit ad illā ſeptimā requiē ſignificatio recurrit: & quia perfecti requieſcūt, ibi quoq; quadraturæ illius numerus iteratur. Nam uiceſima ſeptima die ſecūdi menſis, cōmendatum eſt hoc ſacramentum: & rurſum uiceſima ſeptima die menſis ſeptimi eadem commēdatio confirmata eſt, cum arca requieuit. Quòd enim promittitur in ſpe, hoc exhibetur in re. Porrò quia ipſa ſeptima requies cum octaua reſurrectione coniungitur. Neque enim reddito corpore finitur requies, quæ poſt hanc uitam excipit ſanctos. ſed potius totum hominē, nō adhuc ſpe, ſed iam re ipſa omni ex parte ſpiritus & corporis perfecta & immortali ſalute renouatum æternæ uitæ munus aſſumit. Quia ergo ſeptima requies cū octaua reſurrectione coniungitur, & hoc in ſacramento regenerationis noſtræ, id eſt, in baptiſmo, altū profundumq; myſterium eſt, quòd quindecim cubitis ſupercreuit aqua, excedens altitudinē montium. Octo itaq; & ſeptem, quindecim faciunt. Sed octo ſignificant reſurrectionē, ſeptē quietem. Hoc igitur ſacramentum reſurrectionis & quietis trāſcendit omnē ſapientiā ſuperborum, ita ut nullatenus poſsit indagare ſcientiæ ſuæ altitudinem reſurrectionis quietem: & quia ſeptuaginta à ſeptem & LXXX. ab octo dinumerantur, coniuncto utroq; numero centū quinquaginta diebus exaltata eſt aqua, eandem commendans nobis atq; confirmans altitudinem baptiſmi in cōſecrandum nouum hominem, ad tenendam quietis & reſurrectionis fidem. Quòd poſt dies quadraginta emiſſus coruus non eſt reuerſus, aut aquis utiq; interceptus, an aliquo ſupernatāti cadauere illectus, ſignificat homines immundicia cupiditatis deterrimos, & ob hoc ad ea quæ foris ſunt, in hoc mundo retentos, aut re baptizari ab his præter arcam, id eſt, præter eccleſiam baptiſmus occidit, ſeduci & teneri. Quod columba emiſſa non inuenta requie reuerſa eſt: oſtendit per nouum teſtamentum requiem ſanctis in hoc mundo non eſſe promiſſam. Poſt quadraginta enim dies emiſſa eſt, qui numerus uitam quę in hoc mundo agitur ſignificat. Deniq; poſt ſeptē dies dimiſſa columba propter illam ſeptenariā operationem ſpiritalem oliuæ fructuoſum ſurculum retulit: quo ſignificaret nonnullos etiam extra eccleſiam baptizatos, ſi in eis pinguedo non defuerit charitatis, poſteriori tempore quaſi ueſpere more columbæ tāquam in oſculo pacis ad unitatis ſocietatem poſſe perduci. Quod poſt alios ſeptem dies dimiſſa, & nō reuerſa: ſignificat finem ſeculi, quando erit ſanctorum requies, non adhuc in ſacramento ſpei, quod in hoc tempore conſociatur quamdiu uiuitur, quod de Chriſti latere manauit: ſed iam in ipſa perfectione ſalutis æternæ cum tradetur regnum Deo & patri, ut in illa perſpicua contemplatione incommutabilis ueritatis nullis miniſterijs corporabilibus egeamus.

DISCIPVLVS. Cur ſexcenteſimo & uno anno uitę Noę, id eſt, peractis ſexcentis aperitur arcæ tectū. M. Finita quippe ſexta ætate ſeculi reuelabitur abſconditum ſacramētum atq; promiſſum. D. Cur uiceſimo & ſeptimo die ſecundi menſis dicitur ſiccaſſe terra, tanquam finita eſſet iam baptizandi neceſsitas? M. In numero etenim dierū quinquageſimo & ſeptimo ipſe eſt enim dies ſecundi menſis uiceſimus ſeptimus, qui numerus ex illa coniunctione ſpiritus & corporis ſepties octonos habet, uno addito propter unitatis uinculum. D. Cur de arca coniuncti exeunt, qui diſiuncti intrauerant? Sic enim dictum erat, quòd intrauerint in arcam Noe & filij eius, uxor eius, & uxores filiorum eius, ſeorſum uiri & ſeorſum fœminę commemoratæ ſunt. M. Quia igitur in hoc tempore caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, ad typum illum diſiuncti intrauerant: poſtmodum autem exeunt Noe & uxor eius, filij eius & uxores filiorum eius. Hoc eſt, coniuncti maſculi & fœminæ: quia in fine ſeculi, & in reſurrectione iuſtorum omnimoda & perfecta pace ſpiritui corpus adhærebit in illa mortalitatis indigentia uel concupiſcentia reſiſtente. Quòd dantur eis in eſcam cuncta animalia, ſicut in illo diſco Petro dicitur, Macta & manduca: quod eiecto ſanguine iubentur manducare, ne uita priſtina quaſi ſuffocato in conſcientia teneatur, ſed habeant tanquam effuſionem per confeſsionem. Quòd uerò teſtamentum poſuit Deus inter ſe & homines atque omnem animā uiuam ne perdat eam diluuio: arcum ſcilicet qui apparet in nubibus, qui nunquam niſi de ſole reſplendet. Illi enim nō pereunt diluuio, qui in propheris & in omnibus diuinis ſcripturis tanquā in Dei nubibus agnoſcunt Chriſti gloriam, non quærunt ſuam.

HIERONYMVS in libro locorum dixit: Ararat in Armenia, ſiquidem in montibus. Ararat, arca poſt diluuiū ſediſſe perhibetur, & dicuntur

ceſtur ibidem uſq; hodie eius manere ueſtigia. Meminit horum montiũ & Hieremias in uiſione contra Babylonem. Ioſephus quoq; in primo Antiquitatum Iudaicarum libro, ſecularium literarum hiſtorias proferens: Animaduertẽs, inquit, Noe terram diluuio liberatã, ſeptem alios dies abire permiſit, & uniuerſa animalia beſtiasq; patentibus clauſtris emittens ipſe cum ſua prole egreſſus eſt: immolans Deo hoſtias, gaudensq; cum liberis. Hũc locũ Armenij exitum uel egreſſus uocant: ſiquidem ibi cultores illarum regionum arcam primũ ſediſſe teſtantur, & lignorum quædam ſupereſſe monumenta. Arcæ huius & diluuij, omnes qui barbaras ſcripſere hiſtorias, recordantur: quorum eſt unus Beroſus Chaldæus, qui ſuper diluuio referens, hæc locutus eſt: Dicitur huius nauis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere, & quoſdam bitumẽ ex ea auellentes circumferre, quo utuntur uel maxime hi qui luſtrantur & ſe expiant. ſed & Hieronymus Aegyptius, qui antiquitates Phœnicũ pulchro ſermone cõſcripſit, & Mnaſeas & multi alij. Nicolaus quoq; Damaſcenus in nonageſimo ſexto libro refert: Eſt in Armenia ſuper Myniadem moos nomine Bearis: ad quẽ multos in diluuio confugiſſe autumant, ibiq; ſaluatos eſſe. Alios uerò in arcæ alueo ſupernatantes ad eius uerticem perueniſſe, & uſq; ad multas ætates ligna arcę monſtrari ſolita: quos quidẽ ego puto non eſſe alios, niſi eos quos Moyſes legiſer Hebræorum in ſuis uoluminibus edidit. De arca quoq; ipſe poeta cecinit ita.

Nuncia diluuij iam decreſcẽtis ad arcam,
Ore colũba refert ramum uiridantis oliuę.
Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus,
Hæſerat: illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

HIERONYMVS.

Et erãt filij Noe qui egreßi ſunt de arca: Sem, Cham & Iapheth.] Frequenter ſeptuaginta interpretes non ualentes Heth literam, quæ duplicem aſpirationem habet, in Gręcum ſermonem uertere, chi Græcam literam addiderunt: ut nos docerent in iſtiuſmodi uocabulis aſpirare debere. Vnde & in præſenti loco Cham tranſtulerunt, pro eo quod eſt Ham, quo & Aegyptus uſq; hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur.

Plantauit autem Noe uineam, bibẽsq; uinum inebriatus eſt, & cætera, uſque Facieſq; eorum auerſæ erant, & patris uirilia non uiderunt.

Iam uerò illud quod poſt diluuium de uinea, quam plãtauit Noe, inebriatus eſt, & nudatus eſt in domo ſua: cui nõ appareat Chriſti eſſe figura, qui inebriatus eſt, dum paſſus eſt. Nudatus eſt, dum crucifixus eſt in domo ſua, id eſt, in gẽte ſua, & in domeſticis ſanguinis ſui utiq; Iudæis. Tunc enim nudatus eſt mortalitas carnis eius, quam nuditatem, id eſt, paſſionẽ Chriſti uidens Cham deriſit: & Iudæi Chriſti mortẽ uidẽtes ſubſannauerunt. Sem uerò & Iapheth tanquam duo populi ex circũciſione & præputio credẽtes, cognita nuditate patris, qua ſignificabatur paſsio Saluatoris, ſumentes ueſtimẽtum poſuerunt ſuper dorſa ſua: & intrãtes auerſi operuerunt nuditatem patris, nec uiderunt quod uerenda texerunt. Quodam enim modo paſsionem Chriſti uelamento tegimus, id eſt, ſacramento honoramus, eiusq; myſterij rationem reddentes, Iudæorum detractionẽ operimus. Veſtimentum enim ſignificat ſacramentum, dorſa memoriã prçteritorum: quia paſsionem tranſactam Chriſti celebrat eccleſia, non adhuc proſpectat futuram. medius autem frater Cham, id eſt, impius populus Iudęorũ: ideo medius, quia nec primatum apoſtolorum tenuit, nec ultimus in gentibus credidit. Vidit nuditatem patris, quia cõſenſit in nece Domini Saluatoris. Poſt hæc nunciauit foras fratribus. Per eum quippe manifeſtatum eſt, quod erat in propheta ſecretum: ideoq; fit ſeruus fratrum ſuorũ. Quid eſt enim aliud hodieq; gens ipſa niſi quædam ſcrinaria Chriſtianorum, baiulans legem & prophetas ad teſtimonium aſſertionis eccleſiæ, ut nos honoremus per ſacramentum, quod nunciant illi per literam.

Expergefactus itaq; Noe, cum didiciſſet quod fecerat ei filius ſuus minor, ait: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem.]

Quomodo hoc intelligendum eſt?

HIERONYMVS. De Sem Hebræi, de Iapheth populus gentium naſcitur. Quia igitur lata eſt multitudo credentium, à latitudine quę Iapheth dicitur, latitudo nomẽ accepit. Quod autem ait: Et habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui in eruditione & ſcientia ſcripturarum eiecto Iſraele uerſamur.

EXPLANATIO SPIRITALIS.

Poſt hæc itaq; benedicuntur duo illi, qui nuditatem patris honorauerunt. Benedictus nãque Dominus Deus Sem. ſit Chanaan puer illius. Dilatet Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. hic Sem maior natu, ex quo patres & prophetę & apoſtoli nati ſunt, atq; generati. Iapheth autem gentium eſt pater, qui etiam latitudo interpretatur. Cum ingentii enim multitudine dilatatus eſt populus ex gentibus, qui cum prophetis & apoſtolis erat habitaturus. Siquidem & uidemus iuxta Noe propheticam patris benedictionẽ in tabernaculo Sem, tranſiſſe habitationem Iapheth: hoc eſt, in domum legis & prophetarum eccleſiam potius iuſtificari. minorem quidem temporum, ſed gratia lege maiorem. Cham porrò qui interpretatur callidus, medius filius tanquam ab utroq; diſcretus, nec in primitijs Iſraelitarum, nec in plenitudine gentiũ permanens, ſignificat non ſolum Iudæorum, ſed etiam hæreticorum genus callidum, non ſpiritu ſapientiæ, ſed impatientiæ, quo ſolent hęreticorum ſeruere primordia, & pacem perturbare ſanctorum: ſed & omnes qui Chriſtiano uocabulo gloriantur, & perditè uiuunt, ipſius figuram geſtare uidentur. Paſſionem quippe Chriſti, quæ illius hominis nuditate

ditate ſignificata eſt, & annunciant bene profitendo, & malè agẽdo exhonorant. De talibus ergo dictum eſt, Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Ideo & Chã in filio ſuo maledictus eſt, tanquam in fructu ſuo, id eſt, in opere ſuo. Vnde conuenienter & ipſe filius eius Chanaan, q interpretatur motus eorum. Quod aliud quid eſt, quàm opus eorum. Item quòd Cham peccãte poſteritas eius damnatur: ſignificat quòd reprobi hic quidem delinquũt, ſed in poſterũ, id eſt, in futurum ſententiam damnationis accipiunt. Sed & plebs Iudaica, quæ Dominũ crucifixit, etiam in filios pœnam damnationis ſuæ transmiſit. Dixerunt enim: Sãguis huius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Benedictis igitur duobus filijs Noe, atq; uno in medio eorum maledicto: deinceps generationes eorum texuntur, ex quibus ſeptuaginta duæ gẽtes ortę ſunt, id eſt, quindecim de Iapheth, triginta de Chã, uigintiſeptem de Sem.

DE AEDIFICATIONE TVRRIS,
&c. uſq; ad diuiſionem linguarum.

PRimus autem poſt diluuium inter homines Nẽroth, filius Chus noua imperij cupiditate tyrannidem arripuit. Regnauitq; in Babylonia, quæ ab eo quòd ibi confuſæ ſunt linguę Babel appellata eſt, quod interpretatur confuſio, cuius ædificandę turris idem Nemrod extitit auctor: quiq; pro eo quod ultra naturam ſuam cœli alta penetrare contendit, non incongrue diabolo cõparatur, qui cogitatione cordis ſui intumeſcens, ſuper ſidera exaltare ſe uoluit, id eſt, ſuper omnem poteſtatem angelorum Deo ſe coæquare diſponens, dum dicit: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſſimo. Quod autem dicitur uenator, quid ſignificatur hoc nomine, niſi animarum terrigenarũ deceptor, & capiens homines ad mortem. Turris eius, ſuperbia huius mundi eſt, uel impia dogmata hæreticorum, qui poſtquam moti ſunt ab oriente, id eſt, à uero lumine receſſerãt, & uenerunt in campum Sennaar, qui interpretatur excuſſio dentiũ, ſtatim aduerſus Deum impietatis ſuę ędificãt turrim, ac dogmatũ ſupbiã nefario auſu conſtringunt: uolẽtes curioſitate nõ licita ipſius cæli alta penetrare, ſed ſicut illi per ſuperbiam ab una lingua in multis diuiſi ſunt, ita & hæretici ab unitate fidei confeſsione ſegregati inter ſe diuerſitate erroris, quaſi per diſſonantiam linguæ inuicem ſe cernuntur, & quos armat aduerſus Deum elatæ conſpirationis pernicioſa cõſenſio. Rurſum intercedente dogmatum diſcordia diuidit, oborta repentè confuſio: quos quidem ipſa trinitas damnat, in quam offendunt, ipſa eos diſpergit dum dicit: Venite & confundamus ibi linguam eorum. in uarietate utiq; erroris ſiue ſchiſmatum. Eo autem tempore quando linguarũ facta eſt uarietas, in ſola domo Heber, quæ antea fuit lingua remanſit: nunc quoq; in ſola eccleſia quæ eſt domus Chriſti, unitatẽ eſſe confeſsionis & fidei pacem diuiſis omnibus reprobis reſtat.

NVNC DE GENTIVM DIVISIO-
nibus ſecundum Hieronymum uideamus.

FIlij Iaſeth, Gomer & Magog, & Madai & Iauan & Thubal, & Moſoch, & Thiras. Iapheth filio Noe nati ſunt ſeptem filij, qui poſſederunt terram in Aſia ab Amano & Tauro Syri.e cœles & Cilicię montibus, uſq; ad fluuium Tanaim, in Europa uerò uſque ad Gadira, nomina locis & gentibus relinquentes, è quibus poſtea immutata ſunt plurima, cætera permanent ut fuerunt. Sunt autem Gomer, Galatę: Magog, Scythæ: Madai, Medi: Sauan, Iones q & Græci: unde & mare Ionium: Thubal Iberi, qui & Hiſpani, à quibus Celtiberi, licet quidã Italos ſuſpicẽtur. Moſoch, Cappadoces: unde & urbs apud eos uſq; hodie Mazaca dicitur. Porrò ſeptuaginta interpretes Caphthorim Cappadocas arbitrantur: Thiras, Thraces, quorum non ſatis immutatum uocabulum eſt. Scio quẽdam Gog & Magog, tam de præſenti loco, quàm de Ezechiel ad Gothorum nuper in terra noſtra uagantium hiſtoriam retuliſſe. Quod utrum uerum ſit, prælij ipſius fine monſtrabitur. Et certè Gothos omnes retro eruditi, magis Getas quàm Gog & Magog appellare conſueuerunt. Hę itaq; ſeptem gentes, quas de Iapheth uenire ſtirpe memoraui, ad aquilonis partem habitãt. Filij Gomer Aſchanaz & Ripbat & Thogarma. Aſchanaz Gręci Reginos uocãt. Riphat, Paphlagones: Thogarma, Phrygas: filij Iauan, Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim. Ab his diuiſæ ſibi inſulæ nationũ in terris ſuis. Vir ſecundum linguam ſuam & cognationem & gentem ſuam. De Ionibus, id eſt, Græcis naſcuntur Eliſei, qui uocantur Aeoles: unde & quinta lingua Gręcię Aeolis appellatur, quam illi uocant [illegible]. Tharſis Ioſephus Cilicas arbitratur, θ aſpirationis literam uitioſe à poſteris in τ dicens fuiſſe corruptam, unde & metropolis eorum ciuitas Tharſus appellatur Paulo Apoſtolo glorioſa. Cethim ſunt Citij, à quibus hodie quoq; urbs Cypri Citium nominatur. Dodanim, Rhodij. ita enim ſeptuaginta interpretes trãſtulerunt. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & Siſinnij Capitonis, & Gręcum Phlegonta, cæterosq; eruditiſsimos uiros, & uidebimus omnes penè inſulas & totius orbis litora terraſq; mare uicinas Græcis accolis occupatas, qui ut ſupra diximus, ab Amano & Tauro montibus omnia maritima loca uſq; ad oceanum poſſedere Britãnicũ. Filij Chan, Chus & Meſraim, & Phut, & Chanaam. Chus uſq; hodie ab hebręis Aethiopia nũcupatur: Meſraim, Aegyptus: Phut, Libye à quo & Mauritaniæ fluuius uſq; in præſens Phut, omniſq; circa eum regio Phutenſis. Multi tam Græci quã Latini ſcriptores huius rei teſtes ſunt. Quare autem in una tantum climatis parte, antiquum nomen Lybie reſederit, & reliqua terra uocata ſit Aphryca, diſſerere non huius loci nec temporis eſt. Porrò

Chanaan

Chanaan obtinuit terram, quam Iudæi deinceps poſſederūt eiectis Chananeis. Filij Chus, Saba, Heuila, Sabatha, Regma, Sabathaca. Saba, à quo Sabęi, de quibus Virgilius: Soliſq; eſt Thurea uirga Sabæis, & alibi: Centumq; Sabæo Thure calent aræ. Heuila, Gethuli, in parte remotioris Affricæ, eremo cohærentes. Sabatha, à quo Sabatheni, qui nunc Aſtabari nuncupantur. Rhegma uerò & Sabathaca paulatim antiqua perdidere uocabula, & quę nūc pro ueteribus habeant, ignoratur. Filij Rhegma, Saba & Dadan. hic Saba per Schin literā ſcribitur: ſupra uerò per Samech, à quo diximus appellatos Sabæos, interpretatur uerò nunc Saba Arabia. Nam in LXXI. Pſalmo, ubi nos habemus, Reges Arabum & Saba munera offerent: in Hebræo ſcriptū eſt, Reges Saba primum nomen per ſchin, ſecundum per ſamech. Dadan gens eſt Aethiopiæ in occidentali plaga, & Chus genuit Nemrod, de quo iam ſuperius mentionem fecimus. Iſte cœpit eſſe potens in terra. & poſt pauxillum: Et fuit, inquit, caput regni ipſius Babel & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar. Nemrod filius Chus arripuit, ut ſuprà diſſeruimus, inſuetā prius in populo tyrannidem, regnauitq; in Babylone, quæ ab eo quod ibi confuſæ ſunt linguæ, turrem ædificantium, Babel appellata eſt. Babel autem interpretatur confuſio. Regnauit autē & in Arach, hoc eſt, in Edeſſa, & in Achad, quæ nunc dicitur Niſibis, & in Calāne, quæ poſtea uerſo nomine à Seleuco rege eſt dicta Seleucia, uel certè quæ nunc [illegible] appellatur. De terra illa exijt Aſſur, & ædificauit Niniuen & Rohoboth ciuitatem. de hac terra Aſſyriorum pullulauit imperium, qui ex nomine Nini Beli filij Ninum condiderunt, urbem magnam quā Hebræi appellant Niniuen, ad cuius ruinā uel pœnitentiam tota Ionæ pertinet prophetia. Quòd autem ait: Niniuen & Rohoboth ciuitatem, non putemus duas eſſe urbes: ſed quia Rohoboth plateæ interpretātur, ita legendum eſt, Et ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis. Sequitur. Et Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim & Nephtuim, & Phetroſim & Chasloim. è quibus ęgreſſi ſunt Philiſtim, & Caphtorim exceptis Labaim, à quibus Libyes poſtea nominati ſunt, qui prius Phutei uocabātur: & Chasloim, qui deinceps Philiſtijm appellati ſunt, quos nos corruptè Palæſtinos dicimus. Cæterę ſex gentes ignotę nobis ſunt, quia bello Aethiopico ſubuerſæ uſq; ad obliuionē pręteritorum nominum peruenere. Poſuerunt autem terrā à Gaza uſq; ad extremos fines Aegypti. Sequitur. Et Chanaan genuit Sidonē, primogenitum ſuum, & Chettęum & Iebuſæū & Amorręum, & Gergeſęum, & Euæū, & Aracæum, & Sinæum, & Aradium, & Samaræum, & Amsthæum. De Chanaan primus natus eſt Sidon, à quo urbs in Phœnice Sidon uocatur. Dein Aracæus, qui Arcas condidit oppidum, contra Tripolim in radicibus Libani ſitum. à quo haud procul alia ciuitas fuit nomine Sim: quę poſtea uario euentu ſubuerſa bellorum, nomen tantummodo loco priſtinum reſeruauit. Aradij ſunt, qui Aradum inſulam poſſederunt anguſto freto à Phœnicis litore ſeparatam. Samaræi quibus Edeſſa nobilis Syriæ cœles ciuitas Amath uſq; ad noſtrum tempus, tam à Syres quàm ab Hebræis, ita apud ueteres dicta fuerat, appellatur. Hanc Macedones, qui poſt Alexandrum morientem regnarunt, Epiphaniā nuncupauerunt. Nonnulli Antiochiam ita appellatam putant. alij licet non uerè, tamen opinionem ſuam quaſi ueri ſimili uocabulo conſolantes, Emath primam ab Antiochia manſionem Edeſſam pergētibus appellari putant: & eandem eſſe, quę apud ueteres dicta ſit Emach. Et fuit terminus Chananorrum à Sidone, donec uenias in Gerara uſq; ad Gazam pergentibus Sodomam & Gomorram, & Adamam, & Seboim, uſq; ad Laſan. quia cæterę ciuitates, Sidon uidelicet & Gerara & Sodoma & Gomorra, & Adama & Seboim, notę ſunt omnibus. Hoc tamen adnotandum uidetur, quod Laſa ipſa ſit, quæ nunc Calirrhoe dicitur, ubi aquę calidæ prorumpentes in mare mortuum defluūt. Filij Sem, Elam & Aſſur & Arſaxat, & Lud, & Aram. Hi ab Eufrate fluuio partem Aſiæ uſq; ad Indicum oceanum tenent. Eſt autem Elam, à quo Elamitæ principes Perſidis. de Aſſur iā ante dictum eſt, quòd Ninum urbem condiderit. Arphaxad, à quo Chaldei: Lud, à quo Lydij: Aram, à quo Syri, quorum metropolis eſt Damaſcus. Filij Aram, Hus & Vl & Gether & Mes. Huz Trachonitidis & Damaſci cōditor: inter Paleſtinam & Cœlen Syriam tenuit principatum, à quo ſeptuaginta interpretes in libro Iob, ubi in Hebræo ſcribitur, Terra Huz regionem Auſitidem, quaſi Huſitidem tranſtulerunt. Vl, à quo Armeni: & Gether, à ꝗ Acarnanij ſiue Carij. Porrò Mes, pro quo ſeptuaginta interpretes Moſoch tranſtulerunt, qui nunc uocantur Mæones. Arphaxad genuit Sela, & Sela genuit Heber. Ex Heber nati ſunt duo filij: nomen uni Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra, & nomen fratris eius Iectā. Heber, à quo Hebręi uaticinio quodam filio ſuo Phaleg nomen impoſuit: qui interpretatur diuiſio, ab eo quòd in diebus eius linguæ in Babylone diuiſæ ſunt. Iectā genuit Helmodad & Saleph, & Aſermoth, & Iare, & Aduram, & Vzai, & Decla, & Hebal, & Abimael, Seba & Ophir, Hæuila & Iobab. Harum gentium poſteriora nomina inuenire nō potui, ſed uſq; in pręſens, quia procul à nobis ſunt, uel ita uocātur ut primum, uel quę immutata ſint, ignoratur. Poſſederunt autem à Cophene fluuio omnem Indiæ regionem, quæ uocatur Ieria. Sequitur.

Phaleg filius Heber genuit Reu. Reu genuit Sarug. Sarug genuit Nachor. Nachor genuit Thare. Hæ ſunt autem generationes Tharę. Thare genuit Abram & Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Loth, mortuuſq; eſt Aran ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorū. De hoc quoq; capitulo quod

Hieronymus

Hieronymus in libro Quæſtionum Hebraicarum ſenſerit inſeramus. Sequitur. Et mortuus eſt Aran ante patrem ſuum in terra, qua natus eſt in regione Chaldæorum. pro eo quod legimus, In regione Chaldæorum, in Hebręo habetur, ur Chaſdim: id eſt, in igne Chaldeorũ. Tradunt Hebræi iſtiuſmodi fabulam ex hac occaſione eſſe, quòd Abraham in ignem miſſus ſit, quia ignem adorare noluerit, quẽ Chaldei colunt, & Dei auxilio liberatus de idolatrię igne profugerit: quod in ſequẽtibus ſcribitur egreſſum eſſe Tharan cum ſobole ſua de regione Chaldęorum: pro eo quod in Hebręo habetur, De incendio Chaldęorũ. & hoc eſſe quod nũc dicitur: Mortuus eſt Aran ante cõſpectũ Tharæ patris ſui in terra natiuitatis ſuæ, in igne Chaldæorum: quòd uidelicet ignem nolens adorare, igne conſumptus ſit. Loquitur autẽ Dominus poſtea ad Abraham: Ego ſum, qui eduxi te de igne Chaldæorum. Sequitur.

Et aſſumpſerunt Abram & Nachor ſibi uxores. Nomen uxoris Abram Sarai, & nomẽ uxoris Nachor Melcha, filia Axam. Pater aũt Melchæ, ipſe eſt pater Ieſcæ. Aran filius Tharæ, frater Abræ & Nachor duas filias genuit Melchã & Sarai, cognomẽto Ieſcan διώνυμον: è quibus Melcham accepit uxorẽ Nachor, & Sarai Abram. Nec dum quippe inter patruos & fratrẽ filias nuptiæ fuerant lege prohibitæ, quæ in primis hominibus & inter fratres & ſorores initæ ſunt.

HIERONYMVS. D. Erat autem Abram LXX. & quinq; annorum, quando egreſſus eſt ex Charram. Indiſſolubilis naſcitur quęſtio. Si enim Thara pater Abrahæ, cum adhuc eſſet in regione Chaldęa, LXX. annorũ genuit Abrã & poſtea in Charran, CCV. ætatis ſuæ anno mortuuș eſt: quomodo nunc poſt mortẽ Tharę Abram exiens de Charra LXXV. annorum fuiſſe memoratur, cũ à natiuitate Abrę, uſq; ad mortem patris eius, CXXXV. anni fuiſſe doceantur. M. Vera eſt igitur illa Hebræorum traditio, quã ſuprà diximus, quòd egreſſus ſit Thara cum filijs ſuis de igne Chaldęorum: & quòd Abram Babylonio uallatus incẽdio, quia illud adorare nolebat, Dei ſit auxilio liberatus: & ex illo tempore dies uitæ & tempus reputetur ætatis, ex quo confeſſus eſt Dominum ſpernens idola Chaldæorum. Poteſt autem fieri, ut quia ſcriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thara de Chaldæa profectus, uenerit in Charran quàm mortem obiret. uel certè ſtatim poſt perſecutionem in Charram uenerit, & ibi diutius ſit moratus. Si quis ergo huic expoſitioni contrarius eſt, quærat aliam ſolutionem, & tunc rectè ea quę à nobis dicta ſunt, improbabit.

ISIDORVS.

Locutus eſt Dominus ad Abraham dicens: Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram, quam monſtrabo tibi, faciamq; te in gentem magnam. &c. uſque, Benedicentur in te uniuerſæ cognationes terræ.

Quis autem alius exijt in Abraham de terra ſua, & de cognatione ſua, ut apud exteros locupletaretur, ut eſſet in gentem magnã: niſi Chriſti, qui relicta terra & cognatione Iudæorum præpollet nunc, ut uidemus in populis gentiũ. ſed & nobis ad exemplum Chriſti exeundum eſt de terra noſtra, id eſt, de facultatibus mundi huius, operibusq; terrenis: & de cognatiõe noſtra, id eſt, de cõuerſatione & moribus uitijsq; prioribus, quę nobis à noſtra natiuitate cohęrẽtia uelut affinitate quadã & cõſanguinitate cõiuncta ſunt. Siue de domo patris noſtri, id eſt, omni memoria mundi, ut ei renunciantes, poſſimus in populo Dei dilatari, & in terram cœleſtis repromiſsionis cum tẽpus aduenerit introduci. Duæ autem promiſsiones Abrahæ dãtur: una, per quam terram Chanaan poſſeſſurũ ſemen eius promittitur, dum dicit Deus, Vade in terram, quã monſtrauero tibi, faciamq; te in gentem magnam. Alia uerò longè præſtantior non de carnali, ſed ſpiritali ſemine, per quod pater eſt non unius gentis Iſraeliticæ, ſed omniũ gentium, quæ fidei eius ueſtigia cõſequũtur. Quod promitti cœpit his uerbis: Et benedicẽtur in te omnes cognationes terræ. Sequitur.

Apparuitq; Dominus Abræ, & dixit, Semini tuo Dabo terram hanc, &c. uſque, Et uenit ad Sichem, & ad conuallem illuſtrem: uſq;, Perrexitq; uadens, & ultra progrediẽs ad meridiẽ.

Accepto itaq; ſecũdo oraculo de promiſsione terrę ipſius, & ædificauit ibi altare Domino, quod apparuit ei, & profectus inde habitauit in eremo: atq; inde famis inopia pulſus, deſcendit in Aegyptum, ubi uxorem ſuam dixit eſſe ſororem: nec mentitur, quia propinqua erat ſanguine. Quam tamẽ Pharao rex Aegypti uxorem uolens accipere, grãdiſsimis terretur mõſtris, multisq; propter eã malis afflictus: ubi eius eſſe uxorem diuinitus didicit, cõfeſtim illęſam cum honore reſtituit. hoc itaq; cũ de ab Abimelech dicere cœperimus exponemus.

HIERONYMVS. Et proficiſcens Abraham abijt in deſertũ, & fames facta eſt ſuper terram. Notandum quòd in præſenti & in plurimis alijs locis pro deſerto, ad auſtrum ſcriptũ eſt in Hebræo. D. Hoc igitur notare debemus quod ſequitur: Et uiderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eam ad Pharaonem, & introduxerũt eam in domũ eius, & Abrę bene fecit propter eam: & fuerunt ei oues & armenta & aſini & ſerui & ancillæ, muli & cameli. M. Licet corpus ſanctarum mulierũ non uis maculet, ſed uoluntas, & excuſari poſsit Sarai, quòd famis tempore ſola regi in peregrinis locis marito conueniente reſiſtere nequiuerit: tamẽ poteſt & aliter fœda neceſsitas excuſari: quod iuxta librum Heſter, quæcũq; mulierum placuiſſet regi apud ueteres, ſex menſibus ungebatur oleo myrtino, & ſex menſibus in pigmentis uarijs erat, & curationibus fœminarum, & tunc demum ingrediebatur ad regem. atque ita poteſt fieri, ut Sarai poſtquam placuerat regi, dũ per annũ eius ad regẽ præpararetur introitus, & Abræ Pharao multa donauerit, & Pharao poſtea ſit percuſſus à Domino, illa adhuc intacta ab

eius concubitu permanente. Sequitur.

Et aſcendit Abram ex Aegypto ipſe & uxor eius, & omnia quæ illius erant, & Loth cum eo in deſerto. Erat autem Abram diues ualde pecore, argento & auro: & abijt unde uenit, in deſertum uſq; Bethel.] Pulchrè de Aegypto liberatus aſcēdiſſe dicitur. Sed occurrit huic ſenſui illud quod ſequitur, quomodo potuerit exiēs de Aegypto fuiſſe diues ualde: Quod tamen ſoluitur illa Hebraica ueritate, in qua ſcribitur Abram grauis ualde ſiue uehementer: hoc eſt, *βαρὺς σφόδρα*. Aegypti enim pondere grauabatur. & licet uideantur eſſe diuitiæ pecoris, auri & argenti, tamen ſi Aegyptiæ ſunt, uiro ſancto graues ſunt. Deniq; nō ut in LXX. legimus, abijt unde uenerat per deſertum uſque Bethel: ſed ſicut in Hebræo ſcriptum eſt, Abijt in itinere ſuo per auſtrum uſq; Bethel. Idcirco enim de Aegypto profectus eſt, ut non deſertum ingrederetur, cū Aegyptum relinqueret: ſed ut per auſtrum, q aquiloni cōtrarius eſt, ueniret ad domum Dei, ubi fuerat tabernaculum eius in medio Bethel & Hai, in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomē Domini. Reuerſo igitur Abraham ex Aegypto unde uenerat, tunc Loth ab Abram auunculo ſuo in terram Sodomorū ſalua charitate diſceſſit uitans diſcordiā: quia diuites facti erant. & paſtores eorum inuicem rixabantur. Permanſit autē Abrā in terra Chanaan, habitauitq; iuxta quercum Mambre, hęc eſt Hebron. Mambre aūt uocabatur unus amicorum Abraham. Sequitur.

Et uiri Sodomorum mali & peccatores in conſpectu Dei uehementer.] Superfluè hic in Septuaginta interpretibus additum eſt, In conſpectu Dei: ſiquidem Sodomorum coloni apud homines mali & peccatores erant. Ille autem dicitur in cōſpectu Dei peccator, qui poteſt apud homines iuſtus uideri. Quomodo de Zacharia & Elizabeth in præconio ponitur, quod fuerint iuſti ambo in conſpectu Dei. Et in Pſalmo dicitur: Nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis uiuēs.

Locutus eſt autem Dominus ad Abraham, poſtquam diuiſus eſt ab eo Loth: Leua oculos tuos, & uide à loco in quo tu nunc es, ad aquilonem, & ad auſtrum & ad orientē & ad mare, quia omnem terram quam tu uides, tibi dabo eam, & ſemini tuo.

Quatuor climata mundi poſuit, orientem & occidentem, ſeptentrionem & meridianū. Qd autem in omnibus ſcripturis legitur, hic ſemel dixiſſe ſufficiat. mare ſemper pro occidente poni, ab eo quod Palæſtinę regio ita ſit, ut mare in occidentis plaga habeat. Sequitur.

Factum eſt autem in illo tempore ut Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Aelamitarum, & Thadal rex gentium inirent bellum contra regem Sodomorum & regem Gomorræ & regem Adamæ, & regem Seboim, & regem Bale, ipſa eſt Segor.

Omnes hi conſederunt apud uallem ſalſam, hoc eſt mare ſalis. Bale lingua Hebræa *καταπόσις*, id eſt deuoratio dicitur. Tradunt igitur Hebræi hanc eandem in aliu ſcripturarū loco Saliſā nominari. diciq; rurſum, *μόσχον τριετίζουσαν*, id eſt uitulam conterminantem, quod ſcilicet tertio motu terræ abſorpta ſit. Et ex eo tempore, quo Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim diuino igne ſubuerſæ ſint, illa paruula nuncupetur. ſiquidem Segor transfertur in paruā, quæ lingua Syra Zoara dicitur. uallis enim ſalinarum, ſicut in hoc eodē libro ſcribitur, in qua fuerunt ante putei bituminis poſt Dei iram & ſulphuris pluuiam, in mare mortuum uerſa eſt, quod à Græcis *λίμνη ἀσφαλτῖτις*, id eſt, ſtagnum bituminis appellatur. Sequitur.

Hi autem reges memorati tulerunt omnem ſubſtantiam Sodomorum & Gomorreorum, nec non & Loth & ſubſtantiam eius, qui erat nepos Abrahæ, qui habitauit in Sodomis: & ecce unus qui euaſerat, nunciauit Abram Hebræo. Qui cum audiſſet captum Loth numerauit CCCXVIII. uernaculos, quos aſſumens ſecum perſecutus eſt eos. Tulitq; omne quod inuaſerant, pariter & Loth: perſecutusq; eſt eos, uſq; Dan ad Phœnicis oppidum, quod nunc Paneas dicitur.

Dan autem unus eſt è fontibus Iordanis. Nā & alter uocatur Ior, quod interpretatur *ῥεῖθρον*, id eſt, riuus. Duobus ergo fontibus, qui haud procul à ſe diſtant in unum riuulum fœderatis, Iordanis deinceps appellatur.

ISIDORVS. Deinde à quinq; regibus qui Sodomis irruerant, Abram captum Loth liberat habeos ſecum in prælio CCCXVIII. uernaculos. Sed quid hæc uictoria Abræ de quinq; regibus indicabat. quos ille fidei pater myſterio ſuperabat, niſi quod fides noſtra ſi confirmata ſit in ſpiritu principali, tondem corporis noſtri ſenſus uerbo Dei ſubigit. Nam ſicut ille de proximo in regibus uictor ita & fides per animam uictrix de exteriore homine triumphabit. Quod uerò ille non multitudine nec uirtute legionum, ſed tantū CCC & XVIII. comitātibus aduerſarios principes debellauit, iam tunc in ſacramento crucis, cuius figura per tau literam Græcam in numero trecentorum exprimitur, imaginabatur: quod nos Chriſti paſſio liberaret à dominatu quinq; carnalium ſenſuum, qui nos antea uarijs uitijs captiuantes exuperauerant.

Reuertenti igitur à cæde hoſtium Abrahā occurrit ei mox Melchiſedech rex Salem ſacerdos Dei, benedixitq; Abram circumciſo offerens panem & uinum.

HIERONYMVS. Quia ſemel opuſculū noſtrum, uel quæſtionum Hebraicarū, uel traditionum congregatio eſt, propterea quid Hebræi de hoc ſentiāt, inferamus. Aiunt hunc eſſe Sem filium Noe, & ſupputantes annos uitę ipſius oſtendūt, eum ad Iſaac uſq; uixiſſe: omnesq; primogenitos Noe, donec ſacerdotio fungeretur Aaron, fuiſſe pontifices. Porrò Salem rex Hieruſalem dicitur, quæ prius Salem appellabatur. Melchiſedech autem beatus Apoſtolus ad Hebręos ſine patre & matre commemorās, ad Chriſtum refert: & per Chriſtum ad gentiū eccleſiam. Omnis enim corporis gloria refertur ad mēbra, eo quòd pręputium habens Abram benedixerit circumciſo, & in Abram Leui: & per Leui Aaron, de quo poſtea ſacerdotium Ex quo colligi uult, ſacerdotium eccleſiæ habētis pręputium, benedixiſſe circumciſo ſacerdotium Synagogę. Quod autē ait, Tu es ſacerdos

cerdos in æternum ſecundum ordinē Melchiſedech, myſterium noſtrum in uerbo recōciliationis uel ordinis ſignificatur, nequaq̧ per Aaron rationabilium uictimis immolādis, ſed oblato pane & uino, id eſt, corpore & ſanguine Domini Ieſu. Quòd aūt ſuprà diximus eum ab Apoſtolo Paulo ſine patre & matre cōmemoratum, figuraliter refert ad Chriſtū, ut iam oſtēdimus. ipſe eſt enim ſolus de patre ſine matre genitus, per diuinitatem: ipſe de matre ſine patre, per humanitatem. Quod uerò patriarcha magnus decimas omnea ſubſtantiæ ſuæ Melchiſedech ſacerdoti poſt benedictionem dedit, ſciens ſpiritaliter meliorem ſacerdotem futurum in populo gētium quàm Leuiticum, quod in Iſrael de ipſo erat naſciturum, futurumq̧ ut ſacerdotium eccleſiæ habentis præputium, benediceret in Abraham circūciſo ſacerdotium Synagogæ. Qui enim benedicit, maior eſt quā qui benedicitur. Vnde & ſacerdotes ex ſemine Abræ nati fratris ex ſe quos benedicebāt. i. populos Iſrael. Quibus illi decimas ſecundū legis mandatum dabant uerè, ut maioribua & eminentioribus ſuis. Nomen aūt ipſum, id eſt, Melchiſedech rex pacis, uel rex iuſtitiæ interpretatur, quod tum refertur ad Chriſtū. ipſe eſt enim rex pacis, quia ꝑ ipſum recōciliamur Deo. idē eſt rex iuſticię, quia ipſe ueniet ut diſcernat ſanctos ab impijs. Idem quoq̧ unus & ſacerdos & rex, quia ad redemptionē omniū Deo patri ſe obtulit hoſtiam, & uerus rex in pręſenti ſeculo populum ſuum regit, & in futuro iudicabit.

HIERONYMVS AD EVAGRIum presbyterum de Melchiſedech.

MIſiſti mihi uolumen ἀνώνυμον καὶ ἀδέσποτον, & neſcio utrum tu de titulo nomē ſubtraxeris, an ille qui ſcripſit, ut periculum fugeret diſputandi auctorem noluerit confiteri. Quod cū legiſſem, intellexi ſamoſiſsimam quæſtionem ſuper pontificem Melchiſedech illuc plurimis argumentis eſſe perductā, ut docere conatus ſit eum qui benedixerit, tanto patriarchę diuinioris fuiſſe naturæ, nec de hominibus æſtimandum, & ad extremū auſus eſt dicere, Spiritū ſanctū occurriſſe Abrahæ, & ipſum eſſe qui ſub hominis figura uiſus ſit. Quomodo aūt ſpiritus ſanctus panem uinūq̧ protulerit & decimas prędę, quas Abrahā uictis quatuor regib. reportaret acceperit, omnino tāgere noluit. Petiſq̧ ut quid mihi uel de ſcriptore uel de quæſtione uideatur reſpōdeā. fateor uolui diſsimulare ſententiam, nec me periculoſo & φιλεγκλήμονι miſcere tractatui. In quo quodcumq̧ dixiſſem, reprehenſores habituros forē: ſed rurſum cum epiſtolam legerim & inueniſſem in extrema pagella, miris me obteſtationibus adiuratū ne ſpernerē precatorem. Reuolui ueterum libros, ut uiderem quid ſinguli dicerent, & tibi quaſi de multorum conſilio reſponderem. Statimq̧ in fronte Geneſeos in prima homeliarū Origenis reperi ſcriptum de Melchiſedech. In qua multiplici ſermone diſputans illuc deuolutus eſt, ut eum angelum diceret. Iiſdemq̧ argumētis penè quibus ſcriptor tuus de ſpiritu ſancto, ille de ſupernis uirtutibus eſt locutus. Trāſiui ad Didymum ſectatorem eius, & uidi hominem pedibus in magiſtri iſſe ſententiā. Verti me ad Hippolytum, Hireneū, Euſebium Cęſarienſem & Emiſenum, Apollinariū quoq̧, noſtrū & Euſtachium, qui primus Antiochenę epiſcopus eccleſiæ fuit, & contra Arriū clariſsima tuba bellicum cecinit: & deprehendi horum omnium opiniones diuerſis argumētationibus ac diuerticulis ad unum compitum perueniſſe, ut dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe Cananeum regē urbis Hieroſolymæ, quæ primū Salem, poſtea Iebus, ad extremum Hieruſalē appellata ſit. Nec mirum eſſe ſi ſacerdos Dei altiſsimi deſcribatur abſq̧ circumciſione & legalibus cerimonijs, & genere Aaron: cum Abel quoq̧ & Enoch & Noe placuerint Deo, & uictimas obtulerint. & in Iob uolumine legimus, quòd ipſe & oblator munerum fuerit, & ſacerdos & quotidie pro filijs ſuis hoſtias immolarit. & aiunt ipſum quoq̧ Iob non fuiſſe de genere Leui, ſed de ſtirpe Eſau, licet aliud Hebræi autument. Quomodo autem Noe inebriatus in domo ſua, & nudatus atq̧ deriſus à mediano filio typum Saluatoris præbuit, & Cham & populi Iudæorum. Samſon quoq̧ amator meretricis & pauperis Dalilæ multo plures hoſtium moriturus, quàm uiuus occidit, ut Chriſti exprimeret paſsionem, omneſq̧ penè ſancti patriarchæ & prophetæ in aliqua re figuram expreſſerint Saluatoris. Sic & Melchiſedech, eo quòd Chananeus fuerit, & non de genere Iudeorum in typū pręceſsiſſe ſacerdotis filij Dei, de quo dicitur in centeſimo nono Pſalmo: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinē Melchiſedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quòd ſolus & rex fuerit & ſacerdos, & ante circumciſionem functus ſacerdotio, ut non gentes ex Iudæis, ſed Iudæi ex gentibus ſacerdotiū acceperint: neq̧ unctus oleo ſacerdotali, ut Moyſi præcepta cōſtituunt, ſed oleo exultationis & fidei puritate: neq̧ carnis & ſanguinis uictimas immolarit, & brutorum ſanguinem animalium exta, id eſt, quicquid ſuper eſcam eſt, ſuſceperit: ſed pane & uino ſimplici, puroq̧ ſacrificio Chriſti dedicauerit ſacramentum, & multa alia quę epiſtolaris breuitas non recipit. præterea plenius eſſe tractatum in epiſtola ad Hebræos, quam omnes Græci recipiunt, & nonnulli Latinorum, quod iſte Melchiſedech, id eſt, rex iuſtus rex fuerit Salē, id eſt, rex pacis ſine patre ſine matre. Et quomodo hoc intelligendum ſit, uno ſtatim uerbo explicarit ἀγενεαλόγητος, non quòd abſq̧ patre & matre fuerit, cum Chriſtus quoq̧ ſecundum utrāq̧ naturam & patrem habuerit & matrē: ſed quod ſubitò introducatur in Geneſi occurriſſe Abrahæ à cæde hoſtium reuertenti. Et nec ante nec poſtea eius nomen feratur adſcriptum. affirmat autem Apoſtolua, quòd Aaron ſacerdotium, id eſt, populi Iudæorum & principium habuerit & finem. Melchiſedech aūt, i. Chriſtus

& eccleſia & in præteritum & in futurū æternū ſit, nullumq; habuerit auctorem. & quod tranſlato ſacerdotio, legis quoq; mutatio fiat: ut nequaquam de Agar ancilla & monte Sina, ſed de Sara libera & arce Syon egrediatur uerbū Domini, & lex Dei de Ieruſalem & difficultatē rei prooemio exaggerat dicens: Super q̃ multus nobis ſermo eſt, & ininterpretabilis: non quia Apoſtolus nō potuerit id interpretari, ſed quòd illius tēporis nō fuerint. Hebręis enim. i. Iudæis perſuadebat, non iam fidelibus, quibus paſsim perderet ſacramentum. Verūtamen ſi uas electionis ſtupet ad myſterium, & de quo diſputat ineffabile confitetur: quanto magis nos uermiculi & culices ſolam debemus ſcientiam inſcitiæ confiteri, & ampliſsimam domū paruo quaſi foramine oſtendere, ut dicamus duo ſacerdotia inter ſe ab Apoſtolo comparata prioris populi & poſterioris. Et hoc agit tota diſputatione, quòd ante Leui & Aaron fuerit ſacerdos Melchiſedech ex gentibus, cuius tantum prædicat meritum, ut futuris ſacerdotibus Iudæorum in lumbis benedixerit Abrahā, totūq; quod ſequitur in laudes Melchiſedech ad Chriſti typum referri, cuius profectus eccleſiæ ſacramenta ſunt. hæc legi in græcorum uoluminibus, & quaſi latiſsimos terrarum ſitus in breui tabella uolui demonſtrare, non extendens ſpacia ſenſuum atq; tractatuum: ſed quibuſdam punctis atq; compendijs infinita ſignificans, ut in parua epiſtola multorum ſimul diſceres uoluntates. Verum quia amanter interrogas, & uniuerſa quæ didici fidelibus auribus inſtillanda ſunt, ponam & Hebræorum opinionem & ne quid deſit curioſitati, ipſa uerba ſubnectam. Et Melchiſedech rex Salem, protulit panem & uinum: erat autem ſacerdos Dei excelſi, benedixitq; illi, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creauit coelum & terram, & benedictus Deus altiſsimus, qui tradidit inimicos tuos in manu tua, & dedit ei decimas ex omnibus. Traduntq; hunc eſſe Sem primum filium Noe, & eo tempore quo ortus eſt Abraham habuiſſe annos ætatis trecentos nonaginta, qui ita ſupputantur. Sem poſt diluuiū anno ſecundo, cum centum eſſet annorū, genuit Arfaxat. Poſt cuius ortum uixit annos quingentos, hoc eſt ſimul DC. Arfaxat annos natus XXXV. genuit Salē qui & ipſe tricenarius procreauit Heber. quem XXX. quatuor annorum legimus genuiſſe Phaleg. Rurſum Phaleg expletis annis XXX. genuit Rehu, q & ipſe poſt XXX. & ſecundum natiuitatis ſuæ annum genuit Serug. De quo cum ad XXX. perueniſſet annos, ortus eſt Nachor. Qui XXXVIIII. annorum genuit Thare. Quem legimus quod ſeptuagenarius genuit Abrā & Nachor & Aran. Supputa per ſingulas ętates annorū numerū, & inuenies ab ortu Sem uſq; ad generationē Abrā CCCLX. annos, mortuus eſt aūt Abram CLXXV. ętatis ſuæ anno. Itaq; ratione deducta inuenitur Sē ab nepote ſuo decimi gradus Abram ſuperuixiſſe annos XXXV. ſimulq; & hoc tradunt, quod uſq; ad ſacerdotium Aaron omnes primogenti ex ſtirpe Noe, cuius ſeries & ordo deſcribitur fuerunt ſacerdotes, & Deo uictimas immolarint. & hęc eſſe primogenita, quę Eſau fratri ſuo uēdiderit Iacob. nec eſſe mirum ſi Melchiſedech uictori Abram obuiā proceſſerit, & in refectione tam ipſius quàm pugnatorum eius panem uinumq; protulerit, & benedixerit ei. eum abnepoti ſuo hoc iure debuerit, & decimas prędę atq; uictorię acceperit ab eo: ſiue quod habeatur ambiguum, ipſe dederit ei decimas ſubſtātiæ ſuæ, & auitam largitatem oſtenderet in nepotem. utrunque enim intelligi poteſt & iuxta Hebraicum & iuxta LXX. interpretes, quod & ipſe acceperit decimas ſpoliorum, & Abræ dederit decimas ſubſtantiæ ſuæ, quanquam Apoſtolus in epiſtola ſua ad Hebreos apertiſsime definiat, non Abraham ſuſcepiſſe à Melchiſedech decimas diuitiarum eius, ſed de ſpolijs hoſtium partem accepiſſe pontificem. Salem autem non ut Ioſephus & noſtri omnes arbitrantur, Hieruſalem eſſe nomen ex Græco Hebręoq; compoſitum, quod abſurdum eſſe peregrinæ linguæ mixtura demonſtrat. Sed oppidum iuxta Scythopolim, quod uſq; hodie appelletur Salem, & oſtenditur ibi palatium Melchiſedech, ex magnitudine ruinarum ueteris operis oſtendens magnificentiam, de quo in poſteriori quoque parte Geneſeos ſcriptom eſt. Venit Iacob in Socoth, id eſt, in tabernacula, & fecit ſibi ibi domos atq; tentoria, & tranſiuit in Salem ciuitatem regionis Sichem, quę eſt in terra Chanaā. Conſiderandum quoque eſt, quòd Abrahæ à cæde hoſtium reuertenti, quos perſecutus eſt uſque Dan, quæ hodie Paneas appellatur, non de uia Hieruſalem, ſed oppidum metropoleos Sichem in itinere fuit. De quo in Euangelio quoque legimus: Erat autem Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi. Nec refert utrum Salem ac Salim nominetur, cum uocalibus in medio literis perraro utantur Hebræi, & pro uarietate locorū ac uarietate regionum eadem uerba diuerſis ſonis atque accentibus proferantur. Hæc ab eruditiſsimis gentis illius didicimus, qui in tantum non recipiunt ſpiritum ſanctum uel angelum fuiſſe Melchiſedech, ut etiam certiſsimum nomen hominis aſſcribant. Et reuera ſtultum eſt id ꝙ in typo dicitur, eo quod Chriſti ſacerdotium finem non habeat, & ipſe rex & ſacerdos nobis utrunq; donauerit, ut ſimus genus regale & ſacerdotale, & quaſi angularis lapis parietem utrunq; coniunxerit, & de duobus gregibus bonus paſtor unum effecerit gregē. Sic quoſdam referre ad ἀναγωγήν, ut hiſtoriæ auferant ueritatem, & dicant non fuiſſe regem, ſed in imagine hominis angelum demonſtratum, cum in tantum nitantur Hebræi Melchiſedech regem Salem, filium Noe, Sem oſtendere, ut ante hoc ſcriptum ſic referāt: Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum ei, haud dubium quin Abraham poſtquam reuerſus eſt à cæde

à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant, in ualle Sabe. hæc eſt uallis regis, de qua ſtatim ſequitur: Et Melchiſedech rex Salē protulit panem & uinum, &c. Si ergo hæc ciuitas regis eſt, & uallis regis, ſiue ut Septuaginta tranſtulerunt, campus, quem hodie Aulonem Paleſtini uocant, manifeſtum eſt hominem fuiſſe, qui in terrena & ualle & urbe regnauerit. Habes quę audierim, quę legerim de Melchiſedech. meum fuit citare teſtes, tuum eſt de fide teſtium iudicare. Quod ſi omnes repuleris, tuum certè illum ſpiritalem interpretem non recipies. qui imperitus ſermone & ſcientia tanto ſupercilio & auctoritate Melchiſedech ſpiritū ſanctum pronūciauit, ut illud ueriſsimum cōprobaret, quod apud gręcos canitur: Imperitia confidētiam, eruditio timorem creat. Ego poſt longam ægrotationem uix in quadrageſimæ diebus hæc fabricare potui, ut cum alteri meo operi præpararem, paucos dies qui ſupererant in Matthæi expoſitione conſumpſi. Tanta'que auiditate ſtudia omiſſa repetiui, ut quod exercitationi linguæ profuit, nocuerit corporis ualetudini.

EXPLICIT DE MELCHISEDECH.

POſt hanc uictoriam dixit Abram ad Dominum: Domine Deus quid dabis mihi, & ego ſine liberis uadam, & Maſec uernaculæ meæ hic Damaſcus Eliezer.

HIERONYMVS. Et dixit Abraham: Ecce mihi non dediſti ſemen, & filius uernaculæ meæ hæres meus erit. Vbi nos habemus, Et filius Maſek uernaculæ meæ hæres meus erit: in Hebræo ſcriptum eſt, uben Meſek bethi: quod Aquila tranſtulit, ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου: id eſt, filius potum dantis domui meæ: Theodotio uerò, καὶ ὁ υἱὸς τῆς ἐπὶ οἰκίας μου, id eſt, Et filius eius qui ſuper domum meā eſt. Quod aūt dicit, hoc eſt, Ego ſine liberis morior, & filius procuratoris mei uel uillici, & q uniuerſa diſpēſat & diſtribuit familiæ cibaria, uocatur'que Damaſcus Eliezer, hic meus hæres erit. Porrò Eliezer interpretatur Deus meus adiutor. Ob hoc aiunt Damaſcum conditam & nuncupatam. Sequitur.

Factumq́ eſt uerbum Domini ab Abrā in uiſu, dum eſſet de poſteritate ſollicitus, & ſibi uideret non naſci filiū, & tamen ſemini ſuo factā ꝓmiſsionē teneret: & ſtatim fit illi duplex figura promiſsi ſeminis eius, id eſt, in ſimilitudinē harenæ maris, uel in multitudinem ſtellarum cœli futura. Eijciens ergo Abram Deus foris, oſtendit ei ſtellas cœli dicens: Sic faciam ait, ſemen tuum, id eſt, Chriſtianam gentem, cuius tu pater in fide ſubſiſtens, ſic facis in reſurrectionis lumine coruſcare. Deinde demonſtrauit illi harenam maris, & dixit: Sic erit in multitudine ſemen tuum. hoc eſt, erit quidem copioſa gens Iudæorum, ſed ſterilis & infœcunda, ſicut harena manebit. Poſt hæc cum promitteret ei Deus, quòd eſſet poſſeſſor repromiſsionis futurus, ſignum petit, per quod recognoſceret, non quaſi dubitans an fieret, ſed quomodo futurum eſſet requirens. Cui Dominus: Sume inquit, tibi uaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem & columbam. Tollens igitur Abram uniuerſa hæc diuiſit ea per medium, & utraſq; partes contra ſe altrinſecus poſuit, aues autem non diuiſit. Deſcenderunt'que uolucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram. Cumq́ occubuiſſet ſol, pauor irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus irruit in eum, ac inuaſit: apparuitq́ clibanus fumans & ignis tranſiēs inter media illa, quæ diuiſa erant. Dictumq́ eſt ei: Cognoſcendo ſcies, quia ſemē tuum peregrinū erit in terra non ſua, ſeruietq́ & affligetur, & reliquis. Statutus eſt itaq; modus promiſsi ſeminis Abræ, & iſta eſt figura. Per iuuencam enim uaccam ſignificata eſt plebs, poſita ſub iugo legis: per capram, eadem plebs, etiam peccatrix futura: per arietem, eadem plebs, etiam regnatura. Et quòd animalia ideo trina dicūtur, quia per articulos temporum ab Adam uſq; ad Noe & inde uſque ad Abraham, & inde uſque ad Dauid tanquam tertiam ętatem gerens, ille populus adoleuit. Per turturem & columbam ſpiritales populi figurati ſunt, indiuidui filij ꝓmiſsionis, & hæredes regni futuri, quorum ætas temporalis ideo tacetur, quia æterna meditantes tranſgreſsi ſunt deſideria temporalia. Sed quid eſt quod animalia illa tria diuidūtur aduerſus ſe inuicem partibus conſtitutis, niſi quòd carnales & in populo ueteri & nunc inter ſe diuiduntur. Porrò aues inter ſe non diuiduntur, quia ſpiritales indiuiſi ſunt: ſchiſma non cogitant, non ſeducuntur ab hæreticis, ſed pax eſt ſemper in ipſis ſiue à turbis ſe remoueant, ut turtur: ſiue inter illas conuerſantur, ſicut columba. Vtraq; tamē auis eſt, habens ſimplicitatem & innocentiam. Volucres autem deſcendentes ſuper cadauera, quæ diuiſa erāt, ſpiritus immundi ſignificantur, paſtum quēdā ſuum de carnalium diuiſione quęrentes. Quòd illic conſedens Abram abigebat eas, ſignificat multos carnales meritis ſanctorum in fine mūdi ab anguſtijs liberandos. Quod autem circa ſolis occaſum pauor irruit in Abram, & horror magnus & tenebroſus: ſignificat circa huius ſęculi finem magnam perturbationē ab Antichriſto, in ſanctis futuram. De qua Dominus in Euangelio dicit: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio, &c. Quod uerò adiungitur, cum occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter media illa quæ diuiſerat: ſignificat poſt finem ſeculi futurum diem iudicij, quando per ignem ſegregabuntur ſanctorum populi & iniquorum. Quod uerò dictum eſt ad Abram, Sciendo ſcies, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & in ſeruitutem redigent eos, & humiliabūt quadringentis annis: hoc de populo Iſrael, q erat in Aegypto ſeruiturus apertiſsimè prophetatum eſt, non quod ſub Aegyptijs quadringentis annis

ſeruierint, ſed quoniam iſte numerus in eadem afflictione completus eſt quia cōputantur illo tempore, quo iſta Abræ promittuntur. Iam tūc propter peregrinationem futuram, ne cōmiſceretur ſemen eius inter gentes, datur ei circūciſio in ſignum his uerbis: Circūcidetur ex uobis omne maſculinum. infans octo dierum circumcidetur in uobis, tā uernaculus quàm empticius. Maſculus autem, cuius preputij caro circūciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactū meū irritū fecit. Cur aūt pereat anima paruuli uagientis, & nec bonū nec malum ſcientis incircumciſi, dum ipſa pactū Dei irritum nō fecit, ſed qui eum circūcidere neglexerunt: niſi ut ſignificaret, quod paruuli nō ſecundū opus, ſed ſecundum originē in primi hominis ſcelere pactū Dei diſsipauerūt, in quo omnes peccauerūt. Naſcuntur enim omnes nō proprie, ſed originaliter peccatores: quē niſi regeneratio liberet, perit anima eius de populo ſuo, quia pactū Dei irritū fecit, quando in Adā etiam ipſe peccabat originaliter. Sequitur.

Generatione autem quarta reuertentur huc.] Quæſiuit hoc Damaſus papa à beato Hieronymo, quomodo huic ſententiæ congruat quod ſcribitur in Exodo: quinta generatione egreſsi ſunt filij Iſrael de terra Aegypti. Denique quid ei reſpōdit inſeramus. Damaſus: Cur Deus loquitur ad Abrā quod quarta progenie filij Iſrael eſſent de Aegypto reuerſuri, & poſtea Moyſes ſcribit in Exodo, Quinta generatiōe exierūt filij Iſrael de terra Aegypti. quod utique niſi exponatur, uidetur eſſe contrarium.

HIERONYMVS. Hoc uerò problema cum legiſſem, cœpi mecum tacitus æſtuare, & e ueſtigio Geneſim Exodumque percurrens, reperi loca in quibus ſcripta ſunt, quæ uidētur facere quæſtionem. ac primo æſtimabā ſpiritalibus ſpiritalia cōparans indiſſolubilia eſſe, ſicuti & multa ſunt alia. Nā & Matuſalā XIIII. annis poſt diluuium uixiſſe ſcribitur, nec tamen arcā ingreſſus eſt cū Noe: & cum ipſe Dominus locutus ſit ad Abram, Sciendo ſcies, quoniā peregrinū erit ſemen tuum in terra non ſua, & in ſeruitutem redigent eos, & affligent & humiliabunt quadringētos annos. Poſtea Moyſes ſcribit in Exodo: Et factū poſt quadringentos XXX. annos exijt omnis potentia Domini de terra Aegypti. Agar quoque Iſmaelem quaſi lactantē & tenerū portat in humeris, cū XVIII. fermè & amplius reperiatur annorum, & ridiculum ſit tam grandem iuuenem matris ſediſſe ceruicibus. Roboā autem filius Salomonis quadrageſimo primo ætatis ſuæ anno regni ſumpſit exordium, & regnauit in Hieruſalem ſedecim annis: cum utique pater eius undecimo anno regnare incipiens, annis quadraginta regnauerit, & undecimo filiū generare nequiuerit. Dū hæc & multa iſtiuſmodi oracula mecum ſollicitus uoluerim, aperuit mihi oſtiū, qui habet clauem Dauid, introduxit me in cubiculū ſuū, poſuitque me in foramine petræ. ut poſt ſpiritum feruentē poſt terræ meæ motū, poſt incendium ignorantiæ, quo urebar, uox ad me auræ lenioris accederet, diceremque: Inueni quem quæſiuit anima mea, tenebo eum & nō dimittā. Etenim cum inter ſe ſcriptura uideatur eſſe contraria, utrunque uerum eſt, cū diuerſum ſit. Egreſsi ſunt quarta generatiōe filij Iſrael de terra Aegypti, replica genealogiam Leui. Leui genuit Caath. Caath genuit Amram. Amram genuit Aaron. Aaron genuit Eleazar. Eleazar genuit Phinees. Caath cum patre ſuo Leui ingreſſus eſt Aegyptum. Rurſum Eleazar cum patre ſuo Aaron egreſſus eſt Aegyptum Replica Caath uſque ad Eleazar genealogiam, & computantur generationes quatuor. Licet quidam uelint ab Abrā incipere uſque ad Phinees, quod nos in Eleazar fecimus, peruenire. Si uerò uolueris diſpar em numerū oſtēdere, quomodo ſecundum Exodū quinta generatiōe egreſsi ſunt filij Iſrael de terra Aegypti, tribus tūc Iudæ & ordo numeretur. Iudas genuit Phares. Phares genuit Eſrō. Eſrō genuit Amrā. Amrā genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon. Naaſon genuit Salmō. Phares cum patre ſuo Iuda ingreſſus Aegyptū. Naaſon princeps tribus Iudæ in deſerto fuiſſe deſcribitur, cuius filius Salmon terrā repromiſsionis introijt. Cōputa ergo à Phares uſque ad Naaſon, & inuenies generatiōes V. tantū, & ſi nonnulli, ut quod nos in tribu Leui oſtendimus, in Eſrom initium faciant, & ad Salmon uſque perueniant. hæc tibi ſacratiſsime pōtifex ex ingenio ſtudij noſtri, prout potui enucleaui, & iuxta propoſitam quæſtionem iuxta utramque editionem, ne cui contrarium uideatur, ſecundum utramque genealogiam, Leui uidelicet & Iudæ puto plenius problema diſſolutum. Quod ſi alicui diſplicet de æmulis & obtrectatoribus noſtris ad cōpendiū ueniam, & dicam in eo non eſſe diuerſum: quia ſecundum unamquamque genealogiā utrumque uerum eſt, & plenum habet ſenſum. Aquila quoque, qui nō contentioſius, ut quidam putant, ſed ſtudioſius uerbum interpretatur, ad uerbū in eo loco, ubi LXX. poſuerunt, Quinta generatione aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti: ita tranſtulit, Armati aſcēderunt filij Iſrael de terra Aegypti. Licet pro eo quòd Armatos nos diximus, ſecundum græci ſermonis ambiguitatem inſtructi atque moniti, pro eo ut potuimus explicauimus. nolo iſta moleſta eſſe lectori. De Hebraicis itaque libris diſputantem, non decet Ariſtotelis argumenta conquiri, nec ex flumine Tulliano eloquentiæ ducendus eſt riuulus: nec aures Quintiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ. Pedeſtris & quotidianæ ſimilis, & nullam lucubrationem redolens oratio, neceſſaria eſt, quæ rem explicet, ſenſum ediſſeret, obſcura manifeſtet: non quæ uerborum compoſitione frondeſcat. ſint alij diſerti, laudētur ut uolunt inflatis buccis, ſpumantia uerba trutinent. Mihi ſufficit ſic loqui, ut intelligar, ut de ſcripturis ſanctis diſputanti ſcripturarū intelligere ſimplicitatem.

Quāuis Hieronymus, diuinæ legis interpres, de Ma-

Digitized by Google

de Mathuſalæ obitu & cccc xxx. annorum egreſsionis filiorũ Iſrael de Aegypto: de Agar quoq; & Iſmaele & Roboam quæſtiones indiſſolubiles iudicaſſet, tamen in dictis ſuis alibi omnes ſolutas inuenimus, ut præſentis libri ex parte ſtylus depromit. Dixit autẽ Sarai ad Abram: Ecce concluſit me Deus ut non pariã. Ingredere ergo ad ancillam meam, ut babeam ex ea filios.

HIERONYMVS. Diligenter nota quod procreatio filiorum in Hebræo ædificatio ſcripta eſt. Legitur enim ibi: Ingredere ad ancillam meam, ſi quomodo ædificer ex ea, & ne fortè hoc ſit quod in Exodo ſcribitur: Benedixit Deus obſtetricibus, & ædificauerunt ſibi domos. Sequitur. Afflixit Sarai Agar ancillam ſuam, eo quod deſpectui eam baberet. Quæ fugam inijt, inuenitq; eam angelus Domini ſuper fontem aquæ in deſerto ad footẽ in uia Sur. Conſequenter in uia Sur Aegyptia ire cupiens, quę per eremum ducit ad Aegyptum. Dixitq; ad eam: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu eius. Reuerſaq; peperit filium, & uocauit nomẽ eius Iſmael: quia exaudiuit Deus humilitatem meam. Iſmael interpretatur exauditio Dei, hic erit ruſticus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium cootra eum, contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit. Pro ruſtico in Hebræo ſcriptum habet Phere, quod interpretatur onager. Significat autẽ ſemen eius habiturum in eremo, id eſt, Saracenos uagos, incertisq; ſedibus, qui uniuerſas gẽtes quibus deſertum ex latere iungitur, incurſantes impugnãtur ab omnibus. Et locutus eſt Dominus ad Abram dicens: Ecce teſtamentũ meum tecũ, & eris pater multitudinis gentiũ, & nõ uocabitur adhuc nomẽ tuũ Abrã, ſed Abrahã, quia patrẽ multarum gentium poſui te.

HIERONYMVS. Notandum quod ubicunq; in Gręco, teſtamento legimus, ibi in Hebraico ſermone ſit fœdus ſiue pactum, id eſt, Berith. Dicunt autẽ Hebræi, quòd ex nomine ſuo Deus, quod apud illos tetragrammũ eſt, he literã Abrahæ & Saræ addiderit. Dicebatur enim primum Abram, quod interpretatur pater excelſus: & poſtea uocatus eſt Abrahã, quod trãſfertur pater multarũ. nam quod ſequitur Gentium, non habetur in oomine, ſed ſubauditur. Nec mirandum quare cũ apud Græcos & noa a litera uideatur addita: nos he literã Hebrẽã additam dixerimus. Idioma enim linguæ illius eſt per he quidẽ ſcribere, ſed per a legere: ſicut econtrariò a literam ſæpe per he pronunciãt. Sequitur. Et dixit Deus ad Abrahã, Sarai uxor tua nõ uocabis eã Sarai, ſed Sara erit nomẽ eiꝰ.

HIERONYMVS. Errant qui putant primũ Saram per unum r ſcriptam fuiſſe, & poſtea ei alterum r additũ. Et quia r apud Græcos centenarius oumerus eſt, multas ſuper nomine eius ineptias ſuſpicantur, cum utcunq; uoluerit, ei uocabulum cõmutatum, non Græcã, ſed Hebraicam debeãt habere rationẽ, cum ipſum nomen Hebraicũ ſit. Nemo autẽ in altera lingua quępiam uocans, etymologiam uocabuli ſumit ex altera. Sarai igitur primũ uócata eſt per ſin, res, iod: ſublato ergo iod, id eſt, i elemento, addita eſt he litera, quæ per a legitur, & uocata eſt Saraa. Cauſa autẽ ita nominis immutati hæc eſt, quòd antea dicebatur prioceps mea, unius tantũmodo domus materfamilias. Poſtea uerò dicitur abſolutè princeps, id eſt ἄρχουσα. Sequitur enim: Dabo tibi ex ea filium, & benedicam ei, & erit in gentes, & reges populorum erunt ex eo. Signanterq; non ut in Græco legimus, Dixit Deus ad Abrahã, Sarai uxor tua nõ uocabitur nomen eius Sarai. In Hebræo babetur, Non uocabis nomen eius Sarai, id eſt, nõ dices ei. Princeps mea es. Omniũ quippe gentiũ futura iam princeps eſt. Quidam peſsimè ſuſpicantur ante eam lepram fuiſſe uocitatã, & poſtea principem, cum lepra Zaraath dicatur: quæ in noſtra quidem lingua uidetur aliquam babere ſimilitudinem, in Hebraico autem penitus eſt diuerſa. Scribitur enim per zade, & ain & res, & tau: quod multum à ſuperioribus tribus literis, id eſt, ſin, res & he, quibus Sara ſcribitur, diſcrepare manifeſtum eſt.

RECAPITVLATIO.

Hic iam declaratur promiſsio de uocatione gentium in Iſaac filio promiſsionis, id eſt, gratia, non natura: quia de ſene patre, & ſterili matre, & quia hoc non per geoerationem, qui eſt Iſmael, ſed per regenerationem futurum erat à Deo, ibidem imperata eſt circumciſio, quando de Sarra promittitur filius in typo eccleſiæ, non quando Iſmael, qui typum tenuit Iudæorum. Sed quid aliud circumciſio ſignificat, niſi renouatam naturam per baptiſmum poſt expoliationem ueteris homiois. Et quis eſt octauus dies, niſi Chriſtus qui hebdomada cõpleta, hoc eſt poſt ſabbatum ſurrexit. Quod uerò non ſolum filios, ſed & ſeruos uernaculos emptitios circumcidi pręcepit, ad omnes gratiam redemptionis pertinere teſtatur. Vnde etiam parentum mutantur & nomioa, ut omnia reſonẽt nouitatem. Nam Abram quod antea uocabatur, interpretatur pater excelſus: Abrabam pater gentium, quo nomioe prænunciabatur, quod multæ gentes fidei eius ueſtigia ſequereotur. Sequitur.

Deinde apparuit Dominus Abrahæ in conualle Mambre ſedenti ad oſtium tabernaculi: cumq; leuaſſet oculos ſuos, apparuerunt tres uiri ſtantes iuxta eum. Quos cum uidiſſet, adorauit & ait: Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, lauentur pedes ueſtri, & quieſcite ſub arbore. Et abijt Abraham ad Saram, & dixit: Feſtina, tres menſuras farinæ ſimilæ commiſce.

HIERONYMVS.

Quia tres menſuræ abſolutè hic dictæ uidentur, & eſt incerta menſura, propterea addidi quod in Hebræo tria ſata ſimilæ habeat. i. tres amphoras: ut idem myſterium & hic & in Euãgelio, ubi mulier tria ſata fermeotare dicitur, agooſcamus. Sequitur:

Feciſq; ſubcineritios panes Sara, Abraham autem cucurrit ad gregem, & occiſum parauit uitulum ſaginatum: attulit quoq; lac & butyrum, & ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cumq; comediſ-

ſent, dixerunt ad eum, Vbi eſt Sara uxor tua? At ille: Ecce, inquit, in tabernaculo eſt. Reuertens ueniam ad te in tempore hoc, & habebit filium Sara.

Pro hora uitam legimus in Hebræo, ut ſit ordo uel ſenſus: Reuertar ad te in tempore uitæ. Quaſi dixerit, Si uixero, ſi fuerit uita comitata.

Et cecidit Abraham ſuper faciem ſuam, & riſit, & dixit in corde, Si centenario naſcitur filius, & ſi Sara nonagenaria pariet. Et poſt paululum, Et uocabis nomen eius Iſaac.

HIERONYMVS.

Diuerſa opinio, ſed una etymologia, quare appellatus ſit Iſaac: interpretatur enim Iſaac riſus. Alij dicunt quia Sara riſerit, ideo eum uocatum riſum eſſe, quod falſum eſt. alij uerò quòd riſerit Abraham, quod & nos probamus. Poſtquam enim ad riſum Abrahæ uocatus eſt filius eius Iſaac, tunc legimus riſiſſe & Saram. Riſit autem in ſemetipſa dicens, Necdum hoc mihi factum eſt, uſq;, Nunc & Dominus meus ſenex eſt. Aliter multo legitur in Hebræo: Et riſit Sara in ſemetipſa dicens, Poſtquam attrita ſum, facta eſt mihi uoluptas. Simul nota, quòd ubi nos poſuimus uoluptatem, Eden ſcriptum eſt in Hebræo. Symmachus hunc locum ita tranſtulit: Poſtquam uetuſtate conſenui, facta eſt mihi adoleſcentia, de qua etiam poeta cecinit:

Saucia iam uetulæ marcebant uiſcera Saræ,
Grandæuo conſumpta ſitu, prolemq; negabat
Frigidus annoſo moriens in corpore ſanguis:
Cum ſeniore uiro gelidi præcordia uentris
In partū tumuere nouū, tremebundaq; mater
Algentes onerata ſinus, ſpem gentis opimæ
Aedidit, & ferum ſuſpendit ad ubera natum,
Mactādumq; Deo pater obtulit: at ſacer ipſam
Pro puero iugulis aries mactatur ad aram.
O iuſti mens ſancta uiri, pietate remota,
Plus pietatis habens contempſit uulnera nati.
Amplexus præcepta Dei typiciq; cruoris,
Auxilio uentura docet, quod ſanguine Chriſti,
Humana pro gente pius occumberet agnus.

Sciendum quoq; quòd quatuor in ueteri Teſtamento abſq; ullo uelamine nominibus ſuis; antequam naſcerentur, uocati ſunt: Iſmahel, Iſaac, Salomon, Ioſias: lege ſcripturas.

RECAPITVLATIO.

Notandum quippe eſt, quòd Abraham habeat triplicem figuram in ſemetipſo. Primam Saluatoris, quando derelicta cognatione uenit in hunc mundum. Alteram patris, quando immolauit unicū filium. Tertiam uerò, quæ hoc loco eſt, figuram geſtauit ſanctorum, qui aduentum Chriſti cum gaudio ſuſceperunt. Tabernaculum autem illud Abrahæ, typum habuit Hieruſalem, ubi primo tempore prophetæ & apoſtoli habitauerunt, ubi & primum Dominus aduenìens à credentibus exceptus ab incredulis in ligno ſuſpenſus eſt. In tribus autem uiris qui uenerūt ad illum, Domini noſtri Ieſu Chriſti pronunciabatur aduentus. Cum quo duo angeli comitabantur, quos plerìq; Moyſen & Heliam accipiunt. unum priſcæ legislatorem, qui per eandem legem aduentum Domini indicauit: alium qui in fine mundi uenturus eſt, denunciaturus ſecundum aduentum Chriſti, atq; eius Euangelium Iudæis prædicaturus. Vnde & in monte, dum Dominus fuiſſet transfiguratus, hi duo Moyſes & Helias cum eo ab apoſtolis uiſi ſunt. Quòd uerò Abraham tres uidit, & unum adorauit: Dominum ſcilicet Saluatorem oſtendens, cuius iam aduentum eſt præſtolatus: iuxta quod in Euangelio Dominus ait, Abrahā quæſiuit uidere diem meum, uidit, & gauiſus eſt. Tunc enim futuri aſpexit myſterium ſacramenti, unde & pedes eorum lauat, ut in extremo fine mundi lauacri purificationem demonſtraret futuram. pedes enim nouiſsima ſignificant. Siquidem & conuiuium præparat, uitulū ſcilicet ſaginatum. Iſte autem uitulus tener ſaginatus, Domini Ieſu Chriſti eſt corpus. hic eſt & uitulus Domini, qui propter ſalutem credētium ad arborem crucis eſt immolatus. Hic eſt uitulus Dominici corporis, qui in Euangelio pro peccatore occiditur filio. Sed & lac & butyrum cum carne uituli appoſuit. Lac quippe priſcæ legis habuiſſe figuram, Apoſtolus noſter annunciat dicens: Lac uobis potum dedi, non eſcam. Nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis. Tradiderat enim illis legis mandatum, quaſi lac de uberibus duarum tabularum expreſſum: hoc eſt, teſtamentum fidei. Necdum enim poterāt propter infantiam ſenſus ſui Euangelicæ doctrinæ ſolidam & robuſtam eſcam accipere. Butyrum autem uberrimum & pinguiſsimum Euangeliorum eſt teſtimonium, quod ueluti oleum fidelibus in ſignum datur. Sed proinde uitulum cum lacte & butyro Abraham ad edendum appoſuit: quia nec corpus Domini, quod eſt uitulus ſine lacte legis, nec lac legis ſine butyro: hoc eſt, ſine Euāgelij teſtimonio eſſe poteſt. Tria autem ſata unde Sara panes ſubcinericios fecit, trium filiorū Noe imaginem indicauerunt, ex quibus omne hominum genus natum eſt. Qui diuinam trinitatem credentes, ex aqua baptiſmatis per eccleſiam, cuius imago Sara erat, conſpergendi eſſent, & in uno pane Chriſti corpori redigendi. Hæc ſunt illa tria ſata, quæ mulier in Euangelio cognoſcitur fermentaſſe. Azymi autem panes, eo quòd ſine fermento malitiæ, & ſine angore nequitiæ, & ſine feruore peruerſæ doctrinæ oporteat eſſe credentium unitatem. Subcinericij autem ideo, ut per pœnitentiam præteritorum delictorum ſpiritus ſancti uapore decocti uelut eſca beneplacita Deo, acceptabiles efficiantur. Sub arbore autem eos ſediſſe, paſsionis Dominicæ erat ſignū, cuius ipſi ſunt prædicatores. Quod autem promiſit Deus Saræ ſterili filium dicēs, Circa tempus hoc ueniam: nō de tēporibus ſignificat, ſed qualitatē aduentus ſui, quādo per filiū repromiſſum fidelis erat populus naſciturus. Iſta eſt enim Sara ſterilis, cui per ꝓphetā Dominus dicit: Lætare ſterilis, quæ nō paris: erumpe & clama, quæ non parturis, quia plures filij deſertæ magis quàm eius quæ habet uirū. Riſus aūt Saræ nō eſt dubitatio, ſed ꝓphetia. Qui riſus duplicem habet ſignificantiā, ſiue quod

Digitized by Google

quod riſus futurus eſſet incredulis Chriſtus, ſiue quod omnes inimicos in iudicio ſuo eſſet deriſurus, ut ſcriptum eſt: Ego quoque in interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo, &c. Vnde & ipſe qui natus eſt de Sara, riſus uocatus eſt. Iſaac enim ex Hebræa lingua in latinum ſermonem, riſus interpretatur. Deinde rurſum eidē Iſaac filius promittitur futurus in gentem magnam, & benedicentur in eo ait omnes gentes terrę. Quibus uerbis duo hiſtorialiter illi promiſſa ſunt: gens Iudæorum ſecundum carnem, & omnes gentes ſecundum fidem. Sequitur:

Et dixit Abrahā, Ne quæſo iraſcaris Domine, ſi locutus fuero, & reliqua, uſq; Ad ſubuerſionem urbium.

HIERONYMVS.

Quia enim uidebatur interrogans Dominū arctare reſponſo, tēperat præfatione quod quærit. Sequitur.

Dixit Dominus, Num celare poterimus amicum noſtrum Abraham, uſq; ad id, *Nunquid delebo propter decem, & c.*
Et locutus eſt Loth ad generos ſuos, qui acceperant filias eius.

HIERONYMVS.

Quia igitur poſtea duæ filiæ Loth uirgines fuiſſe dicuntur, de quibus & ipſe dudum ad Sodomenas dixerat, Ecce duæ filiæ meæ, quæ non cognouerunt uirum: & nunc ſcriptura commemorat eum habuiſſe generos. Nonnulli arbitrātur illas quæ uiros habuerunt, in Sodomis remanſiſſe, & eas exiſſe cum patre, quæ uirgines fuerint. Quod cum ſcriptura non dicat, Hebraica ueritas exponēda eſt, in qua ſcribitur: Egreſſus eſt Loth, & locutus eſt ad ſponſos, qui accepturi erant filias eius. Necdum ergo uirgines matrimonio fuerunt copulatæ. Sequitur:

Et dixit ei, Ecce admiratus ſum faciem tuam.] In Hebręo habet, Ecce ſuſcepi faciem tuam, id eſt, acquieſco precibus tuis. Quod Symmachus ſecundū ſenſum interpretās ait, ἰδοὺ ἐδυσώπησά σου τὸ πρόσωπον. Ecce aſcendebat flamma de terra quaſi uapor fornacis. Pro quo legimus in Ebręo, Ecce aſcendebat Kitor quaſi ἀναθυμίασις fornacis: quod nos uaporem, uel fumum, ſiue fauillā poſſumus dicere.

Et aſcendit Loth de Segor, & ſedit in monte, & duæ filiæ eius cum eo: timuit enim ſedere in Segor.

HIERONYMVS.

D. Quæritur quare eum primum fugæ mōtis Segor prætulerit, & eam in habitaculum ſuū uoluerit liberari: nunc de Segor rurſum ad montem migret. M. Reſpondebimus ueram eſſe illam Hebræorum coniecturam de Segor, quod frequenter terræ motu ſubruta, Bale primum, & poſtea Saliſſa appellata ſit: timueritq; Loth dicens, Si cum cæterę adhuc urbes ſtarēt, iſta ſæpe ſubuerſa eſt: quanto magis nunc in cōmuni ruina non poterit liberari? & hanc occaſionem infidelitatis, etiam in filias coitus dediſſe principium. Qui enim cæteras ſubrui uiderat ciuitates, & hanc ſtare, ſeq; Dei auxilio ereptum, utiq; de eo quod ſibi cōceſſum audierat, ambigere non debuit. Illud autem quod pro excuſatione filiarū dicitur, eo quòd putauerit defeciſſe humanum genus, & ideo cum patre concubuerint, non excuſat patrem. Deniq; Hebręi quod ſequitur, Et neſciuit eum dormiſſe cū ea, & cum ſurrexiſſet ab eo. Appungunt deſuper quaſi incredibile, & quod rerum natura non capiat coire quempiam neſcientem. Sequitur:

Et conceperunt duæ filiæ Loth de patre ſuo, & genuit primogenita filium, & uocauit nomē eius Moab. Iſte eſt pater Moabitarum uſq; in hanc diem. Et minor, & ipſa peperit filium, & uocauit nomen eius Ammon, iſte eſt pater Ammonitarum.

Moab interpretatur ex patre, & totum nomen etymologiam habet: Ammon uerò cuius quaſi cauſa nominis eius redditur, filius generis mei: ſiue ut melius eſt in Hebræo, filius populi mei, ſic deriuatur ut ex parte ſenſus nominis ſit, ex parte ipſe ſit ſermo. Ammi enim, à quo dicti ſunt Ammonitæ, uocatur populus meus.

ITEM RECAPITVLATIO
eiuſdem rei.

VErſa eſt igitur Sodoma in cinerem, liberatur Loth cum filiabus ſuis. Sed quid ſignificat quod à quinquaginta iuſtis, uſq; ad decem ſi inuenirentur in Sodomis, dixerit Dominus urbem eſſe ſaluandam. Numerū quippe quinquagenarium propter pœnitentiam ſignū poſuit, ſi fortè conuerterētur & ſaluarentur. Quinquagenarius enim ſemper ad pœnitentiam refertur. Vnde & Dauid in eodem numero Pſalmum ſcribit pœnitentiæ. Proinde quando aſpicit Deus delinquentium uitam nequaquā uelle reuerti ad pœnitentiam, quam quinquagenarius numerus præfigurat: cōfeſtim ardorem immoderatæ luxurię compeſcet igni gehennę. Vſq; ad decem autem iuſtos non perire Sodomam dixit, quia ſi in quolibet per decem pręceptorum cuſtodiam Chriſti nomen inueniatur, iſte non perit. Denarij enim numeri figura crucem Chriſti demonſtrat. Nam & quod quinq; ſunt ciuitates, quæ imbribus igneis conflagratæ ſunt: illud niſi fallor, ſignificat, quòd omnea qui quinq; ſenſus corporis ſui libidinoſe tractauerint, in illo futuro incendio concrematuri ſunt. ipſe autem Loth frater Abraham iuſtus & hoſpitalis in Sodomis, qui ex illo incendio, quod erat ſimilitudo futuri iudicij, meruit ſaluus euadere: typum gerebat corporis Chriſti, quod in omnibus ſanctis, & nunc inter iniquos & impios gemit, quorum factis non conſenſit, & aquarum permixtione in ſeculi fine liberabitur, illis damnatis ſupplicio ignis æterni. Vxor autē eius, eorū ſcilicet genus figurauit, qui per gratiā Dei uocati, retro reſpiciūt, & ad ea quæ reliquerant, redire cōtendunt. De quibus ipſe Dominus ait: Nemo ponens manum ſuam ſuper aratrum, & reſpiciēs retrò, aptus eſt regno Dei. Vnde & illi prohibetur retrò reſpicere, ut per id oſtenderet, non eſſe redeundū ad ueterē uitā, qui per gratiam Dei regenerati ultimū cupiunt euadere ſupplicium. Sequitur. Quod uerò idem reſpiciens remanſit, & in ſalem cōuerſa eſt: exemplū præſtat ad condimentū fideliū, unde alij ſaliētur. Nā nec ipſum tacuit Chriſtus dicēs, Memētote uxoris Loth: ſcilicet ut nos tāquā ſale condiret, ut non tanq; fatui negligeremus,

Digitized by Google

mus, ſed prudentes caueremus. Hoc enim & illa monuit, cum in ſtatuam ſalis conuerſa eſt. Sequitur. Illud uerò quod ipſe Loth ardentē Sodomam fugiens, Segor uenit, & nequaquã ad montana conſcendit: ardentem quippe Sodomam fugere, eſt illicita carnis incendia, uel mūdi deſideria declinare. Altitudo uerò montiū, eſt ſpeculatio perfectorum: ſed quia multi ſunt iuſti, qui mundi quidem illecebras fugiunt, ſed tamen in actione poſiti contemplationis apicē ſubire nequeūt. Hoc eſt quod exijt quidē Loth de Sodomis, ſed tamen ad montana non peruenit. quia dãnabilis uita relinquitur, ſed adhuc celſitudo ſpeculationis ſubtiliter non tenetur. Vnde idem Loth ad angelum dicit: Eſt ciuitas hæc iuxta ad quam poſſumus fugere parua, & ſaluabor in ea. Nunquid non modica eſt, & uiuit in ea anima mea? Iuxta igitur dicitur, & tamen ad ſalutem tuta perhibetur: quia actualis uita nec à mundi curia ex toto diſcreta eſt, nec tamen à gaudio æternæ ſalutis aliena. Sequitur. In ipſo autem Loth, quando filiæ concubuerunt cum eo, non illud quod cum à Sodomis liberatus eſt, ſed aliud figuratum eſt. Tunc enim ipſe Loth futuræ legis uidebatur geſtaſſe perſonam, quam quidam ex illa propagati, & ſub lege poſiti, malè intelligendo quodammodo ſe inebriant, eamq; non legitimè utendo, infidelitatis opera pariunt. Bona eſt enim lex, inquit, ſi quis ea, ut ait Apoſtolus, legitimè utatur. De Loth quoq; & uxore eius, poeta qđ cecinerit, audiamus:

Loth Sodomæ fugiēte chaos dū reſpicit uxor,
In ſtatuam mutata ſalis ſtupefacta remanſit.
Ad pœnã conuerſa ſuã, quia nemo retrorſum,
Noxia contempti uitans diſcrimina mundi,
Aſpiciens ſaluandus erit: nec debet arator,
Dignū opus exercēs uultū in ſua terga referre.

Cur Abraham patriarcha Abimelech regi Saram ſuam profiteretur eſſe ſororē, cum uxor eius eſſet? Non igitur conuenit ut mentiretur.

HIERONYMVS.

Non igitur ut multi putãt, mentitus eſt: quia dixit, Soror mea eſt. Soror namq; eius erat de patre, ſed non ex matre, id eſt, fratris eſt Aran filia, non ſororis. Sed quia in Hebræo habet, Verè ſoror mea eſt, id eſt, filia patris mei, ſed non filia matris meæ. Et magis ſonat quod Abrahæ ſoror fuerit. in excuſationem eius dicimus, necdum illo in tempore tales nuptias lege prohibitas. Sequitur deinde hiſtoria de Abimelech, quando Abraham tacuit Saram uxorem, & dixit ſororem, ne ſe occiſo ab alienigenis captiua poſsideretur: certus de Deo, quod eam uiolari non permitteret, ſicut nec primum à Pharaone. Vnde & Abimelech ſomno admonitus non commaculauit eam concubitu, ſed intactã reſtaurauit marito. Veruntamen quis tunc in illo figurabatur uiro, ſcire uolo: & cuius ſit uxor, quæ in hac peregrinatione atq; inter alienigenas pollui maculariq; non ſinitur, ut ſit uiro ſuo ſine macula & ſine ruga. In gloriam quippe Chriſti rectè uiuit eccleſia, ut pulchritudo eius honor uiro eius ſit. Sicut & Abraham propter Saræ pulchritudinē inter alienigenas honorabatur, eiq; cum dicitur in Canticis canticorū, O pulchra inter mulieres. Ipſius pulchritudini meritò reges offerunt munera: ſicut Saræ obtulit rex Abimelech. plus in ea mirãs formæ decus, quod amare potuit, & uiolare nō potuit. Eſt etenim ſancta eccleſia Domini Ieſu Chriſti in occulto uxor. Occultè quippe atque in abſcondito ſecreto ſpiritali anima humana inhæret uerbo Dei, ut ſint duo in carne una: quod magni coniugij ſacramentum in Chriſto & in eccleſia commendat Apoſtolus. Proinde regnum terrenum ſeculi huius, cuius figuram gerebant reges, qui Saram polluere permiſſi non ſunt, non eſt expertum, nec inuenit eccleſia coniugem Chriſti, niſi cum uiolare tentant. Diuino enim teſtimonio per fidem martyrum ceſsit, correctumq; in poſterioribus regibus honorauit munere, quã corruptionis ſuæ ſubdere in prioribus non ualuit. Nam quod tunc in eodem rege prius & poſterius figuratum eſt, hoc in iſto regno prioribus & poſterioribus regibus adimpletum eſt temporibus. Cum autē dicitur de patre eſſe ſoror Chriſti eccleſia, non de matre: non de terrenæ generationis, quæ euacuabitur, ſed gratia cœleſtis, quæ in æternū manebit, cognatio cōmendatur, ſecundum quam gratiam genus mortale nō erimus accepta poteſtate, ut filij Dei uocemur & ſimus. Neq; enī gratiam hanc de ſynagoga matre Chriſti ſecundum carnē, ſed de Deo patre percepimus: hanc uerò cognationem terrenam uocans propter aliam uitã, ubi nullus moritur, negare nos Chriſtus docuit, nō fateri, cum diſcipulis ait: Ne uobis dicatis in terra patrem: unus eſt enim pater ueſter qui in cœlis eſt. Quod uerò eccleſia, cuius uxor ſit, occultatur alienigenis, cuius autē ſoror ſit, non tacetur. Hæc interim cauſa facile occurrit, quia occultum eſt, & difficile ad intelligendū, quomodo anima humana uerbo Dei copuletur ſiue miſceatur: ſiue quod melius & aptius dici poteſt, cum ſit illud Deus, iſta creatura. Secundum hoc eſt ſponſus & ſponſa, uel uir & uxor Chriſtus & eccleſia dicuntur. Quia uerò cognatione ſint fratres Ieſus Chriſtus, & omnes ſancti gratia diuina non conſanguinitate terrena: hoc eſt de patre, non de matre, & effabilius dicitur & capacius auditur. Nam inter ſe omnes ſancti per eandem gratiã fratres ſunt: ſpōſus aūt cæterorū ſocietate nullus illorū eſt.

DE LVSV ISAAC CVM ISMAELE.

Quomodo luſus duorum filiorum Abrahæ ſecundum literam intelligi debeat, noſſe uolo.

HIERONYMVS.

Sequamur iuxta hiſtoriam opiniones priorum. Vidit, inquit, Sara filiū Agar Aegyptiæ, quem peperit Abrahæ ludentem. Quod ſequitur, Cum Iſaac filio ſuo, nō habet ita in Hebræo. Dupliciter itaque ab Hebræis exponitur, ſiue quod idola luto fecerit. iuxta illud quod alibi ſcriptum eſt: Sedit populus comedere & bibere, & ſurrexerunt ludere: ſiue quod aduerſum

Iſaac

Digitized by Google

Iſaac quaſi maioris ætatis, loco ſibi & ludo primogenita uindicaret. Quod quidem Sara audiens non tulit, & hoc ex ipſius approbatur ſermone dicentis: Eijce ancillam hanc cum filio ſuo, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Et ſumpſit panes & utrem aquæ, & dedit Agar, ponẽs ſuper humerum eius paruulum, & dimiſit eam.

Ibi nanq; oritur quæſtio. Quid ſibi uult iſta emiſsio Iſmaelis cum matre, quando Iſaac natus eſt, tredecim annorum fuit Iſmael: & poſt ablactationem eius iſte cum matre expellitur è domo. Variè autem de hoc capitulo pleriq; opinantur, aſſerentibus alijs quinto anno ablactationis tempus ſtatutum, & alijs duodecimũ annum uindicantibus: nos autem ut breuiorẽ eligamus ætatem, poſt octodecim annos Iſmael ſupputauimus eiectum eſſe cum matre, & nõ conuenire tam grandem adoleſcentem matris ſediſſe ceruicibus: quod ut rectius ſcis, poſtulo ut exponas. Verum eſt igitur illud Hebræorum linguæ idioma, quod omnis filius ad comparationem parentum infans uocetur & paruulus. Nec miremur habere barbaram linguam proprietates ſuas, cum hodieq; Romæ omnes filij uocentur infantes. Poſuit ergo Abraham panes & utrem ſuper humerum Agar. Et hoc facto dedit puerum matri: hoc eſt, in manu eius eum tradidit, commendauit: & ita emiſit è domo. Quod autem ſequitur: Et proiecit puerum ſubter abietem, & abiens ſedit decontra longè quaſi iactu ſagittæ. Dixit enim, Non uidebo mortem paruuli mei. & ſedit cõtra eũ, & ſic adiungitur: Et exclamauit puer, & fleuit, & audiuit Dominus uocem pueri de loco ubi erat, & dixit angelus Dei ad Agar de cœlo, & reliqua. Nullum moueat, in Hebræo enim poſt hoc quod ſcriptum eſt Non uidebo mortẽ pueri mei: ita legitur, quòd ipſa Agar ſederit contra puerum, & leuauerit uocem ſuam, & fleuerit, & exaudierit Deus uocem paruuli. Flente enim matre, & mortem filij miſerabiliter præſtolante, Deus exaudiuit puerum, de quo pollicitus fuerat Abrahæ, dicens: Sed & filium ancillæ tuæ in gentem magnam faciam. alioquin & ipſa mater non ſuam mortem, ſed filij deplorabat. Pepercit igitur ei Deus, pro quo fuerat & fletus. Deniq; in cõſequentibus dicitur: Surge, tolle puerum, & tene manum eius. Ex quo manifeſtum eſt, eum qui tenetur, non oneri matri fuiſſe, ſed comitem. Quòd autem manu parentis tenetur, ſollicitus monſtratur affectus. Quærendum eſt, cur antea Sara uoluit maritũ de ancilla ſuſcipere filium, & poſt hæc cum matre iubet expelli de domo.

ISIDORVS.

Hoc ſine dubio ſciendum, quod hoc non zelo fecit accenſa, ſed myſterio prophetiæ compulſa. Agar quippe ſecundum quod ait Apoſtolus, in ſeruitutem genuit populum carnalẽ: Sara uerò libera populum genuit, qui non eſt ſecundum carnem, ſed in libertatem uocatus eſt: qua libertate liberauit eum Chriſtus. Hoc igitur myſterio figurabatur, priorem populum in ſeruitutem peccatorum generatum in domo Iſrael, id eſt, eccleſiæ non manere in æternum, neque eſſe hæredem uel conſortem cultoribus Chriſti, nec cum filio nobili, id eſt, fideli populo regnum cœleſtis gloriæ poſſeſſurum. Nunc ſequẽtia uideamus. Quid ergo ſignificet, quòd exiens Agar in humeros ſuos infantem poſuiſſe legitur: niſi quòd peccator populus & inſipiens ceruicem matris ſuæ ſynagogę grauabat, dum dicit, Sanguis huius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Panes autem hoc indicabãt, quod uetus ſacerdotium panes propoſitionis, ſicut ſcriptum eſt, portaret ſecum, & ueſceretur. Vter uerò aquæ, quæ defecit, Iudaica purificatio ſignificabitur defectura: ſiue doctrina eorũ carnalis in pelle mortua clauſa, id eſt, in carne mortua ueteris hominis, præuaricationis ſententia damnata, quæ nec refrigerium præſtat, nec ſatiat ſitim: ſed æſtu tepida uomitum facit. Quòd uero errat Agar in ſolitudine cum filio ſuo: ſignificat ſynagogam cum populo ſuo expulſam de terra ſua ſine ſacerdotio & ſacrificio, in toto orbe errare, & uiam quæ Chriſtus eſt, penitus ignorare. Quod filius eius ſiti deperit: oſtendit populum nullam habens ſpiritalem putificationem. Quòd autem filium morientem ſiti ſub arbore proiecit, & ſic demonſtrante angelo aſpicit fontem: ſignificabat quoſdam ex eo populo ad umbram ligni crucis refugium petituros. Quòd exclamat puer plorans, & exaudiuit eum Deus, & ſic demonſtrante angelo aſpicit fontem: hoc pro illis dicit, qui ex Iudæis ad Chriſtum conuertuntur, ac flentes retroactos errores exaudiuntur. Reſeratiſq; oculis cordis uident fontem aquæ uiuæ, id eſt, Chriſtum filiũ Dei uiui qui dicit: Ego ſum fons aquæ uiuæ: qui ſitit, ueniat & bibat. Vnde Iſmael exauditio interpretatur. angelus autem iſte ſimilitudo eſt Heliæ per quẽ populus iſte eſt crediturus: ſicut per Malachiam dicitur: Ecce ego mitto uobis Heliam, qui conuertat corda patrum in filios, & reliqua. Verum quod ſtatim angelus Domini uocauit Agar dicens: Surge, tolle puerum, quia in gentẽ magnam faciam eum: hoc ſignificabat, ſiue quod copioſus Iudæorum populus eſſet regnaturus in ſeculo: ſiue quia cœleſtis regni gloriam conſecuturi eſſent, qui ex Iudæis credituri eſſent in Chriſtum. Quod autem eundem angelum, qui loquitur ad Agar, prius angelum ſcriptura pronũciat, deinde Dominum filium Dei eundem fuiſſe credendum eſt, qui per legẽ & prophetas ſemper locutus eſt, qui propter obedientiam paternæ uoluntatis angelus uocatur, Deus autem ſecundum naturã patris: quia uerè & ipſe eſt Deus, ſicut & pater.

DE PVTEO IVRAMENTI, HIERONYMVS.

DIxit Abraham ad Abimelech: Septem oues has accipies à me, ut ſint in teſtimoniũ mihi, quia ego fodi puteum iſtum. Ideo cognominauit nomen loci illius Puteus iuramenti:

quia

quia iurauerant ibi ambo. Vbi hic legitur puteus iuramẽti, in Hebræo habet Berſabee. Nũc quid ſibi uelit intelligi, aperire non abnue. Duplex autem cauſa eſt, cur ita appellatus ſit: ſiue quia ſeptem agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit (ſeptem enim dicuntur Sabee) ſiue quòd ibi iurauerint, quia & iuramentum Sabee ſimiliter appellatur. Quod ſi ante hanc cauſam ſupra hoc nomẽ legimus, ſciamus per prolepſim dictum eſſe, ſicut Bethel & Galgala: quę utiq; uſq; ad tempus, quo ita appellatæ ſunt, aliter uocabantur. Notandum autem & ex prioribus & ex præſenti loco, quòd Iſaac non ſit natus ad quercũ Mambre, ſiue in Aulone Mambre, ut in Hebręo habetur, ſed in Geraris, ubi & Berſabee uſq; hodie oppidum eſt. quæ prouincia ante non grande tempus, ex diuiſione præſidum Palæſtinæ, Salutaris eſt dicta. Huius rei teſtis eſt ſcriptura, quæ dicit: Et habitauit Abraham in terra Philiſtinorum diebus multis. Sequitur. Et dixit ad Abraham Deus: Tolle filiũ tuum, quem diligis Iſaac, & uade in terram uiſionis, &c. Quis ſit locus iſte uiſionis uolo ſcire. Difficile eſt idioma linguæ Hebrææ in latinum uertere ſermonem, ubi nunc dicitur, Vade in terram excelſam: in Hebræo habet Moria, quod Aquila tranſtulit τὴν καταφανῆ, hoc eſt lucidã. Symmachus τῆς ὀπτασίας, hoc eſt uiſionis. Aiunt ergo Hebræi hunc montem eſſe, in quo poſtea templum ædificatum eſt in area Ornæ Iebuſæi, ſicut & in Paralipomenon ſcriptũ eſt. Et cœperunt ædificare templum menſe ſecundo, in ſecunda die menſis in monte Moria: qui idcirco illuminans interpretatur & lucẽs, quia ibi eſt Dabir, hoc eſt oraculum Dei, & lex & ſpiritus ſanctus, qui docet homines ueritatẽ, & inſpirat prophetas. Sequitur. Et abijt in locum quem condixit ei Deus in die tertia. Notandum quod de Geraris uſq; ad montem Moria, id eſt, ſedem templi iter dierum trium ſit, & conſequẽter illuc die tertio perueniſſe dicatur. Malè igitur quidam æſtimant, qui Abrahã putant illo tempore ad quercum habitaſſe Mambre, cum inde uſq; ad montẽ Moria uix unius diei iter plenum ſit. Sequitur: Et eleuauit oculos ſuos Abraham, & ecce aries poſt tergum eius tenebatur in uirgulto Sabech cornibus ſuis. Quomodo hoc intelligendum eſt. Ridiculam rem hoc in loco Emiſenus Euſebius eſt locutus. Sabech inquiens, dicitur hircus, qui rectis cornibus, & ad carpendas arboris frondes ſublimis attollitur. Rurſus Aquila συχνῶ interpretatus eſt, quem nos uepretum poſſumus dicere, uel ſpinetum. Et (ut uerbi uim interpretemur) condenſa & inter ſe implexa uirgulta. Vnde & Symmachus in eandẽ ductus opinionem: Et apparuit ait aries, poſt hoc retentus in rete cornibus ſuis. Verùm quibuſdam in hoc duntaxat loco melius uidentur interpretati eſſe Septuaginta & Theodotion, qui ipſum nomen Sabech poſuerunt dicentes, In uirgultum Sabech cornibus ſuis. Etenim συχνὸν, ſiue rete, quod Aquila poſuit, & Symmachus per ſin literam ſcribi. hic uerò Sabech literam poſitã, ex quo manifeſtum eſſe non interpretationem ſtirpium condenſarum, & in modum retis inter ſe uirgulta contexta uerbum Sabech: ſed nomen ſonare uirgulti, quod ita Hebraicè dicitur. Ego uerò diligenter inquirens, συχνῶ per ſamech literam ſcribi crebrò reperi. Sequitur. Et uocauit Abraham nomen loci illius, Dominus uidit. Cur hoc nomen accepit? Pro eo quod hic habet, Vidit: in Hebræo habet, Videbitur. Hoc autem apud Hebræos exiuit in prouerbium, ut ſi quando in anguſtia conſtituti ſunt, & Domini optãt auxilio ſubleuari, dicant: In mõte Dominus uidebitur: hoc eſt, ſicut Abrahæ miſertus eſt, miſerebitur & noſtri. Vnde & ſignũ dati arietis ſolent etiãnunc cornu clãgere.

RECAPITVLATIO.

Iubetur Abraham immolare filium ſuũ unicum, ille autem obtemperans Deo ſoluit uotũ. Strauit aſinum, impoſuit ligna, ſeruos longè dimiſit, ſolus cum filio aſcendit, in triduo ad locũ peruenit, antequam filius ueniret ad locum ſacrificij, ipſe ſibi immolandus ligna portabat. Deinde Abraham gladio armatur, & cum iam penè feriret, admonetur ut parceret: & non tamen ſine ſacrificio, ſine ſanguine feruori cedit. Apparet namq; aries in uepre, inhærens cornibus, immolatur, peragiturq; ſacrificium, peracto ſacrificio, dicitur ad Abraham: Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & uelut arenam maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obaudiſti uoci meæ.

EXPLICATIO SPIRITALIS.

Age nunc uideamus, quid ſub huius ſacramenti lateat myſterio. Iſte enim Abrahã quando filium unicum perduxit ad immolandũ, habebat perſonam Dei patris. Sed quid eſt, quòd eum ſenex ſuſcepit? Deus enim non ſeneſcit. Sed ipſa pronunciatio de Chriſto iam quodãmodo ſenuerat, quando natus eſt Chriſtus, inchoata eſt ab Adam, ubi dictum eſt, Erunt duo in carne una: ſacramentum illud magnum, hoc eſt, in Chriſto & in eccleſia, completum eſt ſexta ætate ſeculi, quæ ſignificat ſenectam Abrahæ: quia ipſum ſacramentum Dei longæuum erat, & ſenectus Saræ in plebe Dei, hoc eſt in multitudine prophetarũ hoc idem ſignificat: quia in fine temporum ex ipſa plebe ſanctarũ animarum natus eſt Chriſtus. Sterilitas autem eius intimat, quòd in hoc ſeculo ſpe ſalui facti ſumus, & in Chriſto tanquam in Iſaac omnes nati ſumus, quem partum eccleſiæ in fine temporum mirabili Dei gratia non naturali fœcũditate prophetauit. Iam deinde ſequentis hiſtoriæ ſacramentum, quod imaginarie pertendebat, inſpiciendum eſt. Quis ergo in Abraham (ut prædictum) per illam immolationem figurabatur, niſi pater excelſus? Quis in Iſaac, niſi Chriſtus? Nam ſicut Abraham unicum & dilectum filium Deo uictimam obtulit: ita Dominus unicũ filium ſuum pro nobis omnibus tradidit.

Digitized by Google

didit. Et ſicut Iſaac ipſe ſibi ligna portabat, quibus erat imponendus: ita & Chriſtus geſtabat in humeris lignum crucis, in quo erat crucifigendus. Duo autem ſerui illi dimiſſi, & nõ perducti ad locum ſacrificij, Iudęos figurabant: qui cum ſeruiliter uiuerent, & carnaliter ſaperent, non intelligebant humanitatem Chriſti, non intelligebant paſſionem eius: ideo non peruenerunt ad locum ſacrificij. Cur autem duo ſerui, quia ipſe in duas partes diuidendus erat. Quod factum eſt Salomone peccante, quando diuiſus eſt idem populus loco regni, non errore impietatis, quibus etiam ſæpe per prophetã dicitur: Auerſatrix Iſrael, & præuaricatrix Iuda, & reliqua. Aſinus autem ille, inſenſata eſt ſtultitia Iudæorum: iſta inſenſata ſtultitia portabat omnia ſacramẽta, & quod ferebat neſciebat. Iam quod dictum eſt eis, Expectate hic cũ aſino, uſq; reuertimur ad uos. Apoſtolum audi, Cæcitas ex parte in Iſrael facta eſt. Quæ cæcitas ex parte eſt hic cum aſino, ut plenitudo, inquit gentium intraret: hoc eſt, poſtquam adorauerimus, ubi ſacrificium crucis Dominicæ impletum, per gentes fuerit prædicatum: hoc eſt, ut plenitudo gentium intraret. Quid eſt reuertimur ad uos, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet. Triduum autem illud, in quo uenerunt ad locũ immolationis, tres mundi ætates ſignificantur: unam ante legẽ, aliam ſub lege, tertiam ſub gratia. Ante legem, ab Abraham uſq; ad Moyſen: ſub lege, à Moyſe uſq; ad Ioannem, inde iam à Domino, & quicquid reſtat. Tertius dies gratia eſt, in qua tertia ætate quaſi poſt triduum ſacramentum ſacrificij Chriſti completum eſt. Deinde Iſaac ligatis pedibus altari ſuperponitur: & Dominus in ligno ſuſpenſus cruci affigitur. Sed illud quod figuratum eſt in Iſaac, tranſgreſſum eſt ad arietẽ. cur? quia Chriſtus ouis. ipſe enim filius, ipſe agnus. filius, quia natus: aries, quia immolatus. Sed quid eſt quod in uepribus hærebat aries ille? crux cornua habet. ſicut enim duo ligna cum compaginantur, in ſe ſpeciem crucis reddũt. unde & ſcriptum eſt de eo, Cornua in manibus eius ſunt. Cornibus ergo hærens aries, crucifixum Dominum ſignificat. Vepres autem, ſpinæ ſunt. Spinæ iniquos & peccatores ſignificant, qui ſuſpenderunt Dominum in cruce. inter ſpinas itaq; peccatorũ Iudæorum ſuſpenſus eſt Dominus, ſicut per Hieremiam idem dicit: Spinis peccatorum ſuorũ circumdedit me populus hic. Alij hũc arietem cornibus in uepribus obligatũ, eundem Chriſtum ſenſerunt, antequam immolaretur ſpinis à Iudæis coronatum. Peracto igitur ſacrificio dicitur ad Abraham: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quando enim hoc factum eſt, niſi quando dicit ille aries: Foderũt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea. Hoc enim quando peractum eſt illud in Pſalmis ſacrificium, tunc in ipſo Pſalmo dictum eſt: Reminiſcentur & conuertantur ad Dominum uniuerſi fines terrę, & adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ patriæ gentium. Quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. Immolato ergo Abraham ariete pro Iſaac filio ſuo, uocauit nomen loci illius, Dominus uidit: pro eo quod eſt, Dominus uidere fecit, utiq; per incarnationem. Sequitur de Iob & genere eius, ut ueritas patefacta clareat, edoceri cupio.

HIERONYMVS. Et nunciauerunt Abraham dicentes: Ecce peperit Melcha, & ipſa filios Nachor fratri tuo, Huz primogenitus eius, & Buz fratrẽ illius, & Camuel patrẽ Syrorũ, & Caſed. Primogenitus Nachor fratris Abrahã de Melcha uxore eius filia Arã natus eſt, Huz de cuius Iob ſtirpe deſcendit: ſicut ſcriptũ eſt in exordio uoluminis eius, Vir fuit in terra Huz, Iob nomen eius. Malè igitur quidam æſtimant, Iob de genere eſſe Eſau: ſiquidem illud quod in fine libri ipſius habetur, eo quod de Syro ſermone tranſlatum eſt: & quartus ſit ab Eſau, & reliqua quæ ibi continentur, in Hebræis uoluminibus non habetur. Secundus natus eſt de Melcha Buz, quem Septuaginta Bauz trãſferre uoluerint. Et ex huius genere eſt Balaam ille diuinus, ut Hebræi tradũt, qui in libro Iob dicitur Helius, primũ uir ſanctus & prophetes Dei: poſtea per inobedientiam & deſideriũ munerum, dum Iſraeli maledicere cupit, diuini uocabulo nũcupatus. Et iratus eſt Helui filius Baeachiel Buzites. de huius uidelicet Buzi radice deſcendens. Camuhel uerò pater eſt Damaſci. Ipſa enim uocatur Aran, quę hic pro Syria ſcripta eſt. & ipſo nomine legitur in Eſaia. Caſeth quoq; quartus eſt, à quo Caſdei, id eſt, Chaldæi poſtea uocati ſunt.

DE OBITV SARAE.

HIERONYMVS.

QValem debemus accipere locum Arboc, in quo Sara mortua eſſe perhibetur. Mortua eſt, inquit, Sara in ciuitate Arboc, quę eſt in ualle, hæc eſt Hebron in terra Chanaã. hoc autem quod hic poſitum eſt in ualle, in authenticis codicibus non habetur. Nomen quoq; ciuitatis Arboc paulatim à ſcribẽtibus legẽtibusq; corruptum eſt. Neq; enim putandum Septuaginta interpretes nomẽ ciuitatis Hebrę barbaræ atq; corruptæ, & aliter, quàm in ſuo eloquio dicitur, tranſtuliſſe. Arboc enim nihil omnino ſignificat: ſed dicitur Arbee, hoc eſt quatuor: quia ibi Abraham, Iſaac, & Iacob conditi ſunt, & ipſe princeps humani generis Adã, ut in Ieſu libro apertius demonſtratur. Sequitur.

Dixitq; Ephron ad Abraham: Audi nos Domine rex, à Deo tu es nobis, in electo ſepulchro noſtro ſepeli mortuum tuum.

Pro rege principem habet ſiue ducẽ. Naſin quippe non rex, ſed dux dicitur. Sequitur.

Et appendit Abraham Ephron argentum, quod locutus eſt in auribus filiorum Het.] In Hebræo ſicut hic poſuimus, primum nomẽ eius ſcribitur Ephron, ſecundum Ephran. Poſtquam enim precio uictus eſt ut ſepulchrum uẽderet, & acciperet argẽtum, licet cogente Abraham uau litera, quę apud illos pro a legitur, ablata de eius nomine eſt, ut pro eo Ephron appellatus eſt Ephrã,

ſignificāte ſcriptura non eum fuiſſe conſummatę perfectæq; uirtutis, qui potuerit memorias uendere mortuorū. Sciant igitur qui ſepulchra uenditant, & nō coguntur ut accipiant preciū, ſed à nolentibus quoq; extorquent, immutari nomen ſuum, & perire quid de merito eorum, cum etiam ille reprehendatur occulte, quod inuitus acceperat.

RECAPITVLATIO.

Moritur Sara centeſimo uiceſimo anno uitę ſuæ, & empto agro ab Ephron, ſepeliunt eam. Sed quid ſibi uelit quòd Sara in ſepulchro duplici ſepelitur, noſſe cupio. Hoc ſanè ſciendum, quia anima quæ ſeculo moritur, ut Deo uiuat, gemina uitæ requie ſuſcipitur, id eſt, in actione boni operis, & contemplatione diuinitatis.

DE IVRAMENTO SERVI IN FOEMORE ABRAHAE.

HIERONYMVS.

Erat autem Abraham ſenex, dierumq; multorum. Dixitq; ſeruo ſuo ſeniori, qui ſupra omnia eius erat. Pone manum tuam ſub femur meum, ut adiurem te per Deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum: ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipies uxorem filio meo Iſaac. Poſuitq; ſeruus manum ſuam ſub fœmur Abrahæ, & iurauit ei.

Cur in fœmore Abrahæ iurat, quaſi in loco ſancto Super uerbo hoc tradunt Hebręi, quòd in ſanctificatione, hoc eſt in circunciſione iurauerit. Nos autem dicimus iuraſſe eum in ſemine Abrahæ, hoc eſt in Chriſto, qui ex illo naſciturus erat: iuxta Euangeliſtam Matthæum loquentem, Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Sequitur.

Perrexitq; ſeruus in Meſopotamiam Syriæ, ſtetitq; iuxta fontem, & ecce Rebecca uenit adaquare greges: & ait ſeruus, Ecce ego ſto ſuper fontem aquæ, & filiæ hominum ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam, & erit uirgo quæ egredietur ad hauriendum. cui ego dixero, Da mihi aquam de hydria tua, ut bibā, & cætera, uſq; Ipſa eſt quam præparauit Dominus filio Domini mei, & quod ſequitur. Tulitq; uir inaurē auream didrachmum pondus eius.

Bace quod in hoc loco pro didrachmo ſcribitur, ſemūcia eſt. Secel uerò qui Latino ſermone ſiclus corruptè appellatur, uncię pondus habet. Quid ſibi uult q̄ ſic iam uariè in translationibus inuenitur. In alijs namq; ſeruum Abrahæ dixiſſe comperi. Et ecce uirgo quæ egredietur ad hauriendum, &c. In alijs uerò pro uirgine adoleſcentulam legimus, quæ quomodo ſibi inuicem congruant, doce. In Hebræo nanq; adoleſcentulam quoq;, quæ Græco ſermone νεᾶνις dicitur, ibi legimus Alma: quod quidem in Eſaia habetur nomine hoc loco, ubi in noſtris codicibus ſcriptum eſt: Ecce uirgo concipiet & pariet. Et Aquila tranſtulit: Ecce adoleſcentula concipiet & pariet. Et in Hebræo: Ecce alma concipiet. Notandum ergo quòd nomē Alma nunquam niſi in uirgine ſcribitur: & habet etymologiam ἀπόκρυφος, id eſt, abſcondita. Scriptum eſt ſiquidem in Iob, Et ſapiētia unde inuenietur, & quis locus intelligentiæ, & abſconditur ab oculis omnis uiuentis. Vbi nunc diximus, Abſconditur: in Hebræo propter declinationem uerbi aliter figuratum eſt, Naalma dicitur huic quid ſimile, licet maſculino genere declinetur. Et in Regnorum libris ſcriptum eſt ex perſona Heliſei loquentis ad Giezi: Et Dominus abſcondit à me. Ergo Alma quod interpretatur abſcondita, id eſt, uirgo nimia diligentia cuſtodita, mihi maioris laudis uidetur eſſe, quàm uirgo. Virgo quippe iuxta Apoſtolū poteſt eſſe corpore, & non ſpiritu: abſcondita uerò, quæ uirgo eſt, ἐπίτασιν uirginitatis habet, ut & uirgo ſit & abſcondita. Et quæ abſcondita eſt, iuxta idioma linguæ Hebrææ, conſequenter & uirgo eſt: quæ autem uirgo, non ſtatim ſequitur ut & abſcondita ſit. Hoc idem uerbū & in Exodo de Maria ſorore Moyſi uirgine legimus. Oſtendant igitur Iudæi in ſcripturis alicubi poſitum Alma, ubi adoleſcentulam tantum, & non uirginem ſonet: & cōcedemus eis illud quod in Eſaia apud nos dicitur, Ecce uirgo concipiet & pariet, non abſconditam uirginem, ſed adoleſcentulam ſignificare iam nuptam. Sequitur.

Et dimiſerunt Rebeccam ſororem ſuam & ſubſtantiam eius, & ſeruum Abrahæ & uiros qui cum eo erant.] In Hebręo habet, Et dimiſerunt Rebeccam ſororem ſuā, & nutricem eius & ſeruum Abrahæ & uiros illius. Decens quippe erat, ut ad nuptias abſque parentibus uirgo proficiſcens, nutricis ſolatio foueretur. Sequitur.

Iſaac namq; habitauit in terra Auſtri, & egreſſus eſt ut exerceretur in campo ad ueſperam.] Cuius ſignificationis ſit iſta egreſsio Iſaac in campū ad ueſperā, ſcire deſidero. hoc mihi uidetur ſignificari uelle, unde à patre ad immolandum quōdam fuerat abductus. Quod autem ait, Et egreſſus eſt ut exerceretur in campo, quod Græce dicitur ἀδολεσχῆσαι. in Hebræo habet, Et egreſſus eſt Iſaac ut loqueretur in agro declināte iam ueſpera. Significat autem ſecundum illud quod dominus ſolus orabat in mōte, etiam Iſaac, qui in typo Domini fuit ad orationem, quaſi uirum iuſtum domo egreſſū, & uel nona hora, uel ante ſolis occaſū ſpiritales Deo uictimas obtuliſſe. Seqtur.

D. *Vidensq; Rebecca Iſaac, tulit theriſtrum, & operuit ſe.*] Theriſtrum quid ſit expone. M. Theriſtrum etenim pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici ueſtimenti, quo mulieres prouinciæ illius utuntur. Sequitur.

Et adiecit Abraham, & accepit uxorem nomine Cethurā, & peperit ei Zamram, & Iecſan & Madan, & Madian, Ieſboc & Sue. Iecſan genuit Saba & Dadan. filij Dadan fuerunt Aſuri, & Latuſim, & Laomim. filij Madian Gephar, & Aſer, Saba, & Enoch & Abida & Aldde. Omnes filij Cethuræ. deditq; Abrahā uniuerſa quæ habuit Iſaac: filijs autem concubinarum quas habuit, dedit munera, & dimiſit eos ab Iſaac filio ſuo, cum adhuc uiueret in oriente ad orientalem plagam.] D. Quæ eſt iſta Cethura, aut quo ex genere, uel quæ ſit interpretatio nominis eius, quæſo ut dicas. M. Cethura Hebræo ſermone copulata interpretatur, aut uicta: quam ob cauſam ſuſpicantur Hebræi

Digitized by Google

Hebræi mutato nomine eandem eſſe Agar Aegyptiam, quæ Sara mortua tranſierit in uxorem, & uidetur decrepiti iam Abrahæ excuſari ætas, ne ſenex poſt mortem uxoris uetulæ nouis arguatur nuptijs laſciuiſſe. Nos quod incertum eſt relinquentes, hoc dicimus quòd de Cethura nati filij Abraham iuxta hiſtoricos Hebræorum, occupauerint τρωγλοδύτην, & Arabiam quæ nunc uocatur εὐδαίμονα, uſq; ad mare rubrum. Dicitur autem unus ex poſteris Abrahæ, qui appellabatur Apher, duxiſſe aduerſus Libyam exercitum, & ibi uictis hoſtibus conſediſſe, eiusq; poſteros ex nomine ataui Aphricam nũcupaſſe. Huius rei teſtis eſt Alexander, qui dicitur Polyhiſtor, & Cleodemus cognomento Malchus, Græco ſermone barbaram hiſtoriam retexentes. Quod autem & filij Dadan fuerunt Aſurim, & Latoſim, & Laomim, & Aſurim in negociatores transferri putant, Latoſim æris ferriq; metalla cudentes: Laomim uerò φίλαρχος, id eſt, princeps multarum tribuũ atq; populorum. Alij ob hoc Aſſurim uocatos Syros eſſe contendunt, & à pleriſq; filijs Abrahæ ex Cethura, occupatas Indiæ regiones.

RECAPITVLATIO A IVRAmento ſerui in fœmore uſq; filios Cethuræ.

ANimaduertendum cur Abraham ſeruo ſuo dixerit, poſtulans iureiurando fidem. Pone, inquit, manum tuam ſub fœmore meo, & adiuro te per Deum cœli. Quid ſibi uult, Deus cœli ad fœmur Abrahæ, niſi ut cognoſcatur ſacramentum. Per fœmur enim genus intelligitur. Ergo quæ fuit illa coniuratio, niſi quia ſignificabatur de genere Abraham in carne uenturum Deum cœli. Senior autem iſte imaginem habuit legis, per quam ſponſa, id eſt, Chriſti ecclesia deſpondebatur. Abijt itaq; puer in Meſopotamiam, in ciuitatem Nachor, ſtetitq; circa fontem quærens ſponſam filio Domini ſui: ſic & lex, quæ poſt fidem eſt, uenit ad fontem baptiſmatis, ibi orans occurrit ei uirgo Rebecca, id eſt, eccleſia. Vidit autem Rebecca puerum, id eſt, ſermonem propheticum, deponit de humero hydriam, utiq; elatam ſeculi facundiam, & ad humilem propheticum ſe inclinat ſermonem. Accepit autem à puero inaurem auream, id eſt, ſuſcepit fidei ornamenta, uel morum, uel etiam aureos ſcripturarum ſenſus, & clarum argenti eloquium: ſicq; ſecuta puerum Rebecca uenit ad Iſaac. Secuta uerbum propheticum eccleſia, uenit ad Chriſtũ, quæ tamen cameli dorſo deducitur: quia ad Chriſtum ex gentilitate eccleſia properans intortis uitioſisq; uitæ ueteris conuerſationibus inuenitur. Quæ Iſaac uiſo deſcendit de camelo: quia Domino agnito uitia ſua gentilitas deſeruit, & ab elatione celſitudinis uiam humilitatis petiuit. Quæ etiam & uerecundata pallio uelabatur, quia coram eo de erroribus prioris uitę confunditur. Quòd uerò inclinato iam die egreſſus eſt in agrũ Iſaac: hoc ſignificabat, quòd extremo huius mundi tempore uelut in diei fine ueniens Chriſtus, qui quaſi in agrum foras exijt: quia cum ſit inuiſibilis, ſe tamen uiſibilem in hoc mundo uenienti ex gentibus eccleſiæ demonſtrauit. Inuenit autem eum eccleſia ad puteum uiſionis, id eſt, in contemplatione & intelligentia ueritatis, ubi intellectum percipiat altiorem: ſiue lauacrum aquæ, ubi purificetur: ſicq; dehinc copulatur ſponſo ſuo Chriſto, adhærens illi gloria æternitatis & regnę. Sequitur. Quid enim ſibi uelit, quòd Abraham poſt obitum Saræ Cethuram duxit uxorem? nunquid ob incõtinentiam, dum eſſet iam ætate grandęuus? abſit, ſed propter filiorum procreationẽ, dum illi ſemen quaſi ſtellæ cœli ex Iſaac filio promitteretur. Ergo uideamus, quid ſibi uelit iſta Cethura: niſi quia ſicut Agar & Iſmael ſignificauerunt carnales ueteris teſtamenti, ſic & Cethura & filij eius ſignificabant hæreticos, qui ſe ad teſtamẽtum nouum æſtimant pertinere: ſed filij concubinæ dicũtur. Sola Sara ſemper uxor uocatur, ſicut ſcriptum eſt: Vna eſt columba mea, una eſt perfecta mea. Sequitur. Quid datur intelligi, quòd Abraham cuncta quæ poſsidebat, dedit filio ſuo Iſaac, filijs autem concubinarũ largitus eſt munera, & ſeparauit ab inuicem. Dantur quippe & nonnulla munera filijs concubinarum, id eſt, carnalium, ſed nõ perueniunt ad regnũ promiſſum nec hæretici nec Iudæi, quia carnalia lucra ſectantur. præter Iſaac enim nullus eſt hæres, utiq; quia non filij carnis, ſed filij promiſsionis deputantur in ſemine.

DE MORTE ABRAHAE.

HIERONYMVS. Et mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, ſenex & plenus dierũ, & collectus eſt ad populum ſuum. Malè in Septuaginta interpretibus additum eſt, Abrahã deficiens mortuus eſt: quia non cõuenit Abrahæ deficere & minui. Illud quoq; quod nos poſuimus, In ſenectute bona, ſenex & plenus: in Græcis codicibus ponitur, Plenus dierũ. quod cum ſenſum uideatur exponere, eo quod luce & diei operibus plenus occubuerit.

ITEM HAEC NOMINA FILIOrum Iſmael in generationibus ſuis & nominibus.

HIERONYMVS.

PRimogenitus Iſmaelis Nabaioth & Cedar, & reliqui uſque ad eum locum, ubi ait: Et habitauerunt ab Euila, uſq; Sur, quæ eſt contra faciem Aegypti uenientibus in Aſſyrios, in conſpectu omnium fratrum ſuorum cecidit.

Duodecim filij naſcuntur Iſmaeli: ex quibus primogenitus fuit Nabaioth, à quo omnis regio ab Euphrate uſq; ad mare rubrum Nabathena uſq; hodie dicitur, quæ pars Arabiæ eſt. Nam & filiæ earum, oppidaq; ac pagi & munita caſtella, & tribus horum appellatione celebrantur ab uno ex his Cedar in deſerto & Duma alia regio, & Theman ad Auſtrum, & Cedma ad Orientalem plagam dicitur. Quod autẽ in extremo huius capituli iuxta Septuaginta legimus, Contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit: uerius eſt illud quod nos poſuimus, Coram omnibus fratribus ſuis occubuit,

id eſt, in manſibus omnium filiorum ſuorũ mortuus eſt ſuperſtitib. liberis, & nullo prius morte prærepto. Fratres autem pro filijs appellari Iacob ad Laban demonſtrat, dicens: Quid eſt peccatum meum, quia perſecutus es poſt me: & quia ſcrutatus es omnia uaſa mea? Quid inueniſti de uniuerſis uaſis domus tuæ? ponatur coram fratribus meis & fratribus tuis, & dijudicent inter nos. Nec enim poſſumus credere, ut ſcriptura commemorat, quod Iacob exceptis liberis, ſecum fratres aliquos babuerit.

SEQVITVR DE CONCEPTIONE REBECCÆ.

D*eprecatusq́; eſt Iſaac Dominũ pro uxore ſua, eo quod ſterilis eſſet, & exaudiuit eum, deditq́; conceptum Rebeccæ.*

HIERONYMVS. Et concepit Rebecca, & mouebantur filij eius in ea. Pro motione Septuaginta poſuerũt interpretes ἐσκίρτων, id eſt, ludebant: uel ut Aquila tranſtulit, confringebãtur filij in utero eius. Symmachus uerò διεπλέον, id eſt, in ſimilitudine nauis in ſuperficie ferebantur. Sequitur. Egreſſusq́; primus rubeus ſicut pellis piloſus. Vbi nos piloſum poſuimus, in Hebræo habet Sear. Vnde & Eſau, ſicut & alibi legimus, Seir, id eſt, piloſus eſt dictus.

GREGORIVS.

D. Deus Abrahæ promiſit dicẽs, In Iſaac uocabitur tibi ſemen: cui etiam dixit, Patrem multarum gentium poſui te. cui rurſum promiſit dicens: Benedicens benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & uelut arenam, quæ eſt in litore maris. Quare apertè conſtat, quia omnipotens Deus ſemẽ Abrahæ multiplicare per Iſaac prædeſtinauerat: & tamẽ ſcriptum eſt, Deprecatus eſt Iſaac Dominũ pro uxore ſua, eo quòd ſterilis eſſet: qui exaudiuit eum, & dedit cõceptum Rebeccæ. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Iſaac prædeſtinata fuit, cur coniugem ſterilem accepit? M. Ea namq; quæ uiri ſancti orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, ut precibus obtineantur. Nam ipſa quoq; perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotente Deo diſpoſita, ut ad hoc electi ex labore perueniãt, quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula donare diſpoſuit. Quod utrum uerum ſit, penſa quæ propoſuiſti, & concite uales probare: quia prædeſtinatio precibus impletur, quando is in quo multiplicare ſemẽ Abrahæ prædeſtinauerat, oratione obtinuit, ut filios habere potuiſſet.

RECAPITVLATIO.

Igitur Iſaac dum rogaret Dominum, ut pareret uxor eius, quæ ſterilis erat, conceſsit Dominus quę poſtulabat, illidebanturq́; gemini in utero eius incluſi anguſtia: quæ dum agerentur, interrogauit Dominum, accepit reſponſum: Duæ gentes in utero tuo ſunt, & duo populi de uentre tuo diuidentur, populusq́; populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Quod figuraliter factum etiam ipſis Iudęis non credentibus notum eſt, qualiter populus eccleſiæ ſynagogę populum ſuperabit, & quomodo plebs Iudæorum tempore maior ſeruit minori populo Chriſtianorum. Siquidem & in ſingulis nobis hoc dici poteſt, quod duę gentes & duo populi ſunt intra nos, uitiorum ſcilicet atq; uirtutum: ſed iſte minor eſt, ille maior. Semper enim plures ſunt mali, quàm boni: & uitia numeroſiora uirtutibus ſunt: ſed tamen & in nobis gratia Dei populus populum ſuperat, & maior ſeruit minori. Seruit etenim caro ſpiritui, & uitia uirtutibus cedũt. Procedit enim Eſau primus rufus, & totus tanquam pellis hirſutus. Deinde exijt frater eius Iacob, & manus eius implexerat calcaneo Eſau. Sed cur ille totus rubeus & hiſpidus, niſi quia populus prior prophetarum & Chriſti fuit cruore pollutus, ac peccati & nequitiæ ſqualore extitit circũdatus. Cuius ideo minor calcaneum tenuit, quia myſticè maiorẽ populum minor ſuperaturus eſſet. Sequitur.

Factus eſt Eſau uir gnarus uenandi, & homo agricola. Iacob autem ſimplex habitabat in tabernaculis.] Et ſicut in alia translatione habetur, habitauit domi.

GREGORIVS. Quid per uenationem Eſau, niſi eorum uita figuratur, qui in exterioribus uoluptatibus ſuii carnem ſequuntur: qui etiam agricola eſſe deſcribitur, quia amatores ſeculi huius tanto magis exteriora incolunt, quanto interiora ſua inculta derelinquunt. Iacob uerò ſimplex in tabernaculis habitare perhibetur: quia nimirum omnes qui in curis exterioribus ſpargere fugiunt, ſimplices in cogitatione atq; in conſcientia ſua babitatione conſiſtunt. In tabernaculis enim aut in domo babitare, eſt ſe intra mentis ſecreta reſtringere, & nequaquam exterius per deſideria diſsipare, ne dum ad multa foras inhiãt, à ſeipſis alienatis cogitationibus recedant.

HIERONYMVS.

Dixitq́; Eſau ad Iacob: Da mihi guſtum de coctione iſta rubea, quia deficio. Propterea uocatum eſt nomen eius Edom. Rubrum enim ſiue fuluũ lingua Hebræa Edom dicitur. Ab eo igitur quod rubro cibo uẽdiderit primitiua ſua fului, id eſt, Edom ſortitus eſt nomen.

GREGORIVS.

De Eſau quod propter lenticulam fratri uendiderit primogenita, ita ait: Sciendũ quia quinque nos modis gulæ uitium tentat. aliquando namq; indigentiæ tempora præuenit, aliquando tempus non præuenit, ſed cibos lautiores quærit. Aliquando quælibet ſumenda ſunt, & præparare curatius expetit. Aliquando autem & qualitate ciborum & tempore congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi menſuram refectionis excedit. Nonnunquã uerò & abiectius eſt q̃d deſiderat, & tamẽ in ipſo æſtu immẽſi deſiderij deterius peccat: quæ uitiorũ tẽpora melius oſtendimus, ſi hæc exẽplis euidẽtiorib. approbemus. Mortis quippe ſententiã patris ore Ionathan meruit, q̃a in guſtu mellis cõſtitutũ edẽdi tẽpus anteceſsit: & ex Aegypto populus eductus in eremo occubuit, quia deſpecto manna

cibos

cibos carnium petijt, quos lautiores putauit. Et prima filiorum Heli culpa ſuborta eſt, quod ex eorũ uoto ſacerdotis puer non antiquo more coctas uellet de ſacrificio carnes accipere, ſed crudas quęreret, quas accuratius exhiberet. Et cum ad Hieruſalem dicitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis, tuæ ſuperbia, ſaturitas panis, & abundãtia aquę: aperte oſtenditur, quod idcirco ſalutem perdidit, quia cum ſuperbię uitio menſuram immoderatæ refectionis exceſſit. Hinc primogenitorum gloriam amiſit, quia magno æſtu deſiderabilem cibum, id eſt, lenticulam concupiuit: quam dum uenditis primogenitis prætulit, quomodo in illo appetitu anhelaret, indicauit. Neq; enim cibus, ſed appetitus in uitio eſt. Vnde & lautiores cibos plerũque ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu cõcupiſcentiæ deguſtamus. Hic quippe, quem diximus Eſau, primarũ pro lenticula perdidit: & Helias in eremo uirtute corporis carnis edendo ſeruauit. Vnde & antiquus hoſtis, quia non cibum, ſed cibi concupiſcentiam eſſe cauſam damnationis intelligit, & primum ſibi hominem non carne, ſed pomo ſubdidit: & ſecundũ non carne, ſed pane tentauit. Hinc quod plerunq; Adam culpa committitur, etiam cum abiecta & uilia ſumuntur. Neq; Adam etenim ſolus ut à uetito ſe pomo contineret, præceptũ prohibitionis accepit. Nam cum alimenta quędam ſaluti noſtræ Deus contraria indicat, ab his nos quaſi per ſententiam uetat. & cum concupiſcentes noxia attingimus, profectò quid aliud quàm uetita deguſtamus. Ea itaq; ſumenda ſunt, quæ naturæ neceſsitas quærit, & non quæ edendi libido ſuggerit, ne ſi hæc moderata diſcretio minus caute proſpexerit, illicitæ ſe concupiſcentiæ quis uoragine mergat.

ISIDORVS.

Nam quod iſte Eſau primogenita ſua propter eſcã fratri ſuo iuniori uenundedit, ac poſtmodum paterna benedictione ſibi promiſſa priuatus eſt: ſignificat eundem populum Iſraeliticum, qui ideo ut Exodi indicat liber, primogenitus filius nuncupatus eſt, non ſolũ primatus ſui honorem amiſit, uerumetiam & regni cœleſtis præmium præparatum adipiſci nõ meruit: Domino quodammodo id eidem exprobrante, cum dicit, Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti uoluntatem eius. Primogenita autem, ipſa ueſtis erat ſacerdotalis, qua maiores natu cum benedictione patris induti, uictimas Deo uelut pontifices offerebãt. Hoc donum terreni amoris deſiderio caruerũt Iudæi cum gloria regni futuri. Sequitur.

Orta dehinc fame ſuper terram, abijt Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum in Gerara.

HIERONYMVS. Seminauit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in anno illo centuplum hordei. Licet in aliena terra ſeminauerit Iſaac, tamen non puto, quia ei tanta fertilitas hordei fuerit. Vnde melius puto illud eſſe, quod habetur in Hebræo, & Aquila quoq; tranſtulit, Et inuenit in illo anno centuplum ęſtimatum, id eſt,

ἑκατὸν ἀγχριθμένον. Licet enim eiſdem literis & æſtimatio ſcribatur, & hordeum: tamen æſtimatione Searim leguntur, hordea uerò Seorim. Tacens autem ſcriptura genus frugum, quod centuplicauerit, uidetur mihi cunctarum in illo uirtutum oſtendiſſe multiplicationẽ. Deniq; ſequitur. Et benedixit ei Dominus, & magnificatus eſt uir, & ambulabat uadens magnificatus, donec magnus fieret ualde ſiue uehementer. Felicitas autem hordei, ignoroſi multiplicati, quem poſſet facere glorioſum. Sequitur.

Et abijt inde Iſaac, & uenit in uallem Gerarim, & habitauit ibi.] Pro ualle torrentem habet in Hebræo. neque enim Iſaac, poſtquam magnus factus eſt, habitare poterat in ualle. habitauit autem in torrente de quo ſcriptum eſt: De torrente bibit in uia. De quo etiam Helias tempore famis bibit. Sed quia Helias nõ erat ut Chriſtus, ideo ei torrens ille aruit. Dominus enim noſter etiã in torrente traditus eſt, dedicans regenerationem noſtrã & baptiſmi ſacramentũ. Sequitur.

Et fodit puteum Iſaac in ualle Gerarim, & inuenit ibi puteum aquæ uiuæ.] Et hic pro ualle torrẽtem habet. Nunquã enim in ualle inuenitur puteus aquæ uiuæ. Sequitur.

Et foderunt puteum alterum, & altercati ſunt etiam ſuper eum, & uocauit nomen eius inimicitiæ.] Pro inimicitijs quod Aquila tranſtulit & Symmachus, τὴν ἀντικειμένην & ἐναντίωσιν: id eſt, aduerſum atq; cõtrarium in Hebræo habet, ſatana. Ex quo intelligimus ſatanan contrarium interpretari.

Et foderunt puteum alterum, & nõ litigauerunt cum eis, & uocauit nomen eius latitudo.] Pro latitudine in Hebręo habet, Rohoboth, ad probãdũ illud quod ſupra diximus. Ipſe ædificauit Niniuen ciuitatẽ & Rohoboth, hoc eſt, plateas eius. Sequitur.

Et Abimilech iuit ad eum de Gerarit & Chorath pronubus eius, & Phicol princeps militiæ eius.

Pro Ochozat in Hebręo habet, collegium amicorum eius: ut non tam hominem ſignificet quàm amicorum turbam. quæ cum rege uenerat: in quibus fuit & Phicol princeps exercitus. Sequitur.

Et uenerunt ſerui Iſaac, & nunciauerunt de puteo, quem foderunt, & dixerunt ei: Inuenimus aquam, & uocauit nomen eius ſaturitas.] Neſcio quomodo in LXX. interpretibus habeatur, Et uenerunt pueri Iſaac, & nunciauerunt de puteo, quem foderunt: dixerũtq; ei, Non inuenimus aquã, & uocauit nomen eius iuramentũ. Quę enim etymologia eſt propterea uocari iuramentum, quòd aquam nõ inueniſſet? E contrario in Hebræo, cui interpretationi Aquila quoq; cõſentit & Symmachus: hoc ſignificat, quòd inuenerit aquã, & propterea appellatus ſit puteus ipſe ſaturitas. Et uocata eſt ciuitas Beerſaba: hoc eſt, puteus ſaturitatis. Licet enim ſuprà ex uerbo iuramẽti ſiue ex ſeptenario ouium numero, quod ſabe dicitur, aſſeruimus Beerſaba appellatam: tamen nunc ex eo quod aqua inuẽta eſt, Iſaac ad nomẽ eius ciuitatis, quæ ita uocabatur alludens, declinauit paululum literam, & pro ſtridulo Hebræorũ ſin, à quo Sabe incipitur, gręcũ ſigma, id eſt,

Hebræorum ſamech poſuit. Alioquin & iuxta allegoriæ legem poſt tantos puteos in fine uirtutum nequaquam coogruit, ut Iſaac aquã minimè repererit.

RECAPITVLATIO VNDE SVPRA.

Ex præcepto itaq; & benedictione Domini iuit Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum, ibiq; uxorem ſuam Rebeccam ſororem finxit cauſa timoris, quam rex alienigena Iſaac coniugem tūc eſſe cognouit, quando eum cum ea ludentem uidit. Quid autem ſibi uelit in ſacramento Christi & eccleſiæ, quod tantus patriarcha cum coniuge luſerit, coniugiumq; illud inde ſit cognitum. Vidit profectò quiſquis, ne aliquid errando in eccleſia peccet, ſi ſecretum uiri eius in ſcripturis ſanctis diligenter intueatur, & inuenit eum maieſtatem ſuam, qua in forma Dei æqualis eſt patri, pauliſper abſcondiſſe in forma ſerui, ut eius capax eſſe humana infirmitas poſsit: eoq; modo ſe coniugi congruenter aptaret. Quid enim abſurdũ, imo quid non conuenienter futurorum prænunciationi accõmodatum, ſi propheta Dei carnale aliquid luſit, ut eum caperet affectus uxoris: cum ipſum uerbũ Dei caro factum ſit, ut habitaret in nobis. Poſt hæc refert ſcriptura illud: quòd Iſaac poſtquam eum benedixit Dominus, & magnificatus eſt ualde, aggreſſus eſt opus, & cœpit ſodere puteos, quos foderant pueri patris eius Abrahæ: ſed inuidentes ei Palæſtini, obſtruxerunt eos, implentes humo, & reliqua. Quis eſt iſte Iſaac, niſi Saluator noſter, qui dum deſcendiſſet in iſtum torrentẽ Gerara, primo omnium illos puteos fodere uult, quos foderãt pueri patris ſui, id eſt, Moyſes puteum legis ſoderat: Dauid, Salomon & prophetæ libros ſcripſerunt ueteris Teſtamenti, quos tamen terrena & ſordida repleuerat intelligentia Iudæorum & hæreticorum. Hos cum uellet purgare Iſaac, ut oſtenderet quia quæcunq; lex & prophetæ dixerũt, de ipſo dixerunt: rixati ſunt cũ eo Philiſtini, id eſt Iudęi, à regno Dei alieni, ſed diſcedit ab eis. Nõ enim poteſt eſſe cum eis, qui in puteis aquã habere nolunt, ſed terram. & dicit eis: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Fodit ergo Iſaac nouum puteum, imò Iſaac pueri fodiunt. Pueri ſunt Iſaac, Mattheus, Marcus, Lucas, Ioannes, Petrus. Iacobus, Iudas, Paulus, & reliqui qui omnes noui Teſtamenti puteum foderũt, & inuenerunt aquam uiuam, quæ ſit fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Sed pro his adhuc altercantur illi, qui terrena ſapiunt, nec noua condi patiuntur, nec uetera purgari Euangelicis puteis contradicunt, apoſtolis aduerſantur: & quoniam in omnibus contradicunt, litigantes, dicitur ad eos: Quoniam indignos uos feciſtis gratia Dei, ex hoc iam ad gentes ibimus. Poſt hæc fodit tertium puteum Iſaac, & appellauit nomen eius latitudo dicens: Nunc dilatauit nos Deus, & creſcere fecit ſuper terram. Verè dilatatus eſt Iſaac, id eſt Chriſtus, & impleuit omnẽ terram ſcientia trinitatis, & in toto orbe latitudinẽ eccleſiæ collocauit. Prius notus tantum erat in Iudæa Deus, & in Iſrael nominabatur: nunc autẽ in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Exeuntes enim pueri Iſaac per uniuerſum orbem terræ, foderunt puteos, & aquam omnibus oſtenderunt, baptizantes apoſtoli omnes gentes in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti. D. Sed quid eſt quòd puteos, quos Abraham aperuit, Iſaac ſic eos uocauit, ſicut & pater eius: M. Sciẽdum ſanè, quia Moyſes apud nos etiã Moyſes appellatur, ut propheta unuſquiſq; nomine uocitantur, nec mutantur, quaſi eorundem uocabula puteorum. hæc myſtice.

GREGORIVS. Moraliter autem Iſaac apud alienã gentẽ puteos fodiſſe deſcribitur: quo uidelicet exemplo diſcimus, ut in hac peregrinationis ærumna poſiti, cogitationũ noſtrarũ profunda penetremus, & quouſq; nobis ueræ intelligentiæ aqua reſpondeat, nequaq; noſtræ inquiſitionis manus ad exhaurienda cordis terrena torpeſcat. Quos tamen puteos allophyli inſidiantes replent: quia nimirum immundi ſpiritus cum nos ſtudioſe cõfiteri peccata noſtra cõſpiciunt, moleſtas nobis tentationũ cogitationes immergũt. Et quia ſi ſæpe eloquijs ſacris intendimus, malignorũ ſpirituũ inſidias grauius toleramus: quia menti noſtræ terrenarũ cogitationũ puluerẽ aſpergũt, ut intẽtionis noſtræ oculos à luce intimæ uiſionis obſcurent. Vnde ſemper mens euacuãda eſt, inceſſanterq; fodiẽda, ne ſi indiſcuſſa relinquitur, uſq; ad tumorem peruerſorũ operũ cogitationũ ſuper nos terra cumuletur. Vnde ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, fode parietem, id eſt, cordis duritiam crebris perſcrutationum ictibus rumpe.

DE GENERATIONIBVS FILIORVM Iſaac, Hieronymus in libro Quæſt.

Dixitq; Iacob: Ecce Eſau frater meus, uir piloſus eſt, & ego uir lenis.] Vbi nos piloſũ legimus, in Hebræo habet Seir. unde poſtea mõs Seor, & regio in qua uerſabatur, eſt dicta. diximus de hoc & ſuprà.

Et ſumpſit Rebecca ueſtimenta filij ſui maioris, quæ erãt deſiderabilia ualde, apud ſe domi.] Et in hoc loco tradunt Hebręi, ut iam intimauimus, primogenitos functos officio ſacerdotũ, & habuiſſe ueſtimentũ ſacerdotale, quo induti uictimas offerebant, anteq; Aaron in ſacerdotiũ eligeretur. Seqtur.

Et dixit Eſau: Iuſtè uocatum eſt nomen eius Iacob, ſupplantauit enim me ecce ſecundo.] Iacob ſupplantator interpretatur, eo igitur quod fratrẽ arte deceperit: alluſit ad nomen, qui ideo Iacob antè uocatus eſt, quod mortui fratris plantam apprehenderat. Sequitur.

Dixitq; Iſaac ad Eſau: Poſt benedictione Iacob fratri tuo ſeruies, & erit tempus, quando depones iugũ illius de collo tuo.

Significat quod Idumæi ſerui turi ſint Iudæis, & tempus eſſe uenturũ, quando de collo iugum ſeruitutis abijciatur, eorumq; imperio cõtradicant. Secundum autem Septuaginta interpretes ita habet, Erit autem cum depoſueris & ſolueris iugũ de collo tuo: uidetur pendere ſententia, nec eſſe completa.

HIERONYMVS DAMASO. D.

CVr Iſaac uir iuſtus, & Deo charus non cui uoluit, ſed cui noluit deceptus errore benedixit? M. Differo pauliſper typos, & ea quę à maioribus noſtris ſuper hoc loco interpretata ſunt, prætereo: non quia opinioni eorũ non acquieſcam, ſed quod tu illic tantum quæras quare uir iuſtus aliquid ignorauerit, & contra ſuam fecerit uoluntatem. Ad quod diſtrictè reſpondendum eſt, nullum hominẽ excepto eo qui ob noſtram ſalutem carnẽ eſt dignatus aſſumere, plenam habuiſſe ſcientiam, & certiſsima doctrinę fluenta potare. Vnde nec mirum, ſi tam celſus patriarcha aliquid ignorauerit. ex parte namq; cognouit, & ex parte prophetauit, & nunc per ſpeculum uidit in ænigmate: & ſecundũ quod oportet orare, neſcire nos dicit. Quia cum uenerit quod perfectũ eſt, tunc quod ex parte eſt deſtruetur. ſed quod uidit homo, uidit in facie, Deus autem inſpicit cor. Et ſicut Samuel neſciuit quẽ ex filijs Ieſſe benedicere deberet. prius quam Domino reuelante cognouit: ut Dauid, qui erat in paſcuis ungi deberet in regem. Aut ſicut Heliſeus propheta prohibẽte Giezi puero ſuo, mulierem Sunamitem dicebat: Dimitte eam. anima enim eius in anguſtia eſt, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi, & reliqua. Vnde nec mirum eſt, Iſaac patriarcham in ſuam maximè utilitatem neſciſſe, quid facere cum eo magis eo tempore erraret, quo filium ſanguinariç deditum uoluptati, & eum qui fratrem poſtea poſsit occidere, prætermiſſu illo q innocenter habitabat, domi uellet differre, & ſuam magis quam Dei ſtatuere uoluntatem. Ergo puto diuinæ diſpenſationis fuiſſe, ut oculis cæcaretur: & cum ipſe diceret, Vox quidem uox Iacob eſt, manus autem manus ſunt Eſau. Tamen non intelligeret minorem eſſe filium, qui ad benedictionem fratris præceptor aſtiterat. Iunilius. D. Quid eſt typus, quem differre dixiſti ſuperius? M. Quem nos figuram dicimus, ſiue formã, ſicut dicit Apoſtolus: Omnia enim in figura contingebant illis. & iterum, Adã qui eſt forma futuri. nec enim ab re eſt unũ aliquid multis ſignificare. D. Quid eſt ergo typus uel figura? M. Præſentium aut præteritarum aut futurarum ignoratio per opera, ſecundum id ꝙ opera ſunt manifeſtatio. D. Da prçteritorum typos. M. Vt eſt catechumenorum humilitas. typum enim gerũt ad ea paradiſi excluſi, & ex conſcientia delictorum diuinũ metuentes aſpectum, propter quod & per publicum capitibus tectis incedunt. D. Da in præſentibus. M. Vt Aaron ueſtis, quæ duodecim tribuum nomina lapidibus inſignita geſtabat: oſtendens ſe pro omni quidãmodo populo ſupplicare. D. Da de futuris. M. In his nulla eſt difficultas, tamen ex ſuperfluo ut in duobus filijs Iſaac duo teſtamenta mõſtrata ſunt. D. Quoniam & de prophetia ſimilem penè diffinitionem diximus, quid intereſt. M. Qđ in prophetia uerbis ſecundũ hoc ꝙ uerba ſunt, futura ſignificantur. In typis autẽ res declarãtur ex rebus. Poſſunt tamẽ hęc duo ita definitiõe miſceri, ut dicamus: quia prophetia eſt typus in uerbis, ſecundum id quod uerba ſunt. & ecõtrà, typus eſt prophetia in rebus, in quantum res eſſe noſcuntur. hæc de typis, figuris uel formis hoc in loco dictum ſufficiat.

ITEM VNDE SVPRA GREGORIVS. D.

Quid ſignificare uelit actus Eſau & Iacob ꝙ aliter ad uenatum mittitur, ut bene dicatur: alter uerò per ſuppoſitionem matris à patre benedicitur. M. Liquidò conſtat, quia iuxta ſacræ lectionis hiſtoriam paſcitur: in qua uidelicet hiſtoria ſe ad intellectum paulo ſubtilius ſtringatur. Vide qa Iacob primogeniti benedictionẽ non per fraudem ſubripuit, ſed ut ſibi debitã accepit, quam à concedente fratre delentis mercede cõparauit. At uerò ſi quis altius ſentiẽs utrunq; factũ uelit per allegoriæ arcana diſcutere protinus ab hiſtoria in myſterium ſurgat. D. Quid eſt enim quòd Iſaac de maioris filij ſui uenatione ueſci cõcupiſcit? ἀναγωγή. M. Omnipotens etenim Deus Iudaici populi bona operatione paſci deſiderauit, ſed illo tardante minorem Rebecca ſuppoſuit: quia dũ Iudaicus populus bona opera foras quærit, gentilẽ populum mater gratia introduxit, ut omnipotẽti patri cibũ boni operis offerret, & benedictionem maioris fratris acciperet, qui eoſdẽ cibos ex domeſticis animalibus prębuit: quia gentilis populus placere Deo de exteriorib. ſacrificijs nõ quærit, per uocẽ prophetę dicit: In me ſunt Deus uota tua, quæ reddã laudatiões tibi. D. Quid eſt ꝙ iiſdem Iacob manus ac brachia & collum hœdinis pellib. texit? M. Hœdus ſepè ꝓ peccato offerri cõſueuit, & gentilis populus, dũ ſe cõfiteri peccatorẽ nõ erubeſcit, carnis in ſe peccata mactauit. D. Quid ſibi uult ꝙ ueſtimentis maioris fratris Iacob induitur? M. Sacræ nãq; ſcripturæ præceptis, quæ maiori populo data fuerant, in bona operatione ueſtitus eſt, & eis minor in domo utitur, quę maior foras exiens intus reliquit: quæ ille gẽtilis populus habere nõ potuit, dum ſolã in eis literã adtendit. D. Quid indicat quòd Iſaac eundem filiũ neſcit, quẽ benedicit? M. De gẽtili ergo populo Dñs per pſalmiſtã dicit: Populus quẽ nõ cognoui, ſeruiuit mihi, &c. D. Quid eſt ꝙ per præſentẽ filium nõ uidit, & tamen in futuro ei multa prçuidit? M. Omnipotẽs enim Deus, cũ per prophetas ſuos prædixerit gentilitatem gratiã prærogandã, eã in prçſenti per gratiã non uidit, quã tunc in errore dereliquit: & tamen quia hanc quandoq; collecturus erat, ꝓ benedictionis gratiã prçuidit. Vnde & eidẽ Iacob gẽtilis populi figurã tenẽti in benedictione dicitur: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs Deus. Sicut enim in Euangelio ueritas dicit: Ager eſt hic mũdus. Et quia electorũ populus in uniuerſo mundo uirtutibus redolet. Odor fidei, odor eſt agri pleni. Aliter namq; olet flos uuæ, quia magna eſt uirtus & opinio prędicatorum, qui debriant mentes credentium. Aliter flos oliuę, quia ſuauis eſt opus miſericordię, ꝙ more olei refouet & relucet, Aliter flos roſæ, quia mira

eſt flagrantia, quæ rutilat & redolet ex cruore martyrum. Aliter flos lilij, quia cādida uita carnis eſt de incorruptiōe uirginitatis. Aliter flos uiolæ, quia magna eſt uirtus humilium, qui ex deſiderio loca ultima tenentes, ſuper humilitatem in altum à terra non ſubleuant, & cœleſtis regni purpuram in mente ſeruant. Aliter redolet ſpica, cum ad maturitatem perducitur: quia bonorum operum perfectio ad ſaturitatem eorum qui iuſticiam eſuriunt præparantur. Quia ergo gentilis populus in electis ſuis ubiq; per mundum ſparſus eſt, & ex eis uirtutibus quas agit, omnes qui intelligunt odore bonæ opinionis replet, dicatur recte: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Sed quia eaſdem uirtutes ex ſemetipſo noo habet, adiungit: Cui benedixit Dominus Deus. Et quoniam iiſdem electorum populus per quoſdā etiam in contēplationem ſurgit, per quoſdā uerò in actiuę uitæ ſolummodo opere pingueſcit: recte illud additur, Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiā. Ros enim deſuper ſubtiliter cadit, & totiens de rore cœli accipimus, quotiens per infuſionem contemplationis intimæ aliquid tenuiter uidemus. Cum uerò bona opera etiā per corpus agimus, de terræ pinguedine ditamur. D. Quid eſt qđ Eſau tarde ad patrem redit? M. Conſtat proculdubio, quòd Iudaicus populus ad placandum Dominum ſerò reuertitur: cui & hoc in benedictione dicitur, Tempusq; erit cum ſoluatur iugum de collo tuo: quia à ſeruitute peccati Iudaicus populus in fine liberatur. Sicut ſcriptum eſt: Donec plenitudo gentium introierit, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet.

ITEM VNDE SVPRA IPSE QVI SVPRA.

LIquidò conſtat, quod nullus Iudæorum qui plenè legem didicit, aduētum redemptoris noſtri ignorauit: unde & Herodes rex magorū occurſiōe perterritus, ſacerdotes ac principes ſtuduit ſolertiter inquirere, ubi Chriſtum naſciturum eſſe præſcirent. cui protinus reſponderunt, In Bethlehem Iudæ. Prius ergo nouerant, quem paſsionis tēpore dum deſpicerent, ignorabant. Quorum notitia prior, & ignorātia poſterior bene ac breuiter Iſaac caligante ſignatur, qui dum Iacob benediceret & quid eueniret in futuro præuidebat, & quis illi præſens aſsiſteret neſciebat. Sic quippe Iſraelitarū populus, qui prophetiæ myſteria acceperunt, ſed tamen cæcos oculos in contemplatione tenuit, qui eum præſentem non uidit, de quo tam multa in futuro prȩuidit. ante ſe enim poſitum nequaquā cernere ualuit, cuius aduentus potentiam longè ante nunciauit.

ITEM RECAPITVLATIO VNDE SVPRA.

DE benedictione Iacob quid figuraliter indicauerit, Hippolyti martyris uerba ſicut excellentiſsimȩ ſciētiæ ac doctrinæ Hieronymus explicauit, in hoc loco ponenda ſunt. Iſaac, inquit, portat imaginē Dei patris: Rebecca ſpiritus ſancti: Eſau populi prioris & zabuli: Iacob, eccleſiæ & Chriſti. Senuiſſe Iſaac, cōſummationem orbis oſtendit. Oculos illius caligaſſe, fidē periſſe de mundo, & religionis lumen ante eū neglectū eſſe denunciat. Quòd filius maior uocatur, acceptio legis eſt Iudæorū. Quod eſcas eius, atq; capturam dilexit pater, homines ſunt ab errore ſaluati, quos per doctrinā iuſtus quiſq; uenatur. Sermo Dei repromiſsionis eſt benedictio, & ſpes regni futuri, in quo cū Chriſto ſancti regnaturi ſunt, & uerū ſabbatū celebraturi. Rebecca plena ſpiritu ſancto, ſciens ꝙ audiuit, anteq; pareret: qa maior ſeruiet minori, formā gerit in hoc loco ſpiritus ſancti, quæ futura nouerat in Chriſto, ante in Iacob meditatur. Loquitur ad filiū minorē, Vade ad regē, & accipe mihi duos hœdos inde: præfigurans carneum Saluatoris aduentum, in quo eos uel maximè liberaret, qui peccatis tenebātur obnoxij. Siquidē in omnibus ſcripturis hœdi pro peccatoribus accipiūtur. Quod autem duos iubetur afferre, duorū populorū ſignificabatur aſſumptio, ꝙ teneros & bonos, docibiles & innocētes animas oſtendit. Stola Eſau fides & ſcripturæ ſunt Hebręorū, quę illis primo datæ ſunt, & poſt modū gētiliū indutus eſt populus. Pelles aūt quę eius brachijs circūdata ſunt, peccata utriuſq; populi, quę Chriſtus in extēſione manuū cruci ſecū pariter affixit. Ipſe enim in corpore ſuo nō ſua, ſed aliena peccata portauit. Quòd Iſaac quęrit ab Iacob, cur tā citò uenerit, admiratur uelocē in eccleſiis credentium fidem. Quod cibi delectabiles offeruntur, hoſtia placens Deo, ſalus eſt peccatorū. Quòd poſtea cōſequitur benedictio, & eius odore perfruitur: uirtutem reſurrectionis & regni aperta uoce ꝑnunciās: Taliter enim benedicitur. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. odore nominis Chriſti, ſicut ager mūdus impletur, cuius eſt benedictio de rore cœli: hoc eſt, de uerborū pluuia diuinorū. Et de pinguedine terræ, hoc eſt cōgregatione populorū. Multitudine frumenti & uini, hoc eſt, multitudo quam colligit de ſacramēto corporis & ſanguinis ſui: illi ſeruiunt populi ex gentibus ad eum conuerſi. Ipſum adorant tribus, id eſt, populi ex circumciſione credētes. ipſe eſt dominus fratrū ſuorū, quia plebi dominatur Iudęorum. Ipſum adorāt filij matris eius: quia & ipſe ſecundum carnē ex ea natus eſt. Ipſum qui maledixerit, maledictus eſt: & qui benedixerit, benedictionibus replebitur. Chriſtus inquam noſter ex ore populi ignorantis benedicitur, id eſt, ueraciter dicitur. Sed alius à Iudæis benedici putatur, qui ab eis errantibus expectatur. Ecce benedictione prȩmiſſa repetente maiore expauit Iſaac, & alium ſe pro alio benedixiſſe cognoſcit. Nec tamen indignatur reuelato ſibi ſacramento, ſed cōfirmat benedictionē in filio dicens: Benedixi eum, & benedictus eſt. Hæc eſt benedictio prima Iſaac, quæ data eſt minori populo Chriſtianorū. Sed neq; tamē maiorē filiū penitus fuiſſe deſpectū: quia cū intrauerit plenitudo gentiū, tunc oīs Iſrael ſaluus erit. cuius tamen ſecundæ benedictionis prophetatio hęc eſt: In pinguedine terrȩ, & in rore cœli erit benedictio

nedictio tua. In pinguedine utiq; terrę, id eſt, in fœcunditate rerum, & potentia regni, quę in illo populo fuit: & in rore cœli erit benedictio tua, id eſt, in eloquijs Dei. ipſis enim credita ſunt eloquia Dei, & legis teſtamēta. Quod autem ait, Viues gladio, id eſt, quia populus ſanguine ille deditus, neces in Chriſto uel prophetis exercuit. Et fratri tuo ſeruies minori. i. populo Chriſtiano. Tēpusq; ueniet cum excutias & ſoluas iugum de ceruicibus tuis, dum per agnitionem fidei ad gratiā Chriſti conuerſus depoſueris onus legis, quando nō ſeruis populo minori, ſed ꝑ fidē frater uocaberis. Igitur Eſau poſt benedictionē patris inuidię ſtimulis cōcitatus, necem fratri ſuo Iacob fraudulēter excogitat: hoc nimirum & Iudaicus populus in Chriſto pręmeditatus nō ſolū Dominū crucis patibulo tradidit, uerū etiā credentes in illū uſq; ad effuſionē ſanguinis perſecutus eſt. Iacob aūt dolos fugiens fratris, relicta domo patria uel parētib. uadit in regionē lōginquā, ut accipiat ibi uxorem: non aliter Chriſtus relictis parētibus ſecū dum carnē. i. populū Iſrael & patriā. i. Hieroſolymā, & oēs regiones Iudę abiit in gentibus, accipiēs ſibi inde eccleſiā, ut impleretur qđ dictum eſt, Vocabo nō plebem meam, plebem meam: & non dilectam plebem dilectam, & erit in loco ubi dictum eſt, Non plebs mea, uos ibi uocabimini filij Dei uiui.

SEQVITVR HIERONYMVS DE *itinere Iacob in Meſopotamiam Syriæ.*

PErgens itaq; in Meſopotamiam, &c. uſque, Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.

HIERONYMVS. Et uocauit Iacob nomē loci illius Bethel & Vlam Luz erat nomen ciuitati prius: ab eo quod ſuprà dixerat, Quàm terribilis eſt locus iſte, non eſt hic niſi domus Dei, & hæc porta cœli. Nunc loco nomen imponit, & uocauit illū Bethel, id eſt, domū Dei: qui locus ante uocabatur Luza, quod interpretatur nux ſiue amygdalon. Vnde ridiculè quidam, qui uerbum Hebraicum Vlā nomen eſſe urbis putant, cum Vlam interpretetur prius. Ordo itaq; eſt iſte locutionis, Et uocauit nomē loci illius Bethel & prius Luza uocabulum ciuitatis. Antiquæ omnes ſcripturæ uerbo Vlam ſiue Elā plenæ ſunt: quod nihil aliud ſignificat, niſi ante aut prius, uel ueſtibulum, ſiue ſuperliminare uel poſtes.

RECAPITVLATIO.

Venit autem Iacob in locum, ubi nunc Betlehem uocatur, & poſuit ſub capite ſuo lapidē magnum, & dormiens uidit ſcalam ſubnixam, innitentem cœlo, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes. hoc uiſo euigilauit, unxitq; lapidem dicens: Verè hic domus Dei eſt, & porta cœli. & his dictis diſceſsit. Somnus iſte Iacob mors ſiue paſsio Chriſti eſt. lapis ad caput eius, qui nominatim quodammodo dictus eſt, & iam unctus Chriſtus ſignificatur. caput enim uiri Chriſtus eſt. qs enim neſcit Chriſtū ab unctione appellari. Domus autem Dei, quia ibi natus eſt Chriſtus in Bethlehem. porta uerò cœli, quia ibi in terram deſcendit, ibi iterum ad cœlum conſcendit: erectio autem lapidis, reſurrectio Chriſti eſt. Porrò ſcala Chriſtus eſt, qui dixit: Ego ſum uia. per hanc aſcendebāt & deſcendebant angeli, in quibus ſignificati ſunt Euangeliſtæ, prædicatores Chriſti, aſcendentes utiq; cum ad intelligendam eius ſupeeminentiſsimam diuinitatem excedunt uniuerſam creaturam, ut eum inueniant. In principio uerbum apud Deum, per quem facta ſunt omnia. Deſcendentes autem ut eum inueniant, Factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erāt redimeret. In illa enim ſcala à terra uſque in cœlum, à carne uſque ad ſpiritum: quia in illa carnales proficiendo, uelut aſcendēdo ſpiritales fiunt, ad quos lacte nutriendos etiam ipſi ſpiritales deſcendunt quodammodo, cum eis nō poſſunt loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus: ipſe eſt ſurſum in capite ſuo, ipſe deorſum in corpore ſuo, quod eſt eccleſia. ipſum ergo ſcalam intelligimus, quia ipſe dixit, Ego ſum uia. ad ipſum ergo aſcenditur, ut in excelſis intelligatur: & ad ipſum deſcenditur, ut in membris ſuis paruulus nutriatur: & per illum ſolum ſe erigunt, ut ſublimiter expectent. Per ipſum etiam ſe humiliant, ut eum ſublimiter ac temperanter annuntient. Poſt hanc uiſionem inde Iacob iter faciens uidit oues & paſtores & puteum aquæ uiuæ, & lapidem magnum ſuperpoſitum puteo. Figuraliter per oues, iuſtorum populi ſignificantur: ſicut illud quod dictum eſt in Euāgelio, Statuet oues quidem ad dexterā. Paſtores uerò prophetæ ſunt, qui uſq; aduentum Domini ſpiritu ſancto inundati, Iſraelitarum populū gubernabant. lapis puteo ſuperpoſitus, figuram Domini præferebat. Puteus gratiam ſpiritus ſancti, per prædicationem Chriſti uenturam ad eccleſiam ex gentibus, quæ obtecta erant, nondum adueniente & homine facto Chriſto.

DE CONIVGIO IACOB.

HIERONYMVS.

AIt ergo Labā ad Iacob: Cōple ergo hebdomadā iſtius, & dabo etiam hanc tibi.] Poſt quā Liam Iacob fraude deceptus, pro Rachel uxorē acceperat, dicitur ei à ſocero Laban, ut ſeptem dies poſt nuptias ſororis prioris expleat, & ſic accipiat Rachel, pro qua iterum ſeptimanis alijs ſeruiturus ſit. Non igitur ut multi malè æſtimant, poſt ſeptē annos alios Rachel accepit uxorē, ſed poſt ſeptem dies nuptiarum primæ. Nam ſequitur.

Et ingreſſus eſt ad Rachel, & dilexit Rachel magis quàm Liam, & ſeruiuit ei annis ſeptem alijs. concepitq; Lia & peperit filium, & uocauit nomen eius Ruben.] Omnium patriarcharum propter cōpendium lectionis, etymologias nominum uolo pariter dicere. Et uocauit, inquit, nomen eius Ruben, dicens quia uidit Dominus humilitatem meam. Ruben interpretatur uiſionis filius.

Et concepit, inquit, alterū filiū, uocauitq; nomen eius Symeō dicēs: Quoniā exaudiuit me Dominus, eo quòd odio me haberet

uir

uir meus, & dedit mihi etiam hæc.] Simeon quippe interpretatur auditio. De tertio uerò ſequitur, Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit, Nūc mecum erit uir meus, quia peperi ei tres filios. ideo uocauit nomen eius Leui. Vbi nos legimus, Mecum erit uir meus: Aquila interpretatus eſt, Applicabitur mihi uir meus. quod Hebraicè dicitur, Ilaue: & à doctoribus Hebræorū aliter transfertur, ut dicant, Proſequetur me uir meus, id eſt, non ambigo de amore in me uiri mei. erit mihi in hac uita comes, & eius dilectio me ad mortē uſq; deducet & proſequetur. tres enim ei filios genui, & cōcepit & peperit genuitq; filium, & dixit: Nunc ſuper hoc confitebor Dño, & ob id uocauit nomē eius Iuda. Iuda confeſsio dicitur, à confeſsione itaq; cōfeſſoris nomen eſt dictum. Verumtamen hic confeſsio pro gratiarum actione aut pro laude accipitur, ut frequenter in Pſalmis & in Euāgelio: Cōfitebor tibi Domine cœli & terræ, id eſt, gratias ago tibi, ſiue glorifico te.

Et concepit Bala, & peperit Iacob filium, & dixit Rachel: Iudicauit me Deus, & exaudiuit uocem meā, & dedit mihi filiū: propterea uocauit nomen eius Dan.

Cauſam nominis expreſsit, ut ab eo quod iudicaſſet ſe Dominus filio ancillæ, iudicij nomē imponeret. Dan quippe interpretatur iudiciū. Et concepit adhuc Bala, & peperit filium, & dixit Rachel: Habitare me fecit Deus habitatione cum ſorore mea, & inualui: uocauitq; nomē eius Nephtalim. cauſa nominis Nephtali alia hic multo exponitur, quàm in libro Hebræorū nominum ſcripta eſt. Vnde & Aquila ait: συνανεςράφη μοι ὁ θεὸς καὶ συνανεςράφην: pro quo in Hebræo ſcriptum eſt, Naphthale Elohim, Naphthaleti. Vnde à conuerſatione ſiue comparatione, quia utrunque ſonat, Nephthalim nomē impoſuit. Quod autem ſequitur, Et peperit Zelſa ancilla Liæ Iacob filium, & dixit Lia in fortuna & uocauit nomē eius Gad. ubi nos poſuimus, in fortuna: & Græcè dicitur ἐν τύχῃ, quæ poteſt euentus dici, in Hebræo habet Bagad, quod Aquila interpretatur, Venit accinctio. nos autē dicere poſſumus in præcinctu. Ba enim poteſt præpoſitionē ſonare in, & uenit. ab euentu ergo ſiue præcinctu, qui Gad dicitur, Zelſæ filius Gad uocatus eſt. Sequitur.

Et peperit Zelſa ancilla Liæ filium Iacob ſecundum, & dixit Lia: Beata ergo, quia beatificant me mulieres. & uocauit nomē eius Aſer diuitiæ.

Malè additæ ſunt diuitiæ, id eſt, πλοῦτος, cum etymologia nominis Aſer ſcripturæ auctoritate pandatur dicentis: Beata ſum ego, & beatificant me mulieres. & ab eo quòd beata dicatur ab omnibus, filium ſuum beatum uocauerit. Aſer ergo non diuitiæ, ſed beatus dicitur dūtaxat in præſenti loco. Nam in alijs ſecundum ambiguitatē uerbi poſſunt & diuitiæ ſic uocari.

Et audiuit Deus Liam, & concepit & peperit filium quintum, & dixit Lia: Dedit Deus mercedem meam uiro meo, & uocauit nomen eius Iſachar.

Etymologiā huius nominis ſeptuaginta interpretes ediderunt, Eſt merces. Non igitur ut plerięq; addito pronomine malè legunt, æſtimandum eſt ita ſcriptum eſſe, quod eſt merces, ſed totum nomen interpretatur, eſt merces. Ies quippe dicitur eſt, & Sachar merces. hoc autem ideo, quia mandragoris filij Ruben introitum, qui Racheli debebatur, ad ſe uerterat.

Et concepit adhuc Lia, & peperit filium ſextum Iacob. Dixitq;, Dotauit me Deus dote bona in hoc tempore. habitauit mecum uir meus, quia peperi ei ſex filios, & uocauit nomen eius Zabulon.

Vbi nos poſuimus, Habitauit mecū: LXX. interpretati ſunt, Diliget me. in Hebræo habetur, Izboleni. & eſt ſenſus, Quia ſex filios genui Iacob, propterea iam ſecura ſum. Habitabit enim mecum uir meus, & filius meus uocetur habitaculum. Malè igitur & uiolenter in libro nominum, Zabulon fluxus noctis interpretatur.

Et poſt hoc peperit filiam, & uocauit nomen eius Dina.] Hæc transfertur in cauſam, quam ſignificātiua Græci δίκην uocāt. Iurgij enim in Sichimis cauſa extitit. Poſt filios & parentum ponenda ſunt nomina. Lia interpretatur laborans, Rachel ouis: cuius filius Ioſeph ab eo quod ſibi alium addi mater optauerat, uocatur augmentum.

RECAPITVLATIO SPIRITALIS.

IGitur Iacob pergens in Meſopotamiā, accepit uxores duas filias Laban, fratris Rebeccæ.

Hoc eſt, primo Liam, ſecundo Rachel, inde ſibi accepit Liæ ancillam nomine Zelſan, & ancillam Rachel Balam, ex quibus quatuor, duodecim genuit filios & unam filiam. De Lia ſcilicet genuit Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Iſachar, Zabulon. De Rachel autem Ioſeph, & Beniamin. De Bala ancilla Rachel, Dan, & Nephtalim. De Zelſa ancilla Liæ, Gad, & Aſer. hi ſunt duodecim filij Iſrael. Nunc autem quid rerum figurauerint quatuor uxores Iacob, quarū duæ liberæ & duæ ancillæ fuerunt, obſeruandū. Scimus enim Apoſtolum in libera & ancilla, quas habebat Abraham, duo teſtamēta intelligere, ſed ibi in una, & una facilius apparet quod dicitur: hic etiam duæ ſunt & duæ. Deinde ibi ancillæ filius exhæreditatus: hic uerò ancillarum filij ſimul cum filijs liberarum terrā promiſsionis accipiunt. Vnde hic procul dubio aliquid aliud ſignificatur. Quanquam enim duæ liberæ uxores Iacob ad nouum teſtamentum, quod in libertatem uocati ſumus, exiſtimantur pertinere: non tamen fruſtra duæ ſunt, niſi quia duæ uitæ nobis in Chriſti corpore prædicantur. una tēporalis, in qua laboramus: alia æterna, in qua delectationem Dei contemplabuntur. Lia nāque ut diximus, interpretatur laborās: Rachel autem ouis, & ſecundum aliorum opiniones, uiſum principium ſiue uerbū. actio ergo huius uitæ, in qua uiuimus ex fide, laborioſa eſt in operibus & incerta in quo exitu proueniat ad utilitatem eorum, quibus conſulere uolumus. Ipſa eſt Lia prior uxor Iacob, ac per hoc infirma oculis fuiſſe cōmemoratur. Cogitationes enim

eorum

eorum mortalium timidæ & incertę prouidentiæ noſtræ: ſpes uerò æternæ contemplationis Dei, habens certam intelligentiam ueritatis. Ipſa eſt Rachel, unde etiã dicitur bona facie & pulchra ſpecie. Hanc enim amat omnis pie ſtudioſus, & propter hanc ſeruit gratiæ Dei: quia peccata noſtra & ſi fuerint ſicut fenicium, tanquam nix dealbabuntur. Laban quippe interpretatur dealbatio, cui ſeruit Iacob ꝓpter Rachel. Neq; enim ſe quiſq; conuertit ſub gratia remiſsionis peccatorum ſeruire iuſticię, niſi ut quietè uiuat in uerbo, ex quo uidetur principium quod Deus eſt. Ergo propter Rachel, nõ non propter Liam ſeruitur. Nam quis tandem amauerit in operibus iuſticię laborem actionũ atq; paſsionum: quis eam uitã propter ſe ipſam expetierit, ſicut nec Iacob Liam, ſed tamen ſibi ſuppoſitam in uſum generandi amplexus fœcunditatem eius expertus eſt. Dominus enim eam, quia per ſe ipſam diligi non poterat, primo ad Rachel ꝑueniretur, tolerari fecit: deinde propter filios cõmendauit. Ita uerò unuſquiſq; utilis Dei ſeruus ſub dealbationis peccatorum ſuorum gratia conſtitutus, quid aliud amans in ſua conuerſatione meditatur, niſi doctrinam ſapientiæ, quam pleriq; ſe percepturos putãt, ſtatim ut ſe in ſeptẽ pręceptis legis exercuerint, quærunt dilectionem proximi, ne cuiquã noceantur, id eſt, honora patrem tuum & matrẽ: non mechaberis, non occides: nõ furaberis, nõ falſum teſtimonium dices, non concupiſces rẽ proximi tui: nõ cõcupiſces uxorẽ proximi tui. quibus obſeruatis poſteaquã homini ꝑ concupita delectatione doctrinę per tentationes uarias, quaſi per huius ſeculi noctem tolerantiã laboris adhæſerit, uelut pro Rachel Lia inopinata coniungitur: & hanc ſuſtinet, ut ad illam perueniat, ſi perſeueranter amat, acceptis ſeptem alijs pręceptis, ac ſi ei dicatur: Serui alios ſeptẽ annos propter Rachel, ut ſis pauper ſpiritu, mitis, lugens, eſuriẽs ſitiensq; iuſticiã, miſericors, mundi cordis, pacificus. Vellet enim homo, ſi fieri poſsit, ſine ulla tolerantia laboris, quæ in agendo patiendoq; amplectenda eſt, ſtatim ad pulchræ contemplotionis delicias peruenire. ſed hoc non poteſt in terra morientium. hoc enim uidetur ſignificare quod dictum eſt ad Iacob, Nõ eſt moris in loco hoc ut minor habeatur priuſquam maior: quia non abſurdè maior appellator, quæ tempore prior eſt: prior autẽ in hominis operatione labor boni operis, quã requies contemplationis. ad unum ergo contẽdendum, ſed propter hoc multa ferenda ſunt. Itaq; duæ ſunt uxores Iacob liberæ ambæ quippe ſunt filiæ remiſsionis peccatorum, hoc eſt, dealbationis, quod eſt Laban: uetuntamen una amatur, altera toleratur. ſed quæ toleratur, ipſa prius & uberius fœcundatur, ut ſi non propter ſe ipſam, certè propter filios diligatur. Labores enim iuſtorum maximum fructum habent in eis, quos regno Dei generant inter multas tentationes & tribulationes prædicando Euangelium ad eos, propter quos ſunt in laboribus abundãtius, in plagis ſupra modũ, in mortibus ſæpius, propter q̃s habent foris pugnas, intus timores, gaudium & coronam ſuam uocant. Naſcuntur autem eis filij facilius atq; copioſius ex illo ſermone fidei, quo prædicant Chriſtum crucifixum. Rachel autem clara aſpectu mẽte excedit Deo, & uidet in principio uerbum Deum apud Deum, & uult parere, & non poteſt: quia generationẽ eius quis enarrabit? Ideoq; cum contemplatiua uita appetit ut diuinitatem ineffabilem cernat, uacare uult ab omni negotio, & ideo ſterilis qui in uarijs preſſuris non ſubuenit. Sed quia & ipſa interdũ procreandi charitate inardeſcit, uult enim docere quod nouit: uidet ſororem labore agendi filijs abundantem, & dolet potius currere homines ad eam uirtutem, qua eorum neceſsitatibus cõſulitur, & ad illam, unde diuinum aliquid diſcitur. Hic dolor figuratus uidetur in eo quod ſcriptum eſt: Et zelauit Rachel ſororem ſuã. Proinde quia purus intellectus ſpiritalis ſubſtantię uerbis carne editus exprimi non poteſt, elegit doctrinam ſapientientiæ per quaslibet corporeas ſimilitudines inſinuare diuina, ſicut elegit Rachel ex uiro ſuo & ancilla ſuſcipere filios, quam ſine filijs omnino manere. Bala quippe ancilla Rachel interpretatur inueterata. De ueteri quippe uita carnalib. ſenſibus dedita, corporeę excitantur imagines, etiam cum aliquid de ſpiritali & incommutabili ſubſtantia diuinitatis auditur. Suſcepit & Lia filios de ancilla ſua, amore habendæ numeroſioris prolis accẽſa: inuenimus autem Zelſan eius ancillã interpretari os hians: quapropter hæc ancilla illos figurat, quorum in prædicatione fidei Euangelicæ os hiat, & cor non hiat. De qualibus ſcriptũ eſt: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. & de quibus apoſtolus dicit, Qui prædicas non eſſe furandum, furaris. Verũtamen ut etiam per hãc conditionalem uxorem libera illa uxor Iacob laborans filios hæredes regni ſuſcipiat: ideo Dominus dicit, Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Vnde Apoſtolus: Siue inquit, ex occaſione ſiue ex ueritate Chriſtus annuntietur, in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Tanquam ue ancillam pariens de prole numeroſiori lętatur. eſt uerò quidã Lię fœtus ex beneficio Rachel. Rachel exit, ut cum uiro ſuo debita nocte concubito, ſi acceptis à filio Lię mandragoricis malis cum ſorore cubari permittit. Quid enim de mandragora dicendum eſt? Proinde rem comperi pulchram & ſuaue olentem, ſaporem aũt inſipidum: & ideo in illo mandragorico pomo figurari intelligo famam bonam popularẽ. unde dicit Apoſtolus: Oportet etiam teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt: qui licet parum ſapiant, reddunt tamen fructũ plerumq; labori eorum per quos ſibi cõſuletur, & ſplendorem laudis & odorem bonę opinionis. Nec ad iſtam gloriam popularem primi perueniunt eorum, qui ſunt in eccleſia: niſi quicunq; in actionũ periculis & labore uerſantur. ꝓpterea

rea

Digitized by Google

rea Liæ filius mala mandragorica inuenit, exiens in agrum, id eſt, honeſte ambulans ad eos qui foris ſunt: doctrina uerò illa ſapientiæ, quæ à uulgi ſtrepitu remotiſsime in contemplatione ueritatis dulci delectatione defigit. Hanc popularem gloriam quantulumcunque non aſſequeretur, niſi per eos qui in medijs turbis agendo, actus populi prȩſunt, quia dum iſti & actuoſi homines & negotioſi per quos multitudinis adminiſtratur utilitas, & quorũ auctoritas populis chara eſt, teſtimonium perhibent, etiam uitæ propter ſtudium conquirendæ & contemplandæ ueritatis otioſę, quodãmodo mala mandragorica per Liã ueniunt ad Rachel: ad ipſam uero Liam per filium primogenitum, id eſt, per honorem fœcunditatis, in quo eſt omnes fructus laborioſe atq; in certamina tentationum periclitãtis actionis. quã plerię bono ingenio præditi ſtudioq; flagrantes, quamuis idonei regendis populis eſſe poſsint, tamen euitant propter turbulentas occupationes exire, ſi in doctrinæ otium toto pectore tanquam in ſpecioſæ Rachel feruntur amplexus: & quia bonum eſt ut & hæc uita latius innoteſcens popularẽ gloriam mereatur. Iniuſtum eſt autem ut eam conſequatur, ſi amorem ſuum adminiſtrandis eccleſiaſticis curis aptum & idoneum in otio detinet, nec gubernationem communis utilitatis impetit. Propterea Lia ſorori ſuæ dicit: Parũ eſt tibi quod uirum meum accepiſti, inſuper et mandragoram filij mei uis accipere? Per unũ uirum ſignificans eos omnes, quia cum ſint agẽdi uirtute habiles, & digni quibus regimen eccleſiæ committatur ad diſpenſandũ fidei ſacramentum: illi accenſi ſtudio doctrinæ atq; indagandę & contemplandæ ſapientiæ ſe ab omnibus actionum moleſtijs remouere, atq; in otio diſcendi aut docendi uolunt cõſidere. Ita ergo dictum eſt: Parum eſt tibi quòd accepiſti uirum meum, inſuper & mandragoras filij mei uis accipere. ac ſi diceretur: Parũ eſt quod homines ad laborem rerum gerendarum neceſſarios in otio detinet uita ſtudiorum, inſuper & popularem gloriam requirit. Proinde ut eam iuſte cõparet, impertit Rachel uirum ſorori ſuæ illa nocte, ut ſcilicet qui uirtute laborioſa regimini populorum accõmodati ſunt, etiam ſi ſcientiæ uacare diligerent, ſuſcipiant experientiam tentationum curarumq; ſarcinam pro utilitate communi, ne ipſa doctrina ſapientiæ, cui uacare ſtatuerant, blaſphemetur: neq; adipiſcatur ab imperitioribus populis exiſtimationem bonam, quod illa poma ſignificant, & quod neceſſariũ eſt ad exhortationem diſcẽtium. Sed plane ut hanc curam ſuſcipiant uiti coguntur, ſatis & hoc eſt ſignificatum. Quod cum ueniret Iacob de agro, occurrit ei Lia, eumq; detinens ait: Ad me intrabis. conduxi enim te pro mandragoris filij mei. Tanquam diceret: Doctrinę quam diligis uis conferre bonam opinionem, noli fugere officioſum laborem. Hęc in eccleſia geri quiſquis aduerterit, cernit & experitur in exẽplis, quod intelligamus in libris. Quis non uideat hoc geri toto orbe terrarum, uenire homines ab operib. ſeculi, & ire in otij uſum cognoſcendæ & contemplandæ ueritatis tanquã in amplexu Rachel, & excipi de tranſuerſo ad eccleſiaſticam neceſsitatem, atq; ordinari in labore tãquam Lia dicente: Ad me intrabis. quibus iſtud myſterium Dei diſpenſantibus, ut in nocte huius ſeculi filios generent fidei, laudatur à populis etiã illa uita, cuius amore conuerſi ſpẽ ſeculi reliquerunt, & ex cuius profeſsione ad miſericordiam regendæ plebis aſſumpti ſunt. Idem agunt in omnibus operibus ſuis uel laboribus, ut illa profeſsio ex qua ſe conuerterunt: quia tales rectores populi dedit ratio, non inſametur, ſed clarius glorificetur tanquam Iacob non recuſante noctem Liæ, ut Rachel pomis ſuaue olentibus & clare nitentibus potiatur. Quæ aliquando & ipſa præſtant miſericordia Dei per ſe ipſam parit, uix tandem quidẽ quia perrarum eſt, ut in principio erat uerbũ, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Et quicquid de hac re piè ſapienterq; dicitur, & ſine phantaſmate carnalis cogitationis & ſalubriter, uel ex parte capiatur. Alio quoq; ſenſu Liam & Rachel Victorinus Martyr, & cæteri in ſimilitudinem eccleſiæ uel Synagogæ interpretati ſunt. Liam enim maior natu Synagogę tenuiſſe exiſtimabãt typum: quia prior Dei genuit populum, & quidem oculis legitur grauida. quia lex per Moyſen data, quod operta eſt atq; ſignata. Rachel autem iunior & pulchra, prius ſterilis & poſtmodum fœcunda: ſimilitudo eſt eccleſiæ. iunior, quia tempore poſterior: pulcra, quia corpore & ſpiritu ſancto oculi eius decori, qui Euangelium perſpicere meruerũt. Quæ etiam tãdiu ſterilis fuit, quo uſq; Synagoga populum generabat. Cur autem Iacob pro Rachel ſeruiuit, & ſubponitur ei Lia maior: niſi quia Dominus ut eccleſiam aſſumeret, prius Synagogam ſibi coniunxit. Seruitus itaq; ipſius Iacob, ſeptem annorum pro duabus uxoribus, huius uitæ præſentis tẽpus ſignificat: quia per ſeptem dies uoluitur, in qua Dominus formam ſerui accepit, factus obediens paternæ uolũtati uſq; ad mortem. Ille enim pro ouibus ſeruit, & Dominus noſter ait: Non uenit filius hominis miniſtrari, ſed miniſtrare. Ille oues pauit, & Dominus in Euãgelio dicit: Ego ſum paſtor bonus. Ille mercedis lucro uarium ſibi pecus abſtulit: Chriſtus diuerſarum gentium uarietatem ſibimet congregauit. Ille tres uirgas amputatis corticibus in alueis aquarum oppoſuit, ut earum contemplatione multiplicarentur eius oues: & Dominus noſter in aqua baptiſmatis trium perſonarum nomina patris & filij & ſpiritus ſancti populo fideli propoſuit, ut quiſquis hoc pleno corde perſpexerit, efficiatur ouis Dei.

HIERONYMVS SEQVITVR.

Dixitq; Iacob ad Laban: Tranſibo in uniuerſo pecore tuo hodie, ſepara inde omne pecus uarium & diſcolor, & omne pecus unius coloris in agnis, & uariũ & diſcolor in capris,

& erit

Digitized by Google

& erit merces mea. & reſpondebit mihi iuſticia mea in die craſtino, cum uenerit merces mea coram te. Omne quod non fuerit uarium & diſcolor in capris & in agnis, futurum erit apud me, & cætera.

Multum apud LXX. interpretes cōfuſus eſt ſenſus, & uſq; in præſentem diem nullum potui inuenire noſtrorum, qui ad liquidum quid in hoc loco diceretur exponeret. Vis, inquit, Iacob me ſeruire tibi, etiam alios ſeptem annos? fac quod poſtulo. Separa mihi omnes diſcolores & uarias, tam oues quàm capras: & trade in manus filiorum tuorum. Rurſus ex utroq; grege, alba & nigra pecora, id eſt, unius coloris da mihi. Si quid igitur ex albis & nigris, quæ unius ſunt uarium natum fuerit, mecū erit: ſi quid uero unius coloris, tuum erit. Rem non difficilem poſtulo. Tecum facit natura pecorum, ut alba ex albis, & nigra naſcantur ex nigris. Mecum iuſticia mea, dum Deus reſpicit humilitatem meam & laborem. Oprionem Laban datam libenter arripuit, & ita ut Iacob poſtulabat faciens trium dierum iter, inter Iacob & filios ſuos ſeparauit, ne quis ex uicinitate pecoris naſceretur dolus. Itaque Iacob nouam ſtrophā cōmentus eſt, & contra naturam albi & nigri naturali arte pugnauit. Tres enim uirgas populeas & amygdalinas & mali granati: quanquam Septuaginta ſtyracinas & nucinas & plataninas habeant, ex parte decorticans uarium uirgarum fecit colorem, ut ubicunque in uirga corticem reliquiſſet, antiquus permaneret color: ubi uerò tuliſſet corticem, color candidus panderetur. Obſeruabat ergo Iacob, & tempore quo aſcendebantur pecora, & poſt colorem die ad potandum auida pergebant: diſcolores uirgas ponebat in canalibus, & admiſsis arietibus & hircis in ipſa potandi auiditate oues & capras faciebat aſcendi: ut ex duplici deſiderio dum auidi bibunt, & aſcendūtur à maribus, tales fœtus conciperent, quales umbras arietum & hircorum deſuper aſcendētium in aquarum ſpeculo contemplabâtur. Ex uirgis enim in canalibus poſitis, uarius etiam erat imaginum color. Nec mirum hanc in conceptu ſeminatum eſſe naturam, ut quales perſpexerint ſiue mente conceperint, in extremo uoluptatis æſtu quæ concipiunt, talem ſobolem procreent. Cum hoc ipſum etiam in equarum gregibus apud Hiſpanos dicatur fieri, & Quintilianus in ea controuerſia, in qua accuſabatur matrona, quòd Aethiopem pepererat, pro defenſione illius argumentetur, hanc conceptuum eſſe naturam, quam ſuprà diximus. Et ſcriptum reperietur in libris Hippocratis, quod quædam ſuſpicione adulterij fuerat puniẽda, cum pulcherrimum peperiſſet, utriq; parenti generiq; diſsimilem, niſi memoratus medicus ſoluiſſet quæſtionem: monens quærere ne forte talis pictura eſſet in cubiculo: qua inuenta mulier à ſuſpicione liberata eſt. Poſtquā autem nati fuerant hœdi & agni uarij & diſcolores ex albis, & unius coloris gregibus: ſeparabat illos Iacob, & procul eſſe faciebat à priſtino grege. Si quid autem naſcebatur unius coloris, id eſt, albi ſiue nigri, tradebat in manus filiorum Laban, & ponebat uirgas, quas decorticauerat in canalibus, ubi effundebâtur aquæ, & ueniebant ad potandum: contra pecora, ut conciperent eo tempore, cum uenirent ad potandum: & concipiebant pecora contra uirgas Iacob, uirgas quas poſuerat corā pecore in canalibus ad concipiendum in eis: & in ſerotinis ouibus non ponebat, & fiebant ſerotina Laban, & temporanea Iacob. Hoc in Septuaginta interpretibus non habetur: ſed pro ſerotinis & temporaneis aliud neſcio quid, quod ad ſenſum non pertinet tranſtulerunt. Quod autem dicit ſcriptura, hoc eſt: Iacob prudens & callidus iuſticiam & æquitatem, etiam in noua arte ſeruabat. Si enim omnes agnos & hœdos uarios pecora procreaſſent, erat aliqua ſuſpicio doli: & apertè huic rei Laban inuidus contraiſſet. Ergo ita omnia temperauit, ut & ipſe fructum ſui laboris acciperet, & Laban & penitus ſpoliaretur. Si quando oues & capræ primo tempore aſcendebantur: quia melior uernus eſt fœtus, ante ipſas ponebat uirgas, ut uaria ſoboles naſceretur: quæcunque autem oues & capræ ſerò quærebant marem, ante harum oculos non ponebat, ut unius coloris pecora naſcerentur. & quicquid primum naſcebatur, ſuum erat: quia diſcolor & uarium erat: quicquid poſtea, Laban. unius enim tam in nigro, quam in albo coloris pecus oriebatur. In eo autem loco, ubi ſcriptum eſt, ut cōceperint in uirgis: & in Hebræo habet Iohammenna. uim uerbi Hebraici, niſi circuitu exprimere non poſſum. Iehammenna enim proprie dicitur extremus in coitu calor, quo corpus omne concutitur, ut patranti uoluptati uicinus eſt finis.

SEQVITVR IDEM QVI SVPRA.

ET pater ueſter mentitus eſt mihi, & mutauit mercedem meā decem uicibus, & non dedit ei Deus, ut noceret mihi. Si dixerit, Hoc uarium pecus erit merces tua, naſcetur omne pecus uarium: & ſi dixerit, Vnius coloris erit merces tua, naſcetur omne pecus unius coloris.

Pro eo quod nos poſuimus, Mutauit mercedem meam decem uicibus, Septuaginta interpretes poſuerunt, Decem agnis: neſcio qua opinione ducti, cum uerbum Hebraicum Monim numerum magis quam agnos ſonet. Denique & ex conſequētibus hic magis ſenſus probatur, quod per ſingulos fœtus ſemper Laban conditionem mutauerit. Si uidebat uarium naſci pecus, poſt fœtum dicebat: Volo ut in futurum uaria mihi naſcantur. Rurſus cum uidiſſet unius coloris naſci pecora (Iacob quippe hoc audito uirgas in canalibus non ponebat) dicebat ut futuros fœtus unius coloris ſibi pecora procrearent. Et quid plura? uſque ad uices decem ſemper à Laban pecoris ſui, ſiue Iacob mutata conditio eſt. Et quodcunq; ſibi propoſuerat ut naſceretur, in colorem contrarium uertebatur. Nec cui autem in ſex annis decem

pariendi uices incredibiles uideãtur, lege Virgilii, in quo dicitur: Bis grauidæ pecudes. Natura autem Italicarũ ouium & Meſopotamiæ una eſſe traditur.

SEQVITVR QVI SVPRA.

ET *furata eſt Rachel idola patris ſui.*] Vbi nunc idola legimus, in Hebræo Theraphim ſcriptum eſt: quæ Aquila μορφώματα, id eſt, figurata uel imagines interpretatur. Hoc autẽ ideo, ut ſciamus quid in Iudicum libro Theraphim ſonet. Sequitur.

Et tranſiuit fluuium, & uenit in montẽ Galaad.] Non quod eo tẽpore Galaad mons diceretur, ſed per anticipationẽ, ut frequenter diximus, illo uocatur nomine, quo poſtea nuncupandus erat.

ITEM SVPRA.

ET *mutaſti mercedem meam decem agnis.*] Idem error qui ſupra, numerus pro agnis legendus. Sequitur. Et dixit Iacob fratribus ſuis: Colligemus lapides, & congregatis lapidibus fecerũt aceruũ, & comederunt. & uocauit illum Labã aceruus teſtimonij, & uocauit Iacob illum aceruus teſtis. aceruus lingua Hebræa Gal dicitur: ed uerò teſtimonium. Rurſum lingua Syra aceruus igar appellatur, teſtimoniũ uerò Saadutha. Iacob igitur aceruus teſtimonij, hoc eſt galaad lingua appellauit Hebręa Laban uerò id ipſum, id eſt, aceruum teſtimonij igar Saadutha, à gentis ſuæ ſermone uocitauit. Erat enim Syrus, & antiquã linguã parentũ, prouinciæ in qua habitabat ſermone mutauerat.

RECAPITVLATIO.

POſt longam igitur ſeruitutem, quã Iacob apud ſocerũ ſuum pro uxoribus uelut mercede ſuſtinuit, pręcepit ei Dominus ut reuerteretur in patriam ſuam. Tunc ignorãte ſocero ſuo cum uxoribus & comitatu properauit. Laban autẽ conſecutus eſt eum in monte Galaad cum furore. atq; idola quæ Rachel furata erat, apud eum requiſiuit, nec reperit. Quid ergo ſibi hoc ipſum figuraliter uelit? Dum enim Laban ſuperius aliam gerat perſonam, nunc tamen diaboli typum figurat. Laban quippe interpretatur dealbatus. Dealbatio autem diabolus nõ inconuenienter accipitur: qui cum ſit tenebroſus ex merito, transfigurat ſe uelut angelum lucis. Huic ſeruit Iacob. i. ex parte reproborũ Iudaicus populus, ex cuius carne incarnatus Dominus uenit. Poteſt etiam per Labã mundus ſic exprimi, qui cũ furore Iacob pſequitur: quia electos quoſque qui redemptoris noſtri mẽbra ſunt, perſequendo opprimere conatur. Huius filiã, id eſt mundi ſeu diaboli Iacob abſtulit, cũ ſibi Chriſtus eccleſiã ex gentilitate coniunxit, quã & de domo patris abſtrahit: quia ei per prophetam dicit, Obliuiſcere populũ tuum & domũ patris tui. Quid uerò in idolis, niſi auaritia deſignatur. Vnde per Paulũ dicitur: Auaritia, quæ eſt idolorũ ſeruitus. Laban uerò ueniẽs apud Iacob idolũ non inuenit: quia oſtenſis mũdi theſauris diabolus redemptori noſtro ueſtigia cõcupiſcentiæ terrenæ nõ reperit: ſed quia Iacob nõ habuit, ea Rachel ſedẽdo cooperuit.

Per Rachel quippe, quæ & ouis dicitur, eccleſia figuratur. Sedere autẽ eſt humilitatẽ pœnitentię appetere. ſicut ſcriptum eſt: Surgite poſt quam ſederitis. Rachel ergo idola ſedẽdo operuit, quia ſancta eccleſia Chriſtũ ſequens, uitiũ terrenæ concupiſcentię per humilitatẽ pœnitẽtiæ cooperuit. De hac cooperatione uitiorum per prophetã dicitur: Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. nos igitur Rachel ſignificauit: quia idola ſedendo premimus, ſi culpas auaritiæ pœnitẽdo damnamus. Quę utiq; auaritiæ immunditia, non illos qui uiriliter currũt impedit, quibus dicitur: Viriliter agite & conſortetur cor ueſtrum: ſed his maxime euenit, qui quaſi effeminato greſſu gradientes per blandimẽta ſeculi reſoluuntur. Vnde & illic eiuſdem Rachelis hęc uerba ſunt: Iuxta cõſuetudinẽ fœminarũ nunc accidit mihi, id eſt, quaſi muliebria ſe habere innotuit. Labã uerò poſtquã perſecutus eſt Iacob, & inueniſſet eũ, & locuti eſſent inter ſe, inientes fœdus: tulit Iacob lapidem, & erexit illum in titulum: dixitq; fratribus ſuis, Afferte lapides. qui congregantes fecerunt tumulum, quẽ & uocabat Laban tumulũ teſtis, & Iacob aceruum teſtimonij. inter fideles enim tam Iudæos quàm gentiles, teſtis eſt lapis eminens, in ſimilitudinem Chriſti, aceruus lapidum, qui eſt multitudo credentium. Sequitur.

HIERONYMVS.

ET *occurrerunt ei angeli Dei, & dixit Iacob ut uidit eos: Caſtra Dei hæc ſunt. & uocauit nomẽ loci illius Caſtra.*] Vbi hic caſtra poſita ſunt, in Hebræo habet Mahanaim: ut ſciamus ſi quando in alio loco interpretatũ ponitur, quẽ locũ ſignificet. Et pulchrè ad fratrem iturus inimicum, angelorũ ſe comitantium excipitur choris.

Et dixit Iacob: Deus patris mei Iſaac, Domine qui dixiſti mihi, Reuertere in terrã tuam, & benedicã tibi, minor ſum omniũ miſericordiarũ tuarũ & omni ueritate tua, quã feciſti ſeruo tuo]

Pro eo quod nos poſuimus, Minor ſum, aliud neſcio quid quod ſenſum turbet, in Græcis & Latinis codicibus continetur. Sequitur.

Et dixit ei: Quod tibi nomen eſt? qui ait: Iacob. Dixitq; autẽ ei: Iam non uocabitur Iacob nomen tuum, ſed uocabitur nomen tuum Iſrael: quia inualuiſti cũ Deo, & cum hominibus ualebis.

Ioſephus in primo Antiquitatũ libro, Iſrael ideo appellatũ putat, quòd aduerſus angelum ſteterit: quod ego diligenter excutiens, in Hebręo penitus inuenire nõ potui. Et quid me neceſſe eſt opiniones quærere ſingulorũ, cum etymologiã nominis exponat ipſe, qui poſuit. Nõ uocabitur inquit, nomẽ tuum Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Quare interpretatur Aquila, ὅτι ἦρξας μετὰ θεοῦ: Symmachus, ὅτι ἦρξω ἰσχύσας θεόν: Septuaginta & Theodotion, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ. Sarith enim, quod ab Iſrael uocabulo deriuatur, principem ſonat. Senſus itaq; hic eſt, Nomẽ tuum non uocabitur ſupplantator, hoc eſt, Iacob: ſed uocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc eſt Iſrael. Quomodo enim princeps ſum ego, ſic & tu qui mecũ luctari potuiſti, princeps uocaberis. Si autẽ mecũ qui Deus ſum,

ſiue

ſiue angelus (quoniam pleriq; uarſe interpretã tur) pugnare potuiſti: quãto magis cum hominibus, hoc eſt cũ Eſau, quem formidare nõ debes. Illud autẽ quod in libro nominum interpretatur Iſrael uir uidens Deum, ſiue mens uidens Deum, omnium penè ſermone detritũ, nõ tam uerè quam uiolenter mihi interpretatum uidetur. Hic enim Iſrael ꝑ has literas ſcribitur, Iod, ſin, res, aleph, lamech: qđ interpretatur princeps Dei, ſiue directus Dei: hoc eſt, εὐθύτατος θεῦ. Vir uerò uidens Deũ, his literis ſcribitur, ut uir ex tribus literis ſcribatur, aleph, iod, ſin, & dicatur ais: uidens uerò tribus, res, aleph, he, & dicatur rahe. Porrò El, ex duabus aleph, & lamech: & interpretatur Deus, ſiue fortis. Quãuis igitur grande auctoritatis ſint & eloquentiæ, & ipſorum umbra nos opprimat, qui Iſrael uirũ ſiue mentẽ uidentẽ Deum tranſtulerũt: nos magis ſcripturæ & angeli uel Dei, qui Iſrael ipſum uocauit, authoritate ducimur, quã cuiuslibet eloquentiæ ſecularis. Illud quoq; quod poſtea ſequitur: Et benedixit eum ibi, & uocauit Iacob nomẽ loci illius facies Dei: uidi enim Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea: in Hebræo dicitur Phanuel, ut ſciamus ipſum eſſe locum, qui in cæteris ſcripturæ ſanctæ uoluminibus, ita ut in Hebręo ſcriptum eſt, Phanuel legitur in Græco.

ITEM QVI SVPERIORE LIbro, quo ſupra.

ET diuiſit pueros ſuper Liã & ſuper Rachel et ſuper ancillas duas, et ſuper filios eorũ primas, Liã uerò & pueros nouiſſimos, & Rachel & Ioſeph nouiſſimos, & ipſe trãſiit ante eos.] Nõ ut pleriq; æſtimãt, tres turmas fecit, ſed duas. Deniq; ubi nos habem' Diuiſit: Aquila poſuit, ἡμίσευσεν, i. dimidiauit, ut unũ cuneũ faceret ancillarum cum paruulis ſuis: & aliũ Liæ & Rachel, quæ liberæ erant cũ filijs earum: primaſq; ire faceret ancillas, ſecundas liberas; ipſe autẽ ante utrunq; gregem, fratrem adoraturus occurreret. Sequitur.

Et ædificauit ibi Iacob domum, & pecorib. ſuis ædificauit tẽtoria ſiue tabernacula. ideo uocauit loci illius nomẽ tabernacula. Vbi nos tabernacula habemus, in Hæbræo legitur, Succoth. Eſt autẽ uſq; hodie ciuitas trãs Iordanẽ hoc uocabulo interpretata, Scythopoleos, de qua in libro locorũ ſcripſimus. Seqtur.

Et uenit Iacob Salem ciuitatem Sichem in terra Chanaan, cũ ueniſſet de Meſopotamia Syriæ.] Error oboritur, quomodo Salem Sichẽ ciuitas appelletur, cũ Hieruſalem in qua regnauit Melchiſedech, Salem ante ſit dicta. Aut igitur unius urbs utraq; nominis eſt, ꝙ etiã de pluribus Iudææ locis poſſumus inuenire: ut idẽ urbis & loci nomẽ in alia atq; alia tribu ſit. aut certè iſta Salẽ, q̃ nunc pro Sichẽ nominatur, dicimus hic interpretari cõſummatam atq; perfectam: & illã quæ poſtea Hieruſalem dicta eſt, pacificã, noſtro ſermone transferri. utrunq; enim accentu paululũ declinato hoc uocabulum ſonat. Tradunt Hebræi, quòd claudicantis femur Iacob ibi conualuerit, & ſanatum ſit, propterea eandẽ ciuitatẽ curati atq; perfecti uocabulum conſecutam.

Bedæ rom. 1.

REPETITIO.

HIs ita tranſactis Iacob mittit nuncios ad Eſau fratrem ſuũ, & munera. Poſt hæc tranſductis omnibus ſuis per torrentem ipſe remanſit ſolus, & ecce uir luctabatur cum illo, præualuitq; ei Iacob: nec dimiſit eum, niſi benedictionem extorqueret, ſacrumq; Iſrael nomen acciperet. In quo principaliter ſacramenti Dominici imago præfigurata eſt. Vir enim ille typũ Chriſti euidentiſsimè geſſerat, cui tamen ideo præualuit Iacob utiq; uolenti, & ut myſterium figuraret paſsionis Domini, ubi uiſus eſt Iacob in Iudæorum typo, hoc eſt in corporis ſui ſobole præualuiſſe Deo, & quaſi cum infirmo, ita cũ carne eius luctamen inire, & inualeſcere in paſſione eius. ſicut ſcriptum eſt, cum diceret, Crucifige. Et tamen Iacob benedictionem ab eodẽ angelo, quẽ uictor ſuperauerat impetrauit, cuius nominis impoſitio utiq; benedictio fuit. Interpretatur autem Iſrael, hoc eſt uidens Deũ ꝙ erit in fine præmium omnium ſanctorum. Tetigit porrò illi idem angelus latitudinem femoris, & claudum reddidit: ſicq; erat unus atq; idẽ Iacob benedictus & claudus. Benedictus in his, qui in Chriſtum ex eodem populo crediderunt, atq; in infidelibus claudus. Nam femoris neruum uel latitudo, & generis multitudo eſt. Plures quippe ſunt in eccleſia, qui degenerantes à fide patrum & à pręceptis authoris ſui deuiantes, in erroris ſui ſemitis claudicant. de quibus prophetice prædictum eſt: Et claudicauerunt à ſemitis ſuis, qui tamen populus poſt ractis ſibi uiribus, non ſolum claudicat, ſed & torpeſcit, ne ultra iam generare filios poſsit. Denique quod adiecit idem patriarcha, uidiſſe ſe Deum facie ad faciem, cum ſuperius uirum ſecum narret fuiſſe luctatum: id ſignificat, quia idem Deus homo erat futurus, qui cum Iacob populo luctaretur.

HIERONYMVS SEQVITVR.

ET uenit Emor & Sichem filius eius ad portam ciuitatis, & locuti ſunt ad uiros ciuitatis dicentes: Viri iſti pacifici nobis ſunt.] Vbi nunc LXX. interpretes pacificos tranſtulerunt, Aquila interpretatus eſt, ἀπηρτισμένους: id eſt, conſummatos atque perfectos: ꝓ quo in Hebræo legitur, Salamin. Ex quo perſpicuum eſt, uerum eſſe illud quod ſuprà de Salem diximus. Sequitur.

Et introgreſsi ſunt ciuitatem diligenter, & interfecerunt omne maſculinum.] Pro eo quod in Græcis legitur ἀσφαλῶς, id eſt, diligenter: in Hebræo ſcriptum eſt Beta, id eſt, audacter & confidenter.

RECAPITVLATIO.

EMor itaq; filius Sichem, Dinã filiam Iacob uiolauit, qui poſt cõcubitũ eius familię Iſrael uoluerat ſociari, quem Simeõ & Leui fratres uirginitatis ſororis uindices, dolo cũ omni populo eius interfecerunt. Sed quid ſibi uelit ꝙ ſcriptum eſt, Egreſſa eſt Dina ut uideret mulieres regionis illius, quã cum uidiſſet Sichem filius Emor Euei, princeps terrę illius, adamauit & rapuit, dormiuitq; cum illa, ui opprimens uirginem, & conglutinata eſt anima eius cum

ea, triſtemq́ blandicijs deliniuit. Dina quippe ut mulieres uideat extraneæ regionis, egreditur: quando unaquęque mens ſua ſtudia negligens actiones alienas curans extra habitum atque extra ordinem proprium euagatur: quã Sichẽ princeps terræ opprimit, quia uidelicet in curis inuentam exterioribus diabolus corrũpit. Et adglutinata eſt anima eius cum ea: quia uni tam ſibi per iniquitatem reſpicit. Et quia cum mens à culpa reſipiſcit, atq; admiſſum flere conatur, corruptor autem ſpes & ſecuritates uacuas ante oculos uocat, quatenus utilitatem triſticię ſubtrahat: rectè illi adiungitur, Triſtemq́ blandicijs deliniuit. Modò enim aliorum facta grauiora, modo nihil eſſe quod perpetratũ eſt, modo miſericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus ſubſequens ad pœnitentiam pollicetur, ut dum per hæc decepta mẽs ducitur, ab intentione pœnitentiæ ſuſpendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quã nunc mala nulla contriſtant: & tunc plenius obſedatur ſupplicijs, quæ nunc gaudet etiam in delictis.

HIERONYMVS.

E*T uenit Iacob in Luza in terra Chanaan, quæ eſt Bethel.*] Ecce manifeſtiſsimè cõprobatur Bethel, non Vlam Luz, ut ſuprà dictũ eſt, ſed Luzã, id eſt, amygdalon ante uocitatam.

RECAPITVLATIO.

DEhinc loquitur Deus ad Iacob, ut habitaret in Bethel: ibi Rachel cum pareret Beniamin, mortua eſt. Sed quid ſibi uult, quod cum eundem Beniamin Rachel pareret, uocauit nomen eius filius doloris mei? Niſi futurum prophetans ex ipſa tribu Beniamin Paulũ, qui affligeret filios eccleſiæ perſecutionis ſuæ tempore. Aliter per Beniamin cœleſtis figurabatur Hieruſalem, quæ eſt in tribu eiuſdẽ Beniamin, cuius populus matrẽ graui dolore afficit effundendo ſanguinem prophetarũ. inſuper etiã in necem Chriſti impijs acclamãdo uocibus, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

ITEM HIERONYMVS.

E*T mortua eſt Debbora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ſubtus Bethel.*] Si mortua eſt nutrix Rebeccæ, nomine Debbora, ut LXX. quoq; hic interpretes trãſtulerunt, & ipſum uerbum eſt Hebraicum Meneket: ſcire non poſſumus, quare ibi ſubſtãtiam poſuerint, hic nutricem. Sequitur.

Et dixit ei Deus: Iam non uocabitur nomen tuum Iacob, ſed erit Iſrael nomen tuum, & uocauit nomen eius Iſrael.] Dudum nequaquam ei ab angelo nomen imponitur, ſed quod imponendum à Deo ſit, prædicatur. Quod igitur ibi futurũ promittitur, hic docetur expletum. Sequitur.

Et factum eſt cum appropinquarent Cabratha in terra Chanaan, ut uenirent Effrata peperit Rachel.] Verbum Hebraicũ cabratha in conſequentibus, ubi Iacob loquitur ad Ioſeph: Ego autem cum ueniſſem de Meſopotamia Syriæ mortua eſt mater tua Rachel in terra Chanaan, in uia Hippodromi, ut uenirẽ Effrata: neſcio quid uolentes, Hippodromum, Septuaginta interpretes tranſtulerunt: & ſtatim ibi, ubi in Hebræo dicitur, Et ſepelierunt eam in uia Effrata, hoc eſt, Bethlehẽ: rurſum Septuaginta interpretes ꝓ Effrata poſuerunt Hippodromum, cum utiq; ſi cabratha Hippodromus eſt, Effrata Hippodromus eſſe nõ poſsit. Aquila aũt hoc ita trãſtulit, Et factũ eſt, καθ᾽ ὁδὸν τῆς γῆς. i. in itinere terræ introiẽs in Effrata. Sed melius eſt ſi transferatur, In electo terræ tẽpore, cum introierit Effrata. Porrò uernum tempus ſignificat, cum in florẽ cuncta rũpuntur & anni tempus electum eſt: uel cum trãſeuntes per uiam carpunt & eligunt e uicinis agris, quodcunq; ad manũ uenerit, diuerſis floribus. Effrata uerò & Bethlehẽ unius urbis uocabulum eſt, ſub interpretatione conſimili: ſiquidem Bethlehẽ in domum patris uertitur, propter eum panem qui de cœlo deſcendiſſe dicitur. Sequitur.

Et factum eſt cum dimitteret animam (ſiquidẽ moriebatur) uocauit nomen eius filius doloris mei. Pater uerò eius uocauit nomen eius Beniamin.] In Hebræo ſimilitudo nominis reſonat. Filius enim doloris mei, quod nomen mater moriens impoſuit, dicitur Benoni. Filius uerò dextrę, hoc eſt, uirtutis quod Iacob mutauit, appellatur Beniamin. Vnde errant q putãt Beniamin filiũ dierum interpretari. Cũ enim dextra appelletur iamin, & finiatur in n literã: dies quippe appellantur & ipſi iamin, ſed in m literam terminantur. Sequitur.

Et profectus eſt Iſrael, & extendit tabernaculum ſuum trans turrim Ader.] Hũc locum Hebræi uolunt eſſe, ubi poſtea templũ ædificatum eſt, & turrim Ader, turrim gregis ſignificari, hoc eſt, congregationis & cœtus, quod & Micheas propheta teſtatur dicens: Et tu turris gregis nebuloſa, filia Sion, & cætera. Illoq; tempore Iacob trans locum, ubi poſtea ædificatum eſt templum, habuiſſe tentoria: ſed ſi ſequamur ordinem uiæ, paſtorum iuxta Bethlehẽ locus eſt, ubi uel angelorũ grex in ortu Domini cecinit: uel Iacob pecora ſua pauit, loco nomen imponẽs: uel quod uerius eſt, quodam uaticinio futurum iam tũc myſterium monſtrabatur.

HIERONYMVS.

Et uenit Iacob ad Iſaac patrem ſuum in Mambre ciuitate Arbee, hæc eſt Chebron.] Pro arbec in LXX. campum habet, cum Chebron in monte ſita ſit. Eadẽ autem ciuitas dicitur & Mãbre, ab amico Abrahæ ita antiquitus appellata.

HAE GENERATIONES ESAV.

E*T peperit Adeſa, Eſau Eliphaz.*] Iſte eſt Eliphaz, cuius ſcriptura in Iob uolumine recordatur. Iſti filij Eſau, & iſti principes eorũ: ipſe eſt Edom, & hi filij Seir. Eſau, Edõ, & Seir, unius nomen eſt hominis, & quare uariè nũcupetur, ſuprà dictum eſt. Quod aũt ſequitur, Et Chorei habitantes terrã, &c. Poſtquã enumerauit filios Eſau, altius repetit & exponit, qui ante Eſau in Edõ terra principes fuerint ex genere Chorræorum, qui in lingua noſtra interpretatur liberi. Legamus diligenter Deutronomium, ubi manifeſtius ſcribitur, quomodo uenerint filij Eſau,

Digitized by Google

Eſau, & interfecerint Chorreos, ac terram eorum hereditate poſsederint. Et fuerunt filij Lothan Chorri & Aemã & ſoror Lotan Tamna: hæc eſt Tamna, de qua ſupradictũ eſt: Et Tamna erat cõcubina Elipbaz, filij primogeniti Eſau, & ex ipſa natus eſt Amalech. Idcirco autẽ Chorreorum recordatus eſt, quia primogenitus filiorum Eſau ex filiabus earum acceperat concubinam. Quod autem dicitur Theman, & Kenez, Amalech, & reliqua: ſciamus poſtea regionibus Idumeorum ex his uocabula impoſita. Sequitur. Ipſe eſt Ana, qui inuenit Iamin in deſerto cum paſceret aſinos Zebeon patris ſui. Multa & uaria apud Hebræos de hoc capitulo diſputantur: apud Grecos & noſtros ſuper hoc ſilentium eſt. Alij putant Iamin maria appellata. ijſdem enim ſcribuntur literis maria, quibus & nunc iſte ſermo deſcriptus eſt: & uolunt illũ, dum paſcit aſinos patris ſui in deſerto, aquarũ congregationes reperiſſe, quæ iuxta idioma linguæ Hebraicæ maria nuncupentur, quòd ſcilicet ſtagnum repererit: cuius rei inuentio in eremo difficilis eſt. Nonnulli putant aquas calidas iuxta Punicæ linguæ uiciniam, quæ Hebrææ contermina eſt, hoc uocabulo ſignificari. Sunt qui arbitrantur onagros ab hoc admiſſos eſſe ad aſinas, & ipſum iſtiuſmodi reperiſſe cõcubitum, ut uelociſsimi ex his aſini naſcerentur, qui uocantur Iamin. plerique putant quòd equarum greges ab aſinis in deſerto ipſe fecerit primus aſcendi, ut mulorum inde noua contra naturam animalia naſcerentur. Aquila hũc locum ita tranſtulit: Ipſe eſt Anas, qui inuenit τὸν τῶν σιμέιμ. & Symmachus ſimiliter, σὺν σιμέιμ, quæ interpretatio pluralem numerum ſignificat. Septuaginta uerò & Theodotion æqualiter tranſtulerunt dicentes, τὸν ἰαμείν quod indicat numerum ſingularem. Sequitur.

Et regnauit pro eo Iobab filius Zare de Boſra.] Hũc quidam ſuſpicantur eſſe Iob, ut in fine uoluminis ipſius additum eſt. contrà Hebræi aſſerunt de Nachor eum ſtirpe generatũ, ut iam ſupra dictum eſt. Sequitur.

Interea Ruben concupiſcentia motus libidinis, in concubinam patris ſui præceps efferbuit, quod inceſti crimen non ſcriberetur, niſi futura populi peruerſitas pronũciaretur. Quãquam & in illo qui hoc commiſerit conſideraretur eſſe flagitium: in ſcripturis autẽ prophetia eſt futurorum. Namq; per Ruben primogenitum populus primogenitus Iſrael ex circumciſione ſignificatur, qui thorum concubinæ polluit, id eſt, legem ueteris teſtamẽti ſæpè præuaricando commaculauit. Quod autem in cõcubina lex ueteris teſtamenti ponatur, Paulus Apoſtolus edocuit dicens: Abrahã duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. Hæc autem duo ſunt teſtamenta, in quo Agar, quæ concubina fuit in ueteris teſtamenti ponitur typo. Vna eſt ego columba genitricis ſuæ, quę uirgo caſta regina, ſponſa regi eccleſię per Euangelium iungitur Chriſto. Hieronymus.

Et Iſrael dilexit Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, qui erat filius ſenectutis, & fecit ei tunicam uariam.

Pro uaria tunica Aquila interpretatus eſt tunicam ἀστραγάλειον, id eſt, tunicam talarẽ: Symmachus tunicam manicatam, ſiue quod ad talos uſq; deſcenderet, & manibus artificis mira eſſet uarietate diſtincta, ſiue quòd haberet manicas. Antiqui enim magis colobijs utebantur. Et adiecit, & peperit filium Iudæ uxor, uocauitque nomen eius Sela: hæc autem erat in Chazbi, quando peperit eum. Verbum Hebraicum hic pro loci uocabulo poſitũ eſt, quod Aquila pro re tranſtulit dicens: Et uocauit nomen eius Selom. Et factum eſt, ut mentiretur in partu, poſtquam genuit eum. Poſtquam eum genuit Selom, ſtetit partus eius. Chazbi ergo non nomen loci, ſed mẽdacium dicitur. unde & in alio loco ſcriptum eſt, Mentietur opus oliuæ, id eſt, fructum oliua non faciet Sequitur.

Et conſolatus Iudas aſcendit ad eos qui tondebant oues eius, ipſe & Hiras paſtor eius Odolamites.

Pro paſtore amicus legitur: ſed uerbum ambiguum eſt, quia ijſdem literis utrunque nomen ſcribitur. Verum amicus re, paſtor ro legitur.

Et ſedit ad portam Enan, quæ eſt in tranſitu Thamna.] Sermo Hebraicus Enaim trãſfertur in oculos. Nõ eſt igitur nomen loci, ſed eſt ſenſus: Sedit in biuio ſiue in compito, ubi diligenter debet uiator aſpicere, quod iter gradiendi capiat. Sequitur.

Cognouit autẽ Iudas & ait: Iuſtior eſt iſta quam ego, eo quod non dedi eam Sela filio meo.] In Hebræo habet, Iuſtificata eſt ex me, non quòd iuſta fuerit, ſed quòd cõparatione illius minus male fecerit, nequaquam uaga ad turpitudinem, ſed liberos requirendo. Sequitur.

Ecce egreſſus eſt frater eius, dixitq;, Vt quid diuiſa eſt propter te maceria, & uocauit nomen eius Phares.

Pro maceria Aquila & Symmachus diuiſionem tranſtulerunt, quod Hebraicè dicitur Phares. Ab eo igitur quod diuiſerit membranulam ſecundinarum, diuiſionis accepit nomẽ. Vnde & Phariſæi, qui ſe quaſi iuſtos à populo Dei ſeparauerunt, diuiſi appellantur.

Poſt hoc exijt frater eius, in cuius manu erat coccinum, & uocauit nomen eius Zara.] Hoc nomen interpretatur oriens, ſiue igitur quia primus apparuit, ſiue quia plurimi iuſti ex eo nati ſunt: ut in libro Paralipomenon continetur. Zara, id eſt, oriens appellatus eſt.

RECAPITVLATIO VBI SVPRA.

IAm deinde Iudæ factum conſideremus, quia cum nuru ſua concubuit, quid ſignificauerit futurorum. In Thamar ergo nuru Iudæ intelligitur plebs Iudæa, cui de tribu Iuda reges tanquam mariti adhibebantur. Merito nomen eius amaritudo interpretatur: ipſa enim Domino fellis poculum dedit. Duo enim genera principum, qui non rectè operabantur in plebe. Vnum eorum qui oberant, alterum eorum

qui nihil proderant: ſignificãtur in duobus filijs Iudæ. quorũ unus erat malignus uel ſęuus ante Dominũ: alter in terra ſundebat ſemẽ, ne daret ſemẽ ad ſœcundandã Thamar. Nec ſunt amplius quam duo genera hominum, inutilia generi humano: unum nocentium, alterum præſtare nolentium, & ſi quid boni habent in hac terrena uita perdentium, tanquam in terram ſundentium, & qui à malo prior eſt, ille qui nocet illi qui non prodeſt. Ideo maior dicitur malignus, ille minor & ſequens qui ſundebat ſemen in terram Nomẽ quoque maioris, qui uocatur Her, interpretatur pellicius, qualibus tunicis induti ſunt primi homines in pœna damnationis ſuæ, dimiſſi ex paradiſo. Sequentis autem nomen, qui uocatur Onan, interpretatur mœror eorum: quorum niſi quibus nihil prodeſt, cum babeat unde prodeſſe poſsit, atque id perdat in terra. Maius porro malum eſt ablatæ uitæ, quod ſignificat pellis, quam nõ aduitæ quod ſignificat memor eorum. Deus tamen ambos occidiſſe dictus eſt, ubi figuratur regnum talibus hominibus abſtuliſſe. Tertius uerò filius Iudæ, qui illi mulieri non iungitur, ſignificat tempus ex quo reges plebi Iudæorum cœperunt de tribu Iuda non fieri. Ideo erat quidem filius Iudæ, ſed iam Thamar maritum non accipiebat, quia eadem erat tribus Iudæ, ſed iam in populo Iudæ nemo regnabat. unde & nomen eius, id eſt, Sela interpretatur, dimiſsio eius. Non pertinent ſanè ad hanc ſignificationem uiri ſancti & iuſti, qui licet illo tempore ſuerint, ad nouum tamen pertinent teſtamentum, qui prophetando ſcienter utiles ſuerunt. Qualis Dauid ſuit eo ſanè ipſo tempore, quo iam Iudæa ceperat reges ex tribu Iuda non habere. Non eſt computandus Herodes maior in regibus eius tanquam maritus Thamar. Erat enim alienigena, nec ei ſacramẽto illo myſticæ unctionis tanquam coniugali ſœdere cohærebat: ſed tanquam extraneus dominabatur, quam poteſtatem à Romanis & à Cæſare acceperat. ſic & eius filij tetrarchę, quorum erat unus Herodes patris nomine appellatus, qui cum Pilato in paſsione Domini concordauit. Iſti ergo alienigenę uſque adeò non deputabãtur in regno illo myſtico Iudæorum, ut ipſi Iudæi publicè clamarent frendẽtes aduerſus Chriſtum: Nos non habemus regem niſi Cæſarem. Neque hoc uerum, niſi illa uniuerſali dominatione Romanorum, quippe etiam Cæſar rex erat, non propriè Iudæorum, ſed ut Chriſtum negarent, & hunc adorarent, ideo ſe tali uoce damnarunt. Illo enim tempore quo iam de tribu Iuda regnum defecerat, ueniendum erat regnum Chriſto uero Saluatori noſtro Domino, qui non obeſſet, multumq; prodeſſet. hinc enim fuerat prophetatum: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de ſemoribus eius, donec ueniat qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentium. Iam iſto tempore omne quoq; magiſterium Iudæorum & myſtica, unde Chriſti uocabantur, unctio ipſa defecerat ſecundum prophetiam Danielis: Tunc uenit, cui repoſitum erat expectatio gentium: & unctus eſt ſanctus ſanctorũ oleo exultatiõis præ participibus ſuis. Natus eſt enim Herodis maioris tempore, paſſus eſt autem Herodis minoris tetrarchæ. huius itaq; uenientis ad oues, quæ perierant domus Iſrael, figuram geſsit ipſe Iudas, cum iret ad tondendas oues ſuas in Thãna, quod interpretatur deficiens Iam enim defecerat princeps ex Iuda, & omne magiſterium atque unctio Iudæorum, donec ueniret cui repoſitum erat. Venit autem cum ſuo paſtore Odolamite, cui nomẽ erat Hiras, quod interpretatur fratris mei uiſio. Odolamites uerò teſtimonium in aqua, cum hoc planè teſtimonio Dominus uenit, habẽs teſtimonium maius Iohanne: ſed tamen propter oues infirmas, hoc eſt teſtimonio uſus in aqua. Nam & ipſe Hiras, ut iam diximus, interpretatur fratris mei uiſio. Vidit omnino fratrem ſuum Iohannes, fratrem ſecundum ſemen Abrahę, ſecũdum cognationem Mariæ matris eius, & Elizabet matris ſuæ, eundemq; Deum ac Dñm ſuum: quia ſicut ipſe ait, Ex plenitudine eius accepit. Vidit omnino, & ideo in natis mulierum maior illo non ſurrexit: quia ex omnibus prænunciantibus Chriſtum ipſe uidit, quod multi iuſti & prophetæ cupierunt uidere, & non uiderũt. Salutauit ex utero, agnouit perfectius ex columba: & ideo tanquam Odolamites uerè teſtimonium perhibet in aqua. Venit autem Dominus ad tondendas oues: hoc eſt, exonorandas ſarcinis peccatorum, ex quibus in eccleſiæ laude in Canticis canticorum, Dentes eius uelut grex tonſarum. Iam deinde habitum Thamar mutat. Nam & commutans interpretatur Thamar. mutat habitum, mutat & nomen, & fit de Synagoga eccleſia. Sed in ea prorſus nomen amaritudinis manet, non illius amaritudinis, in qua Domino ſel miniſtrauit, ſed illius in qua Petrus amarè fleuit. Nam & Iuda latinè confeſsio eſt, confeſsioni ergo amaritudo miſceatur, ut uera pœnitentia præſignetur. Hac pœnitentia ſœcundatur eccleſia in omnibus gentibus conſtituta. Oportebat enim pati Chriſtũ, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. Nam & ipſe habitus meretricius confeſsio peccatorum eſt, typum quippe eccleſiæ gerit. Thamar quippe ex gentibus euocata, ſedens cum hoc habitu ad portam Neman uel Enahin, quod interpretatur ſontes. Currit enim uelut ceruus ad ſontes aquarum, peruenire cupiens ad ſemen Abrahę. Illo enim nõ cognoſcente ſœtatur, quia de illo prædictum eſt: Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi. accepit in occulto anulum, monile & uirgam: uocatione ſignatur, iuſtificatione decoratur, glorificatione exaltatur. Quos autem prædeſtinauit, illos & uocauit. Quos autem uocauit, illos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.

Sed

Digitized by Google

Sed hæc ut dixi, adhuc in occulto, ubi ſit & conceptio ſanctæ ubertatis. Mittitur autem promiſſus hœdus tanquam meretrici. Hœdus exprobratio peccati per eundem Odolomitem tanquam increpantem & dicentem, Generatio uiperarum: ſed non eam inuenit peccati exprobratio, quam mutauit confeſſionis amaritudo. Poſt uerò iam publicis ſignis annuli, monilis & uirgæ uicit temerè iudicantes Iudæos. Quorum iam perſonam Iudas ipſe geſtabat, qui dicunt hodie quoque, Non hunc populum eſſe Chriſti, nec habere nos ſemen Abrahę: ſed prolatis certiſſimis documentis noſtræ uocationis, iuſtificationis & glorificationis erubeſcunt ſine dubio & confunduntur, & nos magis quàm ſe iuſtificatos eſſe fatebuntur. Pignora enim refert ſe eccleſia habere, cum accuſatur à Iudæis, quaſi adulteratrix legis. Sed oſtendit uirgam, id eſt, paſſionis ſignum, & monile legis legitimæ, & annulum pignus immortalitatis. Quod autem ſcriptura inducit Thamar parientem, & duos in utero geminos habentem, quorum ſcilicet primus qui dicitur Zara, miſit manum ſuam, & obſtetrix ligauit coccinum & dehinc illo intrinſecus manum retrahente. Poſterior qui Phares uocatur, porrexit manum, & naſcendo præceſſit. Figuraliter congruit, quod extenderit Iſrael in legis opera manum ſuam, & eam prophetarum & ipſius Saluatoris pollutam cruore contraxerit. Poſtea uerò prorupit populus gentium, ſcilicet ut futuri eſſent nouiſſimi, primi: & primi, nouiſſimi.

HIERONYMVS DE IOSEPH.

ET uendiderunt Ioſeph Iſmaelitis uiginti aureis. Pro aureis, in Hebræo, argenteis habet. Neque uiliore metallo Dominus uenundari debuit, quàm Ioſeph. Madianæi autem uendiderunt Ioſeph in Aegypto, Phutiphar eunucho, Pharaonis arhimagiro. In pleriſque locis archimagiros, id eſt, cocorum principes, pro magiſtris exercitus, ſcriptura commemorat: μαγειρεύειν quippe Græcè interpretatur occidere. Venditus eſt igitur Ioſeph principi exercitus & bellatorum, non Petephre, ut in Latino ſcriptum eſt, ſed Phutiphar eunucho. D. Vbi quæritur, quomodo poſtea uxorem habere dicatur, ſi eunuchus erat? M. Tradunt Hebræi emptum ab hoc Ioſeph ob nimiam pulchritudinem in turpe miniſterium, & à domino uirilibus eius arefactis, poſtea electum eſſe iuxta morem ἱεροφαντῶν in pontificatum Heliopoleos: & huius filiam eſſe Aſeneth, quam poſtea Ioſeph uxorem acceperit. Sequitur. Poſt hæc peccauit princeps uinariorum regis Aegypti. Vbi nos poſuimus principem uinariorum, in Hebræo ſcriptum eſt Maskeh: illud uerbum quod in nomine ſerui Abraham dudum legimus, quem nos poſſumus more uulgi pincernam uocare. Nec uile puteтur officiū, cum apud reges barbaros uſque hodie maximæ dignitatis ſit regi poculum porrexiſſe. Poetæ quoque de Catamito & Ioue ſcriptitatur, quòd amaſium ſuum huic officio manciparit. Sequitur. Et ecce uitis in conſpectu meo, & in uite tres fundi, & ipſa germinans tres fundos. Tria flagella, & tres ramos, ſiue propagines, Hebræo ſermone ſignificat, quæ ab illis uocantur Sarigim. Et uidebar mihi tria caniſtra chōdritorum portare in capite meo. Pro tribus caniſtris chondritorum, tres cophinos farinæ, in Hebræo habet. Et ecce de fluuio aſcendebant ſeptem boues, ſpecioſę ad uidendum, & electę carnibus, & paſcebantur in achi. Bis in Geneſi ſcriptum eſt achi: & neque Græcus ſermo eſt, nec Latinus. Sed & Hebræus ipſe corruptus eſt: dicitur enim in Ahu, hoc eſt in palude. Sed quia uau litera apud Hebræos, & iod ſimiles ſunt: & tantum magnitudine differunt: pro ahu, achi Septuaginta interpretes tranſtulerūt: & ſecundum conſuetudinem ſuam ad exprimendam duplicem aſpirationē, heth Hebrææ literæ χ Græcam literam copulauerunt. Sequitur. Et reſpondit Ioſeph Pharaoni, dicens: Sine Deo non reſpondebitur ſalutare Pharaoni. In Hebræo aliter habet: Sine me Deus reſpondebit pacem Pharaoni. Denique Symmachus more ſuo apertius tranſtulit: Non ego, ſed Deus reſpondebit pacem Pharaoni. Sequitur. Et ecce ſeptem anni uenient abundantiæ magnæ in omni terra Aegypti. Miror quomodo uerbum Hebraicum Saba, quod nos ſupra, abundantiam ſiue ſatietatem, in puteo quē foderunt extremum ſerui Iſaac, interpretati ſumus: nunc Septuaginta rectiſſimè transferentes, ibi iuramentum interpretati ſunt: cum & iuramentum, & ſeptem, & ſatietas, & abundātia, prout locus & ordo flagitauerit, poſſit intelligi. Sed & in conſequentibus ubicunq; abundantia legitur in Hebræo, idem uerbum ſcriptum habetur. Sequitur. Et clamauit ante eum præco, & conſtituit eum ſuper omnem terram Aegypti. Pro quo Aquila tranſtulit: Et clamauit in conſpectu eius ad geniculationē. Symmachus ipſum Hebraicum ſermonem interpretans ait: Et clamauit ante eum, Abrech. Vnde mihi uidetur non tam præco ſiue adgeniculatio, quæ in ſalutando, uel adorando Ioſeph accipi poteſt, intelligenda: quàm id quod Hebræi tradunt, dicentes patrem tenerum ex hoc ſermone transferri. Ab, quippe dicitur pater, Rech, delicatus ſiue tenerrimus, ſignificante ſcriptura, quod iuxta prudentiam quidem pater omnium fuerit: ſed iuxta ætatem tenerrimus adoleſcens & puer. Sequitur. Et uocauit Pharao nomen Ioſeph Zaphanath Phaanecha, & dedit ei Aſeneth filiam Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos in uxorem. Licet Hebraicè hoc nomen, abſconditorum repertorem ſonet: tamen quia ab Aegyptio ponitur, ipſius linguę debet habere rationem. Interpretatur ergo ſermone Aegyptio Zaphanath Phaanecha, ſiue ut Septuaginta transferre uoluerūt, ψονθομφανήχ ſaluator mundi, eo quod orbē terræ ab imminēte famis excidio liberaret.

Notandum autem quòd Domini quondam & emptoris ſui filiam uxorem acceperit: quia ad id locorom pontifex Helíopoleos erat. Neq; enim fas abſq; eunuchis idoli illius eſſe antiſtites, ut uera illa Hebræorum ſuper eo quod ante iam diximus, ſuſpicio cõprobetur. Sequitur. Et Ioſeph nati ſunt duo filij, antequam ueniret anni famis, quos peperit ei Aſeneth filia Putifaris ſacerdotis Heliopoleos. Vocauit autem Ioſeph nomen primogeniti Manaſſe, quia dixit, Obliuiſci me fecit Dominus omnium laborũ meorum, & omnis domus patris mei. Nomen autem ſecundi uocauit Ephraim, quia creſcere me fecit Deus in terra humilitatis meæ. Obſerua propter quæſtionem quæ poſt paululum de Ioſeph filijs proponenda eſt. quod ante famis tempus, quo Iacob intrauit in Aegyptum, duos tantum Ioſeph filios habuerit, Manaſſe & Ephraim. Manaſſe uocans ab eo, quòd ſit oblitus laborum ſuorum. ita enim Hebraice uocatur obliuio Ephraim, eo quòd auxerit eum Deus. ex hoc enim uocabulo in linguam noſtram transfertur augmentum. Sequitur. Et deferte uiro munera, aliquid reſinæ, & mellis, & thymiama, & ſtacten, & terebinthum, & nuces: ſiue ut Aquila & Symmachus tranſtulerunt, amygdala. Idcirco hoc capitulum poſuimus, ut ſciamus ubi in noſtris codicibus habetur thymiama, in Hebræo eſſe nechota, quod Aquila ſtoracem tranſtulit: ex quo domus Nechota, quæ in Eſaia legitur, manifeſtiſsimè cella thymiamatis ſiue ſtoracis intelligitur, eo quòd in illa aromata diuerſa ſint condita. Sequitur. Biberuntq; & inebriati ſunt cum eo. Idioma linguæ Hebrææ, ut ebrietatem pro ſatietate ponat. ſicut ibi, In ſtillicidijs ſuis lætabitur germinans: haud dubium, quia terra pluuijs irrigata. Sequitur.

Et pone argentum uniuſcuiuſq; in ore ſacculi, & condy meũ argenteum mitte in ſacculum iunioris.

Pro ſacculo peronem uel follem in Hebræo habet. pro condy, id eſt, poculo, quod etiam in Eſaia legimus: Aquila ſcyphum, Symmachus phialam tranſtulerunt.

Deſcende ergo ad me, ne ſteteris & habitabis in terra Goſen Arabiæ.

Hic Arabiæ additum eſt: in Hebræis enim uoluminibus non habetur. Vnde & error inerebuit, quod terra Goſen in Arabia ſit. Porrò ſi ut in noſtris codicibus eſt, per extremum m ſcribitur Goſem, quod mihi nequaquam placet. Terram ſignificat complutã. Goſen enim in imbrem uertitur. Sequitur.

Dixit autem Pharao ad Ioſeph: Dic fratribus tuis, Hoc facite, onerate uehicula ueſtra, & ite in terram Chanaan.

Pro uehiculis, quæ Septuaginta & Theodotion τὰ φορεῖα interpretati ſunt: iumenta reliqui tranſtulerunt.

Et dedit illis cibaria in uia.] Verbum Zeda, quod hic omnes ore conſono ἐπισιτισμόν, id eſt, cibaria uel ſitarcia interpretati ſunt: in Pſalterio quoque habetur, ubi enim noſtri legunt, Viduam eius benedicens benedicam: licet in pleriſq; codicibus pro uidua, hoc eſt pro χήραν, nonnulli legunt θήραν: in Hebræo habet Zeda, id eſt, cibaria eius benedicens benedicam. Porrò θήραν, uenationem magis poteſt ſonare, quàm fruges: tametſi moris ſit Aegyptiorum, θήραν etiam far uocare, quod nunc corrupte atheram uocant.

RECAPITVLATIO SPIRItalis de Ioſeph.

DEhinc ſequitur hiſtoria Ioſeph, qui uenditur à fratribus, in Aegyptum perductus, atque ibidem ſublimatus eſt. Ioſeph unus ex duodecim filijs Iacob, quem pater præ cæteris filijs dilexit, Chriſtum Dominum figurauit: quẽ Deus pater ſecundum carnem natum, cæteris fratribus ex Abraham ſtirpe progenitis, prætulit. Vnde & ibi dicitur: Amabat eum Iacob, quòd in ſenectute genuiſſet eum. Seneſcente enim mundo, illuceſcens Dei filius per Mariæ uirginis partum ſerus aduenit, tanquam filius ſenectutis ſecundum ſacramentũ ſuſcepti corporis, qui erat ante, ſicut nunc ſemper apud patrem. Tunica autem polymita, quam fecit ei pater, uarietatem populorum ex omnibus gentibus in corpore Chriſti congregatam ſignificauit. Somnium uerò illud, per quod fratrum manipuli illius manipulum adorauerunt: illud eſt quod in Chriſto completum eſt. Adorauerunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei: ſcilicet per fidem fructum bonorum operum offerentes. Ipſe eſt quem ſol, & luna & ſtellæ adorant. De quo ſole dictum eſt: Laudate eum ſol, & luna, & ſtellæ omnes. Ipſum enim excellentia ſanctorum in ſolis nomine, eccleſiæ claritas ſub imagine lunæ & omnium populorum: numeroſitas in figura ſtellarum adorat. Vnde pater ſuus increpauit eum dicens: Nunquid ego, & mater tua, & fratres tui, adorabimus te? Obiurgatio iſta patris, duritiam populi Iſrael ſignificat: pro eo quod ex ſe natũ Chriſtum eſſe cognoſcunt, & adorare contemnunt. Iacob mittit Ioſeph filium ſuum, ut de fratribus ſolicitudinem gereret: & Deus pater miſit filium ſuum unigenitum, ut genus humanum peccatis languidum uiſitaret. Mittitur ab illo utiq; patre, de quo ſcriptum eſt: Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, ut uideret ſi recte eſſet erga oues: & Chriſtus in Euangelio, Non ueni niſi ad oues perditas domus Iſrael. Inuenit ergo Ioſeph fratres ſuos in Dorhaim, quod interpretatur defectio: uerè in grandi defectione erant, qui de parricidio cogitabant. Cumq; uidiſſent Ioſeph fratres ſui procul, occidere eum cogitabant: & Iudæi uidentes uerum Ioſeph, Dominum Ieſum Chriſtum, ut eum crucifigerent, uno omnes conſilio ſtatuerunt, dicentes: Crucifige eum. Fera peſsima deuorauit eum, id eſt, Iudas, atq; Iudaica beſtia interfecit eum. De qua Dominus in Euangelio dicit: Ecce mitto uos in medio luporum. Nudauerunt Ioſeph fratris ſui tunica polymi-

ta

ta & talati, & Iudæi Chriſtum per mortem crucis expoliauerunt tunicam corporalem. Polymitam autem, id eſt, decoratam omnium uirtute diuerſitate. Reſparſerūt autem tunicam hœdi ſanguine, quia falſis eum teſtimonijs accuſantes, in inuidiam deduxere peccati omnium peccata dimittentem. Mittitur dehinc in ciſternam, id eſt, in lacum: & Chriſtus expoliatus carne humana, deſcendit in infernum. De ciſterna quoq; leuatus ille Iſmaelitis, id eſt, gentibus uenditur: & Chriſtus poſteaquam de inferno egreditur, ab omnibus gentibus fidei cōmercio comparatur. Ille per Iudæ conſilium triginta argenteis diſtrahitur. & hic Chriſtus per conſilium Iudæ Scarioth eodem numero uenundatur. Dehinc Iacob poſteritatis ſuæ deplorans diſpendia, quaſi pater filium lugebat amiſſum: quaſi propheta flebat interitum Iudæorum. Denique ſcidit ueſtimentum ſuum, quod in paſsione Domini legimus factum à principe ſacerdotum. Sed & uelum templi ſciſſum eſt, ut prophetaret nudatum ſuum populum, & diuiſum oſtenderet regnum. Igitur Ioſeph deſcendit in Aegyptum, & Chriſtus in mundum. Emitq; eum eunochus, id eſt, caſtus in diſciplinis Euangelicis populus. Erat autem Ioſeph pulchra facie. ita & de Chriſto Dauid ait, Speciosus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Sed mulier, inquit, in eum oculos iniecit, ut adulterium cum illa perpetraret. Iſta mulier figura erat Synagogæ quę ſæpe, ſicut ſcriptum eſt, mœchata eſt poſt deos alienos. Similiter uoluit & Chriſtum in adulterij ſui ſcelere tenere, ut negaret ſe eſſe Deum, & phariſæorum magis & ſcribarum, quàm legis pręcepta ſeruaret, quæ illi uelut maritus erat. Chriſtus autem non acquieſcens illicitæ doctrinæ, ab adulterinæ ſynagogæ manu ueſte corporis apprehenſus, carne ſe exuit mortali, & liber mortis in cœlum aſcendit. calumniata eſt meretrix, ubi eum tenere non potuit, dicens, eo quòd templum Domini blaſphemaret, & legis diceretur eſſe tranſgreſſor. Et illum non carcer terruit, non inferna tenuerunt, eum etiam ubi uelut puniendus deſcenderat, inde alios liberauit. Denique inuenit Ioſeph duos eunuchos, de domo regis in carcere uinctos, duorum populorum credentium uel incredulorum figuram ſignificantes, qui concluſi ſub peccato Adæ tranſgreſsione obnoxij tenebātur: qui ideo eunuchi dicuntur, quia caſtam acceperant regulam diſciplinæ. Eloquia, inquit, Domini caſta. Denique poſt trinam lucem Domino ab inferis reſurgente, & legis obſcura, ut Ioſeph ſomnia reuelante, ſolutus eſt à peccatis credentium populus, & inferni carcere liberatus. Redditur in miniſterio diuinæ legis, incredulus autem & impius populus Iudæorum, quia in conuerſionis ligno non credidit, tranſgreſsionis ligno ſuſpenditur, ut illi alteri contigit eunucho, qui Iudæorum imaginem indicauit. Præterea narrat Pharao, ſomnium interpretatur Ioſeph. Sed quid ſigoificant ſeptem anni, qui in ſeptem ſpicis plenis, ſeu qui in ſeptem uaccis pinguibus oſtendebantur, niſi ſeptem chariſmatum ſpiritalium dona, quibus ubertas fidei larga pietate redundat. At contra ſeptem ſteriles & ieiuni, fame ueritatis & iuſtitiæ nouiſsimis temporibus ſignificabant. Congregauit autem Ioſeph per ſeptem annos omnem abundantiam frugum, id eſt, frumenta fidei ſanctorum horreis condens, per illa ſcilicet chariſmata ſeptem, quaſi per ſeptem annos: ut cum ſeptem anni inopiæ cœperint, id eſt, cum iniquitas occurrerit ſeptem capitalium criminum ſub Antichriſto, quando famis fidei fuerit & ſalutis, tunc ſancti pariter ac fideles habeant copioſam iuſtitiæ frugem. ne fides eorum inopiæ ſermonis tenuitate deficiat. Inde Ioſeph qui typum induerat Chriſti, currū meruit, & præco præconauit ante eū, & conſtituit illum Pharao ſuper uniuerſam terram Aegypti: & Dominus noſter poſtquam eſt diſtractus à Iuda, ut Ioſeph à fratribus, & de inferorum carcere ſurrexit, aſcendit currum regni cœleſtis, de qoo dictum eſt: Currus Dei decem milium. &, accepit poteſtatem à patre prædicandi & iudicandi, ſicut Paulus apoſtolus ait: Et dedit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomē, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Accepit quoque & annulum. pōtificatum ſcilicet fidei, quo credentium animæ ſalutis ſigno ſignantur, frontibusq; & cordibus noſtris per ſignum crucis figura æterni regis exprimitur. Induitq; ſtola byſsina, id eſt, carnem ſanctam byſſo ſplendidiorem, & ſtolam immortalitatis. Accepit quoque torquem auream, id eſt, intellectum bonum. Præco ante eum præcedit, id eſt, Ioannes baptiſta, qui iter eius præcedens præconauit dicens: Parate uiam Domino. Habebit & alium præconem, tubam angeli, quia ipſe dixit: Veniet in tuba angeli. Vocatur quippe Ioſeph lingua Aegyptiaca Saluator mundi. Quid maniſeſtius de Chriſto, quando ſub figura Ioſeph ſaluator oſtenditur, non tantum unius terræ Aegypti, ſed etiam totius mundi. Triginta annorum erat Ioſeph, quando in conſpectu regis Pharaonis ſtetit: totidemq; annis fuiſſe legitur Chriſtus, quando ſub typo Pharaonis in conſpectu regis apparuit reuelatus. Accepit ergo ex gentibus uxorem, id eſt, eccleſiam, ex qua genuit duos filios, id eſt, duos populos, ex Iudæis & gentibus congregatos. Igitur poſt ubertatis annos in uniuerſo orbi fames præualuit merito, quia non erat qui faceret bonitatem. Poſt hæc Ioſeph penuria frumenti ſaluat Aegyptum: & Chriſtus fame Dei orbi liberat mundum. Aperuit enim horrea ſua Chriſtus in omni orbe terrarum, & erogatione frumenti ſui omnia ſubiugauit. Niſi enim Ioſeph fratres uendidiſſent, defecerat Aegyptus: niſi Chriſtum Iudæi crucifixiſſent, perierat mundus. Ioſeph interpretatur augmentatio, ſiue ampliatio. Sed in illo. Ioſeph amplitatiooem oon habuit, niſi

ſola

ſola Aegyptus: in noſtro uerò Ioſeph augmentum habere meruit uniuerſus mundus. Ille erogauit triticum: noſter erogauit Dei uerbum. In omnem enim terram exiuit ſonus eorum. Dicit Iacob filijs ſuis, Eſt fructus in Aegypto? Dicit & Deus pater, Ex Aegypto uocaui filium meum. Deſcendunt igitur decem perſecutores, id eſt, Iudæi, quaſi Decalogi legis in numero conſtituti, quos ipſe cognoſcens, non eſt agnitus ab eis: cognoſcuntur & Hebræi à Chriſto, ipſi autem non agnoſcunt eum. Dederunt quidem illi pecuniam, ſed Ioſeph, id eſt, Chriſtus triticum dedit, & argentum reddidit: quia nõ pecunia emitur Chriſtus, ſed gratia. Vidit Ioſeph Beniamin paruulum fratrem ſuum: myſticè quoq; uidit Ieſus Paulum, quando lux circumfulſit eum. Paruulus dicitur, quia nondum in carne maturam fidei ætatem gerebat. Vnde etiam & adoleſcens legitur, quando lapidantium Stephanum ueſtimenta ſeruabat. Fleuit Ioſeph: & cæcitatem Pauli flet Chriſtus. Lauat iterum faciem ſuam, ut lumen ei amiſſum reſtituat: lauat faciem ſuam Chriſtus, ubi baptizatus eſt Paulus, per quem Dominus Ieſus à plurimis uideretur. Dehinc ſcyphus argenteus ſolo ſacculo iunioris inſeritur. Sed quid uult ſibi, quòd inuentus eſt in ſacco Beniamin ſcyphus Ioſeph: niſi quia in corpore Pauli iam doctrinę cœleſtis præfulgebat eloquium, dum eſſet eruditus in lege, ſed quia ſubiectus non erat. Intra ſaccum erat ſcyphus doctrinæ intra legem, lucerna inter modium. Miſſus tamen Ananias manum poſuit, marſupium ſoluit: marſupio ſoluto argentum reſplenduit, & decidentibus ſquamis uelut quibuſdam ſacciunculis: ſoluto ſacco, id eſt, depoſito legis uelamine, adeptus eſt gratiam libertatis, & reuelata facie, ſermonem Euangelij prædicat. Dati ſunt ei triginta argentei, cum quinque ſtolis optimis: triginta argenteos à Chriſto accipit, quicunque prædicat trinitatem, ſiue Chriſti crucem. Ideoq; Paulus ait: Neque enim iudicaui ſcire me aliquid inter uos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Quinque enim ſtolas accepit, id eſt, ſapientiæ, omniumq; ſenſuum multiplices diſciplinas. Præceſſit igitur Paulus, eius exuberat portio meritorum: ſed tamen habent & fratres, id eſt, alij prædicatores gratiam ſuam, binas ſtolas, id eſt, ut confiteantur Chriſtum & Deum eſſe hominem. iuxta quod in Prouerbijs legitur: Omnes domeſtici eius ueſtiti duplicibus, id eſt, myſtica, uel morali intelligentia. Mittuntur & patri munera, filius honorat patrẽ: Chriſtus populum ſuum promiſſis inuitat muneribus. Portant hæc munera aſini, illi gentiles inutiles ac laborioſi, nunc autem utiles portant in typo Chriſti munera. Portant in Euangelio munerum largitorem. Dimiſit Ioſeph fratres ſuos, qui nunciauerunt patri dicentes: Ioſeph uiuit, & ipſe dominus eſt in omni terra Aegypti. Expauit autem Iacob, id eſt, plebs incredula, ſed poſtquam geſta Chriſti agnoſcit, reuiuiſcit ſpiritus eius: & qui mortuus uidebatur fide, reſurrectionis Chriſti uiuificatur. Vocatur ergo à filijs ſuis, id eſt à Petro, Paulo & Ioanne: populus Iudæorum inuitatur ad gratiam. Occurrit illis Iudas, quod interpretatum eſt confeſſio: quia iam præcedit confeſſio, quos antè perfidia poſſidebat, & ſic Ioſeph uerus Chriſtus occurrit. Quis enim ætate iam ſuſcipiat ultimis temporibus populum Iudæorum? Non ſecundum illius merita, ſed ſecundum electionẽ ſuæ gratiæ, & imponit manum ſuper oculos eius, & cæcitatem auſert: cuius diſtulit cæcitatem, ut poſtremus crederet. qui ante non putauit eſſe credẽdus. Vnde & Apoſtolus ait: Quia cæcitas ex parte in Iſrael facta eſt, donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

HIERONYMVS.

Omnes ergo animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, & quæ exierunt de ſemoribus eius abſq; mulieribus filiorum Iacob, omnes animæ ſexaginta ſex. Filij autẽ Ioſeph, qui nati ſunt ei in Aegypto, animę nouem. Omnes enim animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, ſeptuaginta quinq;. Quod excepto Ioſeph & filijs eius ſexaginta ſex animę, quę egreſſę ſunt de ſemoribus Iacob, introierunt in Aegyptum, nulla dubitatio eſt. Ita enim & paulatim per ſingulos ſupputatus numerus approbat, & in Hebræis uoluminibus inuenitur. Hoc autem quod in Septuaginta legimus: Filij autẽ Ioſeph qui nati ſunt ei in Aegypto, animæ nouem: ſciamus in Hebræo pro nouem eſſe duas. Ephraim quippe & Manaſſe antequam Iacob intraret in Aegyptum, & famis tempus ingrueret, nati ſunt de Aſeneth filia Putifaris in Aegypto. ſed & illud quod ſuprà legimus: Facti ſunt autem filij Manaſſe, quos genuit ei concubina Syra Machir: & Machir genuit Galaad. Filij autem Ephraim fratris Manaſſe Suthalaam, et Thaam. Filij uerò Suthalaam, Edem, additum eſt: ſiquidem id quod poſtea legimus, quaſi per anticipationem factum eſſe deſcribitur. Neq; enim illo tẽpore quo ingreſſus eſt Iacob in Aegyptum, eius ætatis erant Ephraim & Manaſſe, ut filios generare potuerint. Ex quo manifeſtum eſt, omnes animas quæ ingreſſæ ſunt Aegyptum, de femoribus Iacob fuiſſe LXX. dum LXVI. poſtea ſint ingreſſæ, & pepererũt in Aegypto animas tres, Ioſeph uidelicet cum filijs ſuis, ſeptuageſimus aũt ipſe fuerit Iacob. Hanc rem ne uideamur aduerſus ſcripturæ authoritatẽ loqui, etiã LXX. interpretes in Deuteronomio tranſtulerunt, quòd in LXX. animabus ingreſſus eſt Aegyptum. Si quis igitur noſtræ ſententiæ ſuffragatur, ſcripturã intra ſe contrariã faciet. Ipſi em̃ LXX. interpretes, q̃ hic LXXV. animas per πρόληψιν, cũ Ioſeph & poſteris eius Aegyptũ ingreſſas eſſe dixerũt: in Deuteronomio LXX. tantũ introiſſe memorãtur. Quod ſi econtrà illud nobis opponitur, quomodo in Actis apoſtolorum in contentione Stephani dicatur ad populum ſeptuaginta quinq; animas ingreſſas eſſe Aegyptum, facilis excuſatio eſt.

Non

Non enim debuit ſanctus Lucas, qui ipſius ſcriptor hiſtoriæ, in gentes Actuum apoſtolorũ uolumen emittens, contrariũ aliquid ſcribere aduerſum eam ſcripturam, quæ iam fuerat gentibus diuulgata, & utiq; maioris opinionis illo duntaxat tempore Septuaginta interpretũ habebatur auctoritas, quam Lucas qui ignotus et uilis, & non magnæ fidei in nationibus ducebatur. Hoc autem generaliter obſeruãdum, quòd ubicunq; ſancti apoſtoli aut apoſtolici uiri loquuntur ad populos, his plerunq; teſtimonijs abutuntur, quæ iam fuerant gentibus diuulgata: licet pleriq; tradant, Lucam Euangeliſtã ut proſelytũ Hebræas literas ignoraſſe. Sequitur.

Iudam uerò miſit ante ſe ad Ioſeph, in terram Rameſſe.] In Hebræo nec urbem habet heroum, nec terram Rameſſe, ſed tantũmodo Goſen. Nonnulli Iudæorum aſſerunt, Goſen nunc Thebaidam uocari, & id quod poſtea ſequitur: Dedit eis ut poſſiderent terram Aegypti, Rameſſe, pagũ Arſenotien ſic olim autumant uocatum. Sequitur. Et dixit ei, Iura mihi, & iurauit ei, & adorauit contra ſummitatem uirgæ eius. Et in hoc loco quidã fruſtra ſimulant adoraſſe Iacob ſummitatem ſceptri Ioſeph, quod uidelicet honorans filium poteſtatem eius adorauerit, cum in Hebræo multo aliter legatur. Et adorauit, inquit, Iſrael ad caput lectuli: quod ſcilicet poſtq; iurauerit, & filius ſecurus de petitione, quam rogauerat, adorare Deum contra caput lectuli ſui. Sanctus quippe & Deo deditus uir, oppreſſus ſenectute, ſic habebat lectulum poſitum, ut ipſe iacentis habitus abſq; difficultate ulla ad orationem eſſet paratus. Et nunciatum eſt Ioſeph, ecce pater tuus ægrotat: & tulit duos filios ſuos ſecum, Manaſſe & Ephraim. Ex hoc illud quod ſupradictũ eſt demonſtratur, quia Ioſeph ad id locorum duos tantum filios habuerit, Ephraim & Manaſſen. Si enim poſt multos annos moriente Iacob patre ſuo, duos tantum filios ducit ad benedictionem, utiq; illo tempore cum filij eius generare nequiuerant, paruuli atq; lactantes in ingreſſu patris & fratrum, nepotes ex eis habere non potuit.

Et confortatus Iſrael, ſedit ſuper lectum ſuum.] Cauſam cur Septuaginta interpretes idem uerbũ aliter atq; aliter ediderũt neſcio. Hoc unum audacter dico, quod ipſum uerbum Mitta, quod hic in lectulum tranſtulerunt: ſuprà ubi diximus, adoraſſe Iacob uirgam potius quàm lectulum, nominauerunt. Sequitur. Et nunc ecce duo filij, qui nati ſunt tibi in terra Aegypti, antequã uenirem ad te in Aegyptum, mei ſunt, Ephraim & Manaſſe, quaſi Ruben & Simeon erunt mihi. Quos autem genueris poſt hæc, tui erunt: in nomina fratrum ſuorum uocabuntur. Si quis ambigebat, quod ſeptuaginta animæ introiſſent Aegyptum filiorum Iſrael, & quod Ioſeph eo tempore quo ingreſſus eſt Iacob, non nouẽ, ſed duos tantum filios habuerit, præſenti capitulo confirmatur. Siquidem ipſe Iacob loquitur, duos eum filios habuiſſe, nõ nouem. Quod autem dicit Ephraim & Manaſſe, ſicut Simeon & Ruben erunt mihi, illud ſignificat: Sicut Ruben & Simeon duæ tribus erunt, & ſuis uocabulis appellabuntur, ſic Ephraim & Manaſſe duæ tribus erunt, duosq; populos procreabunt. & ſic hæreditabunt repromiſsionis terrã, ſicut & filij mei. Reliquos autem, ait, filios, quos poſt mortem meam genueris, oſtendens necdum illo tempore procreatos, tui erunt. In nomine fratrum ſuorum uocabuntur in hæreditatem ſuam. Non inquit, accipiẽt ſeparatim terram, nec funiculos habebunt proprios, ut reliqui tribus: ſed in tribubus Ephraim & Manaſſe quaſi appendices populi commiſcebuntur. Sequitur. Dixitq; Iacob ad Ioſeph: Ego dedi tibi Sichimam præcipuam, ſuper fratres tuos, plus quàm fratribus tuis: quam accepi de manibus Amorrhæorum in gladio meo & ſagitta. Sichimam iuxta Græcam & latinam conſuetudinem declinata eſt. alioquin Hebraicè Sichem dicitur, ut Ioannes Euangeliſta teſtatur. Licet uicioſe ut Sichar legatur, error inoleuit, & eſt nunc Neapolis urbs Samaritanorum. Quia igitur Sichem lingua Hebręa transfertur in humerum, pulchrè alluſit ad nomen, dicens: Et ego dabo tibi humerum unum. pro præcipuo enim, id eſt, ἐξαίρετον, unum ſcribitur in Hebræo. quod autem dicit, ſe eam in arcu & in gladio poſſediſſe: arcum hic & gladium iuſtitiam uocat, per quam meruit peregrinus & aduena interfecto Sichem & Emor de periculo liberari. Timuit enim, ut ſuprà legimus, ne uicina oppida atque caſtella ob euerſionem fœderatæ urbis aduerſum me conſurgerent. Et Dominus non dedit eis ut nocerent eis: uel certè ſic intelligendum, Dabo tibi Sichimam, quam emi in fortitudine mea: hoc eſt, in pecunia, quam multo labore & ſudore quæſiui. Quod autem ait, Super fratres ſuos: oſtendit abſque morte dediſſe ſe eam tribui Ioſeph, & mauſoleum ibi uſq; hodie cernitur.

RECAPITVLATIO.

Tradidit ergo Ioſeph patri & fratribus ſuis optimam terram Goſen, præbens eis cibaria, quia fames oppreſſerat terram: ſic & Dominus eligens optimam terram parentibus, id eſt, patriarchis & prophetis, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem ſiue omnibus ſanctis, de quibus in Euangelio dicit: Hi ſunt fratres mei, qui faciunt uoluntatem patris mei. His igitur dat terram, ſcilicet repromiſsionis regni Dei. de qua dicit propheta: Credo uidere bona Domini in terra uiuentium.

ITERVM RECAPITVLATIO.

Dehinc Ioſeph feſtinans accipere benedictionem patris, duos filios ſuos obtulit, Manaſſen & Ephraim, in quibus ſicut factum eſt in Eſau & Iacob, dicente Domino, Maior ſeruiet minori: ita & in iſtis duobus filijs Ioſeph. Nam maior Manaſſes, qui interpretatur obliuio, typum geſsit populi Iudæorum, qui oblitus eſt Dominum ſuum, qui fecit eum.

Minor

Digitized by Google

Minor autem Chriſtianorum, qui fœcunditatem ſonat: quod eſt proprium populi iunioris, qui corpus eſt Chriſti, qui fœcundatus eſt in latitudinem mundi: hos quidem cum benedicere uellet Iacob, poſuit Iacob Ephraim ad ſiniſtrā, Manaſſen autem ad dexteram illius cōſtituit. At ille cancellatis manibus crucis myſterium præfigurans, translata in minore dextram, maiori ſiniſtram figuraliter ſuperpoſuit: ſicq́ crucis ſimilitudo ſuper capita eorum denotata Iudæis ſcandalum, Chriſtianis futuram gloriam præſignauit, ſenioremq́ per crucis myſterium, ſiniſtrū factum de dextro, & iuniorem dextrū de ſiniſtro, quia Iudæis in noſtra deſerta labentibus nos illorū gloriam adepti ſumus. Taliq́ ſacramento maiori populo Iudæorum præpoſitus eſt minor populus gentium. Vnde & idem patriarcha ait, Hic quidem erit in populū: ſed frater eius minor, maior illo erit.

HIERONYMVS DE BENEDIctionibus Iacob ſuper filios.

VOcauit itaq́ Iacob duodecim filios ſuos, et benedicens illis, ait: Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium filiorum meorum, durus ad ferendum, & durus procacitate & iniuria, ſicut aqua nō ebullias. Aſcendiſti enim ſuper lectum patris tui, tunc uiolaſti ſtratum cum aſcendiſti. Io Hebræo ita ſcriptū eſt, Rubē primogenitus meus, fortitudo mea, & capitulum in liberis meis, maior ad portandum roborē: effuſus es quaſi aqua, ne adijcias. Aſcendiſti enim cubile patris tui, & contaminaſti ſtratum in aſcenſu. Eſt autem ſenſus hic: Tu es primogenitus meus, maior in liberis, & ſedebas iuxta ordinem natiuitatis tuæ: & hæreditatem, quæ primogenitis iure debebatur, ſacerdotium accipere & regnum. Hoc quippe in portando onere, & præualido robore demonſtratur: uerùm quia peccaſti, & quaſi aqua quæ uaſculo non tenetur, uoluptatis effuſus es impetu. Idcirco præcipio tibi, ut ultra nō pecces, ſisq́ in fratrum numero pœoas peccati lugēs, quod primogeniti ordinem perdidiſti.

ITEM REPETITIO.

Vocauit Iacob filios ſuos ut benediceret eos. Myſticè ordine loquens, uerè tanquam futurorum præſcius. Dixitq́ eis quæ nouiſsimis temporibus futura erant, incipiens ita: Ruben primogenitus meus. Secundum myſticam intelligentiam, Ruben prioris populi uidetur oſtendiſſe perſonam. Cui etiam Dominus per prophetam dicit: Iſrael primogenitus meus. Et enim iuxta quod primogenitis debebatur, ipſius erat accipere ſacerdotium atq́ regnum. additur: Tu uirtus mea: utiq́, quia ex ipſo populo fundamentum fidei: ex ipſo uirtus, quæ eſt Chriſtus aduenit. Quomodo autem ipſe eſt principium dolorum, niſi dum patri Deo ſemper irrogaret iniuriam, dum cōuertit ad eum dorſum, & non faciem. Iſte prior in donis, quia primis ipſis data ſunt eloquia Dei. Primis ipſis legislatio & teſtamentum ſiue promiſsio. Iſte maior in imperio, utiq́ pro magnitudine uirium: quia copioſius cæteris in hoc ſeculo populus idem regnauit. Effuſus eſt autem ſicut aqua peccando in Chriſto, quaſi aqua quæ uaſculo non tenetur, uoluptatis effuſus eſt impetu. Et idcirco addidit, Vltra non creſcas: quia populus ipſe poſtquam in uniuerſo orbe diſperſus eſt, ualde imminutus atq́ abbreuiatus eſt. Sed quare talia meruit, ita ſubiecit: Quia aſcendiſti cubile patris tui, non ſicut Iudæi intelligūt hoc, proinde dictum eſſe, eo quòd cum Balac concubina patris ſui concubuerat. Prophetia enim futura prænunciabat, non quæ fuerant geſta ipſo patriarcha dicēte: Annunciem uobis quæ uentura ſunt nouiſsimis diebus: & ideo in præterito non eſt referendum, quod ille futurum prædixit. Prædicabat enim Domini paſsionem, & primogenitæ plebis audaciā. Qui aſcendit cubile Dei patris ſui, & maculauit ſtratum eius, quando corpus Dominicum, in quo plenitudo diuinitatis requieſcebat, raptū in cruce ſuſpendit, & ferro commaculauit.

ITEM HIERONYMVS.

Simeon & Leui fratres conſummauerunt iniquitatem adinuentionis ſuæ, in conſiliū eorum non ueniat anima mea, & in congregatione eorum ne æmuletur cor meum: quia in furore ſuo interfecerūt homines, & in deſiderio ſuo ſubneruauerunt taurum. Neceſsitate compellimur iuxta propoſitum operis longius ea repetere, quæ ab Hebræa ueritate diſcordant. Legitur enim ibi, Simeon & Leui fratres, uaſa iniquitatis Amorræorum, in arcanum eorum nō intret anima mea, & in conuentu ipſorum non deſoletur gloria mea: quia in furore ſuo interfecerunt uirum, & in libidine ſua ſuffoderunt murum. Significat autē non ſui fuiſſe conſilij, quòd Sichem & Emor fœderatos uiros interfecerūt, contraq́ eius pacis & amicitiarum ſanguinem fuderunt innocentem, & quaſi quodam furore ſic crudelitate raptati muros hoſpite urbis euerterent. Vnde ſequitur, & dicit: Maledictus furor eorum, quia procax: & ira eorū, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. Leui enim hæreditatem propriam nō accepit, ſed in omnibus ſceptris paucas urbes ad inhabitandū habuit. De Simeoo uerò in libro Ieſu ſcriptum eſt, quòd & ipſe proprium funiculum non fuerit conſequutus: ſed de tribu Iuda quiddam acceperit. In Paralipomenon maniſeſtius ſcribitur, quòd cum multiplicatus fuiſſet, & non haberet poſſeſsionis locum, exiret io deſertum. Quidam propheticè interfectos homines apoſtolos, & ſubneruatum taurum à phariſæis Chriſtum interpretantur.

RECAPITVLATIO.

Conuerſusq́ Iacob ad Simeon & Leui dixit: Simeon & Leui fratres, uaſa iniquitaris bellantia. Per Simeonem & Leui, ſcribæ & ſacerdotes Iudaici populi intelliguntur. De Simeone enim ſcribæ erant Iudæorum, de tribu uerò Leui principes ſacerdotum: de quibus ſcriptū eſt, Quia conſilium fecerunt, ut Ieſum morti traderent.

Digitized by Google

rent. De quo conſilio iſte patriarcha, qui iam mente Deum uidebat, dicit: In conſilio eorum non ueniat anima mea, & reliqua. Horrebat nãq; iam illo tẽpore ſanctus iſte patriarcha uidere tantorum ſcelerum, quæ in nouiſsimis tẽporibus facturi erant Iudęi. Sequitur. Quia in furore ſuo occiderunt uirum, id eſt, Chriſtum: iuxta quod ſcriptum eſt, Væ animæ ipſorũ, q̃a cogitatio ipſorum coſilium malum aduerſus ſe dicentes: Alligemus iuſtum, quia inutilis eſt nobis. Et in dolore ſuo ſuffoderunt murũ: quando lancea confoderunt illum ſpiritalem, & fortiſsimum propugnaculum, quod cuſtodit Iſrael. Maledictus furor eorum, quia pertinax utiq; ad tantum ſcelus perpetrandum, quando furore accenſi, & ira obtulerant Chriſtum Põtio Pilato præſidi dicentes: Crucifige Crucifige, & ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Et indignatio eorum quia dura, dum Barrabam latronem peterent, & principem uitæ crucifigendum poſtularent. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael: hic duo nominantur, diuiſio & diſperſio. Idcirco quia nonnulli ex ipſis Deo crediderũt, quidam in infidelitate permãſerunt. Diuiſi enim dicuntur hi qui ab eis ſeparantur, & ueniunt ad fidem. Diſperſi autem hi quorum patria temploq; ſubuerſo, per orbem terræ incredulum genus ſpargitur.

HIERONYMVS.

Iuda te laudant fratres tui.] Quia Iuda confeſsio ſiue laus interpretatur, conſequenter ſcribitur: Iuda, tibi confitebuntur fratres tui, uel te laudabunt fratres tui. Adorabũt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ex germine fili mi aſcendiſti: procumbẽs ut leo, & quaſi catulus leonis, quis ſuſcitauit eum? Licet de Chriſto grande myſterium ſit, tamen iuxta literam per Dauid ſtirpẽ generentur, & quòd adorẽt eum omnes tribus. Nõ enim ait, Filij matris tuæ: ſed filij patris tui. & quod ſequitur, Ex germine fili mi: in hebręo habet, De captiuitate fili mi aſcendiſti, ut oſtenderet eum captiuos populos eſſe ducturum. Et iuxta intelligentiam ſacratiorem, aſcendiſſe in altum, captiuitatem duxiſſe captiuam. ſiue qđ melius puto, captiuitas paſsionem: aſcenſus reſurrectionem ſignificat. alligans ad uitem pullum ſuum, & funiculum pullo aſinę. In Hebręo ita habet: Alligãs ad uitem pullum ſuum, & in Sorek fili mi aſinam ſuam: quod uidelicet pullũ aſinæ, cui ſuperſedit Ieſus, hoc eſt gentilium populum, uineę Apoſtolorum, quia ex Iudæis ſunt, copulauerit. Et ad Sorek, id eſt, electam uitem alligauerit aſinam, cui ſuperſedit eccleſia ex nationibus congregata. quod autem dicit, Fili mi, apoſtrophẽ ad ipſum Iuda facit, quòd Chriſtus hæc ſit uniuerſa facturus. Sed & hoc ſciendum, quòd ubi nos legimus, Alligans ad uitem pullum ſuum. Pro pullo in Hebræo poſſit legi, urbem tuam, iuxta eundem ſenſum alijs uerbis eccleſia demonſtrata. De qua alibi ſcriptum: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem pòſita, & fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.

Bedæ tom. 8.

RECAPITVLATIO.

Iuda te laudabunt fratres tui.] Per hunc enim Iudã uerus confeſſor exprimitur Chriſtus, qui ex eius tribu ſecundum carnem eſt genitus. Ipſum laudant fratres ſui, Apoſtoli ſcilicet, & omnes cohæredes eius, qui per adoptionem filij Dei patri effecti ſunt, & Chriſti fratres per gratiã, quorum ipſe eſt Dominus per naturam. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. ijſdem enim manib. atq; eodẽ crucis trophęo & ſuos texit, & inimicos & aduerſarias poteſtates curuauit. Iuxta quod & pater promittit ei dicens: Sede ad dexteram meam, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedem tuorum. Adorabunt te filij patris tui, quoniã multi filij Iacob adorant eum & per electionem gratiæ ſalui facti ſunt. catulus leonis Iuda, quoniã naſcendo paruulus factus eſt, ſicut ſcriptum eſt: Paruulus natus eſt nobis. ad prædam fili mi aſcendiſti, id eſt, aſcendens in crucem captiuos populos redemiſti. Et quos ille contrarius leo inuaſerat, tu moriens eripuiſti. Deniq; rediẽs ab inferis aſcẽdiſti in altum, captiuam duxiſti captiuitatem, requieſcens accubuiſti ut leo. Maniſeſtiſsimè in paſsione Chriſtus recubuit, quando inclinato capite tradidit ſpiritum, ſiue quando in ſepulchro ſecurus uelut quodã corporis ſomno quieuit. Sed quare ut leo, & uelut catulus leonis? In ſomno enim ſuo leo fuit: quia non neceſsitate, ſed poteſtate hoc ipſum impleuit. Iuxta quod & ipſe dixerat: Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & nemo eam tollit à me, ſed ego eã pono. Quod uerò addidit, Et ut catulus leonis. inde enim mortuus, unde & natus. Phyſici autem de catulo leonis ſcribunt, quòd cum natus fuerit, tribus diebus & tribus noctibus dormit. Tunc deinde patris fremitu uel rugitu ueluti tremefactus cubilis loco ſuſcitare dicitur catulum dormientem. Quod ualde cõuenienter de paſsionis morte aptatur in Chriſto, qui tribus diebus & tribus noctib. in cubili ſepulchri iacẽs, ſomnũ mortis impleuit. Bene ergo Chriſtus ut leo requieuit, qui non ſolũ mortis acerbitatem, ſed etiam ipſum mortis imperium uicit. Bene idem iterũ ut catulus leonis, quia die tertia reſurrexit: unde & ſic adiungitur de reſurrectione eius, Qui ſuſcitauit eum. Hoc eſt, quia nullus hominum, niſi ipſe iuxta quod idẽ de corpore ſuo dixit: Soluite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud. Sequitur.

Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

Hic locus maniſeſtiſsimè ad Iudam refertur. tamdiu enim fuit ex ſemine eius apud Iudæos intemerata ſucceſsio regni, donec Chriſtus ad redemptionem mundi ex uirgine naſceretur. Probatur hoc hiſtoriæ Iudæorum, quibus oſtenditur primum alienigenam regem in gente Iudęorum fuiſſe Herodem, quo tẽpore Chriſtus natus eſt. Quod ſi putãt Iudæi nõ ueniſſe Chriſtum, ergo de tribu Iuda non uſq; hodie Iudæorum permanet regnum. Itaq; non defuit rex de populo Iuda, donec ueniret cui repoſitum eſt.

Digitized by Google

Sed quia non ſolum Iudæis profuit, qui mittendus erat: ideo ſequitur, Et ipſe erit expectatio gentium. Alligans ad uineam pullum ſuũ: pullos ſuos ex gentibus populus, cui adhuc nunquam fuerat legis onus impoſitum. hunc copulauit ad uineam Apoſtolorum, quia ex Iudæis ſunt. Nam uinea Domini ſabaoth domus Iſrael eſt, & ad uitem, ò fili mi, aſinam ſuã. Ipſe dixit: Ego ſum uitis uera. Ad hanc ego uitem alligat aſinam ſuam, cui ſuperſedet eccleſia, ex nationibus congregata. hanc itaque ad uitem corporis ſui alligauit uinculo charitatis, & diſciplinæ Euangelicæ aſtringit nexibus, ut de imitatione illius uiuens efficiatur hæres Dei, & cohæres Chriſti. Alij namque Synagogam hanc aſinam intelligi uolunt, tardigradam ſcilicet, & graui pondere legis oppreſſam. Lauabit in uino ſtolam ſuam, ſiue carnem ſuam in ſanguine paſsionis, ſiue ſanctam eccleſiam in illo uino, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum, & in ſanguine uuæ pallium ſuum. Pallium gentes ſunt, quas corpori ſuo coniunxit. ſicut ſcriptũ eſt: Viuo ego dixit Dominus, niſi hos omnes induam ſicut ueſtimẽtum. Nos quippe Chriſtus in ſanguine uuæ mundauit, quando ſicut botrus in ligno crucis pependit. Tunc enim ex latere eius ſanguis & aqua profluit: ſed aqua nos abluit, ſanguis redemit. Pulchriores oculi eius uino. Oculi Chriſti Apoſtoli ſunt, & Euangeliſtæ, qui lumen ſcientiæ uniuerſo corpori eccleſiæ præſtant. hi pulchriores uino probantur, quia eorum doctrina auſteritatem uini ueteris exuperat, id eſt, priſcæ legis traditionem. Euangelica præcepta longè clariora ſunt, quam ueteris teſtamenti mandata. Et dentes lacte candidiores. Dentes prędicatores ſunt ſancti, qui præcidunt ab erroribus homines, & eos quaſi comedendo in Chriſti corpore tranſferunt. Nomine autem lactis doctrina legis ſignificatur, quæ carnalem populũ tanquam paruulos poculo lactis alebat. Cuius quidem candidiores effecti ſunt doctores eccleſiæ, quia fortem & ualidum uerbi cibum mandunt atq; diſtribuunt. De quibus dicit Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos: Perfectorũ eſt autẽ ſolidus cibus. Et bene candidiores lacte dentes eius dicit. omnes enim qui perfecti ſunt, & qui ſcripturarum cibos explanantes ſubtilẽ & minutum intellectum qui ſpiritalis dicitur, eccleſiæ corpori ſubminiſtrant, candidi debent eſſe & puri, atq; ab omni macula liberi.

HIERONYMVS.

Iſachar bonum deſiderauit, requieſcens inter medios cleros & uidens requiem, quia bona eſt: & terram, quia pinguis. ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum, & factus eſt uir agricola.] In Hebræo ita ſcriptum eſt, Iſachar aſinus oſſeus, recumbens inter terminos, & uidens requiem, quia bona eſt: & terram, quia pulchra. Inclinauit humerum ſuum ad portãdum. & factus eſt in tributum ſeruiens: quia ſupra Zabulon dixerat, quòd maris magni litora eſſet poſſeſſurus, Sidonem quoq; & reliquas Phœnicis urbes contingeret: nunc ad mediterraneã prouinciam redit, & Iſachar, qui iuxta Nephtalim pulcherrimã in Galilæa regiõe poſſeſſurus eſt, benedictione ſua habitatorem facit. aſinũ autẽ oſſeum uocat, & humerum ad portãdum: quia in labore terræ, & uehendis ad mare, quæ in ſuis finibus naſcebantur, plurimum laboret: regibus quoq; tributa comportans. Aiunt Hebræi per metaphoram ſignificari, quod ſcripturas ſanctas die ac nocte meditans, ſtudium ſuũ dederit ad laborandum: & idcirco ei omnes tribus ſeruiant, quaſi magiſtro dona portãtes.

RECAPITVLATIO.

I*ſachar aſinus fortis.*] Iſachar quod interpretatur merces, refertur ad populum gentium, quem Dominus ſanguinis ſui precio eſt mercatus. Hic Iſachar aſinus fortis ſcribitur, quia prius gẽtilis populus quaſi brutum animal & luxurioſum erat, nullaq; ratione ſubſiſtens: nunc uerò fortis eſt, redemptoris dominio colla ſubijciẽs & iugum diſciplinæ Dominicæ & Euangelicæ præferens. hic accubans inter terminos uidit requiem, quòd eſſet bona: & terram, quod optima. Inter terminos namq; accubare, eſt præſtolato mundi fine requieſcere, nihilq; de his quæ nunc uerſantur, in medio quærere: ſed ultima deſiderare. Et fortis aſinus requiem uidit, & terram optimam cum ſimplex gentilitas, idcirco ſe ad robur boni operis erigit, qui ad æternę uitæ patriam tendit. Vnde etiam ponit humerũ ſuum ad portandum, quia dum ad promiſſam requiem peruenire deſiderat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Vnde & factus eſt tributi ſeruiens, hoc eſt regi & Chriſto ſuo fidei dona, operumq; bonorum munera offerens.

HIERONYMVS.

Dan iudicabit populum ſuum quaſi unum ex ſceptris Iſrael. Fiat Dan coluber in uia, regulus in ſemita, mordens ungulas equi, & cadat aſcenſor eius retrorſum. Salutare tuum expectabo Domine.

Samſon iudex Iſrael de tribu Dã fuit. hoc ergo dicit, nunc uidens in ſpiritu comam nutrire Samſonem Nazareum tuũ cæſis hoſtibus triumphare, quod in ſimilitudinem colubri reguliq; obſidentis uias nullum per terram Iſrael trãſire permittat. Sed etiam ſi quis temerarius uirtute ſua quaſi equi uelocitate confiſus, eam uoluerit prædonis more populari, effugere nõ ualebit. Totum autem per metaphoram ſerpentis & equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazareum tuum, quòd ipſe propter meretricem mortuus eſt, & moriens noſtros occidit inimicos, putaui o Deus ipſum eſſe Chriſtum filium tuum uerum, quia mortuus eſt, & nõ reſurrexit, & rurſum captus ductus eſt Iſrael. Alius mihi Saluator mundi & mei generis præſtolãdus eſt, ut ueniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

RECAPITVLATIO.

Dan iudicabit populum ſuum ſicut alia tribus Iſrael. Fiat coluber Dan in uia, ceraſtes in ſemita, &c.

Alij

Alij dicunt Antichriſtum per hæc uerba prædici, & de iſta tribu futurũ: alij de Iuda, à quo traditus eſt Chriſtus. hæc ſcripta pronuncians & equitem, atque dominum cum carne ſuſcepta deſignare uolunt. Retrorſum autem cadere, ut in terram reuerteretur, de qua ſumptus eſt: ſed quia die tertia reſurrexit, ideo ait. Salutare tuũ expectabo Domine. Sicut & per Dauid dicit, Non derelinques animam meã in inferno. hæc quidem ita exponunt. Alij autem hanc prophetiam ad Antichriſtum trãsferunt, pro eo quod in hoc loco Dã & coluber aſſeritur, & mordẽs. Vnde & non immeritò, dum Iſraeliticus populus terras in caſtrorũ partitione ſuſceperat, primus Dan ad aquilonem caſtra metatus eſt. Illũ ſcilicet ſignificans, qui in corde ſuo dixerat: Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis: aſcendam altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo. De quo per prophetam dicitur: A Dan auditus eſt fremitus equorum eius, qui nõ ſolum coluber, ſed etiam ceraſtes uocatur. ceraſta enim græcè cornua dicũtur, ſerpensq; hic cornuta eſſe perhibetur, per quẽ rectè aduentus Antichriſti aſſeritur: quia cõtra uitam fidelium morſu peſtiferę prædicationis armabitur, etiam cornibus poteſtatis. quis autẽ neſciat ſemitam anguſtiorem eſſe quã uiam? Fit ergo coluber in uia, quia in præſentis uitę latitudinem eos ambulare prouocat, quibus quaſi parcendo blãditur: ſed in uia mordet, quia eos quibus libertatẽ tribuit, erroris ſui ueneno conſumit. Fit iterũ ceraſtes in ſemita, quia quos fideles reperit, & ſeſe ad præcepti cœleſtis anguſta itinera conſtringentes, non ſolum nequitia callidę perſuaſionis impetit, ſed etiam terrore poteſtatis premit: & in perſecutionis angore poſt beneficia fictę dulcedinis exercet cornua poteſtatis. quo in loco equus hunc mundum inſinuat, qui per elationem ſuam in curſu labentium tẽporum ſpumat, & quia Antichriſtus extrema mundi apprehẽdere nititur. Ceraſtes iſte equi ungulas mordere perhibetur, ungulam quippe equi mordere, eſt extrema ſeculi feriẽdo cõtingere, ut cadat aſcenſor eius retro. Aſcenſor equi eſt, quiſquis extollitur indignationis mundi. qui retro cadere dicitur, & non in faciem ſicut Saulus cecidiſſe dicitur. In facie enim cadere, eſt in hac uita ſuas unũquemq; culpas agnoſcere, eaſq; pœnitendo deflere. Retrò uerò q non uidetur cadere, eſt ex hac uita repentè decidere, & ad quę ſupplicia ducatur ignorare. Et q̃a Iudæa erroris ſui laqueis capta pro Chriſto Antichriſtum expectat. Bene autem Iacob eodem loco in electorum uocem conuerſus eſt dicens: Salutare tuum expectabo Domine, id eſt, non ſicut infideles Antichriſtum, ſed eũ qui in redemptionem noſtrã uenturus eſt, uerum credo fideliter Chriſtum. Sequitur.

Zabulon in litore maris habitabit, & in ſtatione nauium.] Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis, eccleſiam ſignificat fortiſsimam ad omnẽ tolerantiam paſsionis. hæc in litore maris, & in ſtatione nauium, ut credentibus ſit refugium, & periclitantibus demonſtret fidei portum. Hæc contra omnes turbines ſeculi immobili & inconcuſſa firmitate ſolidata expectat naufragium Iudæorum & hæreticorum procellas: quæ circumferuntur omni uento doctrinæ, quorum etſi tunditur fluctibus, tamen ipſa fluctibus non frangitur, nec ullis hæreſum tempeſtatibus cedit, nec ullo uento ſchiſmatum commota ſuccumbit. Pertendit autem uſq; ad Sidonem, hoc eſt uſq; ad gentes peruenit. Legitur etiam in Euangelio, inde aſſumptos eſſe aliq̃s Apoſtolorum, & in ipſis locis Dominum ſæpe docuiſſe, ſicut ſcriptum eſt: Terra Zabulon & terra Nephtalim uia maris trans Iordanẽ Galilææ gentium populus, qui ſedebat in tenebris uidit lucem magnam.

HIERONYMVS.

Gad latrunculus latrocinabitur, & ipſe latrocinabitur plantam.] Iuxta Hebræorũ interpretati ſumus. Sed ubi nos latrunculum poſuimus, ibi ſcriptũ eſt, Gedud: ut ad Gad nomen alluderet, qui ſignificãttus ἐυζωνος, id eſt, accinctus ſiue expeditus exprimi poteſt. Totum autem illud eſt, quod ante Rubẽ, & dimidia tribu Manaſſe ad filios, quos trans Iordanem in poſſeſsionem dimiſerat, poſt tredecim annos reuertens prælium aduerſum eos gentium uicinarum grande repererit, & uictis hoſtibus fortiter dimicaret. Lege librum Ieſu Naue & Paralipomenon. Non ignoro plura in beoedictionibus patriarcharum eſſe myſteria, ſed ad præſens opuſculum non pertinent.

RECAPITVLATIO.

Gad accinctus prælıabitur ante ipſum.] Iſte Gad accinctus perſonam Domini indicat, qui in primo aduentu humilitatis ſuæ ante aduentum Antichriſti præliandus occurrit, accinctus gladio uerbi ſui circa femur potentiſsimè, quo inimicos diuiſit, id eſt, filium à patre, filiam à matre, nurum à ſocru. Iuxta quod legitur in Euangelio: Non ueni mittere pacem, ſed gladium. quòd autẽ ait, Ipſe accingetur retrorſum: claritas Domini noſtri in ſecundo aduẽtu eius oſtẽditur, quia cum uenerit Antichriſtus, ita occurret retrorſum, id eſt, poſt eius ueſtigia Chriſtus celeri aduentu progrediens, ut interficiat eum gladio oris ſui. Vnde & bene idem Gad latrunculus interpretatur, eo quòd poſterior, id eſt, ſecus pedes quaſi latrunculus rapido atq; improuiſo aduentu exiliat contra aptã Antichriſti oppugnationem. Hinc eſt quòd Euangeliſta proclamat dicens: Quia dies Domini ſicut fur ita in nocte ueniet. Chriſtus ergo & ante & retro præliari cõtra Antichriſtum ſcribitur. Ante eum namq; in occulto humilitatis demonſtrat, apertè & Moyſes prophetiam patriarchę huius ſpecialiter pertinere ad Chriſtũ ſic enim: Benedictus, inquit, in latitudine Gad, quaſi leo requieuit. cepitq; brachium & uerticem, & uidit principatum ſuum. Agnoſcant itaq;, quis requieuerit ſicut leo, niſi Chriſtus in ſepulchro ſuo: quis cõfregerit uerticem & brachia potentium, niſi redemptor noſter: qui hu-

miliauit uirtutē & ſuperbiam excelſorum, quia uidit principatum ſuum, niſi ille cui datus eſt principatus honorq́; & regnum. Sequitur.

Aſer pinguis panis eſt, præbebit delicias regibus.] Aſer cuius nomen ſignificat delicias, idem Chriſtus eſt, cuius altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ, qui propter nos factus eſt pauper, cū eſſet diues: cuius panis pinguis factus eſt caro ſcilicet eius, quæ eſt ſancta ſanctorum, quam ſi quis manducauerit, non morietur in æternum. Iſte etiam præbet delicias ſapientiæ regibus, id eſt, qui ſenſus proprios bene regunt, qui domini ſunt uitiorum ſuorū, qui caſtigant corpora ſua, & in ſeruitutem ſubijciunt.

HIERONYMVS.

Nephtalim uirgultum reſolutū dans in generatione pulchritudinem.] In Hebræo ita ſcriptum eſt: Nephtali ager irriguus, dans eloquia pulchritudinis: ſignificans quòd aquæ calidæ in ipſa naſcantur tribu: ſiue quòd ſuper lacum Geneſareth & fluento Iordanis irrigua ſit. Hebræi autem uolūt propter Tiberiadem, quæ legis uidebatur habere notitiā, agrum irriguū, & eloquia pulchritudinis prophetari. Porrò ubi nos agrum irriguū, & LXX. στέλεχος ἀνειμένον, id eſt, uirgultum reſolutū poſuerunt: in Hebręo legitur, Aiala ſeluha, quod poteſt & ceruus transferri emiſſus, propter tēporaneas fruges, uelocitatem terrę uberioris oſtēdens. Sed melius ſi ad doctrinam Saluatoris cuncta referamus, quòd ibi uel maximè docuerit, ut in Euangelio quoque ſcriptum eſt.

RECAPITVLATIO.

Nephtalim quod interpretatur dilatatio, Apoſtolos & prædicatores ſanctos ſignificat, quorum doctrina in latitudinem totius mundi diffuſa eſt. Ex hac enim tribu fuerunt Apoſtoli, qui ſunt principes eccleſiarū, & duces & principes Zabulon, & principes Nephtalim, qui ſine dubio ad perſonam referuntur Apoſtolorum: ipſi ſunt filij excuſſorum, id eſt, prophetarum, qui in manu potentis Dei poſiti, & tanquam ſagittæ excuſſę peruenerunt uſq; ad fines terrę. Vnde & bene hic Nephtalim ceruus emiſſus ſcribitur, quia nimirum Apoſtoli ſiue prædicatores ueloci ſaltu exilientes, in morem ceruorum tranſcendunt: implicamenta ſcilicet mundi huius, ſicq́; excelſa ac ſublimia meditantes, dant eloquia pulchritudinis, id eſt, prædicant cunctis gentibus doctrinā Domini Saluatoris.

HIERONYMVS.

Filius auctus Ioſeph, filius auctus, ſuper fontem filiæ, gradu compoſito incedētes ſuper murum. Et exacerbauerunt eum, & contenderunt, & iraſcebantur, aduerſum eum habentes ſagittas. Sedit in forti arcus eius, & diſrupta ſunt brachia manuum eius à manibus fortis Iacob: inde paſcetur lapis Iſrael à Deo patris tui, & reliqua.

Quia ſeptuaginta interpretes in pleriſq; diſſentiunt, pro interpretatione reliquorum, ut in Hebræo habetur, expreſſimus. Et eſt ſenſus capituli: ô Ioſeph, qui ideo ſic uocaris, quia auxit te mihi Dominus, ſiue quia inter fratres tuos maior futurus es. fortiſſima ſiquidem tribus Ephraim, ut in Regnorum & in Paralipomenō libris legimus. O inquam, fili Ioſeph, qui tam pulcher es, ut te tota de muris & turribus ac feneſtris puellarum Aegypti turba proſpectet. Inuiderunt enim tibi, & te ad iracundiam prouocauerunt fratres tui, habentes liuoris ſagittas, & zeli iaculis uulnerati. Verum tu arcum tuum & arma pugnādi poſuiſti in Deo, qui fortis eſt propugnator: & uincula tua quibus te fratres ligauerant, ab ipſo ſoluta ſunt & diſrupta, ut ex tuo ſemine tribus naſceretur Ephraim, fortis & ſtabilis, & inſtar lapidis durioris inuicta imperans quoq; duodecim tribubus Iſrael.

RECAPITVLATIO.

Filius accreſcens Ioſeph.] Hæc prophetia poſt paſſionem Domini paternę uocis imaginem tenuit, quo redeunti in cœlum poſt uictoriam pater alloquitur dicens: Filius accreſcens Ioſeph. filius accreſcens utiq; in gentibus, quia cum ob incredulitatem Synagoga populum reliquiſſet, innumeram ſibi plebem eccleſiæ ex omnibus gētibus ampliauit, quod & Dauid cecinit dicens: Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum uniuerſi fines terrę, & reliqua. Filius accreſcens & decorus, aſpectu enim omnes ſuperat illius pulchritudo, iuxta quod & de illo in pſalmis canitur: Specioſus forma præ filijs hominum. Filię diſcurrerunt ſuper murum: id eſt, gentes uel eccleſiæ, quod crediderant in Chriſtum. hęc ſi per ſoliditatem fidei quaſi ſuper murum amore pulchritudinis Chriſti aſcenſæ diſcurrūt, ut uerum ſpōſum per contēplationem aſpiciunt, & oſculo charitatis illi copulentur, atq; adhereant. Sed obiurgati ſunt eum, quando falſis teſtimonijs calumniantes ſanctum Domini opprimere Synagogę populi tentauerunt, inuiderunt illi habentes iacula. Neque enim quiſquam in Ioſeph coniecit ſagittas, uel aliquod uulneris telum: ſed hoc ſpecialiter uenit in Chriſtum. Sedit in forti arcus eius: Chriſtus enim arcum ſuum, & arma pugnandi poſuit in Deo, qui fortis eſt propugnator, cuius uirtute cōciditur omnis nequitia perfidorum, & diſſoluta ſunt uincula brachiorum eius, quibus fratres eum uinctum ad Pilatum duxerūt, uel quibus eum ſuſpenſum ligno crucifixerūt. Reſciſſa ſunt enim per manum Dei omnipotētis. Iacob ex cuius ore ipſe Dominus bonus paſtor egreſſus eſt, lapis & firmitas credentium in Iſrael.

Deus patris tui erit adiutor tuus.] Quis adiuuet filiū niſi pater Deus ſolus, qui dixit: Iacob puer meus, ſuſcipiet eum anima mea.

Et omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper benedictionis abyſſi iacentis deorſum.

Vniuerſa enim ſubiecit ei cœleſtia per benedictionem cœli: & terrena per benedictionem abyſſi iacētia deorſum, ut omnibus angelis & hominibus dominaretur.

Benedictionib. uberum.] i. ſiue duorū teſtamētorū,

quorum

quorum alteri nunciatum eſt, alteri demonſtratum: ſiue benedictionibus uberum Mariæ, quę uere benedictæ erant, quia ijſdem ſancta uirgo Domino potum lactis immulſit. Vnde & illa mulier in Euangelio ait: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ ſuxiſti.

Benedictionibus uberum & uuluæ.] Etiam hic bene dicitur uulua eiuſdem matris, utique illa uirginalis, quæ nobis Chriſtum Dominum edidit. De qua per Hieremiã dicit: Priuſquam te formarem in utero, noui te: & antequã exires de uulua, ſanctificaui te.

Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum tuorum.

Benedictiões patris tui, inquit, cœleſtis quæ data ſunt tibi à ſummo cœli, & abyſſi conſortati ſunt, id eſt, pręualuerunt benedictionibus patrum tuorum. Vltra omne enim ſanctorum meritum, patriarcharum ſiue prophetarum cõualuit, benedictio patris in filio, ita ut ei nullus ſanctorum æquetur, donec ueniret.

Deſiderium collium æternorum.] Colles iſti ſancti ſunt, qui Chriſti aduentum prophetantes, magno cum deſiderio incarnationem eius expectauerunt. De quibus Dominus dicit: Quia multi iuſti & prophetæ cupierunt uidere quæ uidetis, & reliqua. Hi ergo ſancti dicti ſunt colles, propter excellentiam ſanctitatis: qui etiam æterni uocantur, quia uitam conſequuntur æternam, nec intereunt cum mundo, ſed eſſe creduntur æterni.

Fiant in capite Ioſeph omnes ſcilicet benedictiones.] Iſtæ ſuper caput Chriſti ponuntur, quas incarnatus accepit.

Et ſuper uerticem Nazarei.] De quo ſcriptum eſt, Quoniam Nazareus uocabitur, id eſt, ſanctus Dei inter fratres ſuos, quia ipſe eſt caput omnium eminens uniuerſorum ſanctorum, quos etiam in pſalmis fratres uocat dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis, &c.

HIERONYMVS.

Beniamin lupus rapax, mane comedit ſpolia, ad ueſperam dabit eſcam.

Hęc quia de Paulo Apoſtolo manifeſtiſsima prophetia ſit omnib. patet quòd in adoleſcẽtia ſua perſecutus eccleſiam, in ſenectute prædicator Euangelij fuerit: tamen in Hebræo ſic legitur, Beniamin lupus rapax ſiue capiens, in matutino comedit prædam, & aduesperam diuidit ſpolia. quod ita Hebræi ediſſerunt: Altare in quo immolabantur hoſtiæ, & uictimarũ ſanguis ad baſem illius fundebatur, in parte tribus Beniamin fuit. Hoc, inquiunt, ergo ſignificat, quòd ſacerdotes manè immolant hoſtias, & ad ueſperam diuidant ea quæ ſibi à populo ex lege collata ſunt: lupum ſanguinarium, lupum uoracem ſuper altaris interpretationem ponentes, & ſpoliorum diuiſionem ſuper ſacerdotibus, qui ſeruiunt altari, uiuant de altari.

ISIDORVS.

Legimus quendam ex doctoribus ad urbem Hieruſalem, ea quæ de Beniamin ſcripta ſunt, referentẽ. Beniamin, inquit, filius doloris interpretatur. Hic ſorte hęreditatis eũ locũ accepit, in quo terrena eſt Ieruſalẽ, quę nũc ꝑpter incredulitatem abiecta eſt atq; repulſa. hæc enim in filijs ſuis ſub perſona Beniamin deſignatur. Nam ſicut Beniamin ultimam conſequitur benedictionem, ita & idem populus ultimus eſt ſaluandus, poſteaquam plenitudo gentium introiſſet. Dicitur enim Beniamin lupus rapax. Lupus ſcilicet, qa ipſe populus effudit ſanguinem prophetarum atq; iuſtorũ: rapax aũt, propter auiditatem dicitur. Ex multa enim famę uerbi Dei, & inedia uenit rapax, qa & ipſi uiolenter diripiunt regnum Dei: hic autem mane comedit prædam. mane illud tempus creditur, quo legem accepit. Tunc enim mundo prima quidem illuminatio ſcientię data eſt. comedit autem mane, quia legem quam mane accepit, edit, adhuc meditatur, licet ſequens legem iuſticiæ in legem fidei non peruenerit: ad ueſperam autem diuidet ſpolia, ueſpera eſt illud tempus nouiſsimum, quo conuertetur. Tunc ergo diuidet eſcam: tunc intelliget diuidendam eſſe literam ab ſpiritu, & tunc cognoſcet quia litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Quia ergo iam per gratiã Domini illuminatus incipit in lege ſpiritalia corporalibus diuidere & ſeparare, ideo dicitur ad ueſperam diuidere eſcam, quod tota die in lege meditans ante non fecit. Quæritur autem de Iacob, cur omnes quos de liberis & de ancillis genuit, ęquales honore filios & hæredes conſtituerit, niſi ut oſtenderet quòd Chriſtus Dominus omnibus gentibus, qui per fidem corpori eius conciliãtur, cunctis pari honore & gloria habitis cœleſtia pręmia largiatur. Nec eſt diſcretio, Iudęus an Græcus, Barbarus an Scytha, ſeruus an liber ſit: quia ꝑ omnia & in omnibus Chriſtus eſt. Propterea enim figurã ſerui Saluator noſter & Dominus induit, & pro libero & pro ſeruo ſeruiuit, ut in omnibus in ſe credentibus in ſeequale donum bonorum cœleſtium largiatur. Nec præfertur apud illum, qui ſecundum carnem nobilior ſit. Quicunque enim fidem Domini promeretur, nullis maculis carnalis natiuitatis offuſcatur. Nam hoc ita futurum etiam per prophetam ſignificatur, dicente Domino: Erit in nouiſsimis diebus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI, QVAESTIONVM SVPER GENESIM FINIS.

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper Exodum, ex dictis patrum, Dialogus.

PROLOGVS.

QVAEDAM myſteria ex libro Geneſeos, & obſcuriora rerum geſtarum, quæ allegoricis ſunt obtecta figuris, ex libris maiorum breuiter excerpta pſtrinximus: nõnulla uerò ſequẽtis legis typica & figurara myſteria ſingillatim ex literis ſanctorum uirorum ſublata ſubiungimus, pauca ſcilicet ex eorum ſtylo promẽtes. Nam omnia legis quis poterit indagare, quæ tam immenſa ſunt, ut nec iuxta hiſtoriæ textum explicari facile poſsint. Proinde tamen ſecuti ſumus, quã tum contiguo operi ſufficiendum putauimus, ut nec libellus excedat modum, nec lector incurrat faſtidium.

EXODVS QVAE IN SE CONTINEAT. CAPVT I.

DISCIPVLVS. Exodus iuxta fidẽ hiſtoriç, quç deſcribit? MAGISTER. Exodus cõtinet Hebrçorũ ſeruitutẽ ac necẽ, plagas Aegypti, egreſsũ populi, & nubem protegentẽ. Trãſitum etiam rubri maris, merſumq; cum curribus Pharaonẽ, & gloriæ decantationem: congreſſum quoq; eremi, cibum mannæ, & fluenta in dulcedinem uerſa: pugnam Amalech, mandata etiam Decalogi, & arcam teſtamenti: dedicationẽ quoque tabernaculi, & oblationum.

DE SEPTVAGINTA ANImabus. Cap. II.

PRimo omnium LXX. animæ cum Iacob introierunt in Aegyptum. LXX. diſcipuli ad prædicandum uerbum Dei toto mittuntur mũdo. Aliter hæ LXX. animæ, quæ in Aegypto ingreſſæ ſunt, myſtice in numero remiſsionis accipiuntur. Scilicet ut huic ſeculo, qui per Aegyptum figurabatur, poſt tanta peccata & ſacrilegia donaretur remiſsio peccatorum. Aegyptus enim hic mundus eſſe figuraliter multis prophetarum uocibus approbatur.

DE MORTE IOSEPH. Cap. III.

MOrtuo Ioſeph & fratribus eius, creuerunt filij Iſrael, & inualuerunt nimis. Sic & noſter uerus Ioſeph poſtquã pro omnibus guſtauit mortem per quam deſtruxit diabolum, qui habebat mortis imperiũ, multiplicatus eſt fidelium populus. Niſi enim, ſicut ipſe ait, cecidiſſet granum frumenti in terram, & mortuum fuiſſet, non utiq; fructum nunc plurimum orbis terræ eccleſia ſuſtuliſſet.

DE AFFLICTIONE POPVLI. Caput IIII.

AFfligit Pharao filios Iſrael luto & latere. Iſrael ſimilitudo eſt populi noſtri, Pharao autem Diaboli, qui impoſuit iugum grauiſsimũ ſeruitutis luto & latere operari, id eſt, lutulentis & terrenis operibus incubari. admixtis etiã paleis, hoc eſt, leuibus & irrationabilib. factis, ut his uitiorum actibus populum Dei comprimeret, ac peccatorum omnium muro incredulitatis poſſet obcludi, ut nemo eſſet qui regnũ eius aut diſperderet aut uinceret.

DE MASCVLORVM NECE. Caput V.

IVbet quoq; maſculos Pharao occidi, & fœminas uiuere: ſic poſtea ne robur fidei præualeret, conabatur ut interfectis uirtutibus uitia remanerẽt: fortiſsimoſq; & uiriles animi ſenſus, unde cœleſtia ſapimus, & diuina, id eſt, rationem, prudentiam, conſtantiam, innocentiã & fidem, in homine occidere: & illud in eo uiuere, quod fœmineum, quod imbecillum & fragile & pronum ad uitia cernitur, id eſt, ambitionem, uinolentiam, libidinem, iracundiam, credulitatem, furorem, & cætera his ſimilia quæ in fœminarum figura ſunt.

DE INVENTIONE MOYSI. Caput VI.

DEinde Moyſes ad ripam fluminis expoſitus reperitur, & Dominus, cuius Moyſes typum induerat, ad flumen lauacri, & ad aquã baptiſmatis à credentibus inuenitur. Plorabat infans, quia Chriſtus ueteris hominis, quem induerat, peccata deflebat. Vnde ad reſuſcitandum Lazarum fleuit, Iudæorum deplorans perfidiam. Filia Pharaonis deſcendens ad lauacrũ fluminis, collegit infantem: eccleſia ex gentib. lauacri ſalutaris ſanctificationem deſiderans, Chriſtum excepit à ſynagoga matre carnali expulſum, quaſi infantem: quia tunc paruulus uidebatur, cum in homine cerneretur. Inuenit illa Moſen incluſum in uaſculo tibin, ꝙ ex multis agreſtibus uirgulis fit: inuenit Chriſtum eccleſia reconditum in cordibus ſanctorum, qui in unitatem ſui contexti ex multorum fratrum membris omnes unum in Chriſto corpus effecti ſunt, & eum religioſa obſeruatione ſuſcipientes tuentur.

DE OCCISO AEGYPTIO. Caput VII.

INterea Moyſes peregrinum fratrem ab Aegyptio liberauit, ab Aegyptio iniuriam patientem, inultum eſſe non ferens, fratrem defendit, & eundem Aegyptium occidit. cuius figura facillime occurrit, iniurioſe nobis in hac peregrinatione diabolũ à Domino Chriſto nobis defenſis occidi. Quod uerò in ſabulo harenæ obruit interemptum, manifeſtum eſt eius iã morticinam præſentiam in eis latere, qui non habent ſtabile fundamẽtum. Vnde & eccleſiã

Google

Dominus ædificat in petra, & eos qui audiunt uerbū eius, & faciūt, comparat prudenti uiro, qui ædificat domum ſuam ſuper petram, & ne tentationibus cedat & corruat. Illos autem qui audiunt, & non faciunt, comparat ſtulto ædificanti ſuper harenam, cuius tentata domus ruinam efficit magnam.

DE MANIFESTATIONE DOmini in rubo. Caput VIII.

DEinde dum paſceret oues Moyſes Iethro ſoceri ſui, uidit ardere rubum, & non comburi. Apparuit in rubo Dominus Moyſi, mittens ad gentem, quam præſciebat iniquam futuram. Et erat flamma in rubo, id eſt, in ſpinis & rubus non cremabatur. Rubus, ſpinæ peccatorum Iudaicorum: flamma in rubo, uerbum Dei. quod ergo illis lex lata eſt, flamma erat in rubo, quod lege data non ſunt conſumpta peccata, nec rubus ſub igne cremabatur. Alij in rubo flammante & non urente eccleſiam intelligūt inflammari perſecutionibus, & eam loquente in illa Domino non perire. Quod uerò Dominus Moyſi in eodem rubo apparuiſſe legitur, oſtendit non alibi, quàm in eccleſia eū credentibus apparere: quia nullus dignè conſiſtere, uel Deum uidere poteſt, niſi qui cuncta terrena & mortalia depoſuerit uitia. Quid ſignificabant illa Moyſi calciamēta depoſita, habet quippe & aliam figuram, id quod Moyſes excalciari iubetur. Veterū namq; conſuetudo erat, ut ſi ſponſa ſponſum repudiare uellet, diſcalciaretur ille, & hoc eſſe ſignum repudij. Proinde Moyſes excalciari iubetur: ne ad eccleſiā, quę in rubo ſignificabatur, quaſi ſponſus calciatus accederet. Hoc enim Chriſto ſeruabatur, qui uerus ſponſus erat. de quo dicit Ioānes: Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiā calciamenti. Vtiq; ſicut dictū eſt Ioſuę & Moyſi. Hebræi autē dicunt propterea in rubo apparuiſſe Deū Moyſi, & non in alio ligno, ne fortè & ſculperent in eodem Iudæi idolum. ſemper enim abſtulit occaſionem idolatriæ.

DE VIRGA IN SERPENTEM conuerſa. Caput IX.

MIttitur dehinc Moyſes ad liberandum populum Iſrael, qui dicit Dño: Quod ſignum habebo, ut credant mihi, quia tu me miſiſti? & Dominus ad illum: Proijce, inquit, uirgam, quā in manu geſtas in terram, & proiecit, & factus eſt ſerpens. expauit Moyſes, & fugit, & ait illi Dominus: Apprehēde caudam eius. & apprehēdit, & facta eſt iterum uirga. Quid enim hoc ſignificat, ſerpens enim perſuaſit mortē homini. ergo mors à ſerpente: uirga itaq; in ſerpente, Chriſtus in morte, & tamen expauit & fugit Moyſes. quid eſt ab illo ſerpente fugiſſe Moyſen, niſi quod legitur in Euangelio factū: Mortuus eſt Chriſtus, & expauerūt diſcipuli, & ab illa ſpe in qua fuerunt receſſerunt. Sed quod dictū eſt, Apprehēde caudā eius. Quid eſt cauda niſi poſteriora eius? hoc ſignificauit. Poſteriora mea uidebis. Primò enim factus eſt ſerpens, ſed cauda apprehenſa, facta eſt uirga: quia primò occiſus eſt, poſtea peractis omnibus ad id quod fuerat reſurgendo reuerſus eſt, ubi per uitæ reparationem morte conſumpta, nihil in eo ſerpentis apparuit. Eſt etiam in cauda ſerpentis ſeculi finis, quia ſic mortalitas eccleſiæ per lubrica temporum uoluitur. alij eunt, alij ueniunt per mortem. tanquam per ſerpentem mors ſeminata eſt: ſed fine nouiſſimo uelut cauda ſeculi redimus ad manum Dei, atq; apprehenſi reparabimur, & nouiſsima inimica morte deſtructa reſurgentes in dextera Dei uirga erimus.

DE MANV MOYSI IN SINVM miſſa. Caput X.

ITem datur aliud ſignum Moyſi: Mitte, inq̃t, manum in ſinu tuo, & miſit. Produc, inquit, eam. & produxit, & inuenta eſt alba, id eſt, immunda. Albor enim in cute, lepra eſt non candor. Ipſa enim hæreditas Dei, id eſt, populus eius, foras ab eo miſſus immundus factus eſt. ſicut ſcriptum eſt de ea: Vt quid auertis faciem tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo? Sed quòd illi ait: Reuoca eam in ſinum tuū. Reuocauit, & reuerſa eſt ad colorem ſuū. Sic & plebs Iudæa, nunc aliena eſt à ſinu Dei, & foris immūda remanſit. Sed reuocat eam, & redit ad priſtinum colorem, dum agnouerit Dominum Saluatorem. nunc enim cęcitas ex parte contigit in Iſrael donec plenitudo gentium intrauerit, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiat.

DE AQVIS CONVERSIS IN ſanguinem. Caput XI.

DEinde aquę miſſæ in terram à Moyſe uertuntur in ſanguinem, id eſt, populi in ſanguinis Chriſti fide. aquas enim, ait Apocalypſis, quas uidiſti, populi ſunt & gentes.

DE INGRESSV MOYSI AD Pharaonem. Caput XII.

POſt hæc intrant ad Pharaonem Moyſes & Aaron, petētes trium dierum uiā proficiſci in deſerto populū Iſrael, & ibi ſacrificare Domino Deo. Quæ eſt uia trium dierum, quæ nobis incedēda eſt, ut exeuntes de Aegypto peruenire poſsimus ad locum, in quo immolare debeamus? Via iſta Chriſtus eſt, q dixit: Ego ſum uia & ueritas, & uita: quæ uia triduo nobis incedenda eſt. Qui enim confeſſus fuerit in ore ſuo Dominū Ieſum, & crediderit in corde ſuo quod Deus illū ſuſcitauit à mortuis tertia die, ſaluus erit. Hæc eſt ergo tridui uia, per quā peruenitur in locū, in quo Dño immoletur & reddatur ſacrificiū laudis. Abominationes, inquiunt, Aegyptiorū immolabimus Dño Deo noſtro. oues quippe Aegyptij edere dedignātur. Sed q abominātur Aegyptij, hoc Iſraelitę Deo offerunt: quia ſimplicitatē cōſcientiæ, quā ſapientes huius ſeculi: hoc eſt, ciues Aegypti quaſi fatuitatē deputāt. hanc iuſti Deo in ſacrificium immolant, & per id Deo placere procurant, q ſeculo & mundo abiectum & contemptibile eſſe conſiderant, ſecūdum Apoſtolum qui ait: Nam quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, ut confundat ſapientes. Ex quo autē loqui cœpit

Moyſes ad Pharaonē, affligitur populus Dei, id eſt, ex quo in animam hominis ſermo Dei prolatus fuerit, acrius callidus hoſtis conſurgit, & maiora uitia quibus uincatur immittit. Prius uerò quam ueniret ſermo qui argueret uitia, in pace durabant: ſed ubi ſermo Dei facere cepe rit uniuſcuiuſq; diſcrimen, tunc cōturbatio magna conſurgit.

DE VIRGA IN DRACONEM conuer ſa. Caput XIII.

PRoiecit deinde Moyſes uirgam coram Pharaone, & ſerpens factus deuorauit ſerpentem Aegyptiorum: ſignificans quòd uerbū caro fieret, qui ſerpentis diri uenena euacuaret, per remiſsionem & indulgentiam peccatorū. Virga eſt enim uerbum directum, regale, plenum poteſtatis, quod eſt inſigne imperij. Virga ſerpens facta eſt, quoniā qui erat filius Dei, ex Deo patre natus, filius hominis factus eſt, natus ex uirgine, qui quaſi ſerpens exaltatus in cruce medicinam uulneribus infudit humanis. Vnde & ipſe Dominus ait: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. Virga enim Moyſi in draconē conuerſa, magorum abſorbuit uirgas: & Chriſtus poſt gloriæ ſuæ dignitatem factus eſt obediens uſq; ad mortem, & per ipſam mortē carnis conſumpſit aculeum mortis, atteſtante propheta: Ero mors tua, ò mors, ero morſus tuus inferne.

DE OBDVRATIONE PHAraonis. Caput XIIII.

INdurauit Dominus cor Pharaonis, ſcilicet quia diabolum ita ſic indurauit poſt peccatū, ut pœnitentię compunctione nunquam emolliatur, ſicut in Iob de eo ſcriptum eſt: Indurabitur quaſi lapis.

DE DECEM PLAGIS. Caput XV.

DEhinc inſeruntur plagę in Aegyptum, licet illa in Aegyptū corporaliter geſta ſint, ſpiritaliter tamen nunc geruntur in nobis. Aegyptus namq; ſeculi forma eſt. Prima plaga, in qua primo aquæ uertūtur in ſanguinem. Aquę Aegyptiæ erratica & lubrica philoſophorum ſunt dogmata, quæ meritò in ſanguinem uertūtur: quia in rerum cauſis carnaliter ſentiūt, ſed ubi crux Chriſti mundo huic lumen ueritatis oſtendit, huiuſmodi eū correptionibus arguet, ut ex qualitate pœnarum proprios agnoſcat errores. In ſecunda uerò plaga ranę producūtur, quibus indicari figuraliter arbitrantur carmina poetarum, qui inani quadam & inflata modulatione uelut ranarū ſonitus & cantibus mūdo huic deceptionis fabulas intulerunt. Rana eſt enim loquaciſsima uanitas. nihil enim aliud animal ipſum utile eſt, niſi quod ſonū uocis improbis & importunis clamoribus reddit. Poſt hæc ſcyniphes producuntur. hoc animal pennis quidem ſuſpenditur per aera uolitans, ſed ita ſubtile eſt & minutum, ut oculi uiſum niſi acutè cernentis effugiat: corpus autem cum inſederit, acerbiſsimo terebrat ſtimulo, ita ut quē uolātem uidere quis non ualeat, ſentiat ſtatim auolantē. Hoc ergo animalis genus ſubtilitati hæreticæ comparatur, quæ ſubtilibus uerborū ſtumulis animas terebrat, tantaq; calliditate circumuenit, ut deceptus quiſq; nec uideat nec intelligat unde decipiatur. Quod uerò in tertio ſigno magi ceſſarunt dicentes: Hic digitus Dei eſt. Magi illi typum hæreticorum, atq; animoſitatem habuerūt. Declarat hoc Apoſtolus dicens: Sicut Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ſic & hi reſiſtunt ueritati. homines mēte corrupti, & reprobi circa fidem, ſed ultra nō proficient, dementia eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Hi autem qui per ipſam corruptionem mentis inquietiſsimi fuerunt, in ſigno tertio defecerunt, faciētes ſibi aduerſum eſſe ſpiritum ſanctum, qui erat in Moyſen. Tertio enim ponitur ſpiritus ſanctus, qui eſt digitus Dei. Vnde & illi deficientes in tertio ſigno, dixerunt: Digitus Dei hic eſt. Sicut autem conciliatus & placatus ſpiritus ſanctus requiem pręſtat mitibus & humilib. corde, ita cōtrario aduerſus immites ac ſuperbos inquietudinem exagitat: quam inquietudinem muſcæ illæ breuiſsimæ ſignificauerunt, quibus magi Pharaonis defecerunt, dicētes, Digitus Dei eſt hic. Quarto loco Aegyptus muſcis percutitur. muſca enim nimis inſolens & inquietum animal eſt, in qua quid aliud quàm inſolentes curæ deſideriorum carnalium deſignantur. Aegyptus uerò muſcis percutitur, quia eorum corda, qui hoc ſeculum diligunt, deſideriorum ſuorum inquietudinibus feruntur. Porrò LXX. interpretes cynomiam, id eſt, caninam muſcā poſuerunt. Per quam canini mores ſignificantur, in quibus humanæ mentes, uoluntas & libido carnis arguitur. Poteſt quidem hic locus ſignificare etiam per muſcā caninam, forenſem hominum eloquentiam, qua uelut canes alterutrum ſe lacerant. Iam uerò quinto in loco animalium nece, uel pecudum Aegyptus uerberatur. Vecordia in hoc arguitur, ſtulticiaq; mortalium, quæ tanquam irrationabilia pecora cultum & uocabulum Dei impoſuerunt figuris, nō ſolum hominum, ſed & pecudum ligno & lapidibus impreſsis, Hammonem Iouem in ariete uenerantur, & Anubem in cane: Apim quoq; colētes in tauro, & cætera quoq; quæ Aegyptus Deum ſuum portenta miratur, & in quibus cultum credebāt ineſſe diuinum, in his uiderunt miſeranda ſupplicia. Vlcera poſt hæc & ueſicæ turgētes ſexto in uerbere producuntur. In ulceribus arguitur doloſa huius ſeculi, & purulenta malitia: in ueſicis, tumens & inflata ſuperbia. In feruore iræ ac furoris inſania. Hucuſq; enim talia per errorum ſuorum figuras mundo ſupplicia temperantur. Poſt hęc uerò uerbera ueniunt de ſupernis uoces, ſcilicet tonitrua & grando & ignis diſcurrens. In tonitruis enim increpationes ac diuinę correptiones intelliguntur: quia non cum ſilentio uerberat, ſed dat uoces, ſed & doctrinā cœlitus mittit, per

tit, per

Digitized by Google

tis, per quam poteſt culpam ſuam caſtigatus agnoſcere mundus. Dat & grandinem, per quã tenera adhuc uaſtentur naſcentia uitiorum. Dat & ignem, ſciens eſſe ſpinas & tribulos, quas debeat ignis ille depaſci. De quo dicit Dominus: Ignem ueni mittere in terram. Per hunc enim incentiua uoluptatis & libidinis conſumuntur. Quod autem locuſtarum octauo in loco fit mentio, putatur à quibuſdam per hoc genus plagæ diſſidentes à ſe & diſcordantes humani generis inconſtantia conſutari. Alio quoque ſenſu locuſtæ pro mobilitate leuitatis accipiendæ ſunt, tanquam uagæ & ſalientis animę in ſeculi uoluptates. Nona plaga tenebræ factę ſunt, ſiue ut mentis eorum cæcitas arguatur, ſiue ut intelligant diuinæ diſpenſationis & prouidentiæ obſcuriſsimas eſſe rationes. Poſuit enim Deus tenebras latibulum ſuum, quas illi audacter & temerè peruertere cupientes, & alia ex alijs aſſerentes in craſſas & palpabiles ignorantiæ tenebras deuoluti ſunt. Ad ultimũ delentur primogenita Aegyptiorum, ſiue principatus & poteſtates, & mũdi rectores harum tenebrarum: ſiue authores & inuentores falſarum quæ in hoc mundo fuerunt religionum, quas Chriſti ueritas cum ſuis extinxit & deleuit auctorib. Porro quod ſequitur, In dijs eorũ fecit iudicium: illud Hebræi autumant, quod nocte qua egreſſus eſt populus, omnia in Aegypto templa deſtructa ſunt, ſiue motu terræ, ſiue tactu fulminum. Spiritaliter autem dicimus, quòd egredientibus nobis ex Aegypto, errorum idola corruant, & omnis peruerſorum dogmatum cultura quatiatur.

DE PASCHA.
Caput XVI.

INterea fit paſchatio occiſione agni: occiditur Chriſtus, de quo in Euangelio dicitur, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pecca mundi. Veſpere immolatur agnus: in ueſpere mundi paſſus eſt Dominus. prohibentur qui paſcha faciunt, oſſa frangere: non franguntur in cruce oſſa Domini, atteſtante Euangeliſta qui dicit: Os eius non comminuetis. Sanguine agni illinuntur Iſrahelitarum poſtes, ne uaſtator angelus audeat inferre perniciem: ſignantur ſigno paſsionis Dominicę in frontibus fideles populi, ad tutelam ſalutis, ut hi ſoli ab interitu liberentur, qui cruore dominicæ paſsionis corde & fronte ſignati ſunt, qui etiam opere loquuntur: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. Vnde & appellatur ipſa ſolemnitas paſchæ, quod nos tranſitum poſſumus uocare, eo quod de peioribus ad meliora pergentes, tenebroſam Aegyptum derelinquimus. Quod autem ait, De agni illius eſu omnis alienigena non comedit ex eo, & in una domo comedatur, nec efferetis de carnibus eius foras: hoc de Chriſti corporis ſacramento, cuius agnus ille figuram obtinuit, proprie tenetur ſcriptum. cuius corpus & ſanguis in una domo, id eſt, in una eccleſia ueſci pręcipitur: nec efferri foris, in plebibus ſcilicet hæreticorum, quæ ab eadem eccleſiæ unitate foris uagantur.

DE ARGENTO ET AVRO
Aegyptiorum ſublato. Cap. XVII.

PRęcepit dehinc populo Deus per Moyſen, ut ab Aegyptijs ſibi commoda peterẽt, quæ auferrent: ſicque Moyſes & populus proficiſcẽs auro & argẽto ſpoliauit Aegyptios, iuſſu Domini Dei, nihil iniuſte iubentis. Quid uerò hęc præfigurauerint, niſi quòd in auro & argento ac ueſte Aegyptiorum ſignificatæ ſint quædam doctrinæ, quæ ex ipſa conſuetudine gentium non inutili ſtudio diſcuntur. Sed ſiue hoc ſignificet, ſiue illud quod ex ipſis gentibus animæ precioſæ tanquam uaſa aurea & argentea cum ſuis utique corporibus, quod ueſtes ſignificant, adiunguntur populo dei, ut ſimul de hoc ſeculo nequam liberentur.

DE AZYMO.
Caput XVIII.

QVod ergo ait fermento ſublato ſic profectos eſſe filios Iſrael de Aegypto, hoc & à nobis modis omnibus ſi fieri poteſt, elaborandum eſt, ut euntes à ſeculi huius illecebris, non ambulemus in fermento ueteris malitię ac nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & ueritatis. Quod eſt in noui hominis conuerſatione relicto priſtino homine cum uitijs ſuis: & illi quidem ſeptem diebus azyma comedebant, nos uerò ſi ſimpliciter & purè uerſemur in his ſeptem diebus, quibus mundus iſte peragitur, qui ſemper in ſuo ordine reuoluuntur, & quotidie nobis agnus occiditur, & paſcha quotidie celebratur: ſi fermentum maliciæ & nequitiæ non habeamus, ſi innouati nihil ex ueteris corruptionis malicia delectemur. Nam quid eſt aliud fermentum, niſi corruptio naturæ, quod ipſum prius à naturali dulcedine recedens amgore corruptum eſt. In hac nobis præcipitur manſione, ut ſemper egreſsionis ex Aegypto memores ſimus, ut celebremus paſcha, id eſt, tranſitum noſtrum de peioribus ad meliora, & primogenita noſtri uteri, id eſt, noſtrorum operum, cunctarumque uirtutum principium Domino conſecremus.

DE COLVMNA IGNIS ET
nubis. Cap. XIX.

IAm tunc uidetur Dominus nocte in columna ignis, & per diem in columna nubis pręcedẽs populum, & dux factus itineris. Nubes iſta pręcedens Chriſtus eſt: idem etiam columna, quia rectus & firmus & fulciens infirmitatem noſtram: per noctem lucens, ut qui non uident uideant, & qui uident cęci fiant. Poteſt & ſic non incongrue accipi, quod Chriſti ſacramentum tanquam in die manifeſtum eſt in carne, uelut in nube: in iudicio uerò tanquam in terrore nocturno, quia tunc erit magna tribulatio ſeculi tanquam ignis, & lucebit iuſtis, & ardebit iniuſtis.

DE DI-

Digitized by Google

DE DIVISIONE MARIS. Caput XX.

SEquentibus inde Aegyptijs percutit uirga Moyſes aquas, & tranſierunt filij Iſrael per medium mare rubrum. Quid mare rubrum, niſi baptiſmus eſt, Chriſti ſanguine conſecratus? hoſtes ſequentes cum rege, qui à tergo moriuntur, peccata ſunt præterita, quæ delētur, & diabolus qui in ſpiritali baptiſmo ſuffocatur. Premunt quidem Aegyptij: urgent & inſtant peccata, ſed uſq; ad aquam.

DE CANTICO GLORIficationis. Caput XXI.

POſt tranſitum maris rubri canit canticū populus Deo, Aegyptijs & Pharaone ſubmerſo: non aliter & fideles poſtquā de lauacro deſcendunt extinctis peccatis hymnū in uoce gratulationis emittunt, dicentes: Cantemus Domino, glorioſe enim honorificatus eſt, equum & aſcenſorem proiecit in mare, quod tamē melius & dignius ille dicit: Qui habuerit timpanū in manu ſua ſicut Maria, id eſt, carnem ſuā crucifixerit cum uitijs & concupiſcentijs, & mortificauerit membra ſua, quæ ſunt ſuper terram. Iam dehinc ducitur poſt maris tranſitum populus per deſertum: baptizati ſcilicet omnes per mundum, non perfruētes promiſſa patria, ſed quod nō uident ſperādo & per patientiam expectando tanquam in deſerto ſunt, & illic laborioſe & periculoſe tentati, non reuertantur corde in Aegyptum, nec ibi tandem Chriſtus deſerit. nam & illa columna non recedit.

DE AQVIS MARIS. Caput XXII.

EGreſſus populus de mari rubro occurrit eremus, in qua tribus diebus ingredientes non habuerunt aquam: & peruenerunt ad fontem amarum, qui ex amaritudine nomen accepit. Murmurat populus uidens aquas, & portare non ſuſtinēs, mitit lignum Moyſes in aquis, & factæ ſunt dulces. Intellige amaras aquas occidentis literę & legis habere figuram, quibus ſi immittatur confeſsio crucis & paſsionis dominicæ ſacramentum tingatur, tunc efficitur aqua amara ſuauis, & amaritudo literæ uertitur in dulcedinem intelligentiæ ſpiritalis. Vnde & ſcriptum eſt: Conſtituit Dominus populo ſuo legem & iudicia, & tentauit eum. Alio quoq; ſenſu, quòd aquę amaræ ligno in ſe ſuſcepto dulceſcunt, indicio erat amaritudinem gētium per lignum crucis Chriſti in uſus dulcedinis quandoq; eſſe uertendum. Sciendum uerò iuxta ſuperiorem ſenſum, quòd primū ductus eſt Iſrael ad aquas ſalſas atq; amaras, & ligno monſtrato à Domino dulcibus effectis, poſtea uenitur ad fontes. Primo enim ducitur populus ad literam legis, in qua donec permanet, de amaritudine recedere non poteſt.

DE DVODECIM FONTIBVS & ſeptuaginta palmis. Cap. XXIII.

CVm ergo per lignum uitæ dulcis fuerit effecta, & intelligi lex ſpiritaliter ceperit, tunc de ueteri teſtamento tranſitur ad nouum, & uenitur ad duodecim Apoſtolicos fontes. ibi enim arbores reperiūtur ſeptuaginta palmarū. Non enim duodecim ſoli Apoſtoli fidem Chriſti prædicauerunt, ſed & alij ſeptuaginta miſsi ad prædicandum uerbum Dei referuntur, per quos palmas uictorię Chriſti mundus agnoſceret: ſiquidem & iſti duodecim fontes ſeptuaginta palmarum arbores irrigantes, Apoſtolicam gratiam pręfigurant, populos in ſeptenario numero decuplato rigantem, ut per ſeptiformem ſpiritus donum legis decalogus impleatur. Murmurat interea populus in deſerto propter famem: & conuerſus reſpexit procul in nube gloriam dei, aſpexitq; ueſpere coturnicem, & mane alterius diei manna. Quid enim per uolucres & eſcas, niſi prædicatiōes diuinitus miſſæ intelliguntur, quæ tranſcurrunt per uerba ſonantia quaſi per aerem uolatilia pennata, quibus per fidem paſcantur hi qui ad patriam regni cœleſtis peruenire contendunt. Poteſt quidem & uolucrum eſca ueteris ſignificare legis eloquia, quæ plebem carnalem tanquam carne alebat, per uerba diuinitus miſſa quaſi per uolatilia. Vnde & ueſpere dantur, quia cuncta quæ carnaliter illis conceſſa ſunt, finem habitura erant: manifeſtato autem lumine fidei datur manna populo. Manna utique, quod eſt Chriſtus, qui tanquam panis uiuus de cœlo deſcendit, qui per nubes Euāgelicas uniuerſo orbi pluitur, non iam murmuranti & tentāti Synagogæ, ſed credenti, & in illo ſpem ponēti eccleſiæ: hæc eſt autem manna indeficiens, hic eſt panis uerus & cœleſtis cibus angelorum, quod Dei uerbum corruptibiles incorruptibiliter paſcit: quod ut manducaret homo, caro factum eſt uerbum, & habitauit in nobis. quo etiam qui ueſcuntur, ſpiritaliter uiuunt. Nam illi ueterem figuram carnaliter accipientes mortui ſunt, non incongruè & per manna etiam cœleſtia ſignificantur eloquia: unde & interpretatio nominis ſic ſonat, Manna enim interpretatur, quid eſt hoc? Cum enim audimus legem Dei recitari in eccleſia, interrogamus doctores dicentes, Quid eſt hoc? Hoc autē manna minutū erat ſicut ſemen coriādri & ſuaue: quid uerbo Dei minutius quid'ue ſubtilius, aut quid dulcius & ſuauius eloquijs Dei quæ ſunt ſuper mel & fauum.

DE CARNIBVS ALITVM ET manna. Caput XXIIII.

SEd quid eſt quòd ſexta die duplum colligi iubetur, quod etiā ſufficiat in ſabbato? ſexta dies iſta eſt ſexta ætas mundi, in qua nunc ſumus. In hac ergo duplum colligit, qui propter ſpem uitæ æternæ uerbum Dei & audit & facit. In hac duplum recondit, qui & bene uiuit, & alijs

& alijs miſericordiam præbet: quod & reponebatur pro ſabbato, & non corrumpebatur. Bona enim opera facta propter futuram requiem, in futuro ſeculo permanēt: qui uerò infideles erant, & pręter cauſas ſabbati ſeruabant de mãna, ebulliebant ex ea uermes, & computreſcebant: ſic & qui propter præſentem uitam & amorem ſeculi theſaurizant, illis uermes ebulliunt, qui non morientur. Iſti ſunt uermes, quos generant auaritia, & diuitiarum cæca cupiditas: hi ſunt qui habent pecunias, & uidentes in neceſsitate fratres ſuos, claudunt uiſcera ſua ab eis: ſed & is qui poſt ſuſceptum uerbum Dei peccat, efficitur ei ipſum uerbum Dei uermis, qui eius ſemper conſcientiam fodiat, & arcana pectoris rodat, ſicut uermis lignū, quod eſt crux Chriſti. quanquam & uermis ſit Chriſtus ipſo loquente: Ego autem ſum uermis, & non homo. Sicut enim ipſe eſt alijs in ruinam, alijs in reſurrectionem: ita & ipſe in manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus uermis efficitur.

DE PETRA VIRGA PERCVSSA. CAPVT XXV.

POſt manna quęritur liberari populus ab ardore ſitis, & fons de petra erupit, petra autem quæ percuſſa aquam euomuit, Chriſti figuram paſsionis habuit, qua aperta cuncta fluxerunt: ad quem uelut uirga lignum paſsionis acceſsit, ut emanaret credētibus gratia. Percuſſa enim petra fons manauit: percuſſus in cruce Chriſtus, ſitientibus lauacri gratiam & donum ſancti ſpiritus effudit. Petram enim iſtam figuram Chriſti habuiſſe probat Apoſtolus, cum dicit: Bibebant, inquit, de ſpiritali conſequenti eos petra, petra autem erat Chriſtus. Quod autē ſitiens populus propter aquam murmurat aduerſus Moyſen, & propterea iubet Deus ut oſtendat eis petram, de qua bibant: quid hoc ſignificat, niſi quia ſi quis eſt, qui aduerſantur legi Moyſi, & qui murmurat aduerſus eū, & diſplicet ei lex, quę ſecundum literam eſt ſcripta: oſtendit ei Moyſes petram qui eſt Chriſtus, & adducit eum ad ipſam, ut inde bibat & reficiat ſitim ſuam.

DE PVGNA CONTRA AMALECH. CAPVT XXVI.

POſt hæc Moyſes aſcendit in montē, & Ieſus contra Amalech militat. Tenet uirgam Moyſes, brachiaq; ſua in modum crucis extendit: ſicq; hoſtis, id eſt, diabolus uiam cœleſtis patriæ intercludere demoliens ſigno crucis dominicæ ſuperatur. Dum leuaret manus ſuas Moyſes, uincebat Iſrael: rurſum ſi inclinaſſet, ſuperabat Amalech. eleuantibus enim nobis actus noſtros ad cœlum, rectores tenebrarum ſubijciuntur: at contra remiſsis orantes manib. hoc eſt, conuerſationem terrenam ſectantes, hoſtis uictor inſequitur. Sedit Moyſes ſuper lapidem, q in Zacharia ſeptem habebat oculos, & in Samuelis uolumine appellatur lapis adiutorij, & utraoq; manum eius Aarō & Hur quaſi duo populi, aut duo teſtamenta ſuſtentant.

DE COGNATO MOYSI. CAPVT XXVII.

DEuicto autem Amalech uenit Iethro ſocer Moyſi, adducit Sefforam, id eſt, eccleſiam, & utrunq; filium ex utroq; populo procreatū, dat Moyſi conſilium ſeptuaginta ſeniorū. Audit eum Moyſes, & facit quæcūq; dixit, ubi magnæ admirationis eſt, ut Moſes propheta Deo plenus, qui cum Domino facie ad faciē loquebatur, ab homine gentili conſilium acceperit, & faceret omnia quæcūq; diceret illi: niſi ut formam humilitatis populorum principibus daret, & futuri ſacramenti deſignaret imaginem. Sciebat enim futurum quandoq;, quod per populum ex gentibus congregatum ea quæ in lege deerant, eo ſuggerente complerentur, bonumq; & ſpiritalē intellectum afferret ad legē Dei: & ſciebat quia audiret eundem populum lex, & faceret omnia quæcunq; diceret, legisq; diminutio ſuggerente Euāgelio compleretur.

DE ASCENSIONE MOYSI IN MONTEM. CAP. XXVIII.

SVcceſsit itaq; poſt hæc populus quadrageſima ſeptima die egreſsiōis ex Aegypto ad montem Sina, ibiq; Moyſes aſcendit ad Dominum, & Dominus ad eum deſcendit. Sed quid eſt moraliter quod Moyſes in montem aſcendit, & Dominus in monte deſcendit? Mons quippe altitudo contemplationis noſtræ eſt, in qua aſcēdimus ut ea quę ultra infirmitatem noſtrā ſunt intuenda, ſubleuemur. Sed in hunc Dominus deſcendit, quia ſanctis multum proficientibus parum de ſe aliquid eorū ſenſibus aperuit.

DE MONTE SINA ET TONITRVIS. CAPVT XXIX.

IAm deinde quinquageſima die poſt actū paſcha data eſt lex Moyſi: ita quinquageſima die poſt paſsionem Domini, quā paſcha illud præfigurabat, datus eſt ſpiritus ſanctus, promiſſus paracletus, deſcendens ſuper Apoſtolos, & qui cum eis erant in centum uiginti Moſaicæ ætatis numero conſtitutis, & diuiſis linguis credētium totus Euangelica prædicatione mundus impletus eſt. Dicitur illic ſcripta lex digito dei, & Dominus dicit de ſpiritu ſancto: In digito Dei eijcio dæmonia. aſpicit illuc cunctus populus uoces & lampades, montemq; fumantem tonitrua & fulgura, clangoremq; buccinæ perſtrepantem. In uocibus namq; & tonitruis, clamor prædicantium intelligitur: in lampadibus, claritas miraculorum: in ſonitu buccinæ, fortis prædicatio ſanctorum, quæ omnia in aduentu Chriſti & ſancti ſpiritus completa ſunt, quando omnes diſcipuli Chriſti in uarietate linguarum præceptis & ſignis intonuerunt. Interpretatur autem Sinai rubus, quod ſignificat eccleſiā, in qua & Dominus Moyſi loquitur. Quod autem legē daturus Dominus in igne fumoq; deſcendit: hoc ſignificat, quia & fideles claritatis ſuæ

Digitized by Google

tis ſuæ oſtenſionis illuminat, & infidelium oculos per fumum erroris obſcurat. Quod uerò uidetur in caligine, hoc ſignificat: quia impij, qui terrena ſapiunt, caligine malitiæ eum deſcendentem, id eſt, in humilitate naſcentem non agnouerunt: alijs in caligine uiſus legem dedit, quia ueritatem ſuæ legis non ſecuturis infidelibus quaſi per caliginem dixit: Vt uidentes nõ uideant, & audientes non audiant.

DE DECEM VERBIS.

Caput XXX.

DAt igitur inde Dominus Moyſi legem innocentiæ noſtræ, & cognitionis ſuæ, eandemq; in decem uerba conſtituit, & ſaxeis tabulis digito ſuo ſcripſit: & hæc quidem præcepta ita ſunt diſtributa, ut tria pertineant ad dilectionem trinitatis diuinæ, ſeptem uerò ad amorem fraternitatis, quibus ſocietas humana non læditur. Primum decalogi mandatũ ad Deum patrem pertinet, dũ dicit, Dominus Deus tuus Deus unus eſt: utiq; ut hæc audiens, unum Deum patrẽ colas, & in multos fictos Deos fornicationem tuam non effundas. Secundũ præceptum ad filium pertinet, dum dicit: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in uanum. id eſt, ne æſtimes creaturam eſſe filium Dei, quia omnis creatura uanitati ſubiecta eſt: ſed credas eum ęqualem eſſe patri, Deum deorum, uerbũ apud Deum, per quem omnia facta ſunt. Tertium mãdatum de ſabbato ad ſpiritum pertinet ſanctum, cuius dono requies nobis ſempiterna promittitur. Nã quia ſpiritus ſanctus dicitur, propterea & ſeptimum diem ſanctificauit. In alijs enim diebus operum nõ eſt nominata ſanctificatio, niſi in ſabbato, ubi dicitur, Requieuit Deus. Proinde igitur hoc mandatum pertinet ad ſpiritum ſanctum, tam propter nomen ſanctificationis, quàm etiam propter æternam requiem, ad donum ſpiritus ſancti pertinentem. Dicitur enim ibi: Memẽto ut diem ſabbati ſanctifices. Sex dies operaberis & facies omnia opera tua, ſeptimus autem dies ſabbatũ eſt Domini Dei tui. Non facies in eo omne opus. In ſex dierum opere ſex milium annorum operatio continetur: in ſeptimo uerò requies beati illius temporis regni oſtenditur, quod carnaliter Iudæi celebrantes peccant: & hoc non nos ad fidem mendacij fallentis aptamus. clamat p propheta Deus, Neomenia & ſabbata ueſtra odiuit anima mea. Quomodo ergo ſanctificata ſunt ſabbata illa, quæ odiuit Dominus? Illud ergo ſabbatum eſt ſanctificatum, ubi poſt bona uitæ huius opera requies nobis æterna promittitur: ideoq; quicquid agimus, ſi propter futuri ſeculi requiem faciamus, ueraciter ſabbatum obſeruamus.

Poſt hæc tria præcepta ſeptenarius ſuccedit numerus mandatorum, ad dilectionem proximi pertinens, & incipit ab honore parentum, quod tamen in ordine quartum eſt: Honora patrem tuum & matrem tuam. à parentibus enim ſuis homo aperit oculos, & hæc uita ab eorum dilectione ſumit exordium: inde hoc mandatũ primum eſt in ſeptem, ſicut & Dominus in Euãgelio ait, Honora patrem tuum & matrem tuã, quod eſt mãdatum primum. Sed quomodo primum, quia quartum, niſi quia prædictum eſt in ſeptenario numero, qui pertinet ad dilectionẽ proximi, primus eſt in altera tabula. nam ideo duæ tabulæ legis datæ ſunt. Iubetur ergo in hoc præcepto filijs honorare parentes, neq; cõtumelioſos illis exiſtere. ſed officio pietatis debitam reuerentiam præſtare. Nam qui parentibus honorem deferre non nouit, quibus parcere poterit, qui ſuos odit?

Quintum nõ mœchaberis: id eſt, ne quiſquã pręter matrimonij fœdera alijs fœminis miſceatur ad explendam libidinem. Nam ſpecialiter adulterium facit, qui præter ſuam ad alteram accedit.

Sexto, non occides. etenim non ſolum opere perpetrans homicidium facit, ſed etiam & qui incurrit in eum eſurientem uel nudum, qui mori poſsit niſi indumentum cibumq; porrigẽdo ſubueniat, & idem homicida tenebitur.

Septimum, non furtum facies: quod eſt uitium rapacitatis.

Octauum, nõ falſum teſtimoniũ dices: quod eſt crimen mendacij & falſitatis.

Nonum, non concupiſces uxorem proximi tui. In hoc præcepto uetat intentionem adulterinæ cogitationis. Nam aliud eſt facere aliquid tale præter uxorem, aliud non appetere alienam uxorem. Ideo duo præcepta ſunt, Non mœchaberis, & non concupiſces uxorem proximi tui.

Decimũ, non concupiſces rem proximi tui. In hoc pręcepto damnat ambitionem ſeculi, & refrenat concupiſcentiam rerum. Itaq; horum primum prohibet ſubreptionem, ſecundum errorem, tertium interficit ſeculi amorem, quartum impietatẽ, quintum allidit fornicationem, ſextum crudelitatem, ſeptimum rapacitatem, octauum perimit falſitatem, nonũ adulterij cogitationem, decimum mundi cupiditatẽ. Et notandum quia decem plagis percutiuntur Aegyptij, ſic decem præceptis conſcribuntur tabulæ, quibus regantur populi Dei, ut dæmones occidantur.

DE DVABVS TABVLIS.

Caput XXXI.

CVr autem in duabus tabulis ſcripta eſt lex, niſi aut propter duo teſtamenta ſignificanda, aut propter duo illa præcepta dilectionis proximi, in quibus tota lex pendet & prophetæ. hæc enim in ſingulis tabulis explicata ſunt. In una enim tria præcepta, ad Dei pertinentia charitatem: in alia uero ſeptem pertinentia ad proximi ſocietatem. Sed cur lapideæ eędem tabulæ fuerint, niſi ad ſignificãdum cor Iudæorũ lapideum. Per lapides enim inſenſibilitatẽ demonſtrauit: per duritiam eorum mentis ſoliditatem. De qua propheta dicit: Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Vnde & Apoſtolus: Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Neq; enim hoc tabulæ

carnales

Digitized by Google

carnales uolunt, ut carnaliter ſapiamus, ſed qa in comparatione lapidis, qui ſine ſenſu eſt, caro ſentit: idcirco per lapidis duritiam ſignificatū eſt cor non intelligens, & per carnalem ſenſibilitatem ſignificatum eſt cor intelligens.

DE EO QVOD IVSSVM EST, ALTARE DE TERRA *facietis.* Cap. XXXII.

QVod autem additur ibi à Domino, Non facietis uobis Deos aureos & argenteos, altare de terra facietis mihi. Altare enim de terra facere, eſt incarnationem mediatoris ſperare. Tunc quippe à Deo noſtro munus accipitur, quando in hoc altare noſtra humilitas. i. ſuper dominicæ incarnationis fidē poſuerit, qcquid bene operatur. In altare ergo de terra oblationum munus offerimus, ſi actus noſtros dominicæ incarnationis fide ſolidamus.

DE EO QVOD AIT, NON AEDIFI*cabitis illud de ſectis lapidibus.* Caput XXXIII.

DEinde adiecit, Quod ſi altare lapideū feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus. Si enim leuaueris ſuper id cultrū, polluetur. Secti lapides hi ſunt, qui unitatē ſcindūt ac diuidunt ſemetipſos à ſocietate fraterna per odium, uel ſchiſmata. Tales in corpore ſuo nō recipit Chriſtus, cuius corporis figurā altaris illius conſtructio obumbrat. Iſti uerò nō ſecti lapides, ex quibus altare conſtrui iubetur, hi ſunt q fide morumq; unitate ſolidantur. De qualibus dicit Apoſtolus: Vos eſtis lapides uiui, coędificati domui ſpiritali. his non eſt iniectū ferrum, quia incorrupti ſunt, & iacula ignita maligni non receperunt: quia unū altare faciunt, unitate fidei uel concordiæ charitatis.

DE EO QVOD AIT, NON ACCEDE*tis ad eū per gradus.* Cap. XXXIIII.

NOn accedes per gradus ad altare meum, id eſt, non gradatim unum alio præferens ad me peruenies, neq; priorē atq; poſteriorem tēpore diſcernes: quia diuiſum & ſequeſtratū unitatis Dñm propitium nō habebis. Hoc enim Arriani faciunt, qui inſeparabilem patris & filij & ſpiritus ſancti ſubſtantiā diuidunt. Iam deinde, quam plura legis præcepta dātur, quibus omiſſis, quæ opportuniora ſunt, dicenda ſunt.

DE HEBRAEO, SEX ANNIS *ſeruiente.* Cap. XXXV.

PRęcipitur enim poſt hęc in lege, ut Hebręus puer, ſi fortè in ſeruitutem deuenerit, ſex annis ſeruiat: ſeptimo uerò liber dimittatur. quod ſi egredi à ſeruitute noluerit propter uxorē & filios, perforabitur auricula eius, & erit ſeruus in ſeculum. Hoc de pręſenti non dicitur ſeculo, ſed de futuro: quia in ſex ætatibus huius ſeculi ſeruientes, ſeptimo die, id eſt, æterno ſabbato liberabimur, ſi tamen uoluerimus eſſe liberi, dū adhuc in ſeculo ſeruimus peccato. Si autem noluerimus, perforabitur nobis auricula in teſtimonium inobedientiæ, & cum uxore & filijs noſtris, quos prætulimus libertati, id eſt, cum carne & operibus iugiter peccati ſerui erimus in æternum.

DE TALIONE. CAP. XXXVI.

ILlud uerò quid ſignificat, quod in hac lege oculum pro oculo dare iubetur. Oculus eſt enim, quiſq; doctor tanquam uitæ demonſtrans iter. Iſte autem ſi intentionem auditoris per aliquam pernicioſam doctrinam conetur extinguere, ſi oculum lædat animę, & intellectū eius turbet, auferatur neceſſe eſt ab eccleſiæ præſulatu: & intellectus eius turbulentus ac ferox, qui ſcādalum fidei generat proijciatur. Sed & ſi quis dentem læſit auditoris, per quem ſcripturarum cibum comminuebat, & diuidens ſpiritaliter diſtinguebat, ut ſubtilem ex his ad interiora animæ tranſmitteret ſenſum. Quiſquis ergo huiuſmodi euellēs dentem conatur à corpore Chriſti præcidere, auferatur dens ille. De talibus enim dicitur: Dentes peccatorum contriuiſti. Siquidem & manus pro manu, & pes pro pede depoſcitur. Manus eſt actio operantis, pes per quem incedirur ad bona, uel mala. Præcidatur ergo ille qui ſcandalum facit, non ſolum fide, ſed etiā in actibus, q per manū ſignificantur: aut offendiculum præbent, quo pedes intelliguntur. Recipiat etiam combuſtionem, quia combuſſit, & gehennæ fraternam tradidit animam, per quę ſignacula oſtēditur, ut iſte percuſſor omnibus detruncatis membris, à corpore excidatur eccleſiæ: ut cæteri uidentes, timorem habeant, & non faciant ſimiliter.

DE DECIMIS ET PRIMITIIS *offerendis.* Cap. XXXVII.

IVbetur quoq; inter hæc Iſraeliticus populus decimas frugū cunctarumq; primitias rerum offerre Deo. Spiritaliter quippe primitiæ frugum uel primogenitorum principia operum bonorū oſtendūt, uel ipſam bonam uoluntatē, quæ prior eſt opere, quā Pelagiani ſibi tribuendo offendūt: Deus autē dum illa ſibi à nobis iubet offerre, indicat ad ipſius gratiam pertinere. In decimis itaq; Domino offerendis denarius numerus perfectionem ſignificat: quia uſque ad ipſum numerus creſcit: ideoq; ſicut in primitijs principia uoluntatū, ita decimis conſummationem noſtrorum operum ad Deum referre pręcipitur, à quo & boni operis initium & perfectionis deſignatur effectus. Verum qđ dixit, Primogenita aſini mutabis oue. Per aſinum quippe hoc loco immunditia: per ouē uerò innocentia deſignatur. Aſini ergo primogenita oue mutare, eſt immundæ uitæ primordia ad innocentiæ ſimplicitatem conuertere, ut poſtquam illa peccator egit, quæ ut immunda Dominus reſpuit, ea iam agendo proferat, quæ Dei ſacrificio ut mūda imponat. Quod uero ſequitur, Si non redimes, occidetur: quia nimirum mens, immunda, & delictis obnoxia, ſi non fuerit in melius cōmutata, necabitur morte perpetua.

DE VITVLO COMBVSTO IGNI. Caput XXXVIII.

DEſcendens itaq; Moyſes de monte cum tabulis, dum audiſſet populum quod fuerat in idolo conſecratus, indignos eos iudicans accipere legẽ: proiecit de manibus ſuis tabulas, quibus confractis incendit uitulum, quem plaſmauerant. Sed quid ſibi uelit iſte uitulus, quem fecerunt filij Iſrael in ſolitudine: uel quid ſignificet, quod Moyſes ipſum uitulum igne combuſsit, minutatimq; concidit, & in aquam aſpergens potum populo dedit. Si enim tabulas, quas digito Dei, hoc eſt operatiõe ſpiritus ſancti ſcriptas acceperat, ideo fregit qa indignos eos, quibus eas legeret iudicauit: ſi denique ut ab eis ille uitulus penitus aboleretur, incendit eum, & contriuit, & in aquam ſparſit atq; ſubmerſit. Vt quid potum hoc populo dedit, quẽ non excitet factum hoc ad quærendam & ad intelligendam propheticam ſignificationem. Occurrat ergo iam intẽtis mentibus, quia diaboli corpus ſignificauerit in uitulo, id eſt, homines in omnibus gentibus, quibus ad hæc ſacrilegia caput, hoc eſt author eſt diabolus. Aureũ propterea, quia uidentur idolatriæ ritus uelut à ſapientibus inſtituti. De quibus dicit Apoſtolus: Quoniam cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt: ſed euanuerunt in cogitationib. ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicẽtes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. & immutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & in uolucrũ, & quadrupedum & ſerpentium: ex hac quaſi ſapientia iſte uitulus aureus, qualia ſolebãt Aegyptiorum etiam ipſi primates, & tanquã docti homines adorare figmenta. hoc ergo uitulo ſignificatũ eſt omne corpus, id eſt, omnis ſocietas gentilium idolatriæ deditorum. Hanc ſacrilegam ſocietatem Dominus Ieſus illo igne cõburet, de quo in Euangelio dicit: Ignẽ ueni mittere in terrã. Vt quoniã non eſt qui ſe abſcõdat à calore eius, dum in eũ credũt gentes, igne uirtutis eius diabolica in eis forma ſoluatur. Totum deinde corpus illud cõminuitur, id eſt, ab illa malę conſpirationis conflatione diſciſſum, uerbo ueritatis humiliatur, & comminutum in aquam mittitur, ut eos Iſraelitæ, id eſt Euangelij prædicatores ex baptiſmo in ſua membra, id eſt, in dominicũ corpus transferant. Quorum uni Iſraelitarum, id eſt, Petro de ipſis gentibus dictũ eſt ſic: Macta & manduca. quare etiã non concide & bibe? Ita ille uitulus per ignẽ zeli, & aciem uerbi & aquã baptiſmi ab eis potius quos abſorbere conabatur, abſorptus eſt.

DE INTERFECTIS TRIBVS MIlibus hominum. Cap. XXXIX.

NVnc autem quid etiam propheticæ ſignificationis habuerit, requirendum eſt, quod ex his multos qui ſibi abſente ipſo idolum fabricauerunt, ſine ulla cuiuſq; neceſsitudinis diſtẽtione iuſsit interimi. Facile eſt, ut intelligatur hominum illorum intentione ſignificari uitiorum talium necem, qualibus ad eandem idolatriam defluxerunt. In talia quippe uitia ſeuire iubet nos Apoſtolus, cũ dicit: Mortificate mẽbra ueſtra ſuper terrã. fornicationem, immũditiam, luxuriam, concupiſcentiam malã, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus. De porta uerò uſq; ad portam ire, eſt à uitio uſq; ad uitium per quod ad mẽtem mors ingreditur, cum gladio increpationis diſcurrere. Sed & ipſe numerus uiginti triũ miliũ interfectorũ triplicẽ formam indicat peccatorum. omne enim peccatũ aut facto, aut uerbo, aut cogitatiõe cõmittitur.

DE CONFRACTIONE TABVlarum. Caput XL.

AScendit itaq; Moyſes denuo in montem, iterumq; dat ei Deus legem in alijs tabulis ad inſtar priorum pręciſis. Sed quid ſignificauerunt eędem tabulæ, quas primo Moyſes à Domino accepit, & ſine mora confregit. tabulæ imaginem demonſtrabant priſcæ legis, nõ poſt lõgo interuallo pro populi peccato ceſſantis, aliæ uerò ad inſtar priorum iteratim inciſæ noui teſtamenti habuere figuram. Iſtæ non franguntur, ut oſtenderetur noui teſtamenti eloquia permanſura. Vnde & merito decem uerbis lege ôda ſignantur, ut per eundem numerũ figura crucis exprimeretur. huius enim forma in x litera eſt. Nam recto uno apice à ſummo in imum ducitur: rurſus alio nõ diſpari per tranſuerſa brachiorum componitur. Vnde & ipſe ait: Non ueni legem ſoluere, ſed implere. Vtiq; ꝑ paſsionẽ crucis, cuius imago fuit in tabulis.

DE QVADRAGINTA DIEbus, quos ieiunauit Moſes. Cap. XLI.

QVid autẽ ſibi uelit quòd Moyſes quadraginta diebus ieiunauerit, cuius actionis quædam figura eſt in huius numeri conſideratione. quadragenario enim numero & Moyſes & Helias & ipſe Dominus ieiunauerunt. Præcipitur enim nobis ex lege & ex prophetis & ipſo Euangelio, quòd teſtimonium habet ex lege & prophetis. Vnde etiam in monte inter utranq; perſonam medius ſaluator effulſit, ut ab omnibus mundi illecebris auiditatem noſtram tanquam ieiunio tẽperantiæ refrenemus, quandiu perfectio decalogi legis per quatuor eiuſdem mundi partes, id eſt, toto orbe prędicatur, ut decem quater ducta quadragenarium numerum ſignant.

DE EO QVOD DICIT DOMInus ad Moſen, Poſteriora mea uidebis. Caput XLII.

DISCIPVLVS. Quid eſt uiſio, quę Moyſi in eremo appatuiſſe deſcribitur, modo angelus, modo Dñs nominatur? M. Angelus nãque ꝓpter ꝙ exterius loquendo ſeruiebat: Dñs autẽ, quia interius præſidens loquendi efficatiã miniſtrabat. Cũ ergo loquẽs ab interiore regitur, & per obſequiũ angelus & ꝑ inſpirationem Dñs nominatur. D. Quomodo ſibi conuenit intelligi dixiſſe Dominum ad Moyſen, Dimitte me ut iraſcatur furor meus contra eos,

faciamq;

faciamq́; te in gentem magnam. Quomodo ſeruus quiuit dimittere Dominum omnipotentẽ facere quę uellet? M. Intelligi poteſt in eo ſenſu deprecandi auſum præbere ſeruo, ac ſi aperte diceretur: Penſa quanti apud me ualeas, & cognoſce: quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras. Omnes ſancti namq; cum irę Dei obuiant, ab ipſo accipiunt, ut contra impetum percuſsionis apponantur, atq; ut ita dixerim, eum ipſo ſe erigunt cõtra ipſum, eosq; uis diuina ſibi opponit ſecum: quia in eo quod aduerſum ſeuiẽtis ſe irã fortaſſe opponent, intus eos gratia iraſcentis fouet, & famulantes interius leuat, quos quaſi aduerſantes interius tolerat. Portat ergo contradictionem deprecantium, quam aſpirat, & uelut uolenti imponitur, quod ab ipſo ut fiat imperatur. DISCIPVLVS. Dum teſtamẽti ueteris patres intueor, multos horum teſte ſacræ lectionis hiſtoria Deum uidiſſe cognoſco. Vidit quippe Iacob Deum, qui dixit: Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Vidit Moyſes Deũ, de quo ſcriptum eſt: Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. Vidit Iob Deum, qui ait: Auditu auris audiui te, nunc oculus meus uidet te. Vidit Eſaias Deũ qui ait: In anno quo mortuus eſt rex Ozias, uidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & cętera uſq; ad id quod ait: Regem exercituũ uidi oculis meis. Vidit Micheas Deum qui dicit: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cœli aſsiſtentem ei à dextris, & à ſiniſtris. Quid eſt ergo quod tot teſtamenti ueteris patres Deum ſe uidiſſe teſtati ſunt, & tamen ipſe dicit, Non enim uidebit me homo, & uiuet. & Ioannes ait: Deum nemo uidit unquam. M. Hoc patenter datur intelligi, quia quãdiu mortaliter uiuitur, uideri per quaſdam imagines Deus poteſt: ſed ipſam naturæ ſuæ ſpeciẽ non poteſt: ut anima gratia ſpiritus afflata per figuras quaſdã Deũ uideat, ſed ad ipſam uim eius eſſentię nõ pertingat. hinc eſt enim quod Iacob, qui Deũ ſe uidiſſe teſtatur, hũc nõ niſi in angelo uidit. hinc eſt quod Moyſes, qui cũ Deo facie ad faciem loquebatur, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuũ: & in ipſa uerba ſuę locutionis dicit, Si inueni gratiã in conſpectu tuo, oſtende mihi temetipſum manifeſte, ut uideam te. Certè enim ſi Deus non erat, eum quo loquebatur, Oſtende mihi Deũ diceret: & nõ, Oſtende temetipſum. Si autem Deus erat, cũ quo facie ad faciem loquebatur, cur ſe petebat uidere, quẽ uidebat? ſed hac eius petitione colligitur, quia eum ſitiebat per incircumſcriptæ naturæ ſuæ claritatem cernere, quẽ iam ceperat per quaſdã imagines uidere, ut ſic ſuperna ſciẽtia mẽtis eius oculis adeſſet, quatenus eis ad ęternitatis uiſionem nulla imago creata tẽporaliter intereſſet. Et uiderũt ergo patres teſtamẽti ueteris Deum, & tamen iuxta Ioannis uocẽ, Deũ nemo uidit unquam: & iuxta eiuſdem Domini uocem, Nõ enim uidebit me homo, & uiuet: quia in hac mortali carne conſiſtentib. & uideri poteſt per quaſdam imagines, & uideri non poteſt per incircũſcriptum lumen æternitatis. Sin uerò à quibuſdã poteſt in hac adhuc corruptibili carne uiuentibus, ſed tamẽ inæſtimabili uirtute creſcentibus quodã contẽplationis acumine æterna Dei claritas uideri. Hoc quoque ab eiuſdem ueritatis ſentẽtia nõ abhorret, qua dicitur: Non enim uidebit me homo, & uiuet: quia quiſquis ſapientiam, quæ Deus eſt uidet, huic uitæ funditus moritur, ne iã eius amore teneatur. Nullus quippe eũ uidit, qui adhuc carnaliter uiuit: quia nemo poteſt amplecti Deum ſimul & ſeculum. qui enim Deũ uidit, eo ipſi moritur, qui uel intẽtione cordis uel effectu operis ab huius delectationibus tota mente ſeparatur. Nemo ergo Deũ uidit & uixit. ac ſi apertè diceretur: Nullus unquam Deũ ſpiritaliter uidit, & mundo carnaliter uixit. D. Quid ſibi uult quòd Moyſes ait ad Deũ: Qui reddis iniqtatẽ patrũ in filios ac nepotes, in tertiã & quartam generationem: cũ ſcriptũ ſit, Quid eſt quod inter uos uertitur parabola in prouerbiũ iſtud in terra Iſrael? Patres comederunt uuã acerbã, & dentes filiorum obſtupeſcũt. uiuo ego dicit Dominus, ſi erit uobis ultra prouerbiũ hoc: nõne ſicut anima patris, ita & anima filij mea eſt. anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Pater nõ portabit iniquitatem filij, neq; filius portabit iniquitatem patris. Iuſticia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eũ, & reliqua. Quod non æqualiter ac concorditer ſonare uidetur, quod quęſo ſoluere ſtude. M. In utraq; etenim ſententia dũ diſsimilis ſenſus inueoitur authoris, animus ut diſcretionis uiã ſubtiliter requirat, inſtruitur. Peccatum quippe originale à parentibus trahimus, & niſi per gratiã baptiſmatis ſaluamur, etiã parẽtum peccata portamus: quia unum uidelicet cum illis ſumus. Reddit ergo iniquitatẽ patrũ in filios, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur proliſ. & rurſum, non reddit iniquitatẽ parentum in filijs: quia cum ab originali culpa per baptiſmũ liberamur, nõ parentũ culpas, ſed quas ipſi cõmittimus, habemus. Quod tamen intelligi aliter poteſt, quia quiſquis praui parentis iniquitatẽ imitatur, etiã ex eius delicto cõſtringitur. Quiſquis aũt parentis iniquitatẽ nõ imitatur, nequaq; delicto illius grauatur: unde fit ut iniquus filius, iniqui patris non ſolum ſua quæ addidit, ſed etiã patris peccata perſoluat, cum uitijs patris, quibus iratum Dñm non ignorat, etiam adhuc ſuã maliciã adiungere nõ formidat: & iuſtum eſt, ut qui ſub diſtricto iudice uias parentis iniqui non timet imitari, cogatur in uita præſenti etiam culpas parentis iniqui perſoluere. Vnde & illic dictũ eſt: Anima patris mea eſt, anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur: quia in carne nonnunquam filij, etiam ex patris peccato perimuntur. Delecto autem originali peccato ex parentum nequitia, in anima non tenentur. D. Quid eſt enim quod paruuli filij plerunq; à dæmonibus arripiuntur?

piuntur(?)a.Hoc datur ſentiri,quod caro filij ex patris pœna mulratur. In ſemetipſo enim percutitur pater iniquus,& pcuſsionis uim ſentire contemnit plerunq; in filijs,ut acrius uratur dolor carnis patris & p filiorũ pœnas mẽs patris iniqua puniatur. Cum uerò nõ paruuli,ſed etiam perfectiores filij ex parentum culpa feriuntur,quid aliud aperte datur intelligi, niſi quod illorum etiam pœnas luunt, quorum facta ſecuti ſunt. Vnde & rectè dicitur, Vſq; ad tertiam & quartam generationem,eam quam imitantur filij parentum uitam poſſunt uidere, uſq; ad eos ultio extenditur,qui uiderunt quod male ſequerentur.

RECAPITVLATIO.

QVid uerò petiuit Moyſes, ut claritatẽ Domini uideret dicens : Si inueni gratiam apud te,oſtende mihi temetipſum manifeſtè.accepit enim in præſenti congruum reſponſum, quod faciem Domini uidere non poſsit, quam nemo hominum uideret & uiueret. Quid eſt ergo,faciem meam uidere non poteris:niſi quia quamuis uſq; ad parilitatem angelicam humana etiam poſt reſurrectionem natura proficiat, & ad contemplandum Deum indefeſſa conſurgat: Videre tamen eius eſſentiam plenè non præualet,quam ne ipſa perfectio angelica in toto uel integre attingit ſcire:ſecundum Apoſtolum qui ait,Pax Dei quæ exuperat omnẽ ſenſum,ut ſubaudias angelorum.Sola enim ſibi integre nota eſt trinitas, & humanitati ſuſceptæ, quæ tertia eſt in trinitate perſona. Iam deinde ſequentibus uerbis Dei futurę Chriſti eccleſię, quæ myſterium figuratum eſt.Geſtauit quippe Moyſes typum populi Iudæorum. in Chriſtũ poſtea crediturí: ideo illi dictum eſt,Cum tranſiero,poſteriora mea uidebis quidam hunc ſenſum in Euangelio dicunt fuiſſe completum,cũ aſcendiſſet Ieſus in montem, quando apparuit Moyſes,colloquens cum Ieſu, & ideo ibi completam aiunt iſtam promiſsionem,quam accepit in monte Sina, cum dictum eſt, Poſteriora mea uidebis. Vidit ergo poſteriora eius, id eſt,uidit quæ in poſterioribus & nouiſsimis facta ſunt. Quod autẽ ait Dominus ad Moyſen, Eſt locus apud me, ſtabis ſuper petrã. Et paulo poſt: Tollam manũ meam,& uidebis poſteriora mea.q̃a enim ex ſola eccleſia catholica Chriſtus conſpicitur, apud ſe eſſe locum Dominus perhibet de quo uideatur. In petrã Moyſes ponitur, ut Dei ſpectẽ contẽpletur: quia niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, diuinam pręſentiam nõ agnoſcit. De qua ſoliditate Dominus: Sup hanc petram ædificabo eccleſiam meam.

DE GLORIFICATIONE MOYSI. Caput XLIII.

QVod uerò deſcendẽte denuò Moyſe, cum tabulis facies eius glorificata uidetur, ſed tamen uelamine tegitur:hoc ſignificabat,ut oſtenderet eam legẽ myſtico eſſe uelamine coopertã tectamq; infidelibus & occultã. Sermo quippe legis habet ſcientiæ gloriã, ſed ſecretã: habet & cornua duorũ teſtamentorũ,quib.cõtra dogmata falſitatis incedit armata. Cum enim Moyſes legitur,uelamẽ eſt poſitum ſuper cor eorum: & manifeſtè dũ legis & prophetarum ſcripturas per nimiã ſoliditatẽ cordis carnaliter accipiunt infideles. Tota facies Moyſi quodam uelamine tegitur,ita ut nõ poſsint loquentes legis gloriam ſuſtinere: ſed ſi conuerſi fuerint ad Deũ,aufertur uelamen:occidens litera morietur,uiuificans ſpiritus uiuificabitur. Reuela oculos meos,& conſiderabo mirabilia de lege tua.

DE AEDIFICATIONE ARCAE. Caput XLIIII.

IAm nunc arcam teſtamẽti Dñi inſpiciamus, in qua erant repoſitæ tabulæ legis. Per hanc itaq; arcam, quã de lignis imputribilibus Moyſes fabricauit,eccleſia Chriſti ſignificatur,ædificata ex omnib.ſanctis,mẽte & corpore incorruptis: habentibus etiã interius duas tabulas teſtamenti.i.obſeruantiã legis & Euangelij,intus autem ac foris inauratur arca: ſic & eccleſia quaſi aurũ radiare debet,tam interius uitę ſplẽdore,quam exterius doctrinæ & ſapientiæ claritate. Coronæ autẽ aureæ per circuitũ, & per quatuor angulos circa aurei q̃ per quatuor angulos iubentur adiungi: hoc ſignificãt,quia in eo q̃ eccleſia per quatuor mundi partes dilatata tenditur,proculdubio quatuor ſancti Euãgelij libris accincta prædicatur, quæ tamen intra unius coronæ ambitũ,id eſt,intra eiuſdem fidei unitatẽ cõcluditur:& uectes quoq; de lignis ſethim fiunt, qui ijſdem ad portandũ circulis inſeruntur,quia fortes perſeuerantesq; doctores uelut imputribilia ligna quærendi ſunt inſtructione ſacrorum uoluminum: ſemper inhærentes ſanctæ eccleſiæ unitatẽ denuncient. & quaſi intromiſsis circulis arcã portent: q̃ auro quoq; iubentur operiri,ut cũ ſermone alijs inſonant, ipſi etiam uitæ ſplendore fulgeſcant.

DE VRNA AVREA, TABVLIS & uirga. Caput XLV.

IN hac teſtamenti arca fuit urna aurea,tabulæ quoq; & uirga Aaron. Arca hæc,ut prędictum eſt. eccleſia eſt, habens duas tabulas lapideas id eſt,duplicis teſtamenti perpetuam firmitatem: urnam quoq; auream,carnem intelligimus Chriſti purã atq; ſinceram, quæ reconditum in ſe manna perpetuæ diuinitatis conſeruat, & angelici illius panis perennẽ & cœleſtẽ gerit dulcedinem. Nec non etiam uirga Aarõ, id eſt,eiuſdem ſummi uerìq; pontificis noſtri Ieſu Chriſti ſalutare uexillum exprimit, immortalis memoriæ ſemper uiriditate frondentem.

DE PROPITIATORIO ET Cherubim. Caput XLVI.

IAm porrò propitiatorium ſuper arcam teſtamenti poſitũ, idem ipſe Chriſtus inſinuatur, qui inter Deũ & hominẽ medius propitiator interuenit. De quo dicit Apoſtolus: Quẽ ꝓpoſuit Deus ꝓpitiationẽ p fidẽ in ſanguine ipſius. Hoc ꝓpitiatoriũ arcæ ſup ponit,ſicut & Chriſt[us]

caput

caput eſt eccleſiæ: cuius à dextris & ſiniſtris duo cherubin cõſiſtunt, quod eſt plenitudo ſciẽtiæ, id eſt, dilectio Dei & proximi, per quod Dominus oſtenditur. Nemo enim poteſt peruenire ad Deum, niſi per charitatem. plenitudo enim legis dilectio. Alij eadem duo cherubin, duo intelligunt teſtamenta, qui propiciatoriũ Dei, id eſt, Chriſti ſacramenta obumbrant, teſtante propheta: In medio duorum animalium cognoſceris. Hi uerſis uultibus ſe reſpiciunt, dum in ſpiritali ſenſu uertuntur. Tunc enim alter alterum in melius ſibi cõcordant, & in omnibus rectius conſonant. Siquidem ex utroq; latere oraculum uel propitiatoriũ tegunt, quia uetus & nouum teſtamentum tanquam Chriſtus ſacramenta eccleſiæ ſub ęnigmatum figuris operiunt.

DE ALTARE.
Caput XLVII.

ALtare autem illud corpus Chriſti ſignificabat, ſiue omnes ſanctos: in quib. ardet ſemper diuinitus ignis, & ſemper cõſumitur caro.

DE MENSA. CAPVT XLVIII.

POſita uerò menſa pacis & fidei, eccleſiæ geſtabat typum, in qua paſcimur alimẽtis ſcripturarum: ad cuius unitatem ex toto orbe uocibus Apoſtolicis Dei populus cõgregatur, Salomone dicente: Sapientia ædificauit ſibi domum, parauit ſuam menſam, miſcuit uinum in cratere, & reliqua, dicens: Venite & edite de meis panibus.

DE CANDELABRO ET OLEO.
Caput XLIX.

CAndelabrum illud ſeptem calamorum ſpiritus ſancti geſtabat imaginẽ, qui ſeptiformi gratia illuſtrat eccleſiam omnem, in unitate fidei conſiſtentem. Alij idem candelabrũ, Chriſtum intelligunt, geſtantem ſeptem eccleſias: in quibus ſeptiformis ſpiritus ſancti ſplendore micat. Huic candelabro fiunt emunctoria, quæ in Eſaia forcipes nuncupantur. Et hæc quidam duo teſtamenta interpretati ſunt, quibus peccata purgantur, quæq; inter ſe ſancti ſpiritus unione ſociantur. Extra uelum aũt teſtimonij, quod oppanſum eſt, candelabrum ardere pręcipitur: quia ſine ullo ueteris teſtamenti uelamine ſancti ſpiritus iam ueritas fulget. Oleum uerò, qđ de arboribus oliuarum ſumendum Deus præcepit, eandem gratiam ſpiritus ſancti oſtendit: habentem in ſe pacem & miſericordiã per ſaluatoris aduentum, unde in cordibus noſtris lumen ueritatis accenditur.

DE TABERNACVLO.
Caput. L.

SEquitur nunc figura tabernaculi, quod iubente Domino Moyſes fabricare iubetur. Tabernaculum hoc per allegoriã eccleſia eſt, in huius uitæ eremo conſtituta. De quo pſalmiſta ait: Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum. Varijs igitur ſpeciebus in ſtruitur tabernaculum, partim precioſis, partim uilioribus. per quod monſtratur alios ſanctos, alios eſſe peccatores in eccleſia. Fideles autem omnes, & intra corpus eccleſiæ conſtitutos: infideles uerò extra ſinum collocatos. Ipſum autem tabernaculum cum in typo eccleſiæ fieret, columnas eius quatuor fundari argẽteas Dominus iubet. Colũnæ iſtæ quatuor Euãgeliſtæ ſunt, ſanctæ firmitate fidei ſolidati. Argenteæ autem dicuntur propter diuini eloquij claritatem. Harum columnarum baſes prophetæ ſunt, qui ſuo geſtamine ſtructuram portant eccleſiæ. Supra firmamentum enim prophetarum Euangeliſtę collocant eccleſiam, eorumq; authoritate Euangelicam fidem confirmãt. Caput autem columnarum aureũ, ille eſt, de quo dicit Apoſtolus: Quia caput uiri Chriſtus eſt.

DE COLVMNIS ET BASIBVS, & capitula. Caput LI.

INterim & tabulas deauratas erigi præcipit, & effundi earum baſes argẽteas iubet. Quid enim per tabulas niſi doctores & Apoſtoli extenſa in mundum prædicatione dilatati? Quid per baſes argenteas, niſi ut prædictum eſt, prophetæ ſignantur, qui ſuper impoſitas tabulas firmi ac iuſiles ſuſtinentur: quia Apoſtolorum & doctorum uita, dum eorum prædicatione inſtruitur, eorum authoritate ſolidatur. Vnde & cõiunctæ binę baſes ſingulis tabulis ſupponũtur: quia dum prophetæ ſancti in uerbis ſuis de mediatoris incarnatione cõcordant, ſubſequẽtes prædicatores eccleſiæ indubitanter ædificant: & cum in ſemetipſis non diſcrepant, illos in ſe robuſtius figunt. Vnde & bene pelles arietum ſibi ſubiecit, ut per arietes duces præpoſitosq; eccleſiarum oſtẽderet: qui quia deſeruire curis temporalibus non timent, oportet ut tentationum uentos & pluuias de huius mundi contrarietatibus portent. ut hi qui intra eccleſiam ſpiritaliter quaſi byſſus & hyacinthus & purpura fulgent, ſecuri interius reſplendeant, dum præpoſiti & rectores eorum contra procellas & turbines ſeculi foris laborant.

DE OPPANSO VELO IN MEdio tabernaculi. Cap. LII.

QVod uerò in medio tabernaculi uelũ extenditur, & exteriorum pars ab interiore ſeparatur: illud ſignificat, quod nunc populus eccleſiæ ea quæ promiſſa ſunt, uel oppanſa, quouſq; adueniant, uidere non liceat. Sic enim & Apoſtolus ait: Nunc uidemus per ſpeculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Quãdiu igitur in hoc mundo ſumus, tanquã per ſpeculum ueritatẽ uidemus: poſiti quaſi in ſancta, nondum peruenientes ad ſancta ſanctorũ. Sancta enim eſſe poſſunt ea quæ in præſenti ſeculo habere ſanctã conuerſationem poſſunt: ſancta uerò ſanctorum, in qua ſemel tantũmodo intratur, ad cœlũ quippe eſt tranſeundũ, ubi eſt propitiatorium & cherubin, ubi & mundis corde apparere poterit Deus. In qua tamen conuerſatione cõſtituti, nõ ſine adiutorio ſpiritus ſancti conſiſtimus.

conſiſtimus. habemus enim ex uno ſpiritus ſancti fonte ſeptem lucernas, quę illuminent populũ eccleſiæ, id eſt, ſeptemplicem Domini gratiã miſſam in uniuerſo orbe terrarũ, quæ populos eccleſię fulgore ſancti ſpiritus diuerſa chariſmatũ claritate illuſtrat. Poteſt quidẽ hoc oppãſum uelum, quod partem tabernaculi interioris occultabat, ne proſpicerentur illuc repoſita: tempus illud ſignificari, quod fuit ſub lege: quia q̃ lex & prophetæ cecinerunt, occulta erãt: & interiecto uelamine uidere non poterant, ſed poſteaquã Chriſtus adueniens tẽpore paſsionis, uelum illud à ſummo uſq; ad deorſum diſrupit, omnia illa quæ antea erãt occulta, per Domini paſsionem ad noſtram fidem ſunt reuelata, dicente Apoſtolo: Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, quia ſpiritus omnia ſcrutatur, & ea quæ ſunt alta Dei.

DE DIVERSIS DONARIIS AD *conſtructionem tabernaculi.* Caput LIII.

OFferuntur autem uno ſtudio, & tamen diuerſa donaria ad conſtructionem tabernaculi: iuxta quod ſcriptũ eſt, Aurum & argentũ, ęs, lapides precioſi. Tunc præterea byſsũ coccũ, hyacinthum, & purpurã: pelles etiã arietũ rubricatas, & pelles hyacinthinas: ſed & ligna imputribilia, pilos quoq; caprarum ad conſtructionem tabernaculi, ſed & quicquid incultũ, & ad ueſtes ſanctas neceſſarium erat, uiri cum mulieribus prębuerunt: armillas & inaures, & annulos: & dexteralia, omne uas aureum in donaria Domini ſeparatũ. Siquis habuit hyacinthum, purpuram, coccum bis tinctum, byſſum, & pilos caprarum. Figura itaq; prioris tabernaculi, eccleſiæ typus eſt. Per hæc itaque munera, ſignificantur meritorum dona, quibus ornatur eccleſia. Fides eius auro cõparatur, ſermo prædicationis argento. Quod uerò in ornamento, ſiue tabernaculo neceſſaria ſunt, uiri cum mulierib. præbent: hoc ſignificat, quia intra eccleſiam uirtutes fortiũ, quæ per uiros exprimuntur, exigua opera infirmorũ, quę per mulieres intimantur, omnia locum inueniunt, quia ad uſus ſanctæ ędificatiõis accipiuntur. Collatio uero ipſa nõ fit neceſsitate, ſed ſponte: quia fides ſpontanea eſt. Nam per armillas, quæ lacertos aſtringunt, præpoſitorum ualde laborantiũ opera demonſtrãtur. Per inaures ſubditorũ obedientia exprimitur. Per anulos ſignaculum ſecretorum oſtenditur. Vnde & quædam minus intelligentium occultantes, quaſi ſub ſignaculo recondunt doctores, ne indignis quibuſque dei ſacramenta credantur. Vnde & iuſtus lætatur, & dicit: In corde meo abſcõdi eloquia tua, ut non peccem tibi. Porrò per dextralia, opera bona & dextera cõmemorantur. Per uas aureum, in donaria Domini ſeparatũ, diuinitatis intelligentia accipitur. quæ tanto ab infirmorũ amore diſiungitur, quanto ad ea ſola quæ terrena ſunt à mãdato ſubleuatur. Porrò per hyacinthum ſpes cœleſtium præmiorum oſtenditur: per purpuram cruor ac tolerantia paſsionum, amore regni perpetui exhibita declaratur. Per bis tinctum coccum, charitas demõſtratur: quæ perfectione ſui bis tingitur, qui à Dei & proximi dilectiõe decoratur. Per byſſum immaculata carnis incorruptio, & ſplendidiſsimus ſanctimoniæ candor oſtenditur. Byſſus enim linum eſt candidum. Per pilos autem caprarum, ex quibus ciliciorum aſperitas texitur, dura pœnitentiæ afflictio deſignatur. Dum igitur alij per armillas & annulos forti magiſterio exercentur, alij per inaures & dextralia deuotam audiendi obedientiam, rectamq; operationem exhibent, alij per uas aureũ præclaram ſubtilioremq; Dei intelligentiã tenent, alij per hyacinthum, purpuram & coccum audita cœleſtia ſperare, credere, amare, non deſinunt, etiam quæ adhuc ſubtiliore intellectu minimè cognoſcunt. alij per byſſum incorruptionem carnis offerunt. Alij per caprarum pilos deplorant aſperè, quod libenter admiſerũt. Ecce ex tanta diuerſitate operum unum conficitur tabernaculum, ſicut ex diuerſo puluere unus compingitur terræ globus infuſione ſancti ſpiritus irrigatus. iam porrò ligna ſethim imputribilia, omnes ſancti intelliguntur, mente & corpore incorrupti; neq; cum ſeculo pereũtes, ſed permanentes æterni. Lapides quoque precioſi, confeſſores, Apoſtoli, ſacerdotes, omnesq; iuſti, quos etiam lapides uiuos beatus Petrus Apoſtolus dicit: Vt ſitis, inquit, lapides uiui, coædificati in templo Dei. hæc igitur omnia offeruntur in tabernaculo Dei, ut nullus deſperet ſalutem. offert & alius aurum, ſenſum: alius argentum, eloquium: alius uocem æris, ſicq; fiunt multa in tabernaculo. Menſa ſcilicet & cãdelabrum, altare, columnæ, baſes, tabulæ, crateres, ſcyphi, thuribula, phialę, mortariola, & emunctoria, paxilli, tentoria: quibus diuerſitatibus tota illa tabernaculi, id eſt, eccleſiæ pulchritudo diſtinguitur. Nam tabernaculum eccleſia eſt, in qua eſt menſa, id eſt, unitas fidei: uel certè ſcriptura ſacra, qua uniuerſi fideles ſpiritali cibo paſcuntur. Candelabrum quoque cum ſeptem lucernis, Chriſtus eſt cum ſeptem eccleſiis. Emunctoria quoq; eius, hoc eſt geminum teſtamentum: & columnæ, doctores ſancti, firmitate fidei ſolidati: nec non & baſes, id eſt, prophetæ ſuo fundamine ſtructuram geſtantes eccleſiæ. Ibi etiam & tabulæ, Apoſtoli, prædicationis fidei dilatati. Tentoria, præpoſiti uidelicet & prædicatores, qui ſtrictius laborant cõtra huius ſeculi turbines. Sunt ibi & crateres, i. diſtributiones hominum. Sunt & paxilli, hoc eſt, principes eccleſiæ, in quibus pendent omnia genera populorum quaſi uaſorum. Scyphi quoque, doctrinæ eloquia, ſiue ſenſus: nec non & thuribula, uirtutes ſcilicet operum, uel orationes ſanctorum, quibus odor ſuauitatis aſcẽdit ad Dominum. Phialæ quoq; Apoſtoli & doctores, pleni uitalib. aquis. Ibi lilia, uirginitatis candor: ſiue mortariola, laborum paſsionumq; tolerantiæ, quibus mortificantur membra pœnitentiũ. & hę quidem ſpecies diſpẽſationesq;

donorum

Digitized by Google

donorum ſunt diuiſę per ſpiritum ſanctum fidelibua, ut in ſingulis diſtributionibus perfectum Chriſti tabernaculum cōſtruatur, in quibus habitat Deua in medio ſanctorum.

DE VNGVENTO QVO PER VNgitur tabernaculum. Cap. LIIII.

POrro unguentum, quo perunguitur tabernaculū, chriſma eſt, quo unguitur populua fidelis in eccleſia, in quibus diuinitaa tanquam in tabernaculo habitat. Poteſt quidem unguētum hoc intelligi etiam uirtutes ſanctorum, ſiue odor iuſtitiæ longè lateq; diffuſus. De quo dicit Apoſtolus: Deo autem gratiaa, qui triumphat noa in Chriſto Ieſu, & odorem iuſtitię ſuę manifeſtat per nos.

DE INCENSO COMPOSITO. Caput LV.

INcenſum autem quod ex quatuor odoratiſsimis generibus in maximā ſubtilitatē cōminutis, id eſt, ſtacte, oniche, galbano & thure cōponitur. Hæc in forma orationū fideliū conſtituta, beati Ioannis Apocalypſia oſtendit: Et illi quidem uiginti quatuor ſeniores prociderunt ante agnum, habentes unuſquiſq; citharas & phialas aureas, plenas incenſo, quę ſunt orationes ſanctorum. Quāquam & ſpeciem quatuor elementorum horum quatuor odorum naturæ ſignificare uideantur, ut thua quod perlucidū eſt, aeri compareturiſtacten uerò aquis, galbanus & onyx terræ atq; igni, ut per hæc omniū quæ in cœlo & infra cœlū, & in terra & in aqs ſunt, placitum Deo Incenſum ſit, hic creaturæ laudis oratio. Sanguis autem ille, quo Moyſes populum aſpergit ac purificat, & tabernaculū teſtamenti, omniaq; quæ in eo erant dicens: Sanguia hic ſanguis teſtamenti, mirifice Dñi Ieſu ſanguinē prædicare monſtratur, quo omniū credentium corda purgantur, quo fides eccleſiæ ſignatur, quo omnis populus, id eſt, Chriſti corpus omnis rabernaculi ſanctificatur, dicente Dño diſcipulis: Hic eſt ſanguis meua noui Teſtamēti, qui pro multis effundetur: ad implēdū in ueritate id, quod per Moyſen fuerat oſtēſum in imagine.

DE VESTE PONTIFICIS. Caput LVI.

IAm nunc indumenta pōtificis quæ ſint, quęq; potiua ſignificent, demonſtrandū eſt. Sacerdotē autem Aaron illum ſignificari, ad quē dicitur: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Veſtis eiuſdem ſacerdotis eccleſia eſt, de qua dicit Apoſtolus: Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiā, non habētem maculam aut rugam. Quatuor colorea, ex quibua ueſtia eius cōtexitur, meritorum eſt diuerſitas, quę intra ſanctam eccleſiam in Chriſti corpore rutilat. Poderem autem illam, id eſt, ſacerdotalem lineam, incarnationem Chriſti accipimus, quę de terra eſt, & ſignificatur in pedibus. Linū enim de terra oritur, cidarim ſuper caput eius, & aureā laminā, ſplendorem diuinitatis intelligimus, ut nos quidem ſecundū hominem podere, ſecundum Deū cidari ornati eſſe uideamur. Fœminalia uerò illa quę induit, caſtitatē corporia Chriſti, & integritatem oſtendit. Cingulū uerò illud, quo ſacerdotale pectus aſtringitur, chorus ſanctorum uel concordia figuratur; qui in unitate fidei Chriſtum amplectūtur: tunica autem illa talaris, à capite uſq; ad plātas dimiſſa, eadem eccleſia Chriſti uſq; ad finem temporū permāſura. Hæc ueſtia tota ſit hyacinthina. Hyacinthus enim aerio colore reſplendet: ſcilicet ut omnia eccleſia, quę ſurſum ſunt, ſapiat, et tota ad amorem cęleſtium ſurgat. Mala autem punica in inferioribus poſita, eiuſdem eccleſiæ unitatem declarāt. Nam ſicut in malo punico uno exterius cortice, multa interiua grana muniuntur: ſic in numero ſanctæ eccleſiæ populoa unitas fidei contegit, quoa Intus diuerſitas meritorum tenet. Tintinnabula uerò inter mala granata teſtimonia conſonantia, propheticæ intelliguntur, & doctores ſancti in medio eccleſię collocati, quorum lingua doctrinæ ſcientia reſonat. Tangit utraſq; aciea tintinnabuli, id eſt, partes legia & Euangelij. Hæc autem tintinnabula in extremo ueſtimento ſunt poſita, idcirco & de fine mundi, & de uita futura diſputantea, nunquam ſileant. Superhumerale autem, pallium Saluatoris inſinuat poteſtatem & regnum. ſicut ſcriptum eſt: Principatus eius ſuper humeroa eiua. Duos autem lapidea ſmaragdini inſuper humerali à dextera & læua poſiti, duo ſunt populi: gentilia dexter & Iudęua, qui fuit aliquando dexter, ſiniſter eſt. Habētes in ſe ſculpta nomina duodecim patriarcharum id eſt, ad imitandum uitæ exemplar ſanctorum Apoſtolorum. Alij eoſdem lapides duoa, duo teſtamenta dixerunt ſiue literam & ſpiritum, in quibus tenentur legis uniuerſa myſteria. In dextera ſpiritus, in læua litera. Rationale uerò pectori ſuperpoſitum, quaterno lapidum ordine diſtinctum: ſermonem figurat Euangelicū, qui quadruplicato ordine ueritatem fidei nobis & doctrinam trinitatia exponit, cui conuenit in gemmis apoſtolicua ſermo tam uirtute q̃ numero. Hoc autem rationale duplex eſt: quia Euangelicæ doctrinæ ſcientię doctrina ſcientia operta eſt & abſcōdita, ſimplex & myſtica. Itē idē ſacerdos Chriſtua, non incōgrue interpretatur in membris ſuis, & maxime in pontifice, qui moratur in ſanctis, & offert uictimam pro populo carnia immaculati agni, ſacro ordine conficiens Primo enim quod in Aaron pectore rationale iudicij uittis ligātibus imprimitur: ſignificat ut ſacerdotale cor nequaqitam cogitationes fluxæ poſsideant: ſed ratio ſola conſtringat, quod etiam rationali uigilanter adiungitur, ut duodecim patriarcharum nomina deſcribantur. Scriptos etenim ſanctos patres ſemper in pectore ferre debent, quorum exempla imitari non ceſſet: & quod in utroque humero ſacerdoa uelamine ſuperhumeralis aſtringitur, ut contra aduerſa ac proſpera uirtutum ſemper ornamento muniatur. Et q̃ ſuperhumerale ex auro, & hyacintho & purpura bis tincto

Digitized by Google

cocco & torta fieri byſſo præcipitur: quantum ſacerdos clareſcere uirtutum diuerſitate debeat, demonſtratur. In ſacerdotis quippe habitu aurum fulget, dum intellectu ſapientię emicat, cui hyacinthus, qui aerio colore reſplendet, adiungitur: ſcilicet ut omne quod tractat, ad amorem cœleſtium ſurgat. huic admiſcetur regalis purpura, ut ſuggeſtiones uitiorũ ueluti expoteſtate regia comprimat. Coccus quoque bis tinctus ipſius ſuperbumerali adiungitur, ut ante interni iudicis oculos omnium uirtutum bona ex charitate decorentur: quia charitas, quę in dilectione Dei & proximi pendet, quaſi ex duplici tinctura refulget, cui bis tincto cocco torta byſſus adiungitur. De terra enim byſſus nitente ſpecie oritur, per quod candens decor munditiæ corporalis caſtitas deſignatur: quæ uidelicet torta pulchritudine ſuperbumerali innectitur, quia tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abſtinẽtiam caro affligitur. Siquidem & baltheo præcingitur, per quod rerum incentiua & luxurię libidinum reſtringantur. Tabernaculum autem ſacerdos ingrediens, in tunica tintinnabulis ambitur: ut uidelicet uoces prædicationis habeat ne ſuperni inſpectoris iudicium ex ſilentio offendat. Mala quoque punica tintinabulis coniunguntur, ut per eius doctrinam fidei unitas deſignetur. Quod autem in prima parte tabernaculi quotidie ſacerdos ad immolandas hoſtias introibat, inſtantia nobis quotidiana præcipitur, ut ab hoc loco ubi populus Dei cœleſtibus uocibus eruditur, nunquam abſcedamus: ſed quotidie confeſsionis & laudis ſpiritale ſacrificium offeramus, id eſt, humilitatem animarum noſtrarum, quæ ſunt ueræ hoſtiæ, ſicut ſcriptum eſt: Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus. Illud autem quòd ſemel in anno põtifex relicto populo ingrediebatur in ſancta ſanctorum, ubi erat propitiatorium: ſignificat pontificem noſtrum Dominũ Ieſum Chriſtum, qui in carne poſitus per totum annum erat cum populo annum illum, de quo ipſe dicit: Euangelizare pauperibus miſit me, & uocare annum Domini acceptum, & diem propitiationis. Iſte ergo ſemel in anno in die propitiationis intrat in ſancta ſanctorum, id eſt, completa diſpenſatione penetrauit cœlos, intrans ad patrem, ut eum propitium humano generi faciat, & exoret pro omnibus in ſe credentibus.

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI QVAESTIONVM SVPER EXODVM, FINIS.

Venerabilis Bedæ presbyteri, Quæſtionum ſuper Leuiticum, ex dictis patrum, Dialogus.

DE QVATVOR GENERIBVS PRINCIPALIVM OBlationum. *Caput I.*

IN EXORDIO Leuitici quatuor genera principaliũ oblationũ deſcribuntur, quę in odorem ſuauitatis Domino offerri iubentur. id eſt, primum, uitulus de armẽtis ſine macula: ſecundum, agnus de ouibus: tertium, turtur & columba: quartum, ſimilago conſperſa azyma, oleo uncta, & clybano cocta. Reliqua autem ſacrificia pro qualitatum cauſarum in perſona populi offerebantur. Primum itaq; ſacrificium uitulum ex armentis Chriſtum demonſtrat, ex patriarcharum progenie deſcendentem: hic aratro crucis ſuæ terram carnis noſtræ edomuit, atq; ſpiritus ſancti ſemen uirtutum fruge ditauit. Iſte uitulus ſine macula eſt, quia ſine peccato ad paſsionẽ ducitur. Offertur autem non in tabernaculo, ſed ad hoſtium eius. quia extra caſtra paſſus eſt Chriſtus. per filios autem Aaron ſacerdotis offertur ſanguis eius, quod de Anna & Caipha intelligitur: quia conſiliũ facientes effuderunt ſanguinem Chriſti. Secunda hoſtia de ouibus, agnus oblatus idem Chriſtus propter innocẽtiam figuratur. Hic eſt agnus qui apud Eſaiam in ſacrificium adducitur, & ab Iohanne omnibus demõſtratur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Bene ergo in ſacrificio agnus offertur, ut innocentiæ & paſsionis Chriſti figura demonſtraretur. Bene & hœdus, quia per eius mortẽ author peccati diabolus agnoſcitur iugulatus. Tertium ſacrificium dicitur turtur & columba: turturẽ carnem Chriſti manifeſtum eſt eſſe, Salomone dicente: Speciosæ genæ tuæ ſicut turtur. Columbã ſpiritus ſancti figuram habere Ioannes baptiſta declarat, dicens: Super quem uideris ſpiritum ſanctum deſcendentẽ ſicut columbam, hic eſt filius meus: ac per hoc turturem & columbam, id eſt, carnem Chriſti ſpiritu ſancto ſociatum per myſterium paſsionis, ſacrificium Deo in odorem ſuauitatis. Iſta tria ſacrificia offert homo, id eſt, Chriſtus Ieſus. Quartum autem anima offert, id eſt, eccleſia offert ſacrificium de ſimila eccleſiæ catholicæ figuram pronuncians, quę ex conuenientibus membris quaſi ſimila ex multis credentium granis collecta eſt, & legis & Euã-

geliorum

geliorum mola inter literam & ſpiritũ ſeparat: per aquam baptiſmatis adunatam, chriſmatis oleo per unctam, ſancti ſpiritus igne ſolidatã, per humilitatem ſpiritus Deo placens effecta. Hæ ſunt quatuor oblatiões, quadriformẽ Chriſti & eccleſiæ habitum demonſtrantes.

DE FIGVRIS HOSTIARUM. Caput II.

HOſtiarum diuerſitates exequitur, quarũ typus imaginem paſsionis Chriſti præferebat. Nam poſtquam ipſe oblatus eſt, omnes hoſtiæ ceſſauerunt, quæ in typo uel umbra eiuſdẽ præceſſerant. figurãres illud ſacrificium, quod unus & uerus ſacerdos obtulit mediator Dei & hominum, cuius ſacrificij promiſſas figuras in uictimis animalium celebrare ante oportebat, propter mundationem futurã carnis & ſanguinis: per quam unam uictimã fieret remiſsio peccatorum, de carne & ſanguine cõtractorũ, quę regnum Dei non poſſederunt, quia eadem ſubſtãtia corporalis in cœleſtẽ commurabitur qualitatem. Ipſe enim in uitulo, propter uirtutem crucis offerebatur. Ipſe in agno propter innocentiam. In ariete propter principatum. In hirco, propter ſimilitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatũ. In turture & columba, propter Deũ & hominẽ: quia mediator Dei & hominis in duarum ſubſtantiarum cõiunctiõe oſtendebatur. Porrò in ſimilaginis cõſperſione credentium, per aquam baptiſmatis collectam eccleſiã, quæ corpus eſt Chriſti, perſpicuè demonſtrabat. Nos autẽ moraliter munus Deo uitulum offerimus, cum carnis ſuperbiam uincimus: agnum, cũ irrationabiles motus & inſipienres corrigimus: & hœdum, dum laſciuiam ſuperamus: columbam, dũ ſimplicitatem mentis oſtendimus. turturem, dum carnis ſeruamus caſtitatem: panes azymos, dum non in fermento malitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & ueritatis ambulamus.

DE IGNE SACRIFICII. Caput III.

IGnis in ſacrificio id ſignificabat, uelut abſorbens mortem uictoria. In eo autem populo hæc ritè celebrata ſunt, cuius regnum & ſacerdotium prophetia erat uẽturi regis & ſacerdotis, ad regendos & congregãdos fideles in omnibus gentibus, & introducendos in regnũ cœlorũ, ad ſacrarium angelorum, & ad uitam æternam. Huius itaq; ueri ſacrificij ſicut religioſa ſacramenta Hebræi celebrauerunt: ita ſacrilega imitamenta pagani, quæ immolanr gentes, ut air Apoſtolus, Dæmonibus immolant, & non Deo. antiqua enim res eſt, & prænũcia tiua immolatio ſanguinis, futuram paſsionem mediatoris ab initio generis humani reſtificans. Hanc enim primus Abel obtuliſſe, in ſacris literis inuenitur.

QVOD MEL IN DEI SACRIFICIO NON OFFERATUR. Caput IIII.

QVod mel in Dei ſacrificium non offertur, indicat apud Deum nihil uoluptuoſum, nihil ſuaue huius mundi placere, nihil quod non habeat mordacitatis aliquid ueritati fore acceptum. Vnde & paſcha cum amaritudinibus manducatur.

QVOD SAL IN OMNIBVS SACRIFICIJS ADMIſCEATUR. Caput V.

E Contrariò admiſceri in omnibus ſacrificijs ſal iubetur, ſcilicet ut omnia quæ ad Chriſti honorem offerimus, ſal rationis ac diſcretionis ſemper accipiant.

QVOD IN SACRIFICIIS OLEUM OFFERATUR. Caput VI.

QVod uerò in ſacrificio oleum offerebatur, ſignificat: ut quicquid ad cultum Chriſti, & deuotionem ſanctorum impẽdimus, totum cũ hilaritate faciamus: nihil ut ait Apoſtolus, ex triſtitia aut ex neceſsitate. hilarem enim datorem diligit Deus. Oleum uerò hilaritatem ſignificat. ſicut ſcriptum eſt, Vt exhilaret faciem eius in oleo.

DE SACRIFICIO EIVS QVI SACRAMENTUM PROTULIT, & ABLUTIONEM. Caput VII.

DE eo autem qui iuramentum obtulit, ut uel male uel bene quid faceret, atq; hoc ipſum oblitione tranſcendit, dicitur: Offerat agnum de gregibus, ſiue capram, orabitq; pro eo ſacerdos, & pro peccato eius. Sin autem non poterit offerer pecus, offerat duos turtures, uel duos pullos columbarum: unum pro peccato, & alterum in holocauſto. Iuramentum namq; proferre, eſt uoto nos diuinę ſeruitutis alligare: & cum bona opera promittimus, bene nos facere ſpondemus. Cum uerò abſtinẽtiam cruciatũq; carnis noſtrę uouemus, malè ad præſens nobis facere iuramus. Sed quia nullus in hac uita perfectus eſt, quamlibet Deo deuotus ſit, qui inter ipſa quantulumcunque pia uota, pro peccato agnus offerri de gregib. ſiue capra præcipitur. Quid enim per agnum, niſi actiuæ uitæ innocẽtiam. Quid per capram, quæ in ſummis ſępè extremiſq; pendens rupibus, paſcitur, niſi contẽplatiua uita ſignatur. Qui ergo ſe cõſpicit promiſſa hæc & propoſita non impleſſe, in ſacrificium Dei ſe ſtudioſius debet, uel innocentia boni operis uel in ſublimi paſtu contemplationis accingere. Et bene agna de gregibus, capra uerò offerri de gregibus non iubetur: quia actiua uita multorum eſt, contemplatiua paucorum. Ec cum hęc agimus, quæ multos agere & egiſſe conſpicimus, quaſi agnum de gregibus damus: ſed cum offerẽtis uirtus ad agnam caprãq; non ſufficit in remedio pœnitentis, adiungitur ut duo columbarum pulli uel turtures offerantur. Scimus quia columbarũ pulli uel turtures pro cantu gemitus habẽt. Quid ergo per duos

columbarum

columbarum pullos, uel turtures duos, niſi duplex pœnitentięq́ noſtræ gemitus deſignatur, ut cum ad offerēda bona opera oon aſſurgimus, noſmetipſos dupliciter defleamus: quia & recta non fecimus, & praua operati ſumus. Vnde & unus turtur pro peccato, alter uerò offerri in holocauſtum iubetur. Holocauſtum namq; totum incenſum dicitur. Vnum ergo turturem pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitū damus: de altero uerò holocauſtū facimus, cū pro eo quod bona neglextimus, noſmetipſos funditus ſuccendentes igne doloris ardemus.

DE FILIIS AARON EXTINctis. Caput VIII.

FIlij autem Aaron, qui imponētes altari ignē alienum, igne diuino exuſti ſunt: illos ſignificauerunt, qui Dei traditione contempta alienas doctrinas appetunt, & magiſteria humanæ actionis inducunt, quos increpat Dominus & obiurgat in Euangelio dicens: Reijcitis mādatum Dei, ut traditionem ueſtram ſtatuatis. Videtur & ignem alienū incendere, quiſquis corporeæ uel ſecularis alicuius cupiditatis ignem in ſacrario ſuo cordis accedens, audet altarijs Domini appropinquare, quæ nō recipiunt, niſi illius ignis accenſionem. De quo ait Dominus: Ignem ueni mittere in terrā. Hoc igne nos Dominus Ieſus ſemper incendet, ut illuminemur in ſenſibus, ne flagremur in uitijs.

DE DISCRETIONE CIBOrum. Caput IX.

NVnc autem de diſcretiōe ciborum, ubi lex de mundis & immundis quędam animalia ad eſum quaſi munda conceſsit, quædam uerò interdixit quaſi non munda. Primum enim ſciendum eſt, quicquid à Deo inſtitutum eſt, mundū eſſe, & in ipſa inſtitutionis authoritate purgatum. Quid ergo eſt in animalibus? igitur mores pinguntur humani, & actus & uoluntates, ex quibus ipſi fiunt mundi & immundi. Hæc itaque munda eſſe dicit. Omne, inquit, quod habet diuiſam ungulā, & ruminat in pecoribus, comedetis. quod cum diceret, non pecora, ſed mores hominum diſcernebat. Deniq; hi homines mundi ſunt, qui ruminātt, qui in ore ſemper portant quaſi cibum diuina præcepta. Hi & ungulam findunt, qa duo teſtamenta legis & Euāgeliorum credentes, ſe firmo paſſu innocentiæ iuſticięq́; uitæ conficiunt. Item Iudæi ruminant quidem uerba legis, ſed ungulam non findūt: hoc eſt, quod nec duo teſtamēta recipiunt, nec in patrem & filium fidei ſuæ greſſus ſtatuunt, propterea immundi habentur. hæretici quoq; licet ungulam findunt, in patrem & filium credentes, & duo teſtamenta recipientes: ſed quia doctrinam ueritatis in ore non ruminant, nihilominus & ipſi immundi ſunt. Nam quod adierit ſcriptura dicens: Ex omnibus quæ gignuntur in aquis, & habēt pinnulas & ſquamas, hæc comedetis: quicquid autem pinnulas & ſquamas nō habet, abominabile uobis erit. Quod ergo in piſcib. ſquamoſa & aſpera pro mundis habentur, hiſpidi & hirſuti, & firmi ac graues mores hominum approbātur: quæ autem ſine his ſunt, immuoda dicuntur, quibus leues & lubrici & infidi, & effeminati mores approbantur. Quid autem ſibi uult, quod lex dicit: Camelum non manducabis: niſi quòd de exemplo animalis uitam damnat informiem, & crimiotb. tortuoſam. Cum autem in cibum ſuem prohibet, reprehendit utiq; cœnoſam & luteā & gaudentem uitiorum ſordibus uitam: & eum leporem accuſat, reformatos utiq; in fœminis uiros damnat. Quis autem muſtelæ corpus cibū faciat, ſed furtum reprehēdit. Quis lacertam, ſed odit uitę incertam uarietatem. Quis poſtremò ſtellione ueſci poſsit, ut hæc lex magnopere prohiberet, ſed maculas mentium execratur. Quis accipitrē aut miluū, aut aquilam: ſed odit raptores uiolēto ſcelere uiuentes. Quis uulturem: ſed execratur prædam de aliena morte quærentes: ſic & cum coruum probibet, uolūtates nigras. paſſerem quoq; dum interdicit, intemperātiam eoarguit. quando noctuam, odit lucifugas uanitates. quando caradrium, nimię linguę intemperantiam. Quaodo cignum prohibet, ceruicis altæ ſuperbiā denotat. Quando ueſpertilionem, quæreotes tenebras noctis ſimiles errores. Hæc ergo paria & lex in animalibus execratur, quæ in illis quidem nō ſunt criminoſa: quia io hoc nata ſunt, ſed quia contra naturam non ex inſtitutione, ſed ex errore quęſita ſunt. Sed fuit tempus aliquando aotiquū, quo iſtæ umbræ uel figuræ exercendæ erant à populo uel gerendæ, ut abſtinendum eſſet à cibis quos inſtitutio quidem commendauerat, ſed lex interdixerat. Verū iam finis legis Chriſtus aduenit, aperiens cuncta legis, & obſcura reſerans: atq; omnia ſacramenta, quæ nobis antiquitas texerat, magiſter inſignis & doctor cœleſtis & inſtitutor reſerata ueritate pateſecit, ſub q̄ dicitur, Iam omnia munda mundis: inquinatis autē & infidelibus nihil mundū, ſed pollutæ ſunt eorum mens & conſcientia.

DE IMMVNDITIA PARIENtium. Caput X.

SEquitur quæſtio de immundieia partus, & contagione lepræ. Ait enim: Mulier quæ concepit ſemen, & peperit maſculum, ſeptem diebus eſſe immūdam, octauo purificari. Quę autem fœminam peperit, bis ſeptem diebus in immundicia ſcribitur permanere. In tabulis ergo quædam myſteria latentis areani non eſt dubium continere. Septimana enim huius pręſentis uitæ tempus uideri poteſt, quia in ſeptimana dierū conſummatus eſt mundus: in quo donec ſumus in carne poſiti, ad liquidum puri eſſe non poſſumus, niſi octaua uenerit dies, quod eſt futuri ſeculi tempus, in quo tamen die purgādus ille eſt qui uiriliter egit. ſtatim eoim mūda effici/

Digitized by Google

da efficitur mater eius quę genuit eum. purgatã namq; uitijs carnem ex reſurrectione ſuſcipiet, qui uerò nihil in ſe habuit uirile aduerſus peccatum, ſed remiſſus & effœminatus permãſerit in actibus ſuis, iſte neq; in præſentis ſeculi hebdomada, neque in futura purgabitur ab immunditia ſua.

DE LEPRIS.

Caput XI.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ dicens: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuerſus color ſiue puſtula, aut quaſi lucens quippiam, id eſt, plaga lepræ, adducetur ad Aaron ſacerdotem, uel ad unumquemlibet filiorum eius. Qui cum uiderit lepram in cute, & pilos in album colorem mutatos, plaga lepræ eſt, & arbitrio eius ſeparabitur. Lepra doctrina eſt falſa, proinde leproſi non abſurdè intelliguntur hæretici, qui unitatem ueræ fidei non habẽtes, uarias doctriuas profitẽtur erroris, ueraq; falſis admiſcẽt, ſicut & lepra ueris falſisq; locis humana corpora uariando commaculat. Huius ſcilicet lepræ inuenimus legis latorem ſex ſpecies in hominem poſuiſſe: prima capitis & barbæ, ſecunda caluitij & recaluationis. Tertia carnis & cutis. Quarta cutis corporis & cicatrices albæ cum rubore. Quinta ulceris & cicatricis. Sexta uſtionis. In capite lepram portat, qui in diuinitate patris uel in ipſo capite, ꝙ Chriſtus eſt, peccat. Caput enim uiri Chriſtus eſt. Hanc lepram habent Iudæi, Valentiniani, Marciõitę, Photiniani, Manichæi, Arriani, Sabelliani, Macedoniani, Anthropomorphitæ, Priſcilliani, Donatiſtæ, Neſtoriani, Euticiani, quiq; omnes in caluaria lepram gerunt, quia erroris ſui perfidiam aperta prauitate defendũt. In barba leprã gerunt, qui de Apoſtolis & ſanctis Chriſti peruerſe aliquid ſentiunt, atq; eos falſum quod libet prædicaſſe cõfingunt. Sicut enim barba ornamentum eſt uiri, ita ſancti Apoſtoli & doctores ornamenta ſunt corporis Chriſti. In corpore lepram habent, qui eccleſiæ detrahunt, ſicut Carpocratiani, qui negant carnis reſurrectionem: ſicut Nouatiani, qui nuptias damnant, & peccantibus pœnitentiam negant. ſicut Heraclitæ, qui inter alios errores regnum cœlorum paruulos habere non credũt. ſicut Arriani, qui uetant pro defunctis offerri ſacrificium. In carne & cute lepram gerũt, qui carnalia uel exteriora ſuadere conantur: ut Corinthiani, qui reſurrectionem futurã in carnis uoluntate exiſtimant. uel ſicut Arriani, qui dicunt in fide manẽtibus, quamuis carnaliter uiuant, non poſſe computari peccata. In cicatrice ſanati ulceris leprã portant, qui poſt cognitionem & medicinam Dei, & manifeſtationẽ Dei, quam à Chriſto ſuſcepit. Rurſum in ipſa cicatrice aſcendit aliquot indiciũ erroris, aut perfidia dogmatis ueteris. In carne uiua leprã geſtat, qui de anima, quæ uita eſt carnis, aliqd falſum exiſtimat. ſicut Luciferiani, qui dicũt animam de carnis ſubſtantia propagatam, ſicut Arabici, qui animã ſimul cũ corpore mori putant. In cicatrice uſtionis lepram habent Manichei, qui inani abſtinẽtiæ cruciatu corpora ſua exurant, & per infidelitatem non munditiam inde, ſed lepram gignunt. De talibus enim prædicabat Apoſtolus, Diſcedunt, inquit, quidã à fide attendentes uarijs ſpiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarum actione fidelib. Sed adhuc adiecit colores leprarum, id eſt, pallidam, rubentẽ, albam, liuidam, nigram, floreſcentem. Itaq; dũ pallidam lepram dicit, imbecillem & fragilem fidem animæ denotat, quę perdito colore integrę ſanitatis erroris infirmitate langueſcit. Cũ autem rubicundam lepram oſtendit, homicidij cruore mentem infectam denotat, & iniurij: cũ uerò albam, illos hæreticos, qui ſe mundos appellant, ſiue reliquos, qui de falſo merito gloriantur: ſicut Pelagius & Nouatus. Cum autem nigram uel liuidam lepram commemorat, inuidiæ & liuoris notas execratur: cum uerò nigrã inſinuat, ſacrificiorum fumo & buſto idolatriæ denigratam conſcientiam deteſtatur. Cum autem floreſcentem toto corpore, & cooperientem omnem pelliculam corporis à capite uſq; ad pedes dicit: auariciæ crimen oſtendit, quia nunc floridum & iucundum putatur hominem felicem eſſe in hoc mundo, & diuitem uideri in ſeculo. Hæc enim peſtis auaritiæ omne genus hominum quaſi totum corpus crebrò erroris iſtius contagione commaculat. Cum autem lepram, quæ habet ruborem, cum pallore permixtum: eum hominẽ denotat, qui cum ſit imbecillis animo & mendax, facile in furorẽ prorũpit & leuitate morũ cito periurat. pallor enim mentientem linguam ſignificat, rubor iracundiam manifeſtat. Eſt itaq; lepra peccati, quæ ſacrificiorũ oblationib. emundatur, id eſt, corde contrito & humiliato. Sacrificium enim Deo ſpiritus cõtribulatus eſt. Aqua qua lepra diluit baptiſmus eſt, quæ etiam ſeptem dierũ purgatione extra caſtra habetur, id eſt, per ſeptiformis ſpiritus agnitionẽ purificetur. eſt quæ iuſſu ſacerdotis aufertur, ſcilicet per doctrinã. Genus autem leprę, quod mundari omnino nõ poteſt, eorum eſt qui in ſpiritu ſancto peccãt, nec dicunt pœnitentes poſſe conſequi ueniam. De his ait ueritas: Qui peccauerit in ſpiritu ſancto non remittetur ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Quod uero iubetur leproſis ut exeant de caſtris, & ſedeant foris donec mundetur lepra eorum: intelligitur hęreticos proijci debere ab eccleſia, donec proprio errore purgentur, & ſic reuertãtur ad Dominum. eiuſmodi uerò diſſutis tunicis capite deoperto & ore obuoluto ſordere iubetur, lepræ emundationem expectãs. tali modo debet ſordere impenitentia, diſſutis tunicis, id eſt, omnibus ſecretis manifeſtatis. capite deoperto, ut à cunctis eius denunciatio uideatur ore clauſo, ne ulterius impia doceat uel loquatur.

loquatur. Sed adhuc adiecit ſcriptura, lepram eſſe in uaſis, in parietibus domus, in ueſtimēto, in trama, in ſtamine. Lepra in parietib. domus, hæreticorum congregatio denotatur, quæ per ſacerdotem purgari debet. Lepra in uaſculis, unicuiq; homini ꝓprij corporis delicta. Lepra in ſtamine uel in ueſtimento, peccata quæ extra corpus committuntur: uel quæ in ipſo corpore perpetrantur. Stamen enim anima hominis intelligitur: & trama molliſsimi corporis ſenſus.

DE SACERDOTE MAGNO ET *cultu eius.* *Caput* XII.

DIxit Dominus ad Moyſen, pontifex. id eſt, ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput ſuſum eſt unctionis oleum, & cuius manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, ueſtitusq; eſt ſanctis ueſtibus, caput ſuū nō diſcoperiet, ueſtimentum non ſcindet, & ad omnem mortuum non ingredietur omnino. Super patre quoq; ſuo & matre non cōtaminabitur, nec egredietur de ſanctis, ne polluat ſanctuarium Dei: quia oleum ſanctæ unctionis Dei ſui ſuper eum eſt. ego Dominus. Virginem ducat uxorē, uiduam & repudiatam & ſordidam atq; meretricem nō accipiat: ſed puellam de populo ſuo, ne contaminet ſemen ſuum. Sacerdos magnus inter fratres ſuos, hic eſt de quo ſcriptum eſt, cū reſurrexiſſet à mortuis: Vade ad fratres meos & dic eis, Aſcendo ad patrem meum, & ad patrem ueſtrum: ad Deū meum, & ad Deū ueſtrū. Super cuius caput ſuſum eſt unctionis oleum, iuxta quod propheta Dauid dicit: Dilexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lęticię præ participib. tuis. Cuius conſecratæ ſunt manus: iſte conſecratas habet manus, dum eas in paſsione extēdit pro expiatione totius ſeculi. ueſtimentum eius non ſcinditur, id eſt, non patitur diuidi in hæreſes & ſchiſmata eccleſiam ſuam, quę illi inhærendo ueſtis eſt propria, cuius indumenti figura fuit tunica illa Ieſu inconſutilis: ſed per totum textilis quę in paſsione eius non ſcinditur, ſed indiuidua à poſsidente ſeruatur. Ad mortuum non accedat, quia peccatū non fecit. Per peccatum enim mors intelligitur, ſicut ſcriptū eſt: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. In patre & matre non contaminabitur: in matre quidem Chriſtus non eſt pollutus, cum ante ſecula naſceretur de patre: ſimiliter in patre non eſt commaculatus, cum in ſeculo naſceretur ex matre. Solus enim ipſe in ſeculo mundus ingreſſus eſt, procedēs ex utero uirginali ſine cōtagione uirili. Nam omnes nos dū peccamus, contaminamur in patre, de quo creati ſumus, ſi in hæreſim deuoluamur. Item in matre contaminamur, ſi credēres Deo, eccleſiā in aliquid lædimus, uel libertatē matris cœleſtis indigna peccati ſeruitute fœdamus. De ſanctis non diſcedat, quia Chriſtus per ſuſceptionem carnis, ſic deſcendit in mundum, ut nunquā deſereret cœlum. Et uiduam repudiatam ac meretricem non ducat uxorem, ſed uirginem. Vidua & repudiata eſt Synagoga, de qua Dominus loquitur per Eſaiā dicens: Quis eſt liber repudij matris ueſtræ, quo ego dimiſi eam. Meretrix autē hæreſis eſt, quæ multorū errore uel libidini patet. Tales non copulantur Chriſto, niſi ſola eccleſia uirgo, quæ non habet maculam aut rugā. De qua Apoſtolus: Deſpōdi uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. dicitur quidem & anima ſponſa eſſe, ſed illa quę fidei ſimplicitate & actuum puritate incorrupta probatur. Et uirgo eſt & uidua anima, quæ diſcedens à iugo legis, Euangelij præcepta non ſeruat. Eſt & repudiata, quia peccando à Chriſti corpore ſeparatur, etiamſi non proijciatur ab epiſcopo. Eſt & meretrix, quæ ad ſe recipit amatores, id eſt, contrarias poteſtates & dæmones, qui deſiderium capiunt pulchritudinis. Pulchra namq; à Deo creata eſt anima, & ſatis decora, quę imaginem & ſimilitudinē Dei habet. Sequitur dehinc: De genere ſuo ducet uxorem: animā ſcilicet, quæ ei fide coniungitur: nec contaminabit ſemen ſuum, id eſt, uerbum Dei, quod in eccleſia prædicatur. Sicut in Euangelio ſcriptum eſt: Ne dederitis ſanctum canib. neq; mittatis margaritas ueſtras ante porcos, ne conculcent eas pedibus ſuis. Hucuſq; quæ de ſummo ſacerdote prædicata ſunt, myſticè ad Chriſtum pertinuerunt. Dehinc ea ipſa ſic interpretantur in mēbris ſuis, & maximè in ſacerdotib. ad quos pertinent ſpiritalia ſacramenta, qui etiā quantis polleant priuilegijs, breuiter percurrendū eſt. Dicit enim de eo: Caput, inquit, ſuum non diſcooperiat, id eſt, ut ſacramenta Chriſti, qui caput eſt, uelamento myſteriorum honoret: & ueſtimēta ſua nō ſcindet, ne in hæreſim & ſchiſmata tranſeat. Super omnem animā quæ mortua eſt, non ingredietur: id eſt, ad omne peccatum, quod ad mortem pertinet, nō accedet. Super patre ſuo & matre non inquinabitur: ſcilicet ne tanta indulgeat pietate parentum amorem, ut Dominum ſuum offendat & creatorē: neq; ita miſereatur propinquis, ut erga Deum uideatur culpabilis. Quāti enim epiſcopi, quāti monachi, dum curam gerunt parentum, ſuas animas perdiderunt. De ſanctis nō egredietur, ut ſemper in opere & cogitatione ſancta moretur. Qui enim loquitur, quod ocioſum & reprehenſione dignum eſt, de ſanctis egreditur, & polluit ſanctificationem Dei: quia non incedit ut ſeruus Chriſti. Viduam & repudiatā & meretricem non ducat uxorem, ſed uirginem, id eſt, nihil de uetere homine, & priſtina uoluntate amplectatur, ſed uitam omni puritate florentem poſsideat. De genere ſuo ducet uxorem: utiq; ſi uitam amplectatur ſanctorum, quorum per fidem proximus eſt. Inter hæc præcipitur ijſdem, ut miniſtrantes in templo uinum & ſiceram non bibāt, ne ebrietate & crapula & curis huius uitæ prægrauentur corda eorum: nec partem habeant in terra niſi ſolum Deum, ne dum de terrenis cogitant, ſuperna obliuiſcantur. ab

tur: ab hoc quoq; cõuiuio iubentur uicinos & mercenarios ſeparari, & ſeruis tantum ciborũ dari reliquias: & uicinus hæreticus eſt. qui proximũ ſe titulo Chriſtiani nominis aſſerit. Mercenarius Iudæum oſtendit, qui fructum obſeruantiæ legis carnaliter quærit. Cum iſtis ergo ſacerdos Dei non participat Euangelij pabulum, quod eſt ad refectionem animarum: ſed tãtummodo cum Chriſti ſeruis datur. de hiſq; ſuperferuntur altari, ſacerdoti pectus & brachiũ dextrũ: in pectore legis mundas cogitationes, doctrinæq; noticiam: in brachio dextro opera bona ad pugnam contra diabolum, & armata manu, quod corde conceperit, operum exemplo perficiat. Datur ei & de priuato maxilla, ut eloquentiam habeat. Datur & de uictimis uenter, cuius indicio diſcat luxuriam extinguere, & contemnere gulam.

DE SACERDOTIBVS, QVI NON OFferant ſacrificium. Cap. XIII.

INter hæc etiam iubetur ipſis ſacerdotib. ut nulla debilitate inſignes ſint, ne cæcus, ne claudus, uel paruo an grandi, uel torto naſo, ne fracto pede aut manu, nec gibboſus ne lippus, ne albuginem habens in oculo, ne iugem ſcabiem, ne impetiginem in corpore, ne ponderoſus: quæ omnia referuntur ad animæ uitiũ. Mores enim animæ, non natura damnatur. Nam cæcus ſacerdos eſt, qui ſcripturam ſcientiæ nõ intelligit, & quo greſſum doctrinæ uel operis porrigat, per ignorantiã neſcit. De talibus ſcriptum eſt: Speculatores eius cæci omnes. Claudus eſt, qui quidem intelligit quod docere debet, ſed tamẽ præcepta quæ docet non implet. Paruo aũt naſo eſt, qui ad tenendã menſuram diſcretionis idoneus non eſt. Grandi & torto naſo eſt, furibundus & minax, cũ ſuperbię arrogantia uel immoderata diſcretione. Fracto aũt pede uel manu eſt, qui uiam Dei quam docet, pergere non ſtudet. Gibboſus quoq; ſacerdos eſt, qui terrenæ cupiditatis põdus deprimit, & tardius ad ſuperna intẽdit. Lippus uerò eſt, cuius ingenium ad cognitionem ueritatis emicat: ſed hoc carnaliter uiuendo obſcurat. Albuginem quoq; habet in oculo, qui arrogantia ſapientiæ ſeu iuſticiæ cæcatur. Iugem uero habet ſcabiem, cui carnis petulãtia ſine ceſſatione dominatur. Impetiginem quoq; habet in corpore, qui auaritia uaſtatur in mente: quæ niſi in paruo compeſcatur, nimirum ſine menſura dilatatur. Ponderoſus uerò eſt, qui ſi turpitudinẽ non exercet opere, ſed ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mente. Talis nec ſancta ingredi, nec nomen antiſtitis poterit poſſidere: quia & terrenis grauatur deſiderijs, & expers eſt ſcientiæ ueritatis.

DE ABLVTIONE AARON ET filiorum eius. Caput XIIII.

PRæterea quid ſit illud quod iuxta præceptũ Dei Moyſes lauiſſe Aaron, & filios eius legitur: iam tunc purgationem mundi & rerum omnium ſanctitatem baptiſmi ſacramẽta ſignificabant. Non accipiunt ueſtes, niſi prius lotis ſordibus: nec ordinantur ad ſacra, niſi in Chriſto noui homines renaſcantur. Quod autem Moyſes lauat, legis indicium eſt. præceptis enim Dei lauandi ſumus, & cum parati ad indumentũ Chriſti tunicas pelliceas depoſuerimus, tunc induemur ueſte linea, nihil in ſe mortis habente: ſed tota candida, ut de baptiſmo ſurgentes cingamus lumbos in ueritate, & tota priſtinorum peccatorum turpitudo celetur. Vnde & Dauid ait: Beati, inquit, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

DE OBLATIONE PRO SACERdotis delicto. Cap. XV.

QVid autem ſibi uelit lex imaginaria, quæ iubet uitulum pro peccato ſacerdotis immolari, & ſanguine eius ſepties digito populũ aſpergi. Deinde duos hircos offerri deberi: unum in quo ſors Dñi ueniſſet occidẽdum eſſe, & de ſanguine eius, ſimiliter ut de ſanguine uituli digito ſacerdotis populum adſpergendũ. Alterum uerò, in quo omnia peccata & maledictiones totius populi imponendæ eſſent, in locum deſertum perducendum, ibiq; dimittendum: ſed prius neceſſe eſt uituli ſacrificium pãdere, & tum etiam hircorum cauſas myſteriaq; eorum narrare. Vitulus itaq; hic, qui pro peccato ſacerdotis & totius populi emundatione occidi iubetur: figuram Domini & Saluatoris noſtri in ſemetipſum portabat, qui non ſolum pro peccatis ſacerdotalis populi, uerum & pro omni humano genere, cunctis nationibus Deo patre permittente eſt immolatus. Sicut Apoſtolus ait: Qui filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. Meritò & hoc loco de huius uituli ſanguine ſepties populum digito ſacerdotis aſpergi iubetur, ut redemptio noſtra & purificatio in Chriſti ſanguine lata per gratiam ſeptemplicis ſpiritus demonſtretur. duo autem hirci, duorum populorum figuram perſpicua ratione demonſtrauerunt, propter originalem peccati præuaricationem, hircorũ formam gerentes quorum eſt ſimilitudo in Euangelio. Hœdi, id eſt, peccatores ad ſiniſtram futuri, ſed ex eis qui in Chriſto crediidiſſent, & pœnitentiam delictorum ſuorum toto corde egiſſent, baptiſmi gratiam conſecuti. hi in ſimilitudinem huius hirci, qui in ſorte Domini uenit, figuram accipiunt, cuius ſanguis cum ſanguine uituli permiſceri iubetur: ut conſortes paſſionis Chriſti effecti, participes gloriæ ipſius efficiantur. Sed quid eſt hircum in ſortem Domini uenire, niſi ut populus credentium, cuius ille figuram habebat, conſors & cohęres Domini haberetur in regno. Sicut Apoſtolus ait: Hæredes quidẽ Dei ſumus, cohæredes autem Chriſti. Alius uerò hircus, qui in ſortem Dñi non uenit, ſimilitudinẽ tenet infidelium, qui nunquã in Chriſto credrre uoluerunt. Hi utique accipiunt maledictionem totius populi, & omnes iniquitates humani generis, & proijciũtur in deſertum locum. Sed quid eſt, omnes

iniquitates & maledictiões accipere, niſi quia omnia peccata quæ ab Adam uſq; ad Chriſtũ humanũ genus admiſit, illi ſoli ſunt percepturi qui nec credere in Chriſto, nec expiari Chriſti ſanguine uoluerunt: & ſic onuſti & prægrauati iniquitatibus & maledictionib. totius humani generis, in deſertum locum projicientur, id eſt, in tenebras exteriores, ibi eſt fletus & ſtridor dentium: & in ſtagno ignis, quod eſt gehẽna, ibi ignis eorum nõ extinguetur, & uermis eorum non morietur.

DE QVAE PECORIBVS NON OFFERuntur in ſacrificio. Caput XVI.

Diuerſitas uictimarum, & quæ uel offerri debeant, uel non offerri, in hoc libro Leuiticorum dinumerãtur, ſed per comparationẽ pecorum conuerſatio hominum demonſtratur. Hom o qui obtulerit uictimam pacificorũ Domino, uel uota ſoluena uel ſponte offerens, tam de bubus quam de ouibus immaculatum offerat: ut acceptabile ſit, omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habẽs, ſi papulam aut ſcabiem, uel impetiginem, nõ offeretis ea Domino. neq; adolebitis ex eis ſuper altare Domini. Bouem & ouem aure aut cauda amputatis uoluntariè offerri poteſt: uotum autem ex his fieri non poteſt. Omne animal quod uel cõtritis uel tonſis uel ſectis, ablatisq; teſticulis eſt, non offeretis Domino, & in terra ueſtra hoc omnino non facietis. De manu alienigenę non offeretis panes Deo ueſtro. quicquid aliud dare uoluerint, quia corrupta & maculata ſunt omnia, non ſuſcipietis ea. Primo rejcitur à ſacrificio maculoſum aoimal, uel uarium, id eſt, in quibus eſt diuerſitas peccatorum, & nunc in libidine & cupiditate, nunc in diuerſis crimioibus cõmutantur. Rejicitur quidem & cęcum animal, id eſt, qui nec Deum uidet, nec opera eius facit. Fractum quoq;, id eſt, uitijs carnalibus uexatum atq; colliſum. Rejicitur & cicatricem habens, qui non digna ſatisfactione penitentiæ uulnera peccatorum deplorat; ſed adhuc ueteris morbi ſignũ per deſideria uoluntatis interius geſtat. Reprobatur & lingua amputatum, quæ Deum nõ confitetur, neq; diuinam legem meditatur. Rejicitur & papulam habens, qui pruritu libidinis & ardore concupiſcentiarum exæſtuat. Similiter & ſcabioſum, qui peccatum carnis perficit cogitatione operis. Iam uerò impetiginem habens, hęreticorum figurat collectionem, quæ frequenter ſe in eccleſiæ corpus immergit, & impetigo liuorem facit. Porrò aure amputata ſunt, qui uerbo Dei non obediunt, nõ faciendo quæ iuſſa ſunt. Qui uerò caudam habet amputatam, ille eſt qui bonum quod incipit, perſeuerantiæ fine non perficit. Porrò defectum, uel teſticulis amputatum, indicat eos, qui cum corpore uiri ſunt, turpitudinis uſu effeminantur. His ergo criminibus inuoluti à ſacrificio Domini reprobantur, nec efficiuntur conſortes paſsionis Chriſti, nec cœleſtis participes ſanctificationis.

DE CAETERIS CERIMONIIS. Caput XVII.

Sed neq; panes alienigenæ offeruntur Dño id eſt, ſuperſtitioſa doctrina hæreticorũ, ue ſtudia ſuperſtitioſa ſecularium literarum, quæ extra fidẽ ſunt, & aliena putantur. Tales enim repudiantur hoſtiæ à Domino, & rejcitur huiuſmodi ſacrificium ab eccleſia catholica.

EXPLANATIONIS IN LEVITICVM, FINIS.

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper librum Numeri, ex dictis patrum, Dialogus.

CATALOGVS MANſionum. Caput I.

DISCIPVLVS.

PRIMA nobis quæſtio oritur, cur hic liber Numeri nomen accepit?

MAGISTER. Ideo hic liber unus ex quinque libria Moyſi, Numeri appellatus eſt, eo quòd egreſſæ multitudinis Iſraeliticæ ex Aegypto in eodem perfectorũ uirorũ cõputatio & numerus teneatur insertus: in eo etiam perſectiones eorũ, & manſiones à finibus Aegypti uſq; ad locum & tẽpus, in quo Moyſes defunctus eſt, numerantur. In quo dies dedicationis tabernaculi, & oblationum modus, non ſine myſtici numeri ſacramẽto rationeq; dinumeratus eſt. Catalogus autẽ manſionum filiorum Iſrael, quę à prima uſq; ad ultimã numerantur, ſimul quadraginta & duæ ſunt. De quibus Matthæus loquitur: Ab Abraha uſq; ad Dauid generationes quatuordecim, & à tranſmigratiõe Babylonis uſq; ad Chriſtũ, generationes quatuordecim, id eſt, generationes ſimul quadraginta & duæ. Per haa currit Hebræus, qui de terra feſtinat tranſire ad cœlũ, & Aegypto ſeculi derelicto terram repromiſſionis ingreditur. Nec mirum ſi illo numeri ſacramento perueniamus ad regnum cœlorum, ſub quo Dominus & Saluator à primo patriarcha peruenit ad Virginem, quaſi ad Iordanẽ, quæ pleno gurgite fluens, ſpiritus ſancti gratia redundauit.

Prima manſio eſt Rameſes urbs, quæ in extremis finibus Aegypti erat, in qua populus cõgregatus exijt in deſerto altera die poſt paſcha in con-

in conſpectu Aegyptiorum. Rameſes interpretari quidam cõmotionem uel tonitruum putauerunt, utiq; quia cum cõmoti fuerimus ad Euangelicam tubã, excitati tonitru cũ gaudio eximus in menſe primo, quando hyems præterijt, quando uerni exordiũ eſt, quando cuncta renouantur: eximus quinta decima die mẽſis primi, in craſtinum paſchæ pleno menſis lumine poſt eſum agni immaculati: & calciatos pedes habentes de Apoſtolo & accinctos lumbos de pudicitia, & baculos in manibus præparatos.

PASCHA SECVNDI MENSIS.
Caput II.

SEcunda manſio eſt in Socoth: in qua coquũt panes azymos, & primum tendunt tabernacula. Vnde & locus nomen accepit. Socoth quippe interpretatur tabernacula ſiue tentoria. Cum ergo exierimus ex Aegypto, id eſt, à ſeculo primũ tabernacula figimus ſcientes nobis ad interiora pergendum, & ad ſanctam terram cœleſte iter accelerandum.

Tertia manſio eſt Ethan, quæ eſt in extremo ſolitudinis, in qua primũ uidetur Dominus præcedens populum in columna ignis. Ethã ſonat fortitudo ſiue profeſsio. Præparemus ergo nobis fortitudinem, aſſumẽtes perfectum robur, ut inter errorum tenebras, & confuſionum noctis ſcientiæ Chriſti lumen appareat. Dies quoque noſter nubem habeat protegentem, ut his ducibus ad terram ſanctæ repromiſsionis peruenire ualeamus.

Quarta manſio eſt Phi hahiroth, quæ eſt cõtra Belſefon. Phi hahiroth interpretatur os nobilium. Proinde aſſumpta fortitudine nobilitemur in Domino, contemnentes & Belſefon, qui interpretatur Dominus aquilonis, eiusq; ſuperbiam declinemus. Ab hac manſione profecti filij Iſrael tranſierũt per medium mare in deſerto, uiderunt Pharaonem cum ſuo exercitu pereuntem, Mariã præcinentẽ in tympanis.

Quinta manſio eſt Marah, ad quam uenerunt filij Iſrael tranſito mare poſt triduum. Marah autem interpretatur amaritudo. Poſt prædicationem enim Euangelij, & tabernacula tranſmigrantium, poſt aſſumptam fortitudinẽ fidei, & poſt baptiſmum atq; uictoriam, rurſus uenitur ad amaritudinem, ut uoluptas atq; luxuria uitę amaritudine terminetur, & per crucis lignum quaſi per cruciatum, iterũ ſuauitas compenſetur.

Sexta manſio eſt Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ: in figura duodecim Apoſtolorũ, & ſeptuaginta diſcipulorum ſecundi ordinis. De quorum fontibus doctrinę potum haurimus, & dulces fructus uictoriæ carpimus. Vnde & bene Elim uertitur in arietes fortes. ipſi enim ſunt robuſti principes, gregis duces ouium, doctores gentium.

Septima mãſio eſt iterum ad mare rubrum. Quæritur hic, quomodo poſt tranſitum rubri maris & fontes mare & Elim, rurſus ad mare rubrum uenerint: niſi forte in itinere pergẽtibus ſinus quidam maris occurrit, iuxta quem caſtra metati ſunt. Aliud eſt enim tranſire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur, etiam poſt Euangelicæ doctrinę diſciplinam, & cibos dulciſsimos triumphorũ aperire nobis interdum mare, & præterita diſcrimina poni ante oculos.

Octaua manſio eſt in ſolitudine Sin, qua tenditur uſque ad montem Synai. Interpretatur autem Sin rubus uel odium: quis poſt eaquam uenerimus in locum eccleſiæ, de qua nobis ſit Dominus locuturus, grande odium mereamur inimici.

Nona manſio eſt Daphca: quæ dicitur pulſatio, iuxta quod & Dominus ait: Pulſate, & aperietur uobis. Senſusq; manifeſtus, quia poſtquam uenerimus in locum eccleſiæ, incipimus ſacramenta pulſare.

Decima manſio eſt in Alus, quod interpretatur fermentum, quod tollẽs mulier, cõmiſcuit farinę ſatis tribus, donec fermẽtaretur totum. in hac ſolitudine murmurat populus propter famem, accepitq; ueſpere coturnicem, & mane alterius diei mãna. & nota quòd in decima manſione mãna tribuit, id eſt, poſt decalogi perfectionem angelorum panem manducare.

Vndecima manſio eſt in Raphidim, quæ interpretatur diſſolutio fortium, uel remiſsio manuum. In hac ſitienti populo fons de petra Horeb in ſimilitudinem Chriſti aqua erupit. Ibi Ieſus in typo Saluatoris contra Amalech militat, & in ſigno crucis dæmonum aduerſum nos tentamenta ſurgentia deuincuntur. Ibi uenit Iethro ad Moyſen, dans conſilium ſeniorum ſeptuaginta, & in typum eccleſiæ ex gentibus congregandæ legis imminutio Euangelio ſuggerente completur. Pulchrè autem diſſolutio ac ſanitas fortium Raphidim dicitur, uel propter diſsipatum Amalech, uel propter ſanatum Iſrael.

Duodecima manſio eſt in ſolitudine Sinai, ubi ſtatim ueniet in mente Apoſtolicus numerus. Sinai quippe interpretatur rubus, & ſignificatur eccleſia in qua nobis Apoſtoli prædicant. In hac manſione Moyſes aſcendit ad Dominum, ibiq; deſcendit Dominus in monte Synai, dãs legem populo ſuo: ibi fabricatur tabernaculum, ibi præcipitur ueritas hoſtiarum, naſorum diuerſitas, indumenta pontificis, ſacerdotum ac leuitarum cerimoniæ: ibi numerus populorum leuitarumq;, & per ſingulas tribus populi diſtributio. Oblationes quoque principum in hac manſione deſcriptæ ſunt. Duę quoque argenteæ tubæ ad promouenda caſtra ibidem fieri iubentur. Ibiq; præcipitur immundis, qui primo menſe paſchæ intereſſe non potuerunt, ut menſe ſecundo conueniant. Sed qd ſibi uelit quod hi qui longius habitant, uel immundi in anima fuerant, in ſecundo menſe paſcha iuſsi ſunt facere. Quod nimirum in typum intelligitur populi gentium, qui cum omnibus dæmonibus fornicati, immundi uidebantur in anima; ſalubri uerò confeſsione mundati, ad

ſecundam natiuitatem quaſi ad ſecundum mēſem tranſire præcipiuntur.

DE NAZARAEIS. Caput III.

IVbetur quoq; in hac manſione Nazaræis, ut uinum & ſiceram & omne quod de uuis eſt, non bibant, nec comedant: nec de uua quidem paſſa, ſed nec acetum quidem ex uino. Sed in Prouerbijs præcipitur, Potentes qui iracundi ſunt, uinū nō bibant, ne cum biberint, obliuiſcātur ſapientiæ. Quid ergo Nazarenorum nomine, niſi abſtinentium continētiumq; uita ſignatur? Hic in uino luxuria prohibetur, in ſicera omnis uoluptas terrena. Sicera enim ex diuerſo conficitur genere, ſicut uoluptas ex diuerſa uitiorum oritur paſsione. Illi enim uinum non bibunt, & ſiceram bibunt, qui ad decipiendos homines umbras quaſdam & imagines ſimulant habere uirtutum. Vua paſſa illi ueſcuntur, qui propter humanos oculos abſtinentiæ pallore inficiuntur, ut gloriam capiant ab hominibus. Acetum autem bibunt, qui poſt uitæ ſanctitatem in uetuſtatem præteritorum uitiorum labuntur, & corruptione ueteris nequitiæ delectantur. Præcipit itaque Deus, ut eos qui ſanctitatis induerunt titulum, cunctis his careant uitijs: nullamq; huiuſmodi perturbationem appetant, qui à tanta mente reuertuntur.

DE LEPROSIS, FLVXIS ET IMmundis. Caput IIII.

IN hac manſione proijciuntur de caſtris leproſi, fluxi & immundi. Leproſi hæretici, fluxi cogitatione, immundi opere, ut tanquam contacti & morbidi à caſtris eccleſiæ ſeparentur, ne contagione morum ſuorum uitam polluant innocentium.

AETAS BELLATORVM. Caput V.

IBi ab anno uiceſimo adnumerantur populi, qui ad prælium eliguntur. Sed cur ab anno uiceſimo, niſi quia ab hac ætate contra unūquēq; uitiorum bella naſcuntur. Ideoque ad pugnam eliguntur, ut habeant contra libidines conflictum, ne luxuria ſuperentur.

LEVITAE ET CVSTODES VAſorum. Caput VI.

IBi etiam ab anno uiceſimo & quinto Leuitæ tabernaculo ſeruire mandatur, & à quinquagenario cuſtodes uaſorum fiunt. Quid enim per annum quintum ac uiceſimum, in quo flos iuuentutis oboritur, niſi ipſa contra unumquēq; uitiorum bella ſignantur. Et quid per quinquagenarium, in quo & iubilei requieſcunt in æternum, niſi interna quies, edomito bello mentis exprimitur. Quid uerò per uaſa tabernaculi, niſi fidelium animæ figurantur. Leuitę ergo anno uiceſimo & quinto tabernaculo ſeruiunt, & quinquagenario cuſtodes uaſorum fiunt: ut uidelicet qui adhuc in pugnantium uitiorum certamina per conſenſum delectationis tolerant, aliorum curam ſuſcipere non præſumat. Cū uerò tentationum bella ſubegerint, cum apud ſe iam de intima tranquillitate ſecuri ſunt, animarum cuſtodiam ſortiantur. Sed quis hæc prælia perfecte ſubigat, cum Paulus dicat: Video aliā legem in membris meis, repugnantem legi mētis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Sed aliud eſt bella fortiter perpeti, aliud bellis eneruiter expugnari. In iſtis excitatur uirtus, ne extolli debeant: in illis omnimodo extinguitur, ne ſubſiſtant. Præcipit dehinc ibi lex Leuitas omnes pilos carnis radere: quia in his qui obſequijs diuinis aſſumuntur, debēt ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundi apparere, ne illicita cogitatione mens proferat, & pulchram animæ ſpeciem quaſi pilis fructificantibus deformem reddat.

DVAE TVBAE. Caput VII.

POſt hæc iubentur fieri duæ tubæ, quarum clangore populi mouentur ad prælium. Sic enim ſcriptum eſt de his ad Moyſen: Fac tibi duas tubas argēteas ductiles. Et paulo poſt: Cum conciſus clangor increpuerit, mouebuntur caſtra. Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per duo teſtamenta ſiue per duo præcepta charitatis ad procinctum fidei populus euocatur. Quæ id circo argenteæ fieri præcipiuntur, ut prædicatorum uerba eloquij nitore refulgeant, & auditorum mentem nulla ſui obſcuritate confundant. Idcirco autem ductiles, quia neceſſe eſt ut hi qui uitam uenturam prædicent, per tribulationum præſentium tonſiones creſcant. Bene autem dicitur, Cum cōciſus clangor increpuerit, mouebuntur caſtra: quia nimirum cum ſubtilior ac minutior prędicationis ſermo tractatur, auditorum mentes contra tentationum certamina ardentius excitantur. Iam ab hinc promouent filij Iſrael de monte Sina, & tranſeunt in ſepulchris concupiſcentiæ.

SEPVLCHRA CONCVPISCENtiæ. Caput VIII.

TErtia decima manſio eſt in ſepulchris concupiſcentiæ, ubi populus faſtidiens cœleſtem panem, carnes Aegyptias deſiderauit. multoſq; ſubitū uorauit incendiū, ex quibus edocemur, ut qui conuerſationem relinquimus ſeculi & Aegyptias ollas, id eſt, carnalium deſideriorum feruores contempſimus, non deberemurmurare contra cœleſtem panem, nec uirulentias Aegyptiorum deſiderare, quæ ſunt magnarum carnium, ſed ſimplicem manna cibum, id eſt, puram cœleſtemq; uitam ferre: alioquin ſi poſt percepta angelica manna, quæ eſt cœleſtis uita ſiue doctrina, rurſus carnes Aegyptias, quæ ſunt carnales huius ſeculi uoluptates, & concupiſcentias priſtinorum morum uoluerimus appetere, uorabimur nauſea, & ſtatim Domini igne torquebimur, deſideriumque noſtrum uertetur in tumulos, ut ſimus ſepulchra dealbata, quæ foris parent

hominibus

Digitized by Google

hominibus ſpecioſa, intus autē plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.

SEPTVAGINTA VIRI ELECTI. Caput IX.

IN hac manſione deſcendit ſpiritus ſuper ſeptuaginta uiros electos, & tunc Dominus deſcendit in nube, & retraxit de ſpiritu, qui erat ſuper Moyſen, & impoſuit ſuper ſeptuaginta uiros. Deſcendente enim in nube carnis Chriſto, diffuſa eſt per fidem ſpiritus ſancti gratia ſuper populos, & ſeptuaginta gentium linguis electos, uenitq; ſuper omnes donum illud uirtutis cœleſtis, quod quondam fuerat in Moyſe & prophetis.

MARIAE OBTRECTATIO. Caput X.

QVarta decima manſio eſt in ſolitudine Haſeroth: in hac Aaron ſacerdos locum incidens offenſionis, cum ſorore ſua Maria, fratri uterq; obtrectant, quod alieoigenam accepiſſet uxorem. unde ilico Maria contagio lepræ effloruit, quo loco euidēs fuit figura myſterij, quod ſacerdotalis illa plebs patrum Chriſto ſaluatori aduerſus eccleſiam congregatam ex gentib. derogaret. Ideoq; lepræ ſorde perfunditur, nec redit ad Dei tabernaculum, donec ſtatum plenitudinis gentium tempus adimpletur. Tunc enim eadem plebs priſtinam poterit recipere ſanitatem, dum eis ſeptiformis ſpiritalis agnitio ad ueniam fuerit ſuffragata.

Quinta decima manſio eſt in Rithma: quæ transfertur ſonitus, ſiue uiniperus. Ferunt autem lignum hoc ignem multo tempore conſeruare, ita ut ſi prunæ eius cinere fuerint adopertæ, uſq; ad annum perueniant. Ex quibus diſcimus poſt ſepulchra concupiſcentiæ, ſiue antra tranſire, nos ad lignum tempore multo calens, ut ſimus ſeruentes ſpiritu, & claro ſonitu, atq; in altum exaltata uoce Euangelium Domini prædicemus. Ab hac māſione uſq; ad triceſimam ſecundam hæ continentur hiſtoriæ, quæ quia non ſunt per manſiones ſingulas diſtributa, à nobis quoq; in cōmune dicentur.

DE DVODECIM EXPLORATORIBUS. Caput XI.

DVodecim exploratores mittuntur ad terram ſanctam. botrus refertur in ligno, & Chriſti breuiter paſsio demonſtratur. Murmurat populus Iudæorum gigantum impetum reformidans, pugnat contra Amalech & Chananeum nolente Deo, & uictus intelligit quæ debeat in terra ſancta exercere ſacrificia. Dathan & Abiron filij Chore conſurgunt contra Moyſen & Aaron, & terræ uoragine glutiuntur. Inter mortuos & uiuentes pontifex medius thuribulo armatus ingreditur, & currens ira Dei ſacerdotis uoce prohibetur. Virga Aaron florem profert & folium, & in æternam memoriā uirēs ſiccitas cōſecratur. Vitula ruſa cōcrematur in holocauſto, & cinis eius peculiaris aſperſio eſt, quorum quidem figuras breuiter adnotantes, ex duodecim exploratoribus incipiemus. Exploratores miſsi ad explorandam terram uberem, qui terruerunt populum ne crederent poſſe accipere terrā à Domino repromiſſam, ſcribarum & phariſæorum prętulerunt iudicium. Sicut enim illi per Moyſen miſsi ſunt, ut ſoli fœcunditatē ſollicita conſideratione tractarent: ita & iſti per legem & prophetas iuſsi ſunt, ut ſcripturarum perueſtigatione Domini cum ſpecularētur aduentum. In quo erat terra, id eſt, caro ſancta, in qua regnum Dei & ubertatem fructuum ſpiritalium, & uitam æternam conſequi poſſent. Sed ſicut illi deſperatione terruerunt populum, ne de Dei promiſsione confiderent: ita & iſti ſcribæ & phariſei iuaſerunt populo Iudæorum, ne crederent Chriſtum ad Aegyptum ſeculi huius redire cupientes. Repudiantes manna fidei, quærentes ollas peccatorum nigras, & cepas putidas blaſphemorū, & pepones uitiorum ac libidinum corruptione marcentes. Ille autem botrus uuæ, quem in ligno de terra repromiſsiōis duo aduexere uectores: botrus pendens è ligno, utiq; Chriſtus, ex ligno crucis promiſsus gētibus, de terra genitricis Mariæ ſecundum carnem terrenæ ſtirpis, uiſceribus effuſus. Duo baiuli qui ſub onere botri illius incedebant, populus eſt uterque, cuius prior eſt Iudaicus cæcus & auerſus, ignarus pendentis gratiæ, & preſſus onere ſuſpenſi, cui ſubijcietur iudicanti. De quibus dicitur: Obſcurentur oculi eorū, ne uideant: & dorſum eorum ſemper incurua. Qui uerò poſterior ueniebat, populi gentium gerebat figurā, qui credens & Chriſtum ante oculos habens, ſemper eū portans uidet, & quaſi ſeruus dominum & diſcipulus magiſtrum ſequitur. ſicut ipſe Dominus in Euangelio ait, Si quis uult poſt me uenire, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Hic eſt botrus, qui effuſus eſt in ſalutem noſtram, & uinum ſanguinis ſui, crucis contritione perſudit, atq; expreſſum paſsionis ſuæ calicem eccleſiæ propinauit. Hic eſt botrus, quem malo granato ſocia muneris gratia ſecuta eſt, noſtra ſcilicet eccleſia mater, habens intra ſe per granorū numerum multitudinem populorum, per ruborem ſanguinis Chriſti ſignaculo coruſcantē: habentem etiam intus diſtincta gratia ſicut Apoſtus ait, Diuiſa chariſmata & dona ſpiritus ſancti gratia diſtributa. quibus omnibus indignos ſe increduli iudicantes, terram carnis Chriſti fluentem lac & mel accipere non meruerunt. quam per fidem ſerui eius, id eſt, Chriſtiani populi conſecuti ſunt. de cuius doctrina quotidie dicit eccleſia: Quā dulcia faucib. meis eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo. Ficū autem, quem cum botro de terra repromiſsionis attulerunt, imaginem legis attuliſſe Euāgelicis edocemur exemplis. Sicut & botrum conſtat figuram Saluatoris oſtendere, quemadmodum in Canticis canticorum eccleſia de Chriſto dicit. Frater meus ut botrus Cypri: quia nec Chriſtus ſine lege, nec lex ſine Chriſto eſſe poterit.

DE HOMINE LIGNA COLLIgente. Caput XII.

POſt hæc quidã homo die ſabbato ligna colligens, necatur à populo. Quid autem ſoſiouat, quod tam atrociter iuſſu Dei fuerit idem ab omni trucidatus populo? Quod facile ab infidelibus proponitur. Intelligant ergo, quia hæc omnia in typo acciderunt illis. Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram. Ille autem priſtinus carnaliſq; homo, qui diem ſabbatum uiolare auſus eſt, dum ligna colligeret, propter q͛d & punitus: formam ſignificabat eius, qui hodie in Chriſto ſignatus inuenitur agere carnale opus, id eſt contrahere ligna, fœnum, ſtipulam, ad eſcam ignis æterni conuenientem: quę dum colligit in ſuam perniciem, ſi fuerit deprehẽſus, pellitur ab omnibus, & ſtatim occiditur, dum iudicatur à ſpiritalibus. Sic ergo omnia quęcũque illis Iudæis per legem acciderunt, formaliter intelligenda ſunt.

DE CHORE, DATHAN ET Abiron. Cap. XIII.

SEquitur iam excidiũ Chorę, Dathã & Abiron, qui ſibi cõtra Moyſen & Aarõ ſacerdotem ſacrificandi licentiã iudicantes, pœnas pro ſuis conatibus expenderunt. Per quos itaque ſignificantur hi, qui hæreſes & ſchiſmata facere conãtur, & multos ſecũ trahendo decipiunt, cõtemnẽtes ſacerdotes Chriſti, & ſe à clero eius plebis ſocietate ſegregantes, cõſtituere audent eccleſias, & aliud altare, precemq; alterã illicitis uocibus faciunt, Dominicæ hoſtiæ ueritatem per falſa ſacrificia prophanãtes hi, qui contra Dei ordinationem nituntur ob temeritatis audaciã terræ cõpaginibus ruptis uiuentes profundo hiatu merguntur. Nec tantũ hi q duces errorum ſunt, ſed & illi qui conſentiendo participes eorundem effecti ſunt, in ignẽ æterni iudicij præparata ultione peribunt.

AARON CVM THVRIBVLO. Caput XIIII.

DEinde Aaron ſanctus à ruina mortis populum trahere cœpit, thuribulũ accipiens cucurrit obuiam quaſſationi, ſtanſq; in medio ſuperſtitum ac peremptorum letalẽ plagam obiecto ſui quaſi quidã murus excluſit. Iſte ſacerdos Dominus Ieſus Chriſtus eſt, princeps principum. Sacerdos iſte ruinam mortis in mundo cõſpiciens, occurrit à ſummo cœlo, ueniti; obuiam quaſi gigas ad currẽdam uiam: ſtetitq; inter uiuos & mortuos, quia natus eſt & mortuus. Sicq; thuribulum paſsionis ſuæ accipiẽs, & in odorem ſuauitatis prætendens, ſuſpendit ignis ęterni perniciẽ, & inimicã pertulit mortẽ.

VIRGA FLORENS. Caput XV.

VIrga autem Aaron, quæ poſt ſiccitatem floruit: caro inſinuatur Chriſti, quæ poſtquã de radice Ieſſæ ſuccisa eſt, uiuacius mortificata reuiuiſcit. Itaq; uirga poſt ariditatem uireſcẽs, Chriſtus eſt, poſt mortẽ reſurgens. Ipſam enim uirgam, ipſum florem intelligimus, ut in uirga regnantis potentia, & in flore eius pulchritudo monſtretur. Vnde & in Canticis canticorũ idem dicit: Ego ſum flos campi, & lilium cõuallıũ. alij uirgam hanc, quæ ſine humore florem protulit, Mariam uirginem putãt, quæ ſine coitu edidit uerbum Dei. De qua ſcriptũ eſt: Exiet uirga de radice Ieſſæ, & flos de radice eius aſcẽdet: ſcilicet Chriſtus, qui futuræ typum præferens paſsionis candido fidei lumine & paſsionis ſanguine purpura flos uirginũ, corona martyrum, gratia continentium eſt.

VITVLA RVFA. Caput XVI.

REſtat interea uitula rufa, in holocauſto cõcremata, cuius cinis expiatio populi erat. Sic enim dicitur de illa ad Moyſen & Aaron: Præcipe filijs Iſrael ut adducant ad te uaccã ruſam ætatis integræ: in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum, tradetiſq; eam Eleazaro ſacerdoti: quæ educta extra caſtra immolabitur in conſpectu omniũ, & intinget digitum Eleazar in ſanguine eius, & aſperget contra forea tabernaculi ſepties: cõburetq; eam cunctis uidentibus tam pellem & carnes eius, quam ſanguinem & fimum flãmæ tradetis. Lignum quoq; cedrinum & hyſopum coccumq; bis tinctum ſacerdos mittit in flãmam, qui uacã uorat: & tũc demum lotis ueſtibus & corpore ingredietur in caſtra, eõmaculatuſq; erit uſq; ad ueſperam. Sed & ille qui combuſſerit, lauabit ueſtimenta ſua, & corpus, & immundus erit uſq; ad ueſperum. colliget autem uir mundus cineres uaccę & effundit eos extra caſtra in loco puriſsimo, ut ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiã, & in aquam aſperſionis: quia pro peccato uacca combuſta eſt. Habebunt hoc filij Iſrael, & aduenæ ſanctum iure perpetuo, & qui tetigerit mortuum, & propter hoc ſeptẽ diebus fuerit immundus. Aſpergetur ex hac aqua die tertio & die ſeptimo mundabitur Si die tertio aſperſus non fuerit, uel ſeptimo non poterit emundari: uitula ruſa caro eſt Saluatoris, roſea ſanguine, paſsionis ætatis integræ, quia perfecta ætate paſsionem ſuſcepit. Quod autem nõ eſt impoſitum ſuper illam iugum: hoc oſtendit, q caro Chriſti non eſt ſubiugata delicto, neq; uicta ab ullo peccato. Quod autem apprehẽſam eiecerunt filij Iſrael extra caſtra aſtante Eleazaro ſacerdote populum Iudęorum ſignificat, & conſenſum ſacerdotum in necem Domini quẽ eiectũ extra Hieruſalẽ crucifixerunt. Sicut ergo qui offerunt uitulam immundi ſunt: ſic & qui apprehenderũt Dominum, peccatores habentur, & ſicut is qui colligit cinerem aſperſionis, mundus eſt: ſic & omnes mundi ſunt, qui paſsionem Chriſti prædicauerunt gentibus & in toto orbe terrarum, doctrinam eius aſperſerunt, populoſq; Domino collegerũt. Lignum autẽ & hyſopum crucẽ putamus, & baptiſmũ. Per hyſopi enim faſciculũ aſpergebantur agni ſanguine, qui mundari ſolebant: typice figurantes lauacrum baptiſmatis & ablutionem æterni fontis. Per coccum autem bis tinctum,

figuram

figuram ſacri ſanguinis ſignificari, quo peccatores abluuntur: bis tinctũ autem, quia per eũ & corpore & corde mundamur. Hæc enim tria ad purgationem peccatorum ſunt tradita. Primo p cedrum, fides ligni crucis: ſecundo per hiſopũ, martyrium: tertio per coccum, ſanguinis dominici ſacramentũ. Sicut aũt illuc die tertia purgari iubẽtur, ita & omnis anima purgatur ab omnibus delictorum ſordibus, quęcunq; credit Chriſtum Dominũ die tertia à mortuis reſuſcitatum. Huiuſmodi etiã homo mundus erit in die ſeptima, id eſt, in regno ſanctorũ adueniente Domino, & beatus ac lætus partem cœleſtis illius regni potietur. Qui autem non fuerit aſperſus, id eſt, huius gratiæ fide munitus, peribit anima illa de regno ſancti ſanctorum, & de populo fidelium. Ex ſanguine autem huius uitulæ ideo ſepties tabernaculum iubet aſpergi: quia ſeptẽ ſunt ſpiritus ſancti charismata, quæ per Chriſti ſanguinem ſuper eccleſiæ populos diſtribuuntur, per quã ab omni delicto purgãtur, ſicut Apoſtolus ait: Iam abluti eſtis in ſanguine Chriſti, & paſsione eius. Quod uerò uitula cum pelle & oſsibus ſuis comburitur, & agnus ille paſcalis pari modo concrematur, ne oſſa eius confringantur: hoc oſtendit, quod Domini Ieſu Chriſti corporis in paſsione nõ eſsẽt confringenda crura, ſicut Euangeliſta teſtatur. Moraliter autem uacca ruſa, cuius cinis expiatio populi eſt, non aliter immolari & offerri ad altare Domini poterit, niſi qui terrena opera non fecerit, iugumq; delicti nõ traxerit, nec uinculis peccatorum fuerit alligatus. Iam dehinc poſt exploratores & botrum, poſt excidium ſuperborum, & ſacerdotale thuribulum, poſtq; uirgam florentem, & uitulę combuſtę aſperſionem reuertamur ad manſiones.

Sexta decima manſio in Ramoth: quod latine dicitur mali punici diuiſio, quæ ſignificat eccleſiam, quaſi multa grana uno cortice contegit, dum omnem turbam credentium in fidei unitate concludit.

Decima ſeptima manſio in Libna: quę latine transfertur in laterem. legimus quod Aegyptius populus lateres faciens ingemuit. Ex quibus diſcimus in itinere iſtius uitę de alio in alium tranſitum nunc nos creſcere, nunc decreſcere, & poſt ordinem eccleſiaſticũ ſæpe ad laterem, id eſt, carnalia opera tranſmigrare.

Decima octaua eſt in Reſſa, quæ in frenos uertitur. Si enim poſt profectum rurſum ad lutulenta opera deſcẽdimus, infrenandi ſumus, & curſu uagi atq; præcipites ſcripturarum retinaculis dirigendi.

Decima nona manſio eſt in Caaltha: quæ interpretatur eccleſia, ſcilicet ut uagi currentiũ greſſus frenis ad eccleſiam retrahantur, & ad fores quas ante reliquerant, rurſus feſtinent intrare.

Vicesima manſio eſt in monte Sepher: qui interpretatur pulchritudo, id eſt, Chriſtus: & uide quid proſint frena, à uitijs nos retrahunt, introducunt ad uirtutum choros, & in Chriſto monte pulcherrimo habitare faciunt. De quo ſcriptum eſt: Venite aſcendamus ad montem Domini.

Vicesima prima manſio eſt in Arada, quæ uertitur in miraculum: & uide quã pulchre eſt ordo uirtutum, poſt frenos in eccleſia intromittuntur. Poſt habitationem ad Chriſti montem aſcendimus, in quo poſiti miramur in eo quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.

Vigeſima ſecunda manſio eſt in Maceloth, quę in cœtu uertitur, id eſt, eccleſia. in hac enim conſiſtit multitudo credẽtium, iuxta quod ſcriptum eſt: Ecce quam bonum, & quã iocundum habitare fratres in unum.

Vigeſima tertia manſio eſt in Thaath, quæ interpretatur pauor: quia dum quiſque uenit ad eccleſiam, atq; aſcendit in montem pulcherrimum Chriſtum, & ſtupore & miraculo Chriſti magnitudinem confitetur: adiungat deinde timorẽ, qui cuſtos eſt beatitudinis, ut altũ non ſapiat, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Vigeſima quarta manſio eſt in Thare, quam nonnulli uertunt in maliciam, ſiue paſturam. Quod bene ad præpoſitos eccleſiarum, uel ad cuſtodiam animę refertur, ut ſolicitus ſit quiſq; qui habet pauorem, ne leo diabolus in caulas ouium, id eſt, in eccleſijs per diuerſa uitiorũ foramina introire nitatur.

Vigeſima quinta manſio eſt in Methca: quę uertitur in dulcedinem aſcendiſti, in excelſum patris, admiratus es uirtutum choros, timuiſti ruinam, abiecisti inſidiatores. Dulcis te protinus fructus laboris inſequitur, ut merito dicas, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo.

Vigeſima ſexta manſio eſt in Aſmona, quæ latine feſtinationem ſonat, ſcilicet ut poſtquã dulces fructus laboris ſumpſerimus, niſi ſimus quiete contenti & ocio, ſed rurſum ad altiora properantes obliuiſcamur pręteritorum, & in futura nos extendamus.

Vigeſima ſeptima manſio eſt in Moſeroth: qđ interpretatur uincula ſiue diſciplina, ſcilicet ut feſtino gradu pergamus ad magiſtros, eorumq; teramus limina & pręcepta uirtutum, ac myſteria ſcripturarũ uincula putemus eſſe æterna. Hæc ſunt Chriſti uincula, de quibus in eccleſia ceu in Eſaia legitur: Viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt ſerui. Poſt te ambulabunt colligati uinculis, & alia diaboli uincula, quibus ruptis uicit hoſtes Samſon. De qualibus propheta dicit: Diſrupiſti uincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.

Vigeſima octaua manſio eſt in Ben iacan: quæ p interpretationẽ transfertur in filios neceſsitatis, ſeu ſtridoris. q ſunt iſti filij neceſsitatis? ipſe pſalmus nos docet: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. quæ eſt tanta neceſsitas, quę nolentibus imponatur cum diuinis ſcripturis fueris eruditus, & leges earum ac teſtimonia quę uincula ueritatis ſunt

ſcieris contendes cum aduerſarijs, ligabis eos, & uinctos duces in captiuitatem, & de hoſtib. quondam atq; captiuis liberos Dei efficies, ut repente dicas cum Sion: Ego ſterilis, & non pariens, tranſmigrata & captiuata, & iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta, & ſola, & iſti ubi erãt? Porrò quod interpretatum eſt, filios ſtridoris ad illum ſenſum refert, quod timore ſupplicij, & eius loci, ibi eſt fletus. & ſtridor dentiũ, deſerentes diaboli uincula. Christo Domino credẽtium turbę colla ſubmittant.

Vigeſima nona mãſio eſt in mõte Gad: Gad interpretatur nuncius, ſiue accinctio, uel certè cõciſio. Non enim aliter poſſumus magiſtri diſcipulorum atq; credentium eos facere filios neceſſitatis, niſi præceptores eorum interfecerimus crudeliſſimos in occiſione eorum, nõ parcat manus noſtra. Armum aut extremum auriculæ de ore leonis extrahere à uiro, denuntio & accinctiõe breuiter hæc dici poteſt. quod filij neceſsitatis grãdes ad uirtutis ſtimulos ſuggeramus, eum eis nunciauerimus præmia futurorum, & accinctos in rebellando docuerimus. horum trium quicquid magiſter fecerit, in monte conſiſtit.

Trigeſima manſio in Iotbatha, quod interpretatur bonitas, quæ eſt Chriſtus.

Trigeſima prima manſio in Ebrona, quæ interpretatur tranſitus, id eſt, mũdus, de quo Apoſtolus ait: Præterit enim figura huius mundi. huc uenientes ſancti Dei cupiunt ad meliora tranſire. De quibus pſalmiſta canit: Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini ſuper uos.

Trigeſima ſecunda manſio eſt in Aſiongaber, quæ transfertur in ligno uiri. Poſſunt hæc ligna uiri ſaltuũ & omniũ arborum genera multitudinem gentium figurare. Huc uſq; ſolitudo Pharan, decem & octo continet mãſiones, quæ ſcriptæ in catalogo in ſuperiori itinere componuntur.

Trigeſima tertia mãſio eſt in deſerto Sin. Hęc eſt Cades. Sin autem ſancta interpretatur per antiphraſim, ſicut lucus cũ minimè luceat: uel bellum, quod tamen ſit horridum.

MARIAE MORS.

Caput XVII.

IN hac manſione moritur Maria, & ſepelitur. Videtur in Maria prophetia mortua. in Moyſen & Aaron legis & ſacerdotij Iudæorum finis impoſitus, quod nec ipſi ad terrã repromiſsionis tranſcendere ualeant, nec credentem populũ de ſolitudine huius mundi educere, niſi ſolus Ieſus Deus, id eſt, Saluator uerus filius Dei.

MOYSI TITVBATIO AD *petram.* *Caput* XVIII.

IN hac propter aquas contradictionis Moyſes offendit Dominum, & prohibetur tranſire Iordanem. turbatus enim murmure populi, dubitanter petram uirga percuſsit, quaſi illud non poſsit Deus facere, ut aqua de petra profflueret, quod ante iam fecerat. Quid ergo hic fides Moyſi inſinuat, quòd aquam de petra ejiciendam titubauerit? Hanc prophetiam fuiſſe de Chriſto rectè intelligimus. Dum enim Moyſes in ſcripturis ſanctis aliam atq; aliam pro re aliqua ſignificanda perſonam gerat, nunc tamen populi Iudæorum ſub lege poſiti perſonam gerebat, eumq; inter propheticam pronunciationem figurabat. Nam ſicut Moyſes petram uirga percutiens, de Dei uirtute dubitauit: ita ille populus qui ſub lege per Moyſen data tenebatur, Chriſtum ligno crucis affigens, eum uirtutem Dei eſſe non credidit: ſed ſicut percuſſa petra manauit aquam ſitientibus, ſic plaga dominicæ paſsionis effecta eſt uita credentibus. Habemus enim de hac re præclariſsimam & fideliſsimam uocem Apoſtolicam, cum inde loqueretur dicens: Petra autem erat Chriſtus. Hanc ergo carnalem de Chriſti diuinitate Dei uenerationem in ipſius Chriſti altitudine, Deus mori iubet, cum mortem carnis Moyſi mortem imperat fieri. Sicut enim petra Chriſtus, ita & mons Chriſtus. Petra humilis fortitudo, mons eminens magnitudo: quia ſicut Apoſtolus ait, Petra erat Chriſtus ita ipſe Deus, Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem conſtituta, ſe ſcilicet montem: fideles autem ſuos in ſui nominis gloria fundatos aſſerens ciuitatem. Prudentia enim carnis uiuit, cum tanquam petra percuſſa Chriſti humilitas in cruce contemnitur. Chriſtus enim crucifixus. Iudæis ſcandalũ, gentibus autem ſtultitia eſt. Et prudentia carnis moritur, eum tanquam montis eminentia Chriſtus excelſus agnoſcitur. Ipſis enim uocatis, Iudæis & Græcis Chriſtus Dei uirtus, & Dei ſapientia eſt.

Trigeſima quarta manſio eſt in monte Or. In extremis finibus Edon in quo aſcendit Aaron iuxta præceptum Domini, & mortuus eſt anno quadrageſimo egreſsionis ex Aegypto, eo ſcilicet anno, quo nouus populus repromiſſionis terram intraturus erat: & quanquam in monte ſacerdotiũ Eleazaro filio dereliquerit, Lexq; eos qui eam impleuerint, perducat ad ſummum: tamen ipſa ſublimitas non eſt trans fluẽta Iordanis, ſed in extremis terrenorum operum finibus. Et plangit eum populus triginta diebus: Aaron plangitur, Ieſus nõ plangitur. In lege deſcenſus ad inferos. in Euãgelio ad paradiſum tranſmigratio. Audit quoq; Chananeus, quòd ueniſſet Iſrael. & in locum exploratorum, ubi quondam offendiſſe populum nouerant, ineunt prælium & captiuũ ducunt Iſrael. Rurſumq; in eodem loco pugnatur ex uoto uictor uincitur, uicti ſuperant: per quod intelligamus ut cum nos Dei auxilio deſtitutos, hoſtes inuaſerint duxerintq; captiuos, nõ deſperemus ſalutem, ſed iterum armemur ad præliũ. Poteſt fieri ut uincamus, ubi uicti ſumus: & in eodem loco triumphemus, in quo fuimus antè captiui.

DE MOR-

DE MORTE AARONIS ET *ſerpentũ uulneratione.* Cap. XIX.

TRigeſima quinta mãſio eſt in Selmõa. Trigeſima ſexta manſio eſt in Phinon. Hę duę manſiones, in ordine hiſtoriæ nõ inueniuntur. In his mortuo Aaron murmurant Iſraelitici populi contra Deũ & Moyſen, manna faſtidiunt, à ſerpentibus uulnerantur. Sed quid illud ſignificat quod morſus mortiferi ſerpentium exaltato & reſpecto æneo ſerpente ſanabantur: niſi quod nũc in typo Saluatoris, qui ferreũ antiquũq; ſerpentem in patibulo triumphauit, diaboli uenena ſuperantur, ita ut qui uerè expreſſeq; imaginem filij Dei paſsionẽq; eius conſpexerit, conſeruetur. Hoc enim ſignificant & uerba ipſius Domini dicẽtis: Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in eremo, ſic oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in ipſum, nõ pereat, ſed habeat uitam æternam. Quod uerò æneus eſt ſerpens ipſe, qui ligno ſuſpenſus eſt, æs quippe metallis cæteris durabilius eſſe ſolet: & aptè æneus ſerpens ligno ſuſpẽſus eſt, ut Dominus & in ſerpente mortalis, & in ęre ſignificaretur æternus, ut uidelicet & indicaretur mortuus per humanitatem, & tamen eſſet quaſi æneus per diuinitatem. Pulchrè autẽ prima manſio Selmona interpretatur imaguncula, quia nimirũ ibi imago expreſſa eſt Saluatoris per ſerpentem æneum, qui in ligno pependit. Pulchrè etiam & ſecunda Phinõ interpretatur os, quia poſtea quam paſsionem filij Dei cognoſcimus, quod corde credimus. ore pronunciamus, legentes illud Apoſtoli: Corde creditur ad iuſticiam, ore confeſsio fit ad ſalutem.

Trigeſima ſeptima mãſio eſt in Oboth: quæ uertitur in magos, ſiue phitones. Vnde monſtratur, quia poſt imaginem Dei, quæ in cordis ratione monſtratur, & confeſsionem fidei quę ore profertur: conſurgunt ſerpẽtes, & artes maleficæ ad bella nos prouocant. Sed nos cuſtodia circumdantes cor noſtrum, obduramus aures noſtras, ne audiamus uoces incantãtium, & Syrenarum carmina negligamus.

Trigeſima octaua manſio eſt in Ieabarim, in finibus Moab, quę ſignificat aceruos lapidum tranſeuntium, id eſt, ſanctos per iſtud ſeculum ad alias manſiones tranſire feſtinantes.

DE SEON REGE AMORRFORVM, *& Og rege Baſan.* Cap. XX.

TRigeſima nona manſio eſt in Dibon Gad: in hac geritur bellum contra Seon regem Amorreorum, & Og regem Baſan. In his regibus licet res geſta cognoſcatur, tamen per conditiones uirtuteſq; nominum ſpiritalis ſignificatio eſt ſubiecta. Seon namq; interpretatur tẽtatio oculorum, per quam figuratur diabolus, qui ſe transfigurat uelut angelum lucis, & per hæreſim & ſchiſmata ueriſimilia mentitur, ut fallat incautos. hunc Amorrei, id eſt, amaricantes habent regem. Niſi enim quędam ſimulatio ueritatis præcedat, non ſunt hæreſes amaricantes, non ſchiſmata exacerbãtes in eccleſia. Iſte ergo rex occiditur in unoquoq; homine, quando quiſq; damnat ſimulationem, & diligit ueritatem. Og uerò rex interpretatur cõcluſio, Baſan autem confuſio. Id enim agit diabolus ſemper, ut concludat uiam ad Dominum opponẽdo idola ſua ne credatur in Chriſtum. Concluſio præcedit ut rex ſequatur, confuſio tanquam plebs: quia quos modo concludit, ne credãt in Chriſtum, quãdo apparuerit Chriſtus, omnes confundentur. Manſio autem iſta Dibongad, interpretatur fortiter intellecta tentatio: quia nimirũ ſi ſuperetur ſimulatio, quæ per ſchiſma uel hæreſim exacerbat eccleſiam, & concluſio quæ per ſacrilegium claudit fidei uiam, nihilominus tentatio inteſtigitur, ac deinde intellecta fortiter ſuperatur.

Quadrageſima mãſio de Dibon Gad, in Selmon de Bathaim, quæ uertitur in contemptu palatarum ſiue obprobriorum: & per hoc diſcimus, omnia dulcia ac illecebras uoluptatũ prętereuntium in ſeculo contemnendas, & obprobria diligenda: quæ ſi falſo obijciantur, beatitudinem pariunt, Saluatore pleniſsimè perdocẽte, qui ait: Cum exprobrauerint uos homines, beati eritis.

MOYSIS MORS. *Caput* XXI.

QVadrageſima prima manſio in mõte Abarim contra faciem mõtis Nabo, ubi moritur & ſepelitur Moyſes, terra repromiſsionis ante conſpecta. Nabo interpretatur concluſio, in qua finitur lex, & non inuenitur eius memoria, porrò gratia Euangelij abſq; ullo fine tenditur. in omnem enim terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba illius. Simulq; conſiderandum, quòd habitatio tranſeuntiũ in mõtib. ſita ſit, & adhuc profectu indigeat. Poſt mõtes enim plurimos ad campeſtria Moab & Iordanis fluenta deſcendimus, quæ interpretatur deſcenſio. Nihil enim tã periculoſum eſt, quam gloria cupiditatis, & iactantia, & animus conſcientia uirtutum tumeſcens.

DE BALAAM ET BALAAC. *Caput* XXII.

QVadrageſima ſecunda manſio eſt in campeſtribus Moab ſuper Iordanẽ, iuxta Hiericho, ubi fixerunt tentoria à domo ſolitudinis uſq; ad Belſachã in planicie Moab. In quadrageſima ſecunda, quæ extrema manſio eſt, quædam qualiter ſint geſta narremus: ſedens in ea populus à diuino Balaam, quem mercede conduxerat Balaac, Dei iuſſu benedicitur, & maledictio mutatur in laudes. Sed quid eſt quòd iſte Balaam, dum peruenire ad propoſitum tẽderet, aſina cui præſidebat, dũ uidiſſet angelũ loquitur. Quę eſt enim hęc aſina, ubi bruta gẽtilitas, quã quondã Balaam, id eſt, ſeductor idolatrix, quaſi brutũ animal & nulla ratiõe renitẽs

pœnitentiæ,

pœnitentiæ quo uoluit errore ſubſtrauit. Sed iſta angelum Dei uidit, quem homo uidere nõ potuit. Et uidit & detulit, & locuta eſt: ut agnoſceremus poſterioribus temporibus ſub aduentu magni angeli Dei gentilem illam plebem mutata duricia ſtoliditatis, ſolutis Deo linguis locuturam, ita ut quæ erat ſubiecta perfidiæ, in uocem fidei & confeſsionis erumperet. Licet & caro noſtra ꝑ hoc poſsit intelligi. Plerunq; enim caro per moleſtias tacta flagello ſuę menti Deum indicat, quẽ mens ipſa carni pręſidens non uidebat, ita ut anxietate ſpiritus ꝓficere in hoc mundo cupientis, ueluti iter tendẽtis impediat, donec ei inuiſibilem, qui ſibi obuiat innoteſcat. Vnde & bene per Petrũ dicitur: Correptionem habuit ſuæ ueſaniæ ſubiugale mutum, quod in hominis uoce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam. Inſanus quippe homo à ſubiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum, quod tenere debeat, ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis donum idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens, uocem nõ mẽtem mutauit. conſilium quippe dedit regi Balaac, ut mulieres in meritorio poneret, & ante ianuas earum aras, ut uenientes filij Iſrael prius ſacrificent idolis, & ſic ingrederẽtur ad mulieres. Vnde & fornicatur Iſrael cũ filiabus Madiã. Sed quid eſt ꝙ iſte Balaam populum Dei poſſe decipi certa ratione colligit, dans cõſiliũ ut ex illa parte qua infirmari nouerat filios Iſraël, pernicioſi eis laquei tenderentur, nõ dubitãs eos oblata copia fœminarũ fornicationis ruina protinus lapſuros: quia concupiſcibiles animos eorum pręſciebat eſſe corruptos. Ita ergo unumquenq; noſtrum nequitię ſpiritalis uerſuta malignitate in figura Balaam pertentant, illis præcipue affectib. animæ inſidioſis laqueos prætendentes quibus nos ſenſerint ægrotare, ut uerbi gratia, cum uiderint rationabiles animæ noſtræ partes eſſe uitiatas, illo nos ordine decipere moliantur.

PHINEES SACERDOS.

Caput XXIII.

SEd Phinees ſacerdos zelatus, ut Domini furorem placaret, Zambrem qui ad ſcortum ingreſſus eſt, arripiens pugionem, utroſq; traſfigit: ſignificans per crucem Chriſti, non ſolum idolatriam, ſed etiam omnem carnis affectum uel concupiſcentiam primi ſeculi, & tunc placari Deum, dum carnis extinguitur deſideriũ. Poſt hæc rurſum populus numeratur, & Leuitæ ut interſectis primis carnalibus nouus Dei populus cenſeatur, qui per Iordanis baptiſmũ tranſeat, & cœleſtis hæreditatis repromiſsionem percipiat.

NVMERVS POPVLI.

Caput XXIIII.

POrrò quod ſexcenta milia armatorũ de Aegypto numeratur egreſſa, & ex ipſis nõ ſunt amplius, quam duo tantum terram repromiſſionis ingreſsi. Hæc figura demonſtrat multos per baptiſmum ad fidem tranſire, ſed ad patriã cœleſtem ualde pauciſsimos peruenire. Secundum illam figuram in Euangelio, in qua multi uocati, pauci autem inueniuntur electi. Quod uerò duo tantũ ingrediuntur, aut propter eos qui ex utroq; populo regni cœleſtis promiſsiones adipiſcuntur: aut propter illos, qui per duas uias actionis & contemplationis, ad æternã beatitudinem prædeſtinantur.

QVINQVE FILII SALPHAT.

Caput XXV.

INterpellãt dehinc quinq; filiæ Salphat, & iudicio Dei hæreditatem accipiũt inter fratres ſuos, nec legis plebs ab Euangelij poſſeſsione excluditur. Deinde Ieſus Moyſi in monte ſuccedit, & diſcit quæ ſpiritaliter debeat offerri in eccleſia. legi enim ſuccedit Euangelium, ibiq; lex faciẽda pręcepta admonet & gratia cõplet.

GENERA OBLATIONVM.

Caput XXVI.

PRimum quidem quid offerri debeat per ſingulos dies. Dehinc quid in ſabbato propter ſpem quietis æternæ, quid in Calendis pro innouatione uitæ: quid in paſcha, quando conſepelimur cum Chriſto per baptiſmũ quaſi à mortuis tranſeuntes ad uitæ nouitatem, & quid in Pentecoſtẽ propter gratiam ſpiritus ſancti, & indulgentiam remiſsionis peccatorum. Quid in neomenia mẽſis ſeptimi, quid in ieiunio eiuſdem mẽſis decimi diei. Quid in cenopœia, quãdo figuntur tabernacula, quinto decimo die ſupradicti menſis.

DE MORTE BALAAM.

Caput XXVII.

DEhinc texitur bellum contra Madianitas, & mors diuini Balaã, in cuius nece error perfidiæ ligno crucis interficitur: fitq; deinde de Amalech prædę diuiſio, & oblatio ex ea animarum in tabernaculo Dei.

FILII RVBEN ET GAD.

Caput XXVIII.

POſt hæc filij Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manaſſe citra Iordanem poſſeſsionem accipiũt, & in repromiſsionis terrã hęreditatẽ habere nolunt: figurantes quia quos multa mũdi implicamenta occupant, habitationem cœleſtis patriæ nequaquam deſiderant.

IDOLI DESTRVCTIO.

Caput XXIX.

DEhinc præcipitur ut populus in terra ſancta idola deſtruat, & nullus de priorib. habitatoribus reſeruetur: ad ſignificandũ, ut dum in terrã ſanctã repromiſsionis per fidem ingredimur ſimul cum idolatria omnia etiam uitia extinguimus.

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI QVAESTIONVM

ſuper librum Numeri, finis.

VENERA-

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper Deuteronomiū, ex dictis patrum, Dialogus.

DISCIPVLVS.

DEVTERONOMIVM iuxta fidem hiſtoriæ quę deſcribit? MAGISTER. In Deuteronomio namq; quæ eſt ſecūda lex, narrantur ea quę in Pharan, & Obet, Laban, & Aſeroth uſque Cades barne fuerunt populo dicta à Moyſe, mandata uidelicet atq; promiſſa, maledictiones peccatorū, & promiſsiones beatitudinis. Ibi canit canticū Moyſes, ibi dat benedictionem filijs Iſrael: ibiq; terra repromiſsionis conſpecta moritur, atq; ſepelitur. Nonnulli autem Hebræorum quatuor tātum libros computant, id eſt, Geneſim, Exodū, Leuiticum, ſiue Numerorū: Deuteronomium autem repetitionem eorundem librorum, & quaſi quoddam legis meditatorium dicunt: ea duntaxat ratione, pro eo quod illa quatuor proprias rerum geſtarum continet cauſas, iſte uero omnium.

QVID SIGNIFICET QVOD VNdecim diebus Deuteronomion manu ſcribitur. Caput I.

LIBER Deuteronomij repetitio eſt præcedentium quatuor librorum legis. Nam dum illi in ſe proprias contineant cauſas, iſte tamē replicat omnium: habet autē & ipſe proprie innumera ſacramenta, ex quibus parua pro exercitio lectoris ſtudio memoranda innexi. Deuteronomium autem ſecunda legiſlatio dicitur: quod ſignificat Euāgelium, in cuius principio notandū eſt, quid indicet quod undecim diebus Deuteronomiū à Moyſi ſcribitur: niſi ad ſignificandum Iudaicæ plebis lapſum in Euangelio per tranſgreſsionem Decalogi mandatorum.

DE QVADRAGINTA ANNIS LAborioſe peractis à filijs Iſrael. Cap. II.

QVid autem ſignificauerint XL. anni, quibus laborioſe peractis filij Iſrael ad repromiſsionis terram tranſierunt. Per hos quippe quadraginta annos totum ſeculi tempus ſignificatur: in quo uiuit eccleſia ſub laboribus & periculoſis tentationibus, ſperando quę nō uidet per patientiam, quo uſq; ad promiſſam ęternæ felicitatis perueniat patriam. Ideo & Dominus quadraginta dieb. ieiunauit, & quadraginta noctibus tentatus eſt in eremo. corpus enim eius, quod eſt eccleſia, neceſſe eſt tentationes laboresq; patiatur in hoc ſeculo, ꝙ ad uſq; ueniat illud tempus, ubi poſt tentationes ſuſcipiat cōſolationes. Porrò quod ueſtis Iſrael per tot annos in eremo nulla uetuſtate corrupta eſt, & morticina pellis calciamentorum tamdiu ſine labe durauit: poteſt figurare figurā incorruptibilitatis corporum, ubi ea quæ corruptibilia ſunt, ſine corruptione permanebunt.

DE NON PLANTANDO LIGNO iuxta altare Dei. Caput III.

NOn plātabis omne lignū iuxta altare Dei, ne plantes nemus in terra: dicitur quippe ne nemus plantetur in templo. Nemus frondētes arbores & infructuoſę ſunt, ſolummodo ad delectationem uiſus plantata. Tales ſunt & gētiles, qui rationem ſuam uerborum decore cōponunt, & non conuertunt ſe à uitijs: ſed delectant, atq; iſtiuſmodi ſeductione perſuadent. Nos autem ſecundum præceptū Dei, iuxta altare Dei nemus non plantamus, ſi circa dominicam fidem, nihil in uerbis infructuoſum, nihil audientiæ ſecularis illecebroſum cōponimus: ſed ſola puritate ueritatis ſcientiā prædicationis tenemus. Hoc nemus in prædicatione ſapientiæ plātare uitabat Apoſtolus cum dicebat: Loquimur non in doctis humanæ ſapientię uerbis, ſed in doctrina ſpiritus & uirtutis.

DE AVFERENDO PRAEPVTIA ligni pomiferi. Cap. IIII.

QVando ingreſsi fueritis in terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis pręputia eorum: pomorūq; germina immunda erunt uobis, nec edetis ex eis. Ligna quippe pomifera, ſunt opera uirtutibus fœcunda: præputia itaq; lignorum auferimus, cū de ipſa inchoationis infirmitate ſuſpecti, primordia operum noſtrorum nō approbamus. Poma autem quæ germinant immunda exiſtimemus, noſtriſq; cibis non aptamus: quia cum primordia boni laudantur operis, dignum eſt ut hoc animum non paſcat operantis, ne dum accepta laus ſuauiter carpitur, fructus boni operis intempeſtiuè comedatur.

DE NON ARANDO IN PRIMOGEnito bouis, & non tondenda primogenita ouium. Cap. V.

NOn operaberis in primogenito bouis, & nō tōdebis primogenita ouium. In primogenito qppe bouis operari, eſt bonæ conuerſationis primordia in exercitio publicę actionis oſtendere. Ouium quoq; primogenita tōdere, eſt ab occultationis ſuæ tegmine humanis oculis inchoantia bona noſtra denudare. In primogenito ergo bouis operari prohibemur, atq; à primogenitis ouium detondēdis cōpeſcimur. Quia & ſi quid robuſtum incipimus exercere,

hoc

Digitized by Google

hoc in aperto citius nõ debemus oſtendere: ſed cum uita noſtra ſimplex quicquid innocuũ inchoat ut dignum eſt in ſecreti ſui uelamina nõ derelinquat, nec hoc humanis oculis, quaſi ſubducto uellere oſtendat. Ad ſola ergo diuina ſacrificia boum primogenita ouium proficiant, ut ſi quid forte innocuũ incipimus, hoc ad honorẽ intimi iudicis in ara cordis immolemus. Quod ab illo proculdubio tãto libẽtius accipitur, quãto & ab hominib. occultatũ, nullo laudis appetitu maculatur. Sæpe autem conuerſationis primordia adhuc carnali ſunt uitę commixta: & idcirco innoteſcẽre citius non debẽt, nẽ cum laudantur bona quę placent, deceptus laude ſua animus deprehendere in eis nequeat mala quæ latent.

DE NON ARANDO IN BOVE *ſimul & aſino.* Caput VI.

NOn arabis in boue ſimul & aſino. In bouis nomine populus, ex circumciſione poſitus ſub iugo legis accipitur: in aſino autem populus gentium, pertinens ad Euangeliũ. In boue quippe ſimul & aſino arat qui ſic recipit Euangelium, ut Iudaicarum ſuperſtitionum, quæ in umbra & imagine pręceſſerunt, cerimonias nõ relinquat. Item nonnunquam in boue bene operantium uita, in aſino ſtultorum uecordia deſignatur. Quid eſt ergo, Non arabis in boue ſimul & aſino ac ſi diceret: Fatuũ ſapienti in prædicatione non ſocies, ne per eum qui rem implere nõ ualet, & illi qui præualet obſiſtas. Bouẽ quippe & aſinũ ſi neceſſe ſit, unuſquiſq; ſine detrimento operis iungit: ſapientẽ uero & ſtultum, non ut unus præcipiat, & alter obtẽperet: ſed ut pariter æquali poteſtate adnunciẽt uerbum Dei, non ſine ſcandalo quiſq; comitẽs ſiãt.

DE NON ALLIGANDO OS BOVIS *triturantis.* Cap. VII.

NOn alligabis os boui trituranti. Dictum eſt quod in bouis nomine uita uniuſcuiuſque operãtis exprimitur. Dicit quodã in loco Apoſtolus Paulus, reprehẽdens & dolens quòd nemo illi communicauerit in ratione dati & accepti, niſi quod aliud in loco quędã apertè expoſuit dicens: Si nos uobis ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ut carnalia ueſtra metamus. Hoc ſignificat non alligabis os boui trituranti. Vnde & idem Apoſtolus alio loco dicit: Dignus operarius eſt mercede ſua. Vult ergo ſcriptura doctorib. pręſtare carnalia, à quibus ſpiritalia conſequũtur, quia q prædicatores occupauit doctrina, neceſſaria ſibi prouidere nõ poſſe.

DE NON COQVENDO HOEDVM *in lacte matris ſuæ.* Cap. VIII.

NOn coques hœdum in lacte matris ſuę. Hœdus hic ſub peccatoris figura introducitur. Proinde peccans nõ eſt coquendus in lacte matris, id eſt, non eſt purgandus mediocribus teneriſmiſq; eccleſiæ diſciplinis: ſed auſteriorib. præceptis eius ſunt excoquẽda peccata, cuius magna ſunt crimina, ut qui per laſciuiæ blandimenta ſe perdidit, fortiori diſciplina ſe redimat.

DE NON INDVENDA VESTE EX *lana & lino contexta.* Cap. IX.

NOn indues ueſtem ex lana linoq; cõtextã. Per lanam quippe ſimplicitas, per linũ uerò ſubtilitas deſignatur. Et nimirum ueſtis quæ ex lino lanaq; conficitur, linum interius cælat, in ſuperficie lana demonſtrat. Veſtem ergo ex lana linoq; contextam induit, & qui ſub locutione innocentiæ, intus ſubtilitatem cælat malitiæ. Hoc ſecundum moralem ſenſum cæterũ iuxta altam allegoriam lineis ueſtibus miſceri lanam uel purpuram prohibemur: id eſt, inordinatè uiuere: & diuerſis generibus profeſſionis ueile miſceri, ut uel ſanctimonialis habeat ornamentum nuptiarum, aut ea quæ ſe non cõtinens nupſit, ſpeciẽ uirginitatis gerat. omnimodo hoc peccatum eſt. Et ſi quid inconuenienter ex diuerſo genere uel religione in uita cuiuſq; contexitur. uerum illud tunc figurabatur in ueſtibus, quod nunc declaratur in moribus.

DE NON ACCIPIENDA LOCO *pignoris ſuperiorem & inferiorem molam.* Caput X.

NOn accipias loco pignoris ſuperiorẽ aut inferiorem molam. Accipere aliquando dicimus auferre. Vnde & aues illæ quæ rapiẽdi ſunt auidæ, accipitres uocantur. Vnde & Paulus Apoſtolus dicit: Suſtinetis enim ſi quis deuorat, ſi quis accipit. ac ſi diceret: Si quis rapit. Pignus uero debitoris, eſt confeſsio peccatoris. à debitore enim pignus accipitur, cum à peccatore iam confeſsio peccati tenetur. Superior autẽ & inferior mola, eſt ſpes & timor. Spes quippe ad alta ſubuehit, timor autem cor inferius premit. Sed mola ſuperior & inferior ita ſibi neceſſario iunguntur, ut una ſine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaq; mente inceſſanter debet ſpes & formido coniungi, quia pœnitentia in caſſum miſericordiam ſperat, ſi non etiam iuſticiam pertimeſcat: in caſſum iuſticiam metuit, ſi non etiam in miſericordiam confidit. Loco igitur pignoris molã ſuperior aut inferior tolli prohibetur: quia q prędicat peccatori tanta diſpenſatione cõponere prędicationem debet, ut nec derelicta ſpe timorem ſubtrahat, nec ſubtracta ſpe in ſolo eum timore derelinquat. Tollit enim ſuperiorem molam, ſi ſlenti peccatori dicat, Non habebis ueniam de commiſsis. Tollit inferiorem, ſi peccantem deceptione palpet, ac dicat: Age mala in quantum uis abſq; metu. nam Deus pius eſt, & ad indulgentiam paratus: ſed utiliter tunc mola utraq; habetur, ſi & ſpes ſit cõmendata formidine, & formido fuerit cum ſpe.

DE NON ABOMINANDO AEGYPTIUM. Caput XI.

NOn abominaberis Aegyptium, quia fuiſti incola in terra eius. quamuis enim mundo renunciantes Aegyptiam terram, id eſt. priſtinam ſeculi conuerſationẽ uel cõcupiſcentiã

declinemus:

declinemus: tamē dum præſentis ſeculi neceſsitatibus ſubdimur, quaſi Aegyptiam nationem nequaquā extinguimus: & licet ab ipſa diſcretione ſeparemur, non de ſuperfluis cogitantes, ſed ſimus ſecūdum Apoſtolū uictu quotidiano indumētoq; cōtenti. Hoc enim figuraliter mādabatur in lege, Nō abominaberis Aegyptiū.

DE NON HABENDA IN SACculo diuerſa pondera. Cap. XII.

NOn habebis in ſacculo diuerſa pōdera maius & minus: non erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum & uerū, & modius æqualis, & uerus erit tibi, ut multo uiuas tempore ſuper terram. Hoc & idem legiſlator etiā in Leuitico interdicit, Salomone quoq; parem ſuper hoc ſententiam numero ꝓſecente: Pondus magnum & puſillum, & menſuræ duplices, immunda ſunt utraq; ante Deū: & qui facit ea, adinuentionibus ſuis compedietur. Proinde non ſolum illo corporali, ſed etiam ſpiritali modo ſtudēdum eſt nobis ut nec diuerſa pondera in cordibus noſtris, nec in domo conſcientiæ noſtræ menſuras duplices habeamus, id eſt, ne ipſi ea quæ diſtrictiori regula moliuntur, remiſsiore indulgētia pręſumentes eos, quibus uerbum Domini prædicamus, diſtrictioribus præceptis & grauioribus, quam ipſi perferre poſſumus, ponderibus obruamus. Quod cum facimus, quaſi diuerſo pondere atque menſura præceptorum Domini mercedē frugemq; uel appēdimus uel metimur. Si enim aliter ea nobis, aliter noſtris fratribus diſpenſemus, rectè increpamur à Domino, eo quòd ſtateras diuerſaa, aut menſuras duplices habeamus: ſecundum illam ſententiam Salomonis, qua dicitur: Abominatio eſt Domino pondus duplex & ſtatera doloſa, non eſt bonum in conſpectu eius.

DE TRIVM TESTIMONIO VAliture. Cap. XIII.

NOn ſtabit aduerſus alterum unus teſtis, ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne uerbum. Licet hiſtorialiter hæc ſit diuina ſeruanda ſententia, tamen & cum contra quoslibet impios uel hęreticos agimus, neceſſe nobis eſt ſcripturas ſanctas in teſtimoniū uocare. Sēſus quippe noſtri, & atteſtatio ſine his teſtibus non habent fidem. Vnde magis conuenit ad ꝓbationem, & ad firmum uerbū intellectus mei adhibeo duos teſtes, nouum & uetus teſtamētum: adhibeo etiam & tres, Euangelium, prophetam, Apoſtolum. Sicq; ſtabit omne uerbū.

DE VXORE FRATRIS ACCIpienda. Cap. XIIII.

ILlud uerò quod uxorem fratris ad hoc frater iuſſus eſt adducere, & non ſibi, ſed illi ſobolē ſuſcitaret, eiusq; uocaret nomine, quod inde eidem naſceretur: quid aliud in figura præmonſtrat, niſi quia unuſquiſq; Euangelij prædicator ita debet in eccleſia laborare, ut defuncto fratri hoc eſt, Chriſto ſuſcitet ſemen: quia pro nobis mortuus eſt, & quod ſuſcitatum fuerit eius nomen accipiat. Deniq; hoc implēs Apoſtolus non carnaliter in præmiſſa ſignificatione, ſed ſpiritaliter in completa ueritate, quos in Chriſto Ieſu per Euangelium ſe cōmemorat genuiſſe, ſuſcitans eos, & increpans corrigit, uolentes eſſe Pauli. Nunquid Paulus, inquit, pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? tanquā diceret: Defuncto fratri uos genui, Chriſtiani uocamini, nō Pauliani: at uerò qui electus ab eccleſia miniſteriū Euangelizandi renuerit, ab ipſa eccleſia meritò digneq; contemnitur. hoc eſt enim quod in eius faciem iubetur expuere, non ſanè ſine ſigno huius opprobrij, ut calciamēto pedis unius exuatur, ne ſit in eorum ſorte, quibus ipſe Apoſtolus ait: Et calciati pedes in præparatione Euāgelij pacis. Et de quibus cōmemorat per prophetam: Quā ſpecioſi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona? Qui enim ſic Euangelicam fidem tenet, ut & ſibi poſsit & eccleſię prodeſſe, & renuit: bene intelligitur utroq; pede diſcalciatus. Qui aūt ſibi putat ideo, quia credit, ſatis eſſe conſultum, curam uerò lucrandorum aliorum refugit, quaſi unius pedis calciamentum cum dedecore amittit.

DE FORMIDOLOSO ET PAVIdo ut non ingrediatur ad bellum. Caput XV.

HOmo formidoloſus & corde pauido non egredietur ad bellum. Vadat & reuertatur in domum ſuam, ne pauere faciat corda fratrū ſuorū, ſicut & ipſe timore perterritus eſt. Quibus uerbis edocet non poſſe quenquam profeſsionem contemplationis uel ſpiritalis militiæ arripere exercitium, qui adhuc nudari terrenis operib. pertimeſcūt, ne rurſus ad infirmitatē mentis reuertantur, ſuoq; exemplo alios ab Euangelica perfectione reuocent, & infideliter in errore firment. Iubentur itaq; tales ut diſcendentes à pugna, reuertātur in domum ſuā: quia nō poteſt duplici corde bella Domini pręliari. Vir enim duplex animo, inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Tales quippe oportet ut ne initium quidem renunciationis arripiant, quibus melius eſt ut in actiua uita conſiſtant, q̄ trepidè contemplationem ſequētes, maiori diſcrimine ſemetipſos inuoluāt. Melius eſt enim nō uouere, quam uouere, & non reddere. Similiter & ille à tali milicia prohibetur, qui uxorē duxerit: qui plantauerit uineam, uelut propagines filiorum. Non enim poteſt ſeruire diuinæ militię ſeruus uxoris. Sicut illud Apoſtolicum: Qui cum uxorę eſt, ſollicitus eſt quomodo placeat uxori, & diuiſus eſt: nec poteſt eſſe quis in ſtudio contemplationis, qui adhuc in delectatione defigitur carnis. Nemo inquit Apoſtolus militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probauit.

DE INTEREMPTIONE SEPTEM gentium, quas Dominus tradidit Iſraeli. Cap. XVI.

CVm introduxerit te Dominus Deus tuus in terrā quā poſſeſſurus ingredieris, & de-

leuerit gentes multas coram te. Etheum, Gergeſeum, & Amorreum, & Cananęum & Pherezeum, & Eueum, & Iebuſeum: ſeptem gentes multo maiores numero, quam tu es, & robuſtiores, tradideritq́ꝫ eos tibi Dominus, percuties eos uſque ad internecionem. Septem iſtę gentes, ſeptem ſunt principalia uitia, quæ per gratiã Dei unuſquiſq́ꝫ ſpiritalis miles exuperans exterminare penitus admonetur. Qđ uero maioris numeri dicũtur eſſe, hæc ratio eſt: quia plura ſunt uitia quã uirtutes. Sed ideo in catalogo quidem dinumerantur ſeptem nationes: in expugnatione uerò earum ſine numeri aſſcriptione ponuntur. Ita enim dicitur, Et deleueris gentes multas coram te. Numeroſior eſt enim quàm Iſrael carnalium paſsionum populus, qui de hoc ſeptenario fomite uitiorum ac radice procedit. De gaſtrimargia namque naſcuntur commeſſationes, ebrietates: de fornicatione, turpiloquia, ſcurrilitas, ludibria atque ſtultiloquia. De philargyria, mendacium, fraudulatio, furta, periuria, turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, uiolentiæ, inhumanitas ac rapacitas. De ira, homicidia, clamor, & indignatio. De triſticia, rancor, puſillanimitas, amaritudo, deſperatio. De acidia, otioſitas, ſomnolentia, importunitas, inquietudo, peruagatio, inſtabilitas mentis & corporis, uerboſitas & curioſitas. De cenodoxia, contentiones, hæreſes, iactantia ac præſumptio nouitatum. De ſuperbia, contemptus, inuidia, inobedientia, blaſphemia, murmuratio, detractatio, aliaq́ꝫ quam plura ſimilia: quæ cum ſint multo maiores numeri quam uirtutes, deuictis tamẽ illis ſeptem principalibus uitijs, ex quorum natura iſta procedunt, omnes protinus conquieſcunt, ac perpetua pariter cum his internitione delentur. Quòd autem hæ peſtes etiam robuſtiores ſunt, manifeſtæ naturæ ipſius impugnatione ſentimus. fortius enim militat in mẽbris noſtris oblectatio carnalium paſsionum, q̃ꝫ ſtudia uirtutum: quæ nõ niſi ſumma contritione cordis & corporis acquiruntur. Quod uerò iſtarum pernitioſarum gentium regionea ſalubriter poſsidere præcipimur, ita intelligitur. Habet enim unumquodque uitium in corde noſtro propriam ſtationem: ſed ſi cum ſpiritalibus populis, id eſt, uirtutibus contra ſe dimicantibus fuerint uitia ſeparata, locum quem ſibi in corde noſtro concupiſcentiæ uel fornicatiõis ſpiritus retinebat, deinceps caſtitas obtinebit: quem furor ceperat, patientia uindicabit. Quem triſtitia morte operante occupauerat, incipiat excludere fortitudo ſalutaris, & plena gaudij lætiticia poſsidebit. Quem acedia uaſtabat, incipit excolere fortitudo. Quem ſuperbiam conculcabat, incipit excolere humilitas. Et ita ſingulis uitijs expulſis eorum loca, id eſt, effectus contrarios poſſidebũt filij Iſrael, id eſt, animæ uidentes Deum.

QVOD CVM ABRAHAM DE FVTVris Dominus loqueretur, non ſeptem, ſed decem legitur gentes dinumeraſſe. Caput XVII.

ILlud uerò quod cum Abraham de futuris Dominus loqueretur, non ſeptem gentes legitur dinumeraſſe, ſed decem, quarum terra ſemini eius danda promittitur, qui numerus adiecta idolatria gentium, blaſphema Iudęorũ, errore hæreticorum euidẽtiſsimè adimpletur. Quibus ante noticiã Dei & gratiã baptiſmi uel impia gentium, uel blaſphema Iudęorum multitudo ſubiecta eſt, donec intellectuali Aegypto cõmoratur. Si aũt abrenuncians quia egreſſus exinde per Dei gratiam ad eremũ peruenerit ſpiritalem, de impugnatione trium gentium liberatis, contra ſeptem tantum, quæ per Moyſen dinumerantur, bella ſuſcipiat.

DE MVLIERE CAPTA IN bello. Caput XVIII.

SI inquit, exieris ad bellum contra inimicos tuos, & uideris mulierem decorã ſpecie, & concupieris eã, rade omnes pilos capitis eius, & ungulaa eius, & indues eam lugubribus indumentis: & ſedebit in domo lugens patrẽ ſuũ & matrem ſuam, & domum paternam ſuã, & poſt XXX. dies erit tibi uxor. Dicant Iudæi, quomodo apud eos iſta ſeruentur. Quid cauſę, quid rationis eſt, decaluare mulierem, & ungulas eius abſcindi, uerbi cauſa ponamua. Quod ſiita inuenerit eam is, qui dicitur inueniſſe, ut neque capilloa neque ungulas habeat. Qui habuit quod ſecundum legem demere uideretur, nobis uerò quibus militia ſpiritalia eſt, & arma non carnalia, ſed potenti à Deo. Si decorã mulierẽ, id eſt, animã, quæ à Deo pulchra eſt creata, in gentili conuerſatione inuenerimus, & ſociari uoluerimus eam corpori Chriſti, depoſito idolatriæ cultu, induitur lugubribus pœnitẽtię indumentis, deplorat q́ꝫ patrem & matrem: hoc eſt, omnem memoriã mundi, eiusq́ꝫ carnales illecebras. Deinde uerbi Dei nouacula & doctrina omne peccatũ infidelitatis eiua, ꝙ mortuũ & inane eſt, abradatur. Hoc enim ſunt capilli capitia, & ungulæ mulieris: atq́ꝫ ita demum ſalutaris lauacri unda purificata iungitur ſanctis Dei, ſcilicet cum iam nihil in capite mortuum, nihil in manibus ex illis quæ per infidelitatem mortiua ducuntur, habuerit, ut neque ſenſibus uel actibus immundum aliquid aut mortuum gerat. Quod uerò poſt triginta dies iubet eam duci in uxorem, ternario namq́ꝫ ac denario numero fides opusq́ꝫ ſignificatur. Per fidem ergo trinitatis atq́ꝫ opus legis rectè ſociatur. Quæcũq́ꝫ uerò anima Iſraelitæ, corpori ſcilicet Chriſti adhærens, illi ſine macula, ſinceritate fidei, & actuum puritate. Alij putauerunt hanc mulierem decora ſpecie rationabilem aliquam diſciplinam ſignificare, quæ ſapienter dicta inuenitur apud gentiles. Hanc igitur à nobis repertam oportet primum de ea auferre, & reſecare omnem ſuperſtitionis eius immundiciam, & ſic eam in ſtudio ueritatis aſſumere,

Nihil

Nihil enim mundum habent diſciplinæ gentilium, quia nulla apud infideles ſapiētia eſt, cui immuoditia aliqua uel ſuperſticio non ſit admixta.

DE EO QVID SIGNIFICET ſecuris è manubrio lapſo. Caput XIX.

ILlud autem quid ſignificat, quod Dominus ꝑ Moyſen pręcepit dicens: Si quis abierit cum amico ſuo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cędenda, & lignum ſecuris fugerit manum, ferrumq́; lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit & occiderit, hic ad unam ſupra dictarum urbiũ fugiet & uiuet, ne fortè proximus eius cuius effuſus eſt ſanguis, doloris ſtimulo perſequatur, & apprehēdat eum, & percutiat animam eius. Ad ſyluam quippe cum amico imus, quotiens ad intuenda ſubditorum delicta eoouertimur: & ſimpliciter ligna ſuccidimus, cum delinquētium uitia pia inteotione reſecamus. Sed ſecuris manum fugit, cum ſeſe increpatio plus quã neceſſe eſt, in aſperitatē protrahit: ferrumq́; de manubrio proſilit, cum de correptione ſermo durior excedit: & amicum percutit & occidit, qui auditorem ſuum prolata contumelia ſpiritu dilectionis interficit. correpti namq́; mens repentè ad odium proruit, ſi hanc immoderata increpatio plus quam debuit addicit. Sed is q incautè ligoa percutit, & proximũ extinguit, ad tres neceſſe eſt urbes fugiat, ut in una earum defenſus uiuat: qui ſi ad pœnitentiæ lamenta eoouerſus in unitate ſacramēti ſub ſpe, fide & charitate abſconditur, reus perpetrati homicidijn on tenetur. Quem extincti proximus cum inuenerit, non occidit: quia cum diſtrictus iudex uenerit, qui ſe nobis per oaturæ conſortiũ iunxit, ab eo proculdubio culpæ reatum non expedit, quem ſub eius uenia ſpes, fides & charitas abſcondit.

DE POLLVTIONE SOMNII nocturni. Caput XX.

SI fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus ſomnio ſit. egredietur extra eaſtra, & nõ reuertetur, priuſquam ad ueſperam lauetur aqua, & poſt ſolis oceaſum regredietur in eaſtra. Nocturnum quippe eſt ſomnium, tentatio occulta, per quam tenebroſa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere noo expleiur. Sed ſomnio nocturno pollutus extra caſtra præcipitur egredi, qa uidelicet dignum eſt, ut qui immunda cogitatione polluitur, indignum ſe cunctorum fideliũ ſocietatibus arbitretur: culpæ ſuę meritum ante oculos ponat, & ex bonorum ſe exiſtimatione deſpiciat. Pollutum ergo extra caſtra exire eſt turpi impugnatione laboranti ſeſe ex continentium comparatione deſpicere. Qui ad ueſperum aqua lauatur, eum defectum ſuum conſpiciens ad pœnitentiæ lamenta eonuertitur, ut fletibus diluat omne, quod amicum occulta inquinatio accuſat: ſed poſt ſolis occaſum ad

caſtra redeat, quia deferueſcente tentationis ardore, neceſſe eſt ut iterum fiduciam erga ſocietatis bonum ſumat. Poſt aquam quippe occumbente ſole ad caſtra reuertitur, qui poſt lamenta pœniteotiæ frigeſcente flamma cogitationis illicitæ ad fidelium merita præſumenda reparatur, ut iam ſe à cæteris loogè eſſe non æſtimet: quia mundum ſe per affectum iotimi ardoris gaudet.

DE PAXILLO FERENDO. Caput XXI.

IVbetur præterea Iſrahelitico populo ꝑ Moyſen, ut cum egreditur ad requiſita naturæ, mittat paxillum in balteo, & effoſſa humo abſcondat quæ geſta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere grauato, ab utero mētis noſtrę quędam eogitationum ſuperflua quaſi uentus grauamina erumpũt. Sed portare ſub balteo paxillum debemus, ut uidelicet ad reprehendendos noſmetipſos ſemper accincti, acutũ circa nos ſtimulum compunctionis habeamus, qui inceſſanter terram mentis noſtræ pœnitentiæ dolore confodiat, & hoc quod à nobis fœtidum erumpit, abſcondat.

DE QVADRAGINTA FLAGELLIS delinquentibus adhibendis. Caput XXII.

QVod autem pro menſura peccati quadraginta flagellis delinquentes argui iuſsit: iam prædictum eſt, quod per quadragenarium numerum figura ſignificetur huius temporis, in quo eccleſia per quatuor mundi partes diffuſa ſub Decalogo legis uiuit. Quadragenario numero delinquentes cædimur, cũ in hoc tēpore pœnitentiæ uerberib. flagellamur. Debet ergo quiſq; peccator temporalib. flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus ualeat inueniri. Beatus enim homo, qui corripitur à Domino. Nulla enim in ęternum animaduerſio affligere poterit, quos hic pœnitentiæ diſciplina percuſſerit. Si enim hic pro peccatis cędimur, illic ſine peccato inuenimur.

VENERABILIS BEDAE PRESbyteri Quæſtionum ſuper Deuteronomium, Finis.

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper librum Ieſu Naue, ex dictis patrum, Dialogus.

DE MORTE MOYSI ET *principatu Ieſu Naue.* Caput I.

POST mortem ergo Moyſi loquitur Dominus ad Ioſue dicens: Moyſes ſeruus meus mortuus eſt, ſurge & trāſi Iordanem tu & omnis populus in terram, quam ego dabo filijs Iſrael. Defunctus eſt ergo Moyſes, defuncta eſt lex: legalia præcepta iam ceſſant, & obtinet Ieſus, id eſt, Saluator Chriſtus, filius Dei principatum, introducit populū in terram, de qua dicit Dominus: Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram.

DE DVOBVS EXPLORATORIbus, *& meretrice Raab.* Caput II.

ISte Ieſus, filius Nun mittit duos exploratores ad Iericho urbem, qui ſuſcipiuntur à meretrice Raab. Ieſus iſte dux populi in ſemetipſo Dominum Chriſtum & uocabulo oſtendit & facto. Hiericho autem ciuitas mundus eſt, ad quem Dominus Chriſtus ad perſerutandos mores hominum duo teſtamēta direxit. Nam in eo ut credentium fidem, aut rebellium peruicaciam plenius comprobaret ante aduētum iudicij ſui, quaſi exploratores duos legē & Euangelium deſtinauit. Raab uerò typū tenet eccleſiæ, quæ de extraneis atq; alienis gentibus congregata eſt, quæ antea in deſiderijs carnis fornicabatur in idolis. De talib. ait Dominus: Quod præcedent uos in regno cœlorum Hæc igitur teſtamenta Domini ſola ſuſcipit, & eadē fideliter conſeruat. Amicos omnino nō tradit, ipſa potius periclitari optans, dummodo illæſa ac ſalua ſeruaret. Hæc caſurum mundum ſicut illa ciuitatem firmiter credit, hæc pro ſe ſuorūque omniū ſalute pactum cum teſtamentis Domini fecit: hæc in domo ſua coccū, id eſt, ſignū ſanguinis poſuit. Extra hanc ſi quis inuentus fuerit, ruinam ſeculi atq; incēdium mundi nulla ratione uitabit.

DE TRANSITV ARCAE ET DIuiſione *Iordanis.* Caput III.

POpulus cum arca teſtamenti Iordanem trāſeunt. Sed quid ſibi uelit, quod Iordane eadē arca teſtamenti tranſeunte per ſacerdotes & leuitas deducitur turba: ſicq; ſtante aquæ fluminis in cumulum Dei populus iter incedit innoxium. Hæc omnia implentur in eccleſiæ populis myſtica operatione. Dum enim quis ad baptiſmi uenerit fontem, & conſiſtente ſacerdotali & Leuitico ordine initiatus fuerit myſticis ſacramentis, tunc ſacerdotum miniſterijs per baptiſmum, quaſi per Iordanis fluēta ingreditur, & terram cœleſtis repromiſsionis adipiſcitur. Quod uerò pars aquarum fluminis, quæ retro reſilijt, perſeuerat in dulcedinem, pars uerò in amarum confluxit gurgitem maris: hæc figura baptizatorū uarietatē deſignat, quia ex omnibus qui baptizantur, pars quædam acceptam gratiam cœleſtis dulcedinem cuſtodiunt: pars uerò in peccatorum amaritudine conuertuntur. Quod uerò ſacerdotalis ordo & Leuiticus iter oſtendit populo Dei, magiſteriū ſacerdotale monſtratur. Ipſi enim & docent populum exire de Aegypto, id eſt, de erroribus mūdi, & tranſire per eremum uaſtā, id eſt, per ſeculi tentationes. Quod uerò ſacerdotalis & Leuiticus ordo aſsiſtit arcæ teſtamenti, in qua lex portatur, ſine dubio ut ipſi illuminent populum.

DE DVOBVS SEMI TRIBVS *armatis præcedentibus Iſrael.* Caput IIII.

DVæ ſemis tribus, quæ trans Iordanem à Moyſe acceperunt terram relictis mulieribus & infantibus, cum fratribus tranſeuntes præbebant illis pugnandi auxilium, uſq; quo & ipſi conſequerenur hęreditatem. Iſti quippe qui per Moyſen accipiunt hæreditatē trans Iordanem, & cum fratribus ſuis armati & præcincti incedunt: illi hoc loco intelliguntur, qui primum per Moyſen hæreditatem legis potiti ſunt, unde & primogenitos eſſe oēs. Rubē quippe primogenitus eſt Iacob, ex Lia. Gad primogenitus eiuſdem ex Zelfa. Manaſſes primogenitus eſt Ioſeph, de Aegyptia filia ſacerdotis Putipharis. In his ergo primogenitis figuraliter illi ex priori populo deſignatur, qui per legem placuerunt Deo, quiq; non requieſcūt, ſed expediti ad auxilium fratrum ſuorum conſurgunt. Laborantibus enim nobis in agone uitæ huius, atq; habentibus certamen aduerſus contrarias poteſtates, ueniunt in auxilium nobis illi qui ante aduentum Chriſti per legem iuſtificati ſunt. Vidimus enim Eſaiam, Hieremiā accinctos expeditosq; ad auxilium noſtrū de uoluminum ſuorum iaculis cordis noſtri hoſtes acerrimos uulnerantes. accingitur & Daniel ad auxilium noſtrum, cum nos de Chriſti regno, & Antichriſti futura fraude inſtruit atque pręmonet. adeſt & Ezechiel, ſacramenta nobis cœleſtia in quadriformib. rotarū circulis ſignans. Docet & Oſee biſſenas agminis turmas, & pręcedunt nos ſuccincti lumbis in ueritate, quam prædicant ad auxilium noſtrum. Iſti ergo uiri fortes pugnant nobiſcum, quouſque cœleſtis repromiſsionis patriam conſequamur.

DE DVODECIM LAPIDIBVS. Caput V.

TRanſeuntes itaq; filij Iſrael Iordanem ſuſtulerũt de medio fluminis duodecim lapides, quos pro teſtimonio poſuerunt. Ilico ſecundæ circumciſionis ſequitur typus, ad ſignificandũ nobis, ut dum de lauacro conſurgimus Apoſtolicæ uitæ exempla firmiſsima nobis congeſtare debeamus, quarum ſemper teſtimonium ad imitamenta uirtutum contueamur.

DE CIRCVMCISIONE SECVNda. Caput VI.

POſt Iordanis autem tranſitum uenit Ieſus in Galgala, ibiq; iubetur facere ſibi cultros lapideos, & circumcidere ſecũdo filios Iſrael. Perconrentur inde Iudæi, quomodo poteſt quis ſecundo circumcidi circũciſione carnali? Semel enim circumciſus, ultra non babet quod ſecundo poſsit auferre: à nobis autem, quibus lex ſpiritalis eſt, conueniẽter iſta ſoluuntur. Dicimus enim circumciſionem primã fuiſſe per legem in Aegypto: ſed ſi à lege trãſeat quis per baptiſma Iordanis ad Euangelium, tunc accipit ſecũdam circumciſionem ſpiritalem, per petram q eſt Chriſtus. Sicq; tali circumciſione purgatus, caret Aegypti opprobrijs, id eſt, illecebris corporalium uitiorũ. Nomen autem loci Galgala, quod interpretatur reuelatio: oſtendit, quia dũ in præputio infidelitatis ambulauerit quiſq; ꝑ huius uitæ deſertũ, oculos ei eſſe cæcatos. Videamus & cõſequentia. Poſt Euangelij enim circumciſionem ſtatim in loco reuelatiõis paſcha celebratur, immolaturq; agnus ille pro mũdi ſalute occiſus. Ac deficiente manna typicè legis primũ comedit populus panem corporis Chriſti, quem incorrupta repromiſsiõis terra, id eſt, mater Domini uirgo Maria protulit, cuius granum in terrã cadens fructum plurimum attulit. Et uide ordinem. poſtquam enim ſub Ieſu Naue, id eſt, ſub Ieſu Chriſto duce poſiti ꝑ lauacri fluenta tranſimus, ac per fidem ſpiritali circumciſione ſignamur: tũc his gradibus aduenientes, celebramus paſcha, id eſt, immolatũ Chriſtum pro mundi ſalute credimus. Ac deinde credentes ſtatim pane illo Dominici corporis paſcimur. Occurrit deinde nobis princeps militiæ uirtutum cœleſtiũ Chriſtus, tenens gladium Euangelij, ad reſecandam carnis noſtræ pollutionem. Percunctatio autem Ioſuæ dicentis ad Angelũ, Noſter es an aduerſariorum: diſcretionem ſuorum inſinuat, qui inter bonum & malum per diſcretionem dijudicant, ne eos aduerſarius per ſpeciem boni fallat. Vnde & Hieremiæ dicitur: Si ſeparaueris præcioſum à uili, quaſi os meum eris circundatus.

DE EXCIDIO HIERICHO, ET SALuatione Raab. Cap. VII.

CIrcũdatur poſt hæc Iericho, expugnaturq;, aduerſus quã gladius non educitur, aries non dirigitur, nec tela uibrantur: tubæ ſolummodo ſacerdotales ſeptẽ diebus continuis adhibentur, ſicq; circumacta arca muri Iericho ſubruuntur. Iericho autem per interpretationẽ luna dicitur. Luna uerò mundi huius ſpeciẽ tenet: quia ſicut luna menſtruis completionibus deficit, ita hic mundus ad completionem temporum currens, quotidianis defectib. cadit. In arca uerò eccleſia figuratur, in tubis autẽ æreis prædicatores fortes accipiuntur. Hanc ergo urbem Iericho diebus ſeptem ferẽtes arcam Iſraelitæ, ęneis tubis clangentibus circũeunt, & muri eius per arcæ præſentiam atque ærearum tubarum ſonitum cadunt: quia in hoc tempore, quod ſeptem dierum uiciſsitudine uoluitur, dum fertur arca, id eſt, dum orbem terrarũ circumient, mouetur eccleſia, ad prædicantiũ uoces quaſi ad tubarum ſonitum muri Iericho, id eſt, elati mundi, ac ſuperbia infidelitatis obſtacula corruunt, donec in fine temporum mors nouiſsima inimica deſtruatur, & impiorum ꝑditione unica domus Raab, tanquam unica eccleſia liberetur à turpitudine mundi fornicationis, per feneſtram confeſsionis in ſanguine remiſsionis. Iſta enim meretrix in Hiericho tanq̃ in hoc mortali ſeculo moratur, quæ ut ſaluari poſsit, per feneſtram domus ſuæ, tanq; per os corporis ſui coccum mittit, quod eſt ſanguinis Chriſti ſignum pro remiſsione peccatorũ confiteri ad ſalutem. Qui inuenti ſunt in domo illius, ſaluati ſunt ab interitu urbis: & quicunq; intra eccleſiam reperiuntur, ipſi tamen ſaluãtur. Extra hanc autem domum, id eſt, extra eccleſiam nemo ſaluatur.

DE FVRTO ACHAN. Caput VIII.

FVratur interea de anathemate urbis Hiericho Achã pallium & regulam auream: pro q̃ iraſcente Deo perierunt quidam manu hoſtili ex populo. Hiericho itaq; ut dictum eſt, mundi gerit figuram. De anathemate autem eius fraudans in tabernaculo ſuo abſcondit, qui ſeculares mores in eccleſię ſecretis inſerit, q ſub cultu Dei manens ſolẽnitates ſeculi uel ſpectacula diligit, qui ſortilegos, aruſpices & augures inquirit: uel qui cęteros ritus perſuadet, qui prius in Hiericho, id eſt, in hoc ſeculo habebatur. Iſte ergo, quia poſt fidei indumentum conuerſationes ſeculares occultè inducit, quaſi pallium de anathemate tollit: ſed & ille de anathemate Hiericho fraudat, qui in eccleſia hæreticorum inſert dogma, uel ſuperſticioſa ſecularium literarum ſtudia. Hanc enim regulam auream luculẽto ſermone aptatã, fraudati ſunt, Arrius, Marcion & Baſilides. fraudati ſunt enim iſti regulas aureas de Hiericho, & philoſophorũ ſectã non rectã in eccleſiã conati ſunt introducere, & maculare omnẽ eccleſiam Dñi, ita ut alij multi ꝑderentur per eos: ideoq; abiecti pro anathemate quaſi aceruo lapidũ, ita multitudine peccatorum ſuorũ oppreſsi atq; extincti ſunt, quorũ author ac peremptor ex alijs: hoc eſt, diabolus qui per illorũ impietatem fidelium quoſdã euicerat. Rurſum ſuperatus euincitur, atq; à populo Dei ſuſpenſus ligni crucis uirtute necatur.

DE CONSTRVCTIONE ALTAris. Caput IX.

SVperatis igitur hoſtibus ædificauit Ieſus altare Deo excelſo ex lapidib. integris, in quibus non erat inſectum ferrum, ſicut pręceperat Moyſes: & immolauit ſacrificium, & ſcripſit in lapidibus Deuteronomiũ legis Moyſi. Videamus itaq; qui ſint iſti lapides, ex quibus ædificabatur altare. Omnes igitur qui in Chriſtum Ieſum credunt, lapides uiui dicuntur. De quibus Apoſtolus dicit: Vos eſtis lapides uiui, ædificati domus ſpiritalis. His nõ inſectũ ferrum, quia incorrupti & immaculati carne & ſpiritu ſunt, & iacula maligni ignita non receperunt: hi unum altare faciunt unitate fidei uel concordia caritatis. In his quoq; Deuteronomium, id eſt, ſecundum Euangelij legem, Ieſus Dominus noſter ſcripſit. Audiamus itaq; eum dicentem: Dictum eſt antiquis, Non mœchaberis: ego autẽ dico uobis, Si quis uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Hanc igitur legem Ieſus nouam in cordib. credentium ſcripſit in eorum mentibus, qui altaris conſtructione digni ſunt.

DE MALEDICTIONIBVS ET BENEdictionibus. Caput X.

POſt hæc omnis populus & maiores natu, duces q; ac iudices præcedebãt hinc & inde arcã, ſteterunt q; ſicut præceperat Moyſes in Deuteronomio ſex tribus in monte Garizim, ut benediceret pupulum, & ipſę tribus quæ nobiliores ſunt, id eſt, Simeon, Leui, Iudas, Iſachar, Ioſeph & Beniamin. Alij uerò ſex ignobiliores ſteterũt e regione in mõte Gebal, ut maledicerẽt, inter quos & Ruben, qui maculauerat thorum parentis, & Zabulon ultimus Lię filius, & ancillarum filij. Et hęc quidẽ ueteres hiſtorię referunt geſta: ſed inſpiciendum eſt quid in narrationẽ myſticæ intelligentiæ referatur. Qui ſunt ergo iſti qui incedunt iuxta montem Garizim, & qui ſunt qui incedunt iuxta montem Gebal? Illi itaq; qui hoc in loco iuxta mõtem Garizim incedunt, electi ad benedictionem eos figuraliter indicant, qui non metu pœnæ, ſed cœleſtis promiſsionis amore ſuccenſi ueniunt ad ſalutem. Illi uerò dimidij, qui iuxta montem Gebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ ſunt, illos indicant, qui nõ amore benedictionum uel promiſsionum, ſed futurorũ ſuppliciorũ timore complent quæ in lege ſcripta ſunt, ut perueniant ad ſalutem omnes autem circa arcam incedunt, qui ab eccleſiæ ſinu non diſcedunt: ſed nobiliores illos eſſe dicimus, q boni ipſius deſiderio æternæ benedictionis amore, quod bonũ eſt agunt, quam illos qui pro mali metu bonũ ſectantur. Solus ergo Ieſus poteſt ex omnibus populis huiuſmodi mentes animosq; condicere, & alios quidem ſtatuere in monte Garizim ad benedicendum: alios uerò ſtatuere in monte Gebal, ad maledictionem: non ut maledictiones accipiant, ſed ut intuentes præſcriptas maledictiones, & pœnas peccatoribus conſtitutas incurrere caueant, ac ſemetipſos timoris ſupplicio corrigant.

DE GABAONITIS. Caput XI.

INterea Gabaonitę perditionis metu perterriti, cũ fraude & calliditate uenerunt ad Ieſum, pannis calciamentisq; ueteribus induti, deprecantes ut ſaluarentur, ſtatimq; ab Ieſu ſalutem ſuſcipiunt: quorum tamen dolum ut agnouit, lignicęſores uel aquę geſtatores eos conſtituit. In quorũ figura illi oſtenduntur, qui de mundo ad eccleſiam uenientes, habẽt fidem in Deo, & inclinant caput ſuum ſacerdotibus, ſanctis quoque miniſtrant & ſeruiunt, ut aliquid utilitatis impendant: ad ornatum etiam eccleſiæ uel miniſterium prompti ſunt, in moribus uerò ſuis & conuerſatione priſtina detinentur, induentes ueterem hominum cũ actibus ſuis, & inuoluti uetuſtis uitijs, ſicut & iſti pannis & calciamentis ueteribus obtecti: & pręter hoc quo Deum credunt, & erga ſeruos Dei uel eccleſiæ cultus uidentur eſſe deuoti, nihil habent emendationis uel innouationis in moribus. Tales igitur tantummodo quaſi quoddam ſalutis ſignũ intra eccleſiam tẽporaliter præferunt: inter ſpiritales autem, id eſt, inter ſanctos Dei regnũ æternum uel libertatem minimè conſequuntur.

DE PRAELIO IN GABAON. Caput XII.

QVod autem in Gabaon pugnãte Ieſu Naue ſteniſſe phibetur ſol & luna, donec Iſrael inimici delerentur, dicente ſcriptura: Stetit inquit ſol ſuper Gabaon, & luna ſuper uallem Elom: & adijcit ſcriptura & dicit, Quia nunquã ſic audiuit Deus hominem. Ieſus ergo noſter ſolem ſtare fecit nõ tunc ſolum, ſed multo magis modo in aduentu ſuo, dum nos bellũ gerimus aduerſus uitiorum gentes, & colluctamur aduerſus principes & poteſtates, & rectores harũ tenebrarũ, aduerſus ſpiritales nequitias in cœleſtib. ſol nobis iuſticiæ indeſinẽter aſsiſtit, nec deſerit nos unquam, nec feſtinat occumbere: quia ipſe dixit, Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Quinque autem reges, quinq; ſenſus corporeos indicant: qui Gabaonitas, id eſt, carnales homines expugnant. hi ad ſpeluncam confugiunt, cum ſe terrenis actib. in corpore poſiti mergũt. q tamen pugnãte Ieſu, id eſt, prædicatione Euangelica ſuperantur, atq; ingrediente uerbo Dei in nobis, id eſt, intra ſpeluncam corporis noſtri omnes pariter interficiuntur.

DE EXTINCTIS GENTIBVS, ET TERræ diuiſione. Caput XIII.

EXtinctis deinde uel deletis gentibus Ioſue ſorte diuidit populis terrã repromiſsionis: eiecit ergo & Chriſtus à facie fidelium ſuorum quodam-

Digitized by Google

quodammodo gentes, gentilium errorum malignos ſpiritus, & forte diuidit terram, in nobis omnia operans unus atq; idē ſpiritus, ac diuidens dona propria unicuiq; ꝑt out uult.

DE DIVISIONE TERRAE IN DUABUS ET NOUEM SEMI TRIBUBUS. *Cap.* XIIII.

REfertur autē in his diuinis eloquiis prima & ſecunda hæreditatis facta diuiſio. Prima quidem per Moyſen, ſecunda uero quę fortior eſt per Ieſum. Sed Moyſes trans Iordanē duabus tantum ſemis tribubus, Rubē ſcilicet Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe poſſeſsionem dare decreuit: cæteræ uero oēs per Ieſum ſuſcipiūt. Per quod indicatur, quod plures per fidem Ieſu Chriſti promiſſa cœleſtia eſſent percepturi, quam qui per legem adepti ſunt. Nam duæ illę ſemis tribus proculdubio priorem populū adumbrabāt: ſed ideo duæ ſemis dicūtur, quia hi qui in lege agebant, contigerunt cognitionem trinitatis, ſed perfectam eius ſcientiam nō habuerunt. Sicut & Eccleſiaſticus liber loquitur dicens: Qui non perfecit primo ſcire ſapientiā, & infirmior non inueſtigauit illam. Hæ autem nouem ſemis tribus, quæ per Ieſum repromiſſionem terræ ſanctæ ſuſcipiunt, ut prædictū eſt, figurā noui populi tenuerunt: quia Ieſu Domino noſtro per fidem & gratiam æternæ repromiſsionis hæreditatē poſt lauacrum, quaſi per Iordanis tranſitū ſuſceperunt. Sed proinde & ipſę nouem ſemis tribus dicuntur, quę ſub Ieſu hæreditate potiuntur. & non integræ decimus numerus cōſummatus dicitur & perfectus: quia nec in ipſo aduentu Dñi uel incarnatione eius cuncta nobis per ſemetipſum perfecte annunciata ſunt. Vnde & ipſe dicit diſcipulis. Multa adhuc habeo quæ uobis loquar, ſed non poteſtis illa modo audire: ueniet autē ſpiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille de meo accipiet, & annunciabit uobis omnia. Perfectio itaq; ad ſummam cunctorū bonorum in ſpiritu ſancto cōſiſtit, alioquin nihil in eo perfectum putabitur, cui ſpiritus ſanctus deeſt.

QUOD LEVITAE NON ACCEPERUNT HÆREDITATĒ TERRÆ. *Cap.* XV.

QVod uero Leuitę nō acceperūt hęreditatē terrę, utiq; quia ipſe Dñs noſter ipſe eſt hæreditas eorum. Sicut ſcriptū eſt: Ego hæreditas eorū, & poſſeſsio non dabitur eis in Iſrael, ego enim ſum poſſeſsio eorum. Clericorum enim poſſeſsio ob hoc ſe dici uoluit Deus: quia miniſtri altaris ipſius effecti ſunt, & ſors. Propter quod & cleros ſors interpretatur. Ergo Deum hæreditatem merito poſsidet qui ut abſq; ullo impedimento deſeruire Deo ualeat, pauper ſpiritu eſſe contendit: ut congrue illud Pſalmiſtæ dicere poſsit, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.

QUOD HABITACULA LEVITARUM PER OMNES TRIBUS DISCERNUNTUR. *Caput* XVI.

QVod uero habitacula Leuitis ab Ieſu per omnes tribus decernuntur: ſignificat ut hi qui in eccleſia Dei ſcientiæ operam dantes, doctrinæ gratiam adminiſtrant. Rurſus ab omnibus quibus diſpenſant diuina terrena ſubſidia, quæ non habent recipiant, ut impleatur illud quod Apoſtolus præcipit dicens: Si nos uobis ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ut carnalia ueſtra metamus. Et merito iſti in cunctis tribubus diuiſi dicuntur: quia diſpenſatione cunctorum uiuunt.

QUOD QUADRAGINTA DUAS URBES LEUITÆ IN POSSESSIONEM ACCIPIUNT. *Caput* XVII.

QVod autem quadraginta duas urbes accipiunt, indubitanter ipſa prędicatio ſanctorum ſignatur. Ipſi enim poſsident doctrinā, quę conſtat legis decalogo, & quadrifido Euangelij numero quaſi quaternas urbes habētes quibus etiam duæ adijciuntur: quia nimirum cuncta quæ prædicant, morali ac myſtico ſenſu annunciant.

DE CHANANEO POPULO EXTINCTO. *Caput* XVIII.

ILlud autem quod Iſraelitico populo percepta repromiſsionis terra partiretur Effraim, tamen tribui Chananeus omnis, id eſt, gentilis populus non occiſus, ſed factus tributarius dicitur. Sicut ſcriptum eſt in Iudicum libro: Habitauit Chananeus in medio Effraim tributarius. Quid enim tributarius, quid Chananeus, gentilis uidelicet populus, niſi uitium ſignat. Sæpe enim in magnis uirtutibus terram repromiſsionis ingredimur, quia ſpe intima de æternitate roboramur. Sed dum interemptis ſublimibus uitijs quædam tamen parua retinemus, quaſi Chananeum in terra noſtra uiuere concedimus: qui tamē tributarius efficitur, quia hoc ipſum uitiū quod ſubiugare non poſſumus, ad uſum noſtræ utilitatis humiliter retorquemus, ut eodem ſe mens, & in ſuis uilia ſentiat, quod ſuis uiribus etiam parua quæ appetit, non expugnat. Vnde bene rurſum ſcriptum eſt: Hæ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Iſraelem. Adhuc namq; quædam minima uitia noſtra retinentur, ut ſenſum intentio ſolicitum in certamine ſemper exerceat, & ideo de uictoria non ſuperbiat, quo uiuere in ſe hoſtes cōſpicit, à quibus adhuc uinci formidat. Iſrael ergo reſeruatis gentibus eruditur, quando in quibuſdam minimis uitijs elatio uirtutis noſtræ comprimitur, & in paruis ſibi reſiſtētibus diſcit, quod ex ſe maiora non ſubijciat.

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI QUAESTIONUM *ſuper librum Ieſu Naue, finit.*

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper librum Iudicum, ex dictis patrum, Dialogus.

DE SERVITVTE POPVLI, *et liberatione.* Caput I.

HISTORIA Iudicum non parua myſteriorũ indicat ſacramẽta. Primum quòd poſt Ioſue ſucceduñt Iudices: ſicut & poſt Chriſtũ ſucceſſerunt Apoſtoli, & eccleſiarum rectores, ad gubernãdos & regendos fideles, quos ipſe ad ſpem æternę repromiſsionis perducit. Per omnia autẽ in hoc uolumine delicta Iudaici populi, & ſeruitutis clamor quoq; eorum & miſerationes Dei ſcribuntur. Nam multis annis pro ſuis offenſis multorum regum ſerui erant, & iterum conuerſi liberati ſunt. Sed quid eſt quòd ſæpè peccantes in manu hoſtili traduntur, niſi quòd noſtra peccata quando delinquimus, uires hoſtib. præbẽt: & quando nos facimus malũ in conſpectu Domini, tunc confortãtur aduerſarij noſtri: id eſt, dæmones ſpiritualium nequitiarum uirtutes: ſed iterum, quando conuertimur, ſuſcitat Dominus ſaluatores, & iudices: hoc eſt, principes & doctores, quos ad ſubſidium Deus mittit eorum, qui ad ſe toto corde clamauerint. ſicut miſit Othoniel, qui expugnauit Cuſan Repſathaim regem Meſopotamię: ſicut miſit Aoth, qui occidit Eglon regem Moab: ſicut miſit Iahel & Debboram, quæ interſecerunt Siſaram. Quarum hiſtoria pro ſuis myſterijs breuiter memoranda eſt.

DE DEBBORA ET IAHEL. Caput II.

DEBBORA Prophetes, uxor Lapidoth iudicabat populum in illo tempore, & ſedebat ſub palma inter Rama & Bethel, in monte Effraim, aſcendebãtq; ad eam filij Iſrael in omne iudiciũ. Debbora quæ interpretatur apis, ſiue loquela, in prophetię forma accipienda eſt, de qua dicitur: Quam dulcia faucib. meis eloquia tua. Conſideremus ubi locus prophetiæ deſcribitur. Sub palma, inquit. Sub palma ſedem habet prophetia, quia quos ſuis inſtitutionibus erudit, ad palmã ſupernæ uocationis adducit. Inter medium autẽ Rama & inter medium Bethel ſedere dicitur prophetia. Rama interpretat̃ excelſum, Bethel domus Dei: utiq; quia nos intra domũ Dei poſitos, non quę in terra ſunt quærere docet, ſed q̃ in cœlis ſunt. hęc miſit & uocauit ad ſe Barach. Barach interpretatur coruſcatio. Coruſcatio eſt, quæ habet quidem lucem, ſed non permanentem. Ad modicum enim temporis reſplẽdet, & deſinit. Hic ergo Barach formam gerit prioris populi, qui primo omnium per prophetiam uocatus & inuitatus ad audiẽda eloquia Dei, refulſit quidẽ in legis ſplẽdore, & breui tempore coruſcauit, ſed non diu permanſit. Cum ergo dixiſſet Debbora ad Barach, id eſt, prophetia ad priorem populum, Tibi pręcepit Dominus Deus Iſrael, & tu aſcende in montem Thabor, & accipe decem milia uirorum: reſpõdit Barach ex perſona prioris populi ad prophetiam, Nõ aſcendã, niſi & tu aſcenderis mecũ. Dixit ad eum Debbora: Ibo tecum, ſed non erit primatus tuus in uia qua incedis: ſed in manu mulieris tradetur Siſara. Et uidetur oſtendere, quia non eſt apud illum populum primatus, nec permanet apud eum uictoriæ palma: ſed apud Iahel mulierem, id eſt, eccleſiam. Nam Iahel iſta alienigena, in cuius manu uictoria eſt facta, figuram tenet eccleſiæ ex gentibus congregatæ. Iahel enim interpretatur aſcenſio: quia per eccleſiam aſcenditur ad cœlum. Iſta palo Siſaram hoſtẽ interfecit: id eſt, ligni crucis acumine & uirtute diabolum interemit: quod Barach, id eſt prior populus per legis pręcepta facere non potuit. Sola enim iſta per lignum, in quo ſpiritualibus ſacramentis credentium ſalus eſt fidei, hoſtẽ afflígit: quem deinde mortuũ pellibus obtegit, id eſt, incluſum in carnalium cordibus derelinqت. Non enim latent mortifera ipſius, niſi in corruptibilitate uitę uiuentibus, & peccata mortalia perpetrantibus: qui dum prauè uiuentes ſegregantur à corpore Chriſti, efficiuntur membra diaboli.

DE ORACVLO ANGELI AD GEDEON. Caput III.

TRaditur deinde popul⁹ Iſrael in manu Madian, pro cuius liberatione loquitur angelus Domini ad Gedeõ. Cuius geſta qđ ſignificẽt myſtice, demonſtrãdum eſt. Gedeon namq; cũ ſub arbore quercu tritici meſſẽ uirga cæderet, & à paleis frumenta excuteret, angelum uidit, & accepit ab eo oraculum, ut à poteſtate hoſtium populum Domini in libertatem reduceret. Iſte Gedeon nimirum figuram præſtabat Chriſti, qui ſub umbra ſacræ crucis prædeſtinato incarnationis futuræ myſterio conſtitutus, rectitudine iudicij quaſi per uirgã electionẽ ſanctorum à uitiorum paleis ſequeſtrabat. Hic ergo Gedeon cum audiſſet ab angelo, quòd deficientibus populorum milibus in uno uiro Dominus plebem ſuam ab hoſtibus liberaret: protinus hœdum coxit, cuius carnes ſecundũ pręceptum angeli ſimul cum azyma ſupra petram poſuit, & ius carnium deſuper effudit. Quæ dũ angelus uirgę cacumine contigit, ſtatim de petra ignis erupit: atq; ita ſacrificium Deo quod offerebatur, abſumptũ eſt. Quo indicio declaratum uidetur, quòd petra illa typum habuerit

corporis

corporis Chriſti, Paulo atteſtante: Petra autē erat Chriſtus. Iam tunc igitur in miniſterio declaratum eſt, quia Dominus Ieſus in carne ſua totius mundi peccata crucifixus aboleret. Nec ſolum delicta factorum, ſed etiam cupiditates purgaret animorum. Caro autem hœdi ad culpam facti refertur, ius ad illecebras cupiditatū: ſicut ſcriptum eſt, Quia concupiuit populus cupiditatem peſsimam: & dixerunt, Quis nos cibabit carne? Quod igitur extendit angelus uirgam, & tetigit petrā, de qua ignis exiuit: oſtendit, quòd caro Domini ſpiritu repleta diuino, peccata omnia humanæ conditionis exurit. Vnde & Dominus ait: Ignem ueni mittere in terram. Aduertit igitur uir doctus & præſagus futurorum ſuperna myſteria, & ideo ſecundū oracula occidit uitulū, à patre ſuo idolis deputatum: & ipſe ſeptennē alium uitulum immolauit Deo. Quod factū manifeſtiſsimè reuelauit, poſt aduentum Domini omnia gentilitatis abolenda ſacrificia, ſolumq; ſacrificium Deo dominicæ paſsionis pro redemptione noſtra, religioſe à populis deferendum. Etenim uitulus ille erat in typo Chriſti, in quo ſeptiformis ſpiritualium plenitudo uirtutum, ſicut dixit Eſaias, inhabitabat.

DE MYSTERIO VELLERIS ET areæ. Caput IIII.

PRæuidit ergo myſterium uictoriæ Gedeon: & tamē licet fortis & fidus, pleniora adhuc de Domino futuræ uictoriæ documenta quærebat, ut una nocte lanæ uellus in area poneret, & eſſet ſuper illud tantūmodo ros, & ſuper omnem terram: & rurſus ſimiliter poneret uellus, & ſuper totam terrā ros plueret, & ſiccitas eſſet in uellere. Quærit fortaſſe aliquis, utrū quaſi incredulus eſſe uideatur, qui frequentibus iā fuerat indicijs informatus. abſit. Non enim ille ambiguus erat: ſed nimirū futura myſteria præuidebat: quę etiam prouidus diligentiſsime explorabat, ut amplius crederet myſterium, dum intellexiſſet oraculum. Quid ergo uellus compluturn, & area ſicca, & poſtea compluta area ſicco uellere, niſi quòd primo una gens Hebręorum, habens gratię myſterium, totus orbis hoc habet, illa uacua eſt? Area enim illa, totum orbem terrarum ſignificabat. Deniq; quando totus orbis infructuoſo cultu gentilis ſuperſtitionis arebat, tunc erat ros ille cœleſtis uiſitationis in uellere: poſtea uerò quoniam oues quæ perierant domus Iſrael, quæ ſub figura uelleris demonſtrabantur, fontem aquę uiuæ negauerunt: ros fidei exaruit in pectoribus Iudęorum, gratiamq; ſuam imber ille diuinus in corda gētium deriuauit. Inde eſt quòd nunc fidei rore totus orbis humeſcit, Iudæi uerò ,pphetijs & omnibus chariſmatibus carēt. Nec mirum ſi perfidię ſubeunt ſiccitatem, quos Dominus prophetici imbris ubertate priuauit dicēs: Mandabo nubibus meis, ne pluant ſuper eam imbrem. Idcirco autem illam gentē uelleris nomine ſignificauit, uel quia in obauditu eandem pluuiā detinebat, quā uolebat ſibi propoſito prędicari: Id eſt, incircumciſis gentibus reuelari.

DE PRAELIO CVM TRECENtis. Caput V.

POſt hāc diligentiſsimam myſterij explanationem, cū iam contra Madianitas Gedeon dimicare contenderet, & exercitus multitudinem ad bella produceret: diuina illi admonitione præceptum eſt, ut ad fluuiū ueniens, omnes quos flexis genibus aquas baurire cōſpiceret, à bellorum conflictu remoueret: actumq; eſt, ut trecenti uiri tantummodo qui ſtantes manibus aquas bauſerunt, remanerent. Cum his Gedeō ad prælium pergit, eosq; non armis, ſed tubis, lampadibus, & lagenis armauit. Nā ſicut illic ſcriptum eſt, accēſas lāpades miſerunt inter lagunculas, & tubas in dextera, lagenas autem in ſiniſtra tenuerunt: & ad hoſtes ſuos cominus uenientes, cecinerunt tubis, confregerunt lagūculas, lampades apparuerunt: & hinc tubarū ſonitu, illinc lampadarum coruſcatione territi hoſtes in fugā conuerſi ſunt. Quid hoc eſt quod tale bellū ꝑ prophetam ad mediū deducitur? An indicare nobis propheta ſtuduit, quod aduentum redemptoris noſtri contra diabolum, illa ſub Gedeon duce pugnæ uictoria deſignauit? Talia enim nimirum acta ſunt, quę quanto magis uſum pugnandi tranſeunt, tanto amplius à prophetandi myſterio nō recedunt. Quis enim unquam cum lagenis & lampadibus ad prælium uenit? Quis contra arma ueniens, arma deſeruit? Ridicula nobis hæc profecto fuerant, ſi terribilia hoſtibus nō fuiſſent. Sed uictoria iſta atteſtante didicimus, ne parua hęc quę acta ſunt perpēdamus. Gedeon itaq; ad præliū ueniens, redemptoris noſtri ſignat aduentum: de quo ſcriptum eſt, Tollite portas principes ueſtras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Hūc redemptorē noſtrum nō ſolum opere, ſed etiam nomine prophetauit. Gedeō namq; interpretatur circumiēs in utero. Dominus enim noſter per maieſtatis potentiā omnia circumplectitur, & tamen per diſpenſationis gratiā inter uterum uirginis uenit. Quid eſt ergo circūiens in utero, niſi quia omnipotens Deus Chriſtus inter uterū uiuit per infirmitatis ſubſtantiam, & extra mundum per maieſtatis potentiā? Madian uerò interpretatur de iudicio. Non de uitio repellentis, ſed de iudicio iuſte iudicātis fuit: & idcirco de iudicio uocātur, qa alienià gratia. Vt enim hoſtes eius repellendi eſſent deſtruendiq;, redēptoris iuſtę damnationis meritum etiā in uocabulo nominis trahunt: contra hos Gedeon cum trecētis pergit ad pręliū. Solet in tricenario numero, plenitudo perfectionis intelligi. Quod ergo per interdictum tricenarium numerum deſignatur, niſi perfecta cognitio trinitatis? Cū his quippe Dominus noſter aduerſarios fidei deſtruit, cū his ad prædicationis bellum deſcendit: qui poſſunt diuina cognoſcere, qui ſciunt de trinitate, quæ Deus eſt, perfecte ſentire. Notādum uerò eſt, quia

iſte

iſte trecentorum numerus in tau litera contineetur quæ crucis ſpeciē teoet. Cui ſi ſuper traſuerſam lineam, id quod in eruce eminet, adderetur, nō iam crucis ſpecies, ſed ipſa crux eſſet. Quia ergo iſte trecētorū numerus io tau litera continet, & per tau literā ſicut diximus, ſpecies crucis oſtēditur: noo immeritò in his trecentis Gedeonē ſequētibus illi deſignati ſunt, quibus dictum eſt: Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuā, & ſequatur me. Qui ſequentes Dñm tanto uerius crucem tollunt, quanto acrius ſeſe edomant, & erga proximos ſuos charitatis compaſsione cruciantur. Vnde per Ezechielem prophetam dicitur: Signa tau ſuper frōtes uirorum gementiū & dolentium. Vel certè in bis trecentis, qui in tau litera continētur, hoc exprimitur, quod ferrū hoſtiū crucis ligno ſuperetur. Ducti itaq; ſunt ad fluuium, ut aquas biberent: quiq; flexis genibus hauſerunt, à bellica interdictione remoti ſuot. Aquis namq; doctrina ſapientiæ deſigoatur. Stantis autem genu, recta operatio deſignatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genu flexiſſe perhibentur, & à bellorum eertamine prohibiti receſſerunt: hi ſunt, qui doctrinam cum rectis operibus non hauriuot. Qui uerò doctrinæ fluenta ita hauriūt, ut nequaquam in prauis operibus carnaliter inflectātur, hi Christo duce cōtra hoſtes fidei ad præliū pergunt. Vadunt ergo cum tubis, cum lāpadibus, cū lagenis: atque iſte, ut diximus, fuit ordo prçliādi. Cecinerunt tubis, intra lagenas autem ſunt miſſæ lāpades: confractis uerò lagenis lampades oſtenſç ſunt, quarum coruſcante luce, hoſtes territi in fugā uertūtur. Deſignatur itaq; in tubis clamor prædicantium, in lampadibus claritas miraculorū, in lagenis fragilitas corporum. Tales quippe ſe eum dux noſter ad prædicationis prçliū duxit, qui deſpecta ſalute corporum, hoſtes ſuos moriendo proſternerent, eorumq; gladios non armis, ſed patientia ſuperarent. Armati enim uenerunt ſub duce ſuo ad prælium martyres noſtri, ſed tubis, ſed lagenis, ſed lampadibus. Qui ſonuerunt tubis, dum prædicant: confregerunt lagenas, dum ſoluenda in paſsione ſua corpora hoſtilibus gladijs opponunt: reſplenduerūt lampadibus, dum poſt ſolutionem corporis miraculis coruſcauerunt. Moxq; boſtes in fugam uerſi ſunt: quia dum martyrum corpora miraeulis coruſcare conſpiciunt, luce ueritatis fracti: q impugnauerunt, crediderūt. Cecinerūt ergo tubis, ut lagenæ frangerentur. Lagenæ fractæ ſunt, ut lampades apparerent: apparuerunt lampades, ut boſtes in fugam uerterētur: id eſt, prædicauerunt martyres, donec eorum corpora in morte ſoluerentur. Corpora eorū in morte ſoluta ſunt, ut miraculis coruſcarent: coruſcauerunt miraculis, ut hoſtes ſuos ex diuina luce proſternerent. Et notādum, quòd ſteterunt hoſtes ante lagenas, fugerunt ante lāpades: quia nimirum perſecutores ſanctæ fidei, prædicatoribus adhuc in corpore poſitis reſtiterunt. Poſt ſolutionem uerò corporum, apparentibus miraculis in ſugam uerſi ſunt: quia pauore conterriti, à perſecutione fidelium ceſſaueruot. Intuēdum eſt etiam id quod illic ſcriptum eſt: quia in dextera tubas, lagenas autem in ſiniſtra tenuerunt. Pro dextera enim habere dicimus, quicquid pro magno penſamus: pro ſiniſtra uerò, qc quid pro nihilo ducimus. Bene ergo illic ſcriptum eſt, quòd in dextera tubas, & in ſiniſtra lagenas tenuerūt: quia Chriſti martyres pro magno habent prædicationis gratiam, corporum uerò utilitatē pro minimo. Quiſquis enim corporis utilitatem plus facit quam gratiā prçdieationis in ſiniſtra tubam, atq; in dextera lagenā tenet. Si enim priori loco gratia prædicationis accenditur, & poſteriori utilitas corporis: certum eſt quia dextris tubæ, & ſiniſtris lagenæ teneotur.

DE ABIMELECH. CAput VI.

MOritur Gedeon, & relinquit ſeptuaginta filios: & unum oomine Abimelech, oatū ex concubina: qui cōduxit ſibi uiros uagos, & abieruot poſt illum: & intrauit in domū patris ſui, & occidit fratres ſuos ſeptuaginta uiros, ſuper lapidem unum: & remāſit Ioatham iunior, quoniam abſconſus erat, & cætera. Hoc factū ſi nihil propheticum indicaret, quid opus erat ut magoopere ſcriberetur, utrū Gedeon ſeptuaginta filios, & multas uxores habuiſſet, ſed & cōcubinam, de qua unum, & malum filiū ſuſcepiſſet? Et quod cum turpe factum ſit, tunc etiā turpius eſſet, ſi hçc poſteris ad exemplum in diuinis ſcripta uiderentur: niſi magnç alicuius rei imaginem earum rerum geſta per typos & figuras oſtenderent. Gedeon igitur, ut ſuperius dictum eſt, typum Domini prçtendebat. Plurimæ uxores eius, multæ ſunt nationes, quæ per fidem Chriſto adhæſerunt. Septuaginta filij eius, ſeptuaginta linguæ ſuot in hoc mundo diffuſæ, in quibus per fidē filios ſibi generaturus erat. Concubinam in hoc loco Synagogam uocat, quæ in nouiſsimis temporibus Antichriſto creditura eſt: de qua Ioannes in Apocalypſi ait: Qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga ſatanæ. De qua ultimis temporibus nequiſsimus filius, id eſt, Antichriſtus eſt generandus. Eritq; filius ancillæ, id eſt, Synagogæ filius peccatricis: quia qui peccatum, inquit, facit, ſeruus eſt peccati. hic inquam congregatis ſibi impijs, ſicut Abimelech fecit, regnum improbè uſurpabit. Interfectisq; nobilib. filijs, id eſt, his qui ex diuerſis nationib. & linguis io Chriſtum credentes, à Deo ſunt generati, inducturus eſt perſecutionē, ut penè omnes ſanctos interficiat. Sed ſuper ſeptuaginta, inquit, fuit iunior filius, ex nobili matrimonio, qui ſe abſcōderat: hic aſcēdit in uerticem mōtis Garizim, & exclamauit uoce magna ad populum Sichimorum. componēs eis parabolam hic ergo iunior filius, qui fugitat ut gladium inimici euaderet. figura eſt reſidui populi Iſrael, prædicante Helia extremis temporibus credituri, & Antichriſti gladium euaſuri. Aſcendit, inquit, iſte

in uerticem

in uerticem montis Garizim. Sed cur mõtem aſcendit? Quia nec propbetare, nec perſecutionem Antichriſti quiſquam euadere poteſt, niſi prius in montem benedictionis, id eſt, in ſublimitatem fidei ac uirtutũ aſcenderit. hic eſt enim mõs Garizim, qui à Moyſe in benedictione deputatur. Itaq; cum aſcendiſſet, eleuata uoce clamauit & dixit: Audite me uiri Sichem. Ierunt ligna, ut ungerent ſuper ſe regem, dixerũtq; oliuæ: Impera nobis. Quę reſpondit, Nũquid poſſum amittere pinguedinem meã, qua dij utuntur & homioes, & uenire ut inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborem ficum: Veni, & ſuper nos accipe regnum. Quæ reſpondit eis: Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meã, fructusq; ſuauiſsimos, & ire ut inter cętera ligna commouear? Locuta ſuot quoque ligna ad uitẽ: Veni, & impera nobis. Quæ reſpondit: Nunquid poſſum deſerere uinũ meum, quod lætificat Deum & homines, & inter cætera ligna commoueri? Cum ergo repudiata fuiſſent ligna ſyluæ ab oliua, & ficu & uite, uenerunt ad ramnum, ut eum ſibi facerent regem. Sed prius uideamus cur oliua, ficus & uitis ſuper ligna regnare ooluerunt. Ligna ꝗppe ſyluæ, homines eſſe uanos & uagos æterno incendio præparatos. His ergo meritò noluit nec oliua nec ficus regnare, nec uitis: quia minime merebãtur. Oliua enim gratiam ſpiritus ſancti, & unctionem pacis ſignificat: ficus autẽ ſacræ legis imaginem habet, ſicut in Euãgelio ſcriptum eſt: Quidã paterfamilias in uinea ſua plantauit ficum. Quis paterfamilias niſi Deus, qui familiæ ſuæ, id eſt, omnium credentium pater eſt? Plantauit ergo uineam, id eſt, populum: quia uineam ex Aegypto tranſtuliſti. In hac uinea plantauit ficum: hoc eſt, in populo ſuo poſuit legem. Quæ lex primitiuũ populum, ſicut ficus groſſos, aridos & inutiles deijcit in terrã, & poſtea alios fructus generauit: id eſt, populum Chriſtianorum, quem ad debitam Euangelicæ diſciplinæ maturitatem & ſuauiſsimã pinguedinem Chriſti, cũ gloria & honore perduxit. Sed uitis, inquit, noluit regnare in eis. Vitem autẽ Saluatoris noſtri typum habere maniſeſtum eſt: ſicut in Euangelio ait, Ego ſum uitis uera. Igitur quia iam in reprobum ſenſum, ſicut Apoſtolus dixit, futurus eſt populus ille, qui Antichriſto eſt ſeruiturus, quem ligna ſyluæ appellat: & neceſſe eſt ut credat mendacio, id eſt, Antichriſto, quia ueritati Chriſto noluit credere: ideo & à regno uitis, id eſt, Chriſti, & ab oliua, id eſt, ſpiritus ſancti gratia, & ficu: id eſt, diuinæ legis dulcedine reprobatus uenit ad ramnum. Ramnus enim genus rubi eſt, quam uulgò ſenticem urſinam appellant, aſperum nimis & ſpinoſum: per quod meritò typus Antichriſti ſignificatur, qui omni aſperitate & efferitate humanum genus eſt uaſtaturus. Sed exiet, inquit, ignis de ramno, id eſt, iniquitas de Antichriſto: & omnes qui in eo confidunt, cum ipſo pariter deuorabit.

DE IEPHTHE ET FILIA EIUS. Cap. VII.

ADiecerunt deinde filij Iſrael deſeruire Baalim, & dijs alienis, traduntur q; io manus filiorum Ammon: tunc Iephthe Galaadites fugiens à facie fratrum ſuorum, conſtituit in principem ob pugnam filiorum Ammon: qui rediens poſt triumphum immolauit filiam, quę ſibi poſt uictoriam prima occurrebat. Sic enim uotum ſpoponderat, ut quicquid ſibi reuertẽti occurreret, Dño immolaret. ꝗs ergo io Iephthe prænunciabatur, niſi Domious Ieſus Chriſtus ſaluator noſter? Qui faciem fratrum ſuorum, id eſt, Iudæorum fugiens, in gentibus principatum accepit: quia omnia humaoæ ſalutis ſacramenta quæ iurauit, expleuit: & quaſi filiam, ita carnem propriã pro ſalute Iſraelis Domino obtulit. Iuraſſe enim patrem, ac uouiſſe unigenitum legimus, pſalmiſta dicente: Sicut iurauit Domino, uotum uouit Deo Iacob: ſcilicet ut iuramentum religionis in carnis ſuæ paſsione ꝓ ſalute generis humani expleret. Hæc ſecundũ teſtamentorum hiſtoriam, ita per Chriſtum acta uidetur pro religiõe, quam iurauerat eſſe complendam. Poſt mortẽ Iephthe traditur in manus Allophilorum, naſciturq; Samſon, qui liberet Iſrael.

DE SAMSON, ET ACTIBUS EIUS. Caput VIII.

SAmſon autem quondam Domini Nazareus, habet quidem typum Chriſti. Primum quod ab angelo natiuitas eius anounciatur, deinceps quooiam Nazareus dicitur, & ipſe liberauit Iſrael de hoſtibus. Poſtremò quod tẽplũ illorum ſubuertit, & perierunt multa milia hominum, qui illum illuſerant. Natiuitas iſtius Samſon, quę per angelum ounciatur, ſimilitudinem habet primum prophetarum, qui natiuitatem Domini ſecundum carnem annunciauerunt: deinceps etiam angeli, qui ad Mariam loquitur, dicens: Maria iouenisti gratiã ante conſpectũ Domini, & accepiſti in utero, & paries filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Hic enim ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorum. Samſon autem interpretatur ſol. Sed quia & redemptor noſter ſol appellatur, audi ipſum Dominum Ieſum ꝑ prophetã eo nomine uocitari: Orietur uobis ſol iuſticiæ, & ſanitas in pennis eius. Verè enim hic ſol iuſticiæ eſt, qui omnium credentiũ mentes cœleſti munimine clarificat: hic uerè Nazareus eſt, & ſanctus Dei, cuius in ſimilitudinem ille Nazareus eſt nuncupatus. Iſte ergo cum tenderet ad myſterium nuptiarum, leo rugiẽs occurrit ei. Sed quis primum erat in Samſon obuium leonem necans, cum petendæ uxoris cauſa ad alienigenas tenderet, niſi Chriſtus, qui eccleſiã uocaturus ex gentibus, uincens diabolũ dicit: Gaudete, quia ego uici mundum? Quid ſibi uult, ex ore eiuſdẽ leonis occiſi fauus mellis extractus, niſi quia ut conſpicimus leges ipſas terreni regni, quæ aduerſus Chriſtum fremuerunt, nũc iam perẽpta feritate dulcedini Euangelicę prædicandæ eiſã

munimina

munimina præbent? Item quid in ſemetipſo expreſſit, quod paucos quidē dum uiueret interemit, deſtructo autem templo hoſtes multos cū moreretur occidit? Quia nimirū Dominus ab elatione infidelitatis paucos cum uiueret, plures uerò cum templum ſui corporis ſolueret, extinxit: atq; elatos ex gentibus, quos uiuēdo ſuſtinuit, ſimul omnes moriendo proſtrauit. Iā reliqua eius quòd ei mulier ſubdola caput raſerit, & Allophilis illudendum tradiderit: quòd captiuatus, quòd cæcatus, quòd ad molam deputatus eſt, in his non Chriſtus, ſed illi figurantur qui ſolo tātummodo in eccleſia Chriſti nomine gloriantur, & malis actibus iugiter implicantur. Vir enim ſenſus rationalis intelligitur, caro autem quaſi in typo mulieris accipitur. Si enim mulieri id eſt, carni noſtræ blandiente libidine, uel reliquis malis operibus conſenſerimus: gratiam ſpiritus, quæ Nazarei crine ſignificatur, nudati expoliamur atq; decipimur. Ita enim ſuperbis & peccatoribus uiolata Chriſti gratia, ſicut Samſon inciſa coma diabolus illudit. Sed quid eſt quod Samſon ille ab Allophilis captus, poſtquā oculos perdidit, ad molam deputatus eſt? Quia nimirum maligni ſpiritus poſtquam tentationum ſtimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foris hominē in circuitu laborū mittūt. Quod ſi aliquando idem homo agendo pœnitentiā redeat, illi uelut coma reducitur: id eſt, gratia refloreſcente, reparatur ad ſalutem. Deinde cupiditatis ac luxuriæ ſubuerſis columnis uictores hoſtes deijcit, & reparato certamine in finem fortiſsimè de dęmonibus triumphabit.

EXPLANATIONIS IN LIBRUM *Iudicum, finis.*

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper librum Ruth, ex dictis patrum, Dialogus.

VIDEAMVS nūc de Ruth. habet enim iſta typum eccleſiæ. Primum quoq; alienigena eſt ex populo gentili, quę relicta patria & omnib. quæ illius erant, uadit in terram Iſrael: & cum prohiberet illā ſocrus ſua pergere ſecum, perſeuerabat dicēs, Quocunq; perrexeris pergam. Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus. Quę te morientē terra ſuſceperit, in ea moriar. Quę uxor ſine dubio typum in illa fuiſſe eccleſia manifeſtat. Sic enim eccleſia ex gentib. ad Dominum conuocata, relicta patria ſua, quod eſt idolatria, & omiſſa uniuerſa conuerſatione terrena: profitetur Dn̄m Deum ſuum eſſe, in quem ſancti crediderunt, & illuc ſe ituram, ubi caro Chriſti poſt paſsionē aſcendit, & ob eius nomē in hoc ſeculo pati uſq; ad mortem, & cum ſanctorum populo, patriarchis ſcilicet, prophetis, cōſociandam. De quorū ſocietate ꝙ ſanctis ex ſtirpe Abrahę uenientib. conſociaretur, Moyſes in cantico oſtēdit dicens: Lætamini gentes cum plebe eius. Id eſt, uos qui ex gētibus eſtis credituri, cum illis qui primi electi ſunt æterna lętitia exultate. Ingreſſa autem Ruth cū ſocru ſua in terram Iſrael, ob merita obſequiorū ſuorum prouidetur, ut homini coniungeretur, ex Abrahę ſtirpe uenienti. & primū quidem huic quem ipſa propinquum magis eſſe credebat: q negat ſe poſſe illi nubere offert: & recedente illo per teſtimoniū decē maiorum, Booz illi coniungitur, & ab ipſis decē ſeniorib. benedicitur: quia prior ipſe ex cognatis cōfitetur, ſe eidē nubere poſſe. Hoc loco Ioannis baptiſtæ figuram oſtendi exiſtimamus. quia cum ipſe Apoſtolo Chriſtus putaretur, & interrogaretur qs eſſet: nō negauit, ſed cōfeſſus eſt dicēs, Chriſtū ſe nō eſſe. Et perſeuerantib. his qui miſsi erāt, & inquirentibus quis eſſet: reſpondit, Ego ſum uox clamātis in deſerto. Nouiſsimè etiā confitetur de Dn̄o ipſe dicens: Qui habet ſpōſam, ſpōſus eſt. Se aūt amicū ſpōſi manifeſtat, cū adiecit: Amicus aūt ſponſi eſt qui ſtat, & audit eū, & lętatur propter uocē ſponſi. hunc ergo Chriſtū exiſtimabant: quia Chriſtum in die uiſitationis ſuæ ueniſſe non intelligebant. Eſt quippe eccleſiæ ſponſus, qui propheticis uocibus eſt ante ꝓmiſſus, ſed ſicut ille propinquus negauit, & poſtea Ruth iungitur Booz: ita Chriſtus, qui uere ſpōſus eccleſiæ eſt, quem prophetarum omniū oracula cecinerant, dignatus eſt eccleſiā aſſumere & ex omnibus gentibus per totam orbem terrarum Deo patri innumeros populos offerre. Quod uerò excalciat ſe cognatus ille, ueterum conſuetudo erat, ut ſi ſponſam ſponſus repudiare uellet, diſcalciaretur ille, & hoc eſſet ſignum repudij. Proinde excalciari iubetur, ne ad eccleſiam quaſi ſponſus calciatus accederet. hoc enim Chriſto ſeruabatur, qui uerus ſponſus erat. Decem aūt maiorum natu benedictio: hoc oſtendit, in nomine Ieſu omnes eſſe gentes ſaluādas ac benedicēdas. Iota enim apud Græcos, decē ſignificat. Quæ prima litera nomē Dn̄i Ieſu ſummopere ſcribit. Quæ res, ut diximus, oēs gētes per ipſum ſaluādas ac benedicendas eſſe demōſtrat. Nec dubitet ergo quiſquā, hęc ut dicta ſunt, credere: cū uideat uniuerſa, & ab initio figuris antecedentib. pręcurriſſe, & ꝑ aduentū Dn̄i manifeſtè adimpleta ſic eſſe, & quæ ſuperſunt hoc modo ꝑficiēda in ueritate, cōſonātib. omnib. & uocib. & figuris ſacrarū ſcripturarū: q̄ adimpleuit is ꝗ pollicitus eſt ꝑ filiū ſuū Ieſū Chriſtū Dn̄m, regē & Saluatorē noſtrū. cum q̄ eſt illi gloria & honor in ſecula ſeculorū, Amē.

EXPLANATIONIS IN LIBRUM *Ruth, finis.*

VENERA-

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper librum primum Regum, ex dictis patrum, Dialogus.

DE NATIVITATE Samuelis. Caput I.

POST librum Iudicū ſequitur liber Regum. Et aſpice tēpora. Primo Iudicū, poſtea Regum: ſicut erit primo iudicium, deinde regnum. In quibus quippe tēporibus, multis & uarijs modis ſacramenta Chriſti & eccleſiæ reuelantur. Nam ab ipſo exordio Regum commutatum ſacerdotium in Samuele reprobato Heli: & commutatum regnū in Dauid, reprobato Saule, exclamauit pnunciari nouum ſacerdotium nouumq; regnū reprobato ueteri q umbra erat futuri, in Domino Ieſu Chriſto uenturum. Nonne ipſe Dauid cum panes propoſitionis mādueauit, quos non licebat manducare, niſi ſolis ſacerdotibus in una perſona utrunq; futurū, id eſt, in uno Ieſu Chriſto regnum & ſacerdotium figurauit? Itaq; ipſa Samuelis ſacerdotis ſucceſsio, nouū ut prędictum eſt, & ſempiternum ſacerdotium præfigurabat, qui eſt Chriſtus Ieſus: Heli ſacerdote reprobato, id eſt, Iudaico ſacerdotio abiecto. Mater quoq; ipſa Samuelis, quæ prius fuit ſterilis, & poſteriori fœcunditate lætata, cuius etiam nomen Anna, id eſt, gratia eius interpretatur, ipſam religionem Chriſtianā, ipſam poſtremò Dei gratiā ſignificat: qua nobis Chriſtus oritur, ipſam quoq; eccleſiam, quæ olim ſterilis, nunc fœcunda in Dei laude lætatur. Quæ nihil aliud in cantico ſuo prophetare uidetur, niſi mutationem ueteris teſtamenti: uel ſacerdotij, in nouum teſtamentum: uel ſacerdotium, qui eſt Chriſtus. Niſi fortè quis dicat, nihil Annam prophetaſſe, ſed Deum tantummodo propter filium impetratum, exultanti prædicatiōe laudaſſe. Quid ergo ſibi uult quod ait, Arcum potentum fecit infirmum, & infirmi accincti ſunt uirtute? Pleni panib. minorati ſunt, & eſurientes tranſierunt terrā: quia ſterilis peperit ſeptem, & fœtoſa in filijs infirmata eſt? Nunquid ipſa ſeptem peperit, quamuis ſterilis fuerit? Vnicum babebat, quando iſta dicebat: ſed nec poſtea ſeptē peperit ſiue ſex, quib. ſeptimus eſſet ipſe Samuel, ſed tres mares, & duas fœminas. Deinde in illo populo, cum adhuc nemo regnaret, quid in extremo poſuit? Dat uirtutem regibus noſtris, & exaltabit cornu Chriſti ſui. Vnde bæc dicebat, niſi prophetabat? Dieit ergo eccleſia Chriſti, ciuitas regis magni, Gratia plena, prole fœcunda: dicit q tanto ante de ſe prophetatum per huius pię matris affectū agnoſcit. Confirmatum eſt cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo ſalutari meo, & cętera. Interea Samuel erat miniſtrās in templo Dei, accinctus ephod. Porrò filij Heli diuina ſacrificia neſcientes, peccabant corā Domino: & deridebāt per eos multi ſacrificiū Dei. Vnde & Heli ſacerdos pro eorum iniquitate dānatus eſt, quod eos peccantes minus ſeuera animaduerſione plectebat miſerrimos: & quidē coereuit & corripuit, ſed lenitate & manſuetudine patris, non ſeueritate & authoritate pōtificis. Qua ſentētia diſcāt ſacerdotes, quomodo ipſi propter peccata filiorum: id eſt, propter ſcelera puniantur. Quiq; etiam quamuis ſancti ſint, culpa tamē ſubditorum eiſdem ſi nō corceatur, reputatur.

DE PROPHETA AD HELI DEſtinato. Caput II.

VEnit autem propheta Dei quidam ad Heli ſacerdotem, & dixit ei: Hæc dicit Dominus, Nunquid nō aperte reuelatus ſum domui patris tui, cum eſſet in Aegypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotē, ut aſcēderet ad altare meū, & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: & dedi tibi & domui patris tui omnia de ſacrificijs filiorū Iſrael? Quare ergo calce abieciſti uictimam meam, & munera mea quæ præcepi ut offerrētur in templo, & magis honoraſti filios tuos quam me, ut commederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei? propterea hæc dicit Dñs Deus Iſrael: Loquēs locutus ſum, ut domus tua & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo uſq; in ſempiternū. Nunc autē dicit Dominus: Abſit hoc à me. Sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum: q autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies ueniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui: ut non ſit ſenex in domo tua, & uidebis æmulum tuum in templo in uniuerſis proſperis Iſrael. Quę propbetia de mutatione ſacernotij non eſt in Samuele completa, ſed in Dño Ieſu Chriſto extitit adumbrata. Nam poſt Samuelem prophetam, poſtea ſacerdotes fuerunt de genere Aaron, ſicut Sadoch & Abiathar, regnante Dauid, & alij deinceps, antequam tempus ueniret, quo iſta de ſacerdotio mutando per Chriſtum effici oportebat. Nam cum diceret, Loquēs locutus ſum, ut domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo uſq; in ſempiternum: nunc aūt dicit Dominus, Abſit hoc à me: ſed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum. qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. ecce iſti ſunt dies, qui prænunciati ſunt. iam enim uenerunt. Nullus enim ſacerdos eſt ſecundum ordinem Aaron. Nam & illud quod tbi ſequitur, Suſcitabo mibi ſacerdotem fidelem: de Chriſto Ieſu noui teſtamenti uero ſacerdote dicitur. Qđ uerò adiūgitur: Et erit, qui remāſerit in domo tua,

ueniet ut oretur ꝓ eo: nō propriè dicitur de domo huius Heli. ſed illius Aaron, de quo uſq; ad aduentū Chriſti homines remāſerunt. De q̃ genere etiā huc uſq; nō deſunt q cōuertātur. De quibus alius propheta dixit: Reliqę ſaluæ fiēt. Vnde & Apoſtolus: Sic ergo, inquit, & in hoc tēpore reliquię ſecundū electionē gratię ſaluæ factæ ſunt. De talib. eñ̄ reſiduis bene intelligitur eſſe ꝙ dictū eſt: Qui remanſerit in domo tua, ueniet ut oretur ꝓ eo. ꝑfectò q credit in Chriſtū, ſicut temporib. Apoſtolorū, ex ipſa gente primi uenerūt & crediderunt. Nec nūc deſunt, qui licet rariſsime, tñ̄ credāt: ut impleatur in his, ꝙ hic homo Dei locutꝰ eſt. Qđ uerò cōtinuò ſecutus adiunxit, Et offeret numum argenteū, & tortā panis: quid per nūmū argenteū, niſi oris cōfeſſio deſignatur, quæ fit credentib. ad ſalutē? Argentū eñ̄ pro eloquio poni ſolet, pſalmiſta teſtante, ubi canitur: Eloquia Dñi, eloquia caſta: argentū igne examinatū, probatū terrę, purgatū ſeptuplum. Ergo dicit iſtę qui uenit, Dimitte me obſecro ad unā partē ſacerdotalē, ut comedā buccellā panis. Sacerdotalem partē corpus Chriſti, i. eccleſiā dicit, cuiꝰ plebis ille ſacerdos mediator Dei & hominū homo eſt, Chriſtus Ieſus. Cui plebi dicit Apoſtolus Petrus: Plebs ſancta, regale ſacerdotiū. In hac parte ſacerdotali, poſtulat comedere buccellā panis. Quibus uerbis ipſum ſacrificiū Chriſtianorū eleganter expreſſum eſt. de q̃ dicit ſacerdos ipſe: Panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mūdi uita. ipſum eſt quippe ſacrificium, non ſecundum ordinē Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech.

DE ARCAE CAPTIVITATE.

Caput III.

IGitur poſteaq̃ hæc in figura mutationis ueteris teſtamenti à propheta illo prenūciata ſunt ad Heli, offenſo Dño ab Iſrael inſtruxerūt aciē Philiſtei cōtra eos: tollunt aūt Iſraelitę arcā ad ſtationē ſuā, & capta eſt ab hoſtib. arca. Ipſi q̃q; non ſolū uicti ſunt, & in fugā uerſi, immò etiam magna ſtrages facta eſt occiſorū. Nōnihil camē futurorum hoc ſignificat res geſta. Propheticè eñ̄ arca illa ab alienigenis capta, indicabat teſtamentū Dei tranſiturū ad gentes. Quādo eñ̄ nunciatū eſt Heli ſacerdoti captā fuiſſe arcam Dñi, cecidit de ſella, & mortuus eſt: trāſeūte arca Dñi ad gentes, petijt atq; interijt ſacerdotiū Iudeorū. Duo quoq; filij Heli corruerūt, quorū unius uxor uiduata, & mox in partu mortua eſt ꝓpter eandē perturbationē. Quo euidēti ſigno præfiguratū eſt, poſt extinctū ſacerdotiū Iudęorū, carnalē interiſſe ſynagogā, illi carnaliter adhærentē. Proſtratoq; Heli de ſella pōtificis, Iudæorū ſedē habere uacuā, & gloriā ſacerdotij, regniq; extinctam. Sed quid eſt, quòd dum poſuiſſent Philiſtijm arcam Dñi in tēplo, Dagōis Dei ſui intrauerūt templū, & inuenerunt Deū ſuū proſtratū atq; cōfractū, caput quoq; eius ac duæ manus abſciſſæ erāt? Statim eñ̄ ut teſtamētū Dñi peruenit in gentib. confeſtim idola quæ deceptum poſsidebāt orbē, deſtructa ſunt, omniſq; error ſimulacrorū corruit, pręſentiā Dei ferre nō ſuſtinens. Nā in manib. Dagon præciſis, opus idolatriæ amputatur: & in capite eius ſuperbia diaboli abſciſſa ſignificabatur, à q̃ initiū peccati fuit. Quod uerò in limine, ut certū ſcilicet præfinitūq; ſuæ idolatrię finē agnoſceret. Limes enim finē itineris ſignificat. etiam & illud ad magnā pertinet ſignificationē, in ipſa ruina Dagon Dei ſui atq; fractura, ꝙ dorſum illius ſolū inuenerūt, fractis omnib. mēbris. Dorſum quippe, fugā ſignificat. Quicunq; enim fugiunt, perſequentib. dorſum dāt. Vnde & ſcriptū eſt de hoſtib. Qm̄ pones eos dorſum. Vbi ſunt idola? Perierunt. & ſi aliqua remanētia ab aliquibus abſcōduntur, fugerūt. Quod aūt percuſsi ſunt in poſteriora hi qui arcā Dei captiuauerūt, hęc pœna ſignū uidetur: quia ſi q ſuſceperint teſtamentū Dei, & poſteriora uitæ dilexerint, ex ipſis iuſtiſsimè cruciabūtur: q̃ ſicut Apoſtolus dicit, exiſtimare debēt ſicut ſtercora. Qui eñ̄ ſic aſſumūt teſtamētū diuinū, ut in poſteriora reſpicientes, ueteri ſe uanitate nō exuant: ſimiles ſunt hoſtib. illis, qui arcā teſtamenti captiuā iuxta idola ſua poſuerunt: & illa quidē uetera etiā nolentib. cadunt: quia omnis caro fœnū, & claritas hominis ut flos fœni. Aruit fœnū, flos decidit: arca aūt Dñi manet in æternū, ſecretū teſtamentum regni cœlorū: ubi eſt æternū uerbū Dei. Vaccæ aūt illę Allophilorū arcā Dei geſtātes, figurā ſanctorū renūciantiū ſeculo deſignauerunt, q nullū deliciꝭ iugū traxerūt. Nā ſicut illę pignorū affectib. à recto itinere minimè digreſſę ſunt: ita ſancti mundo renūciātes parentelę obtentu, nō debent à bono præpediri propoſito: ſicut & Moyſes ait, Qui dicūt patri ſuo & matri, Neſcio uos & fratrib. ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierūt teſtamentū Dei, & præcepta eius ſeruauerūt. Iudicia tua Iacob, & legē tuā ò Iſrael. Ille eñ̄ ſcire Deū famularius appetit, q ꝓ amore pietatis eius neſcire deſiderat, ꝙ cūq; carnaliter ſciuit.

DE SACRIFICIO SAMVELIS, ET

lapide adiutorij. *Cap.* IIII.

SAmuel aūt poſt mortem Heli regebat Iſrael. Congregato autem omni populo, exclamauit ad Dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum. & cū offerret holocauſtū, accedentib. alienigenis ad pugnā contra populū Dei, intonuit Dñs ſuper eos, & cōfuſi ſunt, & offenderunt coram Iſrael, atq; ſuperati ſunt. Tūc aſſumpſit Samuel lapidē unū, & poſuit eum inter Maſphat & Sicelech: & ut interpretes LXX. tranſtulerunt, inter Maſphat nouā & ueterē, & uocauit nomen eius lapis adiutorij, & dixit: Vſq; huc auxiliatus eſt nobis Deus. Maſphat interpretatur intētio. Lapis ille adiutorij, maieſtas eſt Saluatoris, per quem tranſeundū eſt à Maſphat uetere ad nouam, id eſt, ab intentione quę expectabatur in carnali regno, quod erat beatitudo falſa carnalis, ad intentionē, quæ per nouū teſtamentū expectabatur in regno cœlorum, ubi eſt beatitudo ueriſsima ſpiritualis, qua nihil eſt melius. Huc uſq; auxiliatur Deus. Iſte Samuel inuocauit nomen Domini, & exaudiuit eum Deus,

& in

Digitized by Google

& in tempore meſsis pluuiã impetrauit. Pluuia enim in ſanctis ſcripturis uerba ſunt Euangelij, ſiue legis: ſicut & Moyſes dicit, Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meũ, & deſcendant ſicut ros uerba mea. hanc igitur pluuiã dedit mũdo Chriſtus in tẽpore meſsis. i. quãdo gentes colligi oportebat: ut ſicut frumentum in horreis, ſic intra eccleſię ſinum cõgregarentur. Iudicauit aũt Samuel Iſrael omnib. diebus uitæ ſuæ, fuerũtq; uſq; ad eum Iudices, & principes ſuper Iſrael. Porrò filij Samuel declinauerũt poſt auariciã, & accipiebant munera, & tã iniqui iudices extiterunt, ut populus nequaq̃ ferẽs regẽ, ſibi in ſimilitudine cæterarum gentium poſtularet.

VNCTIO SAVLIS REGIS. CAP. V.

QVibus dedit Deus Saul regem, ungiturq; iubente Dño prior à prophera in regnũ. Qui & ipſe quidẽ in id ꝙ unctus eſt, imaginem Chriſti portauit. Vnde & beatus Dauid & ipſe Chriſtus nũcupatus, ait ad eũ q ſe finxerat Saul occidiſſe: Quomodo nõ timuiſti inijcere manũ tuã in Chriſtũ Dñi? hinc eſt ꝙ ab humero & ſurſum Saul ſupeminebat omnib. quia caput noſtrum ſurſum eſt, ꝙ eſt Chriſtus. In id autẽ ꝙ reprobatus poſtea & reiectus eſt ſuccedẽte in regno Dauid: populi ut prædictũ eſt, Iſrael pſonã geſtauit, qui populus regnũ adeptũ erat amiſſurus, Chriſto Domino noſtro per nouũ teſtamẽtum nõ carnaliter, ſed ſpiritualiter regnaturo.

DE IEIVNIO INDICTO A SAVLE. Caput VI.

ISte aũt Saul dũ pergeret dimicaturus aduerſus Philiſtijm, indixit cũcto exercitui ieiuniũ quo uſq; reuerteretur à prælio, ſed Ionathas filius eius uidens in ſuperficiem agri mel, extẽdit ſummitatẽ uirgę, & intinxit in fauũ mellis, & guſtauit, & illuminati ſunt oculi eius. Nõ utiq; ad uidendũ illuminati, q antea uidebat: ſed ad diſcernendũ, quia uetita tetigerat. Tunc enim caſus ille, ſicut & Adam fecit attentũ & reddidit quia confuſum. Quo facto admonetur, oẽs illecebras uoluptatũ in ſeculo debere cõtemnere is q Deo nititur militare. Nã nõ poteſt cõtra Allophilos ſpirituales. i. aduerſus principes tenebrarũ barũ uirib. armiſq; pugnare, q adhuc huius mundi negligit dulcedinẽ declinare. Mel enim diſtillant labia meretricis, ꝙ eſt delectatio uoluptatis carnalis. De quo putatur iuxta myſticos intellectus, hunc geſtaſſe Ionathan, & forte deprehenſum uix precibus populi liberatũ.

DE AGAG REGE SERVATO, ET À Samuele interfecto. Cap. VII.

INijt iterũ Saul præliũ aduerſus Amalech, & interfectis cũctis hoſtib. pepercit Agag regi: nec uoluit diſperdere oĩa iuxta præceptũ Dñi, iraſciturq; ei Dñs. Veniens aũt Samuel ſumpſit gladiũ, & in fruſta cõcidit Agag. Quãdo legũt quidã in ſcripturis, ꝙ ſancti nulli hoſtiũ parcũt, efficiuntur crudeles, & humanũ ſanguinẽ ſitientes dicũt, qa & iuſti ita percuſſerunt hoſtes, ut nõ relinqueretur ab his q ſaluus fieret: & nõ intelligunt in his uerbis adumbrari myſteria, & hoc magis nobis indicari, ut pugnantes aduerſus uitia, nullũ penitus ex his relinquere debeamus, ſed oĩa interimere. Nã ſi pepcimus, reputari nobis in culpam poteſt, ſicut reputatum eſt Saul, q ſeruauerat uiuũ regẽ Amalech. Non enim quiſq; iuſtus manebit, ſi aliquid adhuc peccati in ſemetipſo ſeruauerit, ſicut Saul: at uerò ſancti in figura Samuelis ita ſęuiunt ſuper hoſtes ſuos, id eſt, ſuper uitia peccatorũ, ut nõ permittant relinqui aliquid peccatũ impunitum.

DE ARREPTIONE SAVL À SPIritu maligno. Cap. VIII.

IGitur recedẽte Saul à Dño propter inobediẽtiã, arreptus eſt maligno ſpiritu à Dño. Irruebat enim malignus ſpiritus Dñi in eo. Si Dñi, cur malus? Si malus, cur Dñi? Sed duobus uerbis cõprehenſa eſt hæc ſentẽtia, & in Dño poteſtatẽ iuſtã, & in diabolo uolũtatẽ iniuſtã. Nã idem ſpiritus malus per nequiſsimã uolũtatẽ, & idẽ ſpirit9 Dñi p iuſtiſsimã poteſtatẽ. Inde ergo ſpiritus Dñi appellatus eſt diabolus ꝓpter myſteriũ, quia omnib. etiã ſpiritib. malis bene utitur Deus, uel ad dãnationẽ quorundã, uel ad emendationẽ, uel ad ꝓbationẽ. & quãuis malignitas à Dño nõ ſit, poteſtas tamẽ nõ niſi à Deo eſt. Sic & alibi dictus eſt ſopor Dñi, qui occupauerat milites eiuſdẽ Saul, cũ Dauid haſtã & ſcyphũ abſtuliſſet à capite dormiẽtis. Nãq; ſopor q tunc homines apprehẽderat, nutu Dei erat infuſus, ne Dauid ſerui eius in eo loco præſentia ſẽtiretur. Dicitur ergo ſpiritus Dñi malus, hoc eſt miniſter Dei ad faciẽdũ in Saul, ꝙ eũ pati iuſtus iudex omnipotẽtiſsimus iudicabat. Qm̃ ſpiritus ille uoluntate qua malus erat, nõ erat Dei: creatura uerò qua cõdit9 erat & poteſtate q̃ nõ ſua ſed Domini omniũ ęqtate acceperat, Dñi erat.

DAVIDIS VNCTIO. CAP. IX.

ITaq; Saule ꝓpter inobedientiã reꝓbato, mittit Dñs Samuel ad Iſai, & ſumpto cornu olei unxit in regẽ Dauid. Sed uideamus eundẽ Dauid quomodo Chriſtũ ꝓphetice ſignificauerit. Dauid enim interpretatur manu fortis, ſiue deſiderabilis: & quid fortius leone illo de tribu Iuda, q uicit mundũ? & qd deſiderabilius illo de q̃ dicitur, Veniet deſideratus cunctis gentib. Vngitur iſte Dauid in regnũ futurũ, denunciãs p unctionẽ illã Chriſtũ, Chriſtus enim à chriſmate appellatur. Dauid namq; ab officio paſtorali pecorũ, ad hominũ regnũ trãfertur. Dicitur aũt Dauid ipſe Ieſus, ab ouib. Iudaicæ plebis ablatus, in regno gẽtiũ trãslatus eſt. in Iudaica em̃ plebe nõ eſt Chriſtus modo: ablatus eſt inde, nunc gentiũ greges paſcit. Erat aũt Dauid in cãticis muſicis eruditus. In diuerſorũ em̃ ſonorũ rationabiles moderatoſq; cõcentus, concordi uarietate cõpactã ordinatãq; eccleſiæ inſinuat unitatẽ. q̃ uarijs modis quotidie reſonat, & ſuauitate myſtica modulatur. Iſte adhuc puer in cithara ſuauiter immò fortiter canẽs, malignum ſpiritũ, q operabatur in Saule, cõpeſcuit: nõ ꝙ citharę illius tanta uirtus erat, ſed ꝙ figura crucis Chriſti, quę de ligno & extenſione neruorũ myſtice gerebatur, ipſaq; paſsione q̃ cãtabatur, iã tunc ſpiritus dęmonis opprimebatur. Leonẽ

quoq; & urſum Dauid idem necauit: urſum uidelicet diabolũ, leonẽ Antichriſtũ: alterũ nunc hominib. latenter inſidiantẽ, alterũ in poſterũ manifeſtiſsimè ſęuientẽ. Iſte Dauid in pręlio gigantẽ ſuperauit, cũ aduerſus populũ Dñi alienigenæ dimicarẽt. Prouocauit ſuperbia humilitatẽ, ꝓuocauit diabolus Chriſtũ. Accepit arma bellica ſanctus Dauid, ut aduerſus Goliã ꝓcederet, hęc arma ꝑ ętatẽ, & paruã ſtaturã corporis portare nõ ualuit. Abiecit onerãtia, accepit quinq; lapides de flumine, & poſuit in uaſe paſtorali. his armatus ꝓceſsit, & uicit. hoc quidẽ ille Dauid. Sed ſi myſteria ꝑſcrutemur, in Dauid intelligitur Chriſtus, qui tẽpus reuelatiõis noui teſtamẽti inſinuãdę, & cõmendãdę gratiæ preuidens, arma depoſuit, quinq; lapides tulit. Depoſuit ergo corporalia ſacramẽta legis, quę nõ ſunt impoſita gentib. Depoſuit q̃ non obſeruamus, ſed tamẽ ad aliquam ſignificationẽ præmiſſa & poſita intelligimus. Deniq; hæc arma depoſuit, tanq̃ onera ſacramentorũ ueteris legis, & ipſam legẽ accepit. Quinq; enim lapides quinq; libros Moyſi ſignificant. Tulit ergo illos quinq; de flumine. i. de ſeculo. Labitur enim mortale ſeculum: & pręterfluit, quicqd uenit in mundũ. Erant enim in flumine tanq̃ in populo illo. Primo lapides erant illic inutiles, & uacabãt, nihil proderãt: tranſibãt ſuper fluuios. Sed qd fecit Dauid? Vt lex illa utilis eſſet, accepit gratiã. Lex enim ſine gratia impleri nõ poteſt. Plenitudo enim legis charitas. Quia ergo gratia fecit impleri legẽ, ſignificatur aũt gratia lacte: hoc eſt ẽm in carne gratuitũ, ubi mater non quęrit accipere, ſed ſatagit dare. hoc mater gratis dat, & cõtriſtatur, ſi deſit q accipiat. Quomodo ergo oſtẽdit Dauid legẽ ſine gratia operari nõ poſſe, niſi cũ illos lapides quinq;, quib. ſignificabatur lex in libris quinq;, q̃s cõiungere uolens gratię, poſuit in uaſe paſtorali quo lac mulgere cõſueuerat? His armatus proceſsit aduerſus Goliã ſuperbũ, ſe iactantẽ, de ſe pręſumentẽ. Tulit unũ lapidẽ, & deiecit diabolũ. In frontẽ ꝑcuſsit & cecidit, & eo loco corporis, ubi ſignũ Chriſti non habuit. Hoc quoq; licet attendas. Quinq; lapides poſuit, unũ miſit. Quinq; libri lecti ſunt, ſed unitas uicit. Plenitudo enim legis, charitas, ut ait Apoſtolus: ſufferentes inuicẽ in dilectione, ſtudentes ſeruare unitatẽ ſpiritus in uinculo pacis. Deinde illo deiecto atq; ꝑcuſſo, gladiũ eius abſtulit, & inde caput illius abſcidit & hoc facit noſter Dauid. Deijcit diabolũ de ſuis, quando credunt magis in eũ, quos ille in manu habebat, & de quibus cæteras animas trucidabat. Cõuertunt linguas ſuas cõtra diabolũ, & ſic Golię de gladio ſuo caput inciditur.

DE CERTAMINE DAVIDIS ET GOliæ Philiſtei, ubi Saul Dauidi ꝑ centũ præputijs Philiſtinorũ filiæ promittit cõnubium. Cap. X.

INterea Dauid uictoria animũ Saul regis offendit, indignantis ꝙ ſibi in mille, & Dauid in decẽ milibus conclamantiũ publicę gratulationis ora inſonarent. hinc inuidia Saul, & ſemen odiorũ aduerſus Dauid. Quẽ diſsimulator callidus ut ſine inſidijs ſuis poſſet offerre diſcrimini, ſtatuit eum Michol filiæ ſuæ nuptijs alligari, ſi centũ ſibi Allophilorũ præputia uictor afferret: ꝓ quibus cẽtũ, ducẽta dedit illi. & unde credidit regio perire uoto, inde actus eſt glorioſiori tropbęo: ita & Iudęi dũ cõtra uolũtatem Dei Chriſtũ interficere nituntur. per id ſalutẽ gẽtiũ egerunt, per quod crediderũt extinguere. Qđ uerò Dauid prius alienigenarũ præputia attulit, & ſic denuò filiæ Saul nuptijs hæſit: ſignificabat ꝙ Chriſtus nõ prius ſynagogã cõnubio ſuo ſpõderet, niſi antea glorioſus in gẽtib. fieret. Prius enim in nationib. reſecauit carnis pollutionẽ, & poſtea copulatus eſt Synagogę. Poſtq̃ enim ſicut ſcriptũ eſt introierit plenitudo gẽtiũ, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Dupla aũt. i. ducẽta præputia attulit, ſiue pro Iudęis & gentib. acquiſitis: ſiue quia maior eſt numerus acquiſitionis populi gentium, quã credentiũ Iudęorũ.

DAVID CANENS SPIRITVM IMMVNdum à Saule repellit. Cap. XI.

AVxit deinde odiũ Saul aduerſus Dauid in tantũ, ut rex ob medelã ſui ſpiritus Dauid ex more pſallentẽ, iaculo conaretur configere. Sed qd eſt ꝙ dũ Saulẽ ſpiritus aduerſus inuaderet, apprehẽſa Dauid cithara eius ueſaniã mitigabat? Per Saulẽ itaq; Iudæorũ elatio, ꝑ Dauid aũt humilitas Chriſti ſignificatur. Cũ ergo Saul ab immundo ſpiritu arripitur, Dauid canẽte, eius ueſania tẽperatur: qa cũ ſenſus Iudęorũ per blaſphemiã in furorẽ uertitur, dignũ eſt ut ſalutem mentis eorũ quaſi dulcedine citharę, locutionis Euangelicę tranquillitate reuocentur.

SAVL MITTIT CVSTODES AD DOmũ Dauidis, ut interficeretur. Cap. XII.

MIttit Saul cuſtodes ad domũ Dauid, ut cuſtodirẽt eũ, & interficeretur. Abſceſsit aũt Dauid nocte, & fugit, atq; ſaluatus eſt. Cũq; ueniſſent nũcij Saul, inuenerũt ſtatuã in lecto Dauid poſitã, & pellẽ piloſam caprarũ ad caput eius. Audiamus ergo quid hoc ſignificet, ꝙ miſerit Saul ad cuſtodiẽdũ domũ Dauid, ut eũ interficeret. Hoc nõ ad crucẽ Dñi, ſed tñ ad paſsionẽ eius pertinet. Crucifixus ẽm Chriſtus, & mortuus, & ſepultus eſt. Erat ergo illa ſepultura tã q̃ domus, ad q̃ cuſtodiẽdã miſit regnũ Iudęorũ, quando cuſtodes adhibiti ſunt ſepulchro Chriſti. Quomodo ergo cuſtodita eſt domus, ſi Dauid figurabat Chriſtũ ut Chriſt⁹ interficeretur, dũ nõ in ſepultura Chriſtus, ſed in cruce ſit interfectus? Refertur ergo hoc ad corpus Chriſti, qa interficere Chriſtũ, erat tollere nomẽ Chriſti. Neq; ẽm crederetur in Chriſtũ, ſi mẽdaciũ ꝓualeret cuſtodũ, q corrupti ſunt, ut dicerẽt: quia dormiẽtib. nobis uenerũt diſcipuli eius, & abſtulerũt eũ. hoc eſt itaq; uelle Chriſtũ interficere, nomẽ reſurrectionis eius extinguere, ut mẽdaciũ Euãgelio ꝓferretur. Sed ſicut illud nõ ualuit Saul ut interficeret Dauid, ſic nec hoc potuit regnũ Iudęorũ efficere, ut memoriam Chriſti deleret. Iſti q de Saul uirtute. i. de regno Iudęorũ in Chriſto ꝓſumere uoluerũt, offẽderũt in lapidẽ offẽſiõis tanq̃ in ſtatuã: & hod⁹ eius uiſus

erat

erat agnus, quia in quo peccatū nō inuenerūt, quaſi peccatorē pſecuti ſunt. Igitur Dauid regię manus ictū euitans, eiuſq; perſecutionē declinās fugit, uenitq; ad Samuelē, & miſit Saul nuncios, q apprehēderent Dauid. Samuel autē erat inter prophetas & cœtū prophetarum, qui illo tempore prophetabant. Nuncij autem qui miſſi ſunt, accepto eodem ſpiritu prophetauerunt. Miſsiſq; alijs, hoc contigit & tertijs nihilominus. Poſtea uerò cum & ipſe Saul ueniſſet, factus eſt ſuper eum ſpiritus Dei, & ambulabat ingrediens, & prophetabat. Quæritur autem, quomodo & illi eum miſsi eſſent ad tenēdum hominem, & ad necem ducendum, tales ſpiritu effici meruerunt: & Saul ipſe qui miſerat, ueniens, & ipſe ſanguinem innocentem quærēs effundere, accipere meruit ſpiritum illū, & prophetare. Quantum enim ad literam attinet, nō eſt mirum hominem reprobum ad momentum tranſitoriè prophetaſſe, dum etiam multi ſimiles prophetiæ donū legantur habuiſſe: ſicut Balaam ille reprobus, quem nō tacet ſcriptura iudicio diuino eſſe damnatum, ſed tamē prophetiam habebat. Nec illa uerba parū atteſtantur huic ſententię, quæ in Euangelio ſcripta ſunt, multos dicturos in illa die: Domine Domine, in tuo nomine mānducauimus, & bibimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus. Quibus dicturus eſt, Non noui uos: diſcedite à me operarij iniquitatis. Myſticè autem exemplum huius Saul, nunciorumq; eius: in hac ſentētia figurat nōnullos hæreticos, qui aliquid boni de muneribus ſancti ſpiritus habent, ſicut teſtamēta legis & Euangelij, ſicut baptiſmi ſacramētum. Qui cum ad eccleſiam catholicam ueniunt, nō eſt in eis ullo modo uiolandum, aut quaſi nō habeant tradendum: ſed tamen eos non ideo debere confiteri ſalutem, quia non improbamus quod illos accepiſſe credimus. Sed oportet eos cognoſcere unitatem & ſocietatē uinculo charitatis, ſine qua omnino quicquid habere potuerunt, quamuis ſanctum ſit atq; uenerādum, ipſi tamen nihil ſunt, tanto indigniores effecti præmio uitæ æternæ, quanto illis donis non bene uſi ſunt, quæ in hac uita, quæ tranſitoria eſt acceperunt. Item exemplū atq; imago huius Saul nunciorumq; eius, in hoc loco Iudæorum non incongruè geſtat perſonam: qui dum aduerſari cupiunt Chriſto, habent in ore ſacramenta legis & prophetarum: ad teſtimoniū Chriſti, & cū eccleſia quaſi cū ꝓphetis de ſcripturis diſputant, ſicut illi cū prophetis uaticinabantur.

AD DAVIDEM MISSI, PROPHEtare incipiunt. Caput XIII.

SVrrexit itaq; Dauid, & iterum fugit à facie Saul: uenitq; ad ſacerdotem Abimelech, à q & gladium Golię ſuſtulit, & panes propoſitionis accepit. Quæ res & ſacerdoti mortem attulit, & animaduerſionem religioſæ intulit ciuitati. Hæc itaq; geſtorum fides eſt. Sed quantū ad ſacramētū prophetiæ pertinet, in Chriſto Dño noſtro completum eſt, qui poſitus in carne dū inſectationem declinaret Iudaicam, ad Apoſtolos tranſiit, cum quibus & deſideratū ſibi cibū ſumpſit. deſiderio enim deſiderauit paſcha mānducare. Ex quibus Goliæ, id eſt, arma diaboli ſuſtulit: fortis enim ſpolia ipſe diripuit. his ergo à quibus receptus eſt Chriſtus, tribulatiōes induxit diabolus, & mortem. Omnes enim, ut ait Apoſtolus, qui in Chriſto piè uolunt uiuere, perſecutionem patiūtur. Et Dominus ait: Si me perſecuti ſunt, & uos pſequētur. In Doech autem Idumeo, Iudæ proditoris perſona conſiſtit, per quem ita operatus eſt diabolus, ut eius proditio eſt facta in Chriſto, poſtea perſecutionem eccleſia pateretur, & occiderētur quā plurimi diſcipuli Chriſti & ſacerdotes, & pro nomine eius perſecutiōes grauiſsimas perferrēt.

DAVID VENIT AD ABIMElech ſacerdotem. Caput XIIII.

INterea Dauid cū fugeret Saul, latere uoluit apud regē quendā Geth nomine Achis. Sed cum gloria ei fuiſſet ſibi commemorata, ne per liuorem rex idem ad quem confugerat aliquid ei mali machinaretur: finxit inſaniam & quaſi furore correptus, mutauit os ſuum: defluebātq; ſaliuæ in barbam eius. collabebaturq; in manibus eorū & ad hoſtia portæ procedebat. & dixit Achis rex: Quid huc mihi adduxiſti iſtum? Nunquid deerant nobis furioſi? & ſic eum dimiſit. Achis interpretatur quomodo eſt. Per q̄ ſignificatur ignorantia ad uerbum mirantis & non agnoſcentis, quod in gente Iudęorū impletum eſt, qui dum uiderunt Chriſtum non agnouerunt. Corā quibus mutauit os ſuum, & abijt. Erant enim ibi præcepta legis carnalia, erāt & ſacrificia ſecundum ordinem Aaron: & poſtea ipſe de corpore & ſanguine ſuo inſtituit ſacrificium ſecūdum ordinem Melchiſedech. Mutauit ergo os ſuum ſacerdotio, mutauit in præceptis: dans aliud teſtamentum, euacuata carnali operatione. Atq; inde collapſus eſt in manibus eorum, quando eum comprehendentes crucifixerunt. Et procedebat ad hoſtium portę, hoc eſt humiliabat ſe uſq; ad hoſtiū fidei noſtrę. Hoſtium enim portę, initium eſt fidei. Inde incipit eccleſia, & peruenit uſq; ad ſpeciem. Vt cū credit ea quæ non uidet, mereatur perfrui, cum eā uidere facie ad faciem ceperit. Quod uerò in illo quaſi furore ſaliuæ decurrebant ſuper barbā eius, Apoſtolus hęc aperit dicens: Iudęi ſigna petunt, & gręci ſapientiam quærunt. Nos autē prædicamus Chriſtū crucifixum, Iudęis quidē ſcandalum, gentibus autem ſtulticiam. Ipſis uerò uocatis Iudęis & gręcis Chriſtum Dei uirtutem & Dei ſapientiam: quia quod ſtultum eſt Dei ſapientius eſt hominibus, & quod infirmū eſt Dei fortius eſt hominibus. Saliuę enim infirmitatem ſignificant. Sed quod ſtultum eſt Dei fortius eſt hominibus, non tanquam ſaliuā attendas: ſed attende quia ſuper barbam decurrit. Quomodò enim in ſaliuis infirmitas: ſic in barba uirtus oſtenditur. Texit ergo uirtutē ſuam corpore infirmitatis ſuæ. Et quod forinſecus infirmabatur, tanquā in ſaliua apparebat. Intus aūt diuina uirtus tanq̃ barba tegebatur.

DAVID AD REGEM LACHIS *fugit.* Caput XV.

DEhinc in eremo Engaddi, cum perſequendum Dauid Saul appeteret, ingreſſus Dauid in ſpelunca, ibi latebat: ſed rex improuiſis exceptus inſidijs, quod innocuo moliebatur inciderat. Scriptum eſt enim: Qui fodit foueam proximo ſuo, ipſe incidet in eam. Dauid autem bona pro malis retribuens, inimicum non occidit, ſed pro teſtimonio facti orã chlamydis regiæ abſtulit: cum facilius eſſet exceptũ, inſidijs aduerſarium perdere magis quã fallere. Quid ergo eſt quod iſte fugiens à facie Saul in ſpelunca latuit? Quare autem latuit, niſi ut occultaretur, & non inueniretur? Quid eſt contegi ſpelunca, niſi contegi terra? Qui enim fugit in ſpeluncam, terra tegitur, ne uideatur. Portabat autem terram Ieſus, id eſt, carnem, quam acceperat de terra, & in ea ſe occultabat, ne à Iudęis inueniretur. Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Quare ergo Dominum gloriæ non inuenerunt? Quia ſpelunca ſe texerat, id eſt, carnis infirmitatem oculis obijciebat, & maieſtatem diuinitatis corporis in tegmine tanquam ſpeluncæ abdito contegebat. Illi ergo non cognoſcentes Deum, perſecuti ſunt hominem. Nec mori potuit, niſi in homine, nec crucifigi potuit niſi homine, quia nec teneri poſſet niſi cũ homine. Oppoſuit ergo male quærentibus terram, ſeruauit bene quærentibus uitam. Fugit ergo ſecundum carnẽ in ſpeluncam à facie Saul, quia paſſus eſt, uſq; adeò ſe occultans Iudæis, ut moreretur. Sed quare uſq; ad mortem uoluit eſſe patiens, ut fugeret à facie Saul in ſpeluncam? Etenim ſpelunca, inferior pars terræ poteſt accipi: & certe quod manifeſtum eſt & notum omnibus, corpus eius in monumento poſitum eſt, quod erat exciſum in petra. hoc ergo monumẽtum ſpelunca erat. Illuc fugit noſter Dauid à facie Saul. Tamdiu enim perſecuti ſunt illum Iudæi, quo adusq; poneretur in ſpelũca. Sed quid eſt quod Saul perſecutor ad purgandum uentrem ſpeluncam ingreditur, niſi quod Iudæi in Chriſtum conceptam mentis maliciam quaſi odorem fœtidum emiſerunt, & cogitata apud ſe noxia factis deterioribus, dum Chriſtũ perimunt oſtenderunt: ſed tamen Dauid Saulem occidere noluit, & cum eum in abdito occultatus antro haberet in poteſtate, reſeruare potius quã occidere maluit: ita & Chriſtus dum eſſet in ſpelunca carnis, perſecutorem populum in poteſtate habuit, & nõ occidit. Scriptum enim erat de eis per prophetam: Ne occideris eos. Tantum deniq; Dauid ſummitatem chlamydis eius ſilenter abſcidit: ut oſtenderet per prophetiam Chriſtum Iudæos non occidiſſe, ſed eis tantum regni gloriam abſtuliſſe, ſicq; eos uacuos ſede uel imperio reliquiſſe. Chlamydis enim abſciſio, regni eſt amputatio. hoc etiam alio loco idem Saul cum per inobedientiã peccaſſet oſtendit. Nam cũ ueniã precaretur rogaretq; Samuelem ut reuerteretur cum illo ad placandum Deum, & noluiſſet, atq; conuertens faciem ſuã abiret: tenuit Saul pinnulam ueſtimẽti eius, & dirupit eam, & dixit ad eum Samuel: Dirupit Dominus regnũ Iſrael de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo, & diuidetur Iſrael in duos populos. Ergo Iſraelis perſonam figuratè gerebat rex iſte, qui populus amiſſurus erat regnum, dum perſequitur Chriſtum.

DAVID DORMIENTE SAVLO, *haſtam tulit.* Caput XVI.

QVod & ſequenter iterum demonſtratum eſt, quando idẽ Dauid fugiens à facie Saul ingreſſus eſt in caſtra regis. Cum dormientem inueniſſet, non percuſsit, non occidit: ſed ſolam lanceam, quæ erat ad caput eius, & lenticulam ſuſtulit, dormientib. cunctis. Egreſſusq; de caſtris tranſiuit in cacumine montis. Quid ergo hoc eſt? Perſequebantur namq; Chriſtum Iudæi, ſed perſequendo dormiebant, quia non uigilabant corde. Duricia enim cordis, obdormitio eſt. Dormiũt in uitam ueterem, non euigilant in nouam. Venit Chriſtus nõ eos occidit, ſed tulit ab eis ſcyphum aquæ, id eſt, gratiam legis. Tulit regale regni, ſed poteſtatem, quã pro magno habebant, & unde ſe protegebant temporaliter, & quam aduerſus Deum per incredulitatem gerebãt. Deinde & ingreſſus uictor Dauid noſter de caſtris eorum, & regreſſus trãſcendit in altitudinem montis cœlorum.

AMALECHITAE Á DAVIDE *ſuperantur.* Cap. XVII.

INterea fugiens Dauid, dum pergeret cũ Achis rege Philiſtinorum in prælium aduerſus Iſrael, inſurgentes Amalechitæ irruerunt in Sicelech: & ſuccendentes eam, captiuauerũt omnia quæ erant Dauid & puerorum eius. Reuerſus ergo Dauid ad perſequẽdos Amalechitas, inuenit Aegyptium puerum laſſeſcentem, quẽ Amalechitæ ægrotũ in itinere reliquerant: hũc autem inuentum Dauid cibo refecit, ducemq; ſui itineris fecit, ſicq; Amalechitas perſequitur, epulãteſq; reperit, & funditus extinguit. Quid eſt enim quòd Aegyptius Amalechitę puer in itinere laſſatur, niſi quod amator pręſentis ſeculi peccati ſui nigredine opertus, ſæpè ab eodẽ ſeculo infirmus deſpectusq; relinquitur, ut cũ eo nequaquã currere ualeat, ſed fractus aduerſitate torpeſcat? Sed hunc Dauid inuenit, quia redemptor noſter ueraciter manu fortis, nonnunquam quos deſpectos à mundi gloria reperit, hos in ſuo amore cõuertit. Cibo paſcit, quia uerbi ſcientia reficit. Ducem itineris eligit, qa ſuum etiam prædicatorem facit. Et qui Amalechitas ſequi nõ ualuit, dux Dauid efficitur: quia is quem uelut indignum mundus deſeruit, non ſolum conuerſus in ſua mente Deũ recipit, ſed prædicando hunc etiam uſque ad aliena corda perducit. Quo uidelicet duce, Dauid Ama-

lechitam

ſechitam conuiuantem inuenit, & extinguit: quia ipſis Chriſtum prædicantibus mundi lætitiam deſtruit, quos mundus comites habere deſpexit.

SAVL PHITONISSAM CONſulit. Caput XVIII.

POſt mortem autem Samuelis congregatis Philiſtijm contra Iſrael, conſuluit Saul Dominum, & non reſpondit ei. Quæſiuit autem Saul Phitoniſsã, quę ſuſcitaret ei Samuelẽ: ſtatimq́ ſuſcitatus ait ad eum, Quare inquietaſti me ut ſuſcitarer? Quæritur ſecundum hiſtoriã, utrum Phitoniſſa ipſum prophetam de inferno euocauerit, an aliquam imaginariam illuſionẽ fallacia dæmonum factam. De qua quæſtione beatæ memoriæ Auguſtinus epiſcopus Simpliciano, Mediolanẽſi epiſcopo ita ſcripſit: Inquiris inquam, utrum potuerit malignus ſpiritus excitare animam iuſti: & tanquam de abditis mortuorum receptaculis euocare, ut uideretur & loqueretur cum Saul. Nõne magis mirandũ ſit, quod ſathanas ipſum Dominum aſſumpſit, & conſtituit ſupra pinnam templi? Quolibet enim modo fecerit, factũ eſt: ita ut & Samuel ſuſcitaretur, ſimiliter latet. Niſi fortè quis dixerit, faciliorem diaboli fuiſſe licẽtiam ad Dominum uiuum, unde uoluit aſſumendum, & ubi uoluit conſtituendum, q̃ ad Samuelis defuncti ſpiritum e ſuis ſedibus excitandum. Quod ſi illud in Euangelio nos ideo non conturbat, quia Dominus uoluit atq; permiſit nulla diminutione ſuę poteſtatis & diuinitatis id fieri, ſicut ab ipſis Iudęis quanquã peruerſis atq; immundis, & facta diaboli facientibus, & teneri ſe, & uinciri & illudi, & crucifigi atq; interfici paſſus eſt non eſt abſurdum credere ex aliqua diſpenſatione diuinæ uolũtatis permiſſum fuiſſe, ut nõ inuitus nec dominante magica potẽtia, ſed uolens atq; obtemperans occultæ diſpenſationi Dei, quę Phitoniſſam illam & Saulem latebat ſpiritus prophetæ ſancti ſe oſtenderet aſpectibus regis, diuina eum ſententia percuſſurus. Quanquã in hoc facto poteſt eſſe alius facilior intellectus, ut non uere ſpiritum Samuelis excitatum à requie ſua credamus, ſed aliquod phãtaſma, & imaginariam illuſionem diaboli machinationibus factam. Quã propterea ſcriptura nomine Samuelis appellat, quia ſolent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines ſunt. Sic & omnia quæ pinguntur atq; finguntur, earum rerum quarum imagines ſunt, nominibus appellantur. Sic hominis pictura cum fingitur, proprium quodq; nomen incunctãter adhibetur, & dicitur: Ille Cicero eſt, ille Saluſtius, ille Achilles, ille Hector: hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliud nihil ſint quàm pictæ imagines. Vnde & Cherubin cum ſint cœleſtes uirtutes, ficti tamẽ ex metallo, quo imperauit Deus ſuper arcã teſtamenti, magnæ rei & ſignificandæ gratia: non aliud quam cherubin, illa quoq; figmenta uocabantur. Itẽ dum quiſq; uidet ſomniũ, non dicit, Vidi imaginem Auguſtini: ſed uidi Auguſtinum: cum eo tempore quo aliquid tale aliquis uidit, ignoraret hoc Auguſtinus. Vſq; adeò manifeſtum eſt, non ipſos homines, ſed eorum imagines uidere. Et Pharao ſpicas ſe dixit in ſomnis uidiſſe, & boues: non ſpicarum aut boum imagines. Si igitur conſtat liquidò, nominibus earum rerum quarum imagines ſunt, appellari: non mirum eſt, quòd ſcriptura dicit, Samuelẽ uiſum, etiamſi fortè imago Samuelis apparuit ficta machinamẽto eius, qui transfigurat ſe uelut angelum lucis, & miniſtros ſuos ſubornat, uelut miniſtros iuſticiæ. Iam uerò ſi illud inqt, mouet, quomodo à maligno ſpiritu Sauli uera prædicta ſunt: poteſt & illud mirum uideri, quomodo dæmones agnouerunt Chriſtum, quem Iudæi non cognoſcebãt. Cum enim uult Deus etiam infirmis ſpiritib. aliqua uera cognoſcere temporalia, duntaxat ad iſtam mortalitatem pertinentia: facile eſt & non incongruũ, ut omnipotens & iuſtus ad eorũ pœnam, quibus iſta prædicuntur, ut malum quod eis imminet, antequam ueniat prænoſcendo patiantur: occulto apparatu myſteriorum ſuorum etiam ſpiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, & q̃ audiuit ab angelis, prænuncient hominib. Tantum autem audiunt, quantum omnium Dominus atq; moderator, uel iubet uel ſinit. Vnde etiam ſpiritus Phitonis in Actibus Apoſtolorũ atteſtatur Paulo Apoſtolo, & Euangeliſtã eſſe conatur. Miſcent tamen iſti fallacias, & uerum quod noſſe potuerunt, non docendi magis quã decipiendi fine pronunciant. Et fortè hoc eſt, quod cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam eſſe ſecum futurum. Quod utiq; falſum eſt. Magno quippe interuallo poſt mortem ſeparari bonos à malis in Euangelio legimus, cum inter ſuperbum illum diuitem, cum iam apud inferos tormenta pateretur, & illum qui ad eius ianuam ulceroſus iacebat, iam in requie conſtitutum, magnũ chaos interiectum eſſe teſtatur. Aut ſi propterea Samuel ei dixit, Mecum eris: ut non ad æqualitatem felicitatis, ſed ad parem traditionẽ mortis referatur, quod uterq; homo fuerit, & uterq; mori potuerit, iamq́; mortuus mortem uiuo pręnunciabat. Secundum utrunq; igitur intellectũ habere exitum hanc lectionem, qui non ſit contra fidem, niſi forte profundiori inquiſitione inueniatur ad liquidum, uel poſſe uel non poſſe animam humanam, cum ex hac uita migrauerit, magicis carminibus euocari, & uiuorum apparere conſpectibus, etiam corporis lineamenta geſtantem: ut non ſolum uideri ualeat, ſed & agnoſci. Et ſi poteſt, utrum etiã iuſti anima, non quidẽ cogatur magicis ſacris, ſed dignetur oſtẽdi occultioribus myſterijs, ſummæ legi obtemperans: ut ſi fieri non poſſe claruerit, ut non uterq; ſenſus in huius ſcripturæ tractatione admittatur: ſed illo excluſo, imaginaria ſimilitudo Samuelis, diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniam ſiue illud fieri poſſit, ſiue nõ poſſit, tamen fallacia ſathanę, atq; imaginum ſimulandarũ callida operatio, decipiendis ſenſibus

Digitized by Google

humanis, multiformis inuigilat pedetentim quidem, ne inquiſitionib. diligentioribus præſcribamus: ſed potius exiſtimemus tale aliquid factum maligno ſpiritu phitoniſſæ illius miniſterio, quandiu nobis aliquid amplius excogitare atq; explicare non datur. Hæc ſunt quę tunc de phitoniſſa & Samuele ſcripſit beatus Auguſt.

SAVL ET IONATHAS OCCIduntur. Caput XIX.

IGitur exorto pręlio percuſſerūt Philiſtei Iſrahel plaga magna, corrueruntq; in prælio Saul & Ionathas. quos denique figuraliter pius ꝓpheta deflet. Qui cū potentes eſſent, & ſemper hoſtibus præualerent, ſauciati ac uulnerati ilico in medio prælij corruerunt. Quomodo, inquit, ceciderunt potentes in medio pugnæ? Hoc etiā modo pium Chriſtianorum genus deflet, eos q repugnantes dæmonibus labuntur in ſeculo, quod eſt lubricum. Gelboe enim montes, interpretatur lubrici montes.

EXPLANATIONIS IN LIbrum primum Regum, finis.

Venerabilis Bedæ presbyteri, Quæſtionum ſuper librum ſecundū Regum, ex dictis patrum, Dialogus.

DAVID ADMONETVR per prophetam, ne templum conſtruat. Caput I.

POST mortem itaque Saul ungitur Dauid, & regnat: transfertq; arcam teſtamēti in ciuitatem ſuam. Qui cum uellet templū Dei ędificare, admonetur per prophetam à Domino ita: Nō tu ædificabis mihi templū, quia uir ſanguineus es. Quid eſt igitur quòd erga exteriora bella laborāti Dauid interdicitur, ne domus Dei ab eo ædificaretur? Templū quippe Dei nos ſumus, quia ad ueram uitam in eius habitationem conſtruimur, Paulo atteſtante, q ait: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Sed uir ſanguinum templū Deo ædificare prohibetur, quia qui adhuc actis carnalibus incubat, neceſſe eſt ut inſtruere ſpiritualiter eccleſiam non præſumat: quia nequaquam pure maculam in membro conſiderat oculus, quem puluis grauat: & ſuperiectas ſordes tergere non ualet manus, quæ lutum tenet.

DE PECCATO DAVIDIS ET Bethſabee. Caput II.

NVnc & peccatum Dauid quid in prophetia ſignauerit, quanta poſſum breuitate ꝑſtringam. Nomina quippe ipſa interpretata ſatis oſtendunt, quid etiam hoc factum præfigurauerit. Dauid ut diximus, interpretatur manu fortis, ſiue deſiderabilis. Bethſabeę puteus ſacietatis, ſiue puteus ſeptimus. Quamlibet autem harum nominis eius interpretationem in id quod dicere intendimus aſſumamus, ſatis congruit. Nam in Cantico canticorum ſponſa, quę illi eccleſia eſt, uocatur puteus aquæ uiuę: & huic puteo ſeptenarij numeri nomē in ſpiritus ſancti ſignificatione coniungitur, propter rationē Pētecoſtes, q̄ die de cœlo miſſus ſpiritus ſanctus uenit. Ad quadraginta nouem autem, quod eſt ſepties ſeptem, unum additur, quo unitas commendatur. In hac ratione uiuit Apoſtolica illa ſententia, ſufferentes inuicem ad dilectionem, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus, in uinculo pacis. Dono itaq; ſpirituali, hoc eſt ſeptenario, facta eſt eccleſia puteus ſacietatis, quia factus eſt in ea fons aquæ ſalientis in uitam æternam: quem qui habuerit, non ſitiet in æternum. Iam uero qui fuerit maritus eius, quid aliud q̄ diabolum nominis eius interpretatione ſignificatur? huius erāt peſsimo coniugio delegati, omnes quos gratia Dei liberat, ut eccleſia ſine macula & ruga, ſaluatori proprio copuletur. Vrias nāq; interpretatur, lux mea Dei: Etheus aūt abſciſſus, ſiue quod in ueritate non ſtetit, ſed à luce ſuperna quam de Deo habebat, ſuperbiæ merito abſciſſus eſt: ſiue quod cadendo ueris uiribus perditis, trāsfigurat ſe in angelum lucis, audens dicere Deo, Lux mea Dei eſt. ergo iſte quidem Dauid grauiter ſcelerateq; peccauit. Quod ſcelus eius etiam per prophetam Deus arguit increpando, & ipſe abluit pœnitendo. Veruntamen ille deſiderabilis omnibus gentibus, quaſi in ſolarium deambulans: quia in ſole poſuit tabernaculum ſuum, adamauit eccleſiā ſuper tectum ſe lauantem, id eſt, mundātem ſe à ſordibus ſeculi, & domum luteam ſpirituali cōtemplatione tranſcendentem atq; calcantem: & inchoata cum illa primæ conuentionis noticia, poſtea ab ea penitus ſeparatum diabolum occidit, eāq; ſibi perpetuo cōnubio copulauit. Odiamus ergo peccatum, ſed prophetiam non extinguamus. Amemus illum Dauid, quantū amandus eſt, qui nos à diabolo per miſericordiam liberauit. Amemus & iſtum Dauid, qui tā graue in ſe uulnus iniquitatis, pœnitētiæ & humilitatis confeſsione ſanauit. Sed fortaſſe quis dicat: Si Dauid imaginem Chriſti gerebat, quomodo multas uxores & concubinas habuiſſe ſcribitur, cum has res Chriſtus & horreſcat & damnet? Hoc enim pro figura fiebat. Multę enim uxores Dauid, multarum gentium & nationum imaginem indicabant, quæ per fidem Chriſti conſortio iungerentur: concubinæ uerò eius ſignificant hæreticorum eccleſias, quæ ſub

Digitized by Google

ſub Chriſti nominis titulo manere ſe gloriãtur: ſed quia, ꝑpter carnalia lucra ſectantur Chriſtū nō cōiuges, ſed cōcubinæ uocãtur. Deniq; nūc reges ſi plures habeant uxores, uel cōcubinas, crimen eſt: quia iam tranſierunt figuræ, pro quibus uxorū uel cōcubinarum uenia concedebatur. At nunc quia figuræ tranſierunt, uenia nulla datur.

DE ABSOLONE. Caput III.

ILlud uerò quid ſignificat, quòd parricida filius Abſalon, patrem inſequēs, primo pater eius declinãs, fugit ante faciem eius, ſecurus de uictoria, quia ſciebat impium perire? Quem etiam fleuit magno luctu, & deplorauit exitum parricidæ. Scribitur enim fugiſſe Dauid à facie bellantis aduerſum ſe filij. Et quoniam ſcriptū eſt de populo Hieruſalē: Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerūt me: per filium eius impium ſignificabatur tropicè idem populus Iudaicus, qui eum tradidit. Abſalō autem ſicut quidam interpretãtur, intelligitur patris pax: quod mirum in hiſtoria uidetur, quemadmodū patris pax poſsit intelligi, qui patrē bello perſecutus eſt. Sed qui diligenter allegoriam intēdunt, inſpiciunt Abſolon eſſe Hieruſalem, quæ etiam & ipſa pax interpretatur: à cuius facie Chriſtus fugit, quando eam patiēdo deſerens, in gentibus per fidem ſeceſsit. Alij Abſolon Iudam traditorem accipiunt, quem tanta & tam miranda patientia Chriſtus pertulit tanquam bonum: cum eius cogitationes non ignoraret, cum adhibuit conuiuio, in quo corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis commendauit, & tradidit. Quod deniq; in ipſa traditiōe & oſculum accepit: bene intelligitur pacem Chriſtum exhibuiſſe traditori ſuo, quamuis ille tam ſceleratæ cogitationis interno bello uaſtaretur. Et ideo Abſolon patris pax dicitur, quia pater habuit pacem, quam ille non habuit.

DE EO QVOD DAVID SIBI *aquas de ciſterna, quæ in Bethleem eſt, adferri iubet.* Caput IIII.

ITem ipſe Dauid in prælio Philiſtinorum, cū ſitiens conuerſaretur in bello, & aquam quæreret: Quis mihi inquit, potum dabit de lacu, q eſt in Beheem? Et ad portas erat iſte lacus, & Dauid interfuſus hoſtibus, & media hoſtilium cinxerant ſepta caſtrorum. Præceſſerūt tres uiri multitudinem aduerſariorum, & hauſerunt aquam de lacu qui erat in Bethleem, & obtulerunt regi bibendam. Rex autem noluit bibere, ſed profudit illam Domino, dixitq;: Non contingat mihi hoc facere, ut ſanguinem uirorum qui abierunt, ex animis eorum bibam. Vicit ergo naturam, ut ſitiens non biberet, & exemplū de ſe præbuit, quo omnis exercitus tolerare ſitim diſceret. Quod ſi altius uelis expectare & introſpicere myſterium, ſciebat Dauid nō aquā quæ eſt in Bethleem, ſed oriundum in eadem Bethleē ex uirgine Chriſtū, quē in ſpiritu prouidebat. Ergo uolebat bibere non aquam fluminis, ſed lauacrum ex latere Chriſti fluentem: hoc eſt, non aquarum ſitiebat elementum, ſed ſanguinem Chriſti. Vnde & non bibit oblatā aquam, ſed Domino fudit: ſignificans ſitire ſe Chriſti ſacrificium, non naturæ fluentum, ſed illud ſacrificiū in quo eſſet remiſsio peccatorū: illum ſitire fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis, ſed pericula aliena ueleret.

PSALMVS DECIMVS SEPTImus cur ſolus in libris Regum reperiatur. Caput V.

QVæritur autē, cur ſolus ſeptimusdecimus pſalmus in libris Regum reperiatur conſcriptus. Nec meritò pſalmus iſte in Regnorū libris ſolus inuenitur, quia regnum illud ſignificat, ubi aduerſarium non habebimus. Titulus enim eius eſt, In die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Quis enim figuratur in Dauid, niſi ille qui uenit in carne ex ſemine Dauid? Qui utiq; in corpore ſuo, quod eſt eccleſia, adhuc patitur inimicos. Vnde & illi perſecutori, quem uoce mactauit, & in ſuum corpus traijciens quodãmodo mãducauit, inſonuit de cœlo: Saule Saule, quid me perſequeris? Quando autem meretur arripere hoc corpus eius de manu omniū inimicorum eius, niſi cum & illa nouiſsima inimica deſtruetur mors, ut perueniatur ad regnum Dei?

DE CATALOGO FORTIVM *uirorum Dauid in typo ſanctorum.* Caput VI.

DEhinc texitur catalogus uirorum fortium, in figura ſanctorum: qui quamuis uirtutū ſublimitate proficiant, tamen uſq; ad excellentiam diuinæ trinitatis nequaquam attingunt. Inde eſt quòd ibi ſcriptum eſt, Vſq; ad tres non peruenit. Quis enim æquabitur Domino, aut quis ſimilis erit Deo inter filios Dei?

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI QVAESTIONVM *ſuper librum ſecundū Regum, finis.*

VENERA-

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper librum tertium Regum, ex dictis patrum, Dialogus.

DE SALOMONE.

Caput I.

SVCCEDIT deinde Salomon, in quo quidem nonnulla imago rei futuræ facta eſt, in eo quòd templum ædificauit, & pacem habuit ſecundũ nomen ſuum. Salomon quippe interpretatur pacificus. Ac per hoc tale uocabulum illi uerißime cõgruit, per quem mediatorem ex inimicis accepta remiſsione peccatorum, reconciliamur Deo. etenim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Idem ipſe eſt ille pacificus, qui fecit utraq; unum, & medium parietem macerię ſoluens inimicitias in carne ſua, legemq; mandatorum decretis euacuãs, ut duos conderet in ſe unum nouum hominem, faciẽs pacem: & ueniens Euangelizauit pacem his q longe, & pacem his qui prope. Ipſe in Euangelio dicit: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. his & multis alijs teſtimonijs Dominus Chriſtus pacificus eſſe monſtratur.

DE TEMPLI AEDIFICATIONE.

Caput II.

NAm in eo quod ædificauit templum excellentiſsimum Domino, & ibi Chriſtũ ſignificat: quia ædificauit domum Deo in celeſtibus non de lignis & lapidibus, ſed de hominib. ſanctis: hoc eſt, de fidelibus. Quibus dicit Apoſtolus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Quod uerò eadem domus lapidibus dedolatis atq; perfectis ædificata eſt, & malleus & ſecuris, & omne ferramẽtum non ſunt audita in templo Dei, cum ædificaretur. Quid enim domus illa, ut prædictum eſt, niſi ſanctam eccleſiã, quam in cœleſtibus Dominus inhabitat, figurabat? Ad cuius ædificationem electorum animæ quaſi quidam expoliti lapides deferuntur. Quæ cum ædificatur in cœlis, nullus illic diſciplinæ malleus reſonat: quia dolati atq; perfecti illuc lapides ducimur, ut locis iuxta meritum cõgruis diſponamur. Ideo enim foris tundimur, ut illuc ſine reprehenſione inueniamur. Multitudo autem templi huius dominici ad fidem refertur, longitudo ad ſpem, latitudo ad charitatem. his enim tribuis uirtutibus quaſi liniamentis ſanctæ eccleſiæ in cœleſtibus ſtructura conſurgit. Porro quòd parietes templi interius ligno tegũtur, hoc ob myſterium dominicæ crucis imaginatum, ſub cuius tutela proſeguntur omnes ſancti, qui indiruptæ pacis perſeuerantia tanquam lapides uiui, in ſtructura eccleſiæ unitate fidei ſolidantur. & bene interius ueſtitur ligno templum, quia corde creditur ad iuſticiam. Quòd uerò tempore dedicationis gloria Domini impleuit domum: gloria Domini intelligitur Chriſtus, cuius fide repletus eſt Moyſes, ut parceret populo peccatori: reſpõdit Dominus, Propitius ero illis. Verumtamen uiuo ego, & uiuit nomen meũ: quia implebitur gloria mea omnis terra. Et ſeptuageſimus primus pſalm' canit: Implebitur gloria mea omnis terra. Vnde & angeli clamabant paſtoribus: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Quod autem nebula impleuit domum Dei, & non poterant ſacerdotes miniſtrare propter nebulã: hæc ſententia ſuperbos Iudæorum pontifices ac doctores inſinuat, qui dum natiuitatis Chriſti ſacramenta inueſtigare deſpiciunt, debitum fidei ſuæ miniſteriũ per erroris nebulam perdiderunt. Ita enim eorum mentes infidelitatis caligo repleuit, ut exigentibus proprijs meritis, non agnoſcant cultũ credulitatis. Quod uerò idem Salomon in eodem templo duodecim boues æreos fecit, quos in ęreo labro cõſtituit, qui facie quidem per diuerſas partes intendunt, ſed in uno loco per poſteriora colligũtur. Quid enim aliud in 12. bobus, q̃ 12. Apoſtolos credimus deſignari? Qui facie quidem per diuerſa reſpiciunt, ſed ita in labro ſunt poſiti, ut ex poſterioribus adunẽtur. Quia in hac præſenti uita ad prædicationis officium in diuerſis mundi partibus ſunt diuiſi: in illa uerò uita quę huic uitæ poſterior eſt, q̃ poſt hanc uidetur æternæ gloriæ unitate cõueniunt. Per diuerſum igitur mundũ prædicando reſpiciũt, ſed in unum conueniendo conſiſtunt. Ideo aũt ærei, quia clamor prædicationis eorum in toto mundo inſonuit: ſicut ſcriptum eſt, In omnem terram exiuit ſonus eorum. Labrum autem orbem terræ intelligimus, cuius ambitum luſtrauerunt Apoſtoli docentes gentes, ut baptizarẽtur in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti.

DE SAPIENTIA SALOMONIS.

Caput III.

LOcutus eſt autẽ Salomon tria milia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque milia. Quid enim per tria milia parabolas, niſi plenitudo fidei in lege & in Euangelijs, à Chriſto tradita deſignatur? Quæ dum tota multipliciter p allegoriã ſenſus ſub myſterio trinitatis deſcribitur, quaſi tria milia parabolæ nuncupantur. Carmina autem eius quinq; milia, pro quinq; ſenſibus corporis intelliguntur: quòd qui in diuerſis uirtutibus bene regit, beatus eſt, & per eos quaſi quinq; milia carmina Domino canit. Diſputauit autẽ à cedro Salomõ, uſq; ad hyſopum. Cedri nomine celſitudo gloriæ cœleſtis accipitur,

Digitized by Google

accipitur, ſicut & propheta teſtatur dicens: Iuſtus ut palma florebit, & ſicut cedrus quæ in libano eſt multiplicabitur. Hyſopus autem herba eſt humilis ſaxo hærens, qua ſignatur humilitas Chriſti. Redēptor quippe noſter, à cedro uſq; ad hyſopum diſputauit: quia ab alta excellentia cœleſtis gloriæ, uſq; ad carnis humilitatē deſcendendo peruenit. Siquidem & cedri nomine prauorū ſuperba elatio deſignatur: ſicut per Dauid dicitur, Vox domini confringentis cedros. à cedro itaq; Chriſtus uſq; ad hyſopum diſputat: quia prauorum corda & humilium iudicat. Super ligna autē diſputauit, dum in cruce pependit. Tunc enim in cedro ſeculi arrogātiam inclinauit, quoniam etiam uſq; ad hyſopi humilitatem, id eſt ad crucis ſtulticiam ac contemptibilem fidem deduxit.

DE IVDICIO SALOMONIS. Caput IIII.

IEgitur quoq; idem ſapientiſſimus primum habuiſſe iudiciū inter duas mulieres, de pietate certantes. Quarū in una dilectio ardebat, in altera ſimulatio ſurripiebat. In illo ergo iudicio Salomonis Chriſti figura fuit, ubi mulier illa improba plebs, ſcilicet ſynagogæ uel hæreticorum ueræ matris, hoc eſt, eccleſiæ filium appetebat: quem non ut reſeruaret, ſed reuera ut interimeret, cupiebat. Sed ſicut gladio Salomonis dirimente propriæ matris gemitus, iſte uerus repertus eſt partus: ita & ſpiritu Ieſu Chriſti docente, plerunq; qui à matre ſeducti ſunt, & capti errore hereticorum, nonnunquam merētur pro ſemetipſis gemente recognoſcere eccleſiam matrem. Vnde ſatis cōuenienterq; apparet, hanc mulierem hæreticorum uel ſynagogæ figuraſſe impietatem, quæ & ſuos nequiter nutriendo interimunt, & alienos quouſq; perdant illiciendo peruadunt.

DE REGINA AVSTRI. Caput V.

REgina autem Auſtri, quæ ab interuallis ultimis excitata, ueniens Salomonis audire ſapientiam concupiuit, iam tunc per illa uentura de gentibus regina, deſiderans Chriſtum figurabatur. Quæ iuxta propheticum os circum amicta uarietate, in ueſtitu deaurato, & populi ſui & paternæ domus oblita, currebat barbara gente non animo: quæ in aperto peregrina, ſed in occulto ſanctorū fieri ciuis optabat. Vnde nō ſolum cœleſti premio reſurrectionis beata, ſed etiā poteſtate Apoſtolica de Iudęis adulteris iudicandis, in ipſius ore iudicis digna cēſetur: quia Chriſtum in Salomone mirata, uerū reginę cœleſtis affectum, in imagine myſtica eccleſiæ prouidentis impleuerat.

DE CAETERIS OPERIBVS SAlomonis. Caput VI.

IAm porrò de cęteris operib. Salomonis quid dicam, quē uehementer arguit ſancta ſcriptura, atq; condemnat? Nihilq; de pœnitētia eius, uel in eum indulgentia Dei commemorat Nec prorſus occurrit, quid ſaltem in allegoria boni ſignificet hæc eius flenda ſummerſio: niſi fortè quis dicat, mulieres alienigenas, quarum amore exarſerat: ſignificare eccleſias, electas de gētibus poſſe. hoc fortaſſe non abſurdè intelligi, ſi illę propter Salomonē desererēt Deos ſuos, & colerent Deum eius: cum uerò ipſe propter illas offenderit Deum ſuum, & coluit Deos earum, non eſt quid inde boni coniectari poſſit. Nec tamen nihil arbitror ſignificare, ſed malū: ſicut de uxore filiabuſq; Loth diximus. Apparet enim in pſona huius Salomonis mira excellentia, & mira ſubuerſio. Quod igitur in illo diuerſis temporibus extitit prius bonum, & poſterius malum: hoc in eccleſia in iſto adhuc ſeculo, ſimul & uno tempore oſtēditur. Nam bono illius bonos eccleſiæ, malo autem illius malos eccleſiæ ſignificatos puto, tanquam in unitate illius areæ, ſicut in illo uno homine bonos in granis, malos in paleis: aut in unitate unius ſegetis, bonos in tritico, malos in zizanijs.

DE DIVISIONE DECEM tribuum. Cap. VII.

ILlud uerò quod poſt mortem Salomonis decem tribus à templo ſeparatæ ſunt, & duæ relictæ: ſatis indicat, quòd de tota ipſa gente Apoſtolus ait, Reliquiæ per elationem gratię ſaluæ factæ ſunt.

DE HELIA ET HELISEO. Caput VIII.

QVid autem ſignificauerūt magni illi & inſignes prophetæ, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Helias & Heliſeus, diſcipulus eius? Paſcitur enim Helias tēpore famis, coruis mane afferentibus panem, & ad ueſperam carnes: ut intelligant illi Chriſtum, cui quodammodo ſalutem noſtram eſurienti cōfitentur peccatores fidem, primitias ſpiritus nunc habentes, in fine autem uelut ad ueſperam ſeculi, etiam carnis reſurrectionem. Mittitur Helias paſcendus ad alienam uiduam, quæ uolebat duo ligna colligere, priuſquam moreretur. Non hic ſolo ligni nomine, ſed etiam numero lignorum ſignū crucis exprimitur. Benedicitur farina & oleū, fructus & hilaritas charitatis: quæ cum impenditur, non defeciſſe dicitur. Hilarem enim datorem diligit Deus. Viduam eius benedicēs, opinor eccleſia ſignificatur, quā Chriſtus non frumenti, ſed uerbi pane paſcebat. De qua dicitur per Dauid: Viduam eius benedicens benedicam, illam ſcilicet uiduam, quam Apoſtolus ait: Mortuo uiro, quibus uellet nuptis liberam eſſe. Quia deſinente lege, cui finis eſt Chriſtus, ad gratiæ libertatem tranſitum faciēs eccleſia, Chriſtum quaſi uidua legis innupſit. huius nūc in uaſis oleum gratię & benedictiōis farina nō deficit, in omnibus foris gentibus, fame manēte: quarum cibi uitæ eſuriem, & fidei trinitatis

inediam

inediam congruè præfigurauit illa quondã triennio fames. Quod uerò per Heliam in tempore ſiccitatis nubes illa apparuit,& poſtea futuræ pluuiæ ſignum in ueſtigio hominis oſtẽſum eſt: ſignificabat quòd naſcente Chriſto in ueſtigio hominis, ad terras imber de cœlo deſcenderet, qui nos à peccato mundaret.

EXPLANATIONIS IN LIbrum tertium Regum, finis.

Venerabilis Bedæ preſbyteri, Quæſtionum ſuper librum quartum Regum, ex dictis patrum, Dialogus.

DE DVOBVS QVINQVAgenarijs cum militibus ſuis igne combuſtis. Caput I.

MITTIT rex impius quinquagenarios duos cũ ſubditis ſibi militibus, ut exhiberent Heliã, qui diuino igne conſumpti ſunt: tertius autem miſſus ſaluator. Quinquagenarius namque numerus confeſſio pœnitentiæ eſt, quo declaratur remiſſio peccatorum. Iudæi ergo nolentes Chriſtum Dominum eſſe perfectum, nec principem pœnitentiæ: dicunt ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham noſti? hi in futurum diuino incẽdio extinguũtur. Tertius autem quinquagenarius, quia conuerſus ad fidem trinitatis ſacramenta agnouit, indulgentiam meruit.

DE HELISEO VBI AQVAS Hiericho ſteriles & malignas ſanauit. Caput II.

POſtulatur Heliſeus à populo, ut aquas Hierico ſteriles & malignas ſanaret: & accepit uas rude, & iecit in eo ſal: & demerſit illud in flumine, & ſtatim ſanatæ ſunt aquæ. Quo facto, ꝑnunciabat propheta quod uerbum caro fieret, & habitaret in nobis. Inde in ſimilitudinẽ uerbi ſalem, id eſt, ſapiẽtiam dedit in uas fictile, in corpus hoc humanum: & mittens in aqua, demerſit. Quod quidem ſignificabat, quia omnes populi qui ſub figura aquarũ in in toto mundo ſteriles erant, per Chriſti incarnationem fœcũditatem & benedictionem accepturi eſſent.

DE PARVVLIS AB HELISEO MALE dictis, & à beſtijs deuoratis. Cap. III.

IPſe quoq; Heliſeus propheta figuram Chriſti geſſit. Deniq; uocabulum ipſum, ſalus Dei interpretatur. Salus autem Dei quis eſt alius, niſi filius eius qui & Saluator ubique uocatur? Paruuli uerò illudentes ſalutem Dei, id eſt, Heliſeo, Iudæorum habuere perſonam, qui ad crucem Domino Saluatori ſubſannabant. Quod dicunt, Aſcende calue, Aſcende calue: quia in caluariæ loco Chriſtus aſcenſurus erat in cruce. Quod uerò conuerſus maledixit eos Heliſeus, & exierunt duo urſi de ſylua, & interfecerunt quadraginta duos pueros blaſphemantes: ita & Chriſtus poſt paſsionem & reſurrectionem ex mortuis, poſteaquã aſcendit in cœlum, ſicut Heliſeus aſcendit Bethel, id eſt, in domo Dei: conuerſus maledixit Iudæos, & quadrageſimo ſecundo anno aſcenſionis ſuæ immiſit duos urſos de ſyluis gentiũ: Veſpaſianũ ſcilicet & Titum, eosq; crudeli ſtrage deiecerunt.

DE BACVLO PER SERVVM MISSO, & mortuo non reſuſcitato. Cap. IIII.

MIttit Heliſeus per ſeruum, baculum ſuper mortuum, & non reuiuiſcit: uenit ipſe coniungit, & coaptat ſe mortuo, & reuiuiſcit. Miſit ſermo Dei legem per ſeruum ſuum, nec profuit in peccatis mortuo generi humano: uenit ipſe deſcẽdens de cœlorũ ſublimitate quaſi de mõtis altitudine, humiliauit ſemetipſum, conformauit ſe nobis, mortuisq; membris mẽbra ſua compoſuit, noſtręq; mortalitatis de ſuo corpore medicinam aptauit. Deinde ſuper mortuum ſepties oſcitat, & ſeptiformem ſpiritum humano generi dat, per quẽ uiuificatus à morte peccatorum reſurgat.

DE FERRO ET LIGNO EXILIente in profundum, & reuerſo ad lignum. Caput V.

CVm ſecuribus ligna cęderentur, de ligno ferrum exiliens in profundũ fluminis merſum eſt, atq; in lignum deſuper ab Heliſeo proiectũ reuerſum eſt: ita cũ impios Iudæos per corpus operata præſentia Chriſti, tanquam infructuoſas arbores cęderet, quia de illo Ioannes dixerat, Ecce ſecuris ad radicem arborum poſita eſt: ab eis interueniẽte paſsione corpus ipſum deſeruit, & in inferni profunda deſcendit: qđ in ſepultura depoſitum, tanquam ad manubriũ ſpiritu redeunte ſurrexit.

DE AEGRITVDINE EZECHIAE, & quindecim additis annis. Cap. VI.

DEcumbẽti in lectulo Ezechia, grauiq; ægritudine laborãti, ex perſona Domini Eſaias propheta adorſus eſt eum, prædicens illi quòd moreretur: ille autem orans Dominum in ipſo præſtituto termino mortis, cõfeſtim Deus uocem eius audiuit, & quindecim annos uitæ deprecãtis oſtendit. Qui numerus quindecim annorum, quid ſacramenti continet in myſterio? nam ut Apoſtolus ait, Secundum quod quis operatus fuerit, ita & recipiet. Ideoque iſte rex,

quia

Digitized by Google

quia Decalogum legis cum quinq; libris Moyſi integra conſeruatione compleuerat, ideo quindecim annos ſecundum legis numerum, quem cuſtodierat, ad uitã auctos accepit. Per quod figuraliter ſciremus, quia quicunq; per numeri iſtius myſterium totius legis plenitudinem cuſtodiunt, æternæ ſalutis præmiũ conſequuntur: ac per legis cõſummationem ad uitæ æternæ plenitudinem tranſeunt, cuius quidem regis pro ſigno conferendę ſalutis, decem gradus domus ſuæ, in quibus umbra deſcendere conſueuerat, ſol retrorſum ad ortum unde aſcenderat, regreſſus ſcribitur. qui numerus quid myſterij habeat, uideamus. Nam gradus iſti temporum, ordines ſunt per quos umbra figurarum Chriſti deſcenderat, & per quos iterum ſol iuſtitiæ Chriſtus, poſt reſurrectionem aſcendit. Primus itaq; gradus deſcenſionis de Deo in angelo fuit, qui magni conſilij nuncius erat. Denique & Iacob ſic loquitur: Et dixit inquit angelus Dei, Ego ſum cui unxiſti titulum, & uouiſti uotum, ut & angelum & Deum oſtenderet. Secũdus gradus deſcenſionis de angelo in patriarchis fuit, quia in omnibus, ut ait Apoſtolus, ipſe eſt operatus. Tertius in legis datione, quia & in lege ipſe locutus eſt. Quartus gradus in Ieſu Naue, ut populum in terrã repromiſsionis induceret. Quintus in iudicibus, quia eundem populum per eos ipſe regebat. Sextus in regibus Iudæorum, quia in eis ipſe regnabat. Septimus in prophetis, quia per eos eſt annunciatus. Octauus in pontificibus, quia ipſe ſummus ſacerdos eſt patris. Nonus in homine. Decimus in paſsione. Per hos enim decem gradus, quos ipſe per umbram legis priſcæ Chriſtus deſcendit, ac rurſus poſt reſurrectionem ſuam ſol iuſtitiæ Chriſtus per eoſdem gradus ſurſum in cœlum aſcendit, & omnẽ umbram illam legis ueritatis radijs illuſtrauit: obſcura reuelans, clauſa reſerans, & omnia tecta denudans.

DE EZECHIAE DIVITIIS, *morbo iactantiæ Chaldæis oſtenſis.* Caput VII.

QVòd & Ezechias rex diuitias ſuas Chaldæis iactantiæ oſtentatione perdidit, & propterea perituras per prophetam audiuit: ſignificat Dei ſeruũ, qui dum uirtutes ſuas uanæ gloriæ perdiderit, mox eas perdere, & in dęmonum dominio theſauros bonorum operũ infelici permutatione conſtat tranſire, ſicut ille per oſtentationis appetitum, theſauros ſuos ſub dominio Chaldæorum effecit migrare.

DE TRANSMIGRATIONE *ſub rege Nabuchodonoſore facta in Babyloniam.* Caput VIII.

NAm ipſa in Babyloniã tranſmigratio, quo etiam ſpiritus Dei per Hieremiam prophetam iubet ut pergant, & orent pro eis ipſis,

Bedæ tom. 2.

in quorum regno peregrinantur quod in illorum pace etiam pax eſſet iſtorum, & ædificarent domos, & nouellarent uineas, & plantarent hortos: quis nõ agnoſcat, quid præfigurauerit, qui attenderit uiros Iſraelitas, in quibus dolus nõ eſt, per apoſtolicam diſpenſationem cum euangelico ſacramento ad regnum gentium tranſmigraſſe? Vnde nobis Apoſtolus tanquam replicans Hieremiam, dicit: Volo igitur primo omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & his qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & charitate. Hoc enim bonum & acceptum eſt corã Saluatore noſtro Deo, qui omnes homines uult ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Ex hoc quippe etiam illis credentibus conſtructa ſunt domicilia pacis, baſilicæ Chriſtianarũ congregationum: & nouellatæ uineæ, populi fidelium: & plantati horti, ubi etiam inter olera omnia granum illud ſinapis regnat, ſub cuius umbraculis longè lateq; porrectis, etiam altipetax ſuperbia gentium, tanquam in cœli uolatilibus requieſcit.

DE SEPTVAGINTA ANNIS *captiuitatis, & Ieſu ſacerdote.* Caput IX.

NAm quòd etiam ſeptuaginta annos ſecundum eiuſdem Hieremiæ prophetiam reditur ex captiuitate, & templũ renouatur: quis fidelium nõ intelligat, poſt euoluta tempora, quæ ſeptenarij dierũ numeri repetitione trãſcurrunt, etiam nobis, id eſt eccleſiæ Dei ad illã cœleſtem Hieruſalem ex huius ſeculi peregrinatione eſſe redeundum, per Ieſum Chriſtum ſacerdotem magnum? Cuius gerebat figuram ille Ieſus, ſacerdos magnus illius temporis, à quo templum ædificatum eſt poſt captiuitatẽ: quem propheta Zacharias uidit in ſordido habitu, deuictoq; diabolo qui ad eius accuſationem ſtabat, ablata ab illo ſordida ueſte, & dato indumento honoris gloriæ, ſicut corpus Ieſu Chriſti, quod eſt eccleſia aduerſario in fine tẽporum per iudicium ſuperato, à luctu peregrinationis in gloria ſempiternæ ſalutis aſſumitur. Quod etiam in Pſalmo dedicationis domus, apertiſsimè canitur: Conuertiſti luctum meum in gaudium mihi, cõcidiſti ſaccum meum, & accinxiſti me lætitia: ut cantet tibi gloria mea, & non compungar.

DE VASIS DOMINI IN BABYLONIAM *deportatis, & quòd rex Babylonicus typum gerat diaboli.* Cap. X.

QVod autem uaſa Domini ſacrificijs uel ſacramentis myſticis deputata, rex quondã Babylonis de Hieruſalem abſtuliſſe, pariterq; captiuis abduxiſſe, & ſuis uſibus deputaſſe: miſerante autem Deo poſt ſolutam captiuitatẽ,

Digitized by Google

uaſa illa relata ſunt, non conflata, & diuino rurſum cultui mancipata. Rex Babylonius diabolus eſt, qui infelicem populum corporum captiuitate de Hieruſalem, id eſt, eccleſia, in Babyloniam, id eſt confuſionem hæreticæ prauitatis abduxit. Sed & partem uaſorum, & ſacramentorum, ſimul cum captiuis aſportauit. Nã uaſa ſacramentorum ipſa ſacramenta ſignificant, per quæ diuini cultus perfectio adimpletur. Detulerunt nanque ex his nonnulli ſecum ex noſtris heretici in primo nomẽ ipſum, Chriſtiani utiq; dicuntur: aſportauerunt legem, euangelium, apoſtolum, pſalterium, baptiſmum, Amen, Alleluia.

DE REDITV POPVLI IN Hieruſalem. Caput XI.

CVm autem reſpectu Domini ignorantiæ confeſsione relicta, populus ad Hieruſalẽ, id eſt, uiſionem pacis, quæ eſt eccleſia Dei uiui, duce Domino redire feſtinat. Hæc uaſa, id eſt ſacramenta ſecum deferens, non immutae, ſed reportat utiq; integra. Nec confringit quaſi in melius renouanda, ſed ea templo reſtituit ueteri, ibiq; diuinis accommodat uſibus, ita ut ea ſecum non perdita, ſed etiam apud impios ſeruata fuiſſe, plebiq; reſtituta cõgaudeat. Nec delemus Euangelium, nec obliteramus Apoſtolum, amen quoq; & alleluia non commutamus, baptiſma non iteramus.

DE MACHABAEIS. Caput XII.

DE Machabæis autem fratribus quid eloquar, qui ſub Antiocho rege pro ſacris legibus dira tormenta perpeſsi ſunt? Mater pia cum diuerſis ſupplicijs urgeretur, non ſolũ nõ fleuit, ſed & gaudens hortabatur ad gloriam paſsionis: ſic & mater eccleſia gaudet, atq; in martyribus ſuis colluctatur, maioremq; gloriã per martyria filiorum conſequitur, dum eos ſeptiformi ſpiritu ſuperaſſe diabolum gratulatur. Quis poterit omnia quæ illis ueteribus legis, & prophetarum libris figurate annunciãtur, quantalibet breuitate perſtringere? Niſi forte quis putat ingenio fieri, ut ea quæ rerum ordine per ſua tempora cucurrerunt, ad myſticas ſignificationes interpretando cõuerti: hie forte Iudæi auſi ſunt dicere, ſiue pagani. Eis autem qui ſe Chriſtianos eſſe uolunt, premit ceruicem Apoſtolica authoritas. Inſtruens enim quoſdam ait: Omnia hæc in figura contingebant illis: & hæc omnia figuræ noſtræ fuerunt, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Suntq; uniuerſa myſterijs conſummata, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui eſt honor, & gloria, & regnum, & poteſtas, cum patre & ſpiritu ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

POST SIMONIS MACHABAEI diſceſſum, quot anni uſq; ad Chriſti natiuitatem computentur. Caput XIII.

POſt Simonis Machabæi diſceſſum computantur anni uſq; ad natiuitatem Chriſti, 118. Siquidem filius eius Ioannes, qui alio nomine nuncupatus eſt Hircanus, poſt patrem 27. annis pontificatum tenuit. Hinc Ariſtobolus filius Ioannis anno uno. Poſt quem Alexander Ianetis 27. annis rex & pontifex extitit. Hinc uxor eiuſdem Alexandri Alexandra, quæ alio nomine Saliſſa uocatur, regnum Iudæorum annis nouem rexit. Poſt banc Hircanus filius eius, annis 34. Poſt hunc alienigena Herode in regnum ſuccedente, triceſimo ſecundo anno regni eius Chriſtus naſcitur.

DAVID LEONEM ET VRſum interficit. Cap. XIIII.

DIxit Dauid ad Saul: Paſcebat ſeruus tuus gregem patris ſui, & ueniebat leo & urſus, tollebatq; arietem de medio gregis, & inſequebar percutiebamq;, eruebamq; de ore eorũ, & illi conſurgebant aduerſum me: & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebamq; eos. Nam & leonem & urſum interfeci ego ſeruus tuus. Dauid Chriſtũ ſignificat. Per leonem autem & urſum, perſecutores ſanctæ eccleſiæ deſignantur. Per leonem, imperatores & cæteri principes terræ: per urſum, Iudæi deſignati ſunt, qui eccleſiam Dei perſecuti ſunt: per arietem uero martyres deſignantur. Leo igitur & urſus uenit, atq; arietem de medio gregis, abſtulit: quia perſecutores quoſdã de eccleſia fideles tulerunt, atq; proximi nomine interfecerunt. Et ſicut Dauid leonem & urſum inſecutus eſt: percuſsit, atq; arietem de ore eorũ eruit: ſimiliter & redemptor noſter quoſdam ex perſecutoribus perſecutus eſt, quando eis pœnam quam merebantur, in præſenti ſeculo irrogauit, ſicut primo Herodi, & iterũ ſecundo & tertio, & multis alijs. Percuſsit quippe, quaodo eos æterna morte damnauit. Arietem de ore eorum eruit, quia populum fideliũ ab eorum dilaceratione liberauit. Et illi iterũ conſurgebant aduerſum Dauid: quia temporibus perſecutorum cum alij punirentur, alij cõtra Chriſtum inſurgebant, ut eius nomen atq; culturam funditus extinguerent. Sed Dauid apprehendebat mentum eorum, & ſuffocabat interficiebatq; eos. Per mentũ quod ori eſt propinquius, blaſphemiæ Iudæorum atq; paganorum deſignantur. Chriſtus mentum perſecutorũ apprehendit, & ſuffocauit interfecitq; eos, quando imperatoribus in Chriſtum credentibus, omnis cultura & error gentilium ita ſuffocatus eſt, ut nullus perſecutorum auderet os ad blaſphemandum Chriſtũ aperire, omneſq; extincti ſunt credentibus in Chriſtũ gentibus. Idem autem Dauid cum ad bellum contra Philiſtæum iret, baculum ſuum tulit ſecum, quem ſemper habebat in manibus, elegitq; ſibi quinque limpidiſsimos lapides de torrente, & miſit eos in peram, quam babebat ſecum, & fundam manu tulit, & proceſsit contra Philiſtæũ. Per baculum, quo homo ſuſtentatur, apoſtoli deſignantur, qui Chriſtum quaſi ſuſtinuerunt, cum opus propter quod in mundum uenerat,

com

compleuerũt, ſicut dicit Apoſtolus, Dei enim ſumus adiutores. Per peram autem eius humanitas deſignatur: per quinq; lapides, quinq; libri Moyſi, quos in peram miſit, quia ſcientiam quinq; librorum, homini quẽ aſſumpſit, dedit. Per fundam autem eius linguam accipere poſſumus. Proceſsio uerò Dauid cõtra Philiſtæũ, duobus modis ſecundum allegoriam intelligi poteſt. Proceſsit uerò Saluator noſter contra Philiſtæum, quando ductus eſt in deſertum à ſpiritu ſancto, ut tentaretur à diabolo, uinceretq; diabolum. Quinq; lapides Dauid in perã miſit, ſed ex uno Goliam proſtrauit: quia Saluator noſter ſcientiam quinq; librorum æqualiter poſſedit: ſed ex uno, id eſt, Deuteronomio, terna teſtimonia ſumpſit, ex quibus tres tentationes diaboli deuicit. Et ſicut Dauid funda lapidem iecit, & Goliam interfecit: ita & Dominus noſter lingua ſacræ ſcripturæ teſtimonia protulit, & diabolum ſuperauit. Aliter: Perrexit Dauid ad pugnam contra Philiſtæum: ſimiliter & Chriſtus, ut diabolum uinceret, ad paſſionem properauit. Dauid lapide Goliam deiecit: ſimiliter & Chriſtus diabolum morte ſua peremit. Cumq; gladium nõ haberet in manu Dauid, tulit gladiũ Philiſtæi, & interfecit eum gladio ſuo, præciditq; caput eius. Gladius diaboli, mors eſt. Inuidia enim diaboli, mors introiuit in orbẽ terrarũ. Iſte eſt gladius, de quo primum hominem, deinde genus humanum, uſq; dũ à Chriſto redimeretur, interfecit. Hunc gladium incurrimus, cum peccamus. Sed hũc gladium Chriſtus non habebat, quia peccatũ non fecerat, nec inuentus fuerat dolus in ore eius. Originali quoq; peccato obnoxius erat, nõ quia ex cõcubitu uiri, qui ſine peccato eſſe nõ poteſt, ortus non fuerat. Chriſtus itaq; qui mortẽ ex debito nõ habebat, à diabolo qui auctor eius erat, mortẽ mutuauit, & per eam eundem principẽ mortis interfecit. Per caput aũt Philiſtæi, genus humanũ in hoc loco deſignatur. Præcidit Dauid caput Philiſtæi, quia Chriſtus à corpore diaboli electorũ multitudinẽ ſeparauit. Detulit illud in Hieruſalem, quia multitudinem electorũ in cœleſti beatitudine, quę Hieruſalem uocatur, collocauit.

HELIAM ACHAB PERSEquitur. *Caput* XV.

IN Regum uolumine ſcriptũ eſt, quia cũ cœpiſſet Achab rex Iſrael Heliam perſequi, pręcipiente Domino abijt in deſertum, & ſedit iuxta torrentẽ Charib. Corui quoq; deferebãt ei panes & carnes mane & ueſpere, & bibebat de torrẽte. Helias Chriſtum figurabat: per torrentem aũt Charib, legẽ debemus intelligere. Charib interpretatur mendaciũ, non quòd lex mendaciũ ſit. Solent namq; prudẽtes proponere auditoribus ſuis parabolas, ut apertius intelligantur ea quæ dicere uolunt, & introducunt beſtias & aues loquẽtes. Quod ſi ſola uerba parabolarum attendas, mendacium eſſe perſpicies: ſi uerò ſenſum, ueritatẽ probabis. Similiter & quædam præcepta legalia, ſi literam tantummodo attendas, inutilia tibi uidebuntur: ſi ſpiritualem intelligentiam, ueritas tibi magna in litera refulget. Quædam igitur præcepta legalia Iudæis mendacia ſunt, quia ea carnaliter intelligunt: nobis autẽ ueritas, qui ea ſpiritualiter intelligere curamus. Per coruos uerò ſacerdotes Iudæorum deſignãtur, uelamine cordium ſuorum tenebroſi. Per carnes, iuge ſacrificium, quod & mane & ueſpere offerebatur. Panes aũt, panes propoſitionis demonſtrant, qui aſsidue in conſpectu Domini ponebantur. Bibebat uerò de torrente, quia in obſeruationibus legalibus Chriſtus delectabatur. Poſt dies autem multos ſiccatus eſt torrens, quia ueniẽte Chriſto in carne, & Euangelium prædicante, obſeruatio legalis ceſſauit, atq; ab illo tẽpore nihil profuit: ſicut dominus dicit, Lex & prophetæ, uſq; ad Ioannem. & iterũ dicit ad Iſrael per Prophetam: Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi: neomenias & ſabbata ueſtra non ferã, iniqui ſunt cœtus ueſtri. & dixit Dominus ad Heliam: Vade in Sareptam Sidoniorum, & manebis ibi. Præcepi enim ibi mulieri uiduæ, ut paſcat te. Qui conſurgens abijt in Sareptam. Helias in Sareptam abijt: quia Iudæos perfidos Chriſtus derelinquens, per apoſtolos ſuos tranſiuit ad gentes. Sarepta uerò ſuccẽſa interpretatur, uel anguſtia panis. Gentiles quippe qui erãt ciuitas diaboli, & qui per Sareptam deſignantur, igne uiciorum ſuccenſi erant. De hoc igni ſcriptura dicit: Omnes uos accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis ueſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis uobis. Illi namq; flammis accincti ſunt, qui igne uiciorũ undiq; exuruntur: qui & anguſtia panis uocãtur, quia nullus prædicatorum unquam ad eos acceſſerat, qui pabulum uerbi Dei eis impartiret. Cumq; ueniſſet ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier uidua colligẽs ligna. Eandem ſignificationem habet mulier, quam & ciuitas. Significant enim eccleſiam ex gentibus cõgregatam. Vidua uerò erat, quia Deum unicum ſuum peccatis ſuis exigẽtibus perdiderat. Et uocauit eam, dixitq; ei: Affer mihi paululum aquæ in uaſe ut bibã. Minora petijt, ut ad maiora perueniret. Poſſumus namq; per paululum aquæ quod animũ ſitientis refrigerat, uoluntatem audientium intelligere: quia ſicut ſitientis linguã aqua refrigerat, ita & pręadicatorũ mentes promptus animus auditorum. Cumq; illa pergeret ut afferret, clamauit poſt tergum eius dicens: Affer mihi & buccellam panis in manu tua. Quaſi poſt tergum nobis eſt, quod ignoramus. Helias ergo poſt tergũ mulieris clamauit, quia prædicatores ſancti gentibus, Deum quem ignorabãt, pręadicauerunt. Vnde & per buccellam panis, initia fidei poſſumus intelligere: & quia illi cõpetenter ad fidẽ ueniunt, qui ſtudent prius peccata ſua cõfiteri, recte ſubditur. Dixitq; mulier: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantũ poteſt pugillus capere farinæ in hydria, & paululũ olei in lecytho. Lecythus

uas erat: in quo oleū ſeruabatur. Poſſumus uerò per farinam, rationem: per oleum aūt, opera miſericordiæ intelligere. Gentilis ergo populus cognoſcens ſe grauiter erraſſe, confitebatur nihil in ſe boni eſſe, niſi tantummodo quod parum rationis, & parū ex operibus miſericordiæ uideretur habere. Gentiles nanq; parum rationis habebant, quia ex parte rationabiles erāt, ex maxima aūt parte irrationabiles. Quid enim irrationabilius, quàm dicere ligno aut lapidi, Deus meus es tu? Habebant & parū miſericordiæ, quia ipſa natura ſæpe eos ad hoc impellebat, ut miſeris ſubuenirent. Per uaſa uerò, in quibus farina & oleum continebatur, eorū corda deſignantur. En colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illud mihi & filio meo, ut comedamus & moriamur. Ligna quæ in ciuitate colliguntur, nihil utilitatis habent, niſi ut igni comburātur. Per ligna igitur errores gentiliū, diabolica fraude inuenti deſignantur. Mulier duo ligna colligebat, quia gentilis populus ex doctrina philoſophorū atq; poetarū diuerſos errores colligebat, pro quibus perpetuo incēdio truderetur. Sed quid eſt quod dicit, Vt comedamus & moriamur? Nos aūt ideo comedimus, ut uitam in corpore ſeruemus: hęc autem ideo ſe dicit comedere ut moriatur, q̃a doctrina gentilium mortem magis infert quàm uitã. Ad quam Helias: Vade, & fac ſicut dixiſti. Veruntamē mihi fac ex ipſa farinula ſuccinericiū panem paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo, facies poſtea. Per panem fides, per cinerem uerò ſæpe pœnitentia deſignatur, ſicut dicit beatus Iob ad Dominum: Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Panis igitur cinere cooperitur, cū quilibet infidelis ad fidem ueniens, prius ſtudet deflere mala quę fecit, ut conuenientius ad fidem Chriſti percipiendã, quæ in baptiſmate datur, accedat. Helias itaq; præcepit mulieri ut ex farina panem faceret, ſibiq; deferret: quia prædicatores ſancti gentes hortabantur, ut ex rationis bono quod à Deo perceperant, cibum fidei Deo præpararent, ſibiq; deferrent. Fidem nãq; unuſquiſq; ad baptiſmum ueniens prædicatori defert, cum ad interrogationē ſacerdotis qualiter credat, confitetur. Helias panem quē mulier fecit, comedit: quia profectus filiorum, merces eſt prædicatorum. Quapropter Helias mulieri præcepit, ut ſibi primum, poſtea ſibi & filio ſuo præpararet: quia conuerſio peccatoris prędicatori primò imputatur, poſtea uerò conuerſus. Panem ſibi præparat, cum in bonis operibus ſemetipſum exercens, ut hæres patrię cœleſtis fiat, obtinet. Quod autem ait Helias, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus minuetur, uſq; in diē in qua daturus eſt Dominus pluuiam ſuper terram: illud ſignificat, quod fides ab electorum cordibus, bonaq; opera nō deficient, uſq; dum Dominus ad iudicium cum omnibus ſanctis ſuis ueniat.

HELISEVS NAAMAN SYrum à lepra mundat. Cap. XVI.

HEliſeus Chriſtum figurauit, Naaman uerò populum gentium. Multi leproſi erant in Iſrael, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus: quia ueniente Chriſto in carne, & Iudæi & gentes lepra peccatorum ſuorum circundati erant. Sed Iudæis in iniquitate ſua permanentibus, gentes à lepra peccatorum ſuorū mundatę ſunt. Præcepit ergo Heliſeus Naamã dicēs: Vade & laua te ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatē caro tua, & mundaberis. Et abijt & lauit, & facta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt à lepra. Aqua Iordanis baptiſmū figurabat, eo quòd in ea Chriſtus baptizatus ſit. Naamã aquis Iordanis ablutus eſt, & à lepra mundatus: quia populus gentium aqua ſacri baptiſmatis à lepra peccatorum ſuorum eſt purgatus. Septena uerò eius lauatio, ſeptiformem ſpiritū ſanctū figurauit, per cuius operationem remiſſio peccatorū in baptiſmo datur: quia ſicut corpus uiſibiliter aquis baptiſmatis, ita anima inuiſibiliter per operationē ſpiritus ſancti à peccatis omnibus emūdatur. Giezi autem, qui precium ſanitatis à Naaman percepit, lepramq; eius hæreditauit: eos deſignat, qui doctrinã ſuæ prædicationis hominib. uendūt, quos Dominus in Euangelio nō paſtores, ſed mercenarios uocat. Heliſeus igitur ſanitatem cōtulit, & Giezi preciū accepit: quia ab eis quos diuina miſericordia ſaluat, peruerſi doctores precium ſanitatis exigunt: & ideo hæredes lepra eorū efficiuntur, quia in malis, quæ iſti per gratiam Dei contēpſerunt, permanentes, damnationē ſibi perpetuam adquirūt. Naaman iſte Syrus, qui interpretatur fidelis uirtus eorum, cor populi demonſtrat nationū, quondã perfidei ſcelerumq; lepra maculoſum, ſed per ſacramentū baptiſmatis ab omni mentis & corporis fœditate purgatū. Qui captę cōſilio puellæ, hoc eſt inſpirationis ſupernæ gratia, quã Iudæis conſeruare nō ualentibus, gentes rapuere, ſalutē ſperare cōmonitus, ſepties lauare iubetur, quia nimirū ſolum baptiſmi genus, quod ex ſpiritu ſancto regenerat, ſaluat. Vnde iure caro eius poſt lauacrum uelut caro pueri parui apparuiſſe memoratur, ſiue quia cunctos in Chriſto baptizatos, in unam parit gratia mater infantiã: ſeu magis ille ſit intelligendus puer, de quo dictū eſt, Paruulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cuius corpori ꝑ baptiſmū tota credentium ſoboles adunatur: & ut cuncta hic baptiſmi ſcires ſacramēta permonſtrata, in quo abrenunciare ſatanæ fidem confiteri præcipimur, negat ſe Naaman ultra dijs alienis litaturum, ſoli per omnia Domino ſeruiturus. Partē quoq; terrę ſanctę ſecū tollere gaudet, quia baptizatos oportet quoq; Dominici corporis participatione confirmari. Merito igitur Naaman, cuius dū aqua corpus abluitur, fide pectus imbuitur, id eſt populus gentiū Iudęis lepra cōtumacię ſqualētibus anteſertur.

Quæſtionum in libros Regum, finit.

VENE-

Venerabilis Bedæ preſbyteri, aliquot Quæſtionum liber.

DE STELLA ET MAGIS, QVAESTIO I.

PVTANT quidam Magos qui ad Dominum in carne natum ab Oriente uenerũt, eũq; oblatis muneribus adorauerunt, nequaquã ipſos in eiſdem muneribus myſteria illa nobiliſsima, quæ nũc ſancta Eccleſia ſublimiter intelligit intellexiſſe, uidelicet in auro regem, in thure Deum, in myrrha hominem ſuo tempore moriturum ac ſepeliendum: ſed plus in myſterijs quàm in conſcientijs proferentes, ea ſimpliciter quæ in ſua patria precioſiora noſcebantur, ei quem adoraturi uenerant, regi obtuliſſe pro munere. Sed ſi uerba ipſorum diligẽter penſamus, quia hęc Hieroſolymã uenientes dixerunt, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudęorum? uidimus enim ſtellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum, longè aliter fuiſſe comperimus. Conſtat quippe illos hominem intellexiſſe eum, propter quod dicunt: Vbi eſt qui natus eſt. Conſtat & regẽ, quod & ipſo uerbo declarant. Conſtat & Deũ crediſiſſe, unde & conſequenter adiungunt: Et uenimus adorare eum. Neq; enim homines doctiſsimi, eum quem tantummodo hominem regem ac non etiam Deum crederent tam longè adoraturi uenirent. Qui etiam hoc nobiliſsime ac diuiniſsime de eo ſenſerunt, quod cum eſſet rex Iudæorũ, ad ſaluandas etiam gentes, quæ in ipſum credere, atq; ad illum uenire uellent, eſſet idoneus, quod ſuo maximè aduentu probauerunt, & actu. Sed & de ſtella, quæ eis apparuit, quidam minus diligenter ſcripturam intuentes, eam ab Oriente uſq; ad uiciniam Bethleem ducem eis itineris extitiſſe dixerunt, uiæq; præuiam. At ubi relicta uia Bethleemitica ad Hieroſolymã iter, & oculos deflexerunt, diſparuiſſe ſtellam, quæ eos ducebat, donec rurſus ab Hieroſolymis pedem referrent ad Bethleem. Quod nequaquã ita eſſe factum, ipſa Euangelij ueritas inquiſita demonſtrat, ſed potius in Oriente tantum eos ſtellam uidiſſe, ſtatimq; intellexiſſe, quia hæc ortum nati in Iudæa regis ſignaret, de quo prædixerat Balaam: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget uirga de Iſrael, & percutiet duces Moab. Et ipſi enim cum eſſent aſtrologi, diligenter ea quæ de ſtella ſunt dicta, memoriæ commendauerãt. Ideoque ſtatim ut eam uiderunt, uenerunt in Iudęã, in qua natum regem nouerant, & præcipue ad regiam ciuitatem, ut ubi eius natiuitatem magis cognitam credebant inuenirent. Cumq; teſtimonijs Propheticis in Bethleem illum natũ cognouiſſent, mox illuc iter agentes, ſtellam quam in Oriente uiderant, ducem habere meruerũt. Sic enim habes in Euangelio, primo dicentibus ipſis Magis: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? uidimus enim ſtellam eius in Oriente. neq; enim dicebant, quia ab Oriente nos uſq; ad hæc loca præuiando perduxit. Deinde etiam Euangeliſta proteſtante de ipſis: Qui cũ audiſſent regem abierunt, & ecce ſtella quam uiderant in oriẽte antecedebat eos. Neq; enim uel ipſe ſcripſit, quod alibi ſtellã, quam in Oriente tantum uidiſſent, donec audito rege ad Bethleem iter dirigerent. De qua ſtella notãdum, quia nequaquam eis Bethleem uenientibus in ſumma cœli altitudine inter cęteras ſtellas, ſed in uicinia terræ uiſa eſt. Cum enim dicat Euangeliſta: Antecedebat eos uſq; dum ueniens ſtaret ubi erat puer, patenter inſinuat tũ uicinam eam domui, in qua erat puer, ſtetiſſe. Nanq; ſidera quæ in ſummo ſunt cœlo locata, ubi ad centrum cœli peruenerint, quamuis ampliſsima ſit ciuitas, unicuique domui ſupra uerticem ſtare uidentur.

DE EO QVOD DICIT APOSTOLVS: *A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Quæſtio ſecunda.*

QVod dicit Apoſtolus, A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi: ſignificat ſe ab eis quinquies flagellatum, ita tamen ut nunquam uicibus quadraginta, ſed ſemper una minus tricies & nouies feriretur. Præceptum namq; erat legis, ut cum delinquentem iudices uerberarent, ita modum uindictæ temperarent, ut plagarum modus quadragenariũ numerum minimè tranſcenderet, ne fœdè (inquit) laceratus coram te frater tuus iaceat. Quod ita intelligendum, ab antiquis ita intellectum, teſtatur etiã pictura eiuſdem libri, quã reuerendiſsimus ac doctiſsimus Cudum Orientalium Anglorum antiſtes, ueniens à Roma ſecum in Britanniam detulit, in quo uidelicet libro omnes penè ipſius Apoſtoli paſsiones ſiue labores per loca opportuna erant depictæ. Vbi ita hic locus depictus eſt, quaſi denudatus iaceret Apoſtolus laceratus, flagris lacrimiſq; perfuſus. Superaſtaret autem ei tortor quadrifidum habẽs flagellum in manu, ſed unam è fidibus in manu ſua retentam: tres uerò reliquas ſolum ad feriendum habens exertas. Vbi pictoris ſenſus facillimè patet, quòd ideo ternis fidibus eum fecit uerberare, ut in de plagarũ quadragenarium numerum * compleret. Si enim quaternis fidibus percuteret, decies percutiens *ſexaginta plagas faceret: ſi uerò ternis tredecies feriret, unde quadraginta plagas impleret. Itaq; licebat quidem Iudæis quadrsgies peccantem percutere, ſed illi ſoli aliquid donantes de ſuo, ac miſericordiam præſtantes, undequadragies Apoſtolum percutiebant. Quod autem ait idem Apoſtolus ge

Deeſt negandi particula.

Quadraginta haud dubiè eſt legendum.

nere fœminino quadragenas plagas ſe accepiſſe, utiq; ſignificat, quas quinq; uicibus una minus quadragenis perpeſſus. Pro quo uerbo ſimpliciter in Græco dictum eſt τεσσαράκοντα παρὰ μίαν: id eſt, quadraginta præter unam.

DE EO QVOD IBIDEM DICIT APOſtolus: *Nocte & die in profundo maris fui.* *Quæſtio tertia.*

QVod ait idem Apoſtolus, Nocte & die in profundo maris fui: quoſdam audiui aſtruentes, quòd beatæ memoriæ Theodorus, doctiſsimus uir & archiepiſcopus quondam gentis Anglorum, ita expoſuerit, quia fuerit in Zizico quædam fouea oimis alia, ad tormenta noxiorum parata, quæ ob altitudinem immenſam, profundum maris ſoleret appellari, cuius cœnum & obſcuritatem Paulus inter alia innumera ſuſtinuerit pro Chriſto. Verum ſi uenerabilia Patrũ ſcripta replicemus, patet profecto, quia nihil in his uerbis aliud quàm hoc quod ſonat, intelligere ſolebant. id eſt, quoniã Apoſtolus caſu aliquo deueniens in profundũ maris, ac die ſimul & nocte fluctibus circumſeptus, poſt hæc ad aera liberum terramq; Deo gubernante redierit. Vnde & inter miracula diuina adſcribunt, quòd homo tanto tempore ſub undis retentus, neq; à circumpoſitis præfocari aquis, neq; à beluis maris deuorari potuerit. Deniq; non amplius Petrum ſuper undas ambulãtem nec demerſum, quam Paulum ſub undis retẽtum nec necatum prædicant eſſe mirandum. Quod ſi in utriuſque Apoſtoli tam diſpari miraculo myſticum aliquid intelligere uolumus, in promptu eſt, quod Paulus non ſolum tertio naufragus, ſed etiam nocte ac die in profundo maris poſitus atq; ubique protectus ac liberatus à Domino, ſignificat iuſtos de cunctis periculis eruendos à Domino. Nec tãtum de tentationibus extrinſecus ingruentibus ſaluandos, uerùm & ſi mortis ipſius uideãtur gurgite depreſsi, atq; ab humanis rebus abſcõditi, nihil ominus uirtute ſui conditoris eos eſſe reuocandos ad uitam. Porrò Petrus ſuper undas uento commotas liberis paſsibus incedẽs, ſed ubi ob timorem mergi cœpit, dextera Chriſti erectus: ſignificat eoſdẽ electos omnia impiorũ tentamenta ac perſecutiones diabolico inſtinctu ſibi illatas, fide inuicta ſuperare, & quaſi pro nihilo contemnere, nec omnino poſſe ſeculi fluctibus immergi, qui præſens ſemper authoris ſui complectuntur auxilium. Qui ſi aliquãdo ut homines turbari cœperunt, mox eripiantur ab eo, quem ſine intermiſsione ſolent inuocare, dicentes: Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.

DE EO QVOD IDEM DICIT APOſtolus: *Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit Dominus, &c.* *Quæſtio quarta.*

QVod dicit Apoſtolus. Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit Dominus: hunc habet ſenſum. Quid opus eſt uos ipſos ueſtras ulciſci iniurias, qui nec corda hominum noſſe, nec agnita illorum ſcelera tranquillo ualetis animo iudicare? Quin potius quod in uos peccatur, quaſi fratribus & proximis ex corde remittite, ut & uobis ueſtra Deus peccata remittat, ſcientes quia ſi corrigi uoluerint, eos ſocios bonorum habebitis. Sin alias, rectius diuino iudicio, quod errare non poteſt, ſicut nec iraſci poteſt, quàm ueſtro dãnabuntur. Mihi enim (inquit) uindictam reſeruate, & ego retribuã. Et quia non ſolum mala improborum patienter ſuſtinere, ſed & bona illis noſtra libẽter impendere debemus, quibus ſuperati ad amorem noſtrum redeant, & uirtutem manſuetudinis ac patientiæ noſtræ admirantes etiam imitari incipiant, relictisq; uitijs ad uirtutum opera cõuertantur, admonendo ſubiunxit: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Caput enim illius mentem eius dicit, quæ in cunctis actibus ſiue cogitationibus noſtris quaſi arcem & præſidatum tenet. Carbones uerò ignis flammam dilectionis appellat, de qua Dominus in Euangelio: Ignem (inquit) ueni mittere in terram, & quid uolo niſi ut ardeat? Abſit enim ut credamus, Apoſtolum uel Salomonem, de cuius prouerbijs hanc ſententiam ſumpſit, hoc nos docere uoluiſſe, ut eo animo eaq; intentione bona faciamus aduerſarijs noſtris, ut ipſi in his ingrati perſiſtentes, maiora perpetuò tormentorum patiantur incendia. Sed hoc potius iubent, ut miſericordiã facientes egentibus inimicis, emolliamus fomẽtis beneficiorum tumorem ac duritiam cordis illorum, eosq; ad redamandos nos in Domino excitare, adhibito dilectionis igne ſtudeamus.

DE ILLO EIVSDEM APOſtoli, *Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet.* *Quæſtio quinta.*

QVod ait Apoſtolus, Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet: nonnulli ita dictum putant, quaſi diceret, Sufficit unicuiq; ad iuſtitiam facere, quæ ſibi optima uidentur. Quod nequaquã ita intelligendum eſt. Quid enim ſi hæreticus eſt, putans ſe catholicum eſſe, ſiquis malè conuerſatur, exiſtimans rectam eſſe uiam ueritatis, quam incedit, nunquid talis operatio ſufficit illi ad opus iuſtitiæ, per quod ad ſalutẽ perueniat, maximè cum non dicat Apoſtolus indicatiuo modo, Abundat, at imperatiuo: Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet? Præcepit ergo, ut ſi ſublimiora ſacramentorum diuinorum arcana capere nequimus, in his tamen quæ ueraciter credenda ac confitẽda intelligimus & ſentimus, humiliter ac deuotè Domino ſeruiamus. Sic etiam implebitur quod iuſsit, ut unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet, cum in eis quæ à magnis doctoribus credenda uel agenda didicimus, abundanter bonis operibus inſiſtere curamus,

ramus, quatenus per executionem eorum quę nouimus, etiam ad agnitionem ſublimiorum, quæ necdum nouimus, mereamur attingere. Vnde bene ſubiungit: Si quid aliter ſapitis, & hoc quoq; uobis Deus reuelabit. id eſt, Si bona quæ noſtis, per charitatem operamini, tribuet uobis diuina gratia, ut ſi quid aliter quàm decet ſapitis, & hoc aliquando intelligatis. Sicut beato Cypriano cõtigiſſe perſpicuum eſt, qui cum ſuis coepiſcopis, qui erant in Africa, rebaptizandos eſſe hæreticoa contra morem eccleſiæ ſtatuit. Sed quia in ſuo ſenſu, qui ſibi rectus uidebatur, bonis abundare operibus ſtuduit, mox corrigi meruit, atq; ad uniuerſalem ſanctæ eccleſiæ normam ſpiritualium uirorum inſtitutione reduci.

DE VERBIS DAVID QVIbus Saul & Ionathan filium eius interfectos plorauit. Quæſtio ſexta.

QVod interrogaſti de uerbis Dauid, quibus Saul & Ionathan filium eius interfectos plorabat, in quo ploratu etiam montibua Gelboe, in quibus interfecti ſunt, maledicere uidetur: quomodo cõueniant tempori uel myſterio Dominicę paſsionis, ita ut hæc (ſicut ſcribis) per omnes eccleſias quaſi in memoriam eiuſdem paſsionis in reſpõſorijs in ſabbato ſancto Paſchæ dicantur, quaſi rex impius, & pro ſuo ſcelere interemptus ab hoſtibus, mortē potuerit figurare innocentem regis Chriſti, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Scire debes, quia ueraciter Saul, qui poſt unctionem ſacri chriſmatis, à quo & Chriſtus Domini uocatus eſt, ab hoſtib. uccidi meruit, mortem ueri Chriſti, quam ſine culpa ſubire dignatus eſt, inſinuat. Vnde bene Gelboe uolutatio ſiue decurſus interpretatur. Volutabantur enim in ſorde peccatorum, iuxta illud Prouerbiorum, Sus lota in uolutabro luti: atq; à rectitudine uiæ ſalutaris aberrantes, iamq; ad inferiora, id eſt, huius ſeculi deſideria infida decurrebant, ob quorum deſiderium regē cœli & terræ in mortem tradere non dubitabant. Propter quod meritò eis optatur, ne rorem de cœlo pluuiam ue ſuſcipiant: quod hodie rebua ipſis uidemus impletum in eo, quod eos gratia cœleſtis deſerens, tranſlata eſt ad plebem gentium. Quod etiam Eſaias ſub figura uineæ futurum illis ex perſona Domini comminatus eſt, dicens: Et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrē. Quod eſt apertè dicere: Et Apoſtolis atq; Apoſtolicis uiris omnibus mãdabo, ne illis ultrà uerbum uitæ prædicent, ſed irrigatione uerbi cœleſtis, quod à ſe proterui repulerunt indignos, in ſua ſterilitate uacuos ac perpetuo igni comburendos relinquant. Nec tibi abſurdum uideri debet, ut mala reproborum acta boni aliquid ſignificent, aut rurſum bona iuſtorum opera in contraria ſignificatione ponantur. Lege enim Moralia ſancti Papæ Gregorij, ubi expoſuit quomodo beatus Iob maledixerit diei ſuo, dicens, Pereat dies in quo natus ſum, &c. & uidebis quia uſitatiſsimum eſt in ſcripturis, ut & bona in malorum, & in ſignificatione bonorum mala hominum geſta accipiantur. Deniq; Vriam fideliſsimum regis Dauid militem, ac pijſsima atq; innocẽtiſsima eius opera uel dicta, in mala ſignificatione: & econtrà ipſum Dauid in maximo ſuo ſcelere in bona accipiendum interpretatur. Alioquin ſi non & per mala bonum, & malum ſignificari per bonum poſſet, nunquam liceret nigro atramento, ſed ſemper lucido auro deberet ſcribi: quia Deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ. nec rurſum in titulis Pſalmorum nomē Abſalon & Doeg hominum reproborum nimio fulgente, ſed ſolo atro colore deberet adſcribi. Sicut ergo in paginis librorum quouis colore & mala poſſumus, & bona abſq; ulla reprehenſione figurare: ita etiam in parte ſignificationũ per quælibet hominum geſta, & bona rectiſsimè & mala poſſunt exprimi. Quamuis & multo ſæpius cõtingat, & multo dulcius audiatur, bona per bona, & mala figurari per mala. Sicut autem in pictura parietum, neq; obſcurum Aethiopem candido, neq; candidi corporis ſiue capilli Saxonem atro decet colore depingi: ita in retributione meritorum iuxta ſuum quiſq; opus recipiet, & qualis erit actu, talis etiam parebit uultu in iudicio; neq; omnino ad rē qđ quiſq; figurarit, ſed quid egerit, ꝑtinebit.

QVID SIT IN PSALMO, Ignitum eloquium tuum uehementer. Quæſtio ſeptima.

INterim quæſiſti, quid ſit in Pſalmo: Ignitum eloquium tuum uehementer. Quod uerbũ & in Prouerbijs poſitum eſt: Omnis ſermo Dei ignitus. Scito ergo quòd hoc uerbum longè aliter quàm ſonare uidetur, accipiendum eſt. Ignitũ nanq; ſolet dici, quod totum igne perfuſum & impletum eſt: uerbi gratia, Sicut ferrum & æs medijs in ignibus liquefactum, imò igne pleniſsimum. In qua figura dictum eſt de Ioſeph, Eloquium Domini igniuit eum: id eſt, ita ardore & flamma diuinæ uirtutis impleuit, ut ipſe totus ſpiritu Dei accenſus, & quaſi igne uideretur eſſe perfuſus. Quales erant qui dicebant: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Quod uerò eloquium Domini ignitũ, uel ſermo Dei ignitus aſſeueratur, illud tanquã igne examinatum debet accipi, inſtar auri uel alteſius cuiuslibet metalli, quod igne conflatũ, ſordem in ſe alienam atq; inutilem non continet, & totum quicquid in eo reſidet, uerum & perfectum, & omni uitiorum contagione purgatum eſt. Sic etenim eloquia Domini æternorũ in ſe bonorum fidem continentia, uera omnia ſunt, & non ocioſe neq; inutiliter conſtituta. Vnde & Dominus ait, Quia iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant: ne quid illic eſſe quod non perfectum ac

proprium ſit æſtimetur. Ignitum igitur igne examinatum, ſiue igne purgatū intellige. Ex uno ergo Græco, quod eſt πεπυρωμένον, utrunq; Latine & ignitum, & igne examinatum pro interpretum uoluntate tranſlatum eſt. Nam & ubi dictum eſt, Eloquia Domini igne examinata: in Græco idem unus ſermo poſitus eſt πεπυρωμένα. Ex quo etiam uerbo deriuatum eſt, Igne nos examinaſti: quod quidā dixere, Igniſti nos. Ignitus eſt autē, ſiue igne examinatus omnis ſermo Dei, quia per illuminationē ſancti ſpiritus ſyncera ac firma eſt ueritate ſubnixus.

DE REDVCTIONE ARCAE *Domini de domo Aminadab per regem Dauidem. Quæſtio octaua.*

CONgregauit autem rurſum Dauid omnes electos ex Iſrael triginta milia, & cætera. In hiſtoria beati regis & prophetæ Dauid, qua arcam Dei reduxiſſe narratur, humilitas approbata, ſuperbia damnata, & temeritas uindicata monſtratur. Quia & ipſe Dauid, qui coram arca Domini humiliter ſaltare non erubuit, mox promiſſionem filij Dei ex ſua ſtirpe naſcituri ſuſcipere promeruit. Et coniunx, quæ eandem eius humilitatem deſpexit, eius ſemine fœcundari non eſt merita, ſed perpetuæ ſterilitatis pœnas luit. Sacerdos quoq; qui arcam Dei inconſiderata temeritate tetigit, auſus ſui reatum immatura morte purgauit. Vbi intueri neceſſe eſt, quantum delinquat qui ad corpus Domini reus acceſſerit, ſi deuotus ille ſacerdos morte mulctatur, qui arcam illam, Dominici uidelicet corporis figuram, minori quam debuit ueneratione corripuit. Verum iuxta allegoriam Dauid Chriſtum, arca eccleſiam ſignificat. Quæſiuit autem Dauid arcam in ſuam ciuitatem adducere, ſed cauſa interueniente cōtraria, ad tempus eam alibi diuertit, ac ſic deinceps quod multum deſiderauerat expleuit. Quia Dominus in carne apparens, Euangeliū filijs Iſrael, ſuæ uidelicet genti prædicauit, ſed cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Sed ut hæc enucleatius per ſingula uideamus, congregauit Dauid omnes electos ex Iſrael triginta milia, quia Dominus eccleſiā primitiuam ex Iſrael inſtituit, non quidem omnem Iſrael, ſed electos quoſq; ſibi conſocians. Non enim omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ: ſed filij promiſsionis deputantur in ſemine. Qui triginta milia eſſe referuntur, id eſt, fidei operis & ſpei firmitate perfecti. Tria enim propter confeſsionem ſanctæ trinitatis ad fidem pertinent, decem propter decalogum legis ad opera, mille propter ſui perfectionem ad ſpem uitæ æternæ, qua ſuperius aliquid non eſt, ſicut numerus millenario nullus maior eſt. Et ſi enim decem milia, ſi triginta milia, ſi etiam mille milia dixeris: non ipſum mille numerando tranſcendes, ſed uel per ſe uel per minores numeros ſæpius ducendo multiplicas. Tria ergo per decem multiplica, ne fides ſine operibus mortua ſit: item triginta per mille multiplica, ut fides quæ per dilectionem operatur, non alibi quam in cœlis retributionem ſperet. Electi igitur ex Iſrael, populos recte credentes, operantes, ſperantes, inſinuent: uiri autem Iuda, qui erant cum Dauid, ipſos Apoſtolos & doctores qui lateri Chriſti quaſi familiarius adhærebant, indicent. Quo utroq; ſtipatus exercitu Dominus, arcam adducere: id eſt, eccleſiam dilatare, & in eorum qui non crediderant, cordibus inſerere gaudet. Imponitur autē arca plauſtro nouo, ut noui teſtamenti gratia renouatis in baptiſmo mentibus infundatur, nouumq; uinum nouis utribus conſeruandum mandetur. Erat quidem prius arca in domo Aminadab, qui erat in Gabaa, quia eadem quæ nunc prędicatur Eccleſiæ fides, & ante incarnationis Dominicæ tempus florebat, in his qui Patriarcharum Prophetarumq; ſunt deuotionem ſecuti. Aminadab enim qui interpretatur pater meus ſpontaneus, uel Abraham patrem fidei, uel Moyſen legislatorem ſignificat: qui uterq; in Gabaa cuſtodit arcam, quia ſublimi uirtutis exemplo credentium pectora munit. Vnde & Gabaa collis interpretatur, qui locus eſt in ciuitate Cariathiarim. Elata ergo foris arca ludebat Dauid, & omnis Iſrael coram Domino diuerſis Muſicorum generibus, quia mox inchoante nouæ gratiæ præconio, Dominus ad exhibēdas Deo Patri laudes humilitatis omnes inuitat dicens: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Alij dando per ſpiritum ſermonem ſapientiæ, alij ſermonem ſcientiæ, alij genera linguarum, alij gratiam curationum, &c. Sed his atq; huiuſmodi chariſmatum generibus progrediente arca, id eſt, creſcente eccleſia primitiua uentum eſt ad aream Nachor: id eſt, aream prępararam, gentium uidelicet Eccleſiam, fidei ueritate cōſecrandū, de qua Ioannes ait: Et permundabit aream ſuam. Vbi ſacerdos, qui arcam incautius quaſi corrigēdo tetigit, mox à Domino percuſſus occubuit: quia Iudæorum populos dum gentibus inuidet, ſalutis ſe munere priuat, dū legem uult Euangelio miſcere utriuſq; ſibi gratiam tollit. Et tenuit eam, inquit, quoniam calcitrauerant boues. Boues quippe calcitrare, eſt prædicatores Euangelij liberius circa fidē agere, neq; ſecundum conſuetudinem Legis ingredi: ſed Sabbatha, neomenias, circumciſionē, uictimasq; ſpiritualiter interpretari. Quos uelut errantes corrigere tentabant, qui deſcendentes de Iudæa docebant fratres, Quia niſi circuncidamini ſecūdum morē Moyſi, non poteſtis ſalui fieri. Et de quibus Iacobus ad Paulum, Vides, inquit, frater quot milia ſunt in Iudæa, qui crediderunt, & omnes hi æmulatores ſunt legis. Ob cauſam ergo ſacerdotis occiſi, Dauid noluit diuertere ad ſe arcam Domini in ciuitatem Dauid, ſed diuertit eam in domū Obededom Gethæi: quia reſpuentibus uerbū Iudæis, ne amplius audita & non ſuſcepta prædicatio noceret, Apoſtoli ab eis ablati, & ad

Gentes

Gentes imbuendas ſunt miſsi. Vnde & locus areæ Nachon, quæ Gentium fidem Domini gratiæ præparatam demõſtrat, percuſsio Oza nuncupatur, uidelicet quia illorum delicto ſalus eſt gentibus. Obed Edom nanq; qui interpretatur ſeruiẽs homo, ille eſt utiq; de quo Dominus ad Patrem: Conſtitues (inquit) me in caput gentium, populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi. Vbi & Iudæorum abiectiõem, quaſi Ozę mortem præmittens ait, Eripies me de contradictionibus populi. Nomen quoq; urbis congruit. Gethe enim interpretatur torcular, ſignificans crucem in qua uitis uera calcari & exprimi deſignata eſt. A qua cunctus gentium populus meritò Getheus appellari poteſt, cũ dicit, Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Christi. Tres autem mẽſes quibus ibidem arca demoratur, fides, ſpes, & charitas ſunt. Sicut enim diebus adimpletur menſis, ita ſingulæ uirtutes ſuis quæq; paſsibus ad perfectionem perueniunt. Hi menſes quouſq; plenitudo gentium intret, non ceſſant. Tandẽ rediens Dauid arcam inducit in ciuitatem Dauid, quia Dominus & Enoch & Heliam prædicantibus conuertet corda patrum in filios Boues & arietes immolans, id eſt, eos qui arcam Domini triturant, & ouium eius ducatum gerunt martyrij ſanguine coronans, & ipſe quoq; ſuæ incarnationis & paſsionis exemplum eatenus Iudæis nõ creditum palam manifeſtans. Hoc enim ſignificat, quod & ipſe Dauid accinctus erat ephod lineo. Nam linum quod terra procreatum multiplici labore ad candorem ueſtis peruenit, ueritatem humanæ carnis inter flagella triumphantis oſtendit. Verum cunctis exultantibus, & ad arcæ cœleſtis introitũ hymnos reſonantibus, ſola Michol filia Saul arcam ducentibus, abeſt. Quin etiam è ſpeculis Dauid reſpicit humilitatum, quia credentibus in mundi fine Iudæis, erunt nonnulli qui Chriſtũ profeſsione, ſed opere ſequẽtur Antichriſtum. Quibus meritò cõgruit, quod eadem Michol, quæ ob figurandam inſtabilitatem carnalium aqua omnis interpretatur, non uxor Dauid, ſed filia Saul appellatur: quia qui Chriſto fidetenus ſeruiunt non illius regno coronandi, ſed perſecutorum eius quos imitauere, ſunt anathemate damnandi. Verum praui ſuccenſeãt, humilitatem Eccleſiæ contemnant, nihilominus arca Domini locum ſuum ingreditur. Ponitur in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid, id eſt, fides Eccleſiæ prædicatur, proficit, inſeritur cordibus omnium, quos Dominus ad uitam præordinauerat æternam. Offert Dauid holocauſta & pacifica coram Domino, fidem deuotionemq; Eccleſiæ commendat patri Chriſtus, qui eſt ad dexteram Dei, qui & interpellat pro nobis. Qui in exemplum Dauid fideles humilesq; benedicens, ſalutaris myſterij paſcit alimentis. Partitur ſingulis collyridã panis unam, illius utiq; qui de cœlo deſcendit, & dat uitam huic mundo. Et aſſaturam bubulæ carnis unam, illius ſcilicet uituli ſaginati, qui pro reuertente ad patrem filio iuniore mactatus, & igne paſsionis aſſatus eſt dicens. Exaruit tanquam teſta uirtus mea. Et ſimilam frixam oleo, carnem uidelicet à peccati labe mundiſsimam, ſed ob humanæ ſalutis uberrimam dilectiõem crucis ſartagine toſtam. Et meritò una panis collyrida, una carnis aſſatura datur, quia unus Dominus, una fides, unum baptima, unus Deus & pater omnium. Aliter hæc munera fideles accipiunt, quando unus panis, unum corpus omnes ſumus in Chriſto, & ſuæ carnis laſciuiam ſinguli caſtigantes, ac ſeruituti ſubijcientes, ſancti ſpiritus igne decoquunt, nec non & bonorum fructus operum oleo miſericordiæ pinguiſsimos compaſsione feruefaciunt.

At contrà filia Saul fruſtra cubiculum Regis ingreſſa, nullos concepti ſeminis fructus dat: quia qui uerbum Dei auretenus percipiunt, abſq; boni operis prole diẽ perpetuæ mortis expectant.

DE ANGELIS.

Quæſtio nona.

ANgelorũ natura, creatio & ſtatus qualis. Angeli ante creationẽ mundi creati ſunt: & ante omnem creationem angelorum diabolus eſt conditus, ſicut ſcriptum eſt: Ipſe eſt principium uiarum Dei. Vnde & ad comparationem angelorum archangelus appellatus eſt. Prius enim creatus extitit ordinis prælatione, non temporis quantitate Primatum habuiſſe angelorum diabolum, ex qua fiducia cecidit, ita ut ſine reparatione laberetur, cuius prælationis excellentiam propheta his uerbis annunciat: Cedri nõ fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abietes non adæquauerunt ſummitatem illius. Omne lignum paradiſi non eſt aſsimilatum illi, quomodo ſpecioſiorem fecit eum Deus. Diſtat conditio angeli à conditione hominis. homo enim ad ſimilitudinem Dei conditus eſt, archangelus uerò qui lapſus eſt, ſignaculum Dei ſimilitudinis appellatus eſt, teſtãte Domino per Ezechielem: Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, perfectus decore, in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Quanto enim ſubtilior eſt eius natura, tanto plenius extitit ad ſimilitudinem diuinæ ueritatis expreſſa. Prius de cœlo cecidiſſe diabolum, quàm homo conderetur. Nam mox ut factus eſt, in ſuperbiam erupit, & præcipitatus de cœlo eſt. Nam iuxta ueritatis teſtimonium ab initio mendax fuit, & in ueritate nõ ſtetit: quia ſtatim ut factus eſt, cecidit. fuit quidem in ueritate conditus, ſed non ſtando, cõfeſtim à ueritate eſt lapſus. Vno ſuperbiæ lapſu, dum Deo per tumorem ſe conferũt, & homo cecidit & diabolus. Sed homo reuerſus ad pœnitentiam, dum ſe inferiorem eſſe cognoſcit: diabolus uerò non ſolum in hoc contentus quod ſe Deo æqualem exiſtimans cecidit, inſuper etiam ſuperiorem Deo ſe dicit, ſecundum Apoſtoli dicta qui ait de Antichriſto: Qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod

dicitur

dicitur Deus, aut quod colitur. Diabolus ideo iam non petit ueniam, quia non compungitur ad pœnitentiam. Membra uerò eius ſæpe per hypocriſin deprecantur, quod tamen pro mala conſcientia adipiſci nõ merentur. Diſcat humana miſeria quod ea cauſa citius permouetur Deus præſtare ueniam, dum infirmo cõpatitur homini: quia ipſe homo traxit ex parte inferiori infirmitatem peccãdi, hoc eſt ex carne, qua excluſa anima detinetur. Apoſtatæ angeli ideo ueniam non habent, quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati ſunt, ut peccarent: homines autem poſt peccatum idcirco reuertuntur ad ueniã, propter quod ex lutea materia pondus traxerũt infirmitatis, ideoq; pro infirma carnis conditione, reditum patet hominis ad ſalutẽ. ſicut & Pſalmus dicit, Ipſe ſcit figmentum noſtrum. Memẽto Domine quod terra ſumus. Et iterum: Memorare, inquit, quę ſit noſtra ſubſtantia. Poſtquam apoſtatæ angeli ceciderunt, reliqui perſeuerãtia æternę beatitudinis ſolidati ſunt. Vnde & poſt cœli creationem in principio reperitur: Fiat firmamentum. Et uocatum eſt firmamentum cœlum, numerum oſtendens quod poſt angelorum ruinam iſi qui permanſerunt, firmitatem meruerunt æternæ perſeuerãtiæ & beatitudinis, quã minus acceperant: poſt diaboli deiectionẽ angelorum ſanctorum collatam ſanctitatis perſeuerantiam & beatitudinem, quam minus acceperant. Vnde oportet cognoſci, quod malorũ iniquitas ſanctorũ ſeruiat humilitati: quia unde mali corruunt, inde boni proficiunt. Bonorum angelorum numerus qui poſt ruinam angelorum malorum eſt, diminutus ex numero electorũ omniũ ſupplebitur, quia numerus ſoli Deo eſt cognitus. Inter angelos diſtantia poteſtatum eſt, & pro graduum dignitate miniſteria eiſdem ſunt diſtributa: alijſq; alij pręferũtur tam culmine poteſtatis, quàm ſcientia uirtutis. Subminiſtrant igitur alij aliorum præceptis, atq; obediunt iuſsis. Vnde ad prophetam Zachariam angelus angelũ mittit, & quæcunque annunciare debeat, præcepit. Nouem eſſe diſtinctiones uel ordines angelorũ, ſacræ ſcripturę teſtantur. Id eſt, Angeli, archangeli, throni, dominationes, uirtutes, principatus, poteſtates, cherubin & ſeraphin. Horum ordinum numerum & Ezechiel propheta deſcribit ſub totidem nominibus lapidum, cum de primatu apoſtatæ angeli loqueretur: Omnis, inquit, lapis operimentum tuum: ſardius, topazius, & iaſpis, & chryſolithus, & onyx, & beryllus, & ſapphyrus, caruũculus & ſmaragdus. Quo numero lapidum ipſi ordines deſignati ſunt angelorũ, quos apoſtata angelus ante lapſum quaſi in ueſtimento ornamenti ſui affixos habuit, ad quorum ſe comparationem dum ſe clariorem cunctis aſpexit, confeſtim intumuit, & cor ſuũ ad ſuperbiam eleuauit. Angeli ſemper in Domino gaudent, nõ in ſe: malus uerò inde eſt diabolus, quia nõ quæ Dei, ſed quæ ſua ſunt requiſiuit. Nulla aũt maior iniquitas, quàm non in Deũ, ſed in ſe uelle quempiam gloriari: angeli uerò Dei cognoſcunt omnia antequam in re fiant, & quia apud homines adhuc futura ſunt, angeli iam reuelante Deo nouerunt. Præuaricatores angeli & ſanctitate amiſſa, non tamen amiſerunt uiuacem creaturæ angelicę ſenſum. Triplici enim modo præſcientię acumine fiẽt: id eſt, ſubtilitate naturę, experientia temporũ, reuelatione ſuperiorũ poteſtatum. Quotiens Deus quocunq; flagello huic mundo iraſcitur, ad miniſterium uindictæ angeli mittuntur, qui tamen diuina poteſtate coercentur, ne tantum noceant, quantum cupiunt. Boni autem angeli ad miniſteriũ ſalutis humanæ deputati ſunt, ut curas adminiſtrent mundi, & regant omnia iuſſu Dei, teſtante Apoſtolo, Nonne omnes, inquit, ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatẽ capiunt ſalutis? Angeli corpora in quibus hominibus apparẽt, in ſuperno aere ſumũt, ſolidamq; ſpeciem ex cœleſti elemento inducunt, per quam humanis obtutibus manifeſtius demonſtrentur. Singulæ gentes præpoſitos angelos habere creduntur, quod oſtenditur teſtimonio angeli Danieli loquentis: Ego, inquit, ueni ut nunciarem tibi, ſed princeps regni Perſarum reſtitit mihi. Et poſt alia: Non eſt qui me adiuuet, niſi Michael princeps ueſter. Item omnes homines angelos habere probantur, loquẽte Domino in Euangelio: Amen dico uobis, quia angeli eorum ſemper uident faciẽ patris mei qui eſt in cœlis. Vnde & Petrus in Actibus apoſtolorum, cum pulſaret ianuã, dixerunt intus apoſtoli, non eſt Petrus, ſed angelus eius. Si Deum angeli cõtuentur & uident, cur Petrus apoſtolus dicit: In quem deſiderãt angeli Dei conſpicere? Item ſi nunc non contuentur nec uident, quomodo iuxta ſentẽtiam Domini, angeli eorum ſemper uident faciẽ patris mei qui in cœlis eſt? ſed bene utrunq; eſt. nam ueraciter credimus, quòd Deum angeli & uident, & uidere deſiderant: & habẽt, & habere feſtinant: & amãt, & amare nituntur. Si enim ſic uidere deſiderãt ut effectu deſiderij non perfruãtur, deſiderium hoc neceſsitatem habet. Neceſsitas illa pœnalis non eſt, & beatis angelis omnis pœna longe eſt, quia nunquam ſimul & pœna & beatitudo conueniunt. Rurſum ſi eos dicimus Dei uiſione ſatiari, ſatietas faſtidium habere ſolet: & ſcimus illos Dei uiſionẽ, quam & deſiderãt, faſtidire non poſſe. Quid ergo eſt, niſi ut miro modo ſimul utrunq; credamus, quia & deſiderant & ſatiantur: ſed deſiderant ſine labore, & ſatiantur ſine faſtidio. Ne enim ſit in deſiderio neceſsitas, deſiderãtes ſatiantur. Et iterum, ne ſit neceſsitate faſtidium, ſatiati deſiderant. Vident enim angeli faciẽ patris per ſatietatẽ: ſed quia ſatietas ita faſtidiũ neſcit, angeli deſiderãt in eo proſpicere ſemper. Vbicunq; in ſcripturis ſanctis pro Deo angelus ponitur, nõ pater, nõ ſpiritus ſanctus: ſed pro incarnationis diſpenſatione ſolus filius intelligitur. Ante Domini incarnationis aduentum, diſcordia inter angelos & bo-

Digitized by Google

& homines fuit: ueniẽs aũt Chriſtus, pacẽ in ſe angelis & hominib. fecit. Eodẽ quippe nato clamauerũt angeli, In terra pax hominib. bonę uoluntatis. Per incarnationẽ igitur Chriſti, nõ ſolum Deo reconciliatus eſt homo, uerum etiam pax inter angelos & homines reformata eſt. Diſcordia igitur ante aduentum Chriſti angelorum & hominum fuiſſe per id maximè agnoſcitur, quòd ſalutati in ueteri teſtamento ab hominibus angeli, deſpiciunt reſalutari ab eis. Quod in nouo teſtamento ab Ioanne factum, non ſolum reuerenter ſuſcipit, uerum & ne faciat interdicitur. Ab hoc homo in ueteri teſtamento deſpicitur nec reſalutatur ab angelo, eo quod homo adhuc nondum tranſiiſſet in Deo. Suſpicitur autem homo à Deo, & reuerenter ſalutatur ab angelo. Nam & Mariam angelus legitur ſalutaſſe, & Ioanne angelum ſalutanti ab eodem angelo dicitur: Vide ne feceris. conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum. Per quod agnoſcitur per incarnationem dominicam pacẽ hominibus fuiſſe & angelis redditã.

DE DELICTIS HOMInum & eorum pœna. Quæſtio decima.

SCire uelim quomodo iuſtũ ſit, ut culpa quæ cum fine perpetrata eſt, ſine fine puniatur. Hoc rectè diceretur, ſi diſtrictus iudex non corda hominum, ſed facta penſaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine uixerunt. nam uoluiſſent utiq;, ſi potuiſſent ſine fine uiuere, ut potuiſſent ſine fine peccare. Oſtẽdunt enim, quia in peccato uiuere ſemper cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare dum uiuunt. Ad magnam ergo iuſtitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant ſupplicio, qui in hac uita nunquam uoluerunt carere peccato. Quod Deus pius ſit, & non paſcatur cruciatu miſerorum: iuſtus autem, & ideo non ſedetur in perpetuum ab impiorum ultione. Nullus iuſtus crudelitate paſcitur, & delinquens ſeruus à iuſto Domino idcirco cædi præcipitur, ut à nequitia corrigatur. Ad hoc enim uapulat, ut emendari debeat. Igni autem gehennę iniqui traditi, ſi ad correctionem nunquam ueniunt, quę fine ſemper ardebunt? Omnipotens Deus, quia pius eſt, miſerorum cruciatu non paſcitur: quia autem iuſtus eſt, ab iniquorum ultione in perpetuum non ſedatur. Sed iniqui omnes æterno ſupplicio deputati, ſua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, ſcilicet ut iuſti omnes, & in Deo uideant gaudia, quæ percipiũt, & in illis reſpiciant ſupplicia, quæ euaſerunt: quatenus in æternum tãto magis diuinæ gratiæ debitores ſe eſſe cognoſcant, quanto in æternum mala puniri conſpiciunt, quæ eius adiutorio uicerunt.

DE ANIMARVM VSQVE ad reſtitutionem manſione. Quæſt. XI.

VElim ſcire, ſi nunc ante reſtitutionem corporum, in cœlum recipi ualeant animæ iuſtorum. Hoc namq; de omnibus iuſtis fateri nõ poſſumus, neq; de omnibus negare. Nam ſunt quorundam animæ iuſtorum, quæ à cœleſti regno quibuſdam adhuc manſionibus differuntur in quo dilationis damno. Quid per hoc aliud innuitur, niſi quod perfectæ iuſtitiæ aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius conſtat, quia perfectorum iuſtorum animæ mox ut huius carnis clauſtro exeunt, in cœleſtibus ſedibus recipiuntur. Quod & ipſa per ſe ueritas teſtatur dicens: Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ: quia ubi ipſe redẽptor noſter eſt corpore, illuc proculdubio colliguntur & animæ iuſtorum: & Paulus deſiderat diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Qui ergo Chriſtum eſſe in cœlis non dubitat, nec Pauli animam eſſe in cœlo negat. Qui etiam de diſſolutione ſui corporis, atq; habitatione patriæ cœleſtis dicit: Scimus quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum nõ manufactam, ſed æternam in cœlis. Si ergo nunc in cœlo ſunt animæ iuſtorum, quid eſt hoc quòd in die iudicij pro iuſtitiæ ſuæ retributionem percipiunt? Hoc in eis nimirum creſcit in iudicio, quod nunc animarum ſola, poſtmodum uerò corporum beatitudine perfruantur, ut in ipſa quoq; carne gaudeant, in qua dolores pro Domino, cruciatusq; pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria ſcriptum eſt, Iuſti duplicia poſsidebũt. Hinc etiam ante reſurrectionis diem de ſanctorum animabus ſcriptum eſt: Datæ ſunt illis ſingulis ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, ut requieſcerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conſeruorum & fratrum eorum. Qui itaq; nunc ſingulas acceperint, in iudicio binas ſtolas habituri ſunt: quia modo animarum res tantum agitur, tunc autem animarum ſimul & corporum gloria lætabuntur.

SI BONI BONOS IN REgno cœleſti, uel ſi mali malos in ſupplicio agnoſcant. Quæſtio XII.

NOſſe uellẽ, ſi boni bonos in regno, uel mali malos in ſupplicio agnoſcant? Huius rei ſententia in uerbis eſt Dominicis, quam iam ſuperius protulimus, luce clarius demonſtrata. In quibus cum dictum eſſet, Homo quidam erat, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide: ita per totum uſq; dum dicit, Fili recordare, quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Diues autem de ſeipſo iam ſpem ſalutis non habens, ad promerendam ſuorum ſalutẽ conuertitur, dicẽs: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei, &c. Quibus uerbis declaratur apertè, quia & boni bonos, & mali malos agnoſcant. Si igitur Abraham Lazarum minime recognoſceret, nequaquam ad diuitem poſitum in tormentis de tranſacta eius contritione loqueretur dicẽs, quòd mala reciperet in uita ſua: quo-

modo

modo etiam præſentes non poſſet agnoſcere, qui etiam pro abſentium memoria curauit orare? Qua in re hoc quoq; oſtenditur, quia & boni malos, & mali cognoſcunt bonos. Nam & diues ab Abrabam cognoſcitur cum dicitur, Recordare quia recepiſti bona in uita tua. & electus Lazarus à reprobo diuite eſt cognitus, quem mitti precatur ex nomine dicens: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam. In qua uidelicet cognitione utriuſq; partis cumulus retributionis excreſcit, & ut boni amplius gaudeant. quia ſecum eos lætari conſpiciunt, quos amauerunt: & mali dum cum eis torquentur, quos in boc mundo deſpecto Deo dilexerunt, eos non ſolum ſua, ſed etiam eorum pœna conſumat. Fit autem in electis quiddam mirabilius, quia non ſolum eos cognoſcūt, quos in hoc mundo nouerunt, ſed uelut uiſos ac cognitos recognoſcunt bonos, quos nunquam uiderūt. Nam cum antiquos patres in illa æterna hæreditate uiderint, eis incogniti per uiſionem non erunt, quos in opere ſemper nouerunt. Quia enim illic omnes communi claritate Deum cōſpiciunt, quid eſt quod ibi neſciant, ubi ſcientē omnia uident? Nam quidam noſter & uitæ uenerabilis uir, religioſusq; ualde & laudabilis, cum ante triennium moreretur, ſicut religioſi alij qui præſentes fuerunt, teſtati ſunt, in hora ſui exitus, Ionā prophetam, Ezechielem quoque & Danielem cœpit aſpicere. Quos dum ueniſſe ad ſe diceret, & depreſsis luminibus eis reuerētiæ obſequium præberet, carne eductus eſt. Qua in re aperte datur intelligi, quæ erit in illa incorruptibili uita noticia, ſi uir iſte adhuc in carne poſitus corruptibili, prophetas ſanctos, quos nimirum nunquam uidit, agnouit. Solet autem plerumq; contingere, ut egreſſura anima eos etiam recognoſcat, cum quibus pro æqualitate culparum, uel etiam præmiorū in una eſt māſione deputanda, quod multi eos in exitu uidēt, quos aut in regno aut in ſupplicio pares habebunt.

DE LIBERO ARBITRIO.

Quæſtio decima tertia.

DEus bominem fecit perfectum, & talem ſcilicet quod poſſet & uelle bonum, & nō uelle. Et hoc eſt liberum arbitrium, uelle ſcilicet & nolle, & abſolutum. Hoc eſt uelle ſuum hominis per naturam, ſicut dicitur in ſapiētia: noſtrum eſt uelle, Dei autem perficere, noſtrū ſcilicet per naturam. Et apoſtolus: Velle quidē adiacet mihi per naturā. Sed boc uelle, & boc bonum deprauauit homo peccando, & quaſi extinxit, non tamen omnino: quia ſemper remanſit in eo aliqua ſcintilla boni. & quando Apoſtolus dixit, Deus operatur uelle. ſic non intelligimus quod modo primum ponat in eo uelle, ſed uoluntatem quæ in eo eſt per naturā deprauatam & quaſi extinctam ſuſcitet & reuiuiſcere faciat. Sic facimus conuenire iſta duo, quod ſcriptura dicit, noſtrum eſt uelle: & quod Apoſtolus, Deus operatur uelle cum libero arbitrio. Deus uel etiam quod neceſſario facit, fecit bominem talem, ſcilicet ut poſſet uelle bonum & non uelle bonum, quia ſi talem feciſſet ut nunquam poſſet niſi uelle bonum, inconuertibilem feciſſet eum. Inconuertibile autem nihil eſt niſi Deus, quia non poteſt niſi uelle bonum. Deus autem quod generare quidem poteſt id quod eſt, facere autē non poteſt id quod eſt. Quod ſimile poſſumus de homine. Homo enim generare poteſt id quod eſt, facere autē non poteſt id quod eſt, licet poſsit imaginem ſuam in pariete pingere, uel in ligno formare. Quia igitur aliqua diſtantia eſſe debuit inter creatorem & creaturam, potuit Deus facere id quod non ipſe erat, non id quod ipſe erat. ſicut bominem potentem uelle bonum & non uelle bonum, quod ipſe Deus non eſt, non hominē, non potentem uelle & non uelle bonum, quod ipſe eſt. Rationali creaturæ dedit Deus efficacem uim bonæ naturæ ad ſe cognoſcendū, quæ bona uis naturæ ad ſe cognoſcendum gratia uocari poteſt, de qua gentiles Romani multum præſumebant, attribuendo ſibi quòd tam bene crediderant audita ueritate Euangelij, non attendentes non eadem natura relicta ſibi à Deo, nec in angelo nec in bomine erat ſufficiens ad ſalutem, immò præcipitatam ſe uſq; ad turpiſsima uitia, quaſi fuiſſet ſufficiens tunc, nec angelus nec homo indiguiſſet Deo: quoniam uterque in ſemetipſo habuiſſet ſufficientiam, & ita quiſq; ſibi foret Deus, quaſi par uero Deo: nec eſſet unus Deus nec unus omnipotens, & ideo remanſit ſola omnimoda ſufficientia quæ angelica uel humana natura, nulla poteſt operari bona aliquando, etiam cū ipſius appoſitione poteſt relabi. Reſp. Cur igitur appoſuit Deus ſibi, cum per eam nō ſit profectura, uidelicet ut ipſa labens appoſito ſibi adiutoria recognoſcat ſe inexcuſabilem, & perſeuerans natura reddat Deo gratias de appoſitiōe gratiæ. Ergo bona natura rationabilis creaturæ, cooperari quidem bonum appoſita ſibi gratia poteſt. Si uerò relicta nihil operatur boni, immò præcipitat ſe in malum, cōſtat eſſe peccatum efficientem cauſam mortis: mortem autem neceſſarium effectum peccati Domino atteſtante qui ait ad Adam, Quocunq; die comederis de uetito ligno, morte morieris. Ergo qui moritur neceſſaria morte, impotens eſt per ſe reſurgere: Chriſtus autem qui caruit crimine, caruit mortis neceſsitate, ipſo teſte qui ait, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. Igitur mors Chriſti uoluntaria fuit non neceſſaria, & ob hoc potuit per ſe reſurgere, ut eſſet reſurrectio communis reſurrectionis illis qui mortui erant, uel ſunt uel erunt, in Chriſto mortis neceſsitate.

Deus dicitur præſcire cuncta quæ fiunt per uim naturæ, uel per uim libertatis. dicitur etiā ſcire ea quæ fiunt bona, futura eſſe bona per appoſitionem gratiæ. Dei igitur prædeſtinatio,

eſt

eſt diuinæ gratiæ appoſitio. Quapropter qui negat Chriſtum eſſe prædeſtinatum, negat eũ eſſe filium hominis, quia humana natura, quæ fuerat in lumbia Adæ, eius peccato obnoxia per appoſitionem gratiæ in ipſa unione uerbi Dei, eſt immunis ab omni culpa, licet pœnam peccati retinuiſſet, ut in reſurrectione ſua Chriſtus eam deſtrueret, cuius deſtructio eſt noſtrarum corruptionum deſtructio uel ablutio.

Omnes cogitationes malæ non ſemper inſtinctu diaboli excitantur, ſed aliquando ex noſtri arbitrij motu emerguntur. bonæ autem cogitationes ſemper à Deo ſunt. Sciendum eſt quod liberum arbitrium dicitur habuiſſe primus homo ante guſtum pomi, poſt guſtum uerò ſeruus effectus eſt peccati. Sed cum habuiſſet liberum arbitrium, uidendum eſt quę libertas illius arbitrij fuerit. Arbitrium certè liberũ fuit, quàm diu ſuæ poteſtatia extitit, ita ut nulla ui cogente, nec Dei nec diaboli quod uellet bonum ſeu malum faceret. Sed cum liberũ eſſet hoc reſpectu, quod à nullo domino nulla ui, poterat ut uellet aliquid aut nollet, per ſe tamẽ debile erat, ita ut ex ſua debilitate eadem poſſet, ſi à diabolo non egenti, ſed perſuadenti nõ conſentiret. Sed ſtare ex ſua uirtute nulio modo poſſet, & ſi uellet perficeret per eiuſdẽ Dei auxilium, ſi non Dei conſilio credens ut uellet bonum. Cum ergo Adam liberam uoluntatẽ haberet, & propriam habebat poſsibilitatem, ſed alienã ut eſſet in homine quod iuſtè à Deo remuneraretur, libera ſcilicet uoluntaa, quæ Deo non coacta ſeruiret, ut eſſet in Deo unde glorificaretur, cum hominem ſua uirtute roboraret. Quia igitur Adam liber erat & infirmus, poſtquam ſibi uni eſt confiſus, & ex libero arbitrio hoſti conſenſit, & per fragilitatem ſuam cecidit, qui ſi ſoli Domino confiſus fuiſſet, Domino axiliante nullatenus uſq; cecidiſſet. Sed cum poſt primi parentia lapſum totus orbis eſſet ſeruus peccati, uenit Dominus nos priſtino reſtituens gradui, reddens arbitrium patria primi, liberum ſicut priua à ui extranea, ſed noua debilitate propria, ut nemo ſit qui de ſe pręſumat, ſed in ſolo Deo ſemper confidat. Sed huic libero arbitrio uidetur contrarium, quod Dominus ab æterno ſanctia eius uitam æternam prædeſtinauit, & ſimiliter cauſam uitæ æternæ meritum ſanctia eiua prædeſtinauit, reprobis autem mortem æternam: ſed non mortis æternæ cauſam, quia nulli Deus peccata ſua prædeſtinauit. Non eſt enim in Dei diſpoſitione quomodo peccator peccet, ſed tamen cum ſciat eũ peccaturum, mortem ei præordinat ut uerua iudex. Si autem præordinat & prædeſtinat uitam bono, & mortem malo, uidetur uim inferre libero arbitrio: quia cum prædeſtinatio ſua falli non poſsit, neceſſe eſt ut malua ſit, quem prædeſtinauit ad mortem: & bonus ſit, quem prædeſtinauit ad uitam. Et ſi neceſſe eſt hunc eſſe bonum, & illum malum, perijt ergo liberũ arbitrium, quod neceſsitate cogitur. Quod ſi arbitrium non eſt liberum, ſed cogitur neceſsitate, non eſt culpandus ille, qui uelit nolit peccat: neq; laudandus, qui uelit nolit, bene agit, ſed laua & culpa ſoli cogenti eſt imputanda. Cur ergo pœna malis, gloria iuſtis? Non eſt itaq; præmium quòd iuſti remunerãtur, ſed ſola Dei gratia. non eſt uindicta, quòd iniuſti puniantur: ſed iniuria, quod abſit. Prædeſtinatio enim Dei nulla ui cogit noa ad bonum uel ad malum, ſed Deus apud quem non eſt tranamutatio, nec uiciſsitudinia obumbratio, ab æterno ea quæ ſunt futura nobis, in conſpectu ſuo præſentia habuit, & quales nos aut ex noſtra prauitate aut ex iuſtitia ſibi tales præſentauit, ut præſentes dijiudicauit. Quæ enim ſunt apud nos præterita uel futura, à conſpectu Dei nunquã tranſeunt, ſed ſemper præſentia ſunt. Vnde & Dominus in euangelio dicit: Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea nõ tranſibunt. Si autem uerba quæ apod noa in momento tranſeunt, apud Deum ſemper manent, quis dubitet quin in conſpectu Dei ſunt permanentia, quæ apud nos ſunt tranſitoria? Si ergo in cõſpectu eius ſemper fuimus, & pręſentialiter nos uidet, quales aut ex ipſo futuri eſſemus in bonũ, aut non ex ipſo, ſed ex nobia futuri eſſemus in malum non inconueniens fecit. ſi enim diuerſa uidens merita, diuerſa etiam nobia retribuet præmia. Prauitaa noſtra ab æterno mala in conſpectu Dei ex ſua nequitia præſentauit, Deus illam ad mortem deſtinauit. Quid ergo? Coegit nos Deus ut mali ſibi uideremur ab æterno? Abſit. Nam potius nos coegimus eum, ut nos malos uideret. Verbi gratia, ſi uideo iacere aliquem, neceſſe eſt ut ille iaceat, quem iacere uideo, aut falſum eſt quod ego eum iacere uideo. Illa ergo neceſsitas à iacente eſt, aut à uidente? Vtiq; non à uidente infertur neceſſitas ut iaceat, ſed ab ipſo qui ſe depoſuit ut iaceret. Deus igitur cui nihil eſt futurum aut pręteritum, nos ſibi præſentes ſemper maloa eſſe uider, non ut iuſtia ille neceſsitatem inſerret prauitatis, ſed quia prauitas illa latere nequit præſentiam iudicis. Nunquid autẽ Petrus Deum negauit, quia Dominus dixit, Tu me negabis? Aut nunquid Iudas tradidit, quia Dominus dixit, Tu me trades? Aut nunquid Lazarus mortuus eſt, quia dixit Deus, Lazarua dormit? Iudaa autem Iudęos iã de traditione conuenerat, ſolus Petrus cum de negatione audiſſet ſe nõ negaturum, iurabat: ſed tamen ex uerbis Domini magis coactus eſt Petrus, ut faceret quod nolebat, quã Iudas ut perficeret quod uolebat. Sed impoſsibile erat ſcientem omnia neſcire, quæ iſtis eſſent uentura. Sicut ergo prædeſtinatio ad mortem non cogit maloa ut pereant, ſic etiam prædeſtinatio ad uitam non cogit bonoa ut ſaluentur. Sed cum Dominua bonos ad uitam prædeſtinauit, ita eoa prædeſtinauit, ut ipſa ſua prædeſtinatio meritis & precibus noſtris obtineatur. Nonne enim Dominua Abrahę dixit, In Iſaac uocabitur tibi ſemẽ. Sed licet in Iſaac promiſiſſet Dominua fœcunditatem ſeminis, tamen uxor illius Iſaac fuit

ſterilis. Orauit Iſaac, & dedit Dominus conceptum Rebeccæ. Si ergo promiſit Deus fœcunditatem, & dedit ſterilitatem, Iſaac autem orauit: quid aliud eſt, niſi quod oratio prædeſtinationem obtinuit? Vnde colligi poteſt, quia ita Deus nobis bona ſua promittit, ut tamen labore noſtro acquirãtur. Quod ſi uoluerimus ad laborem in omnibus quæ bene agemus, nobis cooperabitur.

DE PECCATO ORIGINALI. Queſtio. XIIII.

QVæritur quare propagatio peccati originalis, & introitus mortis in mũdum, aſcribatur primo homini Adę, & non mulieri uel ſerpenti: cum utriq; prius peccauerint, ſerpẽs ſuggerendo, Eua conſentiendo? Ad quod dicitur, quoniam iniuſtè à diabolo habemus hæreditatem peccati, cuius originis & naturæ nullam habemus communionem, ideoq; ipſi ſuggeſtione uel imitatione poſſemus eſſe ſimiles, ſed propagatione non fuimus conformes. Ab Eua uerò matre noſtra, ideo peccati ſuggeſtionem non habemus, quia ſeminis noſtri originem nõ à matre, ſed à patre accepimus: & ideo de cuius principaliter traducimur maſſa, de eo etiam originaliter traducatur & culpa: & quia etiam Adam plus peccauit, quia Eua ſeducta eſt. Adam uerò non ſeductus nec deceptus, ſed ſcienter peccauit. Quęritur, quo põdere peccatum Adæ tantum fuerit, ut nõ ſolum ipſum, ſed & totum genus humanum perdere potuerit? Ideo quia non peccauit neceſſitate nec ignorãtia uel fragilitate. Neceſſitate nõ, quia neq; uiolentia diaboli, nec indigentia cibi coactus eſt ut pomum comederet, neq; ignorantia: quia cum ſapientiſſimus creatus eſſet, de eadem re pręmonitus fuerat à Domino: nec fragilitate, quia cum præſentem Deum adiutorẽ haberet, ſed de hoc eum interrogare uel in eo confidere uoluiſſet, eadem nullo modo potuiſſet. Quęritur, cum Dominus redimendo omnia peccata nobis abſtulerit, cur pœnam peccati non abſtulit ita ut etiam in hac uita impaſſibiles eſſemus & immortales? Quod etiam cũ ſumma ratione fecit. Si enim nos poſt ſuam redemptionem immortales feciſſet, omnes ad fidem conuolarent, non propter amorem Dei æternæ beatitudinis: ſed propter id ſolum, ut poſſent aſſequi immortalitatem huius uitę carnalis, & ſic periret fructus fidei, quia non eſſet propter amorem Dei. Paſſibilitatem uerò reliquit, ne uideretur nobis delectabile huic inhærere, ſed potius feſtinaremus ad illam quietem, quæ cum Domino eſt indeficiens. Quid enim eſſet, ſi paſſibilitatem penitus abſtuliſſet, & cum ſuis tot & tantis tribulationibus ita diligatur, ut uix aliquis eſſet qui ſic æternæ beatitudinis memor fuiſſet. Notandum, ſi quis baptizans dicat, Baptizo te in Chriſto Ieſu, & non dicat, In nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti, ſicut dominus inſtituit, non eſt uerus baptiſmus: & ideo uidendum eſt ne quis erret in uerbis Apoſtoli, quibus dicit, Nunc baptizo in Chriſto Ieſu. aliter intelligẽs quàm dictum ſit.

Vt ultra non ſeruiamus peccato, hic quidã hæretici aſſerere uolebant, ut ſi peccator poſt baptiſmum ad peccatum rediret, nullo modo amplius ad pœnitentiam reciperetur, eo quòd ad peccatum ultra redire non deberet poſt baptiſmum. ſed illud falſum eſt teſtante Domino, Peccator, quacunq; hora ingemuerit, ſaluus erit. Mors illi ultra non dominabitur, id eſt, aliqua mortis compaſſio, ut flere & ſitire, &c. Quod enim poſt reſurrectionem comedit, nõ fame illud fecit, ſed quaſi miraculum illud ad ſe declarandum fecit. Similiter quandò mortui peccatis ſumus, non ultra ad ea redire debemus, ita ut nobis dominentur. Et notandũ eſt, quod non dicitur, Chriſtus reſurrexit: ſicut dicitur, Rehabuit, quaſi iterum habuit. Non enim Dominus aut ter ſurrexit, ſed ſemel, & Chriſto iam nõ moritur. Nam mortuus eſt tantum ſemel, non bis, quod ſemel mori ſuffecit: quia hoc quod mortuus eſt, peccato, id eſt, ad deſtructionem peccati: & quia peccatum deſtruxit, ſatis mors una ſuffecit. Vere enim non iterum moritur. nam hoc quod mortuus eſt, ſcilicet mortuus eſt peccato, id eſt, ut deſtruat peccatum. illud eſt ſemel, non bis. Quaſi dicat: Hoc eſt ſemel, quod ipſe mortuus eſt, ut peccatum deleret. Ergo illos deſtruit, qui dicunt Dominũ ita in aere mori pro diabolo, ſicut mortuus eſt pro nobis in mundo. Prima die qua Adam conditus fuit, uetus extitit non ætate, ſed congrua ſimilitudine: quia ſicut res quę uetus eſt deficit, & ad occaſum trahit, ſic Adam qua hora peccauit, ad occaſum mortis quaſi uetus deſcẽdit, & ſimiliter poſt eum quilibet peccator. Sed Chriſto nouus homo fuit, & ſpiritu ali ratione, & licet homo factus, rex tamen erat & angelorum & hominũ: & præterea alia generali ratione, quia ſicut noua res creſcit & roboratur, ſic Chriſtus de uirtute in uirtutem creuit, teſtante ſcriptura: Ieſus autem proficiebat ætate & ſapientia coram Deo & hominibus. Ad cuius imitationem noui eſſe debemus, conſcendendo de uirtute in uirtutem. Vnus ſtatus Adę fuit, quãdo adhuc in paradiſo ita cõditus ut comederet & biberet, & alia corporis officia expleret. Hunc ſibi filius incarnatus aſſumpſit. Secundus ſtatus fuit poſt lapſum & poſt exitum de paradiſo, quando mortis conditioni ſubiacuit, ex eo accepit Dominus ut mori poſſet. Tunc eius ſtatus fuit, nõ quem habuit, ſed quem habere debuit, ſi in obedientia perſtitiſſet ſcilicet ut neq; peccare potuiſſet, neque uoluiſſet. Ita Chriſtus neq; peccare potuit neq; uoluit. Duæ ſunt uocationes: una genelis, alia ſpecialis. Generalis qua dicitur, Multi uocati: quia in fidẽ omnes generaliter ſumus uocati. Specialis qua dicitur, Pauci uerò electi. Vbi notatur omnes generaliter ad uitam per fidem uocatos, paucos uerò electione bonorum meritorũ uitæ prædeſtinatos. Sciendũ eſt,

Digitized by Google

eſt,quia ante legem eadem fide ſaluabantur patres,qua & nos modo. Ergo quare Deus circumciſionem ſuperaddidit, ſi fides ad ſalutem tunc ſuffecit? Ad hoc dicitur, quia Dominus noſter ſemper talia inuenit & ſtatuit, quibus merita noſtra ampliari poſsint. Vt igitur Dominus noſter Abrahã maioribus meritis ſublimaret, ut circumciſionem obſeruaret ſicut Adam in paradiſo terreno poſito induxit obedientiam,ut poſtea transferret eum eis meritis,uidelicet ſi obediens permanſiſſet,in cœleſtem regiam. Aut uoluit Dominus ut ſicut Iudęi diſtabant à gentibus in fide,ita diſtarent in habitu exteriori. Vel ſignum fuit exterior circumciſio interioris circũciſionis. Iterum quęritur,ſi bona fuit circumciſio,quare mutata ſit, cum nullum bonum debeat mutari,& hoc modo Deus mutabilis cauſatur. falſum eſt, quod nullum bonum debeat mutari: quia uidemus & tempora & ætates mutari, quæ tamen bona ſunt. Iterum quæritur, quare illud membrum circumcidatur,& non alia. Sed hoc ideo fit,quia illud membrum pronius eſt ad peccatum. Et quare omnia membra non circumciduntur, cum omnia iugiter offendant? Profecto quia aut turpe eſſet,ſi naſus uel oculus circumcideretur,aut intolerabile. Iterum quæritur, quare fœminę non circumciderentur. In hoc myſterium conſideratur, quoniam uir in deſignatione rationalitatis, quæ ſemper purior eſſe poteſt quam ſenſualitas,quæ ratione cõprimi debet,& regi ut mulier à uiro. Verbi gratia,oculus nunquam cauere poteſt,quin illicita uideat, & ſic cæteri ſenſus exteriores.

Notandum eſt quare dicat Apoſtolus, Per unum hominem mors introiuit in mundum: cum potius diabolo perſuadente,Eua conſentiente,Adam ſciente intrauerit. Sed diabolo non imputatur, quia à diabolo nullam originẽ in propagatione accepit homo. Quæ iterum non aſcribitur, quia uir non à muliere, ſed mulier à uiro eſt,& ipſa poſt recepto uirili ſemine,ſuum ſecũdario adijcit. ſicut uidemus quod terra primum ſemẽ recipit,deinde ſuos humores adminiſtrat,& pullulare facit. Soli ergo uiro culpa imponitur,quia & ſciẽs & uidens peccauit,& maluit ad horam uxorem ſuam non offendere,quàm in Dei obedientia perſeuerare.

Quæritur,quare puero adhuc in utero matris originale peccatum imputetur, & quare de baptizato baptizatus non naſcatur. Ad hoc dicitur,quia de corrupto non niſi corruptum naſci potuit. Et iterum: Homo quantum in ſe eſt mundatur in baptiſmo,ſed quia ſine concupiſcentia procreare non poteſt, imputatur & illius proli. Sicut terra purgatum ſemen à paleis ſuſcipit,& tamen abſq; paleis non ipſum exſurgit. Sed quare animæ originale peccatum imputatur,cum noua & munda à Deo procreatur? Sane quia ipſa corpori in eadem perſona unitur,& ab ea hac conſuetudine & unione corrumpitur. Verbi gratia,ut ſi quis bonum ſemen in terram mittat, & poſtea non fructum bonum terræ commixtione, ſed zizania referat. Sed quare melior pars, ſcilicet anima in puriorem partem, ſcilicet corpus non trahit,& ſuam non conuertit? Hoc diuino iudicio relinquendũ eſt. Quęritur,quandoquidẽ Dominus abſtulit originale peccatum, quare etiam pœnam eiuſdem peccati non abſtulit? Quo contra dicitur,quod in hoc miſericorditer Dominus conſuluit,quòd mori poſſumus: quia ad cœlum aſcendere non poſſumus, niſi aliquibus meritis,ſicut nec Adam in paradiſo poſitus potuit. Voluit igitur Dominus omni nos neceſsitate compellere ut illuc tenderemus,quo ſublato timore mortis nemo proficeret. Cum modo tot inſtantibus periculis,tot mundi tribulationibus & moleſtijs pauci admodum coacti ad uitam æternã perueniãt,& reuera fieret homo incorrigibilis ſicut diabolus ſine formidine.

DE REDEMPTIONE HVMANA. Quæſtio XV.

PRima quæſtio eſt,quare Dominus hominẽ ſolo uerbo non redemit? Quod ſic ſoluitur. Si ſolo uerbo hominem ſaluum eſſe præcepiſſet, diabolus conqueri poſſet eum magis uium dominica poteſtate, quàm iuſtitiæ æquitate. Secunda quo iure æquitatis hoc fecerit. Reſponſio,quia diabolus dominicum hominem, naturam non culpam hominis habentem, in hoc quod uinctũ reddidit: quomodo ſanè Chriſtum in quo peccati ius non habuit, crucifixit, & ideo merito & iure gẽtium amiſit hoc quod maligna fraude poſsidebat. Tertia, quare iſta tribulatio redemptio uocetur. Quæ conſequẽter ſoluitur, quia ſicut Eſau edulio lentis primogenita ſua uendidit, ita Adam dum pomum guſtare præſumpſerit, ſe in ſeruũ diabolo ſubiugauit, quem Dominus Ieſus par pari referẽs, ſimili potu inebriauit,quo ille lethiter protoplaſtum mortificauit. Sicut enim ille guſtu pomi Adã mortẽ potauit,ita Dominus quoddam dulce poculum ei propinauit, quando eũ conceſsit oblectari contumelijs multis, quas ſibi ingeſsit. Quarta,cur neq; per angelum neq; per hominem ſaluatio fieri potuit? Reſpõſio. Per hominem fieri ideo non potuit, quia impoſsibile erat ut perditus perditum redimeret, uinctus uinctum liberaret. Per angelum uerò non potuit,quia & ſi ſalutem daret, diuinitatẽ tamen minime conferret,quam ex ſeſe non habebat. Quinta cur angelicam naturam ad redemptionem hominis non aſſumpſit? Reſpõſio,quia iterum diabolus conquereretur,quòd ſua pugna non rectè cum Domino comparata fuiſſet, quod quaſi gladium contra tenentem baculum attuliſſet. Sexta, quæritur quare tãdiu diſtulit? Quod ita ſoluitur. Nouum quod & inauditum atq; mirabile Dominus facturus erat, quod multis teſtibus prius erat promittendum & firmandum: quia ſi ſubitum accidiſſet, nullus fidem tantæ rei habuiſſet, cum tantis & tam certis indicijs pauci admodũ inuenti ſunt, qui

Chriſto uenienti fidem præbuerint. Porrò ſi ante datam legem Dominus ſaluare mundum ueniſſet, poſſet aliquis dicere, quia ſuperfluus eſſet eius aduentus, cum aliqua præcepta dediſſe potuiſſet, quæ ſalutem contuliſſent. Voluit ergo Dominus nos omnia prius experiri, ut probatum eſſet nos nulla alia uia ſaluos fieri poſſe, niſi per eum, & eius tantum gratiæ omnia aſſcriberentur. Septima, quare diabolum non redemit ſicut hominem. Reſpōſio. Idcirco profectò, quoniam cum eſſet in ampliſsimis & perfectiſsimis delicijs Domini ſui, nullo inſpirante nec perſuadende, ſed proprio uitio elatus corruit: homo uerò alieno inſtinctu, ſcilicet diabolo perſuadente deceptus errauit.

Quatuordecim epiſtolas ſcripſit apoſtolus, ipſo ſuo numero oſtendens eas concordare decalogo legis, & quatuor Euangelijs, à quorum fide & ueritate in nullo diſcrepabant. Sed uidentur ſuperfluè additæ poſt euangelia, cum in eis perfecta ſit fidei doctrina, uirtutum inſtructio, uitiorum correctio. Sunt tamen neceſſariæ poſt euangelium epiſtolæ, quia & ſi de omnibus in eis ſcriptum ſit, quod tamen ſummotenus ibi dictum eſt, hic plenariè & ſufficienter perdoceatur: & ſuborientibus etiam nouis uitijs in eccleſia, quaſi nouæ cauſæ nouaq́; adinuenienda erant præcepta, quæ & ab euangelijs profluerent, & tamen quadam ſua nouitate & neceſsitate nō ſuperfluerent, in quo innititur Apoſtolus auctoritati prophetarum, quod poſt datam legem Moyſi contra rediuiua uitia inſpirante Domino & iubente ſpiritualem dederunt correctionem. Cum enim Dominus in Euangelio hortans nos ad humilitatem, ne quis inuitatus ad nuptias eccleſiæ, diſcumberet in primo loco, ſuperbiæ admoneret, oſtendens quod ne quis ſe alijs præferret, & ne quis ſe de ſuis meritis iactaret.

Per legem cognoui peccatum eſſe uitandū, peccatum, id eſt, diabolus, qui me peccare fecit, operatus eſt in me concupiſcentiam. & hoc per mandatum legis, non neceſsitate peccandi accepta in lege, ſed occaſiōe hoc modo: quia ante legem quod quaſi ſopitus erat diabolus, non curans ut illos ad mortem cogeret, quos ad ipſam ſpontaneos ire uidebat: ſed cum uidebat dari legem, quę uiam peccati contradiceret, cognouit quod eos aut penitus amitteret, aut eos ire ad uitam mortis, qua interdicebatur cogeret. Et tali modo ad bonum legis quaſi expergefactus eſt, eniti & laborare plus cœpit, ut eos cogeret inuitos ire, quo prius ibant ſpontanei, & ſic à lege accepta occaſione cœpit eos inſtigare ut peccarent. Illi autem non in Deo confidentes, ſed in ſe reſiſtere non potuerunt, & ideo occaſione legis plus peccauerunt: quia & inobedientes Deo fuerunt, & maiora peccata fecerunt. Sicut ſi hoſtis in hoſtem debilem ſurgeret, in eum non omnes uires exerceret, ſed ſi eum præmuniri & roborari uideret, fortior aduerſus eum occaſione illa inſurgeret, quia tunc aut uinceretur aut uinceret. Occaſionem non rectam cauſam uocare ſolemus, quam habet aduerſus nos, quando nos ad bona rendere conſpicit. Notandum eſt quòd Apoſtolus triplicem legem notauit: legē carnis, quæ eſt peccati: legem Moyſi, legem mentis, quæ etiam eſt lex ſpiritus. Dixit quod in Chriſto Ieſu ſunt liberati à morte, & uerè ſunt liberati in Chriſto à cauſa. Nam pater filium ſuum non carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati, damnauit peccatum noſtrum de peccato, id eſt, de filio ſuo, qui fuit peccatum, id eſt, hoſtia pro peccato. Deus pater dicitur mittere filium impropriè, quia non mittit ut à ſe localiter remoueat, qui ſecum eſt ubiq́; præſens, ſed tamen quadam ſimilitudine mittere dicitur: quia ſicut eum quem nos mittimus, à nobis ſeparamus, ſic pater filium miſit, quando eum in aſſumptione carnis à ſe aliquantulum ſeparauit: quia licet pater & filius & ſpiritus ſanctus in conceptione beatæ uirginis Mariæ ſint cooperati, ſola tantum perſona filij carnē aſſumpſit. Sicq́; quaſi à ſe uidetur mittere, quia cum filio nō aſſumpſit carnem de uirgine. Videndum eſt, quod filius miſſus eſt non ad uirginem, ſed ſimilitudinem uirginis: & non carnis ſimpliciter, ſed carnis peccati Si enim diceret Chriſtū imaginē carnis habere, iā uideretur illi hæretico cōſentire, q Chriſtū aſſerebāt imaginarium & phantaſticū corpus habuiſſe. Ve ille qui dicit, Si uirgo peperit, phantaſma fuit. Ideo dicēdus eſt Chriſtus miſſus fuiſſe, nō imagine, ſed ſimilitudine carnis: non carnis ſimpliciter, ſed carnis peccatricis, quia Chriſtus non ſimilem carnem, ſed uerā & uerum corpus habuit: quæ caro cū ſine peccato eſſet mundiſsima, pura, uera, ſimilis tamen noſtræ peccatrici carni in paſsibilitate & mortalitate: licq́; noſtrā habuit carnem non peccati, ſed ſimilem carnē peccatrici. Si pater mittens filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati de peccato, id eſt, de filio qui erat hoſtia pro peccato, ut dictum eſt, damnauit peccatum, quod erat ſuum in noſtra carne damnauit: dico peccatum originale & actuale penitus in morte filij deſtruendo, & fomitem peccati qui in carne remanſit, unde oritur debilitando, ita ut carnalis titillatio non ultra ita ut ſolebat, impugnare fideles, ſi in Dominio cōfidant, paſsionis eius memores. Sciendum eſt, quod licet innuat Iudæos ſeruiſſe ex timore, non tamen hoc de ueris Iudæis intelligendum eſt, quia certè ſancti uiri qui fuerunt noſtræ fidei, & noſtri teſtamenti, ſicut nos modo ſub gratia, ſic ipſi ex dilectione ſeruierunt, ſed propter falſos Iudæos dicit. Videndum eſt autem quomodo falſis Iudæis datus ſit ſpiritus ſanctus, ut per ipſum ſpiritum ſeruirēt Deo, & non in timore: quia ubicunq; datur ſpiritus ſanctus, potius amorem generat quam timorem. Ad quod dicitur, quia in hoc quòd bene egerunt, opificem ſpiritum habuerunt: in hoc autem quod ex ſolo timore fecerunt, non à ſpiritu, ſed à ſe ipſis habuerunt. Quare ſpiritus ſanctus fuit quidem opifex bonæ ſeruitu-

tis,

Digitized by Google

tis, & non praui timoris: ſicq; ſpiritus dabat ſeruitutem, ſeruitus uerò prodebatur per timorē, quia nullum præmium promeretur ab eis qui aliquid ſuo timore operatur: ſicq; nos accepimus ſpiritum ſeruitutis, non qui ſit in timore, ſed in amore. Quare ſpiritus magis perfectus datus eſt in nobis quàm in illis, quia facit nos adoptiuos filios, & uere ſumus filij, à cauſa. Nā ipſe ſpiritus reddit multipliciter, id eſt, multis ſignis dat teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei: quia ſeruiuimus Deo amore filiali, non timore ſeruili. Spiritus noſter facit ſe filium Dei, cum ipſi Deo ex amore ſeruit, quòd ſcilicet eum eſſe filiū teſtatur & approbat ſpiritus ſanctus, quod non refugit ab eo, ſed potius cooperatur ei ad omnia de die in diē, ad maiora eum prouehens: quod non faceret, ſi ſpiritus noſter in timore ſeruiret. Semel immolatus eſt Chriſtus in ſe ipſo, & tamen in ſacramento non ſolum per omnes paſchę ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur. Hæc utiq; mentitus eſt, qui interrogatus, reſpondet immolari. Inuitauit Dominus ſeruos, & comparauit illis cibum ſe ipſum. Quis audeat manducare Dominum ſuum? Et tamen ait: Qui manducat me, uiuit propter me. Quando Chriſtus manducatur, uita manducatur: nec occiditur ut manducetur, ſed mortuos uiuificat: quando manducatur, reficit, ſed nō deficit. Non ergo timeamus fratres, manducare illum panem, ne forte finamus illum, & poſtea qui manducemus, non inueniamus. Manducetur Chriſtus, uiuit manducatus: quia reſurrexit occiſus, nec quando mā ducamus, partes de illo facimus. Et quia in ſacramento ſic fit, & norunt fideles quemadmodum manducent carnem Chriſti. Vnuſquiſq; accipit partem ſuam, unde ipſa gratia partes uocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus in cælo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando uenit in uirginem: impleuit illam, nec receſsit ab illo. Venit in carne, ut homines illum manducarent: & manſit apud patrem, ut angelos paſceret. Quid enim ſciatis fratres, & quod ſcitis & quod neſcitis ſcire debetis, quando Chriſtus factus eſt homo, panem angelorum manducauit homo. Vnde, quomodo, qua uia, quibus meritis, qua dignitate panem angelorum manducauit homo, niſi creator angelorum fieret homo?

Si fides iuſtificat, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ex fide uiuit: tunc originalia & actualia peccata per eam remittuntur, inſuper etiam augentur merita. Vnde merito quæritur, cur prouidentiæ diuinæ placuit ſuperinducere circumciſionem, aut ſuperinducta quid profit. Reſponſio. Miſericordia Dei nos ſemper de uirtute in uirtutem aſcendere cupit, & nihil magis quàm profectum noſtrum deſiderat. Sicut ergo primo homini legem poſuit, qua ſeruata ad honorem impaſsibilitatis atq; immortalitatis perueniret: ſic & Abrahæ & poſteris eius dedit circumciſionis præceptum, quo completo, ingens obedientiæ illorum accreſceret meritum. Vel per carnalem circumciſionem deſignabatur ſpiritualis, quę eſt cordis munditia, & uitiorum mentis amputatio, ut ſicut à cæteris gentibus diſtabat in interiori homine, ſic quoq; exteriori homine diſcerneretur per circumciſionem. Voluit etiam eos Dominus hoc ſignum in corpore ſuo portare, & quaſi ſub oculis habere, ut eius ſignificationem frequenti meditatione attenderent, etiam fidei operibus ſtuderent.

Rurſus q̄ritur, ſi ſancta atq; utilis erat circūciſio, cur debuit mutari, atq; pro ea ſuſtineri baptiſmus? Ad quod dicitur. Poſt quàm propter charitatem ſuam, qua dilexit nos, miſit Deus filium ſuum, ut homo fieret, & hominibus appareret, tūc dona gratiæ eius profluere nobis magis cœperunt. ſcilicet robuſtior & maior innocentia, copioſior iuſtitia. Vnde pro circumciſione baptiſmus lauacri ſalutaris inſtitutus eſt, ut ablutione exterioris hominis decor ſplendidior interioris demonſtretur. & ſignanter elemētum aqua huic ſacramento quæſitum eſt, quæ rebus ſordidis candorem reducit, quæ ſitientē reficit, quæ terram irrigat, & fertilem facit, & ignem extinguit. Significat enim gratiam ſpiritualem, animam emundantem, & intus reficientem, & fomitem peccati extinguentem, & profectum uirtutum ipſi animæ largientē.

Quæritur, quo iure æquitatis eum liberauit. Ad quod dicitur. Filius quidem Dei homo factus eſt, generis humani aſſumpta de uirgine matre natura ſine culpa, quàm ſcilicet prouidentiam non tenerent peccata. Videt autem eum improbus hoſtis uagientē, lachrymantē, & cætera facientem, quæ humana exigit natura: unde non credens eum non ſibi obnoxium, neq; tranſgreſsionis exortem, quem tot documentis didicit eſſe mortalem. Inijt, intulit contumelias, multiplicauit iniurias, & dum manum innocētem mittit, & chirographum quo innitebatur, excidit ab illo iniquitatis exigens pœnam, in quo nullam reperit culpam. Solutū eſt ergo noſtræ damnationis atq; conſcriptionis uinculum, atq; improbus hoſtis dum plus quærit, ſuum perdidit: quoniam hæc lex iuſtiſsima eſt, ut qui alienis incumbat, propria amittat.

Quęritur, cur ſolis maſculis impoſita ſit circumciſio, cum modo uideamus utrumq; ſexū ad baptiſmi gratiam conuolare. Ad quod dicitur. Quia occultè myſterium ſignificationis in ſe continebat. Nam mulieris nomine ſenſualitas, uiri autem nomine rationalitas deſignatur. ſicut ait Apoſtolus: Caput mulieris uir, uiri autē ſpiritus rationalis, qui animalem affectionem tanquam coniugium regit. Vt ergo ſignaret hanc animalitatem, à uitijs penitus immunem eſſe nō poſſe, neq; per ſui munditiam uiro ſuo, id eſt, ſpiritui æquari, idcirco maſculis circumciſio iniuncta eſt, mulieribus autem non. In baptiſmo

ptiſmo autem huiuſmodi non attenditur ſignificatio, ſed quia utrique indifferenter peccata per gratiam remittũtur, indifferenter ab utroque ad baptiſmi gratiam conuolatur.

Quæritur, cur hæc tribulatio redemptio uocetur. Ad quod dicitur: Sicut Eſau edulio lentis primogenita ſua uendidit, ita miſer protoplaſtus dulcedine pomi quam guſtauit ſeſe ſub peccato & diaboli ſeruitio mãcipauit. Dominus autem pro dulcedine uetita qua miſer homo uenditus eſt, dulcedinem quoq; iniuriandi & colaphizandi ſe ad ultimum crucifigendi, diabolo propinauit, cuncta humiliter patiens, quæ in eum facere uoluerunt. Sicq; & uetita dulcedine diabolus fallaciter eum emit, & uetita dulcedine ſibi Dominus redemit.

Iterũ quęritur, quid cauſæ fuerit, quod ad celebrandam hanc redemptionem humanam naturam aſſumpſit, & non potius digniorem angelicam naturam, ſicut ait apoſtolus: Nunquam enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ ſemel apprehendit. Ad quod dicitur. Idoneum ac dignum erat ut per quam peccatum admiſeramus, per illam etiam redimeremur, & forſitan poſſet diabolus murmurare ſe iniuſte amittere originalem humani generis ſeruitutem, niſi de eo quod ſubiecerat uinceretur. Præterea & filius Dei ſicut niſi Deus eſſet, non ferret remedium: ita niſi uerus homo eſſet, non daret exemplum.

Id etiam quęritur, cur tam diu diſtulit aduentum ſuum, & redemptionem iſtam? Quod ſic ſoluitur. Nouum quiddam atque mirabile erat futurum, & ideo per multam ſeriem temporum prædicendum. Nam ſi ſubitum atque omnibus incognitum eueniſſet, nullus quod credere potuiſſet, cum etiam poſt tot reuelationes, tot ſigna, tot prædicamenta, tantã temporis moram, uix aliquos inuenerit fidem præbentes. Aliter etiam ſoluitur, quod retro inuenies.

Quæritur, cum à muliere initium peccati, & ante mulierem à diabolo, unde dicitur in euangelio, Quia ille homicida erat ab initio, & diabolus perſuadendo, & mulier conſentiendo, & uiro perſuadendo prius peccauerit: Apoſtolus de peccato loquens, qui per ſucceſſionem poſteritatis ac ſobolis propagatio in omnes tranſierat, cur non ſerpenti illud aſcribitur uel diabolo? Reſponſio Quod ex eo nulla penitus humana generatio. Mulieri iterum non aſcribitur, quia non ex muliere, ſed ex uiro poſteritas nominatur. Dignior enim ſexus eſt, ſicut alibi dicit Apoſtolus: Non uir ex muliere, ſed mulier ex uiro eſt. Viro igitur adſcribitur, quia principaliter ex uirili ſemine fit procreatio, quæ originali corrumpitur peccato, & ſecundario ex muliebri. Verbi gratia, ſicut ex grano ſemen principaliter procedit, & ex humore terræ ſecundario accreſcit. Ex materia corrupta nihil integrum aut corruptum poteſt naſci, iuxta illud ſancti Iob: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Si quis altius perquirat, cur peior pars aduerſus meliorem præualuit. Hoc Dei iudicio relinquendum eſt, id tantum ueraciter proteſtamur, quod niſi anima ſimul & corpus hominis originali peccato ſubiacerent, non inde utrumque liberandum eſſet, non utrumque filius Dei uerus & homo ſibi perſonaliter aſſumpſiſſet.

Rurſus conſequenter requiritur, ſi per baptiſmum hominibus peccatum originale remittitur, quid obſtet, ut pœna eiuſdem peccati non protinus abſoluatur, neque timeat amplius mortem, ſiue alicui paſſioni ſubiaceat. Ad quod dicitur. Etiam in hoc prouidit nobis pius & miſericors Dominus. In cœlo ſiquidem nobis regnum & uitam meliorem, quam in hoc mundo eſſe potuerit, & iocundiorem præparauit. Sed ad eam quis animum intenderit, ſciens ſe in hoc mundo perpetuo ſine paſſione aliqua uicturum, cum etiam timor mortis & caro noſtra tot plena eſt miſerijs: mundus quoque penè ſuis contritionibus deletus, uix nos mittat ad Deum? Voluit igitur hanc uitam nobis amareſcere, ut dulceſcere amplius illa potuiſſet. Hinc poſt tranſgreſſionem protoplaſti à Domino dictum eſt, Videte ne ſumat de ligno uitæ, & uiuat in æternum. Præputium eſt illa pellicula, quam præputiabant Iudæi; quam quia retinebant gentiles, non præpuciati, ſed præputium, id eſt, ipſa immundicia opprobrium habebant à Iudæis. Hanc pelliculam, quæ ſedes eſt libidinis, Deus Abrahæ ut recideret iniunxit: ut ipſe & alij per uoluptuoſam partem ſeparatam à corpore intelligerent recidi omnes uoluptates à mente dignumq; erat ut in eo membro magis originale peccatum puniretur, à quo etiam propagabatur. Ideo autem uir & non mulier eſt circumciſus, ut cum ſint duo ſtatus animæ, uirilis & muliebris, quos Apoſtolus in ſequenti carnem & ſpiritum uocat. Vnde & Dominus in Euangelio: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Oſtenditur à carne fomitem peccati non eſſe ablatum iuſtis ad probationem, à ſpiritu uerò per gratiam ablatum eſſe, & conſenſum delectationis, & contagium eiuſdem ad renunciandum. Vnde Apoſtolus cum repugnantiam fomitis in membris carnis & uoluntatis bonæ in ſpiritu perſpexit, exclamauit: Quis me liberabit à corpore mortis huius, cum per me contra hæc ſim debilis? Et ſubdit, Gratia Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: ut oſtenderet ſe & de ſua uirtute deficere, & de diuina præſumere. Et tamen mulier licet non ſit circumciſa ſolennijs hoſtijs & oblationibus, ab originali peccato purgata eſt. In membro autem illo magis amputatio peccati oſtendi debuit, quia præ ceteris omnibus magis peccato obnoxium tam propagatione originali in filios, quàm perpetratione actuali in ſe ipſo: ut quod & Adam

prima

prima die texit omnibus filijs ad cōciſsionem, hoc Deus circumcidi fecit octaua die natiuitatis cuiuſque ad remiſsionem, ut qui in initio ſeculi peccato ſunt infecti, & in hac uita magis punirentur à lege in membris originis & uoluptatis, & in octaua ætate finis ſeculi poſt diem iudicij ſcoriari ſignarentur ab omni contagione peccati.

Quæritur etiam, cur circumciſio in uiro & non in muliere, uel in uirili & non in cæteris membris completa ſit. Reſponſio. In uiro tantum, & non in muliere ideo: quia mulier ſtatim poſt peccatum duplicem ſententiam accepit. Vnam cum uiro mortalitatis & paſsibilitatis pro tranſgreſsione: alteram in eodem originali membro propagationis, ut ſola pareret in dolore filios ſuos pro ſerpentis obedientia, & uiri deceptione. Ideoque dignum erat, ut ſimiliter uir qui ſcienter & plus peccauerat, duplicem ſententiam reciperet: unam mortalitatis pro trāſgreſsione, alteram circumciſionis in originali membro, pro conſenſu hoſtis & uxoris ſuæ. In uirili autem & non in cæteris membris completa eſt circumciſio, tum quia nimis crudele & intolerabile eſſet in omnibus membris circumcidi: tum ut oſtenderet, quia extrinſecus non erat plenaria circumciſio mentis, quia circumciſio peccatum originale in originali membro puniret, temporalis ſua pœna pœnam æternam præueniens, ut culpam auferret, ſicut & lex cætera membra: quia per gratiam remittere non poterat uindicando auferebat, ſicut dentem pro dente, oculum pro oculo, & nec profectum uirtutum nec actualium delictorum remiſsionem, nec gratiam adiutricem dabat: ſed qui apud inultum tranſire non poſſe nouerat, qui ut plenius & dulcius faceret in ſuo baptiſmate ſine omni pœna, ſola & plena gratia aqua generationis totum hominem ablui præcepit, ut in omni parte ſua totus interior homo ab omni peccato ſuo tam originali quam actuali mundari, & inſuper in nouum ſplendorem uirtutum reformari gratis, & candidari uidetur. In quo tanto myſterio ſuo complendo, idoneum eligere curauit elementum, ſcilicet ut non uinum & oleum uel quemlibet liquorem precioſum. Quæ cum nunquam ſit uenalis, ſed omnibus gentibus gratuita, non ideo uilitatem irrogarent tanto ſacramento: quia non eſt precioſa, ſed ex hoc quia non eſt uenalis, æque tam pauperibus quàm diuitibus idoneam ſe exhiberet, & ideo gratuitam Dei gratiam oſtenderet, quia eſt gratuita: eandem neceſſariam, quia & ipſa omnibus eſt neceſſaria, cuius & interiorem efficaciam exprimeret ſua exteriori.

Sicut enim aqua non ſolum pr ę omnibus liquoribus ſordes abluit, ſed & candorem reducit: ſic gratia baptiſmi non ſolum ſordes omnium abluit uitiorum, ſed incendia extinguens libidinum, candorem reducit omnium uirtutum. Vnde & baptiſmus poſt circumciſionem iure eſt ſuperpoſitus, ut quia lex in iuſtitijs carnis perfectum non potuit facere ſeruientem, gratia perfectum faceret & obſeruaret. Quæ etiam aqua quia germinare facit terram, bonorum operum fœcunditatem denunciat, & quot uſus habet, tot ſua myſteria ſignificat.

Si ut quidam opponunt, angelica natura incarnaretur, cum utique & angelus & homo in natura ſua habeāt peccare, facillime caderet noſtræ fragilitati unita, cum utramque naturam per ſe conſtat peccaſſe, ſicut conſtat humanam naturam nullo modo ſine peccato eſſe poſſe niſi ſubueniret ei diuinitas.

Quæritur, quare Dominus diſcipulis ſuis non ante, ſed poſt cœnam corpus & ſanguinem ſuum tradidit, cum nullus niſi ieiunus illud Dominicum corpus & ſanguinem præſumat accipere? Ad quod dicitur. Quia non debuit nouum incipere teſtamentum, niſi prius finito ueteri teſtamento: id ꝑ oſtenditur ubi dicit, Deſiderio deſideraui paſcha manducare uobiſcum, antequam patiar. & item: Mandatum nouū do uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexit uos Dominus Deus.

Tribus modis diabolus hominem percutit, uidelicet in fronte, in latere, in tergo. In fronte, cum uolenti alicui aliquod bonum opus incipere, in ipſa intentione ſuggeſtiali quam extollentiam, dum putat ſe bene facturum, ac deinde gloriatur interius. In latere, ut dum agit, mente exaltatur. In tergo quoque, cum priuſquā actum fuerit, uidens ſeſe recognoſcens tandē confeſsionē in ultimis facit.

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI, VARIARVM QVAESTIONVM FINIS.

Venerabilis Bedæ preſbyteri de Pſalmorum libro Exegeſis.

IN primo libro Paralipomenon legitur, cùm propheta Dauid deuota Domino ætate ſenuiſſet, quatuor milia iuuenū ex Iſraelitico populo delegiſſe, qui Pſalmos, quos ipſe domini aſpiratione protulerat, organis, citharis, nablis, tympanis, cymbalis, tubis, propria uoce in magnam iucunditatem ſupernæ gratiæ perſonorent. Ex quo numero indita nomina frequenter in titulis inuenimus, ut Idithun, Aſaph, filij Chore, & his ſimilia: non quia ipſi (ut quidam uolunt) auctores fuere Pſalmorum, ſed quoniam præpoſiti artificibus, adminiſtratores earum rerum probabiles extiterunt, ut honorem de tali commemoratiune ſumentes, qui officio ſancto deuotis mentibus ſeruiebant, maxime quia & nomina eorum intellectus rerum congruos indicare noſcuntur. Hæc Caſsiodorus. Item Hieronymus: Scio, inquit quoſdam putare Pſalteriū in quinque libros eſſe diuiſum, ut ubicunque apud Septuaginta interpretes ſcriptum eſt: γένοιτο γένοιτο: id eſt, Fiat, fiat, finis librorū ſit pro quo in Hebræo legitur, Amen amen. Nos autē Hebræorum auctoritatem ſecuti, & maximè apoſtolorum, qui ſemper in nouo teſtamento Pſalmorum librum nominant, unum uolumen adſerimus. Pſalmos quoque omnes eorum teſtamur auctorum, qui ponuntur in titulis, Dauid ſcilicet & Aſaph, & Idithun, & filiorum Chore, Eman Ezraitæ, Moyſi & Salomonis, & reliquorum, quos Ezras uno uolumine comprehendit. Nam & titulus ipſe Hebraicus ספר תהלים quod interpretatur uolumen hymnorum, apoſtolicæ auctoritati congruens, nō plures libros, ſed unum uolumen oſtendit. Itē Hilarius: De his autem qui ſine auctorum nominibus ſub diuerſis ſuperſcriptionibus habentur, antiquorum uirorum iſta traditio eſt, quòd ex eo Pſalmo cuius auctor in ſuperſcriptione præponitur, qui deinceps ſine auctorum ſuperſcriptione ſuccedunt, eius exiſtimandi ſunt, qui ante prioris Pſalmi auctor inſcribitur. Non eſt autem ignorandum indiſcretum apud Hebræos numerum eſſe Pſalmorum, ſed ſine ordinis adnotatione eſſe conſcriptos. Non enim illic primus, aut ſecundus, aut tertius, aut quinquageſimus aut centeſimus prænotantur, ſed ſine diſcrimine aliquo ordines numerique permixti ſunt. Eſdra enim ut antiqui traditores ferunt, incompoſitos eos, & pro auctorum ac temporū diuerſitate diſperſos, in uolumen unū collegit & retulit. Sed Septuaginta ſeniores ſecūdū Moyſi traditionē ad cuſtodiam legis & doctrinam in ſynagoga manentes, poſteaquam illis à rege Ptolemæo transferēdæ ex Hebræo in Græcum ſermonem totius legis cura mandata eſt. Spiritali & cœleſti ſcientia uirtutem Pſalmorum intelligentes in numerum eos atque ordinem redegerunt, ſingulis quibusque numeris pro efficientia & abſolutione perfectis, perfectum & efficientem Pſalmorum ordinem deputantes. Denique tertius Pſalmus ſecundum hiſtoriam, quinquageſimo poſterior eſt, ſed certi ſacramēti gratia prælatus: quinquageſimus quoque Pſalmus iuxta hiſtoriam, quinquageſimo primo poſterior eſt: ſed quinquageſimi primi numeri uirtus & pfectio exigebat, & Doeg Idumæi impœnitens, in Dauid odium anterius poſtponi, & poſteriorem anteferri, ut remiſsio peccatorum collocaretur in numero quinquageſimo: & pœna perfidiæ numerum conſtitutæ remiſsionis excedens careret uenia, cum tempus & numerum pœnitentiæ perdidiſſet. Nam cum quinquageſimo, in quo eſt ſabbatum ſabbatorum, ſecundum iubilei anni præformationem peccatorum remiſsio ſit conſtituta. Conſtanter hic pſalmus, in quo eſt pœnitentia antelata, & peccatorū remiſsio poſtulatur, in ordine huius numeri collocatur. Tribus uerò pſalmorum liber quinquageſimis condoetur, & hoc ex ratione & numero beatæ illius noſtræ expectationis exiſtit. Qui enim ſingularū quinquageſimarum conſummationē diligenter aduertat prouidentiam diſpoſitorum in hunc ordinem Pſalmorum, cum diſpenſatione noſtræ ſalutis conuenire reperiet. Primo ſiquidem in nouum hominem per peccatorum remiſsionē renaſcimur. Deinde poſt pœnitentiæ remiſsionem, regnum Domini futurum in ſanctæ illius ciuitatis Hieruſalem tempora ſperamus, adultimum conſummata in nos cœleſti gloria, debitas Deo laudes uniuerſitas ſpirituum prædicat, Amen.

Enarratio, qualiter ſpiritus ſanctus Pſalterium dictauerit.

DAVID filius Ieſſe, cum eſſet in regno ſuo, quatuor elegit, qui pſalmos facerēt, Aſaph, Eman, Ethan & Idithun. Nouē ſunt ipſius Dauid, LXXII. ipſi Dauid, XXXII. nō ſunt ſuprafcripti: duodecim in Aſaph, duodecim Idithun, & nouem filiorum Chore: duo in Aggæo & Zacharia: unum Moyſi, & unum Salomon. Ergo LXXXVIII. dicebant pſalmos. & à ſynpſalma & cithara percutiebat Abiud, cum Dauid reduxiſſet arcā Dei in Hieruſalem

Digitized by Google

ruſalem poſt annos quadraginta reuocatā ab Azotijs, & manſit in domo Aminadab: hāc impoſuit in ſubiugali nouo, & abduxit in Hieruſalem, & electis ex omni genere filiorum Iſrael LXX. uiris. Ex tribu autem Leui CCLXXX. uiros, ex quibus quatuor uiros principes pręeſſe cantionibus conſtituit, Aſaph & Ethan, Eman & Idithun. Vnicuiq; eorum diuidens LXX. uiros ſubclamantes laudem canticorum Domino: & unus quidem eorum feriebat cymbala, alius cynira, alius cythara: alius uerò tuba cornea exaltans. In medio autem illorum ſtabat Dauid, tenens ipſe Pſalterium: arcam autē antecedebant ſeptem chori, & ſacrificia uitulorum. Populus autem uniuerſus ſequebatur arcam. ſunt itaq; uniuerſi pſalmi Dauid CL. Quorum quidem, ut ſuprà diximus, nouē fecit ipſe Dauid. LXXII. in Dauid. XXXII. non ſunt ſuprascripti: duodecim in Aſaph, duodecim in Idithun. Nouē filijs Chore, duo Aggæo & Zachariæ, Moyſi unum, & Salomonis unū. Fiunt ergo omnes Pſalmi Dauid filij Ieſſe regis Iſrael numero CL. diapſalmata CC. & unū extra numerū, id eſt, pſalmus Dauid ꝓpriè ſibi ſcriptus.

Venerabilis Bedæ preſbyteri, in Pſalteriū Præfatio.

QVONIAM illo auxiliante, ſine quo omnis actio & intentio caſſa eſt, Pſalteriū incœpturi ſumus, pauca quæ prædicenda cognouimus, compendioſe pro poſſe prælibemus. Sciendum igitur quod omnis diuina ſcriptura aut pertinet ad hiſtoriam, aut ad mores aut ad myſterium. Hæc autem diuiſio non ſic accipienda eſt, quin partes eius aliquando permiſceantur. Reperitur enim in hiſtoria plerunq; moralitas & myſterium, ut in Geneſi, & in pluribus libris Veteris teſtamenti, cuius ut dicitur nullum à myſterio uacat uerbum. Reperitur quoq; in moralitate hiſtoria & myſterium, ut in pluribus Auguſtini ſermonibus, & aliorum ſanctorum patrum multa hiſtorialiter, & ſecundum myſterium, id eſt ſpiritualem ſenſum dicuntur. Reperitur etiam in myſtica ſcriptura moralitas & hiſtoria, ut in ipſo ad quod tēdimus Pſalterio & in prophetis pluribus. Veruntamen ſecundum ingenia diuerſorū diuerſis modis ipſis ſcripturis utrūtiū dicitur hoc. Quidam enim ſecundum ſolam hiſtoriam agunt, ut rudes ſacerdotes, quando ſimpliciter populo ſecundum literam tantū euangelia exponunt: quidam autem ſecundum mores tantum, ut de eiſdem Euangelijs ſacerdotes in ſcientia profectiores. Quidam uerò ſecundum myſterium, ut qui à Deo profecti ſunt, ut eis ſecreta diuinarum ſcripturarum pateant, quæ alijs occulta ſunt. Itaq; quod prædicta diuiſio ſit, ſcilicet quod diuina ſcriptura, aut eſt hiſtorialis, ut Geneſis: aut moralis, ut ſermones: aut pertinens ad myſterium. Quæ pars præcipue ad prophetiā ſpectat. Definitur autem ſic prophetia: Prophetia eſt diuina inſpiratio, quæ rerum euentus aut per uiſiones aut per facta, aut per quorundam dicta immutabili ueritate demonſtrat. Per uiſiones, ut Ezechieli, Danieli, & beato Ioanni: in extaſi poſitis diuina inſpiratio per quaſdam imagines futura præmonſtrauit. Per facta, ut in immolatione Abraham, qui monitus à Deo propriū immolare filium: nec dubitans, quin qui contra naturam generationis humanæ ſibi dederat filiū in ſenectute, ipſum poſſe à morte reſuſcitare. & cum imperata properaret perficere, cœleſti rurſus nuncio parcere iubente, poſt tergum reſpexit, atq; arietē oblatum ſibi uidit, quem aſſumptum pro filio immolauit. In qua immolatione diuina inſpiratio hoc præmonſtrauit, quod in Saluatore noſtro Ieſu Chriſto in unitate ueræ carnis atq; diuinitatis aſſuturo, ſola humanitas pro ſalute mundi pati: diuinitas uerò iuxta atq; intemerata deberet reſeruari. Quæ rectè per Iſaac, qui riſus uel gaudium interpretatur, intelligitur: quoniam ipſa per humanitatem aſſumptam pacem & gaudium contulit angelis & hominibus. Rectè quoq; humanitas Chriſti per arietem intelligitur, de quo alibi legitur, Sicut ouis ad occiſionē ductus eſt, &c. Poteſt quoq; prophetia per facta in Iacob accipi, qui tranſpoſitis manibus Manaſſen & Ephraim filios Ioſeph benedixit, dexteram ſuperponendo Ephraim minori, ſiniſtram uerò ſuperponendo Manaſſi maiori. In quo diuina inſpiratio duorum populorum ex diuerſo ſemine futurorum qualitatem, ſcilicet quales futuri ſint præmonſtrauit: quorum alter qui per Manaſſē q oblinio interpretatur, intelligitur, reprobatus fuit. alter uerò per Ephraim, qui fructificans dicitur intellectus, electus fuit. Prophetia autem per dicta eſt, ut quod in Moyſe de Chriſto legitur: Suſcitabo de fratribus ueſtris prophetam, tanquam me ipſum audite, & ut Pſalterium, & quorundam dicta prophetarum. Fit autem inſpiratio prædicta duobus modis: aut gratia, aut permiſſione. Gratia, ut in Moyſe, & in cæteris bonis. Permiſſione, ut in Sibylla uate, & in infidelibus philoſophis, qui multa diuino inſtinctu de Chriſto prædixerunt. Quorum eloquia per argentea uaſa & aurea, quæ Iſraeliticus populus à nigris Aegyptijs mutuo ſumpſit, intelliguntur, quia ipſorum dictis & ſententijs ab Iſrael, id eſt à fidelibus diuina pagina uelut argento & auro ornatur. Diuiditur uerò prophetia per dicta, in præteritum, præſens & futurum. De præterito eſt, ut liber Geneſis. Non enim mens alicuius hominis tanto poſt tēpore nati ad memorandum, aut enarrandum ordinem primæ creationis rerum, ut illic Moyſes facit per ſe, ſufficere ſine diuina poſſet inſpiratione. De præſenti autem illud beati Ioannis de Chriſto: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ideo Eliſabeth in occurſu glorioſæ uirginis dicit, Vnde mihi, quòd ueniat mater Dei ad me? De futuro uerò eſt, ut Pſalterium, & quæcunq; de primo & de ſecundo Chriſti aduentu & eccleſiæ ſtatu prædicta ſunt. Diuiditur quoq; prophetia per dicta, quantum ad præſens propoſitū ſic. prophetia per dicta agens de Chriſto, aliquando loquitur de eius diuinitate, ut ubi dicitur: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Tecū principium, & in ſimilibus. Aliquando loquitur de eius corpore, id eſt de fidelibus, qui eius membra dicuntur eſſe per ſimilitudinē: quia ab ipſo tanquam membra à capite reguntur. Aliquando de eius humanitate, ut cum dicitur, Aſtiterunt reges terræ, & in ſimilibus. Hæc autem prophetia loquens de corpore, aliquando introducit aliquem perfectum orantem, ut, In te decet, &c. introduxit Moyſes. aliquando introducit aliquem inferiorem, ut aliquam animam pœnitentem, aliquando introducit ipſum caput, quod ea affectione qua ſemetipſum tradidit pro nobis, ut nos faceret hoſtiam ſuauem Deo patri. Sæpè loquitur de membris tanquam de ſe, ut ubi dicitur, Deus Deus meus, quare, &c. Sicut lingua mentis aliquando pro ſe loquitur, ut cum dicit, Sciſſa ſum aliquando ex coniunctione & affectione membrorum, loquitur de ipſis, tanquam de ſe, ut cum pro pede dicit: Quare calcas me. Sciendum quod quando prophetia loquitur de Chriſti humanitate, rectè dicitur de Deo loqui. Quid enim eſt aliud

loqui

Digitized by Google

loqui de illa carne, quæ ſine carnali delectatione concepta, ſine dolore nata, ſine peccato in medio peccati eſt conuerſata, quàm loqui de diuinitate. Item cum prophetia quæ de corpore loquitur, quoſdam Pſalmos inſcribat ipſi David: hic magnificum nomē quod interpretatur manu fortis, uel uiſu deſiderabilis, attribuendo membris ex uicina coniunctione capitis, cui propriè cōuenit ut uocetur David, nónne merito loquendo de talibus de diuinitate loqui dicitur? Poteſt utiq;. Nunc ad titulū accedamus.

Intitulatur autem hic liber apud omnes tam Hebreos quàm Græcos atq; Latinos totius reſpectu liber hymnorum, Soliloquiorum de Chriſto. Hymnus eſt propriè laus Dei, metricè ſcripta. Conſtat enim totum Pſalterium in Hebræo metricè compoſitum eſſe. Vnde propriè in Hebræo dicitur liber hymnorum. Apud nos uerò, & fortaſſe apud Græcos non ſeruat impediente translatione metrum. Dicitur tamen apud nos rectè liber hymnorum: quia licet non teneat metrum, tenet tamen id quod eſt præcipuum, ſcilicet quod in omni parte tam apud nos quàm apud Hebræos laude Dei eſt conſpicuum. Liber uerò Soliloquiorum de Chriſto non ideo dicitur Pſalterium, quod de ſolo Chriſto apud aliquos in omni parte ſua loquatur, cum etiam interdum ut ſuperius oſtendimus, de corpore, id eſt de eccleſia loquatur. Sed quia præcipuè & maximè de eius diuinitate uel humanitate loquitur, ideo dicamus quòd emphaticè ſic nominetur. Sicut in Euangelio Iudæorum pater Abraham uocatur, nō quia ſit pater in fide multarū gentium credentium: ſed quia ipſi præcipuè in eius paternitate gloriabātur, cum carnalis pater eorū eſſet. Poteſt etiā ſi quis altius ſpeculatur pſalterium dici de ſolo Chriſto loqui: quia ubi etiam de corpore loquitur, ex magna cōiunctione corporis & capitis ut ſuprà diximus, de ipſo Chriſto per membra loquitur.

Sciendum Pſalterij translationes eſſe duas apud Latinos in uſu atq; honore, Romanam ſcilicet, & Gallicā. Romana eſt, qua utuntur Romani, & pleriq; Italici, quæ de Græco in Latinum à Symmacho & Aquila ſumpta eſt ſecundum Septuaginta interpretes Ptolemæi regis. Gallica uerò eſt, qua præcipuè Galli utuntur. Hæc autem præcipua eſt ſumpta rogatu Damaſi Papæ, à beato Hieronymo, de Hebræo in latinum ad intentionem. Fecerat enim Hieronymus prius aliam translationem, ſimiliter de Hebræo ſumptam ad literam, uerbum ſcilicet ex uerbo transferens ſimpliciter, quæ parum perfecta erat linguæ diſparitate. Sunt autem factæ apud latinos plures aliæ translationes, quarū nulla in uſu eſt. Inſcribitur quoq; liber iſte totius reſpectu apud Hebræos Nablat, apud Græcos uerò atq; latinos pſalterium. Eſt autem Pſalterium propriè muſicum inſtrumentum ad modum literæ Deltæ: quæ triangulata eſt formatum, ſuperius uentrem habens concauum. Cui decem chordæ deſuper regulariter exteriores cum uel digitis tanguntur, uel plectro percutiūtur, à parte ſuperiori reddunt conſonum melos, & dulcem ſonum. Vocatur uerò liber iſte pſalterium hac ſimilitudine, quia ſicut illud muſicum inſtrumentum de ſuperiori parte reddit ſonum, ita liber iſte de ſupernis ſonat: id eſt, ſupercœleſtia & diuina nobis demonſtrat, quia docet nos quæ de Chriſti humanitate uel diuina natura fideles ſcire oportet. Docet etiam decem principalia præcepta per decem chordas muſici inſtrumenti ſignificata, in quibus omne nouum & uetus teſtamentum comprehenditur. Quorum decem præceptorum tria pertinent ad Dei dilectionem, ſeptem ad hominum dilectionem, quæ in duabus tabulis diſtincta, Moyſi data fuerunt. Tria autem quæ pertinent ad Dei dilectionem, hæc ſunt: Dominus Deus tuus unus eſt. Quod ſic exponitur, Ne fornicaris poſt deos alienos & uariabiles: id eſt: ne adores idola mutabilia & uaria, quia Deus tuus quem adorare debes, unus eſt: id eſt, ſemper manet, id eſt, nec uariari in Iouem & Apollinem, & cætera dæmonia poteſt huiuſmodi. Secundū mandatum, Ne accipias nomen Dei tui in uanum: id eſt, ne credas uerbum propter te incarnatum tantum creaturam, & non creatorem eſſe. Quod hoc nomē Chriſtus in uanum accipere eſſet. nam ut teſtatur Eccleſiaſtes, omnis creatura quæ ſub ſole eſt, uanitas eſt. Tertium mandatum eſt, Obſerua ſabbatum: id eſt, ſpiritualiter ſabbatiza. Ille ſpiritualiter ſabbatizat, qui diuinitus inſpiratus, quicquid agit huius uitæ tempore, totū facit pro adipiſcenda futura requie. Vita enim præſens præſentē, dies quibus Dominus operatus eſt cuncta, quæ in mundo ſunt deſignatur. Per ſeptimam uerò, id eſt ſabbatum, qua poſtquam quæ fecerat bona, uidit, quieuit, requies futura deſignatur. Debet ergo quiſq; in ſex diebus, id eſt in hac præſenti uita ſic operari, ut ab æterna requie non metuat expelli. Hinc bene liber Geneſis cum in ſex diebus mane & ueſpere deſcribat, dicēs: Et factum eſt mane dies unus, & in cæteris ſimiliter. In ſeptimo, id eſt in ſabbato, tacet de nocte, per quam aduerſitas deſignatur: quia in futura requie quæ per ſabbatum intelligitur, gaudium æternum ſine omni aduerſitate uel triſtitia poſſidetur. Carnaliter uerò ſabbatizat, qui ſiue operetur, ſiue quieſcat, ad ſolam terrenam iucunditatem & requiem ſeſtinat. Mandata ſeptem quæ pertinēt ad homines, hæc ſunt: Honora patrem & matrem, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces uxorem proximi tui, non concupiſces rem eius. In quibus omnibus hæc ſumma colligitur, ut nullus faciat alteri, quod ſibi non uult fieri. In primo uerò impietas in parentes remouetur, quod ideo præmiſſum inter hæc ſeptē fuit: quia principium eſt dilectionis proximi. In proprijs enim partibus quiſq; ſi uerè eos diligit, proximum diligere diſcit. Significant autem tria præcepta de Deo ſanctam trinitatem, ſeptem uerò noſtram quæ in mundo, qui ſeptenario numero eſt, conuerſationē. De his decem præceptis dictum eſt: Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum fortè cum eo es in uia, ne ſi uicerit te, tradat te iudici, iudex autem tradat te tortori. Aduerſarius noſter ſunt hæc decē præcepta, quæ ea quæ nos aſſiduè facimus, contradicunt. Cum quibus in hac uita quæ deſignatur per uiam, debemus conſentire ceſſando, à quibus illa iubent nos ceſſare, ſi uolumus futura tormēta uitare: quia ſuperius quid ſit Pſalterium, expoſuimus, quid etiam ſit Pſalmus, dicamus. Pſalmus propriè eſt illa conſona melodia, quæ ex cordis muſici inſtrumenti, id eſt, Pſalterij digitis aut plectro citatis redditur. Dicuntur autem partes huius libri Pſalmi, quia docent nos hymnire uel pſalmizare, id eſt, ut cordis ſolertia quaſi digitis chordas decem præcepta pulſantes, dulcem pſalmum, id eſt nos ipſos per illorum executionem atq; operationem dulces conditori noſtro reddamus melodias. Ponitur enim Pſalmus in diuina pagina pro ſuaui & dulci operatione. Sciendum quod Pſalterio muſico inſtrumento cithara eſt contrarium, quæ concauitatem quam Pſalterium habet ſuperius, inferius habet. Solet autem in diuina pagina pro mortificatione carnis accipi cithara, quæ ab inferioribus ſonat. Pro uiuificatione uerò ſpiritus Pſalterium, quod à ſuperioribus ſonat: quia nos ſi uolumus uiuificari in ſpiritu, oportet ut primum ab inferioribus dulcem Deo reddamus ſonum, carnem noſtrā ſubtractis delicijs mortificando, & quæ nobis ſubtrahimus, pauperibus dando: deinde à ſuperioribus animum, ſcilicet mortificatis uicijs, uirtutibus exornando, & in contemplatione ponendo. Notandum quoq; quòd ſinguli Pſalmi præter primum, proprijs titulis inſcribuntur, ab Eſdra ſcriba appoſitis. Eſdras enim ſcriba cum de Chaldæorum captiuitate cum populo Iſraelitico rediſſet in Iudæam, & ciuitatem regiam Hieruſalem inueniſſet, ſcilicet combuſtam, & ornamento templi atq; libris penitus ſpoliatam hanc prophetiam, id eſt Pſalterium, ut multa alia memoriter integrè repetijt, & Pſalmos ut nunc ſunt ordinauit, & titulos tam toti libro quàm ſingulis Pſalmis appoſuit. Huius ordi-

natio-

Digitized by Google

nationis cauſam atq; notitiam beatus Auguſtinus ſoli ſpiritui ſancto ſatetur relinquendam. Videtur enim quod Dauid qui eos compoſuit, non ſic eos ordinauerit, propter hiſtoriarum transpoſitionem, quæ in Pſalmis quibuſdam iuxta hunc ordinem reperitur. Dicunt autem quidam, quod ideo Eſdras Pſalmos aliter quàm hiſtoria habeat, ordinauerit, ut non hiſtoricè, ſed myſtice accipiantur. Vnde etiam quibuſdam de hiſtoria titulos appoſuit, quibuſdam non. Intitulauit autem quoſdam Pſalmos nominibus quatuor præcentorum, quos Dauid pſalmodiæ coram arca Domini præfecit. Legitur enim in libro Paralipomenon in Hebræo, quod Dauid cum reduceret arcam Domini redditam à Philiſtæis, de domo Aminadab in Gabaa Hieruſalem, ut in tabernaculo quod præparauerat, eam poneret, quatuor milia uirorũ præcentorum de Iſrael elegerit, qui & propria uoce & omni muſico inſtrumento corã arca inceſſanter dulci melodia in Pſalmis his ſecum iubilarent Domino. Quibus cantoribus præfecit, ut conſona eſſet melodia CL præcentores. Deinde his omnibus quatuor in præcinendo appoſuit magiſtros, Aſaph, Ethan, Eman, Idithun, iam ſignificante ſpiritu ſancto, quod cooperante illo de quo Pſalmi compoſiti erant, id eſt, Chriſto catholica eccleſia de cunctis mundi partibus et pluribus lingua & moribus diſſonis gentibus, quaſi conſonam Deo reddituræ eſſet melodiã, & in fidei & Chriſtianæ religionis identitate. Per quaternariũ enim numerum tam in cantoribus quàm in magiſtris, quatuor mundi partes deſignantur, per mille uerò perfecti ex illis in eccleſia collecti. Horum autem quatuor præcentorum nominibus Eſdras quoſdam Pſalmos intitulauit, uel quia ipſi adiutores in ipſorum melodia fuerunt, uel quod melius eſt: quia ipſa nomina ſecundum interpretationem & myſterium ſuum pſalmis ipſis conueniunt. Propter quam cauſam quidam pſalmi quibuſdam alijs nominibus, ut Aggei, Zachariæ, Moyſi ſunt intitulati: non uerò ut quidam dicunt, quod illi Pſalmos compoſuerint, quos omnes ſolus Dauid compoſuit. Sciendum hanc prophetiam, id eſt Pſalterium, ideo plus omnibus alijs in eccleſia frequentari, quia plura de Chriſto & Chriſtiana religione continet myſteria, & quia à patribus ueteris teſtamenti in ſimili uſu ſit habita.

Nec prætereundum, quòd in hac prophetia ſicut & in alijs quædam futura dicuntur per præſens uel præteritũ: quod ideo fit, quia ſpiritui ſancto qui ea reuelat, nihil eſt futurum, & quia apud nos nihil eſt tam certum, quàm præſens uel præteritum. Si quis cauſam & intentionem huius operis requirat, breuiter utrũq; ſic colligat: Quia mortis illius grauiſſimæ, quam primus pater tradux peccati toti communiter mundo intulerat, cui per cunti nec angelus, nec philoſophus, nec creatura aliqua ſubuenire poterat: beato patriarchæ Dauid carnem aſſumpturum, & eccleſiam ſacramento ſui corporis & ſanguinis ſtructurũ, Deus pater per ſpiritũ ſanctũ plus omnibus & apertius quandoq; ſi nem aſſuturum præmonſtrauit. Idcirco uir ille ſanctiſſimus hũc librum ſub prophetia illius futuræ ſalutis compoſuit, intendens ad humani generis conſolationem, & Chriſtianæ religionis inſtructionem. Nunc ad librum accedamus.

SEQVVNTVR NVNC ARgumenta, Titulorum explanationes, & Commentarij.

IN PSALMVM PRIMVM ARGVMENTVM.

OMnes generaliter ad ſtudia uirtutum incitat, ſimul adiungens, quæ merces bona, quæ mala geſta ſequatur. Tertullianus in libro de Spectaculis adſerit hunc pſalmum & de Ioſeph poſſe intelligi, qui corpus Domini ſepeliuit, & de his qui ad ſpectacula gentium non conueniunt.

EXPLANATIO.

PRimus pſalmus ideo non habet titulum, quia capiti noſtro Domino Saluatori, de quo abſolutè dicturus eſt, nihil debuit præponi. Nã licet & alij pſalmi de ipſo multa dicãt, nemo tamẽ de eius qui fuit in terris conuerſatione ſic loquitur: & quoniam ad hunc quæ dicenda ſunt, cuncta reſpiciunt, merito caput ſancti operis ponitur. Nam quidam tituli, quidam præfationis locum eum tenere dixerunt. Totus Pſalmi huius propheta reſtrente narratur textus. In prima parte uitam ſanctæ incarnationis exponit: ſecunda uerò peccatorum nequitias in futuro iudicio debitas recipere commemorat ultiones.

COMMENTARIVS.

PRIMVS Pſalmus duabus de cauſis caret titulo, uel quia ipſe titulus & principium eſt aliorum: uel quia uicinius & apertius iuxta quod inter homines conuerſatus eſt, loquitur de illo, id eſt de Chriſto, qui ſecundũ diuinam eſſentiam omni caret principio, & a quo omnia ſumunt principium. Eſt autem hęc primi pſalmi intentio, hortari fideles, ut à triplici morte animæ exemplo capitis feſtinent reſurgere, id eſt, ut in quantum poſſint, à regione diſsimilitudinis, in qua per primum parentem traducti ſunt, ſtudeant redire & in peccati immunitate capiti ſuo ſe ſociare. Omnis mors animę fit tribus modis, ſcilicet aut delectatione tantum, aut delectatione & conſenſu, & peccati perpetratione. Delectatio eſt uoluntas peccãdi, quæ fit in anima ex titillatione & fomite, & aptitudine peccandi, quæ in nobis eſt, & ex ſuggeſtione, id eſt incitatione incentoris diaboli ſuperueniente: & hoc eſt prima mors animæ. Secunda uero eſt conſenſus, quando nos ad peragendum peccatum, quantum poſſumus, extrinſecus nos applicamus. Tertia autem eſt ipſius peccati actio. Quæ diuiditur in duo, ſcilicet in actionem ſimplicem & infrequentem, ſicut & præmiſſa duo. & hoc dictum eſt de uoluntarijs peccatis. Dicuntur autem hæ tres mors animæ, quia per ea anima ab eo qui uir & maritus eius eſt, recedit: id eſt, à Deo, & ſociatur morti, id eſt diabolo. Deſignantur uerò hæ tres mortes animæ per tres mortuos à Domino reſuſcitatos. Per puellam enim in domo Archiſynagogæ Iairi filiam, manus erectione ſuſcitatam, delectatio deſignatur, quæ quaſi pudica eſt, quia nondum exterius apparet, nec exemplum præbet. Vnde & in domo manens ſuſcitatur, quando ad ſatiſfactionem de ipſa uenitur, & leuiter eleemoſyna ſcilicet & alijs talibus purgatur. Per adoleſcentem uerò laſciuũ, atque à domo matris antequam ſuſcitaretur elatum, intelligitur conſenſus, qui in exteriore applicatione poſitus, exemplũ dat cernentibus. Vnde iam niſi graui pœnitentia peccatum hoc deletur, quod per hoc intelligitur, quia manus huic à Domino non porrigitur, ſed quodam quaſi pulſu & grauitate ei dicitur, Adoleſcens, tibi dico ſurge. Per Lazarum uerò quatriduanum in ſepulchro & fœtidũ intelligitur, & actus ſimplex, & conſuetudo peccandi. De conſuetudine qua dicitur: Computruerũt iumenta in ſtercore ſuo. Quæ non niſi recta & ponderoſa ſatisfactione abſoluitur, quod per uocis clamorem & fremitum ſpiritus Domini in huius ſuſcitatione intelligitur. Per has tres mortes tradux peccati Adam à Deo moriendo receſſit, quod in primo huius Pſalmi uerſu propheta innuit.

Digitized by Google

nuit. Poteſt uerò totus hic Pſalmus aut in uoce capitis legi de ſe ac membris eius loquentis, aut in uoce prophetæ, in perſona capitis loquentis. Quaſi dicat: Præceſsit olim in humano genere quidam miſer & infelix, nulli imitandus, tradux ſcilicet peccati Adam, qui abijt in regionem diſsimilitudinis à ſuo creatore in peccatis pluribus delectando, & ſtetit conſenſum delectationi adhibendo, & ſedit peccata ſua per agendo, & exemplum poſteris exiſtendo. Affuturus eſt autẽ quidam beatus, id eſt, in omni bono auctus, cui data eſt gratia ſpiritus ſancti ſine menſura, & ideo uerè imitandus, Chriſtus ſcilicet, exiſtens uir: id eſt, fortis nulli ſuccumbens tentationi, non abibit à Deo ſuo uoluntate etiam peccati aberrando, nec ſtabit cõſentiendo, nec ſedebit alios ſuo exemplo peccara docendo. Nota ordinem uerborũ. Remoto enim à Chriſto abire etiam uoluntate conſtat remota eſſe ſtare & ſedere. Et ideo ne ſuperfluat, ad membra referamus, ſicut quæ de Adam affirmauimus, in poſteris ſibi conſimilibus accipere poſſumus. Vt ſi dicatur: Affuturus uir, id eſt, Chriſtus non abijt etiam uoluntate qua uiũ ad ſe, ſut ſi abibit in aliquo ſuorum uoluntate, id eſt, delectatione, non ſtabit ille, id eſt conſentiendo, ſed redibit eius auxilio delectationẽ mortificando. Aut, ſi quis fortè ſuorum ſtabit conſentiendo, non ſedebit peccatum peragendo, & exemplum præbendo, ſicut Adam abijt in ſe & in ſuis delectando, conſentiendo, exemplum peccandi dando. Notandum quod dicat, Conſilium impiorum. Impios uocat deceptorem ſerpentem, & Euam deceptam. Conſilium uocat, quòd Eua credidit ſerpenti, quod quàm citò ipſa & uir eius comederent de fructu ligni ſcientiæ boni & mali, eſſent ſicut dij. In quorum conſilio, quia Adam poſitus fuit, id eſt quia ipſis acquieuit, inobediẽs creatori extitit, triplicemq; mortem animæ, quam ſuprà notauimus, incurrit. Viam quoque peccatorum poſſumus arripere mala opera eorundem, id eſt Euæ & ſerpentis, id eſt contra Deum agere & loqui. In quo eis Adã conformis fuit, uel etiam per uiam peccatorum, mala opera quorumlibet, qui exemplo ipſius Adæ peccatores facti ſunt, accipere poſſumus. Per cathedram uerò peſtilentiæ exemplum peccati rectè accipitur. Cathedra enim magiſterium ſignificat. Et qui magiſtri ſunt, facilè alios ſuo exemplo ad malum uel bonũ attrahunt. Peſtilentia uerò eſt morbus latè peruagatus, omnes aut penè omnes inuoluens. Sic quoque peccatum per Adam exemplificatum multos inuoluendo nullum liberum prætermittit, niſi quæ liberat ille cui etiam abire in uoluntate non cõuenit. Sciendũ quod Adam non ſicut Eua deceptus fuit, ut crederet ſe ſicut Deum unquam futurum: ſed quia ut legitur, maluit non turbare uxorẽ, reſiſtendo eius perſuaſioni, quàm obedire præceptis creatoris. In hoc quoque deceptus fuit, quia peccatum confiteri noluit, ſed culpam in auctorem reflexit dicens: Vxor quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi comedere: ſicut Eua quoque per ſerpentem excuſare noluit dicens: Serpens perſuaſit mihi. Poteſt & aliter uerſus expoſitus legi, ut ſingula quæ à Chriſto negabimus, ſinguli primo terreno datis conferamus, iuxta quod intentio erit huius pſalmi, hortati nos, ut ſicut portauimus imaginem terreni hominis, portemus & cœleſtis. Et dicitur in uoce prophetæ ſimiliter ſic: Olim præceſsit quidam miſer & infelix, qui abijt, id eſt, à præceptis creatoris per inobediẽtiam apoſtatando receſsit: & ideo ſtetit in uia peccatorum, id eſt actus prauæ conſuetudinis poſtea frequenter impleuit, & in cathedra peſtilentiæ ſedit, id eſt, prauam doctrinam docuit, & ambitioſus terrenorum extitit. Affuturus eſt autem alter, qui nec à præcepto aliquo aberrabit, neque actus prauos implebit, nec prauam doctrinam docebit, nec ambitioſus uel ut ille fuit erit. In hac ſententia conſilium impiorum, & uia peccatorum accipitur quantum ad Adam, ut dictum eſt ſuperius: quantum uerò ad Chriſtum, & hic & ſuperius conſilium impiorum malorum opera uocantur, à quibus ipſe immunis fuit, licet inter ipſa uerſaretur. Viam autem peccatorum aut hunc mundum, aut uiam peccatorum poſſumus accipere, in quam uiam Chriſtus uenit naſcẽdo, id eſt, inter peccatores cõuerſando: ſed non ibi ſtetit, quia nulla ſecularis illecebra eum detinuit, imò ut alibi legitur, ut gigas fortis & uelox, in hac uia cucurrit. Adam dicitur prauam doctrinam dediſſe, quia nõ ſolùm malè facere exemplo, ſed etiam maledicere monſtrauit poſteris uerbo: Chriſtus autem econtrà, ſalutiferam doctrinam contulit mundo. Adam ambitioſus fuit, Chriſtus oblatum ſibi regnum accipere noluit. Legitur enim quòd cum ſatiaret in deſerto quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piſcibus, uoluerunt illa milia ut nullam amplius ſentirent terreni cibi neceſsitatẽ, ipſum ſibi carnaliter proponere regem. Quod ille cõtemnens, atque exhortans eos, ad poſtulandum ſpirituale regnum dixit: Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet. Regis uerò poteſtas, per quam dominatio accipitur, atque mala doctrina, meritò dicitur peſtilentia: quoniam utrunque multos inuoluit. Nullus enim uerè eſt qui careat amore dominandi. De prauæ quoque doctrinę perſuaſione dicit Apoſtolus: Cuius ſermo ut cancer ſerpit. Impij Idolatræ atq; infideles ꝓpriè dicũtur, peccatores uerò dicũtur ſcriptæ legis præuaricatores, licet hic nõ aliter accipiat.

Sed in lege Domini.] Quia non ſufficit alicui ad beatitudinem abſtinere à malo, quin operetur bonum, ideo ad probandum uirum perfectum, & uerè beatũ affuturum ſubdit, Sed in lege Domini. Quod poteſt accipi in membris, ut in capite: & quantum ad ultimã ſententiam, referuntur hic contraria contrarijs. Quãtũ enim ad abire à præcepto, dicitur in lege eſſe: quantum uerò ad ſtare & ſedere, meditari in lege: iuxta uerò primam ſententiam eſt ſententia ſimpliciter poſita. Et ſciendũ eſt, quod aliud eſt eſſe in lege, aliud ſub lege. In lege enim eſſe, eſt uoluntariè ſecundum legẽ agere. Sub lege eſſe, eſt agi atque premi à lege. Hic igitur ſeruitus eſt, illic libertas: hic ſeruilis timor, illic filialis dilectio. Dicitur ergo rectè de Chriſto, quòd uoluntas eius, id eſt affectio eius erit in lege Domini patria implenda, qui dicit: Non ueni ſoluere legem, ſed adimplere. &, Meus cibus eſt ut faciam uoluntatẽ patris, &c. Poteſt quoque eſſe in lege, membris attribui, qui non timore, ſed amore legem implẽt. iuxta quod dicitur: Lex non eſt poſita iuſtis, &c. Meditari in lege, eſt filiali dilectione in lege perſeuerare. Per diem autẽ & noctem, aut omne tempus accipiemus: aut per diẽ proſperitatem, per noctem uerò aduerſitatẽ: & uocabimus in Chriſto totum tempus à natiuitate uſq; ad paſsionem, proſperitatem: ipſam uerò paſsionem dicemus aduerſitatem. In membris uerò, tempus perſecutionis aduerſitatem: tempus quietis è perſecutione, proſperitatem. In utroque enim tempore & caput & membra à lege Domini non receſſerunt. Vt ab iſta, Quicunque pro. Et item ab hac: Qui legitimè certauerit, coronabitur. De die proſperitatis Chriſti dicitur: Abraham uidit diem meum & gauiſus eſt. Itẽ de nocte aduerſitatis: Et uſq; ad noctem increpuerunt, &c.

Et erit tanquam lignum.] Hic uerſus de ſolo capite poteſt legi, uel de membris cum capite, ſi ſimpliciter inſiſtamus. Iuxta quod ſic dicatur: Quia hic uir tantus futurus erit in ſe, & talis in ſuis, ut prædictum eſt, ideo erit & ipſe & ſui tanquam lignum, id eſt, comparabiles arbori poſitæ in irriguo loco, quæ tẽpore fructus tempeſtiuius emittit frondes & flores, & fructus reddit uberiores. Quod propriè conuenit ipſi capiti, de quo dicitur, quòd puer adhuc ſederit in medio doctorum, & expoſuerit eis ſcripturas: & etiam membris, ſicut Apoſtolus, Qui non longo exercitio doctrinæ quod ſciebant didicerunt, ſed ut aſpirati diuino igne fuerunt, ſtatim frondes, id eſt uerba prædicationis emiſerunt, & nullorum uerba unquam tantum fructũ fecerunt,

Digitized by Google

fecerit, ſicut ipſius capitis & ipſorum membrorum. Si uerò ad ſolum caput hic uerſus referatur, ſic continuabitur: Nō mirum ſi hic uir effututus talis erit, qui neque abiit, ſed potius erit in lege Domini: quia erit tanquam merito illud uerum lignum uitæ, poſitū in medio eccleſiæ, & ſignificatum a materiali in medio paradiſi poſito: quod lignum ſecundum humanitatem plantatum eſt ſecus, id eſt, iuxta decurſus aquarum: id eſt, adiunctum & adunitum eſt ſapientiæ Dei patris, ſcilicet uerbo. Quę ſapientia eſt decurſus aquarum, quia ab ipſa decurrunt in quæque ſubiecta ſibi membra aquæ: id eſt, ſpiritalia dona. Neceſſe eſt enim cum ſapientia patris, id eſt filius, ſit conſubſtantialis patri, quòd ſpiritalia decurrant à filio, ſicut à patre de quo dicitur: Omne donum perfectum, &c. Vel aliter, ut de humana & diuina natura unita dicatur. Quod lignum illud, ſcilicet unitum eſt plantatum, id eſt, ſic cooperante ſpiritu ſancto præparatum, ut ſit ſecus, id eſt, iuxta decurſus aquarū, id eſt, plenariè recipiat decurſus aquarum, id eſt, irrigationem ſpiritalium donorum. Plenariè enim in illo homine omnis gratia ſpiritus fuit, de quo legitur, In quo habitat, &c. & itē, Non Deus ſpiritum dat ad menſurā. Vel aliter, quòd plantatum, id eſt natum & poſitum eſt ſecus, id eſt, iuxta decurſus aquarum, id eſt inter populos dilabentes per uicia, uelut inter ægros medicus. Vnde dicitur: Non ueni uocare iuſtos, & reliqua. Vel aliter: Quod lignū humanitatis ſcilicet plantatum eſt, id eſt, conceptum eſt in utero uirginis, ſecus decurſus aquarum, id eſt, ſecundum obumbrationem integram ſancti ſpiritus, quæ omnis incentiua uitiorum in ea deſtruxit. Vnde dictū eſt: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & reliqua. Sciendum quòd tribus modis in diuina pagina accipitur aqua, ſcilicet aut pro ſpiritalibus donis, iuxta q̄ dicitur: Fluminis impetus. &, Aqua quam ego dedero. Aut pro populis, ut in Canticis: Aquæ multæ, &c. Aut pro blanditijs, unde dicitur: Non me demergat tempus, &c. Spiritualia autem dona hac ratione dicuntur aqua, quia ſicut his materialibus aquis noſtrū exterius, id eſt corpus lauatur: ita per ipſa ſpiritualia dona noſtrum interius, id eſt anima lauatur. Populi uerò ideo aquæ dicuntur, quia ſemper in fluxu ſunt, & quantum ad inſtabilitatem propriæ uitæ, quæ ſemper præterit: & quantum ad uitia, per quæ defluunt. Blanditiæ quoque hac ratione dicuntur aquæ, quia ſicut aqua aliquid mollitur: ita ſæpè blanditiæ multorum molliunt animum & frangunt. Nota quod dicitur: Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Tēpus ſuum illius ligni, id eſt Chriſti, ad fructificandum dicit fuiſſe, poſtquam ipſe Chriſtus clarificatus eſt reſurrectione & aſcenſione. Tempus enim non ſuū ad fructificandum fuit illud, de quo dicitur: Nondum erat ſpiritus ſanctus datus, quia nondum erat clarificatus. Quod non ideo dicitur, quia ipſe Chriſtus ante clarificationem fructum dediſſet, mortuos ſuſcitando, infirmos ſanando, plures prędicatione ſua conuertendo, ſed quia paruus fuit ille fructus, reſpectu illius quem poſt clarificationem in apoſtolis dedit, cordibus eorum ſpiritu ſancto deſuper miſſo, illuminatis atque confirmatis, per quos apoſtolos eccleſiam toto orbe conſtituit, cum ſonus prędicationis eorum in omnem terram, & in fines orbis terrę exiuit. Chriſtus dicitur lignum uitæ hac ſimilitudine, quia ſicut Adē & Eua niſi peccaſſent guſtantes de fructu materialis ligni uitæ in paradiſo poſiti, immortales fierent: ita quicunque ſpiritualiter & dignè Chriſtum guſtant, in anima immortales ſunt, ipſo atteſtante cum dicit: Quicunque dignè manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, mortem non guſtabit in æternum, &c.

Et folium eius non.] Folium Chriſti uocat uerba prædicationis hac ſimilitudine, quia ſicut in arbore foliū præcedit, & ſequitur fructus: ita uerba prædicationis Chriſti fructus ſubſecutus eſt, ſalus ſcilicet multorū. Quod folium, id eſt quæ uerba nō defluent, id eſt, nō inefficacia erunt, quia ſemper alicubi fructificabunt. De his uerbis dictum eſt: Omnis caro fœnum, & claritas eius tanquam fœni. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, uerbum autem Domini manet in æternū. Et item: Cœlum & terra tranſibunt, &c. Et item: Verbum meum non reuertetur ad me uacuum, ſed fructificabit quocunque mittam illud.

Et omnia.] Per omnia accipit tam dicta quàm facta, quæ Chriſtus faciet in ſe & in ſuis: quæ ſicut in ſe bona erunt, ita etiam in ipſis fidelibus proſperabuntur, id eſt ad proſperum deducentur exitum. Poſſumus etiam dicere inſiſtemus, quod etiam mala ſecundum uiſum hominum, quæcunq; Chriſtus faciet, id eſt fieri permittet à diabolo in ſuis, ad ipſorum proſperitatem fient. Licet enim uideatur nocuiſſe Petro, quod Dominum negauit, multum tamen profuit, cum ipſe correctus qualiter aliorum fragilitati deberet miſereri, in ſeipſo didicit. Sic in cæteris.

Non ſic impij non ſic.] Sicut quæ hactenus dicta ſunt, pertinent ad dehortationem atque terrorem malorum. Et accipit hic impios tam falſos Chriſtianos, q̄ incredulos. Quaſi dicat: Pij per omnia tā dicta quàm facta quę in eis fient, proſperabuntur: ſed impij nō ſic erunt, id eſt neque in dictis neque in factis, proſperabuntur. Repetitionem ponit ad confirmationē, quod uere mali puniantur, quod paucis uerum uidebatur. Vnde dictum eſt, Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum, dicit Dominus. Non proſperabuntur impij, ſed erunt tanquam puluis, id eſt comparabiles pulueri: quia ſicut terram ſolubilem ſine humore & grauitate, quæ puluis dicitur materialis uentus à ſolida terra ſeparat & proijcit: ita ipſos qui ſunt puluis, id eſt, carent affectione charitatis, id eſt, dilectione Dei & proximi, in quo inobedientes ſunt præceptis Dei. Vnde neceſſe eſt ut ſint elati: proijcit eos uentus, id eſt elatio eorum à facie, id eſt à præſentia ueræ terræ repromiſsionis: id eſt cœleſtis Hieruſalem, ubi ſoli boni erunt. De qua dictum eſt: Credo uidere bona Dei. Et item. Beati mites, quoniam, &c. uel à facie terræ, id eſt, à repræſentatione, id eſt, ſtabilitatis in Deo: id eſt, in ipſis non repræſentabuntur, nec uidebuntur præcepta Dei, quæ ſtabilitas bonorum ſunt: quia ipſos ſtabiles contra tentationes hoſticas reddunt. uel à facie terræ, id eſt, à pulchritudine & clarificatione propriæ carnis. Licet enim reſurgent impij, non tamen recipient carnem ſuam clarificatam: quia reſurrectio eorum nō erit eis ad gloriam, ſed ad ignominiam. De hac terra dicitur: Expecta Dominū, &c. ut hæreditate capias terram. Qui enim in hac uita aduentum Domini expectat patienter, tolerando flagella, & à uia, id eſt à præceptis eius non aberrauerit: ille tandem in reſurrectione terram, id eſt carnem ſuam, quæ non poteſt ei auferri & perturbari, recipiet hæreditatem: id eſt, ita clarificatam, ut neque eam amplius amittere, neque perturbari in ipſa poſsit. Quia erūt tanquam puluis omnes impij, ideo neque ueri impij, id eſt, idolatræ reſurgent, ut ſint in iudicio, quia nō uenient ad iudicium. De his enim dictum eſt: Impius iam iudicatus eſt: & qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Neque peccatores, id eſt ſcripturę legis pręuaricatores: id eſt, falſi Chriſtiani non erunt in conſilio iuſtorum, id eſt, in neutro iudicio, iuſtorū ſcilicet, ut uel iudicant, ſicut quidā iuſti, id eſt apoſtoli & martyres, &c. tales uel ut iudicentur ad ſaluationem: ſicut quidem ex iuſtis, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, & reliqua. hoc appoſitum eſt ad depreſsionem falſorum Chriſtianorum, ne ipſi audientes incredulos non uenire ad iudicium, quia legem non ſuſceperunt, ſe autem ſcirent uenturos propter Chriſtianitatis ſacramenta: quæ quamuis indignè ſuſceperint, putarent tamen quòd uel ipſi iudicare debeant, aut ſaltem ſic iudicari ut ſaluarentur. & accipiuntur hic impij & peccatores propriè. Cōſilium ponitur pro iu

dicio, quia omne iudicium quod rationabiliter fit, agitur per conſilium. Sciendum plures diuerſitates futuras reſurgentium. Alij enim ita reſurgent, ut ueniãt ad iudicium: alij ut non ueniant ad iudiciũ, quia iam iudicati ſunt. Venientium alij iudicabunt, alij iudicabuntur. Eorum qui iudicabuntur, alij ſaluabuntur, alij nõ. quæ diuerſitas in prędicto uerſu notari poſsũt.

Quoniam nouit Dominus.] Quoniam dictũ eſt, quòd mali aut non uenient ad iudicium: aut ſi uenient, non erunt in conſilio iuſtorum, intellectum eſt per oppoſitum bonis, quod illis negatur eſſe conceſſum. ſubdit cauſam ad utrunq;. Quaſi dicat: Ideo boni hæc habebunt, & mali carebunt: quia ille qui Dominus eſt abſolutè, & eorum remunerator eſt, nouit uiam iuſtorũ, id eſt, approbat opera eorum. unde dicitur: Nouit Dominus qui ſunt eius: & quia iter impiorum, id eſt opera malorum, quæ ipſi frequentant (quod pariter innuitur) deberet dicere: Non nouit, id eſt reprobat: ſed ut magis ipſos deterreat, ponit quod planius eſt: & quod neceſſario conſequitur, peribit ſcilicet. Sicut enim ſcire Dei pertinet ad eſſe, & ad ſaluationem: ſic neſcire, ad non eſſe & ad perditionem. Neſcire Domini ponitur pro reprobare, iuxta illud: Amen dico uobis, neſcio uos. Non enim poteſt dici Deus qui omnia ſcit, aliquid neſcire, quaſi ignorãs, ſed neſcire eius eſt reprobare, id eſt, non defendere quicquid dignum eſt perire. Poſſumus quoque uiam iuſtorum dicere caput iuſtorum, id eſt Chriſtum, quem Deus pater approbat. Quia omne iudiciũ dedit filio: & ſic ut ipſum approbat, ita qui eum imitantur, approbabit. unde dictum eſt: Volo pater ut ubi ego ſum, ibi, &c. Et item: Vbicunq; fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ illuc. Iter quoque impiorum, eſt caput eorũ: id eſt diabolus, quem omnes ſui comitabuntur in perditionẽ, & in illum ignem de quo dictum eſt: Qui pręparatus eſt diabolo & angelis eius. Poteſt quoque hic uerſus ultimus primus legi, & prior ad iſtũ uelut cauſa ſubdi. Iuxta quod continuabitur ſic: Ideo pij proſperabũtur, impij non ſic: id eſt, non proſperabuntur, quia nouit Dominus uiam illorum, & iter impiorum non nouit, quod peribit. & quare pereat, prior uerſus oſtẽdit. Quaſi diceret: Ideo ſcilicet, qđ iter impiorũ peribit, erit eò, quia ipſi impij tam idolatræ, quàm falſi Chriſtiani non reſurgunt in hac uita, per primam, id eſt ponendo ſe in iudicio, ut damnẽt ſcilicet in ſe, quę damnanda ſunt, & probent quæ probanda ſunt. Et quia in hac prima reſurrectione non reſurgent, ideo ipſi peccatores, id eſt impij, non erunt in conſilio iuſtorum, id eſt in conuentu iuſtorum in futura reſurrectione. Duæ enim ſunt reſurrectiones, altera prima, altera ſecunda. Prima eſt in præſenti, quando aliquis à morte uitiorum per pœnitentiam in anima reſurgit: ſecunda erit in die iudicij, quãdo boni per immutabilitatem & impaſsibilitatem carnis, ita in carne reſurgũt, ut nec in ipſa carne aliquid amplius pati poſſint. Hanc autem ſecundam reſurrectionẽ nullus habebit niſi qui primam habuerit. Neceſſe eſt enim ut qui expers fuerit primæ, expers ſit & ſecundæ.

IN PSALMVM II. ARGVMENTVM.

GEneralem Dauid querimoniã facit ad Deum, quòd regno ſibi deſuper dato, & gentes & populi Iſrael inuiderint communem ad omnium correctionẽ dirigens. Aliter Chriſtus de paſsiõe & poteſtate ſua dicit. lege ad Lucã.

EXPLANATIO.

DAuid interpretatur manu fortis ſiue deſiderabilis, quod nulli aptius conuenire, quàm omnipotenti Chriſto, qui eſt ueraciter fortiſſimus, & ſummo deſiderio requirendus. De enim paßione loquitur propheta. & ipſe Dominus ſua uerba dicturus eſt. Verum apud Hebræos nec iſte pſalmus habet titulum, ſed priori adiunctus unum Pſalmum facit, qui & à beatitudine incipiat, & in beatitudinem conſummetur. Quatuor membris pſalmus iſte diuiditur. In primo loquitur propheta de Iudæis, propter paßionem Chriſti. ſecundo uerba ſunt dementia Iudæorum. Tertio dicta ſunt Domini ſaluatoris de omnipotenti regno, & de inenarrabili generatione ſua, quantum poteſt paruitas humana recipere. Quarta propheta relinquitur monis populos, ut ad fidẽ Chriſtianã agnita Domini maieſtate cõueniant.

COMMENTARIVS.

QVare fremuerunt gentes.] Introducitur hic per prophetiam caput Iudæos & gentes obiurgans, quod non aduertentes medicum ſalutis, irrationabilem fremitum & impetum in ipſum facturi in eius paſsione erant. Et loquitur hic de paſsione ſua & ſuorum, & de regni ſui obtentione hoc mundo: Quod Iudæi enim ualidiſsimam cauſam putauerunt, ne ipſi amitterent locum & gentem, & ne mundus poſt ipſum iret, ſcilicet mortẽ eius ualidiſsima cauſa fuit, cur ipſi amitterent locum & gẽtem, quando deſtructi à Tito & Veſpaſiano, per totum orbem in captiuitatem diſperſi ſunt, & quare totus mundus per ipſum iret. Niſi enim ipſi Iudæi ipſum non reſurrecturum putarent, non eum crucifixiſſent: ſed ipſe quia mortuus eſt, reſurrexit: & quia reſurrexit, aſcẽdit, & ſpiritum ſanctum tranſmiſit, qui corda Apoſtolorum ita illuſtrauit, ut doctrina eorum ubiq; diffuſa, totum penè orbem ipſum faceret ſequi. In quo toto hoc omne bene innuitur, quia non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Videtur autem hic pſalmus eſſe idem cũ ſuperiori, quia ad idẽ, id eſt, ad caput refertur, & quodam modo de eodem & hic & ibi agitur, ſed planè ab illo diuerſificatur tum per titulum, qui huic apponitur, tum per aliam intentionem, quæ huic datur. Eſt enim huius pſalmi intentio, hortari fideles exemplo capitis, ut in præſenti ſint cõpatientes, ut tandẽ in futuro ſint cõregnantes. dicit enim Apoſtolus: Quod ſi cõpatimur, & conglorificabimur. Hæc autẽ intentio plenè à ſuperiori differt, & ab ea, quæ fuit hortari, reſurgere à triplici morte animæ: & ab ea quæ eſt, ut ſicut portauimus imaginem terreni hominis, portemus & imaginem cœleſtis. Nec illud obeſt huic diuerſitati, quod in Actibus Apoſtolorum hic pſalmus à Petro primus dicitur. Nam primus dicitur, non quãtum ad priorem, qui quaſi titulus eſt omnium aliorũ, & ideo titulo caret: ſed quantum ad intitulatos pſalmos ſequentes, quorum ipſe primus taliter intitulatur, Pſalmus Dauid. Pſalmus iuxta quod nomen eſt uerborum, ſic diffinitur. Pſalmus eſt hymnus alicuius metri lege compoſitus, quod ad ſimilitudinem organici inſtrumenti ſupernam cognoſcitur nobis iudicare uirtutem. Quod rectè competit uerbis huius pſalmi. Nam & metricè & in Hebræo compoſita ſunt, & ſupernam indicant uirtutem: quia indicant nobis paſſionem Chriſti, & eius reſurrectionem, per quæ ipſe regnum quod ſuper omne regnum eſt, obtinuit. Sic in cæteris. Accipitur quoq; Pſalmus pro actione hac ſimilitudine, quia ſonus inſtrumento muſico, qui propriè pſalmus dicitur, per noſtram actionem fit, quando chordas digitis aut plectro percurimus, iuxta quod utrunque poteſt hic exponi titulus. Pſalmus, id eſt uerba ſequentia, quæ ſupernam uirtutem indicant, aut actio quę in ipſis uerbis notatur taliter, ſcilicet agere de paſsione, de regni obtentione, attribuitur nõ hiſtoriali, ſed uero Dauid, id eſt Chriſto qui uerè manu for-

no fortis eſt: quia diabolum alligauit, & ſpolia eius, id eſt Petrum & Paulum, & cæteros tales, quos ipſe in primo parente captiuauerat, ei abſtulit, & in ornamenta domus ſuæ diſtribuit, quando illis in eccleſiã translatis, alij gratiam linguarum, alij gratiã ſanitatum, alij tale aliquid dedit. Eſt quoque Chriſtus uerè uiſu deſiderabilis, cuius conſpectu reficiuntur angeli, & de quo dicitur: Cuius uultum deſiderat uniuerſa terra. &, Specioſus præ filijs hominum. Quod etiam de humanitate eius poteſt dici. Nihil enim in ipſo etiam ſecundum carnem fuit, quod uerè non reficeret, & quod uerè amplexandum non ſit, quia & totus à peccatis immunis fuit, & omni uirtute abundauit. quod de nullo alio poteſt dici. Cõtinuatur autem hic pſalmus ſuperiori, ſi in uoce capitis ille legatur tranſmutatione de tertia perſona in primam facta, ut ſæpè fit, ſic: Ego per quem proſperabuntur, & in dictis & in factis omnes imitatores mei adſum, uocando, iuſtificando, magnificando, & omnia bona faciendo. Quare ergo gentes contra me fremebunt. Si uerò in uoce prophetæ ſuperior pſalmus legatur, ſic cõtinuabitur: Ego de quo propheta meus tot & tanta prædixit, ſcilicet quod nec cogitatione abirem, ſed in lege eius totus eſſem, &c. adſum omnis bona omnibus conferre paratus. Quare ergo gentes, id eſt, gentiles in paſſione contra me fremebunt, & populi, id eſt, Iudæi quare contra me inania meditabuntur. Quaſi dicat: Ob uilem, immò ob nullam cauſam hoc fecerunt. Gentes, milites Pilati dicit, qui & Romani & gentiles erant. & qui Dominum lingua, Iudæi manibus crucifixerunt. Qui nihil aliud cauſæ in ipſum habuerunt, niſi quod Iudæi Chriſtum accuſantes, quia ſe regem diceret, dixerunt: Omnis qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Quæ cauſa nulla fuit. Nam audierant & Iudæi & gentes tale quid ab eo, per quod intelligere poſſent, quem regem Chriſtus ſe diceret, cum dixiſſet: Reddite quæ ſunt Cęſaris, Cęſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Populos, id eſt, Iudæos dupliciter meditari inania dicit: uel quia non aduertunt quam ſalutifer ſit eius aduentus, ſed expectant Meſsiam adhuc uenturum, quod inane fuit, quia iam uenit. quod quidam in euangelio manifeſte comprobat, qui ipſum uidẽs dixit: Verè aut duo ſunt, aut hic eſt. Et quia putauerunt, quod non amitterẽt locum & gentem, ſi ipſum interficerent, neq; mundus poſt ipſum iret. Quod inane fuit, ut ſupra dictum eſt. Vel quod putauerunt ſe non crucifigere Ieſum cum dixerunt, Nobis non licet quenquam interficere: quod inane fuit, linguæ enim eorum gladius acutus.

Aſtiterunt reges terræ.] Non ſolum minores in me & meos fremebunt, ſed etiam ſuperiores: quia reges terræ, id eſt, inhiantes terrenis, & cœleſtia non attendentes, aſtabunt, id eſt, ad ſe ſtabunt, & cõſentientes erũt in perſecutione mea, id eſt, meorum & principes, id eſt, tyranni regibus inferiores, conueniunt in hoc unum, ut ſint aduerſus Dominum, id eſt Deum patrẽ. & hoc ideo, quia erunt aduerſum me Chriſtum eius, me & meos perſequentes. Vnde dictum eſt: Qui non honorificat filium, non honorificat patrem. Ipſi dico omnes & inferiores & ſuperiores, dicentes contra me & meos.

Diſrumpamus uincula.] Id eſt inſtituta eorum, ne nos alliget Chriſtiana religio, & proijciamus à nobis iugum, id eſt dominiũ ipſius prælationis Chriſti & ſuorũ. Quaſi enim quoddam iugum & dominium prælati eccleſiæ in ſubditos, quos aſtruunt, habere uidentur. De quo iugo dictum eſt. Iugum enim meum ſuaue eſt, & reliqua. Quantum ad paſsionem Chriſti, accipe ſuperius reges gentium, Herodem primum, qui inter pueros uoluit interficere Ieſum. & Herodẽ ſecundum nepotem eius, qui etiam in interfectione conſenſit. De quo in paſsione Chriſti legitur: Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in die illa. Principes uerò item, quantum ad Chriſtum, prælatos Iudæorum accipe, Pilatum ſcilicet, Annam Caipham. Carebant enim tunc Iudæi rege, iuxta illud: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & reliqua. Quantum uerò ad membra Chriſti, rege Neronem & ſibi conſimiles: principes uerò quoslibet tyrannos, inferiores regibus, perſecutores ſanctorum accipe. Poteſt & aliter, Dirumpamus uincula eorum legi, ut ſit exhortatio Chriſti ad membra ſua contra perſecutores. Quaſi dicat: Ipſi & ſuperiores & inferiores conuenient cõtra nos deceptionibus & perſecutionibus ſuis, ad ſe retrahere: nos autem dirũpamus uincula, id eſt blanditias eorum, quibus uoluerunt nos flectere, cõtemnamus & iugum ipſorum, id eſt, minas & tribulationes, quas nobis inferent, proijciamus, id eſt negligamus.

Qui habitat in cœlis.] Iuxta proximè dictam ſententiam ſic continuabis: Ideo proijciamus iugum ipſorum, non acquieſcentes, ut à fide nos detrahant: quia Dominus irridebit eos, id eſt, quandoq; ad eandem fidem perducet eos. Iuxta primam uerò ſententiam ſic continuatur: Stabunt quidem reges & principes contra nos, ſed nihil proficient: quia ille qui eſt habitator cœlorum, id eſt iuſtarum animarum, Dominus ſcilicet pater, irridebit, id eſt irriſibiles, quantum ad priorem ſtatum faciet eos, cum etiam in paſsione quoſdã ex ipſis aſſumet: ut latronem, & illum qui dixit, Verè filius Dei erat iſte: & centurionem, de quo legitur in paſsione, & alios plures, faciendo ut qui prius uidebãtur præeſſe, poſtea gaudeant ſubeſſe: & qui fuerãt inimici, fiant amici. quod quantum ad illorum primam ſtultitiam, erit quaſi irriſio. Et quos hic non irridebit, aſſumendo ſubſannabit, id eſt dignos ſubſannatione, id eſt, contemptui faciet in futuro. Vel poteſt eſſe repetitio in præſenti ad exaggerandam ignorantiam. iuxta quod propriè poterunt accipi ſubſannatio & irriſio. Eſt enim irriſio propriè in dictis ignominia: ſubſannatio uerò cõtemptus ille, qui narium corrugatione ſit notatur. Erit ergo quaſi dicatur: Tale quid eos facere faciet, quod & irriſibile erit in dictis & in geſtu corporis. Cæli congruè dicuntur iuſtorum animę. Dicit enim Salomon, quòd anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Conſtat quoq; quòd ſapientia Deus eſt. Cum igitur Dei ſedes cœlum eſt, iuxta quod ipſe dicit, Cœlum mihi eſt ſedes, terra autem ſcabellum pedum meorum: ualde congruum eſt, quod ſi anima Dei ſedes eſt, ut Salomon cõprobat, anima quoq; dicatur tẽplũ.

Tunc loquetur.] Verè ſubſannabit eos in futuro, quia loquetur ad eos in ira ſua, id eſt, irreflexibili & irreuocabili, tunc quando manifeſta erit eius ira, quæ nũc eſt occulta, ſcilicet cum exprobrabit eis dicens. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, & reliqua. Et conturbabit eos, id eſt, & conturbatos & cõfuſos reddet eos in furore ſuo, cum dicet in ſeueriſsima ſententia: Ite maledicti in ignem æternum. Sciendum quòd ira non eſt accipienda motus aliquis in Deo, ſicut in homine. In homine enim propriè ira eſt motus animæ diligentis legem, contra animam non diligentem legem. Reliqui enim motus irrationabiles, ſunt non iræ dicendi ſunt. Hac autem ira ſæpè apud homines plura bene iudicantur. Vnde ad hanc ſimilitudinẽ dicitur ira in Deo uis illa, qua iuſtiſsimè uindicat ſubiectam creaturam, non cum motu, ſed cum tranquillitate. Dicit enim Salomon de Deo: Domine Deus ſabeoth, tu iudicas omnia cum tranquillitate, & iuſtiſsime diſponis. Dicitur tamen hæc uis cum tranquillitate ira in Deo, quantum ad illos qui patiuntur: quia ipſis Deus motus eſſe uidetur. Eſt autem ira Dei duplex: una præſens & occulta, altera manifeſta & futura. Occulta & præſens eſt, quando praua mens hominis in hac uita datur inter interiores tenebras, id eſt, deprimitur cæcitate. De qua dictum eſt: Cęterum neſcit ſe puniri impius, niſi cum luit nolens, quod perpetrauit uolens. Manifeſta autem in futuro erit, quando mali in tenebras exteriores, id eſt, in gehennam ignis manifeſtè & irrecuperabiliter dabuntur. quod utrum

que in libro notatur. Per tunc enim manifeſte ira dicitur, per ſua irreflexibilia. Quicquid enim apud Deum ſemel damnatur, æternaliter damnatur. Vnde meritò in præſenti locus tantum miſericordiæ eſſe dicitur. Nullus enim in futuro miſericordiam aſſequetur niſi qui promeruerit hic eam.

Ego autem con.] Hic aperte de regni obtentione loqui incipit. Quaſi dicat: Gentes & populi & principes contra patrem ſtabunt, & contra me uolentes me deprimere & deſtruere, & per me patrem. Ego autē exaltabor, quia ita certus ſum quod conſtituet rex ab eo, id eſt, a Domino patre, quaſi iam conſtitutus ſim rex. & hoc ſuper ſanctum montem eius, qui eſt Syon, id eſt, ſuper eccleſiam, ad hoc ut prædicem ipſi Syon præceptū & uoluntatem eius, id eſt patris. Syon mōs quidam altus eſt, olim poſitus intra Hieruſalē, unde à lōge ſolebāt aſpicere & prævidere hoſtes, uel quos libet aduenientes, & interpretatur ſpecula. Vnde tū propter ſignificationem, tum propter interpretationem rectè hoc nomen Sion cōuenit eccleſię, id eſt fidelibus, quia & alti ſunt eminētia uirtutum, & firmi fundamento: id eſt, ſtabilitate fidei, ſicut mons & altus & firmus eſt: & inſpicere debent quæ à longe ſunt, id eſt futura, non præſentia: anteriora, non poſteriora ſicut à Sion longè poſita inſpiciebantur. De his enim dicit Apoſtolus: Nos autem reuelata ſpecie ſpeculamur gratiam Dei.

Dominus dixit ad me filius.] Quaſi dicat: Quorſum hoc dico, quod rex conſtitutus ſim. Ideo ſcilicet hoc dico, quia Dominus pater præcepit mihi ut incarnarer, & ipſa mihi gentes traderet, ut excolerem eas tanquam hæreditatem. Quod ſic in libro habetur: Dominus pater dixit mihi uerbo ſuo, quod in quantū ei æqualis eram, nihil ab eo poſtulare poteram.

Poſtula à me.] Id eſt, fac te talem, qui poſſis poſtulare, id eſt, humanam naturam aſſume. Ego dabo tibi gētes hæreditatem: id eſt, ut eas excolas tua doctrina, & ipſæ te bonis moribus paſcant. Sicut enim aliquis hæreditatem excolit, & ipſa eum paſcit: ita gentes dicuntur hæreditas Chriſti, quas ipſe excolit prędicatione, & cuius bonis ipſe paſcitur, id eſt, delectatur. Vnde alibi dicit: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem patris mei. Et non paucas gentes tibi dabo, ſed etiam terminos terræ, id eſt, gētes, quæ ſitæ ſunt in extremis terræ, dabo tibi in poſſeſsionem. Poſſeſsionem & hæreditatem dico tuam, id eſt ad te pertinentem: quia tu es filius meus, non adoptiuus, ſed proprius: quia ego genui te, non temporaliter, ſed hodie, id eſt in æternitate. Licet per nulla uocum quas habemus, propriè loqui de Deo poſsimus, tamen quę præſens tempus ſignificant, ut hodie propius ad loquendum de diuina eſſentia, cui omnia præſentia ſunt, accedunt. Propter hodie quod ad notandum eius ęternitatem, quæ tota ſimul præſens eſt poſitum eſt.

Terminos terræ aliter accipere poſſumus, ſcilicet ſolos perfectos, qui uera poſſeſsio Dei dicuntur: quia adeo ſe à terrenis elongauerunt, quod nihil in eis retinuerūt, niſi quantum ad ſupplendam neceſsitatem uix ſufficit.

Reges eos in uirga ferrea.] Ideo dabo tibi gentes in hęreditatem tuam, quia tu eris dignus hæres: quia ſcilicet tu reges eos in uirga, id eſt in iuſtitia, quæ propter rectitudinem ſignificatur à uirga ferrea, id eſt, irreflexibili. Quicquid enim apud Deum ſemel iuſtum uel iniuſtum eſt, ſemper eſt iuſtum uel iniuſtum. Et ideo iuſtitia eius irreflexibilis eſt, non commutabilis ut iuſtitia hominum. Et confringes eos exiſtentes tanquā uas figuli, id eſt, conteres in eis carnales concupiſcentias, & luxuleta negocia ueteris hominis, & quicquid à uetere limo inolerum eſt atque contractum. Deus quaſi noſter figulus eſt, quia nos facit, & nos ſumus ſicut figuli: quia ſicut figulus poſtquam aliquid in uaſe præter libitum ſuum fit, ut in melius mutet confringit, ita Deus correctione & admonitione ſua, quod præter eius creationem ex uitijs nobis adhæſit, confringit, & in melius reſtituit.

Et nunc reges intelligite.] Hic exhortatio capitis incipit ad fideles, ut compatientes ſint, & ex nimia familiaritate & benigna affectione ad eos conuertitur. Quaſi dicat: Deus pater ſubijciet uos mihi, & in hæreditatem dabit, & uos per hanc ſubiectionem, & per hoc ſeruitium nunc facti reges, uos ipſos ſcilicet & alios regentes. Vnde alibi dicit: Quia Deo ſeruire, regnare eſt. Intelligite, id eſt, intelligenter agite, ſcilicet quid uos qui ſerui eſtis, Domino debeatis conſiderate. Quia enim dignior intellectus, quàm ſcire quid creatura creatori, quid ſeruus Domino, quid homo debeat Deo? Nullus ſcit. Et uos qui iudicatis terram, id eſt, qui poteſtatem habetis iudicare terrenitatem, id eſt, damnare in uobis, & in alijs quæ damnanda ſunt. Erudimini, id eſt eruditionem, id eſt flagella Dei aſſumite. De quibus dictum eſt, Flagellat pater filium quem diligit.

Seruite Domino.] Exponit quid per intelligere accipiat. Et ideo poſuit Seruite, ne ſuperbirēt, quia reges eos dixit. Quaſi dicat: Licet uos reges uocauerim, tamen ſeruite Domino ut ſerui, quod intelligitur agere eſt, & hoc non in elatione, ſed in timore: & hoc nō in timore ſeruili, ſed exultate, id eſt, hoc exultanter agite. Et ne hanc exultationem uerterent ad effuſionē temeritatis, & non ad cuſtodiam ſanctitatis, ſubdit: Cum tremore, & pertinet timor ad animum, tremor ad corpus.

Apprehendite diſciplinam eius.] Rurſus exponit quid ſit erudiri. Quaſi dicat: Si uultis ſcire quid ſit erudiri, apprehendite, id eſt, deſiderate capere etiam fugientem diſciplinam, id eſt flagella patris ueſtri, quibus diſciplinati & probati efficiemini. Quam debeatis apprehendere, non ſolum ut futuras pœnas effugiatis, quæ ualde timendæ ſunt, ſed etiam amore iuſtitiæ. Quod ſic dicit, Ne quando, id eſt, ut aliquando Dominus pater nō iraſcatur uobis: id eſt, per uim illam qua iuſtiſsimè uindicat in ſubiectam creaturam, det uos in interiores tenebras id eſt in cæcitatem mentis. Et ſic pereatis de uia iuſta: id eſt, per mentis cæcitatem recedatis à iuſtitia. Quod quàm graue ſit, nouit ille, qui perſenſit quanta dulcedo ſit iniuſtitia.

Cum exarſerit.] Illud apponit, ne parum uideretur perire à iuſtitia. Quaſi dicat: Valde graue eſt perire uel deficere à iuſtitia Domini: quia cum ira eius, id eſt, cum uis illa qua iuſtiſsimè uindicat, quæ nūc occultè ardet in illis, quos in præſenti dat in interiores tenebras, id eſt in cæcitatem mentis. Cum illa inquam exarſerit, id eſt manifeſtè arſerit, dando illos eoſdem in tenebras exteriores, id eſt, in gehennam: deberet dicere æternaliter damnati ſunt, uel ſi quid peius poſſet: ſed ut aggrauet illud, contrarium ponit, ſcilicet quia beati erunt omnes qui confidunt in eo, id eſt, in Domino. Vnde conſequitur quod infelices ſunt, qui non confidunt in eo. Confidere in Domino dicūtur, qui talia iam fecerunt, aut adhuc facient propter quæ æquum ſit eos remunerari à Domino.

IN PSALMVM III. ARGVMENTVM.

POteſt Ezechiæ conuenire, qui circumdatus Aſſyrio exercitu Dominū inuocauerit. Aliter uox Chriſti ad patrem de Iudæis.

PSAL

PSALMVS DAVID, CVM fugeret à facie Abſalon filij ſui.

EXPLANATIO.

DAuid Chriſtum accipe, Abeſſalon Iudam Scariothen, à cuius facie Chriſtus fugit: uel corporaliter in montem Oliueti recedendo, uel ſpiritaliter ſuæ cognitionis & dilectionis lumen abſcondendo. & bene propter ſacramenti concordiam uterque perſecutor uno ſuſpendij tormento perijt. Notãdum autem, hunc Pſalmum poſt quinquageſimum, & multos alios qui ad Sauli inſidias pertinent, fuiſſe cantatum: ſed certe myſterij gratia præpoſitum, quia & his qui de triduana reſurrectione memorat, tertius poni: & ille qui quinquageſimus debuit, qui remiſsionis & pœnitentiæ fructus oſtendit. Totus hic pſalmus ad perſonam Chriſti aptatur. primo modo ad patrem loquitur, perſecutoribus exprobrans qui irreligioſa contra ipſum uerba loquebantur: ſecundo loco fidelis populus ne mortem formidet inſtruitur, quando eum exemplo auctoris ſui ſpe reſurrectionis certiſsimè conſolatur.

EXPLANATIO.

D*Omine quid multiplicati ſunt.*] Iſte Pſalmus ſic intitulatur, Pſalmus Dauid, cum fugeret à facie Abſalon filij ſui. Legitur in hiſtoria in libro Regum, quod poſt perpetratum adulterium & homicidium Vriæ à Dauid, eum ipſe Dauid nondum regnaret ſuper totum Iſraelem, ſed in Iudæa tantum. Abſalon filius eius, quia Amonẽ fratrem ſuum cauſa Thamar ſororis ſuæ, quam ille cõmaculauerat, interfecit gratiam patris Dauid, ſcilicet amiſit. Poſtea uero per Ioab reſtitutus in gratiam patris, currus & equites ſibi comparauit undiq;, atq; paulatim cœpit affectare regnum patris, quouſq; tandem apertè regem ſe fecit clamari, atq; patrem de regno fugauit. Quo facto uiri Iuda, qui cum patre erant, tandẽ collecti ſunt, ut contra Iſraelem, quem ille coadunauerat, pugnarent. Et cum egrederentur ad pugnam, pater ſtans in porta ciuitatis, diligenter ſingulos rogauit, ut Abſalonem puerum, quem diligebat ſeruarent ſibi. Poſtquam uero exercitus cõgreſsi ſunt, poſt paulo fugit exercitus Abſalonis. Cumq; ipſe etiam fugeret, Abſalon tranſiliens ſubter quandam frondoſam quercum, quia crinitus erat, inter denſos ramos capillis hæſit, atq; mula quam equitauit, fugiente pependit. Quod uidens quidam miles patris, Ioab principi militię nunciauit, atq; Ioab iubente rediens, necis uulnere illum perforauit. Quod audiens Dauid incredibili fletu, ut hiſtoria refert, mortem eius deplorauit. Ex hiſtoria hac ſumptus eſt iſte pſalmus in perſecutione eadem à Dauid compoſitus, non quod hiſtorice agat de hiſtorialis Dauid perſecutione, ſed quòd myſticè agat de ſpiritualis Dauid à Iuda filio ſuo illata perſecutione. Eſt enim per illum hiſtorialem Dauid ſpiritualis Dauid, id eſt, Chriſtus intelligẽdus. Per Abſalonem filium eius Iudas ſpiritalis filius iſtius. Qui recte poteſt dici filius, iuxta illud: Non poſſunt filij ſponſi lugere, quàm diu cũ ipſis eſt ſponſus. Quod de Apoſtolis dictũ eſt. Per hoc uero quod ille hiſtorialis Dauid fugatus à filio ſuo fugit à facie illius, fuga huius ſpiritalis Dauid accipienda eſt, qui à facie filij ſui perſequentis Iudæ fugit, & hiſtorialiter & myſticè. Hiſtorialiter, cũ in nocte, qua traditus eſt Iuda ad Iudæos abeunte, ipſe cum diſcipulis in montem receſſit, ubi ſolus orauit. Myſticè uero ab ipſo fugit cum uirtus & ſapientia Dei mentem eius deſeruit. Fugit cum mẽtem eius illuſtrare deſtitit, & cum poſt buccellam panis in cœna receptam indignè, ſatanas mẽtem eius peruaſit. Per ſuſpenſionem quoq; Abſalonis, ſuſpenſio Iudæ intelligenda eſt. Quem cœlo & terræ peroſum, nec cœlum nec terra retinuit, ſed inter utrumq; proprio ſuſpẽdio dignum factis exitium pertulit. Per hoc uero quod hiſtorialis Dauid perſecutionem filio, illo defuncto euaſit: intelligitur, quod Chriſtus perdito Iuda traditore ſuo, omnem tribulationem & anguſtiam euaſit, cum poſt paſsionem ſuam clarificatus eſt, reſurrectione, aſcenſione, ad patris dexteram conſeſsione. Interpretatur autẽ Abſalõ, pax patris: quod ualde mirum, & ſecundum hiſtoriam & ſecũdum myſterium poteſt uideri, cum & hiſtorialis Abſalon ſuũ patrem tanto ſtudio perſecutus ſit, & cum myſticus Abſalon, id eſt, Iudas ſpiritualem patrem tanta ſeuitia exacerbauerit. Sed alicui diligentius perſcrutanti, nõ uidebitur mirum. Pax patris enim non refertur ad filios, ſed ad patres. & bene cum hiſtorialem patrem Dauid tantam habuiſſe pacem in filium Abſalonem, licet perſequentem legatur, quod exercitũ egredientem ad prælium quaſi uiritim de cura eius rogauit, & mortem eius tanta affectione defleuit, ut diceret, Abſalon fili mi, & reliqua. Inuenietur quoq; ſpiritalis Dauid immẽſam in Iudam habuiſſe pacem traditorẽ, cum & eius nefanda conſilia cognoſcens, eius pręſentiam pertulit, nec à ſacratiſsima cœna, in qua figuram ſacroſancti corporis ſanguinisq; ſui diſcipulis tradidit, ipſumq; excluſit, atq; pacis oſculum illi tradenti ſe non negauit, cum tamen celeritate cogitationis interno bello nequam ille uaſtaretur. Suprà dictus ſic exponitur titulus. Pſalmus, id eſt ſequẽtia uerba quæ pſalmus dicuntur, quia ſupernam nobis ad ſimilitudinem muſici inſtrumenti indicant uirtutem, illa inquã uerba cum intellectu ſuo & propria ſignificatione, attribuuntur Dauid, nõ hiſtoriali, ſed uero: uerba dico, facta & ſignificata talem intellectum apud nos habitura, qualem & tunc, quantum ad ſpiritum ſanctum, cui omnia præſentia ſunt, habuerunt, ſcilicet de perſecutione, quam Chriſtus à Iuda filio ſuo erat paſſurus, ſignificata inquam tunc, cum hiſtorialis Dauid fugeret à facie filij ſui perſequentis eum hiſtorialiter. Sciendum quod hic pſalmus ſuperiori debet continuari, tum quia capitis uox eſt, ſicut & ſuperior, tum quia loquitur de eadem re. Agit enim de Chriſti perſecutione, & eius clarificatione, quod idem ualet quod & paſsio Chriſti, & regni obtentio, unde ille locutus eſt: tum etiam quia eandem intentionem quam ille in maiori parte habet. Sicut enim ſuperius pſalmi intentio fuit, hortari nos ad compaſsionem, ut perueniremus etiam ad conglorificationem, ita & huius eſt eadem. ſed in hoc tamen differt, quia ibi ſimpliciter hortatus eſt ad quamcunq; compaſsionem: hic autẽ in tantum aggrauat, quia hortatur nos ut non deficiamus in paſsione, quantacunq; perſecutio immineat, etiamſi multa milia perſecutorum nos circumuenient. & hoc ad exemplum capitis noſtri, in quem tam uehemens & tanta facta eſt perſecutio, ut non deeſſet de numero diſcipulorum quidam uel etiam multi addit numero perſecutorum. Poteſt enim coniectari, quod non ſolum Iudas traditor, de diſcipulis Chriſti in eius perſecutione de ſe defecerit, ſed quod etiam adhuc quidam alij ex illis prius Dominum ſequentibus & in eum credentibus in eadem forte perſecutione conſenſerint. de quibus legitur: Et ſcandalizati ſemet abierunt retrorſum illi ſeptuagintaduo. Cõtinuatur autem ſic: Ego de quo tot & tanta prædicta ſunt adſum, omnia bona omnibus cõferre paratus, omnibusq; mederi uolens. Vnde benignè ab omnibus ſuſcipi, & à nullo deberem perſequi. Perſecutores autem tam ex Iudæis quam ex gentibus, tam maiores quam minores, tam mei quàm alieni tãto ſtudio coaceruati fremebunt contra me, ut non deſit in numero diſcipulorum, qui adderetur numero perſecutorum. Sed ò Domine pater propter quod in tantum multiplicabun-

plicabuntur tribulantes me? Quaſi dicat: Ad magnã gloriam meam, & ad immenſam confuſionem ipſorum patiens hoc fieri. hæc omnia quãrum ad prophetam, intelligenda ſunt de futuro, ſicut & ſuperiora. Verè multi erunt tribulantes me. Nam multi inſurgunt, non pro me defendendo quod debent, ſed aduerſum me: id eſt, contra me, & pro ſe, id eſt, pro loco & gẽte.

Multi dicunt animæ meæ.] Verè multi erũt contra me, quia multi ad damnationem animæ meæ, id eſt, uitæ meæ, ſcilicet ut interficiant me, dicent inquam de me loquentes, Non eſt ſalus in Deo eius. Quaſi dicat: Hũc Chriſtum non ſaluabit Deus ille, in quem ipſe confidit, ut reſuſcitet illum. Dixerat Chriſtus ante paſſionem in pluribus ſermonibus Deum patrem à mortuis eum ſuſcitaturum. Et cum de ſe loquens dixit: Tradetur gentibus ad illudendum. Et item: Soluite templum hoc, & reliqua. & multa talia. Quod Iudæi non credentes, & ideo in morte penitus damnare eum putantes: quod uerè facerent, ſi nõ reſurgeret, ipſum crucifixerunt. Si enim reſurrecturum ſperarent, nunquã ad reſurrectionis gloriam crucifigendo perducerent.

Tu autem Domine.] Ipſi dicent, quia tu non ſaluabis, me ſuſcitando, ſed tu manifeſtum habes Domine petermentiri eos. quia ſicut ſuſcepiſti me hominem ſine dolore natum, ſine carnali delectatione conceptũ, è uirginis utero per uerbum tuum mihi adiunctum, ita ſuſcipies me de ſepulchro reſuſcitando me. & ita certus ſum quòd uere ſuſcipies me, quaſi iam ſuſceptor meus ſis: quod ideo confido, quia cum ego mihi ignominia, nihil ex me niſi opprobrium uicij habens, tu es gloria me faciendo immunem à peccatis. Et eris exaltans caput meum: id eſt, mentem ſiue ſpiritum meum in paſſione, ut nequaquẽ ipſam abhorreat, ſed hilariter atq; cupide eam ſuſcipiat. Vnde dictũ eſt: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Caput accipitur pro mente pluribus in locis ſacræ ſcripturæ. Vt ibi dicitur: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Et item: Hoc faciens, congeres carbones ſuper caput eius. Poteſt quod in Apoſtolo legitur, huc applicari, ſcilicet quòd caput mulieris eſt uir, uiri uero caput Chriſtus. Per mulierem enim intelligitur uitalitas, uel ſenſualitas deſignatur: per uirũ dignior pars mentis, ratio ſcilicet, quæ caput eſt uitalitatis: quia ipſam ſicut caput, cætera membra regit, quando ipſa ratio ita regitur à capite ſuo, id eſt, Chriſto, ut non deuiet in aliquo. Poteſt gloria mea & exaltans caput meum, aliter legi, ut dicatur: Ita ſuſcipies me de ſepulchro, ut ſis gloria mea, id eſt, glorifices me per immortalitatem, & per impaſsibilitatem, & poſt glorificationem ſis exaltans caput meum, id eſt, exaltes me, qui caput meorum ſum per conſeſsionẽ ad dexteram tuam.

Poteſt etiam ſuſceptor meus ſic exponi, Tu es ſuſceptor meus, id eſt, defenſor meus, id eſt, ſuſcepiſti cauſam meam ad agendum contra inimicos meos: tu dico gloria mea, id eſt, in quo ſolo mihi gloriandum eſt, & non in me. Vnde dictum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Et item: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque fortis in fortitudine, neque diues in diuitijs: ſed glorietur tantum ſcire me, & noſſe me, dicit Dominus. In hac ſententia exaltans caput non mutatur.

Voce mea ad Dominum clamaui.] Meritò ſuſcipies me glorificando & exaltando, quia ego in quantum potero, me idoneum ut ſuſcipiar, reddam. Quia ego clamabo non ad aurum, non ad argentum, ſed ad te Domine, ut à te ſuſcipiar, & te præmium habeam. Clamabo inquam & hac uoce, id eſt, non uoce exteriori, quæ ſtrepitu uerberati aeris fit, ſed uoce cordis. Quæ licet hominibus ſilet, Deo tamen clamor eſt, & qua non minus aliquid orãdo impetratur, licet nulla uox è corpore reddatur, ſi nullæ terrenæ cogitationes ab effectu orationis intercedant, ſed tota mentis affectio ad eum intendat. Dicitur autem hæc talis uox, id eſt, huiuſmodi mentis applicatio, propter uim ipſius affectionis clamor ad Dominum, quod nequaquam fruſtratur, ſed ſemper exauditur. Hac uoce clamat, qui corde clauſo ab omni affectione terrena tota mentis affectione non ad aliquid terrenum, ſed ad Deum aſpirat, ut ipſum præmium recipiat. Ille uerò non hac uoce clamat, qui magis terrena quàm Deum deſiderat, & ideo Deum non pro ſe ut ipſum præmium habeat, ſed pro ipſis terrenis poſtulat. Qui infelicior eſt cum exauditur, quàm ſi non exaudiretur. Quanto magis enim quæ deſiderat nocius commoda recipit hic, tanto grauioribus in futuro urgebitur incommodis. Vnde de uoce prædicta rectè dicitur: Tu cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Quid enim orando cubiculum intrare, & oſtium claudere aliud eſt, quàm ſe in mentem recipere, & oſtium, id eſt ſenſus, è terrenorum reſpectu remouere, & ſoli diuinæ contemplationi tota intentione uacare.

Et exaudiuit me.] Quia ego taliter clamabo, ideo ipſe Dominus pater exaudiet me, reſuſcitando me. Exaudiet dico de monte ſancto ſuo: id eſt, de memet ipſo, qui ſum ſanctus mons eius. Hoc dictum eſt de Chriſto, ſecundum quod duplex natura in eo eſt. In eo enim eſt & cui conueniat poſtulare, humana ſcilicet natura: & cui conueniat exaudire, diuina ſcilicet natura. Hominis enim eſt poſtulare, Dei autem exaudire. Dicitur autem ipſe Chriſtus mons, propter eminentiam uirtutum. Iuxta quod per prophetam dictum eſt de illo: Et erit in nouiſsimis diebus præparatus mons Domini, in uertice montium. Vel aliter: Exaudiuit me in reſurrectione de ſuo ſancto monte. uel aliter: Exaudiuit me de monte ſancto ſuo, id eſt propter iuſtitiam ſuam, ſiue meam, quæ mons propter eminentiam dicitur. iuxta illud: Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Iuſtum enim fuit, & quantum ad patrem qui uerè iuſtus eſt: & quantum ad filium eius Chriſtum, qui ſine cauſa morti traditus eſt, ut filium ipſum innocenter damnatum reſuſcitaret. Vel exaudiuit me in reſuſcitatione de ſuo ſancto monte, id eſt, propter humilitatem aſſumptæ carnis: quia ego eius præcepto ac uoluntati eius obediens aſſumpſi de Iudæis, qui propter legis eminentiam & ſacramenta multa quæ eis ſingulariter cõceſſa ſunt, mons Dei olim dicti ſunt, ad differentiam.

Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.] Oſtendit qua exauditione Deus pater ipſum exaudiuerit, hac ſcilicet, quia poteſtatem dedit mihi ponendi animam meam, & iterũ ſumendi eam. Quaſi dicat, Ego dormiui. Inſiſte uim pronominis. Nõ Iudæi ſcilicet perſequentes ad paſſionem coegerunt me, ſed ego propria ſponte mea dormiui, id eſt paſſionem ſubiui. Dormire enim propriè quies illa eſt, qui antecedit ſomnum: ſicut expergefieri propriè eſt poſt ſomnum, quando nec uigil penitus, nec ſopitus aliquis eſt: & ideo ponit dormitionem pro paſſione, quæ mortem anteceſsit: ſomnum uerò pro ipſa morte, cum dicit, Dormiui, id eſt, propria uoluntate paſſionem pertuli, & ſoporatus ſum, id eſt, ſoporem mortis poſt paſſionem adij. Et tamẽ poſt triduum à morte exurrexi, Ideo quia Dominus pater uel diuina natura ab inferis deſtructis rediens, ad reſumendũ propriam carnem ſuſcepit me, de ſepulchro ſcilicet reſuſcitando me. Vel quia Dominus pater ſuſcepit ad agendum cauſam meam, ut ſuprà dictum eſt.

Non timebo milia populi circundantis me.] Quia Dominus pater uel me ſuſcipiet de ſepulchro, uel cauſam ad agendum meam, ideo non timebo ego milia tumultuantis populi, circundantis me in paſsione mea, non ad imitandum, ſed ad inſultandum. Legitur enim quod crucifixo Domino multa milia hominum,

qui

qui pro feſtiuitate peſcheli conoenerent Hieroſolymam, exierunt ed eum cantum cauſa ſpectaauli, aut etiem inſultationis cauſa, uel deriſionis: pauci uerò cauſe com miſerationis: boni ſcilicat, qui numero pauci & occulri erant. Vnde dictum aſt: Circumſpexi, & non erat qui me ediouaret. Et item: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus noo eſt uir mecum.

Exurge Domine, ſaluum me fac Deus meus. Quoniam tu percuſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriuiſti.] Hic orat capot pro membris, id eſt, pro fidelibus, ut tanto magis exhortetur eos, ut hic aompariantur, & tandem conglorificentur. Quaſi dicat: Tu Domine pater, qui facis me non timere innumerabiles perſecutores meos, exurge etiam in meis, id eſt, exurgere fac meos, quia tunc ſalui erunt. Vnde dictum eſt: Quicunque perſeueraneerit uſque in finem, ſaluus erit. Et debes exurgere in meis, quia tu qui omnium Deus es poteſtate, meus Deus es, id eſt, meorum ea uoluntate: ipſi non Iouem, non Apollinem, ſed te ſolum Deum ſuum aſſe uolunt. Exurge dicitur, Domino non dormienti, uel recumbenti: ſed quis noe torpentes carnis fragilitate exurgere fecit enimi corroboratione. Eſt enim mos diuinæ ſcripturæ, Deo quæ in nobis facit attribuere. Vnde dicit Apoſtolus: An uultis experimentum eius, qoi in me loquitur Chriſtus? Loquitur ponit, pro, loqui facit. & alibi dicitor, Spiritus poſtulat pro nobis, id eſt, poſtulantes nos facit.

Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua.] Ideo debes eos qui te Deum ſuum faciunt, ſaluare ó pater, quia ipſi ſunt ſerui tui, & tu es Dominus eorũ: & ad dominum pertinet, ut ſeruum qui ſe ſaluare nõ poteſt, ſaluet. Vnde dictum eſt: Non ſibi, ſed Domino grauis aſt, quæ ſeruit egeſtas. Et quia tuum ſaluare eſt illos, inde benedictio non quælibet, ſed tua, id eſt ad te pertinens, ſcilicet incremẽtum uirtutum, quod à te tantum ſuſcipitur, ſit ſuper populum tuum. id aſt ſuper illos qui ſe faciunt non ſuum populum, ſed tuũ, quærentes ſcilicet nõ quæ ſua ſunt, ſed quæ tua ſunt. Benedictio Dei accipitur propriè pro augmento uirtutum. Iuxta illud: Benedicat noa Dominus Deus noſter, &c. Sicut econtrà maledictio eius accipitur pro diminutione uirtutum.

Quoniam tu percuſiſti omnes aduerſantes mihi.] Probatio præmiſſa à contrario, quod uerè Deus benedicet populo ſuo, quia maledicet econtrà populo non ſuo. Quod ſic dicit: Tu Domine pater non ſolum percuties omnes aduerſantes mihi tam in me quàm in meis, dando eos cum principe ſuo diabolo in gehennam in die iudicij, ſed etiam iam percuſsiſti eos percuſsione interiori, ſcilicet dando eis cæcitatem mentis. Et merito, quia ſine cauſa aduerſantur & mihi & meis: & quia ſine cauſa aduerſantur mihi, ideo contriuiſti, id eſt, debilitaſti & ineſſicaces feciſti dentes eorum, quia peccatores erant: ſicut econtrariò exacuiſti dentes bonorum, uel non tantum ipſorum, ſed omnium etiam peccatorum. Quæ ſententia locum habebit, ſi ſpecialiter aduerſantes Chriſto, perſequentes eum in paſsione accipiamus. Dentes alij bonorum, alij malorum. Dentes malorum ſunt diſſueſoria uerba, Chriſto & fidelibus detrahentia. Quibus ſæpè quoſdam minus cautos de corpore Chriſti, id eſt, de eccleſia uelut dentibus ueris aliquid minuitur, præciduor, & cũ membra ſua in corpore diaboli eos faciunt. Dentes quoq; malorum, dicuntur prælati iniquitatis, qui & minis ſuis & auctoritate ſui exampli ſæpè quoſdam Chriſto detrahunt, & diabolo coniungunt. De his me lis dentibus meminit Apoſtolus dicens: Videte ne inuicem mordeatis, ne ab inuicem conſumamini. Dentes uero bonorum, ſunt & perſuaſorie uerba & dulcia doctrinæ bonorum, quibus tanquam partes de corpore diaboli auferunt, cum infideles quoslibet conuertunt. Et etiam ſancti eccleſiæ prælati, qui quod uerbo docent, opere complentes tum doctrinatum exemplo bonæ uitæ plures diabolo ſubtrahunt, & Chriſto coniungunt. De quibus in Canticis dictum eſt in uoce Chriſti ad eccleſiam: Dentes tui ſicut greges detonſarum aſcedentium de lauacro, quæ omnes gemellos pariunt, & nõ eſt ſterilis in eis. Quod ſic exponitur: Perfecti in eccleſia qui dentes dicuntur, qui & ſana doctrine ſua & bonæ uitæ exemplo corpus diaboli conterunt. Ipſi auferentes pluras, quos in uiſcere eccleſiæ transfundunt, ſunt ſimiles gregibus detonſarum ouium: quia ſicut oues detonſæ onus uelleris deponunt, ita ipſi ſarcinem terrenarum curarum ebiecerunt. Et ſunt aſcendentes de lauacro, quia à peccatorum ſordibus in baptiſmo mundati ſunt. Et omnes pariunt gemellos fœtus, quia duo præcepta quibus omnis lex & prophetæ continentur, fructum ſuũ exequantes ae ope faciunt, ita quod inter eos nullus eſt ſterilis, id eſt uacans à fructu bonorum operum. Poteſt quoque hic Pſalmus in perſona capitis lectus, legi totus in uoce eccleſiæ. Quæ eccleſie inter ſæuientes procellas tribulationum loquatur ad Dominum Deum ſuum, oſtendendo quod nõ debeat deficere in tribulationibus, cum & ad glorificationem ſuam augendam ſibi datæ ſint, & ipſum habeat conſolatorem & adiutorem ſuum, qui ipſam ab omni anguſtia ſua liberabit, intendens membra ſua hortari per hoc, ut conſtantem in tribulationibus patientiam habeant. Quaſi dicat: Domine propter quid ubique terrarum multiplicati ſunt qui tribulant me. Nónne ad magnum perfectionis meæ cumulum hoc tua permiſsione factum eſt? Verè eſt. Quapropter non deberent me deterrere.

Multi inſurgunt.] Verè multiplices ſunt tribulantes, quia multi inſurgunt aduerſum me, uolentes Chriſtianum nomen delere: & dicunt illi multi ad damnationem animæ meæ, id eſt, ut me à fide deuocent. Quod ſi perficerent, uerè damnaretur anima mea, dicunt inquam de me inter ſe unus alteri: Perſequamur hanc eccleſiam, quia non eſt ſalus ipſi poſita in Deo eius: id eſt Deus ille quem ſe adiutorem habere confidit, non ſaluabit eam defendendo ipſam. Nequaquã enim perſecutores populantem eccleſiam deſtruere niterentur, ſi Deum de prouectu eius et q; ſalute curare putarent.

Tu autem Domine.] Dicunt quidem perſecutores mei, ó Domine, quòd tu non ſaluabis me, ſed mentiuntur: quia tu es ſuſceptor meus, id eſt, uerbo tuo incarnato ſuſcepiſti naturam meam, ut me ſaluares, uel ſuſcepiſti cauſam meam agendam, tu dico gloria mea, id aſt, in quo ſolo non in me, qui ſum mihi ignominia, eſt mihi gloriandum: uel futurus gloria mea, quia glorificabis me confeſsione: quod inde ſcio, quia iam exaltaſti illum, qui eſt caput meum, id eſt, Chriſtum confeſsione, qui me tribuet eandem gloriam, ubi ipſe eſt.

Voce mea ad Dominum.] Iſtud non mutatur. Accipitur enim clamare hic ſicut ſuperius expoſuimus. Mõs quoq; ſanctus Chriſtus hic dicitur, de quo dictum eſt: Erit in nouiſsimis diebus, &c.

Ego dormiui.] Verè exaudiuit me Dominus, quia exurrexi: de morte uitiorum ſurrexi, non per me, ſed quia Dominus, uerbum ſcilicet patris ſuſcepit me, id eſt naturam meam, uel ſuſcepit cauſam meam agendam. Quod neceſſe fuit ut reſurgeram: quia ego dormiui, oppreſſa leuioribus peccatis uenialib. ſcilicet.

Et ſoporatus ſum.] Id aſt, criminalium peccatorum ſoporem paſſa ſum. A quibus per me exurgere nullo modo potarem. De hac exurrectione dictum eſt: Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit tibi Deus.

Non timebunt milia populi.] Quia Dominus ſuſcipiẽdo exurgere me à morte uitiorum fecit, ideo non timebo ego milia perſecutorum meorum. Et ut timeã, exurge Deus, id aſt, qui hactenus iacuiſti paucis tantum notus. Vnde dictum eſt: Notus in Iudæa Deus.

Exurge modo in multorum noticia, ut & perſecutores mei te cognoſcât: & ſic ſaluum me fac, ipſos à pecſecurione ceſſare faciendo, quod tuum eſt facere, quia tu es Deus meus & non alius.

Quoniam tu percuſiſti omnes.] Verè exorges in noticia perſecutorum meorum, quoniam tu iam percuſſiſti omnes aduerſantes mihi: id eſt, aliquos de omni genere perſequentium me bona percuſsione, percutiendo ſcilicet, & mortificando in eis uitia. Et contriuiſti dêtes peccatorum, id eſt, maledica uerba & prauam uitam, per quæ præcidebant minus cautos de corpore Chriſti, deſtruxiſti in multis peccatoribus, faciendo quoſdam qui fuerât perſecutores bonos prædicatores.

Domini eſt ſalus & ſuper populum.] Huius nec continuatio, nec expoſitio mutatur. Tertio quoq; modo pſalmus prædictus poteſt legi, in perſona ſcilicet alicuius membri eccleſiæ, id eſt, alicuius fidelis circumuallati turbis innumeris uitiorum, & terrenarum affectionum. Qui quia mêtem eius reſiſtentem coacernatio uitiorum & noxiarum delectationum inſultante diabolo & angelis eius, per prauas ſuggeſtiones deducere nititur in legem peccati & mortis, id eſt, in deſperatione loquitur, orando & miſeriam ſuam côquerendo ad Deum creatorem ſuum, ut ipſum commoueat ad commiſerandum ſibi, atq; ſubueniendum, ita dicens: Domine pater, propter quid hoſtes animam meam tribulantes atq; affligentes adeò multiplicati ſunt, ut me protſus in morte deducere nitantur? Quaſi dicat: Propter ſummum peccatum meum atq; miſeriam meam hoc eſt, quapropter ut ſubuenias mihi neceſſa eſt. Et uerè multi tribulant me, quia multi: id eſt, uitia multa & concupiſcentiæ prauę inſurgunt aduerſum me, id eſt, ut opprimant animam meam, dicentia non uerbis, ſed in effectu rei. ſicut panis bonus licet non uerbis, tamen in re loquitur piſtorem ſuum eſſe bonum, dicentia inquam ad damnationem animæ meæ, ut eam ſcilicet deſperare cogant, quòd non ſit ſalus ipſi animæ meæ in Deo eius, id eſt, quod iam amplius non cures, uel non poſsis ſaluare eam, tu qui es Deus, id eſt creator eius. Cætera quæ ſequuntur eodem modo in hac ſententia de corpore, id eſt eccleſia dicta ſunt accipiuntur, hoc ſolo ſatuato, ut ſicut ibi in toto, hic in parte accipiantur. Et præterea milia populi perſequentis, quod inferius dicitur: non ad exteriores hoſtes, ſed ad interiores in hac ſententia referuntur, id eſt, ad uitia & ad prauas cupiditates, quæ rectè populus dicitur, quia tumultum & rixam in anima faciunt.

IN PSALMVM IIII.

ARGVMENTVM.

EZechias côtra æmulos ſuos de auxilio Domini gloriatur, corripiens eoſdem, ne in mendacio confidant: ſed deſinentes à malis cogitationibus, ſemper Deo ſeruiant. Aliter propheta increpat Iudęos. Aliter Arnobius exponit, quia Deus iuſtitiæ exaudiuit in cruce poſitum filium ſuum, contra quem iraſcentes Iudęi peccant uſq; hodie.

IN FINEM DAVID, Canticum.

EXPLANATIO.

Finis legis eſt Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti, qui eſt omnium bonorum glorioſa perfectio: ſiue ut quibuſdam placet, pro nobis dictum eſt, in quos ſeculorum finis aduenit. Pſalmus autem eſt organum muſicum, capite ſonorum, quo diuina præconia canebantur: canticum, quod ſupernas laudes humanis uocibus perſonabat: ſed hæc ideo uidentur eſſe ſociata, quia & inſtrumentis muſicis & choris pſallentium ſacrificijs cœleſtibus conſona uociferatione canebantur, ſic iſtis uerbis omnibus commonemur de Domino Chriſto canticum iſtud eſſe dicturum. Per totum Pſalmum uerba ſunt ſanctæ matris eccleſiæ. In prima parte rogat, ut eius audiatur oratio, increpans infideles, qui colentes falſos Deos, culturam ueri Domini negligebant. Secunda commonet generalitatem, ut relicta ſuperſtitione fallaci, ſacrificium iuſtitiæ debeat immolare, & ut gentiliũ mentes facta promiſsione conuerteret, ingentia commemorat præſtitiſſe Dominum beneficia Chriſtianis.

COMMENTARIVS.

C*Vm inuocarem exaudiuit me Deus.*] Pſalmus hic taliter intitulatur, In finê Pſalmus cantici Dauid. Finis dupliciter in ſcripturis accipitur, ſcilicet aut pro conſumptione, aut pro cõſummatione, id eſt pro perfectione. Pro conſumptione, ut cum dicimus, Panis finitus eſt, id eſt cõſumptus eſt. Pro perfectiõe uerò, ut cum dicimus, Tela finita eſt, id eſt perfecta eſt. In hac igitur ſignificatione pro perfectione, ſcilicet finis Chriſto conuenit, quod eſt uerus finis, & perfectio umbræ ueteris legis. Vnde dictum eſt: Finis legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti. Apponitur autem in finem hæc determinatio, titulis quorũdam pſalmorum ad finalem Dauid: id eſt, ad Chriſtum denotandum, qui & finis legis eſt: & finis etiam reſpectu hiſtorialis Dauid, qui eius umbra & figura fuit, dici poteſt. Significatur uerò Chriſtus titulis in quibuſdã hac determinatione aliquando, propter ſe cum Pſalmus propriè capitis eſt, ut hic, Aliquando uerò pro toto corpore, id eſt eccleſia, uel pro aliquo membro eccleſię, id eſt fideli aliquo, ſi pſalmus cuius titulus ille fuerit, ſit aut uox totius eccleſiæ, aut unius tantum membri, id eſt alicuius fidelis animæ, ut multi inferius inuenientur. Poſſunt tamen & eccleſia, & quodlibet membrum finis dici, reſpectu illius populi, qui ſub lege fuit: ſicut Chriſtus reſpectu illius Dauid, quia & totus ille populus umbra populi eccleſiæ fuit: & partes illius, partium iſtius. Pſalmus quoq; ut ſuprà dictum eſt, propriè dicitur illa conſona melodia, quæ in muſico inſtrumento, id eſt pſalterio, cum cordę pulſantur de ſuperiori parte redditur. Canticum propriè eſt, quãdo aliquis in laudibus Dei cum lætitia utitur libera uoce, nullo ſono muſici inſtrumenti concinente. Quæ uox iucundior ſono inſtrumenti eius, quia & melodiam illam quam ſonus, & præterea uoces expreſſas habet. Pſalmus autem cantici eſt, quando præcedente ſono muſici inſtrumẽti libera uox ſequitur, atque ei in melodia aſſociatur: ſicut econtrariò canticum pſalmi dicitur, quando præcinente choro órganum ad cantus melodiam leniendam ſubſequitur, quod in quibuſdam eccleſijs ſolet fieri. Valde enim dulce eſt, quando hoc utrunq; uarba ſcilicet & uox libera, & ſonus inſtrumenti quocunq; ordine aſſociantur, & longè ſuauius, quàm ſi alterutrum per ſe accipiatur. Ad alterius itaque horum ſimilitudinem, illius ſcilicet ubi Pſalmus præcedit, & ſubſequitur canticum, dicuntur uerba huius pſalmi, Pſalmus cantici: quia & ſupernam nobis indicant uirtutem, quod notat Pſalmus: & quia quæ indicant, ad magnam iucunditatem & delectationem pertinent, quod notat canticũ. Agũt enim de Chriſti clarificatione, facta in reſurrectione, aſcenſione, cõſeſsione, quæ à nobis ualde iucũda atq; delectabilia reputãda ſunt: quoniam in eius reſurrectione atque clarificatione certitudo nobis data eſt, quod & reſurgemus & con-

gloriſi-

Digitized by Google

glorificabimur, ſi ipſum tantum Chriſtum imittabimur. Poteſt quoq; ſi quis diligẽter conſideret, hic etiã ordo uerborum notari. Præcedit enim in his ſaquentib. uerbis de Chriſti inuocatione ad Deum pattã ante clarificationem, quod poteſt intelligi per Pſalmũ: ſubſequitur uarò de ipſa clarificationa, quę multo iucundior eſt inuocatione, & ideo intelligitur per canticum, quæ iucundior uox quam Pſalmus eſt, ut ſupra dictum eſt. Exponitur autem ue breuiter dicatur, ſudradictus ſic: Hæc ſeqoantia uerba quę ſunt Pſalmus cantici, ut expoſitum aſt, attribuuntur Dauid, non hiſtoriali, ſad relato in finem, id eſt finali Daoid, ſcilicet Chriſto, qui finis legis eſt. Eſt enim hic totus Pſalmus uox capitis, attribura ai poſt reſurrectionem. In quo Pſalmo intendit hortari fidalas, ut nunc inratim orẽt & laborent pro adipiſcẽda reſurrectione prima, id aſt, ut à uitijs hic raſurgant, ut tandã exaudiantur pro reſurrectione ſecũda, atq; ad ipſam perringant. Et huius exauditionis ſe ipſum proponit nobis exemplũ, qui quia dignè inuocauit, exauditus aſt, ut & nos dignè inuocare ſtudeamus, ut ſic exaudiamur. Siquia aoré à nobis quærar, an in Chriſto fuerit reſurrectio prima: ſciat, minimè in eo fuiſſe. Non eſt anim reſurgere, niſi cadẽtis: Chriſtus uerò nullo modo cacidit, quia neq; actualiter, neq; originalitar. Quod actualiter non cecciderit, patet. Pater quoq; quòd nec originaliter. Soli enim illi caſum originalis peccati patiuntur, qui per pœnam ipſius originalis peccari, id eſt per concupiſcẽtiam genarantur: Chriſtus uerò per concupiſcentiã generatus non aſt, quia ſine carnali delectatione de ſpiritu ſancto concaptus eſt. Chriſtus ergo originalis peccati ſanè expers dicandus aſt. Dicunt tamẽ quidam carnem Chriſti caſum originalem quodam modo attigiſſe, matarialiter ſcilicet, non parſonaliter. Omnis enim caro in Adam caſum cõmuniter pertulit. At tamen illa caro, quæ uerbo adiuncta eſt, licet caſum attigerit, quantum ad matariã, quia de paccati carne nata eſt: tamen quantum ad perſonã Chriſti, caſus omnis expers iudicanda aſt. Et hi tales immunitaté à peccato primã reſurrectionẽ in Chriſto dicunt accipiẽdam aſſe: prima uarò ſententia probatior eſt. Continuatur autem taliter hic Pſalmus: Ego quidem da quo prophatæ tot & tanta prædixerũt, ad ſum uocando, ad fidem uocatos iuſtificando, Daum pattem pro reſurrectionis clarificationa inuocando. Et uos ô fideles exẽplo meo inuocate, quia ſi inuocaueritis, exaudiemini: ſicut & ego exaudit' ſum, quod ſic dicit: Deus auctor juſtitiæ meæ, exaudiuit ma clarificando ma reſurrectione. Cum inuocatam, id eſt, quia eũ in me, non alterũ, non aliquod aliud uocaui, in eius ſcilicet uolontate perſiſtẽdo, & in nullo à præceptis eius abertando. Aliud anim eſt uocare Deũ, aliud inuocare. Ille Deum inuocat, qui ipſum Deum in ſe uocat, propter ſe eum & non propter aliud, & qui adimplet quæ præcipiuntur. Ille uarò uocat, qui dicit, Dñe Dñe, & nõ facit quę præcipiuntur: & Daum nõ propter Deũ, ſed propter aliud uocat. Iuſtitiæ meæ Deus dicit, ad retundendã ſuperbiã noſtrã, qui da nobis præſumimus, quod ille qui coæqualis in diuina natura erat patri, facere de ſe temararium iudicauit.

In tribulatione.] Conuertit ſe caput ipſum ad Deum patrem familiariter, quaſi dicat: Verè exaudiſti me, quia dilataſti mihi poſito in tribulatione, id aſt de anguſtia tribulationũ deduxiſti me in latitudinem gaudiorũ. Quod duplicitar accipi poteſt, ſcilicet quod uel poſt tribulationẽ paſsionis deduxerit eũ in latitudinẽ gaudiorũ, id eſt ſuper cœleſtia bona quæ & ampla & ęterna ſunt: uel ipſum poſitũ in tribulatione peccatorũ, id aſt natum inter peccatores, & cõuerſatum inter eos, deduxit Deus pater in latitudinem gaudiorũ, id eſt in plenitudinẽ gratiam uirtutum: quia & immunis à peccato fuit & omnẽ uirtutem in ſe habuit. Vnde dictũ eſt: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et item: Benedixit te Dª Deus tuus, prę participib. tuis, &c.

Non dat Deus ad menſuram ſpiritũ ſuum, & plura talia. Anguſtia pertinet ad tribulationem, ſicut latitudo ad gaudium. Nam ſicut gaudiũ mentem dilatat, ita tribulatio anguſtat. Vnda dictũ eſt: Tribulatio & anguſtia in omnẽ animã operantis malum. Nã ſequitur tribulationẽ anguſtia. Val aliter, Dilataſti mihi, id eſt dilatatũ & amplum cor in charitate dadiſti mihi, in tribulationa, id eſt, in paſsione, ſcilicat ut non ſolum charitas cordis mei extenderetur per omnes amicos, ſed etiam ad inimicos. Orauit enim in paſsiona Dñs noſter pro inimicis, dicens: Pater ignoſce illis, quia neſciũt quod faciunt. Da hac dilatationa dicitur: Arcta uia eſt, quæ ducit ad uitam. Hac non curritur, niſi dilatato corde. Solis anim illis qui hanc habaur dilatationem, & ſic ueram proximi dilectionem, ſine qua diuina haberi nõ poteſt, uia uitæ quæ alijs arcta eſt, ſpacioſa & peruia eſt, quia omni impedimento carẽt. Vel aliter, Dilataſti mihi, id eſt, latũ & amplũ cor dadediſti mihi, ſcilicet ut in ipſa tribulationa gloriarer, ſciens bonum magnũ ax ea me conſequi. Vnda dicit Apoſtolus: Nõ ſolum patimur, ſad & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quoniam tribulatio patientiã operatur, patiẽtia probationam, probatio uerò ſpam, ſpes autem non confundit.

Miſerere mei.] Hic caput orat pro mẽbris, ut Deus pater exaudiat ea, nunc interim orantia pro prima reſurrectione, ut tandam perueniant ad ſecundã. Et loquitur da ipſis quaſi de ſe, ac ſi dicat: Tu pater qui me exaudiſti, miſerere etiam mei, id eſt meorum, & tali miſeratione, ut exaudias orationẽ meam, id eſt ipſorum meorum, nunc interim pro prima raſurrectiona.

Filij hominum.] Nunc ſe conuertit ad mambra, id eſt ad ipſos fidelas, hortando eos, ut ſe tales præparent, qui ſint digni axaudiri. Quaſi dicat, O uos filij, non unius hominis, id eſt Chriſti, quẽ imitari debaris, ſed qui hactenus fuiſtis filij hominum, uel terrenorum parentum, portando ſcilicet imaginem illorũ, & faciendo mala opera eorum: deponite iam ut exaudiamini, grauitatẽ cordis in cupiditatib. terrenorum, quæ pondus ſunt, non ſubſidium, & quæ mentem à culto ueri Dei retrahũt, atq; idolis ſaruire faciũt. Nam uſquequo, id aſt quandiu uultis aſſe graui corde, id eſt, cor grauatum hi uanitatib. habere, & diuinæ propiciationi locum in uobis non facere cordib. non ſurſum arectis, ſed ad infima deiectis. Quaſi dicat: Si hactanus nullo uobis ſubuaniente à uanitata aberraſtis, ſaltẽ hunc ma madicum cognoſcite. Vt quid diligitis uanitatem. Verè habetis graue cor: nam diligitis uanitatem, & quæritis mendacium, id eſt, quæritis beari in uanis & mandacibus, id eſt in terrenis bonis, ſectando hæc poſteriora & falſa bona, tanquam uera, & anteriora bona, ſcilicet ſupercœleſtia. Sed ut quid, id eſt propter quam utilitatem facitis hoc fruſtra. quaſi dicat, Quæritis beatitudinem in uanis & mendacibus, quia non niſi ſola ueritas eam dare poteſt. Terrena dicuntur uana, quia tranſitoria & labilia uelut umbra ſunt. Vnde Eccleſiaſtes: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas quæcunq; homo oparatur ſub ſole. Dicũtur etiam mandacia, quia quod promittunt, ſufficientiã ſcilicat & opulentiam non dant. Vnde apparet, quia beatitudinem non ferunt.

Et ſcitote, quia.] Quaſi dicat: Et ut amplius non quęratis beatitudinem in uanis, ſcitote me, id aſt conſiderare me, non iam ſcilicet carnalem, non fragilem: ſed immortalẽ, incorruptibilem, exaltatũ ſuper omnes cœlos, quia da uanis non curaui. Scitote inquam me, quia propoſitus ſum uobis exemplum. Nam Dominus paret me ſanctum ſuum, id eſt quem ipſe immune fecit à peccatis, & non curantem uana ſcilicet ſanctũ ſanctorũ, Deum deorum, mirificauit, id eſt, quaſi quoddã mirabile & deſiderabile propoſuit uobis, ut uos uidentes me clarificatũ reſurrectione, conregnatione me imitari ſtuderetis, laborantes hic pro reſurrectiona prima, ut uos tandam ſuſcipiat ſecũda.

Mirifica-

Digitized by Google

Mirificauit congruè dicit: Quid enim magis mirū uel deſiderabile rei mortali, paſsibili & trāſitoriæ, quàm quod eſt immortale, impaſsibile & æternum uideri debet. nihil ſcilicet.

Dominus exaudiet me.] Itē transfert ſe ad illos, loquēs de illis tanq̃ de ſe. Quaſi dicat: Sicut me mirificauit Dominus pater, eodem modo mirificabit uos ſi imitati fueritis me. Nam exandiet uos pro clarificatione ſecondæ reſurrectionis, cum ego clamauero, id eſt, cū ego clamare uos uoce cordis faciam, pro prima reſurrectione, tendentes ad illum, id eſt, nihil prçter ipſum poſtulantes, ſicut nec ego feci. Clamare ſe rectè dicit, in illis quos clamare facit. Nam clamor ille ſuus eſt, iuxta illud quod alibi dicit: Non uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis.

Iraſcimini & nolite.] Quaſi dicat, Et ut exaudiri mereamini, iraſcimini uobis de præterito, id eſt, uos qui iudicatis aliena peccata, iudices ueſtri ſitis punientes uos ipſos de præteritis malis, & de reliquo nolite peccare, id eſt, cautelam peccandi in futuro habeatis. Et ſi qua correctione digna dicitis, in mentis ueſtræ cogitatione, illa ſint tantum in cordibus ueſtris, id eſt, non ad uocem etiam prorumpant, & pro eiſdem tamen compungimini ad pœnitentiam & fletum in cubilibus ueſtris, id eſt, in cordibus ueſtris. Cubilibus conuenīēter ponit. nã cōcubilia propriè ſunt lecti ferarū, ſic & corda noſtra non ſedes rationis, ſed quaſi ferina receptacula ſunt, quando huiuſmodi cogitationes recipiunt, quæ per ſe ſolas dignæ correctione ſint, licet etiam ad uocem non prorumpant.

Sacrificate ſacrificium.] Quaſi dicat: Ita dico ut iraſcamini præteritis peccatis, ut ſacrificetis ſacrificium: id eſt, mortificetis propria uitia ueſtra, faciendo dignos fructus pœnitentiæ, tantum ſcilicet pro ſingulis uos affligentes, quantum digna experit pœnitentia, quod erit ſacrificium iuſtitiæ: id eſt, iuſtum ſacrificium. Nã nihil iuſtius eſt, quam qui punit aliena peccata, ut puniat propria: & ut quiſq; tantum ſe affligat, quantum fœdata eius meruit conſcientia, & ſic ſeipſum faciat Deo ſuaue ſacrificium. Poteſt iſtud quoq; cum præcedenti uerſu aliter legi, ſi Iraſcimini non ad præterita uitia referatur, ſed ad illicitos motus: qui ne fiant in nobis, euitare non poſſumus. Ex pœna enim originalis peccati eſt hoc, quod in poteſtate noſtra non ſunt illiciti motus, ſed tunc maximè inſurgant in nobis, quando minus uellemus per ſuggeſtiones diaboli, & per fomitem peccati, qui ineſt noſtræ carni. Et iden eos ne ad actum perueniant, coercere debemus. De his enim dicit beatus Paulus: Eſt peccatum in ueſtro mortali corpore, ſed non regnet, id eſt, non perducatur ad actum. Tunc enim regnant illiciti motus, cum perducuntur ad actum. Quod caput noſtrum, id eſt Chriſtus præcipit caueri. Quaſi dicat: Vt uos filij hominum exaudiamini à Deo patre de ſecunda reſurrectione, iraſcimini & nolite peccare, id eſt, ſi quando iſta uel aliquis illicitus motus in uobis per ſuggeſtionem diaboli ſurgere incœperit. Irá enim pro reliquis omnibus ponit: nolite peccare, id eſt illos motus, qui quaſi per ſe peccatum non ſunt, ad graue peccatum peragendo nolite perducere: Et quæcunque pertinētia ad bonum extra dicitis, illa ſint in cordibus ueſtris, id eſt, ea ex corde dicite. ne ſitis populus ille de quo dicitur, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Et compungimini in cubilibus ueſtris, id eſt, compunctionem ſemper habere in cordibus ueſtris ad cuſtodiam ſanctitatis, ut qui ſtat, uideat ne cadat. Et præterea ut perfecti ſitis, ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ, id eſt bona opera facite, & uirtutes aſſumite, quod iuſtè debetis facere: & per quod reddetis uobis Deum placatum, tanquam per aliquod ſacrificium: & ſic poſtquam ſacrificaueritis, ſperate in Domino. Nota non eſſe ſperare, niſi præcedat ſacrificare. Niſi enim aliquis uel ſacrificet, ſe mortificando inuitus, quod prior ſententia habuit, nō eſt quod ſperet in Domino. Sperare in Domino, eſt cum uera de benefactis conſcientia fiducialiter remunerationem uerorum & futurorum bonorum à Domino expectare. Spes enim tantum eſt de futuris & ueris bonis. De futuris ideo, quia nullus quod præteritum eſt, uel præſens ſperat, ſed tantum quod futurum eſt. De ueris bonis autem ideo tantum eſt, quia dicit Apoſtolus, Spes non confundit. Quod falſum eſſet, ſi aut de falſis bonis, aut de malis ſpes eſſe poſſet. Ponitur tamen aliquando impropriè ſperare pro timere. Sunt autem bona futura & uera, uerè diligenda atque deſideranda, quia non fallunt: terrena uerò quia decipiunt & uana ſunt, ad ſolam neceſsitatem appetenda ſunt: ſed quia multi ſunt qui dubitant de ueris bonis an ſint, aut quid ſint, omnes ſcilicet qui terrena affectant, ſubiungit eorum interrogationem de ueris bonis, ut irrationabiles eos oſtendat, cōprobando quòd uerè uera ſint bona. Quæ interrogatio talis eſt: Quis oſtendit nobis uera bona? Quaſi dicant: Nolumus credere eſſe illa uera bona, quæ nullus aut rediens ab inferno, aut à cœlo nobis oſtendit.

Signatum eſt.] Probat quod taliter interrogantes ſint irrationabiles, & loquitur hic ipſum caput in perſona alicuius membri, id eſt, fidelis. Quaſi dicat: Ipſi dicunt, quia nullus oſtendit illa bona, & mentiuntur, quia naturaliter à Deo omnibus ſunt oſtenſa. Nam ô Domine pater lumen, id eſt claritas uultus tui, id eſt, ratio & intellectus, per quæ clarè nobis oſtenditur uoluntas tua, ſcilicet quæ bona tu uelis nos appetere. Illud inquam lumen ſignatum eſt ſuper nos, id eſt impreſſum ſuperiori noſtro, ſcilicet animæ meæ, per qđ dediſti, id eſt, oſtendiſti eſſe lætitiam mihi in corde meo, id eſt, tantū lætandum eſſe in bonis animę meę, & non in bonis corporis. Vel aliter: Lumen uultus tui ſignatum eſt ſuper nos, id eſt, luminoſus uultus tuus impreſſus eſt noſtræ animæ, ut ſit dictum ad ſimilitudinem, quaſi uultus Dei ita expreſſe ſit in anima noſtra, ſicut in aliqua ſtatua expreſſo eſt alicuius uultus imago. Iuxta quod dictū eſt: Formauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſui. Imago enim Dei in anima noſtra eſt, ratio & intellectus. Similitudo uerò eius eſt, pietas, iuſtitia, humilitas, & cæteræ uirtutes, quas ut boni eſſemus, ſicut ipſe naturaliter animæ noſtræ inſeruit. cætera non mutantur.

A fructu frumenti.] Tu Domine naturaliter oſtendiſti hominibus, quæ ſint uera bona, ſed mali hoc non aduertunt, quia multiplicati, id eſt diſsipati, & in multas partes diſtracti ſunt cogitationibus ſuis. A fructu, id eſt propter abundantiam frumenti, non tui, ſed illius qui dicit: Ego ſum panis uitæ, qui de cœlo deſcēdi. Sed ſui, id eſt terreni frumenti. Et à fructu uini, ſui ſcilicet, id eſt terreni, quod dementat & inebriat corpus non tui uini, quod dementat animam: & à fructu olei ſui, non tui. Vinū Chriſti, eſt calix paſsionis Chriſti: id eſt, imitatio eius, quod dementat animam: quia facit eam ſitire mortem, & non ſentire tormēta eius. De hoc uino ſatis biberat egregius martyr ille Laurentius, qui cum iam aſſatus eſſet, tyranno tamen cruciati ſe inſultabat dicens: Aſſatus ſum, & reliqua. Bibebat quoque de eodem Apoſtolus, cum dicebat: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Oleum quoq; Chriſti ſunt ſpiritualia dona, quibus mulcet & mitigat eos quibus confert ea. De quo dictum eſt: Benedixit te Deus oleo exultationis, & impinguaſti in oleo caput meum. Oleum autem malorum poteſt dici & materiale oleum, quo ipſi diteſcere quærunt: & adulationes, de quibus mulcētur, & quibus gaudent. De quo oleo dicitur: Oleum peccatoris non impinguet caput meum.

In pace in idipſum.] Illi mali nō aduertunt uera bona, quia diſsipati ſunt: ego autē cui tu oſtendiſti ea, dormiam, id eſt, retraham me à cura & miſeria huius ſollicitæ uitæ mundanæ, in præſenti & in futuro requieſcam æternaliter, exiſtens in pace, nunquã ualēre

recipere

Digitized by Google

recipere oppoſitũ,ſed ſemper eunte in idipſum pacẽ, paci continuando,& non intromittendo bellum.

Quoniam tu Domine.] Verè requieſcam in futuro in æterna pace, quia tunc ò Domine pater, dabis mihi uera bona, qui hic & in præſenti uoluiſti & præcepiſti me non eſſe in re, & ſine ſpe, ſicut mali ſunt: ſed ſingulariter, id eſt tantum uoluiſti me hic eſſe in ſpe, ut in futuro eſſem in re.

IN PSALMVM V.

ARGVMENTVM.

EZechias poſt infirmitatẽ gratias agit Domino,& adorat in templo. Aliter uox Chriſti ad patrem.

IN FINEM PRO EA QVAE hæreditatem conſequitur. Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

ID eſt pro eccleſia, quæ Chriſto reſurgente bonorum ſpiritalium dona percepit, quæ & ipſa nonnunquam Domini uocatur hæreditas, cuius precioſo eſt ſanguine cõparata. Vnde dictum eſt, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Totus hic pſalmus à perſona catholicæ profertur eccleſiæ, quæ prima ſectione orationem ſuam poſcit audiri, hæreticos & ſchiſmaticos prædicans à Domini muneribus excludendos. Secunda ſectione per intellectum ſcripturarum diuinarum recto tramite dirigi ſe ad illam felicem patriam diuino munere deprecatur, perfidos inde aſſerens fieri funditus alienos. ad poſtremum cõmemorans præmia beatorum, ut una prædicatione & malos prædicta pœna cõuerteret, et iuſtos promiſſa præmia cõcitarẽt.

COMMENTARIVS.

VErba mea.] Huius Pſalmi titulus talis eſt: In finem, pro ea quæ hæreditatẽ conſequitur. Hæreditas eccleſiæ eſt Chriſtus, qui paſcet eã in futuro, quã do ipſe erit omnia in omnibus: & eſt idem Chriſtus uita æterna eius, deſignata per terram illã de qua dicitur, Credo uidere bona Dei, &c. &, Beati mites, quoniam poſsidebũt terram. Ipſa quoq; eccleſia eſt hæreditas Chriſti, quia ipſe excolit eam doctrina ſua, & ipſa paſcit eum bonis operibus ſuis, quibus ipſe tanquã bono cibo delectatur. Vnde ipſe alibi dicit: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem patris mei. Ea uerò quæ hæreditatẽ aſſequitur, eſt eccleſia quæ uocata ad hęreditatem illam, quẽ ſuprà diximus, ut & ipſa fiet hęreditas laborat, Deum ſuũ orando, atq; multipliciter inſiſtendo ut eam aſſequatur aliquando. Vel ut quidam libri habent, iam ſuſcepit hæreditatem illam, ſi non re, ſaltem ſpe. Vnde dicit Apoſtolus: Sæpè enim ſalui facti ſunt expectantes redemptionẽ corporis noſtri. Pro hac eccleſia, id eſt in perſona eius factus eſt ſequens Pſalmus. Exponitur ergo ut breuiter dicat, ſupradictus titulus ita: Verba ſequentia quæ dicitur Pſalmus, quia ſupernã indicant uirtutẽ, compoſita à Dauid propheta, referũtur in finem, id eſt ad Chriſtũ, qui & finis eſt illius Dauid, & finis legis, ut ſuprà dictũ eſt. & hoc pro ea quæ hæreditatẽ aſſequitur: id eſt, ideo referuntur hæc uerba ad Chriſtum, quia ſunt dicta pro ea, id eſt uoce eius quæ uocata ad hæreditatem, aſſequitur ipſam hęreditatem, id eſt, in uoce eccleſiæ, quæ corpus eius eſt. In Chriſto enim continetur caput & corpus, & ſingula membra. Et ideo ut ſuprà diximus, in ſuperiori titulo aliquando quædam per corpus, ut præſens Pſalmus, qui eſt uox corporis, id eſt eccleſiæ. Aliquando quædam per unum membrum, ut Pſalmus qui iſtũ ſequitur in uoce cuiuslibet pœnitentis animæ. Intentio in hoc pſalmo eſt hæc: Eccleſia poſita inter uaria uitæ præſentis implicamẽta, uolentia eam retrahere, ne ad hæreditatẽ ad quã uocare feſtinat, perueniat, intendit orando multipliciter, inſiſtendo exorare Deũ ſuũ, ut eius auxilio atq; ductu ualeat implicamẽta huius ſeculi deuitare, atq; ad hæreditatẽ ſuam, id eſt ad ipſum peruenire, dicens ita: Domine quẽ haberẽ hęreditatẽ deſidero, & cuius hæreditas eſſe uolo, percipe aurib. uerba mea: id eſt, talem effectũ auxilij erga me expectantẽ exhibeas, ut uidearis auribus percepiſſe uerba mea. Ad hanc enim ſimilitudinẽ hoc dictum eſt, quia quando aliquis egit quod rogatur, uidetur percepiſſe uerba rogantib. auribus. Non uerò q, Deus pater qui totus oculus, totus auris eſt, aliquas aures ut creatura habeat, & quia impropriè hoc dixerat, quomodo rectè intelligendũ ſit determinat. Subdit quantũ ad uerba clamorẽ, qui pertinet ad animi uiuidã intentionẽ, in qua ſe intendat ſicut corpus in exteriori clamore: ut per hoc innuat ſe ſuperius accepiſſe uerba, non quæ fiunt uerberati aeris ſtrepito, ſed quæ fiunt uoce cordis. Quantũ uerò ad percipe, ponit intellige, quoniam intellectus propriè ad clamorem animi pertinet, ſicut aures ad uerba corporis.

Intende uoci orationis meæ.] Id eſt, intenſum me fac uoci orationis meæ, ut nõ remiſsius orẽ, uel te fac intentum orationi meæ: in effectu cõplendo ipſam. Quod facere debes, quia tu es rex meus & Deus meus: id eſt quia ego & te regẽ meũ eſſe uolo, & Deũ meũ te cõſtituo. Chriſtus Deus noſter rex ſecundũ humanitatẽ, ſecundum quã conuerſatus inter homines, nos doctrina, & uitæ exemplo rexit innocẽtia, & in cæteris uirtutibus. Vnde dicitur: Pauit eos in innocentia cordis ſui, & intellectib. manuũ ſuarum deduxit eos. Deus aũt noſter dicitur, ſecũdũ creationẽ. nã Dei eſt creare.

Quoniam ad te orabo.] Ideo rogo, ut clamorẽ meũ intelligas, quoniã nõ petam, niſi quod cõueniens ſit. Nã ego orabo, nõ ad aurũ, non ad argentũ, nõ ad aliquid obtinendũ, ſed ad te ſolũ, ut te hęreditate habeam. Et ideo tu exaudies uerba mea, ut me expedias mane: id eſt, quando depulſis tenebris uitiorũ & infidelitatis, lux ueri ſolis clareſcet: uel exaudies uocẽ meam, factã in me, id eſt in ſedulitate. Mane enim pro ſedulitate ponitur, quia qui ſeduli ſunt in officijs, mane ad opera ſurgere ſolent, uel exaudies uocem, quod ſi feceris, manifeſtum erit in mane, id eſt, in ſancto aduẽtu tuo, in quo erit mane: quia incipiet ibi claritas bonis ſine fine, cui nunquam iungentur tenebræ.

Mane aſtabo tibi.] Et quia tu exaudies uocem, ideo ego aſtabo tibi, id eſt, iuxta te ſtabo, & præſens tibi ero in mane, id eſt in ſecundo tuo aduẽtu, quaſi tibi familiaris. uel inuenies me ſtantẽ & uigilantẽ, nõ iacentem & dormientẽ, in illo mane: id eſt, in tuo ſecundo aduẽtu. Vnde dictũ eſt: Vigilate, quia neſcitis qua hora, &c. Et itẽ: State iuſti, uigilate, orate, cõfortamini in Dño, & omnia ueſtra in charitate ſint. Et itẽ: Videbo, id eſt cognoſcã, quę nunc impeditus carnalibus uidere nõ poſſum, ſcilicet quod tu Deus qui in præſenti uideris uelle iniquitatẽ, quia pateris malos permiſceri bonis: nõ tamẽ uis iniquitatẽ, q, oſtendes tunc manifeſtè, cũ agnos ab hœdis ſeparabis. Poteſt etiã in præſenti iuxta aliã ſententiã de mane hoc dici, ut ſi dicat mane, id eſt depulſa nocte uitiorũ & luce ueri ſolis clareſcente. uel exiſtens in mane, id eſt in ſedulitate orãdi aſtabo tibi. Quãto enim aliquis magis clarè ueritatẽ inſpicit, uel quando ſedulior circa ipſam eſt, magis aſtat ei, etiã in præſenti. Et ita aſtabo, q, uidebo etiam hic in præſenti, q, cuilibet uidere nõ contingit, ſcilicet q, tu qui uideris uelle iniquitatẽ: quia corporaliter iniquos iuſtis cohabitare pateris, nõ tamẽ uis iniquitatem: quia ſicut in futuro eos corpore & mente ſeparabis, ita etiã hic eos mẽte abinuicẽ diuidis, malorũ ſcilicet mẽtẽ excæcãdo, bonorũ uerò mentẽ illuminãdo.

Neq; habet.] Verè non uis iniquitatem, quia neque maligna, id eſt detractorum in futura requie habitabit iuxta te, neq; aliqui iniuſti pmanebũt ante oculos tuos, q̃ licet quidã iniuſti, legis ſcilicet puaricatione

uenians

Digitized by Google

ueniant ante te in iudicio, tamen non permanebunt aliqui ex ipſis ante oculos tuos, id eſt in gloria. Vnde dictum eſt: Tollatur impius, ne uideat gloriam Dei.

Odiſti omnes.] Verè non permanebunt iniuſti ante te, quia tu odiſti, id eſt reprobaſti oẽs operarios peccati. Quod probat & à minori & à maiori dicẽs: quia perdes omnes, etiam loquentes mendacium. Minus eſt enim loqui mendacium, quam operari peccatum: maius uerò perdere, quàm odiſſe. Dicit Salomon de mendacio, quia omne os quod mentitur, occidit animam. Sciendum tamen duo eſſe mendacia, quæ licet à culpa penitus libera non ſint, paruam tunc culpam habent. Quorum alterum fit cauſa iocandi, ut quãdo alicui puero dicimus de magiſtro eius abſente, Magiſter uenit, ut eum perterrefaciamus. Alterum uerò eſt officiale, id eſt fit cauſa beneuolentiæ, ut ſi illum quẽ alius aſſequitur diſtricto gladio, cum eum ſciamus latitare, negabimus eum uidiſſe, uolentes eum liberare. Quod licet bonum uideatur, tamen peccatũ eſt, quia mendacium eſt. Et ideo eſt uitandum, quia mendaciũ eſt mors animæ. Poteſt enim & illa à Deo ad quẽ pertinet liberari, & nos ueritatem tacentes non incurrere mortẽ animæ. Tacere nanq; ueritatem, non eſt peccatũ, quod inde apparet: quia Chriſtus qui ſolus non peccauit, ueritatẽ tacuit, cum dicit: Multa habeo. Volunt quidam claudere inter mendacia illa, in quibus eſt duplex uoluntas, ut ſi quis alicui ſibi gladium cõmittenti promitteret ſe reddere ei, quã cito repoſceret, poſtea uerò illi poſcenti gladium ad hoc ut uel ſe uel alium interficeret, ſe reddere denegaret, ut illius furorem cõpeſceret: hic duplex uoluntas eſſet, quia priore uoluntate manente alia acceſsiſſet: nec eſſet dicendum hoc mendacium, quia nõ hic quod promiſſum fuiſſet, negaretur ſcilicet, quin quam cito cõmittens bono animo repoſceret ille cui commiſit, ſibi ſtatim redderet. Sic & in cæteris.

Virum ſanguinum.] Probat apertè quod Deus odit operarios iniquitatis, quia odit uirum ſanguinum, id eſt homicidã. Item probat à pari atq; à parte, quia perdet mendaces, quia abijciet, id eſt ex hæreditatibus doloſum. Doloſus eſt qui aliud promptum in lingua habet, aliud gerit clauſum in pectore, & eſt par ad mẽdacem. Omnis enim doloſus mendax, & omnis mendax doloſus, ſi uterq; in dictis accipiatur. Abominari uerò, id eſt exhæreditare, ſe habet ad perdere ut pars, & eſt tractum à filijs abominabilibus, id eſt exhæredatis: qui quia aliquo modo abominauerũt, ſcilicet aut uerberando proprios parentes, aut aliquid tale faciẽdo contra ius hominũ, ſolent abominari, id eſt exhæreditari. Sic & Deus exhæredabit, id eſt expertes ſupernæ hæreditatis faciet, doloſum & uirũ ſanguinũ. Verus homicida, qui & ſciens & uolens aliquem interficit, dicitur uir non tantum ſanguinis, ſed ſanguinum: quia duorũ ſanguinẽ fudit, & illius quem interficit, & ſuum. Seipſum prius interficit propriũ ſanguinem effundendo, id eſt uitã animæ ſuæ perdendo. Dicit enim Auguſtinus, quòd omnis homo non prius peccat in ſeipſum quàm in alterum.

Ego autem.] Illi quidem exhæreditabuntur, ſed ego recipiam hæreditatẽ, quia ò Domine, ego introibo in domũ tuam, id eſt ſupernã requiem, quæ eſt cœleſtis Hieruſalem, conſtructam uiuis lapidibus & firmis. Ingrediar, ut fiam lapis in ædificio eius, & te hæreditatẽ poſsideam: uel introibo in domum tuã, id eſt in eccleſiaſtica inſtituta, quæ ſunt domus tua, id eſt à te cõſtituta, intrabo ſeruãdo ea, & hoc nõ per me, ſed in multitudine miſericordiæ tuæ, id eſt per Chriſtum filium tuũ, per quẽ multã miſericordiam exhibuiſti: quia & cœleſtia & terrena per ipſum reconciliata ſunt. uel in multitudine miſericordiæ tuæ, id eſt per multã miſericordiam tuam, ſcilicet per tuam uocationẽ & iuſtificationem, uel in multitudine miſericordiæ tuæ, id eſt per multos à te miſericorditer ſaluatos. Intrat enim eccleſia per multos fideles in domũ Dei tanquã per membra ſua, qui fideles quantumcunq; iuſti ſint, diuina miſericordia ſaluantur. Nullus enim unquam erit tam iuſtus, qui per ſola ſua merita ſaluetur. Introibo inquam in domum tuam, & poſtmodum adorabo te uoce, ſcilicet cordis: id eſt, idoneã me faciam tibi. Accedens ad tuum templum ſanctum, id eſt conformatem me in innocentia nitendo me Chriſto, qui per te factus eſt ſanctum templum, ſcilicet in quo habitatet omnis plenitudo diuinitatis. uel adorabo tendens ad tuũ ſanctum templum, id eſt, ut ego poſsim fieri tuũ ſanctũ templum, in quo tu digneris habere. Habitat enim Deus in cordibus fideliũ. Vnde Salomon dicit: Anima iuſti eſt ſedes ſapientiæ. Adorabo inquã non in elationem, ſed timore: nõ ſeruili, ſed tuo, id eſt filiali, pertinente ſcilicet ad cuſtodiam ſanctitatis. Nota q, dicit, Adorabo ad templũ. Olim fuit præceptũ Iſraelitico populo, ut ſaltem ſemel in anno cõuenirent Hieroſolymã, ut adorarent ibi in templo Domini. Eſt aũt Hieroſolyma in montanis poſita, per quod ſignificabatur quendam uenturum hominem in cuius ueneratione atq; fide multæ gentes conuenturæ erant: id eſt, Chriſtum, qui rectè per templum Hieroſolymis, quod in montibus erat, ſignificabatur, quia de eo ſcriptum eſt: Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons Domini in uertice montis.

Domine deduc me.] Sic continuatur: Vt ego ualeam introire in domum tuam, & adorabo ad templum, ideo ò Domine deduc, id eſt, de uirtute in uirtutem gradatim duc me eccleſiam poſitam in iuſtitia non humana, quæ non eſt recta, quia malum pro malo reddit: ſed in tua quæ recta eſt, quia præcipis non ſolum bonum pro bono reddere, ſed etiam bonum pro malo. onde dictum eſt: Diligite inimicos ueſtros, benefacite eis qui uos oderunt. & item: Cum eſurierit inimicus tuus, ciba illum, & cætera. Deduc me inquam, & ita hoc agas, ut dirigas uiam meam: id eſt, directe facies opera mea, ita ut ſint in conſpectu tuo, id eſt, ut placeant tibi. Quod neceſſarium eſt ut facias propter inimicos meos, id eſt, quia circumuẽnta ſum à pluribus inimicis, qui me de uia recta ac ueritate uolunt deuocare.

Quoniam non eſt.] Verè propter inimicos oportet ut me dirigas, quoniam illi tales ſunt in ore, quorum nõ eſt ueritas. & ideo quicquid mihi perſuadet, falſum eſt. & non mirum ſi in ore non eſt niſi ueritas, quia in corde eorum non eſt niſi uanitas. id eſt, quæcunq; cogitant, ſunt uana: id eſt, ad terrena (quę uana ſunt) pertinentia, & non ad uera bona.

Sepulchrum patens eſt.] Verè in ore eorum non eſt ueritas, quia guttur eorum: id eſt, uox eorum eſt ſicut patens ſepulchrum. Inſiſte ſimilitudinem. Sicut omne ſepulchrum patens aut ad hoc patet, ut cadauer recipiat, aut ſi iam recipit fœtorem emittat: ita quicquid mali bonis dicitur, aut ideo dicitur, ut prauis perſuaſionibus ſuis bonos ſibi conformet, & ſic eos in morte ſepeliãt, aut ut per uenenoſa aut irriſoria uerba ſua fœtorem: id eſt, conturbationem atq, moleſtiam eis ingerant. Vnde rectè dicit eccleſia: Quia guttur. id eſt, quia locutio inimicorum ſuorum fit apud eum ſicut patens ſepulchrum, id eſt, uel ad hoc fit ut eam in morte ſepeliat, aut per turbationem obprobrijs & maledictis ei ingerat. Guttur ponitur pro uoce, quia aer qui pulſu pulmonis de gutture egreditur, plectri linguæ uerberatione atq; palati percuſsione fit uox.

Linguis.] Non ſolum nunc guttur inimicorũ meorum eſt patens ſicut ſepulchrum, ſed etiam ſemper doloſe agebatur contra me, ut me à ueritate detraheret. Linguis nõ tuis, ſed ſuis: id eſt, uenenatis. Et ideo ò Domine iudica illos, id eſt, iuſta pœna affice illos, ſcilicet ut qui in ſordibus eſſe uolunt, ſordeſcant adhuc, ut tantum maiorem damnationem incurrant. Quod neceſſe habes facere, quia es Deus, unde oportet q̃ iuſtus iudex ſis.

Decidant à cogitationibus ſuis.] Exponit qualiter intelligit

ligit eos debere iudicari. Quaſi dicat: Ita Domine iudica illos, id eſt, ut grauiorē caſum in maiore uicia patiantur à cogitationibus ſuis, id eſt, propter cogitationes ſuas prauas, à quibus reſipiſcere nolunt. Et illos qui te expulerunt à ſe, nolentes te hæreditatē habere, expella à te magis & magis, ſubtrahando eis cognitionem ueritatis, & detrudendo eos in ignorātiæ cęcitatē. & hoc facias ſecūdū multitudinē impietatis eorū: id eſt, ſecundū q, ꝓmeruit multa impietas eorū. Iuſtū eſt enim ut qui te multū expulerūt, multū expellantur. Et oportet ut & expellātur, quoniā ô Dn̄e ipſi lippientes oculos ad lucem tuam cernandam habentes, & nolentes in ſuo febricitāte palato guſtare, quā dulcis, ſed tanquam amarum cibum & potum acidū te reijcientes irritauerunt: id eſt, ad iram te prouocauerunt. Habet alia tranſlatio, Quoniam amaricauerunt te Domine, quod ſatis congruit huic ſententiæ. Poteſt iudica ſuperius in bono accipi, & ſic totū hoc ad bonum ipſorum inimicorum legi. Quaſi dicat: Eccleſia orans pro illis, ut exemplum det orandi pro inimicis. Quandoquidem ô Domine, ita perditi ſunt inimici, quòd nec in ore nec in corda eorum aſt ueritas, ut liberes me ab eis, iudica illos bono iudicio: ſcilicet deſtrue in eis quod ſunt, id eſt malū, & fac quod non ſunt: id eſt, bonum, ut qui ſunt impij fiant pij, & inimici fiant amici. Vnde dictum eſt: Verte impios, & nō erūt. Iudica dico. nam potes facere, quia Deus es, & ita iudica illos, ut decidāt à prauis cogitationibus ſuis: & hoc non parum, ſed expelle eos Domine ab illis cogitationibus ſecundum multitudinam impietatum eorum: id eſt tantum, quantū indiget multa impietas eorum. Qui enim multum peccauerunt, multa indigent correctione: & debes eos expellere, quoniam irritauerunt te: id aſt, quia ipſi uolentes ſe præferre, & præeſſe, ad hanc iram prouocauerunt te, ut tu facies eos ſubeſſe.

Et lætentur omnes qui ſperant.] Ideo rogo ut conuertas inimicos meos domine pater, ut & ipſi poſtquam cōuerſi fuerint, & omnes qui in te confidentes ſperant: id eſt in præſenti tantum in ſpe, & non in re eſſe quęrunt, in futuro lętentur tecum in æterna requie. Iuxta aliam ſententiam ſic continuatur: Inimici quidā damnentur, omnes uerò qui ſperent in te lętentur. & uatè lætabuntur, quia axultabunt, exultatione eorum in æternum: id eſt, æterna in futuro, & nunc interim ad cuſtodiam & conſolationem eorum habitabis in mentibus eorum. Et quia tu habitabis in eis, ideo ipſi gloriabūtur in te: id eſt, in futuro, ut ſit repetitio. uel etiā in præſenti gloriam atq; lætitiam mentis habebunt in te omnes qui diligunt nomen tuum, non ſuum, ſicut Adam fecit, qui ſibi hoc nomen Deus exoptauit, ſed diligunt nomen tuum: id eſt, uolunt ut tu iudiceris dominus eorum, & ipſi ſerui tui ſint. Ille enim diligit nomen Dei, qui ſe non uult ſubtrahere à ſeruitio Domini, & qui mauult pendere à Domino, quàm ex ſe eſſe. Quod quia Adā noluit, damnationē incurrit.

Quoniam tu bened.] Verè in te gloriabuntur, quoniā tu benedicis, id aſt incrementum in uirtutibus das, in præſenti iuſto, per quod ad æternam gloriam perueniat. Iubes enim quod uis, & quod iubes tu ipſe facis. Vnde patet quòd memor es illius præcepti, quo dicitur, Sine me nihil poteſtis facere.

Domine ut ſcuto.] Oſtendit per affectum quòd uerè Dominus benedicit iuſto. Quaſi dicat: Non eſt dubiū Domine, quin tu benedices iuſto. nam coronaſti tuæ iam: id eſt, ſicut corona multitudinis circumſtantis aliquem protegit: ita tu Domine nos, id eſt me eccleſiam cum omnibus meis protexiſti iam in baptiſmate ab impugnationibus diaboli, & coronabis, id eſt proteges nos in futuro ab æterna damnatione, bona uoluntate tua, id eſt gratia & miſericordia tua exiſtē te nobis hic & illic ut ſcuto.

IN PSALMVM VI. ARGVMENTVM.

EZechias infirmatus inuocat Dominū, cauſans fragilitatem humanæ naturæ. Aliter uox Chriſti ad patrem. Lege ad Lazari reſurrectionē. Nota ordinē diſpoſitionis myſticę, quia quinto Pſalmo mane hęreditas danda promittitur, in ſexto reſurrectio iudicij pertimeſcitur.

IN FINEM HYMNVS PRO octaua Dauid.

EXPLANATIO.

IN finem iam notum eſt, hymnus eſt laus diuinitatis metri alicuius lege compoſita. Pro octaua Domini ſignificat aduentū, quando finita ſeculi hebdomadi ad iudicandum uenerit mundū: unde Pſalmus iſte cum tremore maximo fecit initium. Quatuor modis in hoc Pſalmo uir confidens. In exordio beneuolum ſibi iudicem facit, animum eius demulcens à poteſtate iudicij, ab infirmitate ſua, à conſuetudine parcendi. Secunda diuiſione narrat ærumnas proprias, quibus afflictus & contriſtatus ingemiſcat. Tertia ſequeſtrat ſe à malis, quòd bono iudici nouerat eſſe gratiſſimū, ut ab illis mens redderetur aliena, quib. & ipſa iuſtitia probabatur aduerſa. Ad extremū cōturbat & repudiat oēs iniquos, quoniā cum ipſis habere nolebat ullatenus portionē.

COMMENTARIVS.

D*Omine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.*] Iſte Pſalmus hoc modo titulatur: In finē in carminib. pro octaua Pſalmus Dauid. Diem iudicij quidam erronei octauam uocauerūt, quantum ad ſeptem milia annorum, quæ ab Adam incæperunt, quibus quaſi diebus ſeptem finitis proculdubio diem iudicij ſequi dixerūt, & ſic ſe & alios certos de illa die fecerunt. Sed incunueniens tamē oritur, ſcripturæ enim falſificatur, quæ dicit: Nō enim eſt ueſtrum noſſe tempora, &c. Et itē: Dies Domini tanquā fur ueniat. & rurſus: De illa hora, & de illa die nullꝰ ſcit, niſi ſolus pater, nec angelus, nec uirtus, nec ipſe filius nouit. Sed cum filium nulla occulta patris lateant, ſciendum eſt, quòd diem illam quantum ad ſe non ignoret, ſed tamen dicitur neſcire: quia diſcipulos ſuos quibus multa alia reuelauit, illam neſcire fecit. ſicut dicitur, Tentat uos Dominus, ut ſciat: id eſt, ut uos ſcire faciat. Remota autē illa temeraria cōputatione dies iudicij poteſt optimè octaue uocari hac ratione, quia tranſactis his temporalibus rebus, quę per ſeptenarium numerū dierum uoluuntur, & ideo pro ſeptem diebus accipiūtur: ſequitur illa dies octaua, id eſt dies iudicij, in qua animæ adepta æternitate, nihil iam debebit tempori uel mutationi. Alio & modo octaua dicitur, ſcilicet quantū ad ſex dies, per quos labor huius uitæ intelligitur, & quibus Dominus laboraſſe legitur: & quantum ad ſextum diem, id eſt ad requiem illam, in qua iuſtorū animæ qui mortui ſunt poſiti, expectent communē reſurrectionem, ut geminam ſtolam immortalitatis ibi recipiant, qua expectatione finita, cum ſex prædictis diebus, id eſt cum labore huius mundi proculdubio ſequitur dies octaua, id dies iudicij. Aliter etiam poteſt uocari dies octaua, ſcilicet quantum ad carnalē generationem & ſpiritualem, quæ carnalis generatio pertinet ad quaternarium numerum: ſpiritualis ad ternarium. Ideo autem carnalis pertinet ad quietā non propter corpus, quod conſtat ex quatuor elemētis, uel ex quatuor qualitatibus, quia corpus eſt ſiccū, calidum, frigidum & humidum, uel propter quatuor humores, qui ſunt in unoquoq; homine. Spiritualia

autem pertinet ad ternariom numerum, qoia ad ſpiritum, id eſt ad animam pertinent tres uites: ſcilicet ratio, iraſcibilitas & concupiſcibilitas. Quibus adhuc duo addũtur, ſcilicet uirtus & doctrina. Doctrine ed illuminandam rationem, uirtus autem ad refrenandẽ iraſcibilitatem & concupiſcibilitatem. Carnalis generatio ab Adam incœpit, & uſq; ad Moyſen, id eſt uſq; ad legem, & etiam ſub Moyſe, id eſt ſub lege uſq; ad Chriſtum durauit. Etſi enim uiri quidam religioſi mũdo ſubditi ſub lege fuerunt, tamen quia ſpiritualia futura per carnalia, id eſt per quaſdã carnales obſeruantias præſignabant, carnalis generatio dicti ſunt. Spiritualis generatio à Chriſto incœpit, quando de carnali circumciſione uentũ eſt, uel trãſitus factus eſt ad ſpiritualẽ circumciſionem, quando de umbra ad rẽ tranſitus factus eſt. Et peractis carnalib. officijs quę pertinent ad carnẽ & ad uetus teſtamẽtum, & ſpiritualib. quę pertinent ad ſpiritũ & nouũ teſtamentũ, in quib. omnib. debemus conſiderare ſeptenariũ numerũ: ad carnẽ quidem referendo quaternarium numerũ, ad ſpiritum uerò ternariũ, ſequitur dies octaue, in qua die meritis ſingulorũ reddetur, quod debetur: & quę diee tranſferet ſanctos ad æternã ſaluationem, malos uerò ad æternẽ damnationem. Quã damnationẽ timens quęlibet fidelis anime, & optans æternã ſaluationẽ, & ideo præterita peccata reminiſcens, & ea ingemiſcens ſic inſtar, ſic agit cum Dño Deo ſuo, ſicut in Pſalmo inuenietur. Sed prius titulus exponatur. Iſte Pſalmus Dauid hiſtorialis habitus in carminib. id eſt in diuinis laudib. refertur in finẽ, id eſt Chriſtũ, & hoc ideo, quia factus eſt pro octaua, id eſt in uoce alicuius fidelis animę timentis octauam diem, id eſt diẽ iudicij, quæ mẽbrum eius eſt. Quæ anima orat in hoc mundo ſanari, ut non metuat in die illa argui uel corripi. Hinc poteſt intentio leuiter cõcipi. Loquitur aũt ſic: Dñe, ut e, leca in hoc ſeculo, ne erguas me: id eſt, dãnes me in furore tuo: id eſt, in illa ira, quã tu oſtendes impijs in die iudicij. Arguere pro cõprobare, pro accuſare ponitur, & pro damnare, ut hic. & etiã non corripias me: id eſt, nullũ peccatũ in me inuenies, propter quod me dignũ correctione in igne purgatorio oſtendas. Omne enim peccatum, quod facit homo, aut ipſe puniet, aut Deus.

Miſerere me Domine, quoniã.] Et ut me nõ arguas, neq; corripias, miſerere mei in hoc ſeculo: id eſt, manũ tuã medicabilẽ mihi ſuppona, quia infirmus ſum, id eſt qa medicina egeo pro mẽtis infirmitate. Quod ſequitur, idẽ eſt cum ſuperiori. Sana me, id eſt miſerere mei, quia conturbata ſunt oſſa mea: id eſt, quia uires & robora mentis ſunt imminuta propter peccata, eam grauantia. Iſtud refertur ad infirmus ſum. uel aliter, miſerere mei, quoniã infirmus ſum in carne mea. Multum enim motus carnis ſurgunt aduerſum me. Sana me, quoniam conturbate ſunt oſſa mea: id eſt, quia infirmus ſum in mente.

Et anima mea turbata eſt.] Et ne per oſſa intelligatur corpus, ſubiungit illud quod nobis manifeſtat, quid per oſſa debeamus accipere, ſcilicet anima mea turbata eſt ualde: id eſt debilitata in ſuis oſsib. id eſt in ſuo robore. Et quia perturbata eſt, tu Dñe uſq; quo ceſſes: id eſt quare me hic nõ uris? quare me non ſeces (ut in die octaue me nũ arguas, neq; corripias. Noli ceſſare, ſed ſicut te auertiſti à me, auarſo à te: ita cõuertere ad me, id aſt fac te conuerſum ad me, faciendo me cõuerſum ad te. Vel aliter: Quia conturbate ſunt oſſa mea, id eſt cõturbata eſt anima mea in ſemetipſa. Superior enim uis animæ, id eſt ratio repugnat inferiori, id eſt ſenſualitati. Et quia anima mea turbata eſt in ſemetipſa, uſquequo turbaris in me: id eſt, aſcẽdet ad id tue turbatio, ut uel me arguas, uel me corripias, cum hoc ſit quod in hominẽ in hoc ſaculo ſe turbantem, id eſt corripientẽ non turberis, & in hominẽ ſe hic non turbantẽ turberis? Et quia anima mea turbata eſt in ſemetipſa, id eſt quia ſe corripit, conuertere Dñe, id eſt eſto conuerſus ad conuerſum ad te, ſcilicet conuertere ad me, qui ſum conuerſus ad te. ſicut ſcriptum eſt: Conuertimini ad me, & ego reuertar ad uos. Et non ſolum conuertere, ſed etiam eripe animã meam perplexitatibus huius uitę inhærẽtem, & ſaluum me fac dando perſeuerantiam, non propter meritũ meũ, ſed propter miſericordiã tuam. Nam cum ſæpè tua tranſgreſſus ſim præcepta propter meritum meum, nihil mihi debetur, niſi iuſta damnatio. ſicut ſcriptum eſt: Peccatori datum præceptum non ſeruanti nihil debetur, niſi iuſta damnatio. In hoc uerſu oſtenditur difficultas ſaluationis, & in ſequenti locus conuerſionis. Nam ubi dicitur, Conuertere Dñe: & non ſolum conuertere, ſed etiã eripe animã meam: & non ſolum eripe me, ſed etiã ſaluum me fac: & non propter meritũ meũ, ſed propter miſericordiã tuã, quia per me nihil poſſum. difficultas magna in ſaluato eſſe oſtenditur: & quanto res difficilior eſt, & quanto maiore labore adipiſcitur, oportet ut maior cuſtodia adhibeatur. & ſic probatur à cõtrario: Quod ſi magna difficultas eſt ſaluato, magna debetur pœna non ſaluato.

Quoniam non eſt in morte.] Da Dñe cõuertere in hoc ſeculo, quia in morte non eſt qui memor ſit tui: id eſt, poſt ſeparationem corporis & animæ nemo memor tui efficitur cum ſua utilitate: id eſt, nemo qui in hoc ſeculo de peccatis ſuis non compungitur, poſtquam mortuus eſt, inutiliter compungitur: quia hic tantum locus eſt miſericordiæ, poſt hoc ſeculum tantũ locus eſt iuſtitiæ. Et ideo eripe anima meam, & ſaluum me fac hic: quia quis confitebitur tibi in inferno. In inferno confeſsio fieri non negetur, ne de diuite opponatur, qui confeſsionẽ in inferno feciſſe legitur animo dicens Abrahæ: Pater Abrahã miſerere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremũ digiti ſui in aquã, ut refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flãma. Sed per infernum ille profundiſsimæ tenebræ intelliguntur, in quas impij cum ſuo capite diabolo poſt diẽ iudicij projicientur, quãdo ultra locus confeſsionis nõ erit. Vel aliter: Domine cõuertere ad me conuerſum, ne ſim in morte: id eſt, in aliquo criminali peccato, q. uerè eſt mors animæ: & ſic ſim immemor tui, quia nũ eſt qui in morte memor ſit tui: id eſt, nemo utiliter tui recordatur, dum à criminali peccato impeditur: quia & ſi aliquãdo compungatur, non ideo ſaluabitur, niſi à criminali peccato penitus remoueatur. Et ideo eripe animã meam & ſaluum me fac, ut non exiſtens in inferno tibi confitear: quia quis cõfitebitur tibi in inferno? id eſt, quis poterit tibi laudabilem confeſsionẽ facere, ſi ſit in inferno, id eſt, in uitiorũ profundo? nullus. Sicut ſcriptum eſt: Peccator cũ uenerit in profundum uitiorum, contemnit. Cõfeſsio alia laudabilis, alia pœnalis. laudabilis eſt, quando aliquis de bene factis Deo laudes agit: ſicut, Cõfiteor tibi Dñe rex, &c. Pœnalis eſt, quando aliquis ſua peccata confitens ea damnat, & inde pœnam poſtulat. In hoc uerſu ſecundum priorem ſententiã locus cõuerſionis oſtenditur.

Laboraui in gemitu meo.] Domine ſana me, & ego in quãtum potui ad ſanitatem recipiendam me idoneũ feci: quia laboraui in gemitu meo, id eſt aſsiduè propter peccata mea gemui. Et lauabo lectũ meũ per ſingulas noctes, id eſt, purgabo meam conſcientiam per ſingulos lapſus peccatorum, lachrymis meis, id eſt, lachrymis cordis. Et non ſolum lauabo, ſed etiã ſtratũ meum, id eſt, eandem conſcientiam meam rigabo, id eſt, interius perfundam lachrymis. Lauare enim dicitur, aliquid exterius humectare: rigare uerò, perfundere interius. Meritò conſcientia lectus uocatur. Sicut enim lecto quieſcitur & laboratur, quieſcitur à ſanis, laboratur ab ęgris: ita conſcientia quieſcitur ac laboratur. Quieſcitur in bona conſcientia, laboratur in mala. Poſſumus etiam per lectum accipere delectationem, quia in delectatione ſicut in lecto quieſcitur & laboratur. Quieſcitur in bona, laboratur in mala. Poſſumus etiam per ſtratum aliud accipere quam per lectum.

Digitized by Google

lectum. Nam corpus meritò per ſtratum intelligitur. Sicut enim ſtratum eſt lectus de ſtramine, qui leuiter à uento poteſt deſtrui: ſicut corpus leuiter poteſt lædi & laniari. Itaque exponendum eſt: Non ſolum lauabo meum lectum, id eſt meam conſcientiam: ſed etiam rigabo ſtratum, id eſt corpus lachrymis perfundam. Sciendum eſt quod poſitionē diuerſorum temporū, ut laboraui & lauabo, non facit neceſsitas narrantis, ſed affectio orantis. Potuit enim dixiſſe Pſalmiſta, laboraui uel laui. Vel poteſt dici, laboraui & lauabo, ita eſſe dictum, ut iſtud eſt: Seruiui tibi in quadam re, ſed quia per hoc tibi non ſuffeci, faciam iſtud aliud, ut tibi ſufficiam.

Turbatus eſt à furore oculus.] Ideo lauabo lectū, quia oculus meus, id eſt interior homo meus turbatus eſt, id eſt, obſtupeſcit à furore tuo, id eſt furorem quem in die iudicij impijs oſtendes contuendo, & peccata mea reminiſcēdo. Vel interior homo meus turbatus eſt, id eſt cæcatus à furore, id eſt, à peccato primi parētis. Et ideo etiā turbatus eſt oculus meus, quia inueteraui inter omnes inimicos meos, ſiue carnales, ſiue ſpirituales. Carnales ſiue uideantur amici uel inimici. Nullus enim maior inimicus eſt animæ, quàm temporalis amicus, pro quo ſæpè in terrenis tantum laboratur, quod Deus poſtponitur. Ideo dicit Inueteraui, quia factus eſt membrum primi & ueteris hominis: uel quia comparabilis eſt ueteri ueſtimento, quod nec uſui ualet, nec ornemēto. Vel aliter: Oculus meus, id eſt interior homo meus turbatus eſt à furore, id eſt, ab ira ſua, quæ ipſum cæcauit, neque ipſum patientem eſſe permiſit. Et non ſolum eſt turbatus ira propria, ſed etiam inueteraui inter omnes inimicos meos, ſiue carnales ſiue ſpirituales.

Diſcedite à me omnes.] Fidelis anima preterita peccata reminiſcēs, & ea ingemiſcens à Domino ſe exauditam oſtēdit. Et proponens ſe nobis exemplum, quòd ſi peccata noſtra ingemuerimus, à Dño exaudiemur, ſic dicens: Inueteraui inter omnes inimicos meos, ſed ô uos mei inimici, ſiue ſpirituales ſiue carnales, qui operamini iniquitatē, & in me prauis perſuaſionibus, & in uobis malis operibus, diſcedite à me modo ſpiritualiter, quandoq; diſceſſuri localiter, ſcilicet quando uobis dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, quia Dominus exaudiuit uocem mei fletus, id eſt, uocem mei flentis.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam.] Probatur à partibus quod uerè Deus exaudiuit uocem meam, quia exaudiuit deprecationē meam factam pro peccatis meis, & ſuſcepit orationem meam factam pro perſeuerantia. Namq; pro peccatis delendis propriè fit deprecatio, pro perſeuerantia in bono oratio.

Erubeſcant & conturbentur.] Et quia Dominus ſuſcepit orationem meam, erubeſcant. Vel aliter: Ita diſcedant mei inimici à me, quòd erubeſcant in die iudicij in propria conſcientia, dicentes: Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam, & mortem eorum ſine honore. Ecce quomodo inter filios Dei collocati ſunt? Et conturbentur uehementer pœnas timendo, & conuertantur de malo in peius, quando in profundiſsimas deijcientur tenebras, & de illa conuerſione erubeſcant ualde, id eſt uelociter. Quod citò erit, id eſt quæ erubeſcentia citò fiet. Tempus enim breue eſt. Sciendum eſt quod iſtud Erubeſcant dicentes, Nos inſenſati uitam illorum reputabamus inſaniam, referendum eſt tantum ad carnales inimicos, & non ad ſpirituales, id eſt, non ad diabolos, quia ipſi non dicent hoc. Vel aliter: O uos carnales inimici, qui modo & in me & in uobis operamini iniquitatem, diſcedite à me ſecundum malam mentem, & accedite ſecundum bonam, quod iuſtè debetis facere: quia Deus exaudiuit uocem fletus mei, id eſt Deus meus me flentem peccata mea exaudiuit, & ſimiliter uos flētes ueſtra peccata exaudiet, & ideo mei inimici erubeſcant de preteritis peccatis ſuis. Vel ita diſcedent à me, quòd erubeſcant de peccatis ſuis, & cōturbētur inde uehementer, id eſt ualde, inde compungantur in cordibus ſuis, & ſic conuertantur ad pœnitentiam. Et erubeſcant ualde de hoc quod prius gloriabantur in peccatis ſuis, & hoc faciant uelociter, id eſt, abſque mora. Qui enim promittit ſalutem pœnitenti, non promittit craſtinā diem dilatanti. Poſſunt etiam iſti tres uerſus legi ſolummodo ordine mutato ad Exaudiuit Dominus deprecationem meam incipiendo, ſed melius eſt ut legatur ordine recto.

IN PSALMVM VII. ARGVMENTVM.

EZechias ab hoſtibus calumniatus, & à ſuis proditus Domino ſupplicat imprecatus eius iudicium in eos qui mendaciter innocentem accuſabant.

PSALMVS DAVID QVEM cantauit Domino pro uerbis Chuſi filij Iemini.

EXPLANATIO.

CHuſi interpretatur Aethiops, quo nomine Saul propter ſanguinarios & crudeles mores exprimitur, & appellatur filius Iemini, quia de illius ſtirpe diſcendit, ut Regum hiſtoria narrat. Allegoricè autem David Chriſtum, Aethiopem uerò perſequentem populum Iudæorum intellige. Huius tituli ſenſum Hieronymum ſecutus expoſui, quia ſunt, ut ipſe teſtis eſt qui hunc Pſalmum contra Abſalon putant eſſe cantatum, quando Chuſai amicus David deſtruxit conſilium Achitophel. quos ſciendum eſt uehementer errare primò, quia nomen Chuſai per ſamech literam ſcriptum eſt: hic uerò per ſin. deinde quod nunquam David, qui ducibus exercitus ſui præceperat, Parcite puero Abſalon, de morte illius loqueretur, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, lacum aperuit, &c. Maximè qui hunc mortuum operto capite fleuit. Ad extremum quod ille amicus David filius Arachi, hic uerò filius Iemini ſcribitur. Cauſam ergo ſuam propheta trahens in futurum myſterium Domini ſaluatoris, in prima diuiſione ſuæ perſonæ dominum deprecatur, ut ab omnibus perſecutorib. eius uirtute liberetur. Secunda ſectione idem propheta rogat, ut ſurrectionis eius gloria manifeſtata ſubueniat. Tertia ipſum introducit loquentem, per id quod factus eſt humilis, ut ſecundum iuſtitiam ſuam ueritatemq; iudicetur: malos ultione deterrens, bonis gratuita præmia compromittens. In quarta parte iterum propheta loquitur, commonens Iudæos, ut metu futuri iudicij à propoſita iniquitate diſcedant, ne meritas luere debeant ultiones. Poteſt iſte Pſalmus etiam in perſona Dominici hominis intelligi, ſi modò ea quæ ibi humiliter dicta ſunt, ad noſtram infirmitatem referantur, quæ ille geſtabat.

COMMENTARIVS.

D*Omine Deus meus in te ſperaui.*] Pſalmus iſte ſic intitulatur: Pſalmus David, quē cantauit Domino pro uerbis Chuſi filij Iemini. Legitur in ſecundo libro Regū, quòd Abſalon patrē ſuum David crudeliter perſequens, de regno fugauit. Cumq; eum fugiētem Chuſi quidā familiaris ſuus comitari uellet, David illū ſummopere rogauit ut rediret, atq; in Abſalonis partes ſe conferret, eiusq; conſilia quæ contra eum autore conſecretario ſuo Achi-

rofel machinabatur, diligenter notaret, atque ſecretius ei denunciaret. Quapropter Chuſi ad Abſalonem rediit, & quia Dauid rogauerat, fideliter peregit. Ex hiſtoria hac Pſalmus iſte ſumpſit occaſioné, ſed quia hiſtoria non continetur in Pſalmo, interpretationes nominum inſiſtamus, ut per eas ad Pſalmi myſterium perueniamus, quæ tales ſunt. Chuſi interpretatur ſilentium, Iemini uerò dextra: Achitofel fratris ruina. Ex his interpretationibus occurrit nobis iterum traditor Iudas gerens figuram Abſalonis, iuxta quod interpretatur Abſalon pax patris: quia pater eius, id eſt Chriſtus in eum pacem habuit, quamuis ille ſuis dolis bellum in corde gereret. Et ſicut in Euangelio inuenimus diſcipulos filios uocatos, uelut ibi, Non poſſunt filij ſponſi lugere quandiu cum ipſis eſt ſponſus: ſic inuenimus & fratres dictos, ut cum dicitur, Ite nunciate fratribus meis. In hac quoq; prophetia dicitur: Narrabo nomen tuum fratribus meis. & in apoſtolo: Primogenitus in multis fratribus. Quare diſcipulus ille, qui Dominum ſceleratis dolis Iudæis tradidit, rectè dicitur ruina fratris, qui Achitofel interpretatur. Chuſi uerò quod ſilētium interpretatur, rectè intelligitur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū contra dolos illos ſilentio: id eſt altiſsimo ſecreto dimicaſſe, hoc ſcilicet ſilentio, quòd cęcitas ex parte cōtigit in Iſrael, quando Dominum perſequebatur, ut plenitudo gētium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. hoc ſilentio Dominus noſter Ieſus Chriſtus uenerabilis paſsionis ſuæ ſacramenta occultans, noluntariam ruinam fratris. id eſt, nefarium ſcelus proditoris ita in ſuæ miſericordię atq; prouidentiæ ordinem cōuertit, ut quod ille ad perniciē unius hominis peruerſa mente faceret, hoc ipſe ad ſalutem omniū prouida gubernatione conuerteret. Cantat ergo Pſalmū Domino perfecta anima, digna noſſe illud ſilentium, cātat pro uerbis Chuſi, id eſt pro reuelatione illius ſilentij. Apud infideles enim & perſecutores ſilentium atq; ſecretum eſt, apud fideles uerò non ſilentium: ſed uerba ſilētij, id eſt ratio manifeſtata & expoſita illius ſecreti. Quòd ſecretum dicitur Chuſi filios Iemini, id eſt dextri. Non enim abſcondendum erat à ſanctis, quòd pro ſanctis geſtum eſt. Cantat ergo in prophetia Domino perfecta anima, cui ſecretum illic innotuit pro uerbis Chuſi: id eſt pro manifeſtatione illius ſilentij, quod Deus pater dextra, id eſt fauens & propitius ad ſalutem noſtram operatus eſt. Quare hoc ſilentium dicitur filius dextri, id Chuſi, id eſt filius Iemini. Sciendum quod uerba hactenus dicta ſunt beati Auguſtini. Quæ ſi cui grauia uideantur, eorum colligat ſummā his planioribus uerbis expoſitam. Agit in hoc Pſalmo quæq; perfecta anima laudes Deo patri, quia ſibi ſacramentum paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti malis occultatum reuelauit. Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſub tanto ſilentio, id eſt ſub tanta patientia & humilitate ſęuitiam perſecutionis impiorum Iudęorum & traditoris Iudæ ad humilitatis exemplum tolerauit, ut ipſi diuinitatem eius non cognoſcentes machinarentur illud ad eius uniue perniciem, quod Deus pater miſericors & propitius mirabili ordine conuertit ad omnium credentium ſalutem. Si enim cognouiſſent, nequaquam Dominū gloriæ crucifixiſſent. Hoc itaq; ſilentium illud quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus contra dolos perſecutorum dimicauit, fuit illa cæcitas, quæ in Iſrael contigit, ut in omnes gentes lux intraret. hoc illa prouida gubernatio, quæ nequitiam perſequentiſi ineffabili uirtute conuertit ad ſalutem omnium, pro quo reuelato cantat in hac prophetia perfecta anima Domino. Exponitur autē ſecundum hanc ſententiam præmiſſus titulus ita: Pſalmus iſte attribuitur uel ipſi Dauid prophetæ, de quo dictum eſt, Inueni mihi Dauid filiū Ieſſe, uirum ſecundū cor meum, uel cuicunq; ita perfectæ animæ, quę Pſalmū cātauit illa perfecta anima, id eſt exultanter protulit eo tā uoce, quàm bona operatione, ad laudē Domini pro uerbis Chuſi, id eſt pro manifeſtatione ſupradicti ſilentij, quam ſpiritus ſanctus ſibi facit. Qui Chuſi, id eſt quod ſilentium eſt filius Iemini, id eſt dextri: quia Deus pater dextra, id eſt miſericors ad ſalutem omniū illud fieri diſpoſuit. Huic expoſitioni obuiat beatus Ieronymus, & quodā modo inuehitur in beatum Auguſtinum dicens, q. Chuſi de quo Pſalmus intitulatur, non fuerit Chuſi Arachites, qui conſilia Achitoſel diſsipauit, ſed quidā alter Chuſi. Iuxta quod titulus iſte taliter exponitur. Chuſi interpretatur Aethiops. Aethiopes autē omnes denigrati in peccatis dicūtur: hic uerò per Aethiopē, id eſt Chuſi accipitur maximè Saul, q perſecutus eſt ſanctum Dauid, per quem Saulem omnes perſecutores mortiferi, qui ſignificatum Dauid, id eſt Chriſtū tā in ſe quàm in membris perſequuntur, rectè intelliguntur. Saul enim interpretatur petitio, quod nomē quantum ad interpretationem, mittit nos ad mortē, de qua ſcriptum eſt: Deus nō fecit mortem, ſed impij accerſiuerūt eā ſibi manibus & pedibus. Verba Chuſi, id eſt Aethiopis accipiuntur deuocationes, quas perſecutores in ſanctos faciunt. Quorū uerborū alia ſunt uiſibilia, alia inuiſibilia. Viſibilia uerba dicūtur facta, inuiſibilia uerò uoces quæ proferuntur. Aliquando enim perſecutores nituntur deuocare ſanctos factis, id eſt tormentis illatis, aliquādo minis. Ab his uerbis quęlibet perfecta anima iā à Domino partim liberata, qui eā cognoſcere fecit, quàm iniqua ſint & quam nociua uerba illa, agit ei gratias & laudes in ſequenti Pſalmo, atq; eum ut adhuc penitus liberetur, exorat. Sic igitur beatum Hieronymū ſequentes, ſupradictū titulum exponimus. Pſalmus iſte attribuitur Dauid, id eſt cuiq; perfectæ animę, quem ipſa cantauit ad laudem Domini, pro uerbis Chuſi, id eſt quia meruit cognoſcere uerba Chuſi, id eſt Aethiopis, etiam in parte liberari. Chuſi dico filij Iemini, id eſt grauiſsimi perſecutoris Saulis. hic Iemini appoſitum eſt, non ad interpretationē, ſed ad perſecutorū exaggerationē, ut per hoc innuat quàm graues perſecutores hic accipiat, ſcilicet tales qui etiā ex origine perſecutoris deſcenderant, & quorū peccata in progeniē patrum introeāt. Iemineus enim de tribu Beniamin peſsimus quidam fuit. De qua eadē tribu Saul grauiſsimus perſecutor ſancti Dauid, & Saulus lupus rapax, & ferè omnes grauiſsimi peccatores fuerunt. Sciendū quod per ſecundū has utraſq; ſupradicti tituli expoſitiones poteſt ſequens Pſalmus legi in uoce cuiuslibet perfectæ animę, ſiue Dauid ſiue cuiuslibet perfecti de illo priori populo, qui fuit ante natiuitatē Chriſti, ſiue de hoc populo poſteriori. Quòd ſecūdū uariatatē ſententiarū, quę inferius dicitur, neceſſe eſt taliter accipi. In uoce autē perfectę animæ prioris populi legetur ſic. Quaſi dicat: Domine ſperaui in te, non in me ſicut Adam fecit, qui non ex te, ſed ex ſe pendere uoluit, neq; in carne. Quia omnis maledictus qui carnē brachium ſuū ponit. ſed ſperaui in te, id eſt totā ſpē meam cōieci in te: & in te meritò, quia tu qui omnium Deus es poteſtate, meus es uoluntate: & ideo ſaluum me fac, id eſt cōſerua me propter perſeuerentiā eripiendo à perſequētib. me: id eſt, à membris diaboli me deuocare nolentibus omnib. id eſt tam inuiſibilib. quàm uiſibilibus, tam occurrentib. quàm ſubſequentibus: & pręterea libera me ab ipſo capite, id eſt à principe tenebrarum diabolo, ne ille qui eſt ut leo rugiēs, quęrens quē deuoret, quando pro aliquando rapiat animā meam ad terrenas delectationes. Tunc enim rapitur anima, quando à Domino retrahitur, & terrenis delectationib. implicatur. & uerè rapiet, dū non eſt qui redimat me ab ipſo diabolo, ſi tu nō liberabis me: neq; qui ſaluū faciat ab eius membris, niſi tu ſaluū facias me. Viſibiles perſecutores ſunt, praui homines nos malis perſuaſionibus ſuis deuocantes: inuiſibiles uerò ſunt uitia ipſa, ſiue cacodæmones, per prauas ſuggeſtiones ad peccata nos incitantes, & ſicut Iſraeliticus populus

lus ab Aegypto rediens, habuit quoſdã perſecutores perſaquentes, ſicut Pharaonam & exercitum eius, & quoſdam occurrentes, ſcilicet Amalech & alios populos, qui ei ad reſiſtendum atq; repellendũ occurrerũt: iis perfecta anima de tenebrarũ poteſtate recedẽs, habet ſubſequentes hoſtes uitia præterea, & quicunq; homines uel dæmones ei quodlibet peccatum iã perſuaſerunt, habet etiam occurrentes hoſtes, ſcilicet uitia futura, ſiue quoslibet ad ea ipſa perſuaſores. Quod innuit ubi dixit, Ex omnibus perſequentibus me. Et quia quã diu in carne ſumus, locus mortis eſt ſemper in nobis, & ideo quantũlibet perfectis hoſtis ſemper imminet auctor ſcilicet mortis diabolus: ideo perfecta anima poſtquã à membris eius ſeluari rogauit, ab ipſo etiam capite liberari petit, & poteſt illud planè à quolibet & diligenter conſideranti ſupradicto titulo utrique adaptari.

Domine Deus meus.] Reſumptio eſt hic eiuſdẽ nominis, quod ſuperius poſuit, & ſpectat quod hic dicitur apertè ad priorẽ titulum. Oſtendit enim perfecta anima, cuius uox eſt in hoc Pſalmo, ſibi reuelatũ eſſe Dominicæ paſſionis myſterium atq; ſecretum, id eſt patientiã & humilitatem, quam Dñs noſter Ieſus Chriſtus in paſſione ſua habuit, qui retribuẽtib. ſibi mala pro bonis, bona pro malis retribuit, orando patrẽ pro eis. Oſtendit inquam cum ſe illud ſecretũ, ut alios ſuo exemplo prouocet, quantum poſsit imitari dicit, & quaſi Dñs exponens eis ſilentium hac admonitione uſus eſſet: Ego pro te impio & peccatore tã humiliter perſecutores meos ſuſtinui, tã patiẽter proditorẽ pertuli. Quid ergo tu facias? nõne me imitaberis? Quaſi inquã ita Dñs diceret, reſpondet ipſi perfecta anima, dicẽs illi ita: Dñe qui me precio ſanguinis tui redemiſti, & Deus meus qui me creaſti, ſi feci iſtud quod nõ debui. & exponit quod iſtud ſcilicet, ſi eſt in manib. meis: id eſt, in operib. meis illa aiã iniquitas, quæ apud homines eſt æquitas: & determinat quæ ſcilicet, ſi reddidi te non imitando mala pro malis, retribuentib. mihi mala pro bonis, & non bona pro malis. Hic magnã patientiam notat. Maior enim patientia eſt, non reddere malũ pro bono aliquib. qui ſuſceptis beneficijs inferunt nobis mala, quã ſi nocere uoluiſſent nullo beneficio præerogato. & eſt talc hoc totum, quaſi dicat: Dñe ſi non feci quod debui: id eſt, ſi imitata non ſum quod tu faciendo me facere docuiſti, ſed malum pro malo reddidi incurrã hoc malum, ſcilicet decidã: id eſt, deuincar ab inimicis meis inuiſibilib. ioanis, id eſt inuictorioſus factus in anima qui extrinſecus uictor reddendo malum pro malo eſſe uolui. quod fiet meritò, id eſt iuſte: ſcilicet qa ego potius quod prauũ eſt, quã quod bonum eſt, facere uolui. De hac inanitate dicitur, Inaniter ſe iactat, qui cum ſit homo cupit ſe uindicare de homine: & dum hominẽ quærit palam ſuperare, uincitur à diabolo occultè inanis effectus uana & ſuperba lætitia, quia uinci non potuit. Neſcit uerò quanto glorioſior triumphus ſit animum ſuum ſuperare, quam alium uincere. unde Salomon: Fortior eſt expugnator animi expugnatore urbis.

Perſequitur inimicus animam meam.] Ita decidam ut inimicus, id diabolus perſequitur interius animam meã, & quia eius eſt ſemper perſequi, ne uacet, ſubdit & apprehendat, id eſt, decipiat eam. Qui enim ſemper perſequitur, non ſemper comprehendit: quia non ſemper decipit, & ita comprehendat. ut conculcet, id eſt cõculcatam reddat uitam meam, id eſt, animam meã. in terrenas concupiſcentias in tantum, ut in terram eam redigat, id eſt, cibum ſuum eam faciat. Diabolus enim non tantum leo, ſed & ſerpens dicitur. & ſerpẽti à principio dictum eſt: Super pectus tuum gradiaris, & terram comedes: quia Diabolus animas illas, quæ terra ſunt, id eſt, quæ ex toto terrenis concupiſcentijs & malis delectationibus inuolutæ ſunt, cibum habet: quia in aia delectatur & reficit ſe. Et ita cõculcet uitam meam, id eſt animam meam, et gloriam meam, id eſt, glorioſam conſcientiam meam deducat in puluerem, id eſt deſtruat. Dicit Apoſtolus: Quia gloria noſtra eſt teſtimonium cõſcientiæ noſtræ. hæc gloria uera, ſolida & perfecta eſt, dum tantum interius ubi ſolus Deus conſpicit, habetur. Cum uerò exterius in humana laude cauſa elationis quæritur, tunc à priori ſoliditate quaſi in puluerem, id eſt in diſſolutionem deducitur. Vnde Boetius: Minuit enim quodam modo bonum conſcientiæ probantis ſe. & Macrobius: Sapiẽs ponit fructum in conſcientia, ſtultus uerò in laude. Monet autem hic ſuperbiam ſiue elationem ab omnibus perfectis maximè eſſe cauendã. Nam hoc uitium tale eſt, quòd etiam in rectè factis timendum eſt, & quod primum occurrit recedentibus à Domino uelut in Adam, & nouiſsimum occurrit redeuntibus omnibus etiam alijs iam ſuperatis. Sciendum quod huiuſmodi dicta in diuina pagina, quale iſtud eſt, Decidam meritò, & perſequatur inimicus, &c. non imprecatio, ut uidentur dicenda ſunt, ſed eſt prophetia in prophetia, aſſentans diuinæ ſententiæ. Generaliter autem ubicunque poteſt dici aggratulatio iuſti iudicij Dei, dicuntur. Hic autem hæc poſita ſunt, non ut prophetæ perfecta anima, quòd hæc mala incurrere debeat: ſed ut per hoc oſtendat, quòd futurum ſit talibus, in quibus ea ſunt, quæ à ſe remoueri innuit, ſcilicet qui faciunt quod non debẽt uel non faciunt quod debent. Ponit quaſi cũ ſequens ad oppoſitum prioris antecedentis. Quaſi dicat: Si feci quod nõ debui, uel non feci quod debui, tũc incurram ſuprà dicta mala. Si autẽ feci quod debui, uel non feci quod non debui, id eſt, ſi imitata ſum te, tunc tu Domine, fac mihi quod debes, ſcilicet exurge perſequentib. me in ira tua, id eſt, fac innoteſcere eis quàm ineuitabilis & terribilis ſuper malos ſit ira tua futura, ut conuertantur & perſequi me deſiſtant. & exaltare in finibus inimicorum meorum, id eſt, poteſtatem & dominium obtine in impijs. qui prius fuerũt fines inimicorum meorum, ſcilicet poſſeſsio diabolorum, ſcilicet fac de impijs pios, ut per hos inimicos, à quibus ante blaſphemabaris, glorificetur nomen tuum. Et ut poſsis exaltari exurge in præcepto quod mandaſti. Quaſi dicat: Mandaſti ô Domine primo homini obedientiam & humilitatem, quæ illa per ſuperbiam inſtinctu diaboli amiſit. Ad quam ſuperbiã deuincendam exurge tu Domine Deus meus, in illo præcepto quod mandaſti, id eſt, appare in humilitate & obedientia aſſumptæ carnis, per quod exurges contra inimicos debellando eos. & debes exurgere, quia ſic ſynagoga, id eſt congregatio multorum populorum credentium circumdabit te ad imitandum. Circumdabit rectè ponit. De his enim dictum eſt: Viuo ego dicit Dominus, quia his omnibus uelut ueſtimento ueſtieris. Et propter hãc ſynagogam, id eſt multitudinem credentium confirmandam poſt peractam obedientiam aſſumptæ carnis tu Domine, cui ſoli proprium eſt per ſe aſcendere in cœlum. Vnde dictum eſt: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit. Regredere in altum, id eſt in cœlum unde deſcendiſti, ut inde mittas ſpiritum ſanctum ad confirmanda corda credẽtium. Hæc ſic expoſita propriè conueniunt animæ de priori populo. Non enim alicui de poſterioribus conuenit optata quæ præceſſerũt, ſcilicet incarnationẽ Chriſti, & eius aſcenſionẽ.

Dominus iudicat populos.] Probat perfecta anima de priori populo conuertendo ſe ad nos, quod uerè Dominus poſt obedientiam completam regredietur in altum: quia ille regrediens uerus Dominus, qui ſedebit ad dexteram patris, & cui pater omne iudicium dedit, iudicabit damnando, non ſaluando populos infideles: nunc interim occulto iudicio, ſcilicet dẽdo eos in tenebras interiores, tandem autem manifeſtè dando eos ſcilicet in tenebras exteriores.

Digitized by Google

Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam.] Fidelis anima quæ ante perfectionem timebat ne argueretur, uel corriperetur in iudicio: quia iam perfecta facta eſt & ſecura, per cognitionē ſupradicti ſilentij, iā non timens iudicium dicit: Tu Domine qui iudices malos ſecundum merita ſua, iudica etiam me hic ſecundum iuſtitiā meā, id eſt ſecundū hoc q. conueniens eſt illi iuſtitiæ, imitor ſilentium tuum reddendo bonū pro malo: & ſecundum quod conuenit innocentiæ meæ, qua nec lædo me, nec alterum. Iuſtitiam & innocentiam dico, quæ ſunt ſuper me, id eſt, quæ non à me, ſed à te habeo, qui ſuper me es. Omne enim datum, & omne donum perfectum deſurſum eſt datum à patre luminum. Iudicare hic accipitur in bono, ſcilicet pro temporalibus flagellis, quæ Deus ad cuſtodiam ſanctitatis in præſentiam concedit perfectis, & ad exēplum iuſti iudicij ſui. Qui enim non parcit hic dilectis filiis, multo minus parcet in futuro ſeruis fugitiuis. Sciendum duo officia eſſe medicinæ. Alterum quo repellitur infirmitas, alterū uerò quo cuſtoditur ſanctitas. Fidelis ergo anima quæ ſuperius in alio Pſalmo ſanari rogauit, ubi dixit, Miſerere mei Domine, ſana me, & reliqua: iam adepta ſanitate rogat hic reliquum officium medicinæ, ſcilicet quo cuſtodiatur ſanctitas dari ſibi à Domino cum dicit: Iudica me Domine, &c.

Conſumetur nequitia peccatorum.] Sic continuatur: Ve tu Domine iudices me ſecundum quod rogo, permitte ut conſumatur, id eſt perficiatur contra me nequitia peccatorum, ſcilicet permitte impijs quod eis propoſitum eſt implere in me, ut me flagellent & perſequantur: & hoc modo diriges me iuſtum, quia flagella illa erūt cuſtodia ſanitatis meæ. Semper enim perſecutio malorum, ſalus eſt bonorum. Vnde dictum eſt: Impius uiuit pio. Quod enim fornax facit auro uel palea, quod lima ferro: hoc impius facit pio. Nam ſicut palea incineratur, aurum uerò purgatur: ſic in perſecutione iuſtus fit iuſtior, & ſordidus ſordidior.

Scrutans.] Oſtendit quod uerè Deus dirigit iuſtum, quia ſcrutatur corda, id eſt cogitationes & renes, id eſt, delectationes ipſius iuſti nō ſola cognitione, ut in peccatoribus, ſed etiam dignatione. Quod eſt quædam ipſius directio, proprium eſt Dei ſcrutari corda & renes. homo enim ſecundum ſola facta uel dicta iudicat, non uerò diſcernit quo animo quid quiſque faciat, uel quid quemque delectet: Deus uerò diſcernit quo animus cuiuſq; intendat, & quid quemque delectet. Et quia uidet quod tota intentio malorum ad concupiſcentiam oculorum & carnis ſpectat, bonos uerò non ima, ſed ſumma delectant, ideo utroſque iuſtè iudicans illos errare permittit, bonos uerò dirigit. Renes propriè pro carnalibus delectationibus ponuntur, quia renes & inferior pars in homine ſunt, & regio illa quam maximè uoluptas humanæ generationis inhabitat, & per quā in huius mundi miſeriam atque ærumnoſam lætitiam per prolis ſucceſſionem humana natura transfunditur: hic tamen renes pro bonis delectationibus accipiūtur. Poſſumus etiam per corda hic accipere curas, per renes uerò exitus curarum. Nam ad id quiſque peruenire optat, quod eum delectat.

Iuſtum adiutorium meum à Domino.] Ideo diriges tu me Domine iuſtū per flagella mea, quia hoc quod uerè eſt meum adiutorium, ſcilicet ut à te dirigar, iuſtū eſt mihi dari à te Domino, qui rectos corde facis ſaluos eſſe rectitudine perſeuerare. Quaſi dicat: Iuſtum eſt Domine, ut qui mihi infirmo medicinam reſtituēdę ſanitatis. Hinc Apoſtolus dicit: Si Chriſtus pro nobis mortuus, cum adhuc eſſemus impij, multo magis ſalui erimus ab ira per ipſum. Recti corde dicuntur, qui mundis cogitationibus ſupernas delectationes aſſociant.

Dominus iudex iuſtus & fortis.] Poſtquā perfecta anima quæ iam ſanitatem à Domino recipit, occaſione ſumpta de iudicio occulto, quod nūc in impijs fit pro medicina ſanitatis conſeruandæ interpoſitionem faciendo orauit, redit ad iudicium de impijs. Quaſi dicat, conuertens ſe ad impios: Quandoquidem Dominus, ô uos impij iam iudicat occulto iudicio, id eſt per cæcitatem mentis, quid fiet uobis in extremis? Manifeſtè ſcilicet tunc uos in exteriores tenebras dabit. Quod non denegaſti, tribuas etiam medicinam confirmandæ ſanitatis, ſic dicit: Deus pater, qui iudex iuſtus es, reddere ſingulis pro meritis. & qui fortis eſt, id eſt cui nullus poterit reſiſtere, & tamen patiens eſt in præſenti. quis non iraſcitur, id eſt non congregat miniſtros iræ ſuæ, id eſt Diabolos ad ulciſcendum de ſingulis per ſingulos dies, quos miniſtros humana pœna non per iuſtitiā, ſed propter propriam nequitiam delectat, & ideo ſemper ad nocendum parati ſunt. Deus inquam, qui iudex eſt, niſi uos impij interim conuerſi fueritis, pœnitentiam agendo, dum occultè uos iudicat, tandem uos manifeſtè iudicabit: quia gladium, id eſt filium ſuum, quem in primo aduentu reconditum in uagina humanitatis humilem miſit, in ſecundo aduentu iudicij uibrabit, id eſt in tam manifeſta ira mittet ipſum iam reuelatum, ut coruſcet lumen pijs & terrorem impijs, iuſtis appareat mitis, & terribilis iniuſtis: & hoc non ſine prouidentia faciet, quia iam tetendit arcum ſuum, id eſt ſcripturā noui & ueteris Teſtamenti, in qua illud minatur cōſtituit: quæ ideo comparatur arcui, quia ſicut in arcu rigiditas ligni flectitur per neruum, ita in ipſa ſcriptura per fortitudinem noui Teſtamēti quaſi per neruum flectitur & mollitur. Duritia ueteris Teſtamenti, cuius umbra per ipſius ueritatē explanatur, & ita tetēdit arcum quod ipſum præparauit iā tanquam ad iaculandū, id eſt, quod certiſsimam mortem in eo promittit impijs. Et præterea præparauit in eo arcu, id eſt inſtruxit & docuit in ipſa ſcriptura diuina uaſa mortis, id eſt Apoſtolos qui ex ſe tanquam ex uaſe liquorem talem, id eſt tales ſententias fuderunt, quæ credentibus fuerunt ad uitam, non credentibus uerò ad mortem. Vnde Apoſtolus: Chriſti bonus odor ſumus Deo, alijs quidem ad uitam, alijs autem ad mortem. & effecit etiam in eo arcu ſagittas ſuas, id eſt diuinas & penetrabiles ſententias, uel ſanctos & Apoſtolos ibi inſtruxit ardentibus, id dilectoribus ſuis, ut ipſi inde utilitatem haberent. Apoſtoli ideo ſagittæ uocantur, quia diuinis ſententijs frigida corda penetrantes, credentium incenderunt ex illo igne, de quo dictum eſt: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo niſi ut ardeat? id eſt dilectionē Dei & proximi. Poſſunt etiā uaſa mortis hæretici uocari, quos quia praua uote & cauſa arrogantiæ ad diuinas ſcripturas accedunt, Deus permittit eos, & prauè intelligere, & prauè ad ſuam, & multorum mortem exponere. Vnde rectè uaſa mortis dicūtur, quod tamen nō inutiliter permittitur fieri quantum ad fideles. Coguntur enim ueri catholici per illos ueritatem in diuinis ſententijs ſcrutari, eaque intelligere. Vnde dicit Apoſtolus: Oportet eſſe hæreſes, ut qui probati ſunt manifeſti fiant. Chriſtus ideo dicitur gladius, quia & per eius humilitatem Deus pater inimicos ſuos ſuperauit, & quia per ipſum ueluti per gladium cæſura & ſeparatio inter bonos & malos in die iudicij.

Ecce parturit iniuſtitia.] Oſtendit quibus ſint Apoſtoli uaſa mortis. Quaſi dicat: Ecce poteſt uidere quòd uerè ſunt uaſa mortis quibuſdam. Nam aliquis parturit iniuſtitiam, id eſt, laborat per conſenſum implere iniuſtitiam, id eſt quamlibet deceptionē. & hoc ideo, quia concepit dolorem, id eſt, delectationem cōtraxit ex dolore, id eſt ex aliqua terrena re. & quia concepit & parturit, ideo poſtea parit iniquitatem, id eſt perficit ipſam deceptionem. Nota quòd dicat,

eat,

cat, dolor, anguſtia & labor dicuntur terrenæ res, quę labor ſunt in acquirendo: anguſtia in retinendo, dolor in amittendo. Parturire uerò eſt labor ante partum, parere autem partum emittere. Concipit ergo aliquis ex dolore, quando delectationem prauam ex aliqua re terrena contrahit. Parturit ergo, cum delectationi conſenſum adhibet, & in quo delectabatur, perficere ſatagit. Parit autem, quando in alijs perficit. Si autem uaſa mortis ut ſuprà dictum eſt, hæreticos accipimus, iam ſecundum hoc continuatio eadem erit. Sententia uerò in hoc mutabitur, quis oſtendetur non quibus ut de apoſtolis, ſed qualiter ſint uaſa mortis. Delectatur enim aliquis hæreticus in perſuaſione praua, adhibet conſenſum & cum conſenſu etiam adiungit actum.

Lacum aperuit & effodit.] Idem quod dixit ſuperior uerſus, alijs uerbis ut plus addat, repetit. Lacus eſt aquæ locus, cuius fundus latet. Huic comparatur occulta delectatio in terrenarum rerum fraude. Lacum aperire, eſt lacum dilatare: lacum uero effodere, eſt in altum deducere. Lacum ergo facere, eſt fraudem aliquam in terrenis parare. Aperire uero eſt, conſenſum delectationi ipſius adiungere. Effodere uero eſt, operationi ipſius fraudis inſiſtere. Et quia aliquis lacum fecit, aperuit & effodit, ideo incidit in foueam, quam fecit, id eſt, priorem & grauiorem caſum paſſus eſt in fraude, quam alij parauit. Dicit enim beatus Auguſtinus, quod quiſque non prius peccat in ſe, quàm in alterum. Apparet ergo quod quicunque alium interrenie fraudare cupit, ſe prius quam illum decipit. Ille enim patitur damnum pecuniæ, ille damnum innocentię. Ille leuiori damno exterius mulctatur, iſte mucrone auaritiæ interius grauiter ſauciatur. hoc ideo appoſuit, ut oſtẽderet iuſtum iudicium Dei, quia Deus infert ſupplicium malis, non ex ſua ira, ſed ex eorum propria nequitia, ita ut quæ fuerunt blandimenta homini peccanti, ſint inſtrumenta Deo punienti. Nec prætereundum quòd ſicut in utero facto conceptio aliud gignitur & aliud concipitur. Semen enim concipitur, homo generatur: ita etiam in ſuperiori ſimilitudine, dolor, id eſt, res aliqua per delectationẽ cõcipitur, iniquitas autem generatur.

Conuertentur dolor.] Oſtendit quomodo aliquis incidat in propriam foueã, ita ſcilicet dolor eius, id eſt, nequitia eius conuertetur in caput eius: id eſt, in animam eius quæ debuerat pręeſſe, faciet ſubeſſe: & quę debuerat imperare, ipſam faciet ſeruire. Omnis enim qui peccatum facit, ſeruus eſt peccati, & iniquitas eius deſcendet etiam in uerticem ipſius. id eſt, erit ſuperior ratione, quę ratio eſt quaſi uertex in capite: id eſt, in anima, quia dignior uis animæ eſt. Vbicunque enim libido dominatur, ratio premitur & ſubiugatur. Poſſunt etiam hi duo uerſus præcedentes ad ſolam ſimilitudinem legi. Quaſi diceret: Quid cenſes putandum de illo qui concipit dolorem, & parturit atque parit iniquitatem? Idem ſcilicet quod de illo qui tota uita ſua præpararet aliquem lacum, & tandem præcipitaretur in ipſum, & tũc dolor eius: id eſt, quicquid terræ cum dolore de lacu exhauſerat, regereretur ſuper caput eius. & idem etiam quod de illo qui cum ubiquè parauiſſet alicui fuream uel pœnam aliquam, poſtea iniquitas eius deſcenderet in uerticem ipſius, iniqua illa pœna retorqueretur in ipſum. ſicut contigit Aman de pœna quam Mardocheo parauerat, & alijs multis. Nam ſicut utrique iſtorum labor ſuus eſſet, ſic uerò omnib. terrenis fraudibus inſiſtenti, labor ſuus omnis erit ad damnationem.

Confitebor Domino.] Poſtquam enim conſiderauit in bonis & in malis iuſtum iudicium, quia Deus ſic protegit iuſtos, ut ipſos de ſe illuminet: ſic punit iniuſtos ut non de ſua ira, ſed de propria nequitia eos damnet: facit laudabilem confeſsionem Deo, de tanta iuſtitia eius dicens, Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius, id eſt, laudabo Dominum propter iuſtũ iudicium eius in uocis confeſsione, & etiam pſallam, id eſt, bona & ſuauia opera faciam nomini Domini, id eſt, ad glorificandum nomen non meum, ſed ipſius Domini. & meritò, quia altiſsimus eſt, & ideo dignus omni laude. Huc illud attinet: Vt uidentes opera ueſtra glorificent Deum qui in cœlis eſt. Nec uacat hæc confeſsio. Quidam enim erant qui damnationẽ malorum, & ſaluationem bonorum, non iuſto iudicio Dei, ſed fato uel conſtellationi, uel cęteris talibus aſcribebant. Sciendum quòd ſi iſte Pſalmus in perſona perfectæ animæ de poſteriori populo legatur, nihil de ſupradicta lectione oportet mutari, niſi fortè ubi dicit: Exurge Domine in præcepto quod mandaſti. Iuxta quod poteſt etiã præcedens Exurge in qualibet lectione, continuatione non mutata taliter uariari. Quaſi dicat perfecta anima de poſteriori ſiue de priori populo: Si feci quod debui imitando te, tunc tu Domine fac mihi quod debes, ſcilicet exurge in ira tua, id eſt, auge iram grauem & irreflexibilem inimicis meis, uidelicet permitte eos flagellare & perſequi me. Cognoſco enim dum flagellor ab illis, nõ me negligis, ſed illis in ira exurgis, & exaltare in finibus inimicorum meorum, id eſt, obtine tibi dominium inimicis meis, qui ſunt fines, id eſt, marcha diaboli utendo ipſis eiſdem ad ſui damnationem, id eſt, permittẽdo eos ſubtracto lumine ueritatis facere ea per quæ damnentur. Vnde dictum eſt: Non enim quod uolo bonũ, illud facio, ſed quod nolo malum, id ago.

Exurge Domine Deus.] Quaſi dicat: Inimicis quidem exurge in ira, amicis uerò, nobis ſcilicet, tu qui Dominus noſter es poteſtate, & Deus noſter creatione, exurge in præcepto quod mandaſti, id eſt, fac nos proficere in hoc tuo præcepto, hoc eſt præceptum m.u.d. ſ.d.u. ſcilicet ut dilectio noſtra uſque ad inimicos extendatur: uel fac nos exurgere in humilitatis & obedientiæ præcepto, quod tu mandaſti, ut etiam erga perſecutores noſtros ſimus obedientes & humiles, & ſic exemplo & imitatione noſtra ſynagoga populorum, id eſt, multitudo credentium circumdabit te, & propter hanc illuminando regredere in altum, id eſt, fac ut appareat eis regreſsio tua in cœlum, & cætera quæ de te dicuntur lucem ueritatis mentibus eorũ inſerendo. Quotidie enim Chriſtus naſcitur, patitur, reſurgit & aſcendit, ſecundum diuerſorum ad fidem accedentium cognitionem. Vel aliter: Exurge Domine i.m.n.t. & ex.i.i.m. id eſt, ut ſias altus inimicis meis, ut ad inſpectionem tui non attingant, ſed cognitionem tui amittant, ſcilicet Iudæis, & etiam quibuslibet alijs perſecutoribus exurge, id eſt, fac te arduum in præcepto quod mandaſti, in obedientia & humilitate humanitatis tuæ, ſcilicet ut non cognoſcant te uerè humiliatum incarnatione, paſsione, & cæteris: ſed putent falſa eſſe quæ dicuntur de te, & ſic per horum excæcationem Synagoga populorum c.t. id eſt, multitudo fidelium, uel infidelium circundabit. expulſio enim Iudæorum, facta eſt receptio gentium. Et quia inter hos multi non uerè fideles erunt, ſcilicet habentes nomen Chriſtianum, ſed non obſeruantes præceptum, ſicut hypocritæ & hæretici: Ideo tu Domine propter hanc ſynagogam in parte cæcandam regredere, id eſt, aufer te ab eis, eundo in altum, ſcilicet aſpectum & cognitionem tuam eis auferendo, ut qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc. Et uerè regredietur. nam hoc modo Dominus nunc interim iudicat populos occultè, tandem iudicaturus eos manifeſtè. Poteſt iſte Pſalmus in perſona capitis notius legi, iuxta q. titulus præmiſſus taliter exponitur. Pſalmus iſte ſcriſit buiſ uerè Dauid, id eſt Chriſto quẽ ipſe cantauit, id eſt exultãter ad laudẽ eius protulit, ꝓ uerbis Chuſi, id eſt, ꝓ illud qđ apud perſecutores & infideles erat Chuſi, id eſt ſilẽtiũ, ſcilicet recõciliatio per ipſius Chriſti mediationem facta, quia ima ſummis, cœleſtia terreſtri-

Digitized by Google

bue coniuncta ſunt: illud inquam ſilentium ſactum eſt apud ſideles uerba, id eſt terio Chriſti manifeſta. Vnde factũ eſt, ut plurea in eiua corporis, id eſt, Chriſti perfectionem peruenerint, per cognitionem illiue Chuſi. Quod Chuſi eſt filiua Iemini, id eſt dextri: quia Deus pater propitiue mundo ad ſalutem omnium illud ſilẽtium per medietorem Chriſtum operatue eſt, atque ut fructificatet, ipſnm quoque reuelare dignarua eſt, pro qua reuelatione Dominue noſter Ieſue Chriſtua grariaa egena Deo patri, ut ad ſui conformationem uos exhortatetur, orat in hoc Pſalmo pro ſe, & pro membris ſuie ita dicena: Dominue Deus meua ſperaui non iu me, ſed in te, & ideo ſaluum me fac: id eſt, ſaluoa fac meoa cx omnibus perſequeutibua eos, ut ſuperius expoſitum eſt: & libera me in me ipſo, ne ille qui eſt uc leo, id eſt Iudaicua populus, qui ueiè grauem tugitum dedit iu paſsione contra Chriſtum cum diceret: Crucifige, crucifige eum. Ne ille inquam aliquendo tapiat, id eſt, auferat animam meam, ita ut poteſtatem non habeam reſumendi eam: & dabes liberate, & ſaluum facere, quia non aſt qui redimat, id aſt liberat me in me ipſo, ſi tu non liberaa me: neq; qui ſaluum faciat me in meis, ſi tu non ſaluum facie.

Domine Deus meus.] Reſumit idem nomen. Quaſi dicat, Ideo etiam debes liberare me, & ſaluum facere Domine Deua meus: quia non feci nec in me nec in meia, quod non debui. Nam ſi feci iſtud, ſcilicet quod non debui. & determinat ſicut ſuperiua: tunc ego nõ renuo quin decidam, id eſt, deijciar de inimicia meis Iudæis, inanis: id eſt inuictorio ſue ſcilicet, ut uon poſſim reſumere animam meã, quod meritò fieret: quia qui debueram eſſe caput in glorie, factus eſſem exemplar in ignominia, & ita decidam ut inimicua, id eſt Iudaicua populua perſequatur animam meem in tribulatione paſsionis, & comprebendat eam compellendo me ad mortem. & conculcet ipſam uitam meam: id eſt, animam meam in tertam, poſt mortem, me tanquam aliquam terrenum nou ualentem amplius reſurgere, in ſepulchro claudendo, & ſignum cum cuſtodibus ſepulchro adhibendo: & ſic deducat gloriam meam, id eſt, glotiam reſurrectionis meæ in puluerẽ, id eſt in nihilum. Si eutem feci quod debui, tunc tu Domine exurga in ira tua inimicie meis, & exaltare in finibua inimicorum meorum, ſicut ſuperiua in proxima lectione expoſitum eſt: & exurga in meis amicis iu præcepto q.m. id eſt, fac exurgere adhærentes mihi in pręcepto tuo, ſiue dilectionia, ſiue obedientię & humilitatis, & ſic per doctrinam & exemplum uitæ illorum ſicut apoſtolorum ſynagoga populorum eredentium circumdabit te in me, & propter hanc cõfirmandam per ſpiritus miſaionam regredere in altum, me homine regrediente in altum, qui per me hominem deſcendiſti de alto. Notandum quod non attribuitur aſcendera Deo ſecundum localem motionem, quia omnia complet, ſed deſcẽdere Dei eſt, hoc quod ſumma diuinitatie meieſtaa, per humilitetem humanæ naturæ uerbo unitæ nobie innotuit. Aſcendere uerò eſt, quod per eandam humenitetem poſt mortem clatificatam, reſurrectione, aſcenſione, conſeſsione magna Dei poteſtaa declarata eſt. Vel aliter: Synagoga populorum perſequentium propter zelum illorum, qui proficient in præcepto, circundabit te in perſecutione maa & meorum. Et propter hanc excæcandam regredere tu in eltũ per me regreſſum, ſubtrahendo eia ſcilicet cognitionem, ſicut ſuprà dictum eſt. Cætera quę ſequuntur, nõ mutantur. Quod uerò dicit: Iudica me Domina ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meã ſuper me: alia in hec lectione ad mẽbre referẽde ſunt.

IN PSALMVM VIII.

ARGVMENTVM.

ADmiratur propheta Dei potentiam, per quã gubernat cunctam mundi molem, gratiasq; agit quòd tantus creator hominis memoriam ſit habere dignatus. Aliter eccleſia laudem dicit Chriſto de fide omnium credentiũ. Lege ad Euangelium Marci.

IN FINEM PRO TORCVlaribus. Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

PRo torcularibus, pro eccleſiæ membris dicit: quia ſicut in torcularibus preſſæ uuæ duriſsimis gigartis comminutis, folliculisq; uacuatis dulciſsima uina profundunt: ſic in eccleſia de obſtinatis moribus, tumidaq; ſuperbia preſſura pœnitentiæ ſuaues lachrymæ ſalubriter exprimuntur. Eccleſia ergo priſci temporis, in qua reuera torcular eſt quidem corporum, ſed fructus ſalutaris animarum. Primo ingreſſu laudes Chriſti Domini læta decantat, maieſtatem eius prædicans, & operationis excelſa. Secundo apertius uenit ad hominis naturam, quam de conditione prauiſsima, quæ Adam fuerat peccante aiciata ad magnarum rerum dicit creuiſſe faſtigia. ſic Domini Chriſti ex duabus & in duabus naturis inconfuſis atq; diſtinctis una perſona ſalubriter & indubitanter agnoſcitur.

COMMENTARIVS.

DOmine Dominus noſter, quam.] Pſalmus iſte ſie intitulatur: In finem pro torcularibus ipſi Dauid. Quod ſie exponitur: Hæc uerba referuntur in finem, id eſt in perfectionem, quæ ſunt Pſalmus, id eſt laua Dei, ertributa ipſi Dauid, uel prophetæ ipſi, uel alicui ire parſecto de priori populo, ſicut ipſe fuit, per quem ſcilicet ſpiritua ſanctua & operaretur & loqueretur. Pſalmue dico dictua ad laudem Dei pro torcularibus, id eſt pro eccleſija, quaa ipſe propheta uel quilibat ita perfectua per ſpiritũ ſanctum futuras præuidit. Solet diuina pagina quandoqua per ſimilitudines, nõ ſolum unam, ſed plures res ſignificare, uelut eccleſiam quandoq; per aream ſiue torcular ſignificat. Quandoqua uerò per retia, ſiue per arcam Noe, iu quibua continebautur bona & mala, munda & immunda. Torculari autem ſiue areæ ideo accleſia comparatur, quia ſicut in torculari & area id agitur, ut fructua ab integumentie ſeparetur, quæ tamen integumenta neceſſarium fuit, ubi cum fructibus naſcerẽtur, & cum ipſie craſcerent, & ipſoa ad maturitatem perducerent: ita eccleſia per miniſtrorum Dai operetionem id egit, ut boni à malia, ematores mundi ab amatoribus Chriſti ſeparẽtur nunc ſaltem menta, quandoque ſeparandi corpore: quoa temen maloa neceſſe eſt nunc localiter permixtoa eſſa bonia, ut ad ipſoa ad quandam meturitatẽ, id eſt ad perfectionem perducant. Veniet eutem tempus quendo frumẽta recondent uel horreo, paleaa autem comburent igni inextinguibili, & uina recondent in cellas, uinacea uerò proijcient extra, unde beſtiæ terræ uanttes cõpleant. Eſt etiam eliua intellectua de torcularibua, nõ tamẽ ab eccleſiarũ ſignificatione recedẽs. Vua eſt uerbũ diuinũ, quod quando neceſaitate pronũciationis uſurpat ſonũ uocia quo perferat ad aurea audientiũ, eodem ipſo ſono intellectua quaſi uiciũ in uinaceie concludit. Sicq; uua illa peruenit ad aures audiantiũ, queſi ad torcularia calcatoriũ, & ibi diſcernit, ita ut ſonue

ut ſonus uocis uſq; ad aures ualeat: intellectus uero memoriæ eorum qui audiunt, quaſi quodam lacu torcularis excipiatur. Vnde in diſciplinam morum & habitum mentis quaſi uinum de lacu torcularis in cellas profluit, ubi ſi non negligẽtia acuerit, uetuſtate firmabitur: ſi uero negligẽtia acuerit, fiet iſtud acetum, de quo Iudæi Dominum potauerũt, id eſt, uerterunt in prauos mores & opera mala. Hoc enim aceto Iudæi male diuina ſcripturæ intelligentes, Dominum exacerbauerunt. Poſſunt etiam martyria torcularibus aſsimilari. Quid enim agitur in tanta perſecutione malorum, & tribulatione bonorum, quãdo ſcilicet ipſi boni flagellantur, atq; omnibus modis anguſtiantur, quorum ut mortalia: id eſt, corpora eorum uelut eſca beſtijs terræ proijciantur, animæ eorum in apothecas æternæ beatitudinis recondantur? Nunc ad literam accedamus. Propheta Dauid ſiue quilibet ita perfectus, plenus ſpiritu ſancto, qui in ipſo operabatur & loquebatur, præuidens quod futurum eſſet tempore prædicationis Chriſti & Apoſtolorum congregationes fidelium futuras: id eſt, eccleſias, quæ tamen ſine permixtione malorum eſſe non poſſunt, in quibus, id eſt, per operationem miniſtrorum Dei ageretur, ut boni à malis ſepararentur nunc mente, quandoq; etiam ſeparandi corpore: præuidens inquã hoc admirando prorumpit in laudem Dei ad conſolationem & doctrinam poſterorum, & etiam ad inſtructionem contemporaneorum ſuorum ita dicens, Domine Dominus omnium poteſtate, noſter autem ſpecialiter per gratiam: quia nos adoramus quod ſcimus, alij uero adorant quod ignorant. nomen tuum, id eſt, laus & fama tua quam admirabilis, id eſt, quam uenerabilis & laudabilis futura eſt per eccleſiarum conſtitutionem, non ſolum in Iudæa, ſed etiam in uniuerſa terra. Prius enim nomen Domini tantum in Iudæa notum fuit, poſtea uero per prædicationẽ Apoſtolorum in omnes partes terræ pullulante eccleſia exiuit.

Quoniam eleuata eſt.] Ideo nomen tuum erit admirabile, quoniam magnificentia tua, id eſt, magnificus filius tuus, dicendus ipſa magnificentia: quia multos magnificos faciet ad augmentum laudis tuæ eleuabitur ſuper cœlos quod ita certum eſt, ut iam poſsit dici quaſi præteritum eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Cœlos accipit hic libros ueteris & noui teſtamenti, qui ideo dicuntur cœli, quia uarijs figuris ſunt cælati, id eſt, ſculpti, & ſicut in aliquo opere ſculpto quoddã extra apparet, quoddam intus latet: ita in ipſis multa myſteria latent. Super hos cœlos eleuatus eſt Chriſtus excedendo eos, quia & in dictis & in factis omnia ſcripturarum præconia facta de ſe exceſsit. Vel aliter. Eleuabitur ſuper cœlos, id eſt, ſupereminebit Apoſtolos & alios præcones ueritatis in plenitudine gratiæ ſpiritus ſancti. Vnde ei per prophetam dicitur: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. uel maior erit & in dictis & in factis, quam illi de eo præconentur. De factis enim eius dicitur: Nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi Deus fuerit cum illo. Et item: A ſeculo non eſt auditum. De dictis quoq; dicitur: Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo. Vel aliter: Eleuabitur ſuper cœlos materiales, quando reſumpta carne à mortuis in illud ſummũ cœlũ, cuius ipſe lux eſt aſcendet, ad cõſedendũ in dextera patris. Apoſtoli ſiue alij præcones ueritatis ideo dicuntur cœli, quia & nos cõpluunt doctrinæ uerbis, & coruſcãt nobis miraculis de quibus dicitur: Cœli enarrant gloriam Dei, & plura talia.

Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem.] Verè admirabile erit nomen tuum, per magnificũ tuum, quia per ipſum perficies tibi laudem, id eſt, facies tibi perfectam laudem prouenire ex ore infantium & lactentium, id eſt, ex prædicatione rudium apoſtolorũ. Stulta enim mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes: infirma elegit, ut confundat fortia. Elegit ea quæ tanquã non ſunt, ut perderet ea quæ ſunt. Quod totũ de apoſtolis dictum eſt. Qui ſtulti prius in ſcientia, infimi in potentia, tanquã non eſſent in fama, ſuperauerunt diuinis ſententijs philoſophos & potẽtes uiros, aſſumpti à Domino, atq; miſsi ad prædicandũ. Quod ualde prouidè factum eſt à Domino, ne ſi eligeret philoſophos mundi prædicationis ſuæ miniſtros, putaretur quod ſi quid magnũ facerent, non ex dignitate materiæ prædicationis hoc eſſet, ſed ex eorũ mundana ſapientia uel poteſtate. Poteſt hic etiam ordo uerborũ notari. Minus enim eſt infans, quàm lactens. Accipiamus igitur per infantes cæteros apoſtolos, nihil prius ſcientes: per lactentem uerò Paulum, qui etſi aliquid prius ſciret, tamen quaſi lactens adhuc erat antequã eligeretur cõparatione Platonis & aliorũ philoſophorum. Ex iſtorũ ore perfectam ſibi Deus fecit laudem, cum cœlos, id eſt ſcripturas arduas & abditas ad capacitatẽ eorum inclinauit, & eis aperuit ita ut per humilitatẽ hiſtoricæ fidei, quæ temporaliter geſta ſunt, ad celſitudinem ſpiritualis intelligentiæ animos eorum inſtructos atq; roboratos erigeret. perficis inquam tibi laudem, & hoc propter inimicos tuos perdendos, ſcilicet ut deſtruas inimicũ ſectæ tuæ, & ultorẽ, id eſt, defenſorem ſectæ ſuæ, Iudæum, ſiue pſeudoprophetam uel hæreticũ. Multum enim Iudæi & pſeudoapoſtoli de ſana doctrina talium ſcandalizati ſunt. Inimicos Dei uocat, quicunq; diſpenſationi diuinæ uirtutis & ſapientiæ per Ieſum Chriſtum ad ſalutem omnium adminiſtratæ nequiter aduerſantur. Vel aliter: Ex ore infantium, id eſt ſimplicium puerorũ Hebræorum à nullo inſtructorũ, perficies tibi laudem propter inimicos tuos Iudæos confundens. Valde enim confuſi & perturbati fuerũt Iudæi, quando Domino appropinquante paſsioni ſuæ ſexto ſcilicet die ante paſcha ueniente Hieroſolymam, pueri eorum à nullo inſtructi niſi à ſpiritu ſancto, proceſſerunt ei obuiam, cum ſumma pompa clamantes, Oſanna filio Dauid.

Quoniam uidebo cœlos.] Verè eleuabitur ſuper cœlos magnificus tuus, ſiue libros ſiue apoſtolos, quia plures erunt cœli. Nam ego uidebo, non in me, ſed in poſteris. Tale dictũ eſt: Introduxit eos Dominus in mõtem ſanctificationis. Non enim Dominus filios Iſrael, quos de Aegypto eduxit in terram promiſsionis, cũ omnes priuſquam ad ipſam peruenirẽt, præter duos mortui eſſent, per ſe introduxit. Dicitur tamen introduxiſſe eos per poſteros, quos introduxit. Similiter hic dicitur: Videbo in poſteris meis tempore magnifici tui cœlos tuos, id eſt libros tuos, cælatos & cõpoſitos ab illis, in quibus ſpiritus ſanctus loquitur & operabitur: & ideo dicẽdi erunt opera digitorum tuorum, id eſt ſpiritus ſancti. Plures enim libri poſtquã ueritas in aduentu Chriſti patuit, facti ſunt quàm prius. Vnde rectè dicitur: Videbo cœlos tuos, & cætera. Digitus accipitur pro ſpiritu ſancto, propter diuerſitatem donorum. Nullum enim membrum tot manifeſtas diuerſiones habet in noſtro corpore, quot manus in digitis. Ad hoc pertinet quod tabulæ, in quibus lex data eſt Moyſi, leguntur ſcriptæ digito Dei, id eſt à ſpiritu ſancto. Et quod in Euangelio dicitur: Si in digito Dei eijcio dæmonia, & plura talia. Vel aliter: Videbo in poſteris meis cœlos tuos, id eſt, apoſtolos tuos ita innouatos, & chariſmatibus plenos, ut poſsint dici opera digitorum tuorum, id eſt, opus ſpiritus ſancti. & uidebo etiam opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas: lunam, id eſt uniuerſalem eccleſiam: & ſtellas, id eſt ſingulas minores eccleſias: ut ſeptem eccleſias Aſiæ, quæ utraque tu per apoſtolos tuos fundabis. Vel ſecundum primam ſententiam ita dicatur: Videbo cœlos, id eſt libros: & lunam & ſtellas, quæ tu ipſis cœlis, id eſt libris fundabis. Præcepta enim diuinorũ librorũ ſunt fundamentũ & uniuerſalis eccleſiæ & ſingularũ eccleſiarũ. quibus ipſæ roborantur & ſuſtentantur uelut ædificiũ à fundamẽto. Eccleſia tota ſignificatur à luna, propter defectũ quem patitur. Nullus enim tãtæ perfectionis in eccleſia uiuit, qui nõ multo

tiens

tiens cadat & reſurgat. Vnde dictum eſt: Iuſtos cadit ſeptias in die, & reſurgit. Singulæ uerò eccleſiæ ideo ſtellis comparantur, quia ſicut ſtella differt à ſtella in claritate, ita diuerſæ eccleſiæ inter ſe in diuerſorũ chariſmarum soncesſione. Alis enim præualet in largitate, alis in caſtitata & cætera.

Quid eſt homo.] Quia notatum eſt ſupetius, quoſdã imitatores ueteris hominis regenerandos eſſe in nouum hominem, quod ſcilicet in proximo uerſu & in primo, ubi mentio de conſtitutione eccleſiarum per nomen in uniuerſa terra clarificandum facta eſt, innuitur: & quia dictom aſt quòd magnificus Dei, id aſt, filios hominis ſuper omnes cœlos eleuabitur, ideo propheta reſumic ſoperiorem admirationem. Quaſi dicat: Domine Domious noſter. Qd' eſt homo, id eſt, cuius dignitatis in ſe ſimpliciter homo, id eſt, uetus homo & omnis portás imaginem eius, quòd tu eius à te per peccatum elongati memor eſſe dignaris, parando ei opem medicinæ. Aut etiam filius hominis, id eſt, uirginis, dominicus ſcilicet homo. quid aſt qd' uiſitas enim, per præſentiam uerbi tui ſibi adiuncti? Quaſi dicat: Quãtom ad ſe nibil eſt & ſimplex homo & filius hominis, ſecundum quod da peccatrici carne aſt natus: quantum uero ad te, qui & memor es illius & uiſitas iſtum, magnum quid eſt. Sciendum quòd omois filius hominis, eſt homo: ſed non omnis homo, eſt filius hominis. Simpliciter enim homo dicitur, primus tranſgreſſor, & omnes ſaquentes ueſtigia eius. Filius uero hominis dicitur, Dominicos homo: id eſt, Chriſtus, ſicut his. Dicuntur quoq; filij hominis, quicunq; ex uereri homine regenerati ſunt: ſed quia multi ſunt qui non regenerantur, ideo non omnis homo eſt filius hominis. Eſt tantum homo principium omnis filij hominis. Semper enim pœnitentia & ablutio ueteris homiois, eſt generatio filij hominis: id eſt, nouitatis. Præcedit namq; animalitas ſpiritualitatem. Vnde dicit Apoſtolus: Nõ prius quod ſpiritualo eſt, ſed quod animale, &c.

Minuiſti eum paulo minus.] Licet tu uiſites filiom hominis, tamen tu facies eum minorem angelis in paulo, id eſt, in parua re, ſcilicet in carnis infirmitate, & tribulatione paſsionis & mortis: ſed nihil nocebit, quia tu ſtatim coronabis eum: id eſt, ornabis eum gloria reſurrectionis, & honore conſeſsionis. & per hoc utrũque conſtitues eum ſupar omnem m.t. id eſt, facies eũ ſuperiorem omni rationabili creatura bona tam ſuperiori quam inferiori, quæ dignius inter cætera opus tuum poteſt dici. Namq; ſubijcies omnia rationabilia ſub pedibus eius, id eſt, poteſtati eius, ut ſic dictũ ad ſimilitudinem. uel ſob pedibus eius: id eſt, etiam humanitati eius ſubijcias omnia. Per pedes nãq; quæ inferior pars eſt corporis, humanitas Chriſti, quæ inferior eſt diuinitate, deſigoatur: & oſtẽdit per partes, quia omnia.

Oues ſcilicet & boues.] Oues in hominibus dicuntur rationabiles homines, fructum ſimplicitatis & innocentiæ taferentes. Angeli quoq; dicuntur oues, iuxta illud euangelium: Si quis habet centum oues, & ſi perdiderit unam ex illis, & cætera. Centenarius quippe numerus qui perfectos eſt, deſignat perfectionem in ſupercœleſti rationabili creatura. Per nonaginta uero nouem, qui imperfectus numerus eſt, intelligitur imperfectio & diminutio rationis, quæ in illo facta eſt per primum hominem, qui per inobedientiam de diuinæ gloria cognitionis lapſus eſt. Boues quoq; in hominibus dicũtur prꝗcones ueritatis, fructificantes, atq; alios in fide generantes: propter quod etiam in fœminino genere protulit, Boues uniuerſas. In angelis uero illi poſſunt dici boues, qui aliquam ſalutem hominibus præconantur, per quod Deo nos fructificantur. Vt Gabriel ſacratiſsimam incarnationem Domini beatæ Mariæ, & cætera talia. Inſuper & pecora hic apponit, de ſubiectione malorum in hominibus, ut integram conſtitutionem eccleſiæ oſtendat: & occulte notat hic quod ſuprà dictũ eſt in titulo, De torcularibus ſcilicet, quòd in eccleſia permixti ſunt boni & mali. Qui nunc per operationem miniſtrorũ Dei ſeparabantur mente, quandoq; uero ſeparandi etiã corpore. & ne ſi ſimpliciter dicent, Et pecora campi referemus ad idem, ponit inſuper ad notandum hic alios accipiendos. Dicuntur autem campi, homines irrationabiles, terrenis tantum uoluptatibus inhiantes & gaudentes, qui per campum, id eſt, per latam uiam, quæ ducit ad interitum incedunt, ubi nihil arduum aſcenditur, nulla difficultas ſuperatur. Vbiq; planicies apparet, quo uſq; ad præcipitium ineuitabile peruenitur. De his uerè dictum eſt: Quorum Deus uenter eſt, & gloria eorum in confuſione. Volucres quoque ſimpliciter dicũtur homines elati, communẽ modum excedentes. Volucres cœli, id eſt, aeris dicuntur, qui magis elati ſunt, ut illi de quibus dicitur: Magnificabimus legem noſtram, & reliqua, ſicut cum plores uolucres materiales ſint cœli, quia in aere conuerſantur. Illæ autem ſpecialiter dicuntur uolucres cœli, quæ ſublimiorem aerem frequentant. Per piſces uero maris, qui latiorem uiam habent ad diſcorrendũ quam piſces fluuij, deſignantur curioſi in terrenis: ſicut mercatores, qui latam profunditatẽ maris, id eſt, huius mũdi rimãtur, ſectando lucra importuna. Quorum negotia comparantur ſemitis illis, qui in uero mari ex tractu nauium aut aliquarũ rerum fiunt: quia quàm citò illæ deſtruuntur, tam citò totus labor iſtorum annihilatur. Oſtenſa perfecta eccleſiæ futuræ cõſtitutione ex capite & ex membris, tam bonis quàm malis, reſumit item ad confirmationem primam admirationem dicens: Domine Dominus noſter.

IN PSALMVM IX.

ARGVMENTVM.

ORat Dominum Dauid pro doloſis cogitationibus filij ſui, gratias agens quòd eos non ſequeretur effectus. poteſt & Ezechiꝗ congruere gratias agenti, poſt Aſſyrij exercitus interitum. Aliter eccleſia laudem dicit Chriſto de Iudæis & de principe dæmoniorum.

IN FINEM PRO OCCVLtis filij. Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

NOmen filij perſonam ſignificat Domini ſaluatoris. nam cum nomen aliquod, ad quem pertineat non ponitur, neceſſe eſt ut hoc dictum de ſummitate aliqua ſentiatur. Pro occultis autem, quod plurali numero poſuit, non unum, ſed utrumq; eius demonſtrat aduentum. Verùm ſciendum eſt, in Hebræo haberi pro morte filij: ſed Septuaginta interpretes Chriſti paſsionem & reſurrectionem, quæ ignota prius mundo fuit, per uerbum abſconſionis celare maluiſſe, ne à gentibus illo tempore facile noſceretur. Deinde & Symmachus ita tranſtulit pro uictoria de morte filij, hanc habens conſuetudinem ut uerbum Hebraicum Lamanaſſe, quod Septuaginta interpretes, in finem: Aquila innicopoim tranſtulit. hoc eſt ei qui præbet uictoriam ipſe: Epinicion uerteret, quod propriè triumphum, pſalmumq; ſignificat. Totus hic pſalmus à perſona prophetæ depromitur. Prima profeſsione lætum ſe dicit Domino pſalliturum, quoniã confudit diabolum, cuius culturam aduentus ſui pia diſpenſatione deſtruxit. Secunda commonet fideles, ut pſallãt Domino, qui uindicat ſanguinem pauperũ, & exaltat eos de portis mortis. Tertia peccatoribus, cũ Antichriſto malorũ finẽ dicit uenturũ.

Quarta

Quarta malorum ipſorum nimietate permotus, conuerſus ad Dominum, quaſi receſsiſſe illum dicit à defenſione pauperũ, cum malis datur licentia præſumptionis ſuæ. Quinta deprecatur, ut tremendi illius iudicij tempus adueniat, quatenus hæc omnia fine celeri tranſigant, ne cuiuslibet hominis iniquitas ultrà præualeat.

COMMENTARIVS.

C*Onfitebor tibi Domine in toto corde meo.*] Pſalmos iſte ſic intitulatur: In finẽ pro occultis filij Pſalmus Dauid. Quod ſic exponitur: Iſte Pſalmus eſt compoſitus ab Dauid hiſtoriali, reſerendus non ad aliquam hiſtoriam, ſed in finem: id eſt in perfectionem, ſcilicet in plenitudinem temporis, quando Deus miſit filium ſuum, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret: & quando receſſit imperfectio temporis, in qua prius ueritas ſub umbra latuit. Pſalmus dico dictus, pro occultis filij Dei intelligendis, uel inſiſtendis. Quæri poſſet, cuius filij hic occulta accipiantur, quia determinatio non eſt appoſita, niſi ſuperioris Pſalmi titulus dubitationem iſtam excluderet, qui de Abſalone filio Dauid hiſtorialis agens, habet ad determinationem filij ſui præterea hoc quoq;, q. cum ille neſarius bellũ patri intulit, nõ gentes aliquas, ſed ſolum Iſraelem aduerſus eum concitauit. In hoc autem pſalmo multa de gentibus intelliguntur, hoc inquam manifeſtè nos inducit ad id, ut non hic occulta alicuius hiſtorialis filij Dauid accipiamus: ſed potius unigeniti filij Dei patris, qui per excellentiam abſolutè uocat filium ſe dicens: Si filius uos liberauit, uerè liberi eritis. Hæc autem diſtinctio quæ ponitur hic, ſcilicet pro occultis, mittit nos per oppoſitum ad intelligendum, quædam ipſius filij eſſe manifeſta: ad quorum differentiam dicuntur hæc occulta. Vt igitur perfectius hæc occulta uideamus, conſideremus utraque ſcilicet occulta ipſius filij, & manifeſta. Duo aduentus Chriſti certiſsimè eſſe credũtur. Alter præteritus eſt, humilis ſcilicet & occultus, quãdo in carne apparuit, quem Iudæi nõ crediderunt, & qui gentibus profuit: quia cęcitas ex parte facta eſt in Iſrael, ut plenitudo gentium intraret. Alterum uerò manifeſtum, ſcilicet aduentũ in die iudicij expectant ipſi Iudæi ſicut & nos, in quo etiam impij manifeſtè confitebuntur ipſum Chriſtum eſſe illum, qui meritò iuſtis conferat præmia, & malis inferat ſupplicia, licet illa confeſsio non ſit eis ad remedium ſalutis, ſed ad cumulum damnationis. Hos autem duos aduẽtus ſequuntur duo iudicia, humilem ſcilicet aduẽtum ſequitur occultum Iudicium: manifeſtum uerò aduentum, manifeſtum ſequitur iudicium. Occultum iudicium in præſenti agitur, quod Petrus in epiſtola ſua teſtatur dicens: Oportet ut flagellum nunc incipiat à domo Dei. Flagellum uocat iuſtum iudicium, quod in præſenti ad purgationem exercetur in domo Dei, id eſt in fidelibus. Eſt autem occultum iudicium, pœna illa quæ in præſenti occultè miniſtratur, ut uel exerceat conuerſos ad purgationem, aut admoneat impios ad conuerſionem, aut obduratos præparet per præſentem cæcitatem ad æternam damnationẽ. Hęc quoque duo iudicia prædicta manifeſtat Dominus in Euangelio dicens ita de manifeſto: Qui credit in me, non uenit in iudicium, ſed tranſit de morte ad uitam. Quod ſic intelligendum eſt, quòd quilque uerè fidelis ita in præſenti iudicio per aliquantulam afflictionẽ, qua Deus pater flagellat omnem filium quẽ recipit, purgat, ut non ſit opus ipſum uenire tanquam purgandum ad iudicium, ſed ſtatim tranſeat ad gloriam. De occulto quoque iudicio dicit: Qui autem nõ crediderit, iam iudicatus eſt, id eſt, iam per excæcationem occulti iudicij præparatus eſt æternæ damnationi iuſti iudicij. Hæc ſunt occulta filij & manifeſta: & pro his occultis, & etiam manifeſtis intelligendis, & aduertendis pro ſuo modo & tempore à fidelibus Pſalmus iſte à Dauid propheta in uoce capitis, uel etiam alicuius perfecti de priori populo cõpoſitus eſt. Poſſumus quoq; ſine prædicta uerborum prolixitate, occulta & manifeſta hic notare, ut per occulta accipiamus hoc quod in præſenti malis permittitur proſperitas, & patitur eis, ut tandem repellãtur: boni uerò nunc flagellantur, ut tandem in gloriam recipiantur. Quod hominibus quibus per contrarium uidetur occultum eſt, & per hæc occulta intelligamus manifeſta illa, quæ poſtea ſequentur, quando boni ſcilicet manifeſtè recipientur, mali uerò reijcientur. Nunc ad literam accedamus. Vox capitis eſt in hoc Pſalmo, exhortantis nos ut aggratulemur humili eius aduentui, & conformemur per imitationem paſsionis eius, ut apprehendamus hic diſciplinam patris occultam & fugientem, ut in futuro poſsimus euadere manifeſtam pœnam, malos deuaſtantem: & dicit ita, Domine pater confitebor tibi, id eſt, laudabo te in me & in meis, per bonam operationem, & non fictè, quaſi populus labijs honorans, ſed in toto corde meo: id eſt affectione tota. Ille in toto corde laudat Dominum, qui nullum angulum cordis in quo aliquid terreni habeat, ſibi reſeruat, ſed omni cordis affectione laudare Deum per bona opera feſtinat. Ille etiam in toto corde laudat, qui diuinæ diſpoſitioni in nullo reſiſtit, nihil attribuendo fato, uel conſtellationi, uel cæteris talium, ſicut quidam ſtulti: & qui intelligunt gaudendũ eſſe in tribulationibus, quia ſcit quòd omnis pœna præſens uel ad hoc datur, ut exerceat cõuerſos iam ad purgationem, aut admoneat non conuerſos ad cõuerſionem, aut nolentes conuerti, præparet ad æternam damnationem. Confiteri ideo ponitur pro laudare, quia poſt ueram confeſsionem peccatorum ſequitur laudabilis confeſsio: id eſt immutatio prauæ uitæ in uitam bonam, qua uerè Deus laudatur. Confitebor inquam tibi, & narrabo ſimiliter in me, & in meis, per bona opera mirabilia tua, omnia narrabilia ſcilicet. Hæc determinatio apponitur propter quædã quæ nec in ſe nec in ſuis ipſum caput narrauit. de quibus dictum eſt: Non eſt ueſtrum noſſe tempora, uel, &c. Et item: Multa habeo uobis dicere. Et rurſum: De die autem illa, uel hora nullus ſcit, niſi ſolus pater, & reliqua. Vel aliter: Narrabo omnia mirabilia tua, non ſolum ea ſcilicet quæ palàm operatus in corpore, ſed etiam quæ facis inuiſibiliter, quod longè dignius & excellentius eſt. Excellentius enim fuit Saulũ perſecutorem inuiſibiliter reſuſcitare in mente, quàm Lazarum mortuum uiſibiliter in corpore: quia uiſibilia miracula uocant animam ad illuminationem, inuiſibilia uerò ipſam uocatam illuminant: & ita narrabo, ut tranſeam in me & in meis per inuiſibilia miracula, ad intelligenda atque credenda inuiſibilia. Quod eſt perfectè narrare omnia mirabilia Dei.

Lætabor & exultabo in te.] Hoc modo ſcilicet narrabo & confitebor, quia lætabor in mente, & exultabo in corpore: id eſt perfectè gaudebo. quod notatur per hoc utrunque, & hoc non in me, uel in aliqua ſeculari conquiſitione, ſed in te ex quo pendebit eſſe meum, & etiam pſallam: id eſt, bene operabor, non ad gloriam meam, ſed ad nomen tuum glorificandum: quia tu altiſsimus es. hoc rectè competit ipſi capiti, id eſt Chriſto qui dicit, Ego non ueni ut facerem uoluntatẽ meam. Et rurſum, Gloria mea non eſt mea. Conuenit etiam membris ſuo modo. Iuxta quod dictum eſt: Vt uidentes opera ueſtra bona, glorificent Deum, qui in cœlis eſt.

In conuertendo inimicum meum retrorſum.] Meritò pſallam tibi, quia quod placebo, uel quod ero, per te erit: quia tu conuertes, non ego inimicum meum retrorſum, id eſt, diabolum tentantem me, per ſe ipſum, & membra mea, & per ſe & per mẽbra ſua: & in ipſa tentatione uolentem ſe & membra ſua præponere, per

uictoriam,

Digitized by Google

uictoriam, & mihi & meis: illum facies & in ſe & in ſuis retrorſum eſſe, id eſt uictum posteriorē eſſe. Semper enim indigniora posteriora ſunt dignioribus, nō tempore, ſed dignitate. Quod uerè Ioannes ſenſit cū dixit: Qui poſt me uenit, ante me factus eſt. hoc factū eſt in Chriſto, quando tentatus à diabolo, dixit ei qui uolebat præeſſe: Vade retro ſatanas. Fit etiam in mēbris eius quotidie, quando tentati à diabolo per ſuggeſtiones, uel à miniſtris eius per concitationes, non ipſis ſuccumbunt, ſed eos uincentes præcedunt. Vel aliter: Conuertens inimicum meum retrorſum: id eſt principem mundi diabolum: qui prius quàm à te expelleretur, foras præcedebat ducendo facies ſequi in ſe & in membris ſuis, tuos inaniter perſequendo. & uerè eunt retrorſum diabolus & membra eius, ſiue tentantes, ſiue perſequentes: quia infirmabuntur, id eſt inefficaces in utroque erunt, & peribunt tandem remoti à facie tua, cum eis dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. & uerè diabolus & miniſtri eius tentantes infirmabuntur: quia tu nō dico facies, ſed iam feciſti iudicium, id eſt rationem in me & in meis, quā ipſi tentando uoluerunt facere ſuam: id eſt ſibi obedientem illam, tu contra tentationes roborando facies eſſe meam & meorum, id eſt facies parere potius utilitati meæ, & meorum & cauſam, id eſt ſuggeſtionem ipſius diaboli, & concitationem miniſtrorum eius quam ipſi putabant eſſe ſuam: id eſt prouenire ad eorum gloriam, illam facies tu meam. id eſt proficere mihi & meis ad gloriam, & in hoc ſedebis ſuper thronum digne: id eſt iuſte iudicabis in hoc tu qui iudicas omnem iuſtitiam & nullam iniuſtitiam. Thronus eſt ſedes iudiciaria, in qua ille ſolus ſedere dicitur, quia rectè iudicat. Non enim in ſede regni ſedet, imò nec eſſe ibi dicendum eſt, quia non regit. Vnde hic rectè ſedere ſuper thronum pro iuſto iudicio poſitum eſt. Iuxta aliam uerò ſententiam ita dicetur: Verè diabolus & miniſtri eius perſequentes me & meos, infirmabuntur: quia tu facies iudicium, id eſt iudiciariam poteſtatem eorum & cauſam, id eſt accuſationem, quam ipſi in damnatione mea & meorum exercebunt, ad ſuam gloriam, illam ſcilicet iudiciariam poteſtatē & accuſationem facies tu meam: id eſt, cōuertes ad meā meorumque gloriam, & illorum ignominiam. & in hoc ſedebis ſuper thronum, id eſt, parabis tibi animā meam & meorum thronum: id eſt iudiciariam ſedē, tu qui per me iudicas omnem iuſtitiam. Omne enim iudicium pater dedit filio. hinc dictum eſt: Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Poſſunt etiam hi duo uerſus aliter legi, ut ſic dicatur: Ideo ego pſallā nomini tuo, quia inimicum meum, id eſt Iudaicū populum infirmitatem ſuam nō animaduertentē prius, & ideo me medicum contemnentem & præcedentē, ſicut aliquis inſanus, dum morbum ſuum non intelligit, non ueneratur ſequendo medicum, ſed præcedendo contemnit: illum inquam inimicum conuertes retrorſum, id eſt, facies per prædicationes apoſtolorum tuorum aduertere morbum ſuum, & humiliter me ſequi ac uenerari me medicum. Vel uerè conuertentur retrorſum. nam infirmabūtur in ſe, id eſt recognoſcēt infirmitatem ſuam: & ſic peribit in eis facies eorum, id eſt deformitas peccati, qua ſe fuſcauerāt à facie tua ſuperueniente: id eſt, propter uirtutes ſuperueniētes. Sic perierat facies Sauli cum dixit: Viuo iam non ego, uiuit in me uerò Chriſtus. Vel peribit facies eorum à facie tua: id eſt per illos in quibus apertè repræſentabitur facies tua, id eſt per doctrinam apoſtolorum. & ideo peribit, quia damnatio mea ſaluabit eos. Quod ſic dicit: Quoniam tu Domine pater iam feciſti in diſpoſitione tua iudicium, id eſt damnationē, qua damnabor: & cauſam, id eſt accuſationem, qua accuſabor, eſſe meam, id eſt meorum, id eſt ſaluiferam meis. & in hoc ſediſti ſuper thronum: id eſt, iuſtè iudicaſti in hoc. Iuſtum enim fuit iudicem hominum, qui ſalutē conferre uenerat, pro ſalute hominum immolari. Vnde dicit Apoſtolus: Oportebat enim qui multos filios adducturus erat in gloriam, auctorem ſalutis eorū per mortem conſummare. Hoc idem quod de Iudæis nunc diximus, poteſt dici de quibuslibet gentilibus membra perſequentibus.

Increpaſti gentes.] Quaſi diceret: Pro quo fructu feciſti iudicium & cauſam meam, ob hoc ſcilicet, quia per hoc increpaſti per me gentes, id eſt omnes gentiliter uiuentes: non quod ipſe Chriſtus perſonaliter increpuerit gentes, quarum nullus ad eum ueniſſe dicitur, niſi mulier quædam Chananæa, & Centurio quidam magnæ fidei: cum ipſemet dicat, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ſed hoc factum eſt, quando apoſtoli per ſpiritum ſanctum confirmati, apertè uitia omnium malorum reprehenderunt. & quia gentes increpaſti, ideo periit impius, id eſt, qui prius erat impius iuſtificatus, factus eſt pius. Vnde dictum eſt: Verte impios, & non erunt: & in hoc periit, quia tu deleſti nomen eorum: id eſt, nomen impietatis in eis, non tantum in præſenti, ſed in æternum. & quia in æternum ſolet accipi pro tanta diuturnitate, quanto longior ab humano animo poteſt concipi, ut ibi: Dominus in æternum regnabit, & ultra: ideo ſubdit, Et in ſeculum conſecutiuum huius ſeculi præſentis, id eſt, in uera æternitate, quæ in hoc conſequitur hoc ſeculum: quia ſicut iſtud ſeculum agitur per decadentes & ſuccedentes dies, menſes & annos: ita ipſa æternitas agitur quaſi per decedentes & ſuccedentes infinitas ætates. Dicit beatus Auguſtinus, quod in alia translatione habetur in ſeculum & in ſeculum ſeculi: ſed quia in Græco unde hæc translatio facta eſt, habetur quoddam nomen αἰών, quod æquiuocū eſt ad ſeculum & ad æternum: ideo hic æternum iuxta illud poſitum eſt.

Inimici defecerunt.] Per hoc deleſti nomen eorū, quia non dico deficiēt, ſed etiam iam tua diſpoſitione defecerunt frameæ inimici, id eſt diaboli. Frameas uocat diuerſas opiniones errorum, quibus diabolus quaſi gladio iugulabat animas illorum, quos per illos errores decipiebat. Quas omnes frameas gladius ille deſtruxit, quem Deus pater in humili aduentu reconditum in uagina miſit: in manifeſto uerò aduentu in maieſtate uibrauit, quia poſt aduentum Chriſti, etſi frameæ illæ in aliquibus manſerunt, paruam tamen efficaciam habuerunt. quod ſic dicit, Frameæ defecerūt, id eſt, deſtructæ ſunt peruenientes in finem: id eſt, in perfectionem & plenitudinem temporis, quando ſcilicet Chriſtus aduenit, uel defecerunt euntes in finē: id eſt, omnimoda deſectione & contritione deſtruxiſti. Anima cuiuſq; impij eſt ciuitas, in qua regnat princeps Babyloniæ, id eſt diabolus. In hac ciuitate doloſa & fraudulenta conſilia quaſi curiæ locū obtinent. Officia uerò diuerſorum membrorum huic principatui ſatellitium præbent ad explendū flagitium, quando per oculos decipimur ad carnalem concupiſcentiam, per aures ad laſciuiam, per manus ad rapacitatē, & ſic per cætera. Hæc quoque ciuitatis plebs ſunt, carnales delectationes, & turbulenti motus animi quotidianas ſeditiones in homine concitantes. Hæc regna per diuinum uerbum deſtruuntur, quando per ſacram prædicationem fraudulenta conſilia ſopiuntur, & illicitæ delectationes edomantur, & officia mēbrorum captiuantur: ut fiat in nobis quod Apoſtolus admonet dicens, Sic exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem, &c. Vnde dicit: Ciuitates, id eſt animas impiorum in quantum regnum erāt diaboli, per uerbum prædicationis deſtruxiſti. Et ſciēdum quòd nequaquam iſta, id eſt fraudulenta conſilia & cætera, in malis ciuitatibus eſſe dicerentur, niſi prius eſſent in ſingulis hominibus. Vel aliter: Frameę inimici, id eſt manifeſtæ contradictiones, quas diabolus per membra ſua prius faciebat Chriſtiano nomini: quę ideo deſignātur per frameas, quia qui framea, id eſt gladio pugnat, manifeſtè pugnat. Illæ, inquam,

defece-

Digitized by Google

defecerunt in finem, ut ſupra dictum eſt, & nõ in paucis: ſed ciuitatea, id eſt, conſpirationes & conuenticula illorum contradictorum deſtruxiſti, transferendo eos in eccleſiam. & bene dico deſtruxiſti iam, quia iã apud te perijt memoria, id eſt, fama & gloria eorum, quam ipſi uoluerunt ex perſecutione Chriſtiani nominis ſibi acquirere. & merito perijt, quia fiet cum ſonitu, id eſt, irrationabiliter: ſicut nulla ratio intellectus eſt, ubi ſolus ſonus non diſtinctus per uerba eſt. Quæ Irrationabilitas ſatis exprimitur, ubi ipſis bobus comparantur, Domino dicente ad Saulum: Stultum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Vel aliter: Memoria eorũ perijt cum ſonitu, id eſt, cum ſtrepitu impietatis: id eſt, memoria perijt in eis, & impietas, quæ ſtrepitum faciunt in anima. Vel aliter: Memoria perijt cum ſonitu: id eſt, cum magno labore & conatu abnegandi ſe. Multo enim labore opus eſt, ut aliquis ſe abneget, & crucem ſuam tollat. Vel aliter: Memoria eorum perijt cum ſonitu prædicationis: id eſt, per tonitrum & terrorem, quem Apoſtoli prædicantes per minas futuri iudicij eis intulerunt. Et Dominus permanet in æternum. id eſt, ego quem ipſi exhæredare, & tanquam ſeruum expellere uoluerunt, factus Dominus permaneo in domo: id eſt, habito in fidelibus non ad horam, ſed in æternum. Vnde dictum eſt: Seruus non permanet in domo in æternum, filius autem permanet in æternum. Et rurſus: Et regni eius nõ erit finis. Hic caput de ſe, quaſi de terris perſona loquitur.

Parauit in iudicio.] Meritò Dominus permanet in æternum in domo, quia ipſe in iudicio p. t. ſ. id eſt, ego in damnatione paſsionis meæ paraui mihi thronum: id eſt, conquiſiui mihi iudiciariam poteſtatem apud Deum patrem, qui me quia pro hominibus iudicatus ſum, iudicem hominum cõſtituit. Vnde dictum: Chriſtus factus eſt obediens patri uſque ad mortem, propter quod & Deus pater illum exaltauit, & reliqua: Et ipſe, id eſt, ego qui prius in humilitate poſitus non uidebar ipſe, non factus ipſe, id eſt, Dominus & iudex omnium, iudicabo manifeſto iudicio in fine orbem terræ. id eſt, illos qui cum prius eſſent terra, id eſt, terreni fient per bona opera orbis, id eſt, perfecti: illos iudicabo in æquitate, id eſt, in æqualitate conformando eos ſcilicet mihi in gloria ibi, quia hic ſe mihi conformauerunt per bona opera & populos, id eſt, malos tumultus & ſeditiones agitantes iudicabo in iuſtitia, id eſt, in comparatione iuſtitiæ perfectorum: quia hic ipſis perfectis ſe non conformauerunt, non aſſociabuntur illis ibi in gloria. Non enim ibi erit iudicium niſi in conſcientia, qua ſe quiſq; ſociabit ibi ſiue bono ſiue malo, cui ſe hic conformauit.

Et factus eſt Dominus.] Idem creator omniũ, qui tũc manifeſtè iudicabitur, factus, id eſt creatus per humilitatem ſibi adiunctam, & ideo dominus cõſtitutus: nunc interim eſt refugiũ, id eſt receptaculum quo defenditur & recipitur ille, qui prius per primum traducem peccati in regionẽ longinquã fugerat. eſt, inquã, refugium pauperi nõ exterius, ſed interius, id eſt uero pauperi, qui ita ſe in mente paupertauit, ut nihil amet quod uel eum uiuentẽ deſerat, uel ab eo in morte deſeratur, ſed ſola æterna quæ ſtabilia ſunt, deſiderat. & in hoc eſt refugium, quia adiutor eſt in opportunitatibus, id eſt, ubi eſt opportunũ ſcilicet in uirtutibus interius, licet non adiuuet exterius: quia ponit uirtutes in ſuis ne deuocentur uel deficiãt. & hoc tũc quando neceſſe eſt ſcilicet in tribulatione, quãdo exterius tribulantur. Vel aliter: Adiutor eſt ſuorum in tribulatione, id eſt per tribulationẽ, & per quædam amara data in opportunitatibus, id eſt in proſperitatibus. Cum enim Deus quædam amara & aſpera proſperitatibus mundanis ſuorum intermiſceri permittit, uerè in hoc eos adiuuat: quia ſtatim perfecta anima q̃ fragilia ſint, hæc mundana aduertit, & ſic ea contemnit, atq; in cœleſtium appetitu animũ affigit. Poſſunt quoq; hi duo uerſus rectè in tertia perſona legi, id eſt ad patrẽ referri, ut ſic dicatur: Iuſtus Dominus filius permanet in æternum in domo, id eſt, ego quia Dominus pater in iudicio, id eſt in damnatione mea parauit ſibi me thronum ſuum, id eſt, fecit me eſſe iudiciariam ſedem, ut per me alios iudicaret. Vel aliter: In iudicio, id eſt in patientia & conſtantia damnationis meæ parauit ſibi per exemplum imitationis thronum ſuum, id eſt, apoſtolos in quibus ſederet, & per quos alios iudicaret, & ipſe Dominus manifeſtè tandẽ iudicabit per me orbẽ terræ, &c. Et nũc interim p me factus eſt refugiũ pauperi, ſicut ſuperius expoſitũ eſt.

Et ſperent in te qui nouerunt.] Hic ſe ad ipſum patrem cõuertit. Quaſi dicat: Quia ego dominus ſum refugiũ pauperi, uel tu in me, ideo ô Domine ſperent in te qui nouerunt nomen tuum. Vel ita continuabitur iuxta poſteriorẽ ſententiam de Adiutor in opportunitatibus. Quia terrena contemptibilia eſſe cognoſcũt per tribulationẽ admixtam proſperitati, ideo ſperent nõ in ſe, ut de ſe aliquid præſumant, ſicut fecit Adã. neq; ſperent in terrenis, ſed ſpem ſuam in te conijciant, ſcientes quòd ſine te nihil poſſunt facere. Illi dico ſperẽt qui nouerunt uerè nomen tuum. Legitur de hoc nomine, quod Dominus nomen eſt illi. Quod nomẽ, id eſt Dominus ille uerè nouit ſolus, qui ſe ſeruum ſpontaneè ei ſubiecit. Itẽ legitur, Qui eſt, miſit me ad uos: Ego ſum qui ſum. Quod iterum nomen ſcilicet eſt, ille tantũ uerè noſcit, qui non cupit ea quæ fluunt per fuit & erit, id eſt tranſitoria, quæ ſicut cum magno deſiderio expectantur antequã acquirantur. quod notatur per erit: ita cum magno dolore amittuntur, quod notatur per fuit. ſed tantum deſiderat ea quæ ſunt, id eſt ſola æterna, & meritò debẽt ſperare in te: quia tu nõ dico derelinques, ſed non dereliquiſti iam in propoſito tuo quærentes te, & abnegantes ſe.

Pſallite Domino qui habitant.] Hic conuertit ſe ad mẽbra. quaſi diceret: Et ut poſsitis ſperare, pſallite Domino, id eſt, bene operamini ad gloriam Dei. Nota nõ eſſe ſperare, niſi præcedat pſallere, Domino dico qui habitat in Syon, uel qui nunc per inhabitationẽ ſuam facit uos eſſe Syon, id eſt ſpeculatores, ut tandem ſitis ad ueram uiſionem peruentores. Sicut enim alicui aſcendenti Hieruſalem primũ occurrit Syon, ita nũc in præſenti à bonis agitur ſpeculatio, ut tandem perueniatur in Hieruſalem, id eſt, in ueram pacis uiſionem. Pſallite inquam Domino, & ut qui diligit Deum, diligat & fratrẽ ſuum: annunciate inter gentes, id eſt gentibus ad ſalutem earum ſtudia, id eſt uehementes affectiones eius ſcilicet: quia ad ſalutem omnium me uerbum ſuũ humiliari per incarnationem & paſsionẽ uoluit, & annunciando. nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere, quoniã ueniet tempus, quando manifeſta erit interficiẽtium pœna, & interfectorũ gloria quod ſic dicit, Dominus non dico recordabitur, ſed iam recordatus eſt, ad hoc ut tandem ſit requirens per manifeſtam pœnã interficientiũ, & manifeſtam gloriam interfectorũ ſanguinem eorum, id eſt, ſtudia eius annunciantiũ, qui à perſecutoribus affunderetur. Notandum q, ideo non dicit recordatus, ut obliuio aliqua cadat in Deũ: ſed quia illis qui tota affectione aſpirãt ad illam gloriam, & ut mali ab eis ſeparentur, uidetur quaſi propter dilationem Deus oblitus eſſe, ideo iuxta uiſum illorũ ponit recordatus. Et quia recordationẽ ſolet præcedere obliuio, ſubdit: Imò nõ eſt oblitus clamorẽ: id eſt, deſiderium mentis pauperũ, qui quotidie clamant: Vindica Domine ſanguinem ſanctorum tuorum. Pauperũ dico dicentium per me uerum pauperẽ, qui cum eſſem diues, pro omnibus pauper factus ſum: ita ad patrem pro eis clamantẽ, Domine pater miſerere mei, id eſt, miſerere meorũ, ita ſcilicet: Vide humilitatem meam, id eſt, habe præ oculis afflictionẽ meorũ, illatã eis ab inimicis meis: id eſt à perſecutoribus Chriſtiani nominis, meis ſcilicet dando conſtantiam ne deuocentur: illis uerò mentis excæcationẽ. Vel aliter: Domine mi-

Digitized by Google

ſerere meorū.& ut miſercaris uide humilitatem meam, id eſt deiectionem meam in meis, qui in ipſis nō tantum per propria peccata eorum, ſed etiam per peccata primi parentis deiectus ſum, humilitatem dico illatam mihi in meis, ab inimicis meis, id eſt, à ſerpente & Eua. Vel aliter. Domine pater miſerere mei in meis, & uide humilitatem meam, id eſt, conſidera humilem ſatisfactionem meam in meis, qua ego recognoſcens me longe aberraſſe à patria per ſuperbiam, laboro repatriare per obedientiam. Vide inquā ut uidendo eripias me de inimicis meis exterioribus ſiue interioribus, ne ab ipſis deuocer.

Qui exaltas me de portis mortis.] Rogo ut miſerearis, & uerè facies: quia iam incœpiſti, quia me in meis eripuiſti de portis mortis, id eſt, de carnalibus concupiſcentijs, quæ cum ſint prima mors, dicuntur tamen portæ mortis, quia ſunt introitus ad alias duas grauiores mortes, ſcilicet ad conſenſum & ad operationē peccati: me inquam exaltes de illis portis, ſcilicet ut ſi quando per pœnam primi parentis in meis ſunt, nō regnēt tantum per conſenſum & operationem. Vnde dictum eſt: Eſt peccatum in ueſtro mortali corpore, ſed non regnet. Vel aliter. Qui exaltas me de portis mortis, id eſt, de quinque ſenſibus corporis, qui ſunt portæ mortis, id eſt, acceſſus ad peccatum ut oculi ad curioſitatem, aures ad laſciuiam, manus ad rapacitatem, & cætera ſimiliter. De illis inquam portis exaltas me & meos, ut non attendamus ima, ſed ſumma. Vel de portis mortis, id eſt, de humanis iudicijs, quæ antiquitus ſolebant fieri ante portas urbium: ut egredientes & ingredientes uidentes damnationem malorum, & remunerationem bonorum, cauerent uitanda, & appeterent facienda. quæ humana iudicia ideo dicuntur portæ mortis quia nequaquam ſine iniuſtitia poſſunt exerceri. de illis inquam portis exaltas tu me, id eſt meos, ut nequaquam uidelicet ſecundū homines, ſed ſecundum te qui acceptor perſonarum non es. Hæ tres ſententiæ de portis mortis, maximè ad membra referuntur. Quantum uero ad caput, ita poteſt dici, Exaltas me de portis mortis, id eſt, de humilitate & paſsibilitate humanitatis, quæ ſunt acceſſus ad mortē. exaltas me in reſurrectione per immortalitatem & per impaſsibilitatē. Vel ut ſimpliciter dicatur, Exaltas me de portis mortis, id eſt de poteſtate mortis, qua cōmuniter omnes qui carnaliter naſcūtur, tenentur, exaltas me, ut ab ipſa nō contineat. Vel, Exaltas me de portis mortis, id eſt tartari, quaſi materialibus, quibus ſcilicet clauſi tenētur, qui illuc detruduntur. Quod tunc factum eſt, quādo diuinitas ipſa, quæ in humana anima cooperta in ſepulchro quieſcēte, deſcendit ad inferos mortis portis cōfractis, & tenebrarum principe catenato, ſuos inde eruens cū ſummo triumpho in eadem anima non rediſt, atq; die tertia carnem propriam iure Dei erexit. Ideo inquā exaltas me, ut annunciem & in me & in meis, omnes laudationes tuas, id eſt, omnia quæ ad laudem tuam pertinent, ſiue ea palàm operatis in corpore, ſiue occultè: ſed quod longè dignius in mente, annunciem ea inq̄ nō canibus, qui malunt pertinaciter oblatrare, quàm humiliter audire & intelligere: neq; porcis, qui nec intelligere curant, nec contradicere laborant, ſed in uolutabro carnalium delectationū ſopiti uerſantur. Vnde dictū eſt: Nolite ſpargere margaritas ante porcos, neq; ſanctum date canibus, ſed annunciem ea Syon, id eſt ſpeculatoribus & iam conuerſis. Syon dico factæ filiæ, id eſt, ſi circumſpectam cuſtodiam ſuæ ſalutis habuerit, ut retro adeo quæ reliquit, non aſpiciat. Quod rectè notatur per filiam. Maior enim cuſtodia ſolet ſemper à parentibus adhiberi filiabus, quàm aliquibus alijs in familia. Et annunciem ei in portis, id eſt in publico, ubi multi conueniant, ſicut in portis, non erubeſcendo ſcilicet. Vnde dictū eſt: Qui me erubuerit corā hominibus, erubeſcā & ego eum corā patre meo. Vel in portis, id eſt, per eccleſiaſtica inſtituta uel ſacramenta, quæ ſunt ſcilicet baptiſmus & cætera talia, quæ ſunt portæ, id eſt acceſſus ad ſaluationem. Vel annunciem ei, ego exiſtens in portis, id eſt, in uirtutibus & bonis operibus, quæ ſunt portæ ad beatitudinem. Meritò enim contemnitur lingua prædicatoris, ſi non ſit ex re prædicationis, id eſt, ſi aliud uerbis, & aliud docet factis. Poteſt ſuperior uerſus, Quoniam requires ſanguinem eorū, aliter quoq; quàm dictum ſit legi, ut ſit exhortatio capitis ad dilectionem proximi. Quaſi dicat: Ideo debetis uos perfectiores annunciare ſtudia Domini gentibus, id eſt in peccatis uiuentibus: quoniā ſi non annunciaueritis eis, & non correxeritis impietatem in eis, Dominus eſt requirēs ſanguinē eorum, id eſt, requiret damnationem eorū à uobis: & ſi modò differet, recordabitur tamē in manifeſto iudicio. Nec mirū ſi recordabitur, quia non eſt oblitus clamorem pauperum, id eſt, manifeſta iniquitas illorum pauperum ab omni uirtute, quæ per clamorem deſignatur. Vt ibi, Clamor Sodomorū uenit ad me. Et in Apoſtolo: Tollatur clamor de medio neſtrum, cum omni nequitia. Ille inquā clamor nō patitur Dominū obliuiſci, quin requirat ſanguinem illorum à uobis, quibus illum nō annūciaſtis. Hinc dictū eſt: Si annunciaueris impio iniquitatē ſuam, & nō cōuertetur impius, peribit impius in iniquitate ſua, tu uerò animā tuam liberabis. Si autē non annunciaueris, peribit quidem impius, ſanguinē autē eius de manu tua requirā. Rurſus in Apocalypſi eſt: Qui audit, dicat ueni. Iuxta hanc ſententiam ſequens uerſus, Miſerere mei Domine, cōtinuabitur, nō ad proximū ſicut prius, ſed ad id quod ſuprà dictum eſt, ſcilicet quoniā non dereliquiſti quærentes te Domine. Quaſi dicat: Tu Domine qui non dereliquiſti quærentes te, id eſt, qui ſemper miſereris quærentiū te, miſerere mei, id eſt meorum, &c. Sententia non mutatur.

Exultabo in ſalutari tuo.] Quia tu Domine exaltas me & meos, ideo ego exultabo in me & in meis in ſalutari tuo. Poteſt quoq; hic uerſus ad Sperent in te, quaſi ad principalem cōtinuari. Videtur enim à Pſalmo Domino huculq; interpoſitio eſſe. Quaſi dicat: Dico ut qui nouerunt nomen tuū ſperātes in te, & hoc faciant meo exemplo, qui uerè ſpero in te. Nam non tantum nunc exulto, ſed ſemper exultabo ego & mei, id eſt, perfectè gaudebo intus & exterius quantùcunq; tribuler & affligar. Et hoc non in mea præſumptione, ſicut fecit Adam, ſed in ſalutari tuo, id eſt, in ſaluatione tua, ſcilicet in uerbo tuo mihi homini adiūcto. Qui enim gloriatur, in Domino glorietur. Gentes aūt quę nos perſequuntur, non exultabunt, quia infixæ ſunt, id eſt, immutabiliter damnatæ ſunt, occulto iudicio Dei: & hoc non ex ira tua, ſed ex propria ſua culpa. ſcilicet in interitu illo quē nobis fecerunt, id eſt, in tribulatione illa quā nobis præparauerunt. Dum enim parent interficere corpus exterius, prius ipſi interficiuntur interius. Vnde dictū eſt: Nemo non prius peccat in ſe quàm in alterum. &, Qui foueam fecit, prius incidit in eam. hic tangit iuſtum iudicium Dei, qui non punit malos ex ſua ira, ſed ex eorū propria nequitia.

In laqueo iſto quem abſconderunt.] Exponit quomodo gentes infixę ſint, ita ſcilicet quia pes eorum, id eſt ſacientium interitū, non tantum cōprehendetur, cum manifeſtè dabuntur in tenebras exteriores, ſed etiam comprehenſus eſt iam per tenebras interiores, in laqueo iſto, ſcilicet ubi nō aduertunt, quem ipſi abſconderunt, id eſt abſconſe ad perniciē aliorum præparauerūt. Pes eſt affectio animæ, id eſt amor animæ. Quę affectio ideo dicitur pes, quia ſicut corpus uehitur pedibus, ita anima affectionibus. hæc affectio aliquando eſt bona, aliquando mala. Si mala eſt, uocatur cupiditas: ſi bona eſt, uocatur charitas. Malā ſequitur perniciosa delectatio, bonā uerò delectatio fructuoſa. Laqueus quoq; dicitur hic fraudulēta & occulta cogitatio ad decipiendū aliū. Illius ergo pes cōprehenditur in laqueo, cuius affectio ita irretitur in doloſa cogitatione,

tione, ut & delectationẽ & cõſenſum ad perficiendũ ipſam prauã cogitationẽ edbibeat. Et bene dicit Cõprehendit. Eſt enim fraudulẽta cogitatio, quaſi quodda uinculũ & impedimentũ eiæ, ne ueritatẽ attẽdat.

Cognoſcetur Dominus.] Nunc occultè cõprehenduntur, tandem aotẽ Dominus modò faciens hic occulte iudicia, & repetit quæ, ſcilicet quod peccator cõprehanſus eſt in operibus manuũ ſuarũ, id eſt, quod tráſgraſſor præceptorũ damnatur ex propria culpa, non ex eius ira. Illa inquã Dominus, qui modò nõ cognoſcitur, tandam cognoſcetur oerẽ eſſe Dominus, cum manifaſtè dabunrur in tanabras extariores. Vnda dictum eſt: Cætatũm ſa neſcit puniri impius, niſi cũ manifeſtè luit nolens, quod perpetrauerit uolens.

Conuertantur peccatores in inferno.] Iſtud poteſt dupliciter legi, uel ut ſit aggretuletio diuini iudicij, uel ue ſit cõmiſeratio. Secundum aotẽ aggratulationẽ ita dicatur: Peccator noleos cognoſcera Dominom, cõprahenſus nunc per tenebras interiores, & fiat hoc ſcilicet peccetorca damnari in interiori cæcitate conuertantur, id eſt, tranſeent de peccatis in quibus nũc ſunt in infernũ, id eſt in profundum uitiorum, ut penitus careãt Dei cognitione. Vnde dictum eſt: Peccator cũ eeciderit in profundũ, iniquitates cõtemnet: & quia peccatores dicuntur propriæ ſcriptæ legis tranſgreſſores, ne referretur hoc tantum ad Iudæos legem habentes, ſubdit: Conuertantur omnes gẽtas. id eſt, quicunq; gentiliter ſunt uiuantes, qui Deum quem naturaliter par rationem ſibi datam nouerunt, obliuiſcuntur, quia præcepta eius audire nolunt: aut ſi audiuor, negliguor. Et eſt hoc totum tale. Quaſi dicat: Fiat hoc ut qui ſordidi ſunt, ſordeſcent adhuc: quia quãdo magis ſordeſcent, id eſt in interiores tenebras dabuntur, tanto iniquiores contra iuſtos erunt, & ſi quis iuſtus eſt, iuſtior fiat.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis.] Ideo dico conuertãtur peccatores in tenebras, ut qui iuſtus eſt, iuſtior fiat. Quoniam obliuio pauperis ueri, qui ſe in mente peuperauit, licet nunc uideatur eſſe, quando mali in mundanis floreſcunt, & ipſe econtra areſcit. Illa inquam obliuio non erit tendens in finem, id eſt, non erit omnimoda. Vel non erit, quoniam uenietur in finem, id eſt, non apparebit, quando uenietur in extremam uentilationẽ, ſcilicet cum ſeparabuntur oues ab hœdis, & ipſe ſtatuetur à dextris Dei. Et uerè non erit obliuio in finem, quia patientia pauperum, id eſt, mercẽs patientiæ uerorum pauperum, licet uideatur nunc perijſſe, non peribit tamen in finẽ, id eſt, oel omnimode, uel cum ueniatur in finam, ut ſupra dictõ eſt. Vnda alibi dicitur: Pacientia neceſſaria eſt, ut fructus raporremus. Et ut non pereat, tu Domine exurge in aia, id eſt, fac eos exurgere per cõſtantiam & perſauerantiã, ne deuocẽtur. & homo, id eſt, aliquis terraous, portans ueterẽ hominẽ, uolens eos deuocare, oõ confortetur, id eſt, nõ uictor in efficacia praui operis, uel propoſiti ſui ſit contra eos, ſed potius gentes, id eſt irratiooabiliter uiuentes, & peccata ſua non attandentes iudicant, id eſt damnentur occoltè per excæcationem in conſpectu tuo, id aſt, nõ exterius, ſed interius in corde, ubi ſibi ſoli conſpicere licet, ut qui nõ probaterunt Deũ habere in notitia, ſicut dicit Apoſtolus: tradantur in reprobũ ſenſum, ut faciant q̃ nõ cõueniũt.

Cõſtitue Domine.] Quaſi dicat: Illis iudicatis, quia noluerunt me latorẽ legis tuæ caput habere, cõſtitue ſuper eos, id aſt, da eis caput ad maiorẽ damnationẽ latorẽ legis, id aſt aſſertorẽ & defenſorẽ legis ſuæ, non tuæ, id aſt diabolũ uel Antichriſtum nuncium eius. ne ſit dictũ de his qui eius imperio ad perſequendũ Chriſtianũ nomen, cum ipſe aduenerit, parebunt. uel etiã quodlibet membrũ eius diaboli in hominibus, quod faciet ſe caput: & dabit præcepta ſua contra Chriſtianum nomen, ſicut fecit Nero & Diocletianus, & alij potantas perſecutores eccleſiæ, qoibus multi præceptis eorũ conſentientes, ſe ſubiecerũt. Neceſſe enim eſt, quaſi dicat, ut ſub aliquo capite ſint. Et qoia ſub me, quem tu caput feciſti eſſe noluerunt, fac eos habere tale, quale meruerunt. Et ideo hoc facias, ut gentes, id aſt, ut ipſi gentiliter ſine lege uiuentes, tandem cum à facie tua, cũ capite ſuo in tenebras exteriores recedent, ſciant, id eſt experiantur, quoniã pro quod homines ſunt hic, nõ filij hominum, id eſt uiuentes ſecũdum ueterẽ hominẽ, non nouum. uel ſi quoniã cauſatiuè accipiatur, tunc ita dicetur: Sciant gẽtes tandem, q; gentes ſcire cõuenit, quod meritò fiet, quoniã hic homines ſunt. hoc ſecundũ quod per latorẽ legis, quodlibet membrum diaboli accipitur, dictum eſt. Secundum uerò Antichriſtũ ita dicetur: Sciant gentes quoniam per ipſum Antichriſtum non dij, ſed homines facti ſunt, id eſt, non exaltati in uirtutibus, ſed demerſi in uitijs ſunt, licet ille extollatur ſuper omne quod dicitur, aut quod colitur Deus.

Vt quid Domine.] Gentes ſciant in futuro cũ à te recedent, quod etiam prius: quia non regnanti in te fuerunt, ſed homines manſerunt, uerè ab eis receſsiſti, licet uidereris propter præſentem proſperitatem acceſſiſſe. Tui autem à quibus quia in præſenti areſcunt, uideris receſsiſſe, ſciant te à ſe non receſsiſſe. Nam receſſus ille potius fuit acceſſus, quia in hoc ad ipſorũ utilitatem proſpicis. Nam ut quid, id aſt, propter quod aliud, niſi propter eorum utilitatem receſsiſti longã, id eſt, uideris longè ab eis receſsiſſe? Verè propter eorũ utilitatem. Nam cum uideris eos cum flagellantur deſpicere, non tamen uerè deſpicis eos: quia tantum deſpicis in tribulatione. in opportunitatibus, id eſt, ubi opportunum aſt, ſcilicet deſpicis eos ad uiſum dum flagellantur, exterius: quos tamen uerè per conſtantiam quã miniſtras, reſpicis interius. opportunitatibus pluraliter dicit propter plures extrinſecus infeſtationes, quas ſancti patiũtur, ut proſcriptionem, uel verberationem, uſtionem & cætera talia.

Dum ſuperbit impius.] Verè non deſpicis eos, quia quanto magis impius, id eſt, quilibet perſecutor ſuperbit in ſæuitia perſecutionis, tanto magis uerus pauper quem perſequitur impius, incenditur ad amorẽ fidei. etq; ad bene uiuendum. Hic dicit beatus Auguſtinus: Mirum eſt, & tamen uerum eſt, quanto ſtudio comparatione peccantium incendatur pauper ad bene uiuendum. Pauper inquam incenditur. Impius uerò & caput & membra (utrunq; enim in impiõ collectiuè accipitur, quia ſe pauperare nolũt, comprehenduntur, id eſt, damnantur interiori excæcatione, non ſolum factis, ſed etiam in doloſis conſilijs, quæ perficere cogitant. hæc dicta ſunt ſecundum quod Legis latores ſuperius, quodlibet membrum diaboli accipitur. Si autem Antichriſto ſuperius accipietur, tũc, Vt quid Domine, quod modo ſimpliciter lectum eſt: erit exhortatio capitis præſtruentis ac præmunientis membra ſua, de tempore ipſius antichriſti, de quo dictum eſt: Et ueniet tempus quale non fuit, &c. deficieot per grauiſsimam eius perſecutionem, ſed conſtantes & perſeuerantes ſint, ſcientes ſe tunc non derelictos à Domino, licet per ſæuitiam tribolationum uideatur. Cum enim iam duæ graues perſecutiones in eccleſia præceſſerint, quarum prima ſignificatur per leonem: quia uiolenta fuit, quia ſcilicet per potentes tyrannos facta aſt, qui primum Chriſtianum nomen deſtruere conati ſunt. Secunda uerò ſignificetur per ſerpentem, quæ fraudulenta fuit, facta ſcilicet per hæreticos. De quibus Ioannes dicit: A nobis non fuerũt, quia à nobis exierunt. Si enim à nobis eſſent, à nobis nõ exiſſent. Quę tempore antichriſti fiet, grauior erit, quia erit & fraudulenta & uiolenta. Violẽta propter regnum, quia rex erit: fraudulenta uerò propter miracula. & ideo ualde erit periculoſa. Continuatio in hac ſententia non mutatur. Ita enim dicetur: Gentes antichriſto parentes, ſciant quod per ipſum non dij, ſed homines facti ſunt: tui uerò ſciant, quòd tu qui uideberis propter tribulationis grauitatem, illo tempore

receſsiſſe ab eis,non receſsiſti,imò acceſsiſti, ſicut ſuprà dictum eſt. Nam dum magis ille impius Antichriſtus ſuperbit perſequendo,tãto magis uerus pauper incendetur in bono patiendo. Ipſe uero antichriſtus cum membris ſuis comprehendentur, id eſt,damnabuntur in conſilijs,quibus cogitant. Hæc omnis quæ lecta ſunt ſecũdum aggratulationem iudicij Dei. Poſſunt uero hęc eadem à Conuertantur peccatores huc uſq; legi, ad commiſerationem,ut ſuprà dictum eſt. Iuxta quod ſic dicetur: Quando quidem miſeri peccatores, quia hic occulta iudicia Dei non attendunt, cõprehenſi per interiorem excæcationem non conuertuntur, conuertantur ſaltem mentis agilitate eundo in infernum. id eſt,conſiderando exteriores tenebras, in quas tandem manifeſtè trudentur. Quaſi dicat: Si non timent occultum iudicium, quia non aduertunt, ſaltem timeant manifeſtam,quod uerè eis eſt annunciatũ, & ſic conuertentur. Et meritò conuerti debent, propter infernum. Nam uerè erit eis infernus,quia ueniet tempus,quando manifeſta fiet ultio bonis de malis,quod ſic dicit: Quoniã obliuio ueri pauperis, qui nunc cum perſequitur à peccatoribus,uidetur eſſe oblitus,non erit in finem: nec patientia,id eſt,merces patientiæ ipſorum pauperum peribit in finem,ſed uerè remunerabuntur, & ſic ſæuitia illorum damnabitur. Et ideo tu Domine, ut antequam damnentur,conuertantur, exurge in eis. id eſt,innoteſce illis iram tuam, & homo uetus,id eſt ſenſualitas non confortetur, id eſt,non præualeat in eis,ſed debilitetur homo & prçualeat ratio. & ſic gẽtes,id eſt,illi qui prius fuerũt irratioinabiliter uiuentes, iudicentur à ſe ipſis,id eſt,iraſcantur ſibi ipſis per compũctionem & pœnitentiam: & hoc non negligentes exterius,ſed diligenter interius, ſcilicet in conſpectu tuo,in corde ubi tu conſpicis. Et ut uerè iudicentur ô Domine pater, conſtitue me legis tuæ latorem ſuper eos, id eſt, ſubijce eos mihi ut qui prius à te receſſerunt per ſuperbiam, redeant ad te per obedientiam. Conſtitue inquam, ut illi qui prius fuerunt gẽtes,ſciant exemplo meo,quoniã pro quod homines ſunt,id eſt, rationales ſunt, id eſt, ut aduertant ad quod creati ſunt, ſcilicet ut ſeruiant ut ſerui, non ut ſuperbiant ut domini. & ut ſe non à ſe pendere dicant,ſed creaturam tuam ſe eſſe cognoſcant.

Vt quid Domine receſsiſti longe.] Quaſi dicat: Quando quidem tu Domine acceſſurus eras ad eos, exurgendo in eis,& me ſuper eos conſtituendo: ut quid,id eſt, propter quod prius longe receſsiſti, permittendo eos labi in peccatis? Quaſi dicat: Propter utilitatem eorũ feciſti hoc. Vnde dictum eſt: Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, & reliqua. Et uerè propter utilitatem diſceſsiſti: quia tu deſpicis ſæpè quos ſaluare propoſuiſti in tribulatione, id eſt,quando anima tribulatur à uitijs. Sicut enim corpus tribulatur flagellis, ita anima tribulatur uitijs. Vnde dictum eſt: Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malũ. & hoc facis in opportunitatibus, id eſt, propter multas utilitates,quas inde aſſequunt. ſępè enim unius lapſus eſt cauſa reſurrectionis multorum peccatorum. Vt David,uel quia poſtquã lapſus eſt in adulterium & homicidium, poſtquàm ſe recognouit,gratia ductus pœnitentia,perfectè à multorum uitiorum lapſu reſurrexit. Petro quoq; multum profuit, quod ad uocem unius ancillæ Dominum negauit: quia & perfectè per hoc ſi quis in eo lapſus erat,reſurrexit,& conſtantior poſtmodum fuit,ſic in cæteris.

Dum ſuperbit impius.] Verè opportune deſpicis in tribulatione,quia in quorum aliquis manens impius ſuperbit peccando: in tantũ pauper factus,id eſt,poſtquam conuertitur,incenditur per bonam uitam ſe humiliando. Quod manifeſtè patet in Paulo,qui cũ ſummus eſſet inter Apoſtolos, recolens tamen prius lapſus ſuos innumeros, dicebat: Ego enim ſum minimus Apoſtolorum,qui non ſum dignus uocari Apoſtolus. Pauper quidem incenditur, qui uerò non ſiũt pauperes,ſed impij manent, comprehenduntur magis & magis per interiorem cæcitatem,non ſolum in factis,ſed etiam in conſilijs: quibus,id eſt,per quæ cogitant alios decipere. Nec mirum ſi comprehenduntur, quoniam ad maiorem cumulũ damnationis ſuæ adſunt eis adulatores. Qui cum laudãt eis praua,quæ ipſi in corde deſiderant,eos in peccatis alligant. Vnde dictum eſt: Linguæ adulantium alligant animas in peccatis. Quod ſic in libro habetur: Quoniam laudatur ab adulatoribus peccator in prauis deſiderijs animæ ſuæ, & non ſolum peccator, id eſt, ſcriptæ legis tranſgreſſor,ſed etiam omnis iniquus benedicitur,id eſt,laudatur ab adulatoribus ſuis in prauis cupiditatibus,in quo non eſt ei aggratulãdum. Dicit enim beatus Auguſtinus: Nemo aggratuletur homini qui proſperatur in uia ſua mala, cuius peccati deeſt ultor, & adeſt adulator. Magis enim per hoc ſibi Deus iraſcitur. Quod ſic in libro dicitur: Peccator dum ab adulatore laudatur, exacerbauit, id eſt, ualde acerbum & aſperum fecit ſibi Dominum in tantum, ut eius dulcedinem guſtare non poſsit. Vnde beatus Auguſtinus dicit: Ille Dominum ſibi exacerbat, qui peccando incidit in eã infirmitatem, ut cibum ueritatis quo ſanæ animæ gaudent, guſtare non poſsint. Et quia exacerbauit ſibi Dominum,id eſt,non quæret eum Dominus per gratiæ illuminationem. uel ipſe peccator non quæret,id eſt,negliget Dominum,ſecũdum multitudinem iræ ſuæ,id eſt,Domini: quia multipliciter iratus eſt ei Dominus. uel iræ ſuæ, id eſt, peccatoris: quia ipſe peccator multã ſibi irã Domini acquiſiuit.

Non eſt Deus in conſpectu eius.] Ideo peccator non quęret Dominum, quia non attendit iudicem eſſe in rebus. uel ideo Dominus non quæret eum, quia non attenditur ab eo. Nam non eſt per attentionem in conſpectu eius,id eſt,in corde ipſius peccatoris,ubi Deus conſpicit,quod oſtendit per effectum: quia uiæ illius, id eſt,opera illius peccatoris ſunt inquinata, id eſt, in efficacia non tantum ad horam, ſed omni tempore uitæ ſuæ: quod non eſſet,ſi iuſtum iudicem in rebus eſſe attenderet: quem quia non attendit, apparet quod uerè ei Dominus exacerbatus ſit.

Auferuntur iudicia tua.] Ideo non eſt Deus in conſpectu eius, quia ô Domine tua iudicia ſcilicet, & quæ nunc occultè agis,& quæ tandem manifeſtè ages, auferuntur à facie,id eſt,à cognitione eius,id eſt, non attendit neq; præſens iudicium occultum, neq; timet manifeſtum futurum: & hoc ideo, quia dominabitur hic omnium inimicorum ſuorum exteriorum. Quaſi dicat: Quia proſperè ſuccedit ſibi in omnibus exterioribus.

Dixit enim in corde ſuo.] Oſtendit per effectum à partibus, quod uerè non attendit peccator iudicia Dei: quia & cogitat praua,& loquitur uana & facit peruerſa,& de cogitatione præmittit dicens ita: Dixit peccator in corde ſuo cogitando ſcilicet, Non mouebor à prauo propoſito meo. id eſt,ſemper male agam, quia ſicut ſum in hac generatione ſine malo,ita etiam trãſibo ab hac generatione in futuram generationem ſine malo, id eſt, nullam in futuro pro peccatis patiar pœnam. Vel aliter. Dixit impius in corde ſuo, ſubauditur malè agam pertinaciter: quia non mouebor, id eſt,non promouebor per famam ab hac generatione in poſterorum generationẽ ſine malo, id eſt,niſi fecero aliquod graue malũ, per quod mihi famam acquiram. Cuius rei exemplum poteſt eſſe mactator innocentium Herodes, qui cum circa mortem eſſet,ſciens ſe omnibus infeſtum eſſe, fecit quinquaginta de melioribus totius Iſrael incarcerari,atq; eos in morte ſua iuſsit necari: ut cũ multi flerent pro illorum interfectione, uiderentur pro morte ipſius flere.

Cuius maledictione os plenum eſt.] Id eſt, os illius ita malè cogitãtis,etiam mala loquitur: quia plenum eſt maledictione,id eſt,blaſphemia & detractiõe in Deũ & in ſanctos,& ideo plenũ eſt amaritudine,id eſt plenariè

nariè facit ſibi Deum amarum & aſperum, & eſt etiã plenum dolo contra proximum, quia ſemper nititur doloſa cum proximo agere: & hoc ideo, quia labor & dolor tantum eſt ſub lingua eius, id eſt, quia tantum tractat de terrenis, quæ ſunt labor in acquirendo, & dolor in amittendo, ut in his doloſa cũ proximo agat ſub lingua ſua, id eſt, in cogitatione ſua, quę eſt ſub lingua, quia præcedit uerba. Vnde Horatius: Poſt effert alij motus interprete lingua. Nec ſolum malè cogitat & malè loquitur, ſed etiam malè agit. ac ſi dicat, uel quod ſic dicat: Sedet in inſidijs, id eſt, cum mora & lima uerſatur in deceptionibus cum diuitibus, id eſt, cũ amatoribus huius ſaeculi, qui ſe non mente pauperauerunt. & hoc in occultis primum per blandiſias, occultè eos decipiendo, ad hoc ſcilicet ut interficiat innocentem, id eſt, ut deuocet innocentem ab innocentia ſua, & eum nocenté conformando ſibi faciat. Ideo dico innocentem, quia oculi eius, id eſt, omnes affectiones eius reſpiciunt in pauperem, id eſt, innocentem, qui ſe in anima pauperauit decipiendum. Vel poteſt dictum eſſe hac ſimilitudine, quia qui pertranſiens reſpicit in eum, uidetur moueri quidam circa eum miſericordia. Iuxta quod dicetur: Verè nititur interficere innocentem, quia oculi eius reſpiciunt in eum quaſi in pauperem, id eſt, quandam fraudulentam miſericordiam exhibet ad decipiẽdum eum, ſicut legitur in paſſionibus ſanctorum de quibuſdã tyrannis. Qui quaſi moti miſericordia, his quos deuocare uolebant, dixerunt: Fili reſpice nobilitatem tuam, conſidera adoleſcentiam tuam, & cætera talia, ut ſic occulte eos deciperẽt. Repetit quod ſuperius dixit: Sedet in inſidijs, æquipollenter, ut aliam partẽ deceptionis addat. Qui enim alios deuocant, aliquando fraudulenta deceptione utuntur, quæ iam dicta eſt: aliquando uerò uiolenta per tormenta illata ſcilicet, de qua ſubditur, cũ dicat: Inſidiatur pauperi reſpiciendo in eum occultè ſi poteſt, id eſt, in abſcondito. Si uerò non poteſt occultè, fit quaſi leo, id eſt, infert apertè uiolẽtiam. Et item: Si ſic nõ poteſt tanquam ſerpens in ſpelũca ſua, id eſt, redit ad occultè decipiendum. Inſidiatur inquam, ut rapiat pauperem, id eſt, ut deuocet pauperem. Rapere autem pauperem dico, dum eum conformando ſibi in ſuam ſectam attrahit. Et uerè attrahit eum, quia humiliat eum, id eſt, in partem ſuam deflectit ipſum pauperem in laqueo ſuo, id eſt, per deceptionem ſuã occultam ſiue uiolentam, quod plus ei obeſt quã proſit: quia humiliando illum inclinat ſe, id eſt, præparat ſe ipſum ad interitum: & etiam cadet, id eſt, grauem caſum patietur, ſcilicet incurrat irrecuperabiliter æternam mortẽ in anima cum dominatus fuerit pauperũ, id eſt, quãdo uictor eſſe putabit: quia ex toto ſibi ſubiugauerat aliquos pauperes, factis ſuã eis imponẽdo.

Dixit enim in corde ſuo.] Et ponit caſum. Quaſi dicat: Verè cadet. Nam hoc modo cadet, quia abnegabit uerum iudicem à rebus. Nam non dico dicturũ: ſed iam dixit in corde ſuo, per effectum ſcilicet omnibus modis malè agẽdo: Deus oblitus eſt terrenorum, & auertit faciem ſuam in finem, id eſt, omnino ne uideat hæc. Vel aliter. Auertit faciem ſuam ne uideat in hũc finem. Duo ſunt fines regni Dei: ſuperior, & inferior. Vnde dictum eſt: Attingens à fine uſq; ad finem fortiter. Superior finis eſt, ubi ſupercœleſtes ſunt creaturæ: inferior uero finis eſt, ubi terra infimum elemẽtum eſt, & quæ de terra ſunt. Fuit autẽ ſententia quorundam erroneorũ, quod Deus qui tantæ maieſtatis eſſet, nunquam ſe ad hũc finem inſpiciendum uel regẽdum dignaretur inclinare. Quod plane falſum eſt, quia tunc omnia temeraria caſu fluitarent.

Exurge Domine.] Hactenus egit de iudicio occulto principaliter, nũc incipit agere de manifeſto, ut per cõtrarium melius occultũ uideamus. Intitulatur tñ totus pſalmus de occultis propter maiorem & digniorem partem, in qua principaliter agitur de ipſis occultis, & cõtinuatur ita: Mali dicunt, quòd Deus oblitus ſit terrenorum, tu autẽ Domine Deus, qui modo iaces eis, quia non conſiderant occultam diſpoſitionem tuã, & iudiciũ tuũ, exurge, id eſt, altus eis appare in tuo manifeſto iudicio & exaltetur manus tua, id eſt, ego quẽ tu miſiſti ad debellandas aereas poteſtates, prius miſſus in humilitate: exaltet tunc miſſus ad iudicandũ in maieſtate cum frequentia angelorũ atq; ſanctorũ, ad hoc ne obliuiſcaris pauperũ, id eſt, ut oſtẽdas tunc te non eſſe oblitum pauperũ: ſicut mali tibi imponunt, pauperes aſſumendo in gloriã, malos mittendo in gehennam. Et debes exurgere. nã ſine cauſa irritauerũt te. Nã propter quod, id eſt, pro qua cauſa irritauit impius Deum? Quaſi dicat: Potius habuit cauſam non irritandi, cũ omnia uideret certo ordine diſponi, quã irritãdi. Et repetit ipſam irritationem, ut eam deſtruat, dicens: Dixit enim impius in corde ſuo, Deus non requiret iſta quæ facimus, ſed mentitur: quia tu uides, id eſt, tu requires: quoniã iam in præſenti conſideras laborem, id eſt, ſtudium inferẽtium mala pauperibus tuis & dolorem eorum ſuſtinẽtium, & tamen differs ultionem, ut tandem tradas eos, id eſt, malos in manus tuas, ut in extrema ſeparatione manifeſtam potẽtiã exerceas ſuper eos, quos nunc dilatio meritæ pœnę ad pœnitentiam non commouet. Vnde dicit Apoſtolus impio non pœnitenti: Neſcis quia patiẽtia Dei ad pœnitentiam te ducit. Tu autem ſecundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizans tibi iram.

Tibi derelictus eſt pauper.] Meritò tu conſideras cauſam pauperis, quonia ipſe ſe non conſiderat: quia ipſe pauper derelictus eſt à ſe ipſo tibi, id eſt, abnegauit ſe & mundum propter te, & ideo tu eris adiutor ipſi, facto propter te orphano. Orphanus propriè dicitur, qui caret patre in pupillaribus annis. tamen ad hoc ſimilitudinem dicitur orphanus, quicunq; ſe pro Deo abnegat: quia iam ſpoliatus eſt priore patre, mundo ſcilicet, iuxta quem carnaliter genitus eſt, & diabolo, qui eũ in concupiſcentijs carnalibus generauit. Vnde dictum eſt: Vos ex patre diabolo eſtis. Et ſicut iudiciũ eſt maximè illorum cauſam agere, qui carent proprio aduocato, ſcilicet pupillorum & uiduarũ: ita ad Deũ, qui uerus iudex eſt, pertinet cauſam ſuorum orphanorum agere.

Contere brachium.] Quia brachiũ peccatoris eſt, ideo ò Domine deſtrue brachium, id eſt, potentiam peccatoris, id eſt, transgreſſoris & omnis maligni, ut nõ poſſit ipſum paupere affligere & deuocare. & uerè conteres, quia quæretur in manifeſto iudicio peccatũ illius, quẽ locũ habeat, & non inuenietur locus eius. Quaſi dicat: Ponatur modo quod aliquis mentis agilitate ad manifeſtũ iudicium conſiderandum tranſeat & inquirat, an amplius peccatũ priorem locũ habeat, inueniet quod loco caret. In præſenti enim dum mali bonis permixti ſunt, peccatũ habet locum, quia uiuit impius plo. Sicut autẽ planato ferro lima non habet locũ, & auro purgato fornax: ſic in extrema ſeparatione nõ erit locus peccato, quia cũ iã perfecta iuſtitia, & inuariabilis erit in omnibus bonis, nihil reſiduũ erit in eis, quod amplius ſit purgandum. Erit tamen peccatũ alio modo. Nam ſicut non peribit patientia pauperũ, quantum ad remunerationẽ: ita nec peccata malorũ peribunt, quantum ad æternam damnationem.

Dominus regnabit in æternum.] Verè nõ erit locus peccato, quia Dominus qui nũc regnat in his, qui aliquo modo ſunt mutabiles. Nullus enim ita perfectus eſt, quin in minimo quãdoq; labatur. Vnde Horatius: O primus ille qui minimis urgetur. Dominus inquã tũc regnabit in æternũ, id eſt, in his qui uerè erunt æterni, nec aliquã metuẽt amplius mutationẽ. & determinat æternum, dicens: Et in ſeculum ſeculi. Vos autem qui nunc in uitijs eſtis gentes, tunc peribitis æternaliter ſeparati de terra illius, id eſt, ab illis qui eũ prius eſſent terra, facti ſunt digna poſſeſſio eius. & uerè peribitis, quia tunc implebitur illud ad quod pauperes toto uoto ſuſpirant: ſed fiet æterna diuiſio bonorum & malo-

rũ: quod ſic dicit, Dominos axaudiuit, id eſt, oſtẽdet ſa tunc exaudiſſe hic deſiderio pauperũ, adimplendo illud, & quia deſiderium poteſt accipi atiá in ptecátibus uarbis, addit plus conuartando ſe ad Dominũ cũ dicit, Autis tua, id aſt, potẽria audiẽdi, quæ in te ó Domina aſt, qui totua auris es, & totus oculus, & cætera talia. Illa inquã auria audiuit, id eſt, tunc oſtẽder ſe exaudiuiſſa præparationam cordis eorũ: id aſt, boná affectionem, cor eorum ualde pararum & intentõ facientẽ: & qood ſit illod deſidariũ oſtendet, hoc ſcilicet, Iudicare pupillo & humili: id eſt, ut tu iudiciũ, id eſt, ſapatationẽ faciss inter bonos & malos, ad utilitatẽ illius qui mortificãdo ſibi patrem mundũ, ſiua diabolum fecir ſe pupillum. & hoc non ad arrogantiã, ſicut Diogenes abrenõciaoit mũdo, ut uideretor ab hominibus: ſed ad utilitatẽ, ſcilicet ut obedirer præcaptia tuis. Et ad hanc utilitatẽ, ot ille qui eſt ſimpliciter homo imbutus, ſcilicet adhoc uetari face, qui in hac uita prius poſuit ſe iniquitatẽ, & deinde appoſuit cũ alijs eandem iniquitare, perſuaſit ut ſic magnificarat ſe, id eſt, magnõ nomen ſibi facarat ultra, id eſt, poſt iudiciũ illud non apponat, id eſt, ut nõ poſsit priori poſitioni adiungera ut magnificet ſe ſuper terram, id eſt, ſoper tuos, qui iam erunt ſtabiles, & ſolidi ſicut terra.

IN PSALMVM X. ARGVMENTVM.

VErba Dauid quando Saulem fugiens in deſertis eſt habitare cõpulſua. Aliter uox Chriſti eſt. lege ad Geneſim perditio Sodomę.

IN FINEM, PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

Finis ſemper ad Chriſtum intendit, ſed modo paßionem illius, modò reſurrectionem deſignat. Nunc autem ſanctam fidem declarat, in qua hæretici digladiantur contra fideliſſimos Chriſtianos. Sciendum igitur hunc pſalmũ ad deſtruendos hæreticos eſſe prolatum. Pſalmus hic totus ad perſonam prophetæ referendus eſt, primo capite de inſidiatoribus dicit hæreticis, qui nituntur catholicos in ſuam conuertere prauitatem. Secundo Domini iudicium comminatur, & quid in illa retributione ſuſtinere poſſint, euidenter oſtendit, ut iuſtitiam Domini metuentes ſuperſtitioſas deſerant falſitates.

COMMENTARIVS.

IN *Domino confido, quomodo dicitur animæ meæ.*] Pſalmus iſta ſic intitulatur: In finẽ pſalmus ipſi Dauid. Quod ſic exponitur: Hęc uerba ſaquẽtia, quę pſalmos ſunt, quia ad laudem Dei inſtrumunt, ſunt attributa ipſi Dauid, uel prophetæ ipſi, uel alicui perfactiori da priori populo, uel de poſtariori hortanti alios, ut ſibi caueant à farmento hæreticorum. quæ uerba referuntur in finem, quia dicta ſunt pro his quæ futura erant in fine temporis, id eſt, in plenitudine temporis, ſcilicar in tempora ecclesiæ. Loquitor autem hic pſalmua cõtra hæreticos, quia propheta ſiue quilibat perfectus, cuius uox eſt in hoc pſalmo, præuidens quoſdam paſtilantes uiros, ſa ſolos iuſtos & uetos Chriſti cultores affirmantes, emerſuros de corpore Chriſti, id eſt, de eccleſia. A nobis enim exierunt quia à nobis non fuerunt: qui nitãtur multoa ab uberibus ſanctæ matris eccleſiæ ſaparare, & in ſactam ſuam inducere, dicentes ſe in mõte, ſe in aminentia uirturum eſſe, alios autem in ualle, id aſt, in humilitata uitiorum: & ideo conſiderer eos ſic admonẽres, Tranſite ad oos, qui in ſublimioribus ſumus, nobie adhærete. Ecce apud noa Chriſtua. Quem Chriſtum ſacra ſcriptura diuerſis nominibus uocat: nunc laooem, nunc montẽ, & cætera talia. præuidens inquam hoc, inſtruit nos in hoc pſalmo, quid illis circumuenientibus nos reſpondere, & quomodo noa in puritate & ſinceritate fidei debeamus permanere. quaſi dicat: Adſututi ſunt quidã ceruicoſi tauri, id aſt, hæretici, pro arrogantia errorem ſuſi affirmantes, non pro ignorantia. Arrogantia enim facit hæreticum, nõ ignorantia: qui dicturi ſunt oobis, Tranſite ad nos in montem. Ecca apud nos Chriſtus. Quibus nos reſpõdebiria ſic, quiſq; pro ſe: Vnum mõtem teneo. In Domino, qui mons montium eſt cõfido. Quomodo uoa ergo dicitis, id eſt, qua fiducia dicera præſumitis, animæ meæ, Tranſmigra in montẽ, id eſt, relinqua uallẽ humilitatis in qua es, & appona noſtram aminentiam, cum uos potiua omnium infimi ſitis. animæ meæ dico quæ eſt ſicut paſſer, id eſt, caura à laqueis & pennata uirtutibus & diuinis præceptis, & quæ iam ſibi cartam domum, id eſt, eccleſiaſtica inſtituta inuenit. Fruſtra utiq; facitis. Vel ſic poteſt etiam dici: Cum talia dicitis, teputatia quòd anima mea ſit inconſtans & inſtabilis ſicut paſſer. Vtiq; non eſt. Voa dico, qui ut errorem ueſtrum perſuadeatis, & uoa commendetis, peccata aliorom aggrauatia, & uetoa doctores criminamini, dicentes mihi: Verè debes ad nos tranſire, quoniam peccatores, id eſt, ſcriptæ legis præuaricatorea, qoos tu ſequeris arcom, id eſt, diuinam ſcripturam intenderuot, id eſt, oalde prauis tentationibus ſuis coartauerũt. quod eſt acce, id eſt, manifeſtum, & intendendo parauerõt ſagittas ſuas, id eſt, doloſas & deceptorias ſentẽtias in pharetra, Id eſt, in occulto cordis ſui ad hoc ut ſagittent, id eſt, occultè decipiant rectoa corde, id eſt, bonos non cautos & prouidos, ſicut nos ſumus: ſed poſitoa adhuc in obſcuro, id eſt, nondum ſublimatos, ſicut uos ſimpliciores eſtis.

Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt.] Ideo uos peſsimi hæretici iſtud bonis imponitis, quoniã uos iſtud feciſtis, ſcilicet prauia interpretationibua ueſtria ſcripturam ſanctam deprauaoiſtia. Quod ſic dicit conuertendo ſe ad Dominom: O Domine deſtruxerunt malè interpretãdo hæretici ea quę tu perfeciſti, id eſt, ſcripturas, quas tu per tuos uiros plenus ſpiritu ſancto edidiſti. Item ſe conuertit ad hæreticos. Quaſi dicat: Vos hæretici deſtruxiſtis opus Domini, ſed non deberetis: quia iuſtus, id eſt, Chriſtus, abſoluta dicendus iuſtus, qui unitatem & concordiam relinquens ſuis dixit: Pacem meam relinqoo uobis, pacam mado nobis. Et qui traditoram ſuum tanta patientia pertulit, ut primam aucharistiam manibus ſuis confectã, & ora ſuo commendatam, ei cum cæteris diſcipulis traderet. Quiq; etiam ad prædicandum regnum cœlorum ipſum cum cætaris miſit: ut demonſtraret dona Dei paruenire ad illos, qui ea cum fide ſuſcipiunt, etiã ſi ille à quo ſuſcipiũtur ſit talis, qualia ipſe Iudas fuit. Ille inquam iuſtus quod fecit uobis, id eſt, quod commeruit apud uos, propter quod uos deprauantes ſcripturas, unitatem quam ipſe raliquit deſtruxiſtia.

Dominus in templo ſancto ſuo.] Vobia quidem nihil iuſtus fecit, at ipſe hoc facit, quod & ſuoa miſericorditer ſaluat, & malos non ſolum pro malo uoto ſoo, quo ad ſcripturas aſcenderet, ut inde damnentur, prauè eas intelligera permittit: ſed etiam doctrinam eorum prauam ad multorum damnationem prouanire permittit. Quod innuit ubi dicit: Pluit ſuper peccatores laqueoa, & ſpectat illuc nominatiuus hic poſitus, ſcilicet Dominus. Interponit autam da bonorũ ſaluatione primum, & deinde da prauorum in ſeipſis damnatione, ita dicens: Dominus (abſolutè dixit Dominus) id eſt, Chriſtua en uerus Dominos, in ſuo templo, id eſt in fidelibus qui per fidei unitatem templum eius ſunt. De hoc tamplo dicitur: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. &, Quicunq; uiolauerit templum Domini, diſperdet illum Deus. Illa aotem templum Dei uiolat, id eſt, unitatam uiolat, qui principatus ſui cauſa à catholica unitata diſiungitur, ſicut faciunt hi qui cauſa arrogantiæ, quod prauè intelligunt, confirmare

Digitized by Google

coofirmare contra communem fidem nituntur, id eſt, hæretici. & determinat de quo templo dicat, dicens: Sedes eius eſt in cœlo, id eſt in his qui de terrenis facti ſunt cœlum. Vnde dictum eſt, Animæ iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Et item: Cœlum mihi eſt ſedes, terra autem ſcabellum pedum meorum: & quod cœlum ſunt, nõ ex meritis ſuis, ſed ex reſpectu miſericordiæ eius. Quod ſic dicit: Oculi eius reſpiciunt in pauperem, id eſt, ſicut aliquis qui poſtquam pertranſit pauperem, reijcit oculos in eum, uidetur moueri commiſeratione circa eum: ita Deus miſericordiæ reſpectum exhibet circa pauperem ſuum ſaluandum. & hoc modo reſpicit in pauperem, quia palpebræ eius interrogant filios hominum. Licet filij poſsint dici & boni & mali, hic tamen teſte beato Auguſtino, ut ad pauperes referatur, accipiemus filios hominũ, illos quos uetus homo parturit cum gemitu & dolore in nouum hominem, id eſt, qui per pœnitẽtiam ueteris hominis ſunt regenerati in nouum hominem. Qui filij hominũ quibuſdam obſcuris locis ſcripturarum, quaſi clauſis oculis Dei exercentur, ut quærant: quibuſdã uerò manifeſtis ſcripturarum locis illuminantur ut uideant. Hæc autẽ crebra apertio & opertio in ſcripturis ſunt quaſi palpebræ Dei, claudentis & aperientis ſcripturas, ſicut palpebræ claudunt & aperiũt oculos, de quibus ſcripturis alibi dicitur. Ob hoc teguntur, ne uileſcant: ad hoc aperiuntur, ut nutriant. Quæ palpebræ, id eſt obſcuritates & apertiones ſcripturarum interrogant, id eſt probant illos filios hominum, de quibus prædiximus, in hoc ſcilicet, quia illi nec fatigantur obſcuritatibus ſcripturarum, ut reijciantur, ſed exercentur, ut quærant: nec cognitione ſcripturarum inflantur, ſed confirmantur. Sicut econtrà mali reijciuntur obſcuritatibus, & non exercentur: inflantur cognitione, & non confirmantur. In quo utriq; rectè probant. Sicut enim aliquis dominus ſeruos ſuos excludens à ſecreto conſilio ſuo, probat illos quos poſtmodũ uult admittere, ſcilicet qui patienter repulſam ferunt: probat etiam illos quos reijciet, ſcilicet qui non patienter ferunt, ſed indignantur, & qui quod aliquando admiſsi ſunt, non gratiæ Domini, ſed ſuæ arrogantiæ attribuunt: ita Dominus per palpebras ſuas, id eſt per obſcuritates ſcripturarum ſuarum probat ſuos, probat etiam non ſuos.

Dominus interrogat iuſtum & impium.] Oſtendit quos filios hominum hic acceperit, & eſt aperta oſtenſio: q. uerè Dominus per palpebras ſuas interrogat filios hominum: quis interroget, id eſt probet iuſtum, id eſt pauperem, ſicut prædictum eſt: & interrogat, id eſt, probat etiam impium hic apponit de malis. Et accipiemus hic pauperes illos, qui poſt fidem ſuſceptam deprauati ſunt, id eſt hæreticos, quos Dominus probat ad eorum damnationem per palpebras; quia ipſi obſcuritatibus fatigati reijciuntur, cognitione inflantur, non confirmantur: & ideo à Domino excæcãtur, ut & ipſi prauè eas intelligant atque damnentur: & alijs qui digni ſunt, prauè eas interpretando, ipſos ſecum damnent.

Qui autem diligit iniquitatem.] Debemus extra intelligere, quod iuſtus reſpondet interrogatus à Domino pro competentia ſua. Sed ille qui diligit iniquitatem, id eſt deprauatus odit animam ſuam, id eſt tale quid reſpondet, ſi non uoce, ſaltem actu: in quo ſe oſtendit odiſſe animam ſuam, quia uidelicet reijcitur obſcuritate, inflatur ambitione: & ideo Dominus nõ ſolum ipſum damnat, ſed etiã per ipſum alios. Quod ſic dicit, nunc tandem ponens perſonam ſuperioris nominatiui: Dominus pluit, id eſt, per pluuiam malæ doctrinæ impiorum ſuper peccatores, qui ſcilicet meriti ſunt. mittit laqueos, id eſt impedimenta plura falſitatis, ne poſsint attendere ueritatem: & oſtendit per quid ſint illi laquei, per hoc ſcilicet, quia pars calicis eorũ, id eſt illud quod ipſi peccatores cum certa menſura de praua doctrina impiorum ſuſcipiunt, per calicem enim fit diuiſio. Et ideo ponitur hic calix, qui eſt nota menſuræ: ut ſciant, quia nihil inordinatè, nihil ſine modo fit, etiam in damnatione malorum. Nam licet Deus non creauit tenebras, ordinauit tamen eas. Vnde dictum eſt: Diuiſit Deus lucem à tenebris. Illa inquam pars eſt calicis ignis, quo primum deuaſtantur per incentiua carnalium concupiſcentiarum. & ex illo igne procedit ſulphur, id eſt fœtor malorum operum, quo ſeparentur ipſi boni à malis: & ſic ſequitur ſpiritus procellarum, id eſt, grauis abſorbitio interitus, quando ineffabiles pœnas in fine ſtudentur.

Sciendum quod omnes interpretes ſcripturarum boni ſiue mali, nubes, id eſt, cõplutores dici poſſunt: quia alios doctrina ſua bona ſiue mala, quaſi cõpluũt. Vnde rectis præconibus ueritatis dicitur à Domino: Mandabo nubibus meis ut non pluant ſuper meretricem illam: quod de Iudæa & Hieruſalem dictum eſt. & ex eadem ſcriptura pluit Dominus per bonos doctores ſerotinam pluuiam, id eſt tempeſtiuam, & proficientem doctrinam ſuper bonam terram, id eſt ſuper bonos: & per hæreticos nociuam pluuiam, id eſt peſtilentem doctrinam ſuper malos. ſicut ex eadem pluuia materiali, & producitur triticum ad ſimilaginem, & lolium ad combuſtionem.

Quoniam iuſtus Dominus.] Dixit ſuperius, Et Dominus ſaluos facit iuſtos, ubi ait, quòd ſedet in illis, & quòd damnat impios, ubi ſcilicet ait: Iniquus odit animam ſuam. &, Pluit ſuper peccatores, & reliqua. Nũc autem reddit cauſam ad utrunque. Quaſi dicat: Ideo ſaluat Dominus iuſtos, quia ipſe qui uerè iuſtus eſt, diligit iuſtitias, id eſt ſingulos iuſtos. Ideo autẽ damnat impios, quia uultus, id eſt uultuoſitas & ſeueritas eius uidit hoc eſſe æquitatem, id eſt æquum.

IN PSALMVM XI. ARGVMENTVM.

EX perſona Dauid canitur, quod in tempore eius omnis defecerit ſanctus, & diminutæ ſint ueritates à filijs hominum. Aliter Chriſtus pro paſsione ſuorum dicit de Iudæis. lege ad Lucam. Aliter pſalmus iſte pro octaua ſcribitur: id eſt Dominica die reſurrectionis Chriſti, quando defecit credens, & diminutæ ſunt ueritates, ita ut etiam cuſtodibus corporis pecunias offerrent, quorum labia doloſa Dominus diſperdidit.

IN FINEM PRO OCTAVA DIE. Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

OCtaua ut in ſexto pſalmo iam dictum eſt, ad æternã pertinet requiem. nam octauum diem mundus iſte non recepit, ſed finito ſeptimo redit ſemper ad primum. Petit itaq; propheta iniquitatem mundi iſtius deſtrui, ut ad illam ueritatem futuræ promiſsionis debeat perueniri: meritoq; huic pſalmo octauus dies aptatur, ubi ſeculi iſtius conſuetudo uitioſa deſeritur, & illius uenire innocentia poſtulatur. Prima parte propheta à mundi iſtius peruerſitate ſaluum ſe fecit fieri, quoniam doloſi atq; ſuperbi potentiam Domini ſceleratis oblocutionibus abnegabant. Secundo promiſsionem patris per omnipotentẽ filium prædicat eſſe faciendam. Eloquia Domini ſub breuitate collaudans, ſicut prius ſermones impios arguebat.

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

S*aluum me fac Domine.*] Pſalmus iſte eſt uox prophetę Dauid, uel quorũlibet perfectorum de priori populo expectantium & optantium aduentum Domini Ieſu Chriſti, per quem ueram ſaluationem mundo affuturam intellexerunt, præfiguratam quidem in carnalibus, uenturam uerò tempore plenitudinis, id eſt, aduentus ipſius Chriſti, quando umbra receſsit, & ueritas ſucceſsit. Qui fideles quia uerè per ſpiritum ſanctũ in carnalibus inſtitutis illam futuram cognouerunt, intendunt in hoc pſalmo contemporaneos ſuos hortari & conſolari, ut ipſam ſecum uerè futuram credant, & eius aduentum omni deſiderio appetant: poſteriores autem poſt eius aduentum futuros, ſicut nos, intendunt hortari, ut ipſam quaſi præteritam omni deuotione intelligant atq; ſuſcipiant. Dicit enim beatus Auguſtinus: Signa & illa fuerunt, ſigna & hæc ſunt. Illa futurorũ, iſta præteritorũ. Oportet ergo ut ſicut illi per carnalia uenturã, ita nos intelligamus eã per myſtica ſpiritualia, quæ nunc apud nos ſunt quaſi prę teritá. Iuxta quod Pſalmus iſte ſic intitulatur: In finẽ p octaua Pſalmus ipſi Dauid, uel prophetę, uel alicuius perfectioris de priori populo, qui per carnalia inſtituta intelligerent ſpiritualia uentura, tendentib. ſcilicet in finẽ, id eſt optantibus uenire finẽ, id eſt plenitudinẽ tẽporis. Pſalmus dico pro octaua, id eſt pro uera ſaluatione & requie, quæ in aduentu Chriſti collata eſt, optanda: quæ ideo dicitur octaua, quia tranſacta uarietate temporalium rerũ, in quibus ſeptenarius numerus accipitur, quia per ſeptem dies uoluuntur, tũc incipiet octaua dies, quam nox nunquã interpolabit, id eſt, tunc manifeſtè apparebit in ueritate uera ſaluatio illa, qua nunc per aduentũ Domini requieſcimus in ſpe. Vnde dicit Apoſtolus: Spe enim ſacti ſalui ſumus. Nunc ad literã accedamus. Propheta ſiue quilibet perfectus de priori populo, cuius uox eſt in hoc Pſalmo, exoptans aduentũ ueræ ſaluationis, ſic orat: Domine pater me attendentem medicinam mihi neceſſariam, & optantem eam, fac ſaluum, id eſt, mitte quem miſſurus es, ſanctum ſanctorũ, Deum deorũ, per quem mihi uera ſaluatio, & per quem reſtituatur deſtructa ſanitas. Qua ſaluatione uerè indigeo, quoniam ſanctus Dominus, id eſt quoniam ſanctitas defecit, id eſt, perijt in priori ſancto quem tu miſiſti, id eſt in Adam, quem Deus poſuit ante lapſum in plenitudine uirtutũ, & per illum in me. Et ideo defecit ſanctitas, quia à præceptis tuis receſſerũt, & primi homines, & filij illorum hominũ. quod ſic dicit: Quoniam diminutæ ſunt à filijs hominũ. Veritates hic ſicut ſuperius iuſtitias dicit, quantũ ad ſingulas perſonas, cũ tamen una uera iuſtitia & ueritas ſit, à qua omnes illuminãtur. Deus enim una ueritas, qui dicit: Ego ſum uia, & ueritas & uita. Præcepta quoq; eius ſunt ueritas, adimplentes ſe ueros facientia. A quibus præceptis primis parentib. recedentibus, & deinde filijs per culpam ipſorũ, diminutæ ſunt ueritates in ſingulis.

Vana locuti ſunt.] Verè diminutę ſunt ueritates, quia multiplicatæ ſunt uanitates. Quoniam unuſquiſq;, id eſt ſinguli hominũ ſunt locuti uana in ſe ipſis, per effectum ſcilicet, fiduciam in terrenis: quæ uanitas uanitatum ſunt poſuerunt, & Deũ neglexerunt. & non ſolũ in ſeipſis, ſed etiam locuti ſunt uana ad proximũ ſuũ, uidelicet ut qui Deum odit, odio habeat & proximũ. ſicut è cõuerſo, qui diligit Deum, diligit & proximũ. Loqui uana proximo, eſt perſuadere ei terrena: quæ uerè uanitas ſunt amare & deſiderare. Quod ipſi fecerunt exemplo & uoce, ipſi dico entes, uel habentes labia doloſa, id eſt dolum in uerbis ad decipiendũ proximum: quia locuti ſunt in corde & corde, id eſt, non ſimplici corde, ſed in multiplici. Non ideo dicit eos locutos in corde & corde, ut plura materialiter corda haberent, cum quiſq; tantum unum cor habeat: ſed propter diuerſas uoluntates, quia aliam in uerbis uoluntatem oſtenderunt, aliam in mente habuerunt. Sic agit omnis qui aliud promptum in lingua, aliud clauſum habet in pectore.

Diſperdat Dominus.] Iſtud non eſt imprecatio, ſed diuini iudicij aggratulatio. Quaſi dicat: Quia ueritatem deſtruunt, & doloſe cum proximo agunt, id eſt, fiat illis quod merentur, ſcilicet diſperdat æterna damnatione Dominus illos, qui emphaticè dici poſſunt ipſa labia doloſa, propter nimis frequẽtem dolum, & hoc non in parte, ſed uniuerſa: ut nihil exceptum putes, et diſperdat etiam linguam magniloquam, id eſt ſuperbiloquam. Emphaticè ſimiliter linguam magniloquã uocat hæreticos, & imitatores eorũ, qui cauſam principatus, quod peruerſè intellexerunt, ad perniciem aliorum aſtruere nituntur, quos determinat dicẽs: qui non ſolum nunc dicunt, ſed ſemper dixerunt, ſiue in corde, ſiue in effectu, linguã noſtram, id eſt ſententias, quas nullo reuelante, neq; Deo neq; homine, ſed ex propria interpretatione noſtra habemus: magnificabimus, id eſt ad magnificẽtiam noſtrã affirmabimus: quia labia noſtra, id eſt facundia noſtra eſt à nobis, id eſt in parte noſtra, ſcilicet nos defendit & cõmendat: uel eſt à nobis, id eſt nos ipſi, & non alijs nos eam docuit. Quis igitũ noſter Dominus eſt? Quid ergo nobis Hieronymus, uel Auguſtinus, uel aliquis doctor cõtulit, cũ à nobis omnia habeamus? Hęc dicit perfecta anima de priori populo prophetando, quaſi ponens ſe in tempore hæreticorũ. Poteſt etiam quantũ ad priores, referri ad ſcribas & phariſęos, qui nihil Moyſi neque cęteris prophetis quicquam aſcribebant, ſed ſibi omnia arrogabant. Poteſt quoq; Diſperdat ſuperius, quod nunc aggratulationem fecimus, in bono legi, ſicut in cæteris ſimilibus iam prædiximus locis.

Propter miſeriam.] Perfecta anima, quæ ſuperius optauit ſaluationẽ, oſtendit hic ſe certam eſſe de aduentu illius, ueræ ſaluationis, ut ad eam optandã, & uerè ſperandam contẽporaneos ſuos hortetur: poſteriores uerò, ut eam uerè ueniſſe cum gaudio ſuſcipiãt. Quaſi dicat: Verè ſaluabit me Dominus, quia ipſe Dominus pater dicit, id eſt diſpoſuit. Dicere enim Dei, eſt diſponere. Nunc exurgã, id eſt, ego qui prius humiliter ſurrexi in ſeruis miſsis ad uineã, id eſt patriarchis & prophetis: quorum alium lapidauerũt, alium uerberauerunt, alium occiderunt, & cætera talia: nunc manifeſtè conſurgam in filio. Verebũtur enim filium, & hoc faciam propter miſeriam inopum, id eſt, quam inopes patiuntur in corpore, ſiue in anima per pœnã primi peccati auferendam: & propter gemitum pauperum, id eſt, quem pauperes pro miſeria illa agunt conſolandum. Vnde dictum eſt: Vidi afflictionem populi mei, &c. Inopes hic accipit, qui non ſe ſufficientes ſibi ad ueram ſaluationem per carnales obſeruantias, aut per liberum arbitrium putant, ſine uera ſalute collata per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & hoc quantum ad priores. Quantum uerò ad nos, poſſunt dici inopes, qui neque per liberum arbitrium, neque per merita aliqua ſibi ſufficere putant: ſed totã ſpem ſuam in ſalute illa ponunt. Pauperes uerò dicuntur, quicunq; aduertentes illam inopiam, tali affectione habent ſe erga illum, per quem repellitur inopia: quali affectione aliqui ſeculares pauperes habent ſe erga diuites, qui & manus eorum oſculantur, & ipſos humiliter ſequuntur, & cætera talia faciunt.

Ponam in ſalutari tuo.] Verè nunc exurgam, quia imponam in ſalutari meo, per quem exurgam, id eſt filio: quod imponendum eſt ſalutari, ſcilicet ut & miſeriam auferat, & gemitum conſoletur: & ego qui quaſi prius dubiè egi in ſeruis, in iſto agam fiducialiter, & in uerbis & in factis.

In uerbis uerè fiducialiter egit. Vnde dictũ eſt: Nũquam locutus eſt homo, ſicut hic homo. Et item: Erat loquens tanquam poteſtatem habens, non ſicut ſcribę eorũ & phariſęi. In factis quoq; ſatis fiducialiter

Digitized by Google

liter egit, cum facto flagello de funiculis, populum maximum cum principibus & ſacerdotibus de templo eiecit. Egit etiam fiducialiter, per eum circa alios, quando per ipſum tales conſtituit, quales Apoſtolus deſcribit cũ dicit: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? & reliqua.

Eloquia Domini caſta.] Hi duo verſus præcedentes in uoce patris lecti ſunt: qui uerò ſequuntur, in uoce prophetæ, uel perfectæ animæ leguntur. Quaſi dicat: Verè fiducialiter aget Deus pater in eo, quia eloquia ipſius Domini, id eſt Chriſti, erunt eloquia caſta, id eſt inuariabilia, quia quod ſemel probabunt, nunquã improbabunt: & quod ſemel negabunt, nunquam affirmabunt. & in hoc erunt comparabilia caſtæ mulieri, quæ eadem ſe exhibet præſente & abſente marito. Vel erunt caſta, id eſt, carebunt corruptione ſimulationis, & non erunt inceſta: quia nihil pro terreno lucro annunciabunt, ſicut faciunt aliqui hypocritæ, de quibus dicit Apoſtolus: Quidam non caſte Chriſtum prędicant. Illi enim non caſtè prædicant, qui non pro ſpirituali commodo, ſed pro terreno lucro prædicant, ſimulantes pietatem eſſe quæſtum, & ita erunt caſta, quod erunt argentum igne examinatum: id eſt, ita nitida ſicut argentum igne recoctum: quod probatũ eſt terræ, id eſt, proſius caret terrena fece. & purgatũ eſt ſeptuplum, id eſt, multipliciter eſt purgatum. Vel aliter: Eloquia Domini non erunt inceſta, id eſt inceſtos facientia, ſicut fuerunt eloquia ſerui, id eſt Moyſi, qui propter duritiam eorum conceſsit Iudæis, ut ſuas uxores dimitterent cum nollent, uel alios ducerent. Vnde Dominus in Euangelio: Vobis Moyſes conceſſit propter cordis duritiam dimittere uxores, & libellum repudij mittere. Ego autem dico, Quicunque dimiſerit uxorem, niſi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Eloquia inquam Domini, non erunt inceſta, ſed caſta, id eſt caſtos facientia, & ita caſtos, ut ſicut argentum igne, e. id eſt ſicut comparabiles argento, perfectè per ignem purgato, ut ſicut illud tunſum non diſsilit, id eſt non rumpitur, ſed in longum & latum creſcit: ita ipſi purgari per ignẽ, per tribulationem, tunſi uerberibus & alijs miris modis nõ diſsiliant, id eſt, non deficiant, ſed creſcant in longum firmiter perſeuerando, & creſcant in latum charitatẽ ſuam ad inimicos etiam extendendo: ut ille qui pro lapidantibus dixit, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum: & ſint probati terræ, id eſt per confeſsionem trinitatis: & repurgari, id eſt perfectè purgari: ſeptuplũ, id eſt gratia ſeptiformium donorum ſpiritus ſancti, & his talibus eloquijs adhærebunt inopes & pauperes, qui ſpiritualiter ea intelligunt, & literam ſolam non inſiſtunt. Impij autem, id eſt opulenti & diuites, qui ſe ſcilicet & per liberum arbitrium, & per propria merita ad ueram ſaluationem ſufficientes eſſe credũt: illi his eloquijs non adhærebunt, quia ambulant in circuitu, id eſt, quia literam ſolam inſiſtunt, & à gratia, id eſt à ſpirituali intellectu reſiliunt: & ideo ambulant in circuitu, id eſt delectantur, & proficiunt in terrenis rebus, quæ ſunt circuitus: quia ſemper uoluuntur per ſeptenarium numerum temporum, & qui in his tantum delectantur, ad octaua bona non perueniũt. Et ab hac tam deuia generatione ſcilicet qui in circuitu ambulant, tu Domine pater ſeruabis nos, ne nos ſibi conforment: & cuſtodies per perſeuerantiam ducendo nos in æternum, id eſt in ueram & æternã ſaluationem, quæ in titulo dicta eſt octaua. Et uerè cuſtodies nos: quia ſicut illi ambulantes in circuitu multiplicati ſunt à fructu ſui frumenti & olei, id eſt in terrenis: ita tu multiplicaſti, id eſt multipliciter ditaſti nos hominum filios, ſcilicet regeneratos in nouõ hominem: & hoc ſecundum altitudinem tuam, id eſt ſecundum hoc quod conuenit maieſtati tuæ, ſcilicet dilataſti eos, non in uanitatibus, ſed in uirtutibus, ut de uirtute in uirtutem aſcendant, uſque dum uideatur Deus deorum in Syon, & ſic recipiant octauam, id eſt ſaluationem ueram. Vel aliter. Quaſi aliquis dicat: Cum hæc generatio ſit impia, & ambulet in circuitu, quare ergo Domine naſcuntur? Quare ergo ſuperſunt? Ad hoc reſpondet propheta, ſiue perfecta anima ita: O Domine, tu multiplicaſti numerum filiorũ hominum terrenorum, ſcilicet parentum ſecundum altitudinem incõprehenſibilis diſpoſitionis tuæ. Vnde dictum eſt: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, & reliqua.

IN PSALMVM XII.

ARGVMENTVM.

EZechiæ preces ab Aſſyrijs obſeſsi. Aliter uox Chriſti ad patrem, de diabolo dicit in Marco.

IN FINEM, PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

TOtus pſalmus de charitate loquitur Domini Chriſti, reſpiciens propheta totum penè mundum idolatriæ mancipatum. prima parte credulitatem ſuam aduentu ſanctæ incarnationis depoſcit expleri, ut uel ſic confuſa gentilitas ſuum poſſet agnoſcere creatorem. Secundo ad noſtras petitiones efficaciter inſtruendas illuminari faciem ſuam uehementer expoſtulat, nè inimici aliqua fraude ſuccumberet, qui ſemper ſe in eius dicit miſericordia fuiſſe confiſum.

COMMENTARIVS.

V*Squequo Domine.*] Vox prophetæ eſt in hoc Pſalmo, uel cuiuſque perfectæ animæ de prioribus ſiue de poſterioribus exoptantis & ingemiſcentis uenire ad illam ueram contemplationem, atque perfectam cognitionem, quæ tunc demum erit, quando Chriſtus erit omnia in omnibus: & quando uidendo facie ad faciem, cognoſcamus perfectè, ſicut & cogniti ſumus: & quãdo nouiſsima mors deſtruetur, & peribit aculeus eius, id eſt peccatum. Quæ perfecta anima in hoc Pſalmo proponit ſe alijs ad exemplum per exoptationem, ut eos inſtruat quanta affectione & quanto deſiderio debeant ingemiſcere & ſuſpirare, ut remoti ab hoc cœno ad illam quæ tenebras non nouit, ueram contuitionem ualeant pertingere. Secundum hoc proprie eſt iſte Pſalmus. Vox dicentium cum Apoſtolo: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et ſicut ſuperior Pſalmus de priori aduentu tractauit, ita iſte de ſecundo. Poteſt & aliter dici, quòd perfecta anima ſiue prophetæ ſiue cuiuſque poſita in tribulatione & fluctuatione huius uitæ, ubi tanquam circumflantibus uentis agitatur uitiorum procellis, timens ne ſicut iam per primum parentem partim incurrit damnum intelligentiæ ueritatis: ita etiam inter tot impedimenta conſtitutus, dãnationem æternæ cæcitatis incurrat, orat & optat ut Dominus in præſenti cognitionem ueritatis, quanta hic poſsit haberi, reſtituat: proponens ſe alijs exemplum, quos admonet ut toto mentis ardore cognitionem ueritatis, quanta poſsit haberi, in hac uita appetere ſtudeant, ut demũ per iſtam ad ueram, quã prædiximus, perueniatur. Intitulatur aũt hic Pſalmus ita: In finẽ Pſalmus Dauid. Quod ſic exponit: Iſte Pſalmus attribuitur Dauid prophetę, uel cuiq; perfectę animę tendenti in finem, id eſt in perfectionem. id eſt, uptantis, ſiue ueram cognitionem, quæ ſine fine erit, ſiue quanta

quente poſsit in præſenti haberi ut ad illam tandem perueniat, & dicit ita: Domine pater, uideris mei oblitus, dum à patria, id eſt, à uera cognitione differor, uel ſaltem præſentem quanta poſsit haberi non habeo ſalutem. Sed uſq; quo obliuiſceris mei, id eſt, quam longè manebit hæc obliuio mea? tendet in finem mundi, id eſt, erit omnimoda? Vel aliter, ut reſponſio ſit, hæc obliuio erit in finem tendens, id eſt, uſq; ad terminũ illum, quem tu diſpoſuiſti differetur, ſiue illa uera, ſiue iſta præſens cognitio. Sicut enim diſpoſitum eſt, quando malorũ nequitia conſumetur, ita etiam quandoq; cuiuſq; boni uirtus perficietur. Vel tertio modo: Vſq; quo obliuiſceris me, in finem non ducendo, id eſt, in cognitionem perfectionis ſiue futuræ, ſiue præſentis? & uſquequo auertis, id eſt, pateris auerſam eſſe faciem tuam, id eſt, cognitionem tuam ſiue finalem ſiue præſentem à me?

Quam diu ponam.] Iſtud poteſt intelligi interrogatiuè ſiue reſpõſiuè. Sed melius reſponſiuè. Quaſi dicat: Tam diu obliuiſceris me, & auertes faciem tuam, quã diu ponam conſilia in anima mea, id eſt, quamdiu dominabitur in membris meis lex pugnans contra legem mentis meæ, & ſic neceſſe erit ut ego poſitus in aduerſis, ponam conſilia in anima mea, quibus euadã aduerſa peccata ſcilicet, ne committam peccata: ſum miniſtrat, & ſicut miſero neceſſe erit ut ponam dolorem compunctionis in corde meo. quod erit per diẽ, id eſt, per totam præſentem uitam, quæ uoluitur de die in diem. Quamdiu enim in hac uita ſumus, ſemper ſupereſt quod impugnamus. Illi tamen qui iam in tanta celſitudine contemplationis poſiti ſunt, quãta hic poteſt haberi altior, liberati quaſi ab impugnationibus ſunt. ſicut legũtur fuiſſe fratres in Aegypto, qui iam diuturnitate ſolitariæ uitæ & carnis maceratione nullos iam carnales motus nouerãt. Anima & cor pro eodem hic accipitur, ſed tamen quia cor pro interiori affectione ſolet poni, ideo dolorem cordi apponit: & conſilium animæ, quod leuius eſt, quia facilius eſt cauere ne labamur, quàm reſurgere à lapſu, hic attinet quod dicitur: Qui ſtat, uideat ne cadat. & item: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, & reliqua. Vel aliter per diem, quaſi dicat: Licet auerteris faciẽ tuam à me, tamen hoc quod pono conſilium in anima & dolorem in corde, hoc eſt per diem, id eſt, per tuam illuminationem.

Vſq; quo exaltabitur.] Hoc interrogatiuum eſt, ſed quia interrogatio non mutat ſentẽtiam, ita dicamus: Tamdiu ponam conſilia & dolorem, uſq; quo, id eſt, quamdiu inimicus meus ſiue diabolus ſiue carnalis conſuetudo exaltabitur ſuper me, id eſt, nitetur per illicitos motus opprimere me. Et ut non uerè exaltetur, Domine Deus omnium poteſtate, meus autem uoluntate, qui prius auertiſti faciem reſpice me: & qui prius oblitus eras, exaudi me, & tali reſpectu & tali exauditione, ſcilicet illumina per cognitionem uerã ſiue præſentem perfectam ſiue finalem oculos non corporis: ſed quos reputo meos, ſcilicet rationẽ & intellectũ animæ oculos. Illumina dico, ne unquã obdormiam in morte, id eſt, contra præcepta tua mihi acquieſcam eundo in mortẽ, id eſt, in aliquo criminale peccatum, quod ſit mors, id eſt, ne quando dicat, id eſt, ut aliquando dicere nõ poſsit inimicus meus, per effectũ ſcilicet, Præualui aduerſus eum. Quod ualde cauendum eſt, quia ualde lætabitur ſi dicere potarit. Quod ſic dicit: Illi qui tribulant me, id eſt, hoſtes inuiſibiles tribulantes & animam tentatione & corpus etiam pœnali afflictione, qui non exultauerũt de beato Iob, tribulato & uictore exultabunt de me, ſi motus fuero, uel à bono propoſito uel è fidei ſtabilitate. Vt autẽ non exultent, ego non mouebor: quod non ex me erit, ſed quia ſperaui non in me, ſed in tua miſericordia, ut qui gloriatur in Domino glorietur. Et quia ſperaui in te, ideo exultauit cor meum, id eſt, perfecta lætitia erit in mente mea, in ſalutari tuo, id eſt, per ueram ſalutationem, id eſt, Chriſtum: quia uel in fine perfectè facies me cognoſcere, uel in præſenti etiam quantum poſsibile eſt, & ſic perfectè in fine. Et quia exultabo in Deo, cantabo Domino, id eſt, laudabo Dominũ, uoce & corde. Qui tribuit mihi hæc bona ſpiritualia, non ad humanum diem pertinentia, id eſt, ſperare & perficere: & pſallam etiam operando bene per corpus, quaſi per inſtrumentum, non ad gloriã meam, ſed ad glorificandum nomen Domini, ut uidẽtes opera ueſtra bona, & reliqua.

IN PSALMVM XIII. ARGVMENTVM.

PRo eo quod eſt inſipiens, in Hebræo Nabal poſitum eſt, unde & Abigail de uiro ſuo Nabal dixit, Verè ſecundum nomen ſuum inſipiens eſt. Hæc Ezechias cõtra Rapſacen loquitur. Item uerba Chriſti ad diuitem ſe interrogantem in Matthæo, & de populo Iudaico.

IN FINEM, PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

ECcleſia Chriſti ueſaniam condemnat Iudæorum, facies illa Domini, quæ in duodecimo pſalmo quærebatur, hic iam adueniſſe narratur. Et ideo primo modo increpat eccleſia Iudæos, qui uiſo Chriſto minimè crediderunt. Secundo modo dicit inani eos trepidatione confundi, qui fructuoſum timorem Domini cognoſcere noluerunt. Ad poſtremum eorum in fine ſeculi prædicitur euenire conuerſio.

COMMENTARIVS.

D*Ixit inſipiens.*] Vox capitis eſt in hoc pſalmo exprobrantis & obiurgantis duriciem Iudæorum, qui medicum præſentem, & ad eos ſanandos miſſum cognoſcere noluerũt, opera eius uidentes, & ſigna non aduertentes: cum tamen ex Iudæis quidam dixerit, Nemo poteſt facere quæ tu facis, niſi Deus fuerit cũ illo. Et exprobrando hortatur eos, ut quem corpore neglexerunt, ſaltem ne prorſus pereant abſentẽ corpore, præſentẽ aũt deitate per præcones ueritatis agnoſcant. Poteſt etiam dici quod ſit uox prophetæ ante aduentũ Chriſti exprobrantis ſimiliter duriciem Iudæorum, & diuturnam infidelitatem gentium, ut exhortetur utroſq; Iudæos ad hoc, ut cum uenerit ſanctus ſanctorum qui auferet iniquitatem ab eis, ipſum gaudentes ſuſcipiant, & tempus uiſitationis ſuæ agnoſcant. Gentes autem ut quem corporali præſentia uidere non meruerunt, quia dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael, annonciatum per Apoſtolos benignè ſuſcipiant. Intitulatur uerò pſalmus iſte: In finẽ pſalmus ipſi Dauid. Quod ſic exponitur, Iſte pſalmus attribuitur ipſi Dauid uero capiti ſcilicet, uel etiam prophetæ: pſalmus dico tendens in finem, id eſt, in perfectionem: quia hortatur & Iudæos & gentes ad perfectionem, id eſt, ad Chriſtum. Sciendum autem quod ſecundum quod uox capitis eſt, agit hic ipſum caput de ſolis Iudæis, & hoc per quandam ſimilitudinem alicuius potentis regis uel imperatoris, qui collecto exercitu ſuo ab aliqua alta turri, uel ſpecula inſpiceret, qui ſe ibi uiriliter haberet, quis uerò torperet. Ingreditur quaſi conferendo Deum patrem imperatori, ſe turri, Iudaicum uerò populum exercitui, & dicit in tertio uerſu ita: Dominus pater reſpexit de cœlo, id eſt, de me quem fecit cœlum ſuum, ubi ſederet.

Deus enim erat in Chriſto reconcilians ſibi mũdum, quaſi de alta quadam ſpecula & ſupereminenti proſpectu, id eſt, diſcretionem habuit ſuper filios hominum: id eſt, ſuper Iudæos qui fuerunt filij ueterum hominum, id eſt, patriarcharum & prophetarum carnaliter, non ſpiritualiter. & ad hoc proſpexit ut uideat, non ipſe quem nihil latet: ſed ut alios uidere faceret, per me cum eis conuerſatum, ſi eſt inter eos intelligens ſe Deum mente, aut requirens eum in opere. Sed non eſt inuentus in eis intelligens aut requirens, quia ille populus inſipiens uerè qui medicum non cognouit, & uiſitationis tempus non aduertit dixit, & per effectum me contemnendo, & in corde cogitando, hic non eſt Deus. Quod uerè & tunc affirmauerunt, cum dixerunt: Non eſt hic bomo à Deo, qui ſabbatũ non cuſtodit. & item: Bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes, & in multis talibus. & de hac inſipientia ſunt ipſi accuſabiles non auctor eorum: quia cum auctor ad ſimilitudinem & imaginem ſuam per rationem & intellectum eos creaſſet, ipſi corrupti ſunt à bona natura, per ſuum uitium diſcedentes: & ideo facti ſunt apud Deum abominabiles, id eſt, contemptibiles & exhæredabiles in ſtudijs ſuis. id eſt, propter ſtudia ſua, ſcilicet quia irritum fecerunt mandatũ Domini propter traditiones ſuas: uel quia magis mũdum quam Deum, creaturam quã creatorem dilexerunt. Nec hoc eſt mirum, quia non eſt in eis qui faciat aliquid bonum, quod ſit ad ſalutẽ: non eſt dico, uſque ad unum, nec unus. Quod non ſic intelligendum eſt, quin aliqui eſſent inter eos facientes bonum, ſicut multi diſcipuli Domini, & prophetæ multi: ſed dictum eſt ad comparationem. Quaſi dicat: Tot ſunt facientes mala, quod & ſi aliqui ſint boni, nec unus dici poſſunt comparatione malorum. Tale eſt illud de primitiua eccleſia: Lætare ſterilis quæ non paris, &c. Et item illud: Oliua & Samaria iuſtificaſtis Sodomam & Gomorram ſorores duas, & multa ſimilia. Vel aliter: Non eſt in eis faciens bonum uſque ad unum, id eſt, præter illum qui factus eſt unum mecum, id eſt, cuius ego ſum caput & ipſe mẽbrũ meũ.

Omnes declinauerunt.] Ideo non eſt in eis faciens bonũ, quia omnes. Quod item propter multitudinem malorum dictum eſt. Omnes inquam declinauerunt, id eſt, à ueritate deuiauerunt ſimul docti & indocti, ſuperiores & inferiores, & declinando facti ſunt inutiles & ſibi & Deo, non quòd Deus aliquam utilitatem à nobis ſibi expetat, cum ſit ipſe bonum ſe ipſo contentum: ſed propter naturaliter ſibi inſitã bonitatẽ, noſtrã utilitatẽ in nobis requirit, & ſuã eã deputat.

Non eſt qui faciat bonum.] Repetitio eſt, ut oſtendat per quod inutiles facti ſunt.

Sepulchrum patens eſt.] Verè non faciũt bonum, quia potius malum. nam guttur eorum eſt ſicut patens ſepulchrum. Quia ſicut ſepulchrum aut ad hoc patet, ut cadauer recipiat, aut ſi recepit fœtorẽ emittit: ita guttur eorum eſt patens, uel ad uoracitatem, ut uel nimiẽ gulam exerceant, uel quoſcunque poſſunt de corpore Chriſti auellant, & in ſe per conformitatem quaſi deuoratos ſepeliant. Vel eſt patens ad doloſitatem, ut quos deuorare nequeunt, ſaltem aliquo modo corrumpant. Corrumpũt enim bonos mores colloquia mala, & in hoc eſt os eorum patens ſepulchrum, quia ſemper doloſè agebant linguis ſuis: id eſt, uenenatis linguis, ſimulantes ſcilicet uerbe docendi, & habentes uenenum nocendi. quod ideo eſt, quia uenenum aſpidum: id eſt, mortiferæ cogitationes, ſunt ſub labijs eorum, id eſt, in corde eorum. Vel poteſt dictum eſſe hac ſimilitudine, quia ſicut aſpis unam aurem firmiter terræ applicat, alteram autem cauda reflexe obdurat, ne uocem ſapientis incantatoris audiat: ita ipſi Iudęi unam aurẽ quaſi terrenis affectionibus applicabant, quibus firmiter inhærebant, alteram uerò aurem quaſi cauda reflexa obdurabant: quia memoria præteritorum malorum ita eos excæcabat, ut uocem ſapientium incantatorum, id eſt, præconum ueritatis non audirent. & uocabimus in hac ſententia uenenum terrenas affectiones & memoriam peccatorum, per quas comparantur aſpidibus.

Quorum os maledictione.] Non ſolum guttur eorum eſt ſepulchrum, ſed etiam os eorum, id eſt, Iudæorum plenum eſt maledictione: id eſt, plaſphemia in Deũ, uocando me dæmoniacum, filium fabri, deſtructorẽ legis, & cæteras talia. & amaritudine, id eſt, amaris uerbis, dicentes Pilato: Tolle hunc & dimitte Barrabbam, & crucifige eum, & talia ſimilia. Vel poteſt dici ſic & ſuperius, & in alio pſalmo, quia plenum eſt maledictione: id eſt, amaritudine. id eſt, ideo fecerunt ſibi amarum Dominum. Pedes, id eſt, affectiones eorũ ſunt ueloces, nõ ſolũ ad interficiendũ uerbo. Vnde dictum eſt. Lingua eorũ gladius acutus, ſed etiam ad effundendũ ſanguinẽ bonorum gladio. Et ideo eſt in uijs, id eſt in operibus eorũ infelicitas in præſenti, cũ dantur in tenebras interiores, & in futuro cõtritio cũ in exteriores dabunt. Hinc dictũ eſt, Qui ceciderit ſuper lapidem, confringetur: ſuper quẽ uerò ceciderit lapis, cõteret eum. Cadet ſuper lapidẽ, qui in præceptũ Chriſti, i. angularis lapidis offendit, & illa confringitur hic in præſenti, eũ interiori cæcitate damnat. Si uerò cõfractus nõ reſipuerit, tandẽ cũ lapis cadet ſuper eũ, id eſt in manifeſto iudicio cõteretur penitus, id eſt, in ęternas pœnas dabit. & ideo erit eis cõtritio, quia uiã pacis, id eſt me qui ſum uia ad uerã pacẽ, ſemper contẽ in idipſum, & quia uolui eſſe uera pax eorũ. Vnde dictũ eſt: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraq; unũ: me inquã nõ cognouerũt, id eſt nõ ſicut medicũ ſibi neceſſariũ honorauerũt, ſed tanquã inutilẽ & nociuũ contẽpſerũt: & hoc ideo, quia timor Dei nõ eſt ante oculos eius, id eſt, quia nõ timent iudiciũ Dei, neq; præſens, neq; futurũ. In quo decipiunt, quia etiã manifeſtũ iudiciũ tandem experient. Quod ſic dicit: Nonne tandẽ uerè cognoſcent Deũ eſſe timendũ omnes illi, id eſt, Iudęi, qui operant nunc iniquitatẽ: emphaticè iniquitatẽ, ſed qui medicũ nõ cognouerũt, ſed potius interfecerunt: qui hæredẽ de uinea eiecerunt, & qui ſeruis occiſis ſaltẽ nullam filio reuerentiã exhibuerũt: & qui etiam plebẽ meã, id eſt ſanctos & apoſtolos meos deuorant, id eſt, nitũtur deuorare, & ſibi cõformare: deuorant dico, ſicut eſcã panis, id eſt, ita ut aſsiduè hoc faciãt, & in hoc delectent, ſicut panis aſsiduus cibus hominis eſt, quo iugiter delectat. Poſſunt etiã deuoratores plebis Dñi largius accipi, q̃ in ſolis Iudæis, omnes ſcilicet qui ſanctos Dei de quacũq; gente ſint, decocando, & ſibi cõformare nitendo quaſi deuorant. Vnde dictũ eſt Petro de malis: Macta & manduca. Dicuntur etiã plebis deuoratores rectè, quicũq; prælati officia ſua nõ ad ſalutẽ ſubditorum, ſed ad terrenũ lucrũ exercẽt. de quibus dictũ eſt, Colantes culicẽ, & abſorbentes camelũ: quia leuiora etiã peccata ubi nihil poſſunt extorquere puniunt, maioribus autẽ & in ſeipſis & in alijs precio inducti conſentiunt.

Dominũ non inuocauerunt.] Ideo operãtur iniquitatẽ, & deuorant plebẽ meam, quia Dominũ nõ inuocauerunt. Quod tale eſt: Ideo dati ſunt in reprobũ ſenſum, ut faciãt quæ nõ conueniũt: quia Deũ habere in notitia nõ probauerũt. Ille Deũ nõ inuocat, qui aliud ſibi præ ſe, q̃ ipſum Deũ facit. quod Iudæi fecerũt, qui terrenis tantũ inhærebãt. Quod ſic dicit, Trepidauerũt ipſi Iudæi illic, id eſt in amiſsione terreni regni: ubi timere nõ fuit opus, id eſt, nõ fuit utile. Quia cœleſte regnum amiſerunt, dum timent amittere terrenum.

Quoniam Dominus.] Oſtendit per quod Iudæi tandẽ cognoſcũt Dñm eſſe iudicẽ, uel eſſe timendũ, per hoc ſcilicet, q Dñs q modò in generatione iuſta eſt, id eſt in his qui p ipſum iuſti generati ſunt, eſt inhabitator, erit in ipſa tũc remunerator. Et cõuertit ſe ad ipſos Iudæos, quaſi dicat: In uobis aũt Iudæis nõ erit, quoniã uos cõfudiſtis, id eſt, quantũ uoluntate & actione potuiſtis, cõfuſum feciſtis conſiliũ inopis, id eſt humilẽ aduen-

aduentũ eius, qui cum eſſet diues, ꝓ uobis factus eſt pauper. Qđ ſine cauſa feciſtis, quia ideo tantũ quoniã ſolus Dominus erat ſpes eius. id eſt, quia nihil in eo ſecularis pompæ uidiſtis, & ideo cõtrarius operibus ueſtris fuit. Humilis aduentus Chriſti merito appellatur conſilium, quia dum omnia tenerent medium ſilentium, ipſe ſolus mundo pereunti remedium contulit, & completiuum ſummæ beatitudinis fuit, ſcilicet diſpoſitionis antiquæ, reparationis nouæ, felicitatis æternæ. Quod conſilium Iudæi ſi nõ re, tamen uoto & reputatione confoderunt, cum per mortem nomen eius de terra ſe abſtuliſſe putauerunt.

Quis dabit ex Syon.] Confodiſtis quidem ô uos Iudæi conſilium inopis, ſed nõ deberetis: quoniam hic eſt ille, de quo uerè propheta prædixit, Veniet ex Syõ, qui auertat captiuitatem ex Iacob, cum alter eſſe non poſſit. Nam quia alter ueniet ex Syon, id eſt, naſcens de Iudæis, qui & propter cultum ueri Iudæi, & propter plura excellentia beneficia Dei & legis & prophetarum ſibi conceſſa dicti ſunt Syon. id eſt, ſpeculatores & Iſrael, id eſt, Deum uidẽtes. Quis inquam ueniens ex Syon dabit ſalutare Iſrael, id eſt, ſaluationem à propheta promiſſam Iudæis, ſi iſte non dabit? Certe nullus. Hinc quidam dicit in Euãgelio: Aut duo ſunt, aut hic eſt. Hinc etiam dictum eſt ad Dauid: Vnus de mille ſit tibi conſiliarius. Et uerè iſte dabit ſalutare. Nam tunc dabit, cum tradiderit regnum Deo & patri, ſcilicet cum Dominus pater: quia iam in ſpe auertit, perfectè auerterit captiuitatẽ à plebe ſua, quã per primum parentem incurrit, hoc mortale induens immortalitatẽ. Et tunc perfectè exultabit Iacob, id eſt, omnis proficiſcens ad illam ſaluationem, qui hic fuit Iacob: id eſt, ſupplantator inuiſibilium ſupplantatorũ ſuorum. Et lætabitur Iſrael, id eſt, omnis perueniens ad illam: & ſic factus eſt Iſrael, id eſt, uir uerè uidens Deum. Per Iacob ideo intelligitur proficiſcens, & per Iſrael perueniens: quia Iacob cum reuerteretur in terram ſuam in proficiſcendo adhuc erat Iacob: cum autem iam ferè ad patriã ueniſſet, uocatus eſt ab angelo Iſrael. Poteſt quoq; ut ſuperius diximus, pſalmus iſte in perſona prophetæ mixtim de gentib. & de Iudæis ſic legi, iuxta quod ſic propheta ordine incipiet, primum increpando diuturnam infidelitatem gentium. Inſipiens, id eſt, gentilis populus, uerè inſipiens, qui idola manifeſta præpoſuit creatori, dixit ſi non uoce, tamen corde dixit, & in effectu oſtendit, quòd non eſt Deus uerus omnibus adorandus atq; timendus. & ex hoc errore ſunt ipſi accuſabiles non ipſe Deus, qui eos creauit: quia ex corruptione eorum hoc eſt, non ex imperfecta creatione, & nõ mutatur ſentẽtia.

Omnes declinauerunt.] Hic communiter agit & de Iudæis & de gẽtibus, quod orat ſimili: nec aliquid mutetur, niſi quia quod prius ad ſolos Iudæos, hic ad utroſque referimus: & quod in quorum os ſub exemplis prius dictum eſt, nunc ſimpliciter dicitur, Et uiã pacis nõ cognouerũt: in tertia tantũ perſona dicetur.

Nonne ſcient omnes.] Hic quoque communiter accipiemus & Iudæos & gentes, & referemus operari iniquitatem ad Iudæos, ſicut prius: deuorant uero plebem, ad gentes propter excellentiam. & dicit propheta in hac ſentẽtia plebem meam, id eſt, cuius pars ego ſum. ſicut ſolemus dicere de populo uel gente patriæ ſuæ quiſque, Populus meus uel gẽs mea: id eſt, cuius pars ego ſum.

Dominum non inuocauerunt.] Illud quoque ad utruſque referemus, & accipiemus trepidationẽ quãtum ad Iudæos, de loco & gente: quantum uero ad gentes, de amiſsione alicuius terreni commodi. Conſilium inopis confudiſtis, poterimus etiam referre ad gẽtes. Quæ ſi non in capite, in membris tamen confuderunt. Cætera non mutantur, niſi quia Iſrael & Iacob largius de gentibus accipiemus.

IN PSALMVM XIIII.

ARGVMENTVM.

VErba populi in captiuitate Babylonię optantis reditum ad patriam, enumerãtiſq; quibus meritis quis ad hanc peruenire queat. Aliter, quia lex tota decalogo concluditur decem exempli Chriſti formas expreſsit, quibus ea docuiſſe, quæ feciſſe monſtrantur.

PSALMVS DAVID.

EXPLANATIO.

PRophetica interrogationi reſpondet Dominus in decalogi exemplum, decem uirtutibus ad ſuæ beatitudinis atria perueniri. Diuiſio pſalmi huius tota interrogatione & reſponſione continetur: ſed interrogatio uno uerſiculo, reſponſio uerò ſex uerſibus eſt complexus.

COMMENTARIVS.

DOmine quis habitabit.] Pſalmus iſte ſic intitulatur, Pſalmus ipſi Dauid, prophetæ ſcilicet attribuendus. Propheta plenus ſpiritu ſancto prçuidens eccleſiam multiplicãdam eſſe ſuper numerum perfectorum, ſcilicet futuros eſſe plures nominetenus Chriſtianos, nõ retenus, qui gauderent tantum de Chriſtiano nomine, & non de Chriſtiana religione: ut oſtendat ſolum nomen non ualere niſi ſtudeat quilibet ſicut Chriſtus ambulauit, & ipſe ambulare: agit ſub quadam ſimilitudine alicuius perfecti regis militiæ uel imperatoris, qui bello coorto & multis probis & ignauis concurrentibus quæreret ab ipſo Domino ſuo, quos ex illis in tabernaculo uellet ſecum militare, & poſt militiam in palatio remunerare. Et eſt tale, ac ſi breuiter diceret: Nemo aggratuletur ſibi de Chriſtiano nomine ſolo ſine re, quia non prodeſſet ei nomen ſine re, uel ut poſſit in tabernaculo militare, aut in palatio conregnare. Tabernacula autem ſunt expeditionales domus, in quibus ad tempus milites ſeculi laborant, ut poſtmodum in ſtipendijs diutius gaudeant. Hæc tabernacula ſignificãt præſentem eccleſiam, in qua contra diabolum atque carnam pugnatur: quia qui digne militabit in hoc tabernaculo, æternaliter gaudebit in cœleſti palatio. Vnde Apoſtolus: Si compatimur, & conglorificabimur. Notandum quoque quòd ad ſimilitudinem prędictam propheta taliter exequitur, ut primum deſcribat nobiles milites, deinde uerò gregarios, qui & dignè militant in tabernaculo, & regnabunt in palatio, ut per oppoſitum cognoſcamus qui ſint indigni tabernaculo atque palatio, & primum ſic agit cum Domino: Domine rex uniuerſorum, ad cuius militiam tot conuenerunt, quis habitabit in tabernaculo tuo: id eſt, quem ex tanto numero eligis, qui & dignè militet hic in tabernaculo, & tandem requieſcet tecum in monte, id eſt, in ſupernæ gloriæ tuæ celſitudine? Alia tranſlatio habet, Quis peregrinabitur? Quod ſatis conuenit. Nihil enim aliud præſens eſt uita quàm peregrinatio. Vnde Apoſtolus: Dum ſumus in hac uita, peregrinamur à Domino.

Qui ingreditur ſine macula.] Hic nobilium militum deſcriptio eſt, & poteſt legi, ut uel ſit Domini reſponſio, uel ut ipſemet propheta ſibi reſpondens dicat: Ille ſcilicet dignè habitabit in tabernaculo, & dignè tandem requieſcet in monte, qui ingreditur, id eſt, qui in

Digitized by Google

qui in hac uita cum bene uiuentibus eſt ingreſſus ad ſupernam uitam: conuerſatur ſine macula, id eſt, ſine crimine peccati: & quia non ſufficit declinare à malo, niſi addatur bonum, ſubdit: Et qui operatur iuſtitiā, id eſt, quicquid iuſtè facere poteſt, facit. Quam iuſtitiam exequitur per partes, dicens: Qui loquitur ueritatem, id eſt uera, & ita ut uerum quod dicit, ſit in corde ſuo, id eſt, ex bona affectione procedat. Poſſumus etiam & uerum dicere, & mala tamen affectione: ſicut ſi alicui de duabus uijs, quæ rectior eſſet quærenti, indicarem rectiorem, non quod eſſet rectior, ſed ne incurreret in eas latrones, uel aliquod aliud malū. Verum quidem meum dictum eſſet, ſed ex male affectione procederet. Et qui non egit dolum in lingua ſua, id eſt, qui nec in lingua contra proximum peccauit, quod ſumma perfectio eſt. Non fruſtra enim lingua in udo poſita eſt: ſed ideo, quia ſicut in udo aliquis facilè labitur, ita nos in lingua facilè peccamus. Vnde dictum eſt: Perfectus eſt uir, qui in lingua non labitur. Et non ſolum uerbo proximum non offendit, ſed nec malum operando proximo fecit: & ſi alius opprobrium proximo intulit, ipſe non accepit, id eſt, non factum eſſe uoluit. & inſuper malignus, id eſt detractor proximi ad nihilum in cōſpectu eius deductus eſt, id eſt contemptus, & nihilum reputatus. Illos autē qui timent Dominum timore caſto, glorificat, id eſt, magnipendit & exaltat. Dicit in hoc loco quiddā notabile beatus Auguſtinus, hoc ſcilicet: Nemo malignus quid ſit nouit, niſi cum ſub ſpecie creatoris æternæ incommutabile ad ſpeciem creaturæ, quæ de nihilo facta eſt cōuertitur. Quod ſic intelligendum eſt, quia tunc tantum homo malignus eſt, id eſt, malè agēs eſt, quando creatorem ad cuius ſimilitudinem factus eſt, negligit, & terrena, quæ ab ipſo de nihilo facta ſunt, appetit.

Qui iurat proximo.] Hic deſcribuntur gregarij milites, quod periurare notatur. Perfectis enim dictū eſt: Sit ſermo ueſter, eſt eſt, non nō. Quicquid autem plus eſt, à malo eſt, ſcilicet & à malo illius qui aliquid ſibi credi poſtulat: quia ſæpè fefellit, & à malo illius à quo poſtulat, qui iterum fratri malè credulus eſt. Propter hoc igitur malum neceſſe eſt in humanis cōtractibus iuramenta ſæpè facere, & licet ſecundum quod hic dicitur, ſcilicet ſi qui iurat, non decipiat. Interdicitur tamen perfectis iurare, ne per conſuetudinem iurandi aliquando ut peierent, contingat. Qui pecuniam ſuā non dedit ad uſuram: id eſt, nulli ut plus inde acciperet, accommodauit pecuniam ſuam, ſed miſericorditer pauperibus diſtribuit, uel ſicuti diſtribuit, & apud illum remanere eam noluit, non niſi quantum dedit exegit. & qui non accepit munera ſuper innocentem, ut cauſam nocentis ſuperiorem faceret cauſæ innocentis, quod ſæpè corrupti iudices faciunt.

Qui facit hæc.] Hic Pſalmum planè adaptat intentioni. Quaſi dicat: Quiſquis hæc prædicta de perfectioribus uel minus perfectis militibus facit, ille tantum et dignè habitabit, hic in tabernaculo: & non mouebitur, completa militia in æternum à palatio. Quapropter qui hæc non facit, non ſibi de Chriſtiano nomine applaudat.

IN PSALMVM XV.

ARGVMENTVM.

EZechias in ægritudine Dominum deprecatur, & in uitæ ſuæ reparatione gratulatur, & quod humanarum rerum non ſit egens, exponitur. Item uox Chriſti ad patrem.

Bedæ tom.8.

TITVLI INSCRIPTIO ipſi Dauid.

EXPLANATIO.

DVm omnes dicantur inſcriptiones titulorum, qui Pſalmorum frontibus affiguntur, neſcio quid myſticum iſte deſignans, hoc ſpecialiter primus continet: quia enim Domino crucifixo ſcriptus eſt titulus, Hic eſt rex Iudæorum, non inconuenienter in Pſalmo, quo idem rex de ſua paſſione & reſurrectione locuturus eſt, huius inſcriptionis cōmemoratio præcedit. Nā & hoc quod additur ipſi Dauid, nō ad quamlibet aliam perſonam, ſed ad ipſum Dominum ſaluatorem, quod canitur, pertinere monſtratur. per totum Pſalmum introducitur perſona Domini ſaluatoris. Prima poſitione ex humanitate ſuſcepta, loquitur ad patrem, conſeruari ſe petens, quia ſpem ſuam poſuerit ſemper in eo. Subiungit etiam quemadmodum ſancti eius non carnalibus deſiderijs, ſed ſpiritalibus uirtutibus eligantur. Omnia quæ pertulit, ad hereditatis ſuæ gloriam aſſerens fuiſſe perducta. Secunda poſitione idem patri gratias refert, qui illi à dextris apparendo, iniquitatem huius ſeculi omnipotentiæ ſuæ uirtute ſuperant. unde animam ſuam de inferno aſſerit eſſe liberatam, & poſt reſurrectionis gloriam in delectationibus dexteræ ipſius memorat collocatam.

COMMENTARIVS.

COnſerua me Domine.] In hoc Pſalmo loquitur rex noſter ex proprietate ſuſceptæ humanitatis, & agit hic de paſſione ſua orando patrem pro conſtātia illius obedientiæ perficiendæ, pro qua miſſus eſt. non quòd ei qui tantæ poteſtatis erat, ut diceret, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. & nemo tollit à me animam meam, & poſt tres dies reſurgam, deeſſet aliquid: pro quo adipiſcendo neceſſe eſſet eum orare, ſed ut nobis ad quorum ſalutem uenerat, orandi formam pro patientia & obedientiæ conſtantia, per quæ nobis reſtituatur, quod primi parentes per inobedientiam amiſimus, in ſe ipſo daret. Subdit etiam patientiam & obedientiam ſuam ſequi certam remunerationem, ſcilicet carnis in ſepulchro incorruptionem, & reſurrectionis clarificationem, ut nos certificaret. quod ſi patientiæ & obedientiæ erimus conſortes, erimus & remunerationis comparticipes. Intitulatur autem Pſalmus iſte: Tituli inſcriptio Pſalmus ipſi Dauid. Quod ſic exponitur: Pſalmus iſte attribuitur ipſi Dauid uero capiti, ſcilicet non hiſtoriali. Qui Pſalmus eſt tituli inſcriptio, dicitur autem iſte Pſalmus ideo tituli inſcriptio, quia tractat de negocio illo, id eſt de obedientia paſſionis. Per quod ſibi Dominus noſter Ieſus Chriſtus illud regnum obtinuit, de quo titulus iſte diuina diſpoſitione inſcriptus eſt. Qui à Pilato capiti eius in cruce dormientis ſuperpoſitus fuit: Hic eſt Ieſus Nazarenus, rex Iudæorum. Nunc ad literam accedamus. Vox dominici hominis eſt, ut ſuprà diximus, pro perficienda obedienda orantis. Quaſi diceret: Præceſsit olim quidam, quem tu Domine, quia in te non ſperauit, non conſeruaſti. Me autem ó Domine pater conſerua, id eſt, ſicut iam ſeruaſti me per peccati immunitatem in anima, ita etiam ſerua in corpore à corruptione: quoniam ego ſperaui in te, id eſt, totam ſpem meam conieci in te, & uerè ſperaui, quia dignè dixi tibi Domino, Tu es Deus meus. Quod quidem dignè nullus dicere poteſt, niſi diuinitus inſpiratus, cum nec Dominus Ieſus dici poſsit niſi per ſpiritum ſanctum, ut teſtatur Apoſtolus. Ille autē dignè dicit Domino Deus meus,

qni & ſe ei totum ſubijcit, & nihil ſibi præ ſe niſi ipſum facit. & uerè propter has prædictas cauſas me conſeruabis, quoniam cauſa illa quæ obijcitur terrenis dominis, tibi non poteſt obijci: quoniam tu cum ſis bonum ſe ſolo contentum, non eges bonorũ meorum, ſcilicet ut uel tibi ſeruiam, uel aliquid tibi tribuam, ut faciunt terreni domini.

Sanctis qui ſunt in terra.] Verè dixi Domino, Tu es Deus meus: quia feci quod debui, quoniam omnes uoluntates meas, id eſt ab ipſo mihi datas. Non enim uani ut faciam uolũtatem meam, mirificaui uerbo & exemplo his qui ſunt eius, id eſt, in terra uiuentium. Mirificaui inquam, id eſt, mira eis feci, ſcilicet ut ſuæ uoluntates uiderentur eis fœdę & deſpicabiles, meæ autem miræ, id eſt, deſiderabiles, eis dico ideo ſanctis, id eſt, in uirtute bonorũ operũ cõſummatis: & ita eis mirificaui ut non ſolum in effectione eas habeant, ſed manifeſtè per opera in eis appareát: quia cognoſcũt, & quid profit humanitas diuinitatis meæ, & quid diuinitas hũanitatis meę, quod eſt dicere, qui & mortui in peccatis ſunt & uitam æternam, iam ſpe reſurrectionis ſuſceperũt. In hoc enim profuit humanitas Chriſti, quia ne nos in peccatis moreremur, mortua eſt. In hoc uero profuit diuinitas, quia cum carnem à morte ſuſcitauit, immortalitatem uitæ per reſurrectionis ſpem contulit. Vnde dictum eſt, quòd mortem noſtram moriendo deſtruxit, & uitam reſurgendo reparauit. Terra uiuentiũ, id eſt cœleſtis patria, emphaticè dicitur Domini eſſe, cum & eius ſit terra morientium, præſens ſcilicet habitatio. Illi autem dicuntur, ſi non præſentia, ſpe tamen in terra uiuentium, quorũ corpus tantum in terris, mens uerò cõuerſatur in cœlis. Vnde dicit Apoſtolus: Noſtra autẽ conuerſatio eſt in cœlis. Poteſt & aliter iſte idem uerſus continuari. Quaſi dicat: Quo fructu peto me conſeruari? hoc ſcilicet, quia & mirificabo & mirificaui uoluntates meas ſanctis eius. Si autem mirificauit ſecundum quãdam tranſlationem inuenietur, ita dicatur: Verè Dominus pater me conſeruabit, quia per me uoluntates ſuas iã mirificauit. Sententia uerò in neutro modo mutatur.

Multiplicatæ ſunt infirmitates.] Verè mirificaui ego, uel Dominus pater per me mirificauit alijs uolũtates ſuas, quia per me multiplicatę ſunt infirmitates eorũ, id eſt, multiplices infirmitates ſuas, & doctrina mea & exemplo uitæ meæ intellexerunt non ad perniciem, ſed ut medicum quęrerent ad ſalutem: & poſtea accelerauerunt, id eſt ad me medicum properantes, & ſoliciti acceſſerunt. Non autem per carnalia ſicut prius, ſed per ſpiritualia: quia non quæram ab eis amplius ſanguinem hircorum, ſed uitulos labiorum. Quod ſic dicit: Non congregabo cõuenticula eorum amplius, id eſt congregationes eorũ, quæ ſunt factæ quaſi conuenticula: id eſt parui conuentus poſtquam mei facti ſunt. Sẽper enim boni licet plures ſint uirtute, numero tamen hominum ſunt pauciores: ſicut econtrà mali licet plures ſint numero hominũ, pauci tamen ſunt, quia debiti perditioni. Non congregabo inquam eos de ſanguinibus, id eſt cauſa fundendorum ſanguinũ ad ſacrificandum: nec ero memor nominũ eorũ, id eſt, non diſtinguam eos per nomina: ſicut prius diſtinguebantur, ad quandam excellentiam cum diceretur, Dic domui Iuda, dic domui Leui, propter dignitatem. De tribu enim Iudæ tantum reges, de tribu Leui ſacerdotes eligebãtur. uel poſſumus accipere per nomina hic hoc, quod Iudęi prius ad comparationem gentium dicebantur iuſti & cultores ueri Dei: Gentiles uerò immundi & peccatores. Quæ nomina modò nõ manẽt, quia non eſt acceptor perſonarum Deus, ſed in omni gente qui timet Deũ, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. & itẽ, Non Iudæus, &c. Non erit inquã memor, & hoc per labia mea, id eſt, per pacẽ ante ſecula mundi promiſſam: per me eſt completã. & poſſumus hic pacem accipere, uel quod ima ſummis per eum recõciliata ſunt, quæ rectè deſignatur per labia, cum de ea dicitur: Oſculetur me oſculo, &c. uel quod ipſe gentilem & Iudaicum populum pacificauit, ſoluens inimicitias in carne, & deſtruens medium parietẽ maceriæ, quo disiungebantur. Vnde dictum eſt: Ipſa eſt pax noſtra, qui fecit utrũq; unum. Poſſumus etiam per labia, quæ inſtrumenta ſunt locutionis uel prædicationis, præcones ueritatis accipere. ut ſic dicatur, Hoc quod ipſi non disiungentur, fiet per labia, id eſt per prædicatores, eos in fidei concordia ponentes.

Dominus pars hæreditatis meæ.] Ideo non diſtinguam eos per nomina, quia ipſi ſe nõ diſtinguent. Nam omnes unam hæreditatẽ, id eſt Deum eligent. Quod ſic dicit: Dominus pater erit pars, in uniuerſitate rerum hæreditatis meæ, id eſt illorum quod ipſe dedit mihi in hæreditate & calicis mei: id eſt ipſorũ eorundem, qui ſunt calix meus, id eſt, diuiſio data mihi in hominibus. Per calicem enim fit diuiſio, id eſt mei non eligunt ſibi aliam partẽ in rebus, niſi Dominum. Vel aliter: Dominus erit pars hęreditatis meę, id eſt, meorũ, & calicis mei, id eſt meorũ: id eſt, Dominus in patre erit eorum hæreditas data meis. & calix, id eſt diuiſio data meis. Quaſi dicat: Eligant alij hæreditatem mundum, mei non eligent hæreditatem ſibi, niſi Dominũ. Bibent alij mortiferas ſeculi delectationes, mei non bibent niſi ſalutiferũ potũ, quia calicẽ habebũt Dñm.

Tu es, &c.] Iuxta primam ſententiam inquam hæreditas gentes accipiuntur, detę in hæreditatẽ Chriſto, ita continuabis. Quod dico hæreditatẽ eſſe mihi, non mihi aſcribo, ſed tibi pater: quia tu es qui hæreditatem meã mihi ab æterno datam. Vnde Apoſtolus: Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, & in præuaricatione Adæ amiſſam, reſtitues mihi per completam in me obedientiam.

Funes ceciderunt.] Hic loquitur ad ſimilitudinem. Solent enim hæredes patrii prædia ſua per perticas aut funes, & aliquando eadẽ pertica ſiue funis uni in pulchro loco, alij in turpi. Sic in diuiſione hominũ, illi ſuper quos funes Chriſto ceciderũt, pulchri uirtutis ornamento ſunt: qui autem diabolo contigerunt, turpiſsimi ſunt. Litera ſic continuatur. Ideo cum dico reſtitues hæreditatem, appono meam. nam mea eſt pręclara. Nam funes, id eſt diuiſiones ceciderũt: id eſt, nõ mitttis, ſed ſola gratia ſaluante eos: euenerunt mihi in præclaris, id eſt in his qui ualde ſunt uirtutibus decorati. Et uerè in præclaris, quia hæreditas mea, id eſt illi qui ſunt mihi dati in hęreditatem, licet ſint pauperes & abiecti, & ſicut peripſima omnium facti, tamen mihi ſunt præclari. Et ideo benedicam patrẽ Dominum in omnibus ei obſequendo, qui tribuit mihi in meis intellectum, ſcilicet rationẽ & diſcretionẽ talem, ſcilicet ut imitarentur patientiam obedientiæ meæ, per quam ipſi mihi reſtituit in hæreditatem. Poteſt hoc aliter legi iuxta illam ſententiam, in qua hęreditatem uocabimus Dominum. Quaſi dicat: Ideo tu Domine eris hæreditas meorũ, quia tu es qui hæreditatẽ meẽ, id eſt claritatẽ coæternitatis, & eius maieſtatis, quem tuæ ſimilem habui apud te, priuſquã mundus fieret, reſtitues mihi: nõ quod ego unquam eam amiſerim, ſed quia miſericordiã, intelligentiã & ſpem ſuis per primũ lapſum amiſerunt, & cũ eis per meam obedientiam & reſurrectionẽ intelligentiam & ſpem eius reſtitues: quia ego in eis ſum, & mihi eam per eos reſtitues, & determinat quæ ſit illa hæreditas. Quaſi dicet: Hæreditatẽ meam uoco tuam claritatẽ: quia ſicut limites poſſeſsionis ſacerdotũ & leuitarũ olim in diuiſione terræ promiſsionis contigerunt in excellentioribus & pulchrioribus locis: ita funes, id eſt limites hæreditatis meæ ſunt in præclaris, id eſt in tua æternitate & maieſtate. Ad ſolam enim ſimilitudinem hoc dictũ eſt. Et benedico in præclaris. nẽ hic effectus oſtẽdit præclare eſſe, ſcilicet quia ipſa hæreditas mea, id eſt tua coæternitas & commaieſtas eſt pręclara mihi in meis, id eſt mei quibus reuelata eſt, ualde præclaram & precioſam eſſe reputant. Vel ideo benedicam Domi-

Digitized by Google

Dominũ patré, qui tribuit mihi in meis intellectũ, id eſt, qui ſic illuminauit meos, ut illam tantam claritatem & intelligant, & ſuo modo ſpe iam poſsideant. Quicunque enim hic uerè manducat, id eſt, imitatur Chriſtum, uiuet in futuro eadem uita qua Chriſtus, factus ei cohæreus, & pro modo ſuo conglorificatus.

Inſuper & uſq; ad noctem.] Inſuper ideo apponit, quia quod ſequitur non pertinet ad claritatem illam, ſed ad humanitatem. Quaſi dicat: Ex hoc etiam benedicam Dominum, quia renes mei: id eſt, carnales conſanguinei mei, de quorum renibus exiui, increpuerũt me, id eſt, increpando duriter erudierunt me. obedientia uſque ad noctem, id eſt, uſque ad mortis experientiã. Vel per renes quę inferior pars corporis ſunt, poſſumus accipere inferiorem naturam in Chriſto. Vt ſi dicat: Renes mei, id eſt, mortalitas & paſsibilitas humanitatis meæ increpatum perduxerunt me uſque ad noctem, ſicut prius. Ego autem certus de remuneratione, & ideo dolorem non attendens, ſed præmiũ, prouidebam Dominum remuneratorem, ſemper eũ habens in conſpectu meo interius. & merito, quoniã illis perſecutoribus exiſtentibus mihi in ſiniſtra, cum mead impatientiam inſultationibus ſuis prouocauerunt dicentes: Si filius Dei es, deſcende de cruce, & ſimilia. ipſe Dominus erat mihi à dextris, in meliori parte, miniſtrans mihi uires, ne ullo modo commouerer à conſtantia & patientia perficiendæ obedientiæ. Et propter hoc lætatum eſt cor meũ, id eſt, lætitia fuit in corde meo, & in cogitatione mea, & lingua mea ꝓtulit exultatius, ſcilicet: Nemo tollet à me animã meã &c. Et inſuper caro mea requieſcet in ſpe. Et exponit in quę ſpe, in hac ſcilicet, quoniã licet anima mea deſcendat ad infernum, tamen nõ derelinques eam, ut poſsideatur ab inferno: nec dabis inimicis meis cupientibus me ſanctum tuũ, id eſt, ſanctificantẽ alios uidere, id eſt ſentire corruptionem carnis in ſepulchro. Et uerè non dabis, quia nõ ſolum facies in re, ſed iam feciſti in diſpoſitione notas mihi uias uitę, id eſt reſurrectionẽ, quę dicitur uia ad uitam: quia & per eam data eſt nobis ſpes recuperandi uitam, quã amiſeramus, & tandem ipſa re dabitur. & deinde adimplebis, id eſt ualde implebis lætitia exiſtente cum uultu tuo, ſcilicet clarificabis me conſeſſione: & ibi erunt mihi delectationes in dextera tua, ſcilicet in potioribus bonis tuis, ſcilicet in claritate & maieſtate tua, uel in æterna uita, quæ etiam per dexteram deſignetur. Iuxta illud: Læua eius, &c. delectationes dico euntes uſq; in finẽ delectationũ, id eſt ad tantam perfectionẽ, ut nõ poſsint eſſe perfectiores. Poteſt quoq; hic uerſus aliter legi, & in parte continuari: ut ſic dicatur, Ideo animam meam non derelinques in inferno, nec dabis uidere corruptionem in ſepulchro: quia feciſti notas mihi, et in me alijs, uias uitæ, id eſt patientiã & obedientiam, quæ ſunt uiæ reducentes ad uitam per obedientiam amiſſam, & propter illas uias executas, ſcilicet cũ perfecerint meo exemplo patientiam & obedientiã, tũc perfectè adimplebis me, id eſt meos. lætitia manente cũ uultu tuo, id eſt qui ſemper eſt in præſentia tua: & tunc erunt eis delectationes in dextera tua, id eſt in æterna uita euntes uſq; in finem, ut ſuperius.

IN PSALMVM XVI.

ARGVMENTVM.

DEprecatur Dominum Dauid, ut ſe deuotũ cor habentem, auditu dignum faciat, quẽ inimici gratis impugnabant. Aliter Chriſtus de Iudæis dicit ad patrem.

ORATIO DAVID.

EXPLANATIO.

CVm multi Pſalmorum in textu ſuo habeant orationes, mouere poteſt cur hic talem poſuerit inſcriptionem. Sed quãuis alij cum rebus diuerſis breuiter mixtas contineant deprecationes, iſte tamen penè tota ſui contexione ſupplicatio eſt. Dauid uerò, ut notum eſt, ſignificat Dominum noſtrum, ex cuius perſona ad inſtitutionem humani generis totus eſt Pſalmus iſte prolatus. Trifaria oratio ab humanitate Chriſti in hoc Pſalmo depromitur. Prima eſt, ubi ſecundum iuſtitiam ſuam ſibi petit deberi reſtitui. Secunda ut à Iudæorum inſidijs puritas liberetur. In tertia reſurrectionem uelociſſimam deprecatur. Ne diutius inſultare liceat peruerſo populo Iudæorum, & ne aliquid de eius maieſtate turba fidelium haberet, ambiguum profitetur ſe in æterna beatitudine manſurum.

Bedæ tom. 8.

COMMENTARIVS.

EXaudi Domine iuſtitiam meã.] Pſalmus iſte ſic intitulatur: Oratio ipſi Dauid. Quod ſic exponitur: Iſte Pſalmus attribuitur uero Dauid, id eſt Chriſto: qui Pſalmus eſt oratio. Sciendum autem, quòd cum ferè omnes Pſalmi poſsint dici oratio, quia aliquam in ſe continent orationẽ: iſte tamen ſpecialiter oratur & intitulatur, quia ex maiori parte eſt oratio. Orat enim in hoc Pſalmo Dominus noſter Ieſus Chriſtus in ipſo agone paſsionis ſuæ, ex ea affectione erga ſuos, qua pro ipſis pati uoluit, ut Dominus pater iudiciũ illud quo perſecutores putauerunt iudiciaria poteſtate damnare, manifeſtè oſtendat ſuis, & cognoſcere faciat, non ex conſilio eorum unius tantum perniciem machinantiũ, ſed ex ſua ineffabili bonitate & diſpoſitione ad ſalutẽ omnium proceſsiſſe: ut cum hoc manifeſtè eis cognitum fuerit, nullo modo poſsint deuocari, quando & congratulentur eius actiuitati, & conformentur eius paſsioni. & dicit ita: Domine pater, qui auerſatus es iniuſtitia Adę, ut non exaudires illum, exaudi iuſtitiã meam. id eſt, oſtende in effectu quod exaudieris me, quẽ tu per immunitatem à peccatis iuſtum feciſti. Plus eſt quod dicit, Exaudi iuſtitiam meam, quàm ſi diceret me iuſtum, quia cauſam ponit exauditionis. Nam & eleemoſyna orat, & iuſtitia orat. Et intende deprecationem meam, id eſt, intenſum te fac ad exaudiendũ. uel me fac intenſum, ne remiſſe agem in deprecatione mea, id eſt, facta à me pro meis. & percipe auribus, id eſt per potentiam audiendi, quæ in te eſt. Orationem meam, id eſt pro meis factam. Eſt autem ut dicit beatus Hieronymus, deprecatio pro peccatis, oratio pro perſeuerantia, Orationem dico factam non in labijs doloſis. In labijs doloſis orat quis, cum uox oris non conuenit uoci cordis.

De uultu tuo.] Ponit unde petat ſe tantopere exaudiri. Quaſi dicat: Pro hoc oro Domine pater, & deprecor ut iudicium illud quo Iudæi iudiciariam poteſtatem putauerunt exercere in me ad gloriam & ad utilitatem ſuam factum in eum, id eſt, ad gloriam & ad utilitatem eorum, & ad illorũ ignominiam prodeat, id eſt manifeſtum fiat, uel manifeſtè appareat prodijſſe de uultu tuo. id eſt & de uoluntate & de diſpoſitione tua, ad utilitatem omnium uolentium proceſsiſſe: quoniam ex illorum fraudulento cõſilio & oculi tui, id eſt diligẽtiſsima & perſpicaciſsima diſcretio, quæ in te eſt, uideat in hac re æquitates tam in mea clarificatione, quàm meorum damnatione. Nihil enim æquius quàm & illos innocentem ſine cauſa damnantes, damnari, & innocentem clarificari.

Probaſti cor meum.] Verè facies nũc quod rogo, quia prius quod mihi utile fuit feciſti. exhibitio enim præteritorum, certitudo eſt futurorum. hoc æquipollenter hic dicitur, & eſt præpoſteratus ordo, ut ſic prius dicatur: Tu Domine pater uiſitaſti me in nocte. Nox poteſt dici quęlibet tribulatio, quæ perturbet. Ignis uerò tribulatio grauis dicitur, quod quaſi comburat. Poſſumus igitur in Domino noſtro Ieſu Chriſto no-

Digitized by Google

ctem accipere captionem, ligationem, ſputa, alapas, & cætera opprobria: ignem uerò ipſam crucifixionem. Viſitatio quoque eſt medicorum acceſſus ad conſulendum ægro. Poſſunt autem omnia flagella quibus Deus pater corripit omnem filium, quem recipit, uiſitatio uocari: quia per ea ſaluti eorum conſulit. Quantum uerò ad Christum tribulatio non ob aliud dicitur uiſitatio, niſi quia lãguores noſtros ipſe curauit, et dolores noſtros portauit. In eo enim nulla infirmitas fuit. Litera ſic dicetur: Viſitaſti me, id eſt, uiſitationem ut medicus exhibuiſti mihi & in me alijs in nocte, in priori tribulatiõe, & examinaſti, id eſt, purum ab omni laba feciſti. item quantum ad illos in igne, id eſt, in ignea crucifixionis tribulatione. Et per hoc utrunq; probaſti cor meum, id eſt, probatum per pacientiam conſeruatam uſq; ad experientiam mortis feciſti cor meum. & quia probaſti, id eſt, iniquitas non eſt inuenta in me, id eſt, omne malum fuit remotum à me in tãtum, ut nec os meum loqueretur opera hæc. id eſt, ut nec malum uerbum pro tanta perſecutione proferrẽ, quod facere eſt opera hominum: quia homines ſi non poſſunt ulciſci ſa repercutiendo, ſaltem mala uerba loquũtur, cum tribulãtur, ſed ego potius cuſtodiui uias Domini. Vel aliter, ut ſic dicetur: Quod dico iniquitatem non eſſe in me, non ad hoc dico, ut os meum loquatur opera hominum, id eſt, ut me iactem more hominum, ſed quia ita eſt in re. Nam ego cuſtodiui, & cætera. Vel aliter: In tantum remota eſt iniquitas à me, ut etiam os meum non loquatur ad opere hominum. ſubauditur magnificanda, ut non ſolum nõ facerem, ſed nec diceram aliquid ad laudam homanam pertinena: ſed etiam facerem & dicerem omnia ad laudẽ tuam Quod inde apparet, quia ego cuſtodiui uias duras, id eſt præcepta tua, quæ alijs uidentur dura. habet alia tranſlatio, uias latronis. Iuxta quod ſic poteſt dici: Ego cuſtodiui uias duras, id eſt uias latronis: quia ſicut latro qui non audet apparere in publica & lata uia, graditur ſemper per ſentoſas & difficiles uias: ita ego omnia dura, omnia aſpeta paſſus ſum. Iuxta illud Caroñia: Qui nec mihi, nec animo meo unquam in aliquo delicto peperci. Vel aliter: Cuſtodiui uias latronis, id eſt caui opera malorum, ne incurrerem ea. Quę uiæ atſi blandæ uideantur, tamen ex oppoſito ſunt duræ: quia in fine ſunt ſtrictę & aſperę. & hoc feci propter uerba labiorum, id eſt, propter permiſsionem pacis & reconciliationis ſummorum & imorum, à te pater ante ſecula diſpoſitæ, per me autem adimpletæ. Vel aliter. hoc feci propter uerba labiorum, id eſt, propter dicta prophetarum, ut ſcripturarũ præconis, quæ de me erant implerentur. Poteſt quod ſuperius uno modo lectum eſt, Non in labijs doloſis, taliter etiam legi, & conſequenti uerſui cõiungi, ut ſic dicatur: Hac oratione peto te Domine pater exaudire & percipere, ut iudicium meum, id eſt, omnis ſententia à me & à meis data de quacunq; re prodeat de uultu tuo, id eſt. procedat de ſincera ratione & uero intellectu à te, & nõ ſit in labijs doloſia, id eſt, nõ ex dolo uel figmento aliquo prodeat. & oculi non exteriores, ſed mei, id eſt, interiores, quibus uti maxime debeo, uideant & in me & in meis æquitatẽ, ſcilicet in remuneratione bonorum, & in damnationam malorum: & in probãdis quæ probãda ſunt, & improbãdis quæ improbanda ſunt. habet enim quædam tranſlatio hanc literam, ſcilicet oculi mei & æquitatem. Sequentia non mutantur, niſi quod per noctem in ſequẽti uerſu poſſumus accipere interiorem perſecutionem & occultam, ſcilicet diabolicam tentationem, quæ & Christo in monte à diabolo occulte, id eſt, ſolo cum ſolo facta eſt, & quotidie ſit perfectis. & dicitur nox quia perturbat: & tamen eſt uiſitatio, quia prodeſt. Per ignem uero accipere poſſumus omnem exteriorem perſecutionem, ſiue in capite ſiue in membris.

Perfice greſſus meos.] Quaſi dicat: Quod ego uerba labiorum implere curaui, & uias duras cuſtodiui, hoc ad perficiendos meos greſſus feci. Et ideo ô Domine pater, perfice in ſemitis tuis, id eſt, perfectos fac in arctioribus præceptis tuis greſſus meos, id eſt, Apoſtolos & cæteros, per quos ad noticiam hominum ingrediar meos, id eſt, à te mihi datos. Quaſi dicat: Tui erant pater, & tu mihi eos dediſti, & ideo ſerua eos: perfice dico, ut ueſtigia mea, id eſt, ſigna uitæ meæ, id eſt, bona opera non moueantur ab eis.

Ego clamaui.] Verè perficies eos, quia ego ſolus idoneus per peccati immunitatem ad hoc clamaui ad te, id eſt, liberam & ualidam intentionem precis ad te direxi. Et uerè clamaui, quoniam tu qui Deus es, & ideo exauditor bonorum exaudiſti me iam in pluribus. Quapropter inclina aurem tuam, id eſt, potentia exaudiendi, quæ in te eſt, non deſerat me propter humilitatem meam, qui adeo infirmus ſum, quod à te erigi non poſſum, & exaudi uerba mea, id eſt, orationem meam factam pro meis, hac ſcilicet exauditione mirifice eis miſericordias tuas, id eſt, facies eis mirum & deſiderabile uideri, quod eos antequam eſſent elegiſti, & perditos uocaſti, recreaſti, iuſtificaſti & magnificaſti, quæ ſunt miſericordię tuæ. Mirifica inquam ut ſperent in te, & ſic ſaluabũtur, quia tu ſaluos facis omnes ſperantes in te.

A reſiſtentibus dexteræ tuæ.] Poſtquam orauit pro repellenda à ſuis infirmitate, orat etiam pro conſeruanda ſanitate. Quaſi dicat: Poſtquam repuleris à meis infirmitatem mirificando eis miſericordias tuas, conſerua in eis ſanitatem, ſcilicet cuſtodi me, id eſt, à reſiſtentibus dexteræ tuæ. id eſt, à contradictoribus ueritatis, qui reſiſtunt mihi, qui ſum dextra ad debellandos inimicos tuos. Cuſtodi eos inquam, ut pupillam oculi, id eſt, ſicut cuſtodiſti me, qui ſum pupilla oculi tui. Pupilla minima particula eſt in oculo, qua tamen totum corpus dirigitur. Sic Christus dicitur pupilla oculi, id eſt, eccleſiæ, quæ eſt lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vel aliter: Cuſtodi meos ita, ut ſunt illi cuſtodiendi, qui ſunt pupilla oculi. id eſt, per quos licet ſint pauci trãsfunditur lux ueritatis, in totum corpus eccleſiæ.

Et protege me.] Id eſt, meos ſub umbra, id eſt, ſub protectione alarum tuarum, id eſt, charitatis, & miſericordiæ, quibus nos tanquam alis obumbras. & accipitur hic charitas qua ipſe prior, id eſt, ante etiã quàm eſſamus dilexit nos. Miſericordia autem ſuſceptæ humanitatis per uerbũ affectio propria. Vel per alas poſſumus accipere dilectionẽ Dei & proximi. Quæ ideo dicuntur alę, quoniam teſte beato Auguſtino ſine his duabus uirtutibus non uolatur ad cœleſtem gloriam. Protege meos in quam à facie impiorum, id eſt, ne impij conformando eos ſibi ponant in eis faciem ſuam, q uerè eos affligunt, quia iã prius me afflixerũt. Quaſi dicat: Si mihi uiridi ligno non pepercerunt, nec eis qui aridum lignum ſunt, parcent. Et hoc modo afflixerunt, quia inimici mei, id eſt, perſecutores mei Iudęi circumdederunt animam meam, non ad imitationẽ, ſed ad damnationem. Et concluſerunt ſa per adipem ſuum, id eſt, in pingui lingua ſua obfirmauerũt ſuperbiam ſuam. Solent enim adipata animalia, ut tauri ceruicoſa eſſe, & ſuperbire: ita Iudæi propter temporalium rerum proſperitatem ſuperbierunt contra Dominum. Nam os eorum locutum eſt contra eum ſuperbiam, id eſt, plura ſuperba dicta: ut iſtud, Nos non habemus regem, niſi Cæſarem, & ſimilia.

Proijcientes me nunc.] Verè ſuperbierunt contra me, quia me prius eiectum de ſynagoga proijcientes me, etiam ad crucifigendum, extra urbem ne polluerentur nunc, quãdo locus datus eſt eis. prius enim nemo miſit in eum manus, quia nõdum uenerat hora eius. uel quem olim in ſeruis miſsis proiecerunt, nunc in me ipſo proijcientes circundederunt me, ad inſultationẽ & deriſionem: & hoc ideo, quia ſtatuerunt declinare oculos ſuos in terram, id eſt, ex toto terrenis adhæſerunt, & cœleſtia nullo modo reſpexerunt. Vel aliter.

Statuerunt

Statuerunt oculos ſuos declinare in terram, id eſt ſolam carnis afflictionem, dum me crucifigerent, conſideraverit: clarificationem autem reſurrectionis, quæ futura erat non attenderunt.

Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam.] Verè declinauerunt oculos, quia ſuſceperunt me, id eſt, effecerunt hoc apud diſcipulum, ut me eis traderet, cum pôtificibus ut caperent, cum præſide ut crucifigerent. Et his omnibus modis ſuſceperunt, maiores quidem ſicut leo paratus ad prædam: & minores, ſicut catulus leonis habitans in abditis, id eſt, ſimulantes ſe ab eius damnatione innocentes eſſe. Minores cum dicerent, Nobis non licet crucifigere quenquam: præſes uerò cum diceret, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti, & reliqua.

Exurge Domine.] Ipſi quidem me ſuſceperunt, tu autem Domine qui modò iaces illi populo, quia te mundana curare & regere non attendit, exurge ei, id eſt manifeſtè potens appare ei, præueni ſcilicet eum in uindicta tua, mentis cæcitas ſcilicet anticipet peccatum eius, ut quod ſe malitioſe ad perniciem meam credet agere, tua potius ad multorum ſalutem agatur prouida diſpoſitione. Quaſi dicat: Fiat cæcitas in eis, ut plenitudo gentium intret. & ſupplanta eum ut amittat, ſcilicet per mortem meam locum & gentê, eum per ipſam retinere ſe putat ea. Et eripe animam meam reſuſcitando me ab illo impio populo, ſcilicet eripe frameam tuam ab inimicis manus tuæ, id eſt, animam meam qua manus tua, id eſt, diuina potentia tua, ſcilicet uerbum armauit ſe ad depellendas aerias poteſtates, eripe per reſuſcitationê, ab inimicis ipſius manus tuæ.

Domine à paucis.] Quaſi dicat: Et ut ille nequam populus ſupplantetur, ô Domine diuiſos eos iam à paucis, id eſt, à bonis: qui cum ſint plures in uirtute, quantum ad numerum, tamê ſunt in paucitate: eos inquâ diuiſos à paucis, moraliter diuide. id eſt, exclude de terra ſua etiam localiter. & hoc in uita eorum, id eſt, ipſis perſecutoribus meis adhuc uiuentibus, amittât locum & gentem. Multi enim ex his adhuc uiuebant, cum à Tito & Veſpaſiano deſtructi ſunt. uel in uita eorum, id eſt in præſenti diuide eos ab habitatione ſua terrena, quos diuides à cœleſti patria. Et dignum eſt hoc fieri, quia uenter eorum, id eſt memoria eorû, uel carnalis uoluntas eorum eſt adimpleta, id eſt ualde impleta: de abſcôditis tuis, id eſt de ſceleribus prauis, ſcilicet deceptione mea, & captiua & ligatione, & ſimilibus, quæ tibi ſunt abſcondita, non cognitione, ſed dignatione. Quaſi dicat: Satisfecerunt carnali cordi ſuo ſuper me in his in quibus non debuerunt. Venter dicitur memoria, quia ſicut ex his quæ uentre capiuntur, pars egeritur, pars in membra transfunditur, ita memoria ſententias ſiue intellectus quoſcunque capit, quæ poſtquam ratio diſcutit, falſa & inutilia quaſi digerendo abijcit. Cætera in diſciplinam morum & habitum mentis transfundit. Poteſt & aliter de abſconditis tuis dici, ut talis diſtinctio fiat. Diuide eos de terra, ut prius, & diuide eos etiam de abſconditis tuis, id eſt de myſterijs ſacramentorum, ſcilicet ut non auertât ſacramentum incarnationis & paſsionis tuæ, & ſimilia. Quod bene promeruerunt, quia uenter eorum adimpletus eſt ex his unde non debuit. Nam ſaturati ſunt filijs, id eſt, malis operibus, ſcilicet quod diſcipulum ut eis me traderet poſtulauerunt, & à Pilato ut me crucifigerent, & ſimilia. Opera noſtra nanq; tam bona quàm mala dicuntur filij noſtri, quaſi à nobis generata. habet quædam translatio: Saturati ſunt porcina, quod ſatis congruit propter operum immunditiam. Valde enim immunda res apud Iudæos porcus eſt, & in tantum ſunt ſaturati, quòd peccata ſua redundauerunt in poſteros ſuos. Dimiſerunt enim reliquias ſuas, id eſt, peccata ſua ſuperabundantia paruulis, id eſt, filijs ſuis. Quod tunc factum eſt, cum dixerunt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

Vel aliter, ut ſic dicatur: Hoc quod uenter eorum impletus eſt, non eis profuit, ſed filijs. Nam ipſi tanquam groſſo cibo ſunt ſaturati, ſatis faciendo carnali cordi ſuo in morte mea, quod nô eis profuit, ſed filijs: quia dimiſerunt reliquias quas debuerent facere ſuas, id eſt, intellectum gloriæ reſurrectionis & aſcenſionis, & cæterorum talium, quæ quaſi ſubtilis & tenuis cibus erant, ſicut ſunt reliquiæ reſpectu groſsi cibi, & quo uatè reficiendi eſſent. Illas inquam reliquias non aduertentes, dimiſerunt ſuis paruulis, id eſt, illis de poſteris ſuis, qui parui facti ſunt, id eſt, humiles. Vel aliter, ut illa ſententia æquipollenter hic habeatur, quod ideo ex parte cæcitas contigit in Iſrael, ut plenitudo gentium intraret, & tanquam aliquis quæreret: Cur Domine hoc factum eſt, ut quidam de Iſrael ita excæcati ſint, ut uenter eorû adimpletus ſit de tuis abſconditis? Reſpôdeat ac ſi dicat: Nô debes mirari cur hoc factum ſit: quia in hoc ſunt facti ſimiles auibus illis, quæ ſaturantur non ſibi, ſed pullis ſuis nutriendis, ſicut columbæ & quædam aliæ aues. Quod ſic dicitur: Ipſi ſunt ſaturati, ut ſupra diximus, non ſibi, ſed filijs, id eſt, ad utilitatem filiorû. & hoc ideo, quia reliquias quas deberent facere ſuas, ſcilicet ut eſſent de quibus eſt, illæ reliquiæ ſaluæ fient. illas inquam reliquias dimiſerût poſteris ſuis, qui paruuli, id eſt, humiles erât. Nam in illis uerè in fine adimplebitur ſalus illa, quæ reliquijs promiſſa eſt.

Ego autem.] Quaſi dicat: Inimicos meos ô Domine præuenies & ſupplantabis, ego autem qui ab eis reus reputatus ſum, apparebo in iuſtitia, id eſt, iuſtus in côſpectu tuo. id eſt, illis q digni ſunt ut tu eos côſpicias, ſcilicet bonis, & non paucis. ſed ſatiabor, id eſt, multis cognitus fiam: tu cû apparuerit gloria tua, id eſt, gloria reſurrectionis à te mihi data, id eſt, poſtquam reſurrexero & aſcendam, & ſpiritû S. mittam. Vel aliter. Illi quidem de terra diuidêtur, ego autem qui hîc non apparui, apparebo in iuſtitia. id eſt, in perfecta obedientia, ita ut ſim dignus eſſe in conſpectu tuo. id eſt, quæ tu conſpicias & reſuſcites, & ſatiabor æternis delectationibus, cum apparuerit mihi gloria tua, id eſt, cum exaltatus fuero confeſsione.

IN PSALMVM XVII. ARGVMENTVM.

HVnc pſalmum Dauid prope ultimum uitæ ſuæ tempus, ut ipſe titulus indicat pro gratiarum actione cantauit. Aliter Dauid dicit, in ſimilitudinê Chriſti in paſsione in inferno conſtituti, ad patrem in Ioanne.

IN FINEM PVERO DOMINI Dauid, qui locutus eſt Domino uerba cantici huius in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit.

EXPLANATIO.

Puero Domini Chriſto ſaluatori ſignificat, de quo dicitur: Quia puer natus eſt nobis. narrat autem hiſtoria, quomodo Dauid ab inimicorum omnium fuerit inſidijs ereptus: ad cuius ſimilitudinem reſurrectio Domini & membrorum eius abſolutio de poteſtate diabolica declaratur. Pſalmus hic uni tantum nô poteſt conuenire perſonæ. Nam primo ordine propheta loquitur, gratias agens quòd eum de grauibus periculis diuina pietas liberare dignata eſt. Secundò eccleſia loquitur, quæ ante aduentum Domini innumeras pertulit calamitates, poſteaq; miſertus

ei medicinam ſanctæ incarnationis indulſit, & baptiſmatis beneficio Chriſtianum populum de orbis uniuerſitate collegit. Tertio iterum miſericordiæ uox Chriſti ſaluatoris illabitur, ubi pulcherrimis alluſionib. uirtus eius poteſtasq́; deſcribitur. Quarto iterum eccleſiæ catholicæ dicta proferuntur & cum magna exaltatione diuinitatis conceſſa munera laudantur.

COMMENTARIVS.

D*iligam te Domine.*) Pſalmus iſte dicitur canticum, ſiue uerba cẽtici, id eſt, uox exultatiua: quia io eo Dominus noſter Ieſus Chriſtus & caput noſtrũ Chriſtus ſcilicet agit gratias & laudes Deo patri pro uictoria ſuæ paſſionis in que ereptus eſt ab inimicis ſuis, id eſt, à perſequeoubus Iudæis & pro gloria reſurrectionis, qua etiam dominium mortis euaſit: & pro gloria aſcenſionis & confeſsionis, & ſpiritualis gratiæ miſsionis, & pro perfectione corporis ſui, id eſt eccleſiæ, quem miſſo ſpiritu ſaocto per prædicationem Apoſtolorum in unitatem fidei collectam, de aquis multis, id eſt, de gẽtibus pluribus eſſumpſit in hæreditatem præclaram, carentem ruga & macula. Pro his omoibus inquam agit gratias, ur nos exhortetur & inſtruat, ut ſicut eius membra ſumus, ita quãtum in nobis eſt, eum eiue auxilio ſetagamus, ut & in præſenti ab omoibus iolmicis noſtris tam interioribus quam exterioribus liberemur, & inde gratias quantas nunc interim ualeamus agamus & io futuro etiem de menu Saul, id eſt, de poteſtate mortis eripiamur, cum hoc mortale induet immortalitatem, & mors nouiſsima deſtruetur, ur tunc plenerias & dignas gratias ipſi Chriſto Domino noſtro, qui rũc erit omnia in omnibus, & patri per ipſum teferamus æternaliter. Inritulatur autem pſalmus iſte ita: In fioem pro puero Domini Dauid, quæ locutus eſt Domino uerbe centici huius, in die qua eripuit eum Dominus de maou omnium ioimicorũ eius, & de manu Saul, & dixit. Quod ſic exponitur. Verba cantici huius, id eſt, huius pſalmi, qui eſt canticum, id eſt, uox lętitiæ, ut ſupra diximus, referuntur non ad hiſtoriam, ſed in finem, id eſt, in perfectionem in Chriſtum: uel in finem, id eſt, in plenitudinem temporis gratię. & ſic remouet nos à carnali intellectu ſcilicet, uerba dico attribuende Dauid prophetæ dicta ab eo, cum hiſtorialiter liberatus eſt è Saule & à cæteris inimicis ſuis non pro ſe, ſed pro puero Domini, id eſt, in perſona Chriſti, qui uerè puer à puritate dictus fuit. uel ſecundum quoſdam libros ſimpliciter dicemus attribuendo Dauid puero Domini, id eſt, Chriſto. Quæ uerba ipſe puer locutus eſt Domino, id eſt, ad laudem Domini, tanto tempore ante per prophetam ſuum in die, id eſt, in conſideratione illius temporis, io quo Dominus pater eripuit iam eum diſpoſitione, quẽ erepturus erat in re, in ſe & in ſuis. Vel etiam poſſumus dicere quòd iam eripuerat eum in quibuſdam membris ſuis, quæ præceſſerant. Eripuit inquã de manu, id eſt, de poteſtate omnium inimicorũ ſuorum. Caput quidem de manu Iudæorum perſequentium, membra uerò de manu quorumlibet perſecutorum interiorum ſiue exteriorum. & eripuit etiam de manu Saul, id eſt, de dominio mortis. Caput io prima reſurrectione à mortis, membra uerò in communi reſurrectione futura. & dixit puer ille, id eſt, Chriſtus ita, ad laudem patris: Domine pater Adam motus eſt ut ſe ipſum diligeret, mouet mundus quoſdã, ut ſe diligant: ego autem te ſolum non me diligam, ut faciam uoluntatem tuam nõ meam. Et quia ad inſtructionem noſtram loquitur, conuertit ſe ad nos, oſtendendo quo fructu eum diligat. Quaſi dicat: Meritò eũ diligam, quia ipſe pater eſt fortitudo mea, id eſt, quicquid boni ſiue uirium in me ſuit & in meis, ab ipſo eſt: & per hoc eſt fortitudo mea, quia eſt liberator meus, id eſt, quia liberauit me hominẽ per uerbum ſuũ. quod intelligendum eſt quantum ad materiam, non quantum ad perſonam, & liberauit meos de compedibus & uinculis mortis. Omnes enim ſicut Apoſtolus dicit, detinebamur ſub lege peccati & mortis, & omnes ſub peccato uenundati eſſemus æternaliter, niſi Deus pater per uerbum ſuũ nos uelut ſeruos empricios liberaſſet: & quia eſt liberator, ideo eſt refugiũ mihi, id eſt, ego qui fugi ab eo in me item materialiter, & in meis per primum hominem ducentem in mortem, refugiam ad eum ut uiuam, & meritò refugiam, quia ipſe firmamentum meum, id eſt, me refugientẽ, & firmum & ſtabilem fecit in præceptis ſuis. ipſe dico per omnia ens Deus meus, id eſt, dignus quem mihi faciam Deum. Et exequitur quomodo ſit liberator. Ideo eſt Deus meus, quia eſt adiutor meus, id eſt, quia præbet mihi uocationis ſuæ adiutorium in me & in meis: quod ideo facit, ut ego ſperem in eum & ideo ego ſperabo tantũ in eo, & meritò, quia ipſe protector meus, id eſt, clypeus meus contra uiſire ingruẽtia, ne ego præſumendo de me, erigam contra ipſum cornu ſuperbiæ. & eſt etiã cornu ſalutis meæ, id eſt, factus eſt mihi firme celſitudo ſalutis meæ. & poteſt dici ad ſimilitudinem, quia ſicut cornu carnem excedit & induratur: ita Dominus perfectos de carnalibus concupiſcentijs exaltat, & quaſi indurat confirmando in ſpiritalibus. & ideo eſt mihi protector & cornu, quia ſuſceptor meus, id eſt, quia ſuſcepit cauſam meam contra omnes agendã. Vnde ego laudans inuocabo Dominum. Poteſt ſimplicius accipi, quod dicit ſuſceptor meus, & continuabitur ad illud quod lõge inferius ſequitur, ſcilicet Admiſit me de ſummo. Iuxta quod ſic diceretur: Ideo eſt mihi Dominus protector & cornu ſalutis, quia eſt ſuſceptor meus, id eſt, quia me hominẽ ſuſcepit, & hoc modo me ſuſcepit, quia miſit uerbum ſuum de ſummo, id eſt, de ſinu ſuo Deus pater, & per illud uerbũ mihi perſonaliter unitum accepit me hominẽ. Eſt enim hæc uox Dominici hominis, & aſſumpſit me, id eſt, corpus meum eccleſiam de aquis multis, id eſt, de populis multis, ſcilicet non ſolum de Iudæis, ſed etiã de gentibus. Vnde ego inuocabo ualida cordis intentione ſolum Dominum, & non aliud, laudans eum per bona opera, & ſic ero ſaluus in me & in meis per conſtantiã, ereptus de inimicis meis & meorũ, tã carnalibus q̃ ſpiritalibus: & hac ſaluatiõe ualde indigeo, quia infirmus ſum in me & in meis. quod ſic æquipollenter dicit, dolores mortis, id eſt mortalitas & paſsibilitas ducẽtes ad mortẽ, circundederũt me & meos. Conturbauerũt me, id eſt, triſtitiã & cõmotionẽ ad tẽpus, quod cõturbatio notat, intulerũt mihi & meis. Torrẽtes iniquitatis, id eſt ualidi impetus eorũ qui ſunt dicendi ipſa iniquitas, cõparabiles tñ torrẽti: quia ſicut aqua torrẽtis q̃ nõ naturalis eſt, ſed ex inũdatiõe pluuiæ ſubitò creſcit, citò deficit & areſcit: ita impetus malorũ quantũcunq; ſæuiãt nunc, citò deficiẽt. Tẽpus enim breue eſt. Hoc dictũ eſt ad exhortationẽ & inſtructionẽ noſtrã, ut ſi eſt quãdo cõtingit ut aliqd patiemur, q, uerè neceſſe eſt, libẽter & patiẽter illud ſufferamus. Patiẽtia enim neceſſaria eſt ut reportemus promiſsionẽ, ſcientes quòd omnes præſentes tribulationes citò finẽ habebunt.

Dolores inferni.) Oſtenſio eſt, quos torrẽtes iniquitatis accipiat. q, ſic exponit: Dolores inferni, id eſt inferorũ, id eſt illi qui dolebãt de rerũ inferiorũ ſe emiſſiõe, uel gaudebãt de acquiſitiõe: & ideo facti inferi, id eſt omniũ infimi, dolẽtes cõeuditẽt à me & à meis. Tranſit mũdus & cõcupiſcentia eius, per quod eis auferebant terrenorũ ſpes, q̃ deſiderabãt, circũdederũt me & meos. Poteſt hoc quoq; cũ pcedẽti uerſu aliter dici, & ſic pcedẽs uerſus cõtinuari: Verè ſunt mihi inimici, qa dolores mortis, id eſt Iudęi dolẽtes me uiuere, quod ſuit eis ad mortẽ, id eſt ad dãnationẽ, circũdederũt me nõ ad imitandũ, ſed ad damnandum, & torrentes iniquitatis cõturbauerũt me ſicut prius. Circũdederũt me dico dolores inferni, id eſt dolẽtes me uiuere ex inuidia, quod eſt eis ad mortẽ: quia p hoc deducun-

ducuntur ad infernum ultiorum. Iſtud repetitum eſt, ut ſicut cauſam doloris apponeret. Nunc etiam ſubdit, ad quod circumdederint eum dicens, Præoccupauerunt me laquei mortis. Laqueos mortis uocat doloſa & occulta conſilia, quibus eum Iudæi & quilibet perſecutores mali machinabantur dare morti, & eſt tale. Laquei mortis ab ipſis inſpirati præoccupauerunt me, id eſt uel fraudulenter mihi quaſi ignoranti reputatione eorum parauerunt mihi damnationem: uel doli eorum præoccupauerunt me, id eſt cum me uel meos prius uellent lædere, prius ipſi læſi ſunt. Prius enim quiſq; peccat in ſe, quam in alterum. Ego autem in tribulatione mea illata mihi ab illis non malum eis rependere ſtudui, ſed per patientiam Dominum ſolum inuocaui. Et clamaui, id eſt ualidam intẽtionem precis direxi ad Deum meum tantum promerẽdum. Et ideo Dominus exaudiuit uocem meã, id eſt intentionem cordis mei: de templo ſancto ſuo, id eſt de meipſo, quem plenitudine ſpiritualis gratiæ fecit ſuum ſanctum templum, in quo habitaret. Deus enim erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians. Hoc dicit ad inſtructionem, ut oſtendat, quòd quiſquis Dominum dignè uocat, de uicino exauditur, cũ Deus ſit in ipſo. Anima enim iuſti, ſedes eſt ſapientię. Et uerè exaudiuit me, quia clamor meus, id eſt intenſa uox cordis mei introiuit in aures eius, id eſt à potentia exaudita eſt audiendi, quę in eo eſt, & hoc ideo quia clamor ille in conſpectu eius fuit, id eſt non cum ſtrepitu uerberati aeris factus fuit, ſed ex corde ubi ipſe conſpicit, proceſsit.

Commota eſt & contremuit.] Oſtendit per effectum, quod uerè Dominus exaudiuit eum, quia reſurgere fecit eum. Nec tamen ponit ipſam reſurrectionem, ſed quiddam adiunctum ei, ſcilicet terręmotum, qui in ipſa factus eſt dicens: Terra commota eſt, id eſt ſimul omni parte mota eſt, & præ illa commotione terra contremuit, id eſt terreni obſtupefacti ſunt. Et deinde per prædicationem Apoſtolorum fundamenta montium, id eſt firmæ ſpes in terrenis principum ſuperborum, qui totam fiduciam ſuam in terrenis poſuerant, conturbata ſunt, id eſt pariter cum ipſis turbatæ ſunt: quia cœperunt ipſi montes, id eſt ipſi principes diffidere in ſpe terrenorum, cum audirent Apoſtolos dicentes, Tranſit mundus & concupiſcentia eius. &, Nolite ſperare in incerto diuitiarum. & poſt conturbationem cõmota ſunt ex toto illa fundamenta, cum eiſdem Apoſtolis hortantibus multi prius cõfidentes in terrenis ipſa contempſerunt: & hoc ideo, quoniam Dominus iratus eſt eis, id eſt quia reuelatum eſt eis iram Domini uenturam ſuper omnem animam operantis malum. Et in ira eius, id eſt in cognitione iræ eius, id eſt ipſius Domini fumus: id eſt, lachrymoſa deprecatio pœnitentiũ aſcendit. Id eſt multiplicata eſt, & illum fumum flamme ſubſecuta eſt, quia ignis, id eſt feruor charitatis, & diuinus amor exarſit in cordibus eorum à facie eius, id eſt per cognitionem ipſius Domini. Et ab eo igne carbones, id eſt illi qui cum in primo homine fuiſſent ſecundum creationem primã ardentes, facti ſunt in eodem carbones, id eſt extincti ab ardore boni deſiderij, & tenebroſi carentes cognitione ueritatis, rurſum ſuccenſi ſunt per illum ignem, id eſt ardorem boni deſiderij ſuſceperunt. Et quo ordine factum eſt hoc, tanquam reſpondens dicit: Dominus inclinauit cœlos, id eſt Apoſtolos, in quibus ipſe ſedebat, iuxta illud: Anima iuſti, ſedes eſt ſapientię: inclinauit, id eſt humiliauit ad omnes corporalas afflictiones ſuſtinendas, pro dilectione ſua & pro ſalute fratrum, in quo dedit alijs exemplum, & ut Deum diligerent, & animas pro fratribus dare non dubitarent. Quod profuit ut carbones ſuccenderentur. Et inclinando cœlos ipſemet in eis deſcendit ad tolerandas eaſdem afflictiones. Qui enim dixit: Venio Romam iterum crucifigi, ſicut crucifixus eſt in Petro, ite lapidatus eſt in Stephano, & in cæterie ſimiliter. Et in deſcendendo caligo, id eſt amores terrenorum, qui caligine nequitiæ ſuæ Deum non cognoſcebant, erant ſub pedibus eius & ſuorum ad ſimilitudinem: quia quanquam uiderentur excellentiores, ipſi caliginoſi & ipſe & ſui inferiores & inclinati, qui affligebantur ab illis, tamen in rei ueritate quaſi ſub pedibus conculcabant illos: quia contemnebant & deridebant eos, ut egregius ille martyr, qui tyrannum in paſsione ſua deriſit dicens, Aſſatus ſum, iam uerſa & manduca.

Et aſcendit ſuper cherubin.] Deſcendit quidem Dominus in cœlis inclinatis, & tamen in deſcenſu illo aſcendit ſuper cherubin. Cherubin interpretatur plenitudo ſcientiæ. Rectè ergo intelliguntur per cherubin dilectionem Dei & proximi habentes, quæ duplex dilectio, eſt plenitudo ſcientiæ, quia in his duobus præceptis continetur tota lex & prophetæ. Et eſt ſenſus: Quantumcunq; Dominus humiliaretur in afflictione ſuorum apud malos, tamen aſcendit ſuper cherubin, id eſt ſanctis plenitudinem ſcientiæ habentibus altus & lux inacceſsibilis apparuit, & ſuper, id eſt ut longè etiam contuitum eorũ ſuperaret. & quomodo dicat aſcendiſſe, oſtendit. Et uolauit, id eſt celeriter exaltatus eſt. uolauit dico ſuper pennas uentorũ, id eſt magis quẽ pennę uentorũ poſſunt aſcendere. Venti dicuntur animæ ſanctorũ propter leuitatem, quia terrenis nõ grauantur, quæ pondus ſunt nõ ſubſidiũ. Pennæ autẽ ſanctarum animarũ ſunt uirtutes, quib. ſe in altum libertatis attollũt, id eſt quarum auxilio à ſeruitute quæ in terrenis eſt liberantur. Et eſt ſenſus: Vltra capacitatem animarum ſanctarũ quãtumcunq; pennatæ uirtutibus ſint, exaltatus eſt Dominus.

Et poſuit tenebras.] Ac ſi dicat: Quantumcunq; aſcenderit Dominus, ſuos tamen non deſeruit: quia poſuit tenebras, id eſt conſtituit obſcuritatem ſacramentorum Eccleſiaſticorum latibulum ſuum, id eſt in quibus malos lateret. Non enim mali aduertunt diuinam uirtutem in ipſius ſacramentis. Tabernaculum autẽ eius, id eſt militantes ei, quos ipſe in præſenti ad tempus tanquam tabernaculum inhabitat, in futuro autẽ æternaliter inhabitabit: illi ſunt in circuitu eius, id eſt manifeſtè uident & cognoſcunt eum in ipſis ſacramẽtis. ſicut qui circa aliquẽ ſunt, uident illum circa quẽ ſunt. Vel aliter. Poſuit tenebras latibulum ſuũ, id eſt occultam ſpem in cordibus fideliũ, in qua lateret, nõ eos deſerens, etiam in his tenebris mũdanis, in quib. ambulamus per ſpem & non per ſpeciem. Quod nũc eſt, quando non uidemus quod ſperamus, ſed per patientiam expectamus. & eſt æquipollenter dicere, Dñs non deſeruit ſuos, quia in quibuſdem eſt per occultam ſpem, quod nũc dictum eſt, in quibuſdam eſt per manifeſtam operationem, quod ſequitur cum dicit, Tabernaculũ eius, id eſt manifeſtè militãtes ei, qui tabernaculum ſunt, ut ſupradictum eſt. ſunt in circuitu eius, id eſt uidẽtur eum ambire & aperte cognoſcere, quia eius opera manifeſtè operantur. Nemo tamen militantium arbitretur per hanc cognitionem ſe eſſe in luce futura in manifeſtatione ipſius Dei, quando eum facie ad faciem uidebũt: quia omnes propheticæ & apoſtolicæ ſcripturæ, per quas illud tantillum cognitionis quod habent perceperunt, tenebroſæ quantum ad claritatẽ illius lucis ſunt. Quod ſic dicit: Aqua, id doctrina rigans corda ſicut terram aqua, eſt in nubibus, id eſt in prophetis, qui nos ab alto, id eſt à longinquo, ſicuti nubes doctrina ſua cõpluerunt: & aqua aeris huius qui ſub nubib. eſt, id eſt doctrina Apoſtolorũ, qui ſub prophetis ſunt, quia dicta eorũ exponũt: & deſignantur per aerẽ, qui uicinior eſt terræ quã nubes. q̃a tẽpore nobis propinqui ſunt, & ueritatẽ apertius ꝓpheris exponunt. Vtraq; inquã hęc doctrina eſt tenebroſa præ fulgore illius fulgentis & claræ lucis, quę futura eſt in cõſpectu eius, id eſt in manifeſtatiõe ipſius Dñi, quãdo cognoſcem⁹ ſicut & cogniti ſum⁹. Poteſt aliter quoq; ſatis congrue legi ſuperior uerſus.

Ille, Inclinauit cœlos, & deſcendit, ut ita dicatur: Qoo ordine factū eſt, quod ignis exerſit in cognitione iræ Domini, & cerbones ſuccēſi ſiint. Hoc ſcilicet modo, quia Domitius pater inclinauit cœloa, id eſt bumiliauit Apoſtolos ſuos, ut nubia ſeperent, & doctrinam ſuam capacitati noſtræ adaptarent. Eriguntur quoque hi cœli, mente Deo excedunt, ſcilicet quando talie de diuina eſſentie loquuntur, ad quæ nō ualet pertingere commuois intellectus bomioum. Vt ille qui dicit: In principio erat uerbum, & relique. Inclinentur uerò, quendo in ſue doctrina ſobriè ſapiunt, bumanæ condeſcendentes infirmitati. Et ipſimet Dominus deſceodit in ipſe inclinatione, cum non ipſi, ſed potius ipſe in eis loqoeretur: & hoc modo caligo, id eſt ametores mundi, qui prius erant tenebroſi, facti ſunt ſub pedibua eius, id eſt ſub affectionibua ipſios Domini, quæ erant in Apoſtolia, talee depoſuerunt terrenas affectionea ſuaa, & ſubdiderunt ſe ſpiritualibua.

Et aſcendit ſuper cherubim.] Hic uerſus non mutatur. Sequens uerò uerſua iuxte illam ſententiem, in qua caligo ſub pedibua eius, in malo eccipimus, ita poteſt legi ot dicatur: Dominus quidem uoleoit ſuper pennaa uentorum, & tamen ſuos non deſeruit: quie & uſus aſt melis occultè ad ipſorum otilitetem, & qoibuſdem bonis perfectioribus manifeſtè uſus eſt ed aliorum bonorum minus perfectorum inſtructionē. Quod ſic dicit: Dominus poſuit tenebres leribulum, id eſt ordineuit tenebroſos uiros latibulum ſuum, id eſt, per quos lateoter opereretur ad utilitatem ſuorum. Impius enim uioit pio per diuinem diſpoſitionem, quod tamen ipſe impius ignorat. Iuxte illod: Virga furoris mei Aſſur, ipſe uerò iotellexit. Tebernaculum autem eius io circuitu eiua, id eſt, boni manifeſtè io operibua ſuis oſtēdunt ſe cognoſcere Daū, & ſic Dominus per ipſos elijs præbet exemplum. Poteſt quoque eadem manente continuatione hocidem taliter dici, Dominus poſuit tenebtaa leribulum ſuum, id eſt fecit corpus meum per uerbum ſibi adiunctum latibulum ſuū, ut leteret ſcilicet impios. Tabernaculum eutem eius, id eſt Apoſtoli & cæteri, quibus ipſe per operetiotiem bonam manifeſtè inhabitat, illi ſunt in circuito eius, id eſt epertè cognoſcūt eum. & ſic quod de eo dicunt, menifeſtè dicūt. Quod neceſſerium, fuit propter propheticee ſcripturae aperiēdas. Nam equa, id eſt doctrina exiſtens io nubibus huiua aeris, id eſt in prophetia, qui in ſe continent aetem, id eſt Apoſtolos, qui ipſos exponunt eſſe tenebroſe prę fulgore, id eſt ad competationem doctrinæ fulgentis, quæ eſt in conſpectu eiua, id eſt in ipſis Apoſtolia, qui nunc conſpectus Domini, quia eius coti uictores fuerunt, & ipſoe uerbo exemplo docuit. In nubibus aeris dico, quæ nubes per ipſum aerem tten ſierunt, id eſt, tranſitum fecerunt. Nem propheræ, qui prius apud Iudęoe tantū erent, per Apoſtolos ab ipſis Iudæis ad gētes trāſlati ſunt. Iuxta illud: Vobis opottebet primū loqui uerbum Dei, &c. Quæ nubes fuerunt grando prius, & deinde cerbones ignis. Grendo enim fuarunt, per obiurgetionē. Quæ obiurgatio rectè comperetur grendini, quia ſicut grando cadena io frigidē tertam & duram, tundit eā & dura parmanet, cadens aurē in humidam & calidam terrē liqueſcit, & in leriantē imbrem uertitur: ite obiurgerio io malorū cordibus nihil proficit, in cordib. uerò bonorū tāquē imber ſatiabilis in terra bona fructū reddit. Et qeobiurgationem illem in bonia ſubſecutus eſt feruorum charitas, ideo etiam poſt grendinem foerunt carbonea ignis. Et per hoc nubea illæ fuerunt grando & carbones ignia. Quie Dn̄s intonuit in nubib. illis, per minas ſcilicet, de unoquoq; cœlo, id eſt de ſingulis Apoſtolia & altiſsimus, id eſt, idam Dominua dedit uocē ſuam, oocem ſciliret exhortationia in eiſdem nubib. de unoquoq; cœlo. Quod tonitruū, & quæ uox fuit grendo & carbooes ignis, ut ſupra dictum eſt. Et præterea miſit Dominus ſegittas ſues, id eſt Euangeliſtes ſuos pennatos uirtutibus, ſicut ſegittæ, & transfigentes homena corda, & per illes ſagittae diſsipauit eos, ad quos ees miſit bone diſsipatione, ſcilicet deſtruendo eoa in hoc quod mali erant. Vnde dictum eſt: Verte impios, & non erunt. Vel diſsipauit eoa, id eſt diuiſit eoa: ot alija quidem eſſent odor uitę in uitem, alijs odor mortis in mottam. Et hoc taliter fecit, quie multiplicauit fulgura, id eſt per ipſos Apoſtoloe & Euangeliſtas adanxit miracula humana corda, ſicut fulgur perterrefacientia. & ſic conturbauit eos, id eſt obſtupeſcere fecit eoa ad quos ipſoa miſit. Et per eadem fulgure apparuerunt ueri fontes equarum in oitam æternem ſalientium, id eſt diſtincti ſunt pſeudoapoſtoli à ueris Apoſtolia, & per illoa fontes reuelate ſunt fundamenta orbia terrarum, id expoſita ſunt ſcripta propbetarum, quæ fundamentum Eccleſiæ fuerunt: & hæc reuelatio Domine fecta eſt ab increpatione tue, id eſt per increpationem, qnem tu per illos feciſti cum dicerent: Pœnitentiam agite, epptopinquabit enim regnum cœlorum. Et eb inſpirationa ſpiritua iræ tuæ, id eſt & per hoc, quie per eos inſpiraſti ſpiritum iræ tuæ. id eſt tempeſtuoſam & greuem iram ruem cum dicerent: Niſi pœnitentiam egeritis moriemini.

Miſit de ſummo.] Cōuerſio ad nos. quaſi dicat: Quomodo per increpationem, & per inſpirerionem iræ Domini factum eſt hoc? hoc ſcilicet modo, quia Dominus parer miſit ſpiritum ſanctum de ſummo, id eſt de ſuperna hebitetione ubi ipſe manet, ſuper Apoſtolos confirmantem eos. Et ot increparent, & ſpiritū uenturæ iræ annuociarent, & hoc modo per ipſoa Apoſtolos eccepit me, id eſt corpua meum, Eccleſiem ſcilicet: & ita eccepit me, quod eſſumpſit me de aquis multis. id eſt ipſam Eccleſiem, quę corpus meum eſt, elegit de populis multis in hæreditatem præclaram non habentem maculam & rugam. Vel aliter. Miſit Dominus uerbum ſuum de ſummo, id eſt de ſinu ſuo, & ſic eccepit me hominem: quie mihi illud uniuit, & per me Apoſtolos elegit, qnibus tandem ſpiritū ſanctum miſit: & ſic per illos eſſumpſit me per Eccleſiā aſſumptam de aquie multis, ut ſupre dictum eſt. Ee hoc modo me eſſumpſit, quia cum me con uerſum ad eum in meis, multi perſequerentur, eripoit me: id eſt meos de inimicis meis in ipſis, inimicis dico fortiſsimis. id eſt, qui non tantum præualuerunt ad effligendum & conturbandum, & conterendam hanc ærumnoſam uita. Iſtud refertur ed perſecutores corporum exteriores, qoi non ſolum afflixerunt, ſed quibuſdā etiam corporalem uitam ebſtulerunt: & eripuit me etiam ab his qui oderunt me intrinſecus, id eſt, à da uocatoribus enimarum qui grauius odium geront, quàm perſecutores corporum. Et uerè oderunt, quoniam coiiforrati ſunt: & ire ut eſſent ſuper me, id eſt ſuper meos præualuerunt, ſcilicet ad deuocendoa quoſdam, qui nondum perfectam Dei cognitionem hebebant, qui tamen poſtee reſipuerunt. Nota quod poſt aſſompſit, ſtatim ponit eripuit. Legitur eoim qnod poſtquam filij Iſrael de aqua, quæ de petra profluxit biberunt, ſtetim Amalechitæ in eos inſurrexerunt: Amalechitæ eutem lingentea terrem interpretantur. Noretur ergo per hoc quod poſtquem aliquia ed doctrinam Chriſti quæ uerè petra eſt accedit, & gratiam eius percipit, & ſic carnalibus deſiderijs cōtradicit, ſtatim Amalechitæ perſequentea interius & exterius occurrunt ei. Vnde dicit Salomon: Fili accedens ad ſeruiturem Dei, præpare animum tuum ad bellum.

Præuenerunt me.] Verè conforteti ſunt ſuper me, qoia pręuenerūt me in meis, id eſt oppreſſerūt meos, In quo temen præuenti ſunt: quie cum uellent priores lædere, priua læſi ſunt per interiorem uindictam. Pręuenerunt inquam in die afflictionis meæ, id eſt in præſenti uite, quæ eſt tēpus afflictioois, quod ſequirit

Digitized by Google

tur tépus exultatioois: quia qoiſquis in hac nita pro Chriſto effligitur, in futuro exaltabitur. Et hæc affli-ctio mihi profuit in meis: qa Dñs peter factus eſt pro-tector meus, id eſt meorũ, conturbando ſcilicet firma menũ terrenæ delectationis per admixté amaritudi nem miſeriarum. Et hoc modo protector factus eſt, quia eduxit me, id meos de anguſtijs corporalibus in latitudinem ſpiritualium, ſcilicet ut etiam gauderent in tribulationib. ſcientes quoniam tribulatio patien-tiam operatur, & reliqua. & ſic ſaluum me fecit, id eſt meos per conſtantiã: & hoc non ex meritis, ſed ideo quoniam ipſe prior uoluit me, id eſt bonam uolunta-tem habuit erga meos, quam ipſi in eum. Et quoniam ipſe uoluit me, fecit etiam ut ego in meis uellem eũ. Et tamen retribuet mihi in meis Dominus ſecũdum iuſtitiam meã, id eſt ſecundum iuſtitiam bonę uolun tatis, ab ipſo mihi datæ in meis: quia qui dedit mihi beneuelle, dabit & benefacere, & pro benefactis ite-rũ retribuet. quod ſic dicit, Secũdum puritaté manuũ mearum, id eſt ſecundũ opera in meis pura, id eſt mun da, & nõ ad humanum fauorem facta, retribuet mihi Dñs in meis, ſcilicet & coronam iuſtitiæ in futuro & in præſenti deducendo me in latitudinem fidei, quæ per dilectioné operatur. Quod extra intellectum in libro oſtenditur. Quaſi dicat: Hoc modo deduxit me in latitudinem fidei, quia ego cuſtodiui in meis uias Domini, id eſt omnia præcepta, & omnia opera Do-mini, quæ ſunt uia ad eum. Et huic latitudini longa-nimitatem addidit, quia ego non geſsi aliquando im-pie in meis recedendo à Deo meo, id eſt ab ipſo Dño, quem Dñm mihi feci: & hoc ideo, quoniã ſemper ha-beo in conſpectu meo, id eſt ante oculos cordis meo-rum propoſita omnia iudicia eius ſiue in præſenti ſi-ue in futuro. In præſenti quidem flagella corrigẽdo-rum, tentationes probandorum, excæcationes obdu ratorum: in futuro uerò tam ſupplicia malorum, quã præmia bonorum. Et propter hæc iudicia cognita nõ repuli à me in meis iuſtitias eius, id eſt, flagella Dñi pa tris iuſtificantis meos, data hic in exemplum iuſti iu-dicij futuri. Quod faciunt illi qui deficiunt ſub onere, nolentes portare pondus diei & æſtus. De his flagel-lis dicitur, Fili noli negligere diſciplinam patris tui, neq; fatigeris, cum ab eo argueris, &c. Et de reliquo non repellam, ſed ero immaculatus in meis, id eſt ſine capitali crimine exiſtendo cum eo, id eſt adhærendo ei & inſuper obſeruabo me, id eſt obſeruabũt ſe mei ab omni iniquitate, non ſolum à macula. Quã iniqui-tatem ex nimia affectione dico meam. Quod non ſic accipiendum eſt, ut iniquitas cadat in Deum: ſed ſe-cundum hoc dictum eſt, quod ipſe peccata noſtra por tauit, & languores noſtros ipſe ſanauit. In hoc tertium uerſu perſeuerantia notatur.

Et retribuet mihi Dominus.] Quaſi dicat: Deduxit me quidem Dominus in latitudinẽ fidei, ut per dilectio-nem operarer, & dedit mihi perſeuerantiam in meis, & ipſe inde Dominus retribuet mihi in meis ſecun-dum iuſtitiam meam, id eſt meorum ab ipſo datã, ſci-licet & ſecundum latitudinem fidei, & ſecundum lõ-ganimitatem, & etiam ſecundũ bona opera inde pro-cedentia. Quod ſic dicit, Et retribuet mihi, id eſt meis ſecundum puritatem manuum ſuarũ, id eſt, & ſecun-dum munda opera ipſorum, quæ & per dilectionem faciunt, & cum longanimitate. & hoc ideo, quia illa opera ſunt in conſpectu oculorum eius, id eſt non ſi-mulatoriè ad humanum fauorem captandum, ſed ex corde facta ſunt, ut ei ſoli placeant. Nota hũc ordinẽ, in uerbis ſuperioribus primum poſuit bene uelle, & ex bene uelle dixit ſequi retributionem benefacere, quod iam maius eſt: ex benefacere uerò ſequi dixit re tributionem operari per dilectionem & per perſeue-rãtiam, quod iam perfectius eſt. Ex his uerò duobus dicit etiã ſequi retributionẽ, ſcilicet ut qui iuſtus eſt, iuſtior magis & magis fiat, quouſq; tandem iuſtitiæ coronam recipiat. Poteſt quoq; ſuperior ſeries aliter legi, ut ſecundò ſententię illam, in quo miſit de ſum-mo ad miſsionem uerbi retulimus, ſequentia etiã ad ipſum caput referemus. In hac tamẽ ſententia aſſum-pſit me de aquis multis, & eripuit me de inimicis meis fortiſsimis, refertur ad corpus, id eſt ad Eccleſiã ſicut prius. quod uerò ſequitur, ad caput. Quaſi dicat: Eruit me quidem Dominus in meis, & eripuit etiam me caput per reſurrectionem ab his qui oderunt me, id eſt à Iudęis, qui uerà maximo odio habuerunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me, id eſt præualue-runt mihi in paſsione. Et hoc modo confortati ſunt, quia pręuenerunt me, id eſt afflixerunt me, cum tamẽ ipſi eſſent præuenti uindicta interiori, ſcilicet cæci-tate cordis in die afflictionis, id eſt in tempore paſsio nis, quando eis conceſſum eſt ut me affligerent, quod tamẽ mihi nihil nocuit: quia Dñs factus eſt protector meus, id eſt protexit me ab eis reſuſcitando. Et præ-terea eduxit me de cauea anguſta Iudaici populi, in la titudinẽ gentium per prædicatores Apoſtolos, quos a Iudæis ad gentes trãſtulit. Iuxta illud: Vobis opor tebat primũ loqui uerbum Dei, & reliqua. Et fecit me ſaluum in ipſis gentibus ſaluando illas per me, & hoc nõ ex meritis illorum, ſed quoniam prior uoluit me. id eſt eius bona uoluntas præceſsit in illis, ut per me ſaluarentur. Vel nõ meritum alicuius, ſed ſola uolun-tas eius hoc fecit, quod ipſa me hominem per uerbum ſuum aſſumpſit per quem illos ſaluaret: & tamen idẽ Dñs pater retribuet mihi, quoniã ex ſola gratia ſua aſ-ſumpſit ſecundũ iuſtitiã meã, id eſt ſecũdum perfectã obedientiã meã clarificãdo me, ſcilicet reſurrectionẽ & conſeſsioné. & ſecundum puritatẽ manuũ mearũ, id eſt & ſecũdũ mũda opera mea retribuet etiã mihi. Nec mirũ, quia ego cuſtodiui omnes uias ipſius Do-mini, id eſt in nullo à præceptis eius apoſtataui, nec aliquando aliquid impiã geſsi, per quod recederã ab ipſo Domino in regionem longinquam, ſicut Adam fecit: & hoc ideo, quoniã in conſpectu meo, id eſt an-te oculos cordis mei propoſui omnia iudicia eius, ſi-cut ſupra dictum eſt. & ideo iuſtitiae eius, id eſt flagel la eius non repuli à me ipſo, ſed libenter ſuſcepi. & de reliquo ſemper ero immaculatus, id eſt in nullo præ-ceptum eius tranſgrediar, exiſtendo cum eo, id eſt ad-hærẽdo uoluntati eius, & ſic ego immaculatus ero, ita etiam obſeruabo me, id eſt obſeruabũt ſe mei ab om-ni iniquitate, quam ex nimia affectione dico meã. Et ideo Dominus pater retribuet mihi, id eſt retribuet meis, ſicut & mihi pro competentia ſua. ſecundum iu-ſtitiam operum meorum, ſecũdum obedientiã meo-rum, qui me imitabuntur. & ſecundum puritatem manuum mearum, id eſt & retribuet eis ſecundũ bo-na opera eorũ ex obedientia procedẽtium, quę erunt in conſpectu oculorum eius, ſicut prius.

Cum ſancto ſanctus eris.] Iſtud ſecundum utramq; ſen-tentiam eodem modo continuatur. Et conuertit ſe ca put hic ad Deum patrẽ familiariter per ſecundã perſo nam. Quaſi dicat: Verè tu Domine retribues mihi ſe-cundum iuſtitiã eorum, & ſecundum puritatem ma-nuum: quia hoc retribues, ut qui iuſtus eſt iuſtior fiat, & ſic ad ueram ſalutem perueniet: ſicut econtra per-mittis, ut qui peruerſus eſt, peruerſior fiat. Litera ſic exponitur: Tu Domine qui uerè ſanctus es, alios ſan-ctificans: tu autem eris cum unoquoq; ſancto, ut ma-gis & magis eum ſanctifices, & ſic innocens fiat, & cũ quolibet uiro facto per te innocente eris, ut innocen-tior fiat. tu dico uerè innocens, quia nemini nocens li cet uidearis inferre pœnam quibuſdam, ſed potius fu niculis peccatorum ſuorum unuſquiſque malus con ſtringitur: & tu qui uerè es electus eris omnes ſcili-cet uiuere factus, eris cum electo, ut electior fiat. No-ta ordinem uerborum. Prius enim fit ſanctus aliquis, cum ab immũditia purgatur, deinde fit innocens per uirtutis ſtudiũ, & ſic tãdẽ electus, quaſi iã ab alijs per perfectioné diuiſus. Poteſt & ſic dici: Tu Dñe eris ſan ct⁹ cũ ſancto, id eſt ſanct⁹ reputabit te ſanctũ, & inno-

cens

Digitized by Google

cens innocentem, & electus electum, & cũ peruerſo peruerteris. id eſt peruerſus peruerſum te reputabit, dicens, non eſt æqua uia Dñi. habet alia quædã tranſlatio, Cũ peruerſu perueteris. Quod ſic intelligẽdum eſt: Quando aliquis peruertitur de bono, in quo creatus eſt in malũ, & reſipiſcere negligit, tunc tu peruertis te apud illum à miſericordia in iudiciũ. Similiter quoq; paſſiuũ, quod hæc tranſlatio habet, poteſt exponi, ut ſic dicatur: Cũ peruerſo peruerteris, id eſt fies peruerſus à miſericordia in iuſtitia, dãdo eũ in grauiorem cæcitatem mentis, ut ſic peruerſior aſſiduè fiat.

Quoniam tu illuminas.] Hic aperte agit pro conſummatione eccleſiæ. Orat enim hic patrem pro illis alijs ouibus, de quibus dictũ eſt: Alias oues habeo, quæ & reliqua. ſcilicet pro gentilibus ut & ipſi conuertantur ad perfectionẽ ſui corporis, id eſt eccleſiæ cum electis de Iudæis, in unum ouile: id eſt in unã fidei concordiã, & ſub ſe caput redigãtur. & ſic continuatur: Peruerſi quidem Dñe, qui ſaluas humiles, & ſuperbos dãnas, te peruerſum putant. Sed quantũcunq; uidearis eis in hoc peruerſus, tu tamen non deſiſtas propter hoc ab eorũ qui digni ſunt ſaluatiõe: ſed ô Dñe Deus meus, id eſt quẽ Deum mihi facio, illumina tenebras meas. id eſt illos ge gentibus, qui cum modo ſint tenebroſi, futuri ſunt mei, facti lux à te Dño. Et debes illuminare, quoniã tu iam illuminas, id eſt illuminaſti lucernã meam: id eſt Apoſtolos & quoſdã de Iudęis, per quorum doctrinam & operationem alijs reluceo.

Quoniam in te eripiar.] Verè illuminabis, quoniã ego poſitus in te eripiar: id eſt mei ponẽtes ſpem ſuã in te & fidem tuã ſuſcipientes, eripientur per te à tentatione, ne ſuccumbant cuilibet tentationi, & circumferantur ab omni uento doctrinæ: & perſiſtentes in te Deo meo, quem & ipſi facient Deum ſuũ, tranſgredientur murum illum. id eſt oſtaculum illud quod peccata cõſtruxerũt. & cœleſtẽ Hieruſalẽ, id eſt reconciliabũtur ſupernis ciuib. p uirtutes & bona opera, à quib. remoti & diuiſi erãt per peccata, & fiẽt cũ illis eccleſia una.

Deus meus.] Verè per te Dñe eripientur & tranſgrediẽtur murum, quia tu qui es Dñs meus: id eſt quem Dñm mihi facio, eripies me de cõtradictionibus Iudaici populi, & conſtitues me caput ipſis gentibus, ſcilicet ut mihi ſubiaceant, & me imitentur. Hic uerſus lõgè inferius ſequitur. Quod aũt tot interpoſita ſunt, ideo factum eſt, ut caput ipſum pluribus modis comprobet, quòd meritò Deũ ſuũ faciat Dominum, & ſic ipſos gentiles hortetur ut & ipſi Deum ſuum eum faciant, & idola uana poſtponãt. Qui gentiles, quia multipliciter in idolatria aberrauerant, ad cultum Dei ueri reuocãdi erant, & ideo non fruſtra ad cõmendationẽ tot rationes interponit, & conuertit ſe ad ipſas gẽtiles. Quaſi d. Meritò Dñm Deum meum facio, quia uia eius, uel præcepta eius & opera, quib. ad ipſum ueniunt non ſunt polluta, id eſt non pertinent ad immũditiam illã, quæ eſt in ſacrificijs idolorum, quorũ aræ ſæpè etiã humano cruore polluebantur: ſed ſunt impolluta, id ad ueram munditiam pertinentia. Vel poſſumus ſic dicere: Via Dñi per quã ipſe ſcilicet ad nos accedit, id eſt uirtutes & bona opera ſunt impolluta, id eſt, uerè munda. Non enim habitat in corpore ſubdito peccatis, & eloquia ipſius Dñi ſunt examinata per ignem, id eſt præcepta Dñi faciunt tales, qui ſunt comparabiles argento examinato per ignem, ut iam ſupra dictum eſt. & idem Dñs eſt protector omnium in ſe ſperantium, abiector uerò & contemptor de ſe præſumentium, propter quod meritò es Deus meus. Et ideo etiam, quoniã quis Deus alter, id eſt quis de omnibus illis quos uos gẽtes colitis pro dijs, eſt Dñs pręter illũ Dñm cui nos in ſpiritu ſeruimus? Aut quis Deus alter eſt uerè Deus præter Deum noſtrũ, id eſt quem nos poſt ſeruiturẽ bonã conſummatam hæreditatem, qua æternaliter paſcamur, recepturi ſumus. utique nullus.

Deus qui præcinxit me uirtute.] Ideo etiam eſt Deus meus, quia eſt ille Deus, qui pręcinxit me, id eſt meos uirtute hac, ſcilicet ut opera eorum nõ diffluerent cupiditate, & poſuit uiam meam, id eſt meorũ immaculatus, id eſt conſtituit meis talia, per quæ ad ipſum ueniant, ſcilicet fidem ſinceram, ſpem firmã, charitatem perfectã, quæ ſunt immaculata, id eſt mũda & ſancta.

Qui perfecit pedes meos.] Ideo etiam eſt Deus meus, quia perfecit pedes meos, id eſt affectiones meorum tanquam pedes ceruorum, id eſt ſimiles pedibus ceruorũ, ſcilicet ut eſſent agiles ad tranſilienda hæc terrena, umbroſa & lutulenta, & conſcendendum alta ut cerui faciunt: & eſt ſtatuens me, id eſt meos ſuper excelſa, id eſt figit intẽtionem meorum ſuper cœleſtẽ habitationem, ut adhuc in carne in cœleſtibus tamen conuerſentur. Et ideo quoq; eſt Deus meus, qui docet manus meus ad præliũ, id eſt, quia docet talia bona opera facere, quibus ſuperent inimicos & deuocatores ſuos, uolentes eis intercludere regnum cœlorũ.

Et poſuiſti ut arcum æreum, &c.] Hic familiariter ſe cõuertit ad Dominũ patrem, ut per hoc magis hortetur illos, ut & ipſi Deum ſuum faciant eum, & ſic eius familiares fiant. Quaſi dicat: Iuſtè Domine pater te Deũ meum facio, quia tu etiam poſuiſti brachia mea, id eſt meorum ut arcum æreum, id eſt feciſti meos amplexari tanquam brachijs infatigabilem intentionẽ bonorum operũ, quæ rectè deſignatur per arcum æreũ. Si enim fieri arcus æreus poſſet, infatigabilis eſſet. Eſt aũt ſimilitudo hic ab impoſsibili, & etiã dediſti mihi, id eſt meis protectionem ſalutis tuę, id eſt talem protectionẽ à uitijs, qualem merentur qui ſaluantur à te. Et in hoc eſt illa protectio, quia dextera tua, id eſt fauor gratiæ tuæ, ſuſcepit me defendendum. Et ideo diſciplina tua, id eſt paterna flagella tua, quibus omnẽ filiũ corripis, quem diligis: illa inquam diſciplina non patiẽs me errare, correxit me in finem, id eſt, direxit meos ira in meis, ut quicquid agerem, referrem in illum finem, quo tibi cohęretur: & ipſa eadem diſciplina tua, quę me in finem direxit, docebit me conſeruando me in bonis operibus, ad illum finem peruenire. Et ideo meritò es Deus meus, & propter hoc etiã, quia tu dilataſti greſſus meos: id eſt greſsibus meis, id eſt Apoſtolis & alijs præconibus meis, per quos ad notitiam hominum gradior, dilatatũ cor dediſti, ſcilicet ut triſticia paſsionis corda eorum non anguſtaret: ſed gauderent in tribulationibus, & cordis affectionẽ extenderẽt, ad orandum etiam pro perſecutoribus: & ita dilataſti cor, ut ſubtus me eſſent, id eſt, ut non ſecundum ſuã, ſed ſecundũ meam uoluntatem agerent, & præceptis meis obedirent, non uerò ſupra me eſſent, uel mihi præcepta darent. ſicut fecit Petrus cũ Domino dicente: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & reliqua. tanquam uolens præeſſe in docẽdo, dixit: Propitius eſto tibi Domine, ne fiat iſtud. Vnde à Dño graue reſponſum pertulit, cum dixit ei: Vade retro ſatanas. Quaſi dicat: Noli præcepta mihi dare, quem potius conuenit inferiorem locum tenere, & meis pręceptis obedire. Satanas enim deorſum fluens interpretatur. Et quia dilataſti greſſus meos, ideo ueſtigia, id eſt ſigna illa quæ ego factis & dictis impreſsi alijs, ad me imitandum, nõ ſunt infirmata, id eſt debilitata in eis, ſed uiriliter conſeruata, & per hos tales greſſus perſequar inimicos meos, & meorum bona perſecutione, & comprehendam illos in bono. & nõ conuertar ad hãc perſecutionẽ donec deficiãt in hoc quod ſunt inimici. & hoc modo deficient, quia ego confringam illos in quo ſunt confringendi per illos greſſus meos: nec poterunt ſtare, id eſt reſiſtere ipſi inimici mei, ſpiritui & ſapientiæ qui loquitur in eis: ſed potius cadẽt ſubtus pedes meos, id eſt meorum. id eſt, mutabunt carnales affectiones ſuas in ſpirituales affectiões meorum. Et ideo per illos greſſus confringentur inimici, & cadent, quia ipſi uirtuoſi ſunt ad hoc faciẽdum. Nã tu Domine pręcinxiſti me, id eſt coronaſti & muniuiſti me uirtute, id eſt uirtuoſis uiris Apoſtolis ſcilicet

& alijs

& alijs, ad hoc bellum agendom, ſcilicet ad perſequẽdum inimicos, & reli quꝰ. & inſurgentes in me, id eſt deuocarores & perſecutores meos ſubplantaſti per illos uirtuoſos, ita ut fierent ſubtus me, id eſt ut qui uoluerunt eſſe ſuperiores ipſis meis, fierẽt ioferiores eis duobus modis, uel ut conuerſi eos quos prius perſequebautur, comitarentur: uel ut cum eos tormentis & deuocarionibus, ſe uincere putauerunt, uicti potius ab ipſis contemnerentur.

Et inimicos meos.] Iſtud ſpecialiter ad caput refertur, & eſt dictum de Iudæis, & continuatur ad principale ſuperius. Quaſi dicat: Iuſtè te Deum meũ facio, quia inimicos meos quodſdam, id eſt perſecutores meos de Iudæis, qui prius quaſi Deum præcedebant, dediſti mihi dorſum, id eſt feciſti eſſe imitatores meos ut non præcedant, ſed ſubſequantur. Quod intelligendum eſt de his, qui conuerſi pœnituerunt. Odientes autem, id eſt in odio permanentes, & non conuerſos diſperdidiſti iá diſpoſitione, quia diſperdes eos ubiq; terrarum in captiuitatem auferendo eis locum & gẽtem. & ideo diſperdes, quia ipſi clamabunt quidem ad te Meſsiam ad huc expectantes, ſed non dignè clamabunt. Quod ſic dicit, agens de futuro quaſi de prçterito: Clamauerũt iam & clamabunt adhuc, nec fuit uel erit qui ſaluos faciat eos. Clamauerũt dico ad Dominum patrem etiam, ſed quia per mediatorem non clamauerunt, & ideo indignè ipſe Dominus non exaudiuit eos, nec exaudiat eos. Et ideo comminuam, id eſt diuidam eos ubiq; gentium, ſicut puluis cõmiminuitur, id eſt diuiditur & deſtruitur ante faciem uẽti, id eſt, in præſentia ualidi uenti, & eos diminutos delebo, id eſt conculcabo ubiq; per omnes gentes ut lutũ quod eſt in plateis, id eſt, in latis & publicis uijs ubiq; conculcatur. Hoc ad ſimplicem ſimilitudinem dictum eſt. Poteſt uerò ſi quis interius conſideret ſic dici: Comminuam eos ut puluerem ante faciem uenti, id eſt, erunt aridi & infructuoſi ut puluis, non recipientes imbrem uerbi diuini: ſed inflati ſuperbia rapientur per ipſam ſuperbiam à firma ſpe, ut uentus rapit puluerem à ſtabilitate terræ: & delebo eos, ut illi delẽdi ſunt, qui ſunt lutum platearum, id eſt, qui per latas perditionis uias lubricando per carnis luxurias ambulant. Et de contradictionibus populi huius, qui eſt ut lutum platearum, qui ſcilicet dixit: Nolumus hunc regnare ſuper nos, & cætera talia, in quibus contradixerunt mihi. Eripies me Domine pater, reſuſcitãdo me: & nomen meum, q̃ prius anguſtabatur inter eos dilatabis, quia conſtitues me caput gentium. Ita uerſus iſte continuabitur ſuperioribus, ſi ſuo ordine legatur. Iuxta quod Deus meus, ad quod prius continuabatur, aliter dicatur. Accipietur enim præcedens uerſus ſcilicet, Quoniam in te eripiar à tentatione, nõ de ſolis gẽtibus ut prius, ſed communiter de quibuſcunq; credentibus: & ſic continuabitur, Deus meus. Quaſi dicat: Verè pater in te Domino meo eripiẽtur, & tranſgredientur murum: quia tu eris Deus meus, id eſt meorum, id eſt mei facient te Deum ſuum, ſicut ego te feci Deum meum, ſcilicet ut non ſecundum ſuam uoluntatem agant, ſed ſecundum tuam. Et conuerti ſe ad ipſos. Quaſi dicat: Meritò facietis eũ Deũ ueſtrũ. Quia uis eius, & reliqua. In hac quoq; lectione omnia uſq; ad Eripies me, ad hoc interponuntur, ut per ea Deus communiter omnibus credentibus non ſolis gentibus, ut prius commendetur. Nec eſt neceſſarium, ut omnia ad Deus meus, ſicut prius referãtur: ſed quædam poſitione per ſe ſunt, quædam ut inter ſe continuantur. Sententia uerò non mutatur, uſque ad Dilataſti greſſus meos. Quod ſecundũ beatum Auguſtinũ de affectionibus accipitur, & ſic ad proximũ continuatur. Quaſi dicat: Per hoc diſciplina tua docebit me in finem peruenire, quia dilataſti greſſus in meis, id eſt dilatatas affectiones dediſti meis uidelicet, ut non impedirentur carnalibus anguſtijs, ſed hilariter operarẽtur etiam de his quæ ſub ſe ſunt mortalibus rebus & membris. Et ita dilataſti, ut ſint ſubtus me, id eſt ſub meis. hoc eſt, ut ipſç affectiones eis non dominentur, ſed ipſi affectionibus: & nõ ſunt infirmata ueſtigia mea in ipſis ſicut prius. Et in his talibus perſequar ego inimicos meos, id eſt carnales affectiones, interius perſequentes: & comprendã illos, ita eas domando, ut ipſi non comprehendantur ab eis. hoc eſt, ut nõ eis ipſç carnales affectiones prævaleaut: & non conuertar à perſequendo, donec deficiant, qui mihi oblatrant, id eſt carnales ipſæ affectiones, quç meis ut lacerẽt, quaſi à lateribus aſtant. & uerè deficient, quia ego eas confringam, & ita quod nõ poterunt ſtare, id eſt durare: ſed potius cadent ſubtus pedes meos, id eſt cõuertantur ipſæ carnales affectiones in ſpirituales. & hoc ideo, quia tu præcinxiſti me uirtute ad bellũ, id eſt cõſtrinxiſti fluentia carnis deſideria in meis, ne præpedirentur ad tale bellum. & per hoc ſupplantaſti inſurgentes in me, id eſt carnales delectationes, quæ prius nitebantur ſpirituale deſideriũ extinguere in meis, ita ſupplantaſti, ut ſint ſubtus me: id eſt mutatæ ſint in ſpirituales. Iuxta hanc ſententiã idem eſt iſtud quod, Et cadẽt ſubtus pedes meos: ſed repetitum eſt poſt probationẽ quaſi pro concluſione. Sequentia eodem modo ad caput, & ad Iudæos referuntur, ſicut prius.

Populus quem non cognoui.] Concludit, ideo meritò me conſtitues caput gentiũ, quia populus ille gentilis, ſcilicet quẽ ego corporali præſentia non cognoui, ſeruiet mihi: & ad hoc facilius inductus, quia obediuit mihi inaudito auris, id eſt, ſtatim cum audierit per Apoſtolos uerborũ prædicationes, unde beatus erit. Beati enim qui non uiderunt, & crediderunt. Illi autẽ qui debuerunt eſſe filij, id eſt Iudæi, facti alieni, qui ſe ob hæreditate alienauerunt mentiti ſunt, id eſt mẽdaces apud te patrem, qui illos ut filios educaſti, effectĩ ſunt. Quod factum eſt mihi, id eſt ad gloriã & utilitatẽ meam. De his filijs dictum eſt: Filios genui & enutriui, ipſi uerò contempſerunt me. Et itẽ: Vos ex patre diabolo eſtis. &, Filij regni eijciẽtur in tenebras exteriores, & multa ſimilia. Mendaces uerò multipliciter fuerunt. Dixerunt enim ſæpè Moyſi: Quęcunq; præceperit nobis Dñs, faciemus. Quod quia non ex corde dixerunt, citò obliti ſunt. Itẽ de Chriſto dixerunt: Hic de Chriſto dixerunt. Hic dixit: Poſſum deſtruere templum hoc, & reliqua. &, Inuenimus hunc ſubuertentem gentẽ noſtram. &, Venerunt diſcipuli eius, & furati ſunt eũ, & innumera talia. Verè alieni facti ſunt filij. Nã in tantum abalienati ſunt, quod cũ ego eis nouam gratiã, qua nouarentur attulerim: tamen inueterati ſunt, id eſt in uetuſtate ſui erroris manſerunt. & claudicauerunt, id eſt nouo Teſtamento quaſi dextro pede caruerunt, à ſemitis ſuis, id eſt cauſa ſemitarum: hoc eſt traditionũ ſuarũ, quib. iam in priori Teſtamẽto irritꝰ fecerant mandata Dñi. Curabant enim ut in Euãgelio dicitur, quç deforis erant ad munditiã carnalem pertinentia, uerã aũt munditiam negligebant. Quod eis ipſe Dñs friuolum eſſe oſtendit, cũ quaſi reprehẽſus ab eis de nõ lotis manib. Apoſtolorũ reſpõdit: Nõ lotis manib. mãducare, & in multis ſimilibus.

Viuit Dominus.] Quaſi dicat: Illi tanquam mali ſerui alieni à domo facti ſunt. Dominus autem quẽ ipſi uoluerũt penitus extirpare, uiuit, id eſt, ego cuius nomen etiã delere conati ſunt, uiuo & permaneo in domo inæternũ: & ideo uiuo, quia Deus meus, id pater qui me miſit, quam ego uerè Deum ſcio, uiuit in æternum, ipſe dico benedictus, id eſt exaltatus & ſublimatus per me, per hoc innuit: quòd ſicut ipſe per patrẽ uiuit, ita & quicunq; ei adhærebit, per ipſum uiuet. Iuxta illud: Sicut me miſit uiuens pater, & reliqua. Et exaltetur Deus. Quaſi dicat: Sicut per me eſt benedictus, ita ſemper per meos exaltetur, Deus pater auctor ſalutis meæ. qui meritò à meis exaltandus eſt, quia magnificans eſt, ſ. r. e. id eſt quia ſemper magnificat in uirtutibus ſaluationis me, quem conſtituit regẽ.

Et uerè eſt auctor ſalutis meæ, quia miſericordiã me reſuſcitãdo faciat mihi uero Dauid, Chriſto ſuo. & faciet miſericordiam ſemini eius propter ipſum, id eſt, propter me reſuſcitabis oẽs quoſcũq; ſpiritualiter generabo in præſenti quidem à morte animæ eos reſuſcitabis, tandem uerò à carnis corruptione. & hoc faciet uſq; in ſeculum, id eſt æternaliter. Hic uerſus licet ſuo ordine legi poſsit, tamen quia commodius eſt, taliter iungitur illi ſuperiori.

Deus qui das uindictas mihi.] Conuertit ſe familiariter ad patrem, quaſi d. Tu dico Deus ex altera, qui uindicas me de inimicis meis & meorũ, per hoc ſcilicet, quia populos Iudaicos prius ſuperbientes conuerſos ſubdis, id eſt humilias, ita ut ſub me ſint, ſupra quẽ prius eſſe uoluerunt. Et hoc modo eos ſubdes, quia liberator meus eris per reſuſcitationẽ de inimicis meis crucifigentibus me uerè iracundis, cum dicerent: Tolle hunc, & crucifige eum. Poſtquam enim magnificata fuit per Apoſtolos reſurrectio Chriſti, multi qui prius de eo dubitauerunt, crediderunt de Iudæis & Apoſtolis dixerunt: Viri fratres quid faciemus. Quibus illi reſponderunt: Pœnitentiã agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Domini. Et ab inſurgentib. id eſt uerè liberabis me, quia exaltabis me ab inſurgentibus in me, id eſt, hoc facies per gloriam reſurrectionis, ut ipſa reſurrectio inimicorum contra me, qua me deprimere uoluerũt, fit exaltatio mea. Et eriã eripes me, uel meos à uiro iniquo, id eſt ab omni genere iniquorum, ne ab ipſis deuocentur. & propterea ſcilicet, quia & me exaltabis, & meos eripies: confitebor tibi in meis in nationibus, id eſt laudabilem confeſsionem faciam tibi in meis per omnes nationes, in fide uidelicet, & innocentia. & etiam Pſalmũ dicã tibi bene operando per illos nomini tuo, id eſt non ad eorum gloriam, ſed ad gloriam nominis tui.

IN PSALMVM XVIII. ARGVMENTVM.

AD probatur in hoc Pſalmo prouidẽtia Dei, qui ex hoc ipſo multam hominum curam ſe habere monſtrauit, cũ ita elementa à ſe creata componit, ut poſt ipſa poſsit agnoſci. Item propheta de aduentu Chriſti dicit in Matthęũ.

IN FINEM PSALMVS Dauid.

EXPLANATIO.

INſcriptio iſta notiſsima eſt, dicta Pſalmi referens ad Dominum Chriſtum, de cuius primo aduentu propheta dicturus eſt. De qua re hic primus eſt Pſalmus, ſequuntur autẽ alij quatuor, id eſt ſeptuageſimus nonus & octuageſimus octauus, nonageſimus ſextus & centeſimus decimus ſextus. Per totum Pſalmum prophetæ uerba ſunt. prima narratio eius laudat Domini prædicatores, ipſe quoq; de eius incarnatione ſpecioſiſsimis cõparationibus uerba ſubiungens. Secunda laudat præcepta noui & ueteris Teſtamenti. Tertia ab occultis uitijs purgari ſe à Domino deprecatur, ut eum ſibi eſſe faciat dignum Pſalmiſtam.

COMMENTARIVS.

C*OEli enarrant.*] Propheta prævidens per ſpiritum ſanctũ in poſterioribus de populo ſuo, & contemporaneis aduentus Chriſti tanta cordis duritiam atq; phrenesim futuram, ut nec ipſum medicum ad ſalutem omnium miſſum cognoſcerent, nec tempus uiſitationis ſuæ aduerterent: apertè in hoc Pſalmo increpat eos, & obiurgat eorum duritiam, oſtendendo eius aduentum certum & indubitabilem futurum per manifeſta ſigna, & per ſanctorum Apoſtolorum præconia, & præterea legem eius immaculatam commendando: quod totum ad exhortationem eorũ facit, ut quandoq; phrenesim deponant, & medicum cum tempore uiſitationis cognoſcant: & qui legem prius ſerui receperunt, legem Deum recipere gaudeant, quæ tanto dignius amplexanda eſt, quanto Dominus ſeruo dignior eſt. Sciendum autẽ hoc Pſalmũ cum duobus ſequẽtibus, ut ſancti dicũt, unum eſſe Pſalmum: & quia de eodem negotio diuerſis rerum partibus agunt, & ad idem intendunt, ſcilicet ad obiurgandam duritiam Iudæorum, & eundẽ habet titulum, hũc ſcilicet: In finem Pſalmus Dauid. Quod ſic exponitur: Iſte Pſalmus attribuitur Dauid prophetæ, & refertur in finem, id eſt in Chriſtum, hic Pſalmus, per hoc quia de incarnationis gloria & de prædicatione Apoſtolorum, & de ſanctitate nouę legis eius agit. Alij uerò ſuo modo quiſque referuntur. Incipit autem propheta in hoc Pſalmo obiurgare cęcitatem Iudæorum per manifeſtam prædicationem Apoſtolorum, agens de futuro propter certitudinem quaſi de præſenti uel præterito. Et ſciendum quod Apoſtoli, & alij ſancti præcones ideo cœli dicuntur, quia longè à terris elati ſurſum ſunt, Deum per ſ ã rea, præconija intonantes, miraculis coruſcantes. Vnde tre dicit: Cœli, id eſt præcones ſancti Apoſtoli & alij enarrant, id eſt manifeſtè narrabunt, alijs gloria Dei, id eſt glorioſum filium Dei patris, per quem ipſe glorioſum opus operatus eſt in mundo: quia cũ oẽs peccatores eſſemus, per eum ex peccatoribus iuſtos, ex ſeruis filios, ex impijs pios, ex damnatis fecit in regnũ aſſumptos, quod uerè Dei fuit gloria, non noſtrũ meritum: quia cum nos nihil boni meruiſſemus, tantum bonum recepimus iuxta quod dicit Apoſtolus: Apparuit benignitas ſaluatoris Domini noſtri Dei, qui nõ ex operib. iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit, & reliqua. & firmamentum, id eſt illi ijdem præcones ſancti, de terra cœlum facti, quorum cor ſpiritu ſancto confirmatum eſt annunciat opera manuum, id eſt, potentiæ eius Dei. Idẽ dicit quod prius, ſed aliquantum expreſsius. Licet enim per firmamentum eoſdem, quos per cœlos accipimus, uicinius tamen firmamentum, notat conſtantiam in eis quàm cœlum. Sciendum autem quòd non ideo dicit opera manuum eius, ut Deus pater manus habeat, & manibus operetur. non enim humanis mẽbris circumſcribitur, ſed dicitur facere quodcumque facit uerbo, id eſt ſapientia aut manu, id eſt potentia. Filius autem eſt ſapientia eius, & potentia, & ideo q. per filium fecit, rectè dicitur opus manuũ eius, id eſt potentiæ. & quia illud opus, quod per gloriam prius accepimus dignius eſt inter omnia opera, quæ filius in carne fecit, ideo emphaticè opus manus Dei uocatur. Poteſt autem hoc ab illo taliter diuerſificari, ut ſic dicatur: Cœli enarrant alijs gloriã Dei, uerbis extrinſecus in firmamentum, id eſt cor eorum ſpiritu ſancto confirmatum annunciat in ſe ipſo intrinſecus opera manuum eius. Per hoc enim quod cor eorum à Deo cõſtans eſt, quod etiamſi mundus ſęuiat contra eos, nihil tamen proficiat. Repreſentãt opus manus, id eſt potentiæ Dei in ſe, ſcilicet conſtantiam rẽtam quam aliunde, niſi à Deo habere non poſſent.

Dies diei.] Quaſi dicat: Ita annunciant gloriam Dei, ut ſpirituales ſpiritualia ſpiritualibus, & carnales carnalia carnalibus. Per diem enim accipimus limpidiſſimum & lucidiſſimum ingenium, ad diuina contemplanda habentes, ut Iohannes habuit cũ dixit: In principio erat uerbum, & reliqua. Nox uerò dicitur, eorũ comparatione illi qui ea conſiderant & inſtruunt quę hominibus comprehenſibilia ſunt, ut qui de Chriſti humanitate loquuntur, & de moralibus. & ſicut ille qui dies eſt alij diei uerbũ, id eſt diuinitatem nõ ſimpliciter

Digitized by Google

pliciter indicat, ſed quaſi eructat: quia ab intimo sordie profert, quod prædicat: ita qui nox eſt alija noctibue, non uerbum, ſed ſcientia. id eſt homihe & bumana facilè indicat. Poſſunt uerò ijdem præcones eſſe diaa & nox diuerſia temporibua & ad diuerſoe. Quod Paulue innuit cum dicir, Siue excadimue mente Deo, ſiue ſobrij ſumue, uobie ſobrij ſumus. Idẽ irerum ad Corinthios dicit, Sapientiam: id eſt diuine loquimur inter perfectos. Sapiẽtia autem propriè pertiner ad diuina, ſcientia uerò ad humana. Et item in eadem Epiſtola: Nihil aliud inter uos, nos ſcire teſtati ſumue, niſi Chriſtum, & ipſum crucifixum. Quaſi dicat: Nõ uobis altiora, ſed humiliora ſecundũ humanitatẽ Chriſti uobis prædicaui. Poreſt qooq; aliter bic uerſue exponi & continuari, ot ſic dicatur: Cœli quidem nunciabont gloriam Dei, & hæc annunciario non ad tempus breue erit, ſed comprehendet omnem uolubilitatem tamporum: quia & dies ſemper in hac enunciatione continuabitur diei & nox nocti, & ſic omni tempore erit. Omne enim tẽpus aut dies aut nox, & non tantum uno genere linguarum fiet hæc annunciatio, ſed in omnib. genetibue: quie non ſunt loquelę, id eſt integræ orationes, neq; atiam ſinguli ſermones in orationibua uoces, id aſt propriè expreſſiones, quorũ non audiantur ab Apoſtolie ac ſi eſſent eorũ. & ideo ſonus prædicationis ipſorũ Apoſtolorũ exiuit à Iudæa perueniens in omnẽ terrã, id aſt in omnes partes terræ, & etiam ad omnes angulos partium: quia uerba eorum in omnes fines orbis terræ peruenerũt. Nullue enim angulus terræ habitabilia eſt, ubi doctrina Apoſtolica aut per ipſos, aut per diſcipulos & ſucceſſores eorũ non innotuerit. In hac ſententia ſonua & uerba pro eodem accipiuntur. Poteſt uerò alio modo dici, ut utrumq; propriè accipiatur, ita ſcilicet: Sonus qoidem Apoſtolorum, id eſt ſimplex uox prædicationis eorum communiter in omnem terram exiuit, ſad non ubiq; profecit. Quia uerba eorum, id eſt uox cum in intellectu, quod propriè dicitur uerbum, peruenit quidam in fines orbis terræ tantum. id eſt ad ſoloa illoe qui terrenitatam in ſe finierunt & orbis, id eſt perfecti facti ſunt. eorum dico dicentiũ itẽ gloria Dei, id eſt filius Dei ueniens ad belligarandum cõtra regna tenabrarum, poſuit tabernaculum, id eſt militare habitaculum ſuũ, uidelicet corpus humanum, in quo ad tempua Deo patri ſicut in tabernaculo militauit in ſole, id eſt in tempore. quod ideo per ſolem deſignetur, quia per ſolem tempora maximè diſtinguũtur. Qui enim apud patrem erat ſine tempore, natue eſt ex matre ſub tempore. Val aliter, Poſuit tabernaculum ſuum in ſole, id eſt in labore præſentis uitæ. Nõ enim uenit ad perfruendum aliqua terrena delectatione, ſed ut ſibi iniunctam obedientiam perficera laboraret. Vnde ipſe quoq; dicit, Non ueni miniſtrari, ſed miniſtrare. Labor autẽ per ſolem ideo deſignatur, quia qoi in ſole aliquid operetur, grauius laborat, quam qui extra ſolem. Vel aliter, Poſuit in ſole, id eſt in manifeſto tabernaculum ſuum. Multa enim præclara ſigna & præcedentia & præſentia & ſubſequentia aduentũ eius uerè rationabilibua manifeſtum ſatis fecerunt, cũ etiã quędam de irrationabilib. in pręſapi eũ cognouiſſe ſcripturæ teſtantur. Er per hoc poſuit in ſole quocunq; modo dicatur, quia procedens de talamo ſuo, id aſt da uirginali utero: qui rectè dicitur talamus, quia in illo humanitate aſſumpta eccleſiã ſibi tanquam ſponſam ſociauit: procedens dico tanquam ſponſus, id eſt ornatus ita interius plenitudine diuinitatie, & uirtutibus, tanquam ſpõſi procedere ſolent de thalamis ſuis ornati exterius, & ipſe, id eſt notabilie. Nã cum multi ornati proceſſiſſent in hunc mundum, ut Iohannes Bapriſta & alij tales: iſte tamen omnes exceſſit, quia ſolus inter mortuos uerè liber fuit. Ipſe inqoam procedens exultauit, id eſt exultanter in hunc mundum uenit, nõ ad immorandum, ſed ad currendam uiam: id aſt ad peragẽdum curſum huius uitæ. Natus enim eſt, creuit, docuit, & reliqua. Et in exultãdo fuit ut gigas. Gigas enim eſt & uelox & fortie. Ipſe quoq; & uelox fuit, quia nulla illecebra eum detinuit: & fortie fuit, quia mors eum ſuperare non potuit, ſed ab ipſo uicta fuit. Itam gigantes ſerpẽtinos pedes habuiſſe deſcribuntur, in quo terræ adhærentes & humiles licet ſint, fortes notantur. Chriſtus quoq; fuit humilis miſericordia infra omnes, maieſtate uerò fortie ſupra omnes. Ruſum gigas altus corpora eſt, & Chriſtue uerè altus fuit dignitate: quia egreſſue eiua eſt à ſummo cœlo. id eſt egreſſua è ſinu patris. Pater enim eſt ſummũ cœlum, quia eſt primum cœlum nõ dignitate, uel potentia, ſed ordine: quia nõ aſt ab alio, ſed lux per ſe eſt. Filius uerò dicitur cœlum cœli, quia lumen da lumine patre eſt. ſpiritue ſanctus autem cœlum cœlorum dicitur, quia eſt lumen de luminibus. da hac egreſſione dictum eſt: Egreſſus eius à patre, regreſſua eius ad patrem, & reliqua.

Et occurſus eius.] Occurſum eius uocat æqualitatem eius. Illud enim propriè dicitur alij rei occurrere, q; ei æquale eſt. & eſt quaſi dicat: Cum egreſſue eſſet à patre, & ueniſſet in mundum, nihil ſibi æquale, uel comparabile inuenit, quo uſq; ruſum ad patrem redijt. Quia occurſus, id eſt ęqualitas eius eſt, pertingẽs uſq; ad ſummum eius. id eſt uſq; ad illud ſummum cœlũ, à quo proceſſit. Et quia adeò altus eſt, ideo non eſt qui ſe abſcondat. id aſt excuſare poſſit uel debeat à calore, id eſt à noticia eius. Quod eſt dictum ad ſimilitudinem. Si enim in aliqua domo eſſet magnus rogus accenſue, calor eius & ſplendor omnes anguloe domue panetraret, & ad omnes manẽtes ibi perueniret: ſimiliter Chriſto in medio mundi, hoc eſt in Iudæa, quæ circumcluſa gentibus, erat poſito, quaſi ardente rogo eluxit. Fulſit enim in miraculis, & caluit uerbo pręedicationis noticia eius, & per ſe & præcones ſuos ad omnes peruenit. Et poſſumue uocare calorẽ eius, dilectionã illam qua ſe tradidit pro nobis, quæ omnibus per pręconea annunciata eſt. & ideo nullus per ignorantiam ſe excuſare poteſt. Poteſt ſuperior uerſue, ſcilicet in ſole poſuit tabernaculum ſuum, aliter continuari, & partim exponi, ut ſit dictum contra hæreticoe, qui apud ſe ſoloa dicebant eſſe Chriſtum, ſicut Afri tempora beati Auguſtini, hæreſi tacti dixerunt, occaſionem aſſumentes de uerſu illo Canticorũ quo dicitur: Vbi cubas in meridie? Putabãt enim hoc ad literam, intelligentes ad ſe ſolos propter ſitum loci ſui referri, & ita dicemue: Quia ſonue Apoſtolorum ad omnes peruenit, ideo gloria Dei poſuit tabernaculum ſuum, id eſt Eccleſiam. quæ tabernaculo comparatur, ut ſupra dictũ eſt. non aliquo angulo terræ tantum, ut hæratici dicũt, ſed in ſole, id eſt manifeſto apud omnes eam dilatando. & ideo in manifeſto, quia ipſe exultauit ut gigaa. id eſt aduentue eius altue fuit & manifeſtue. Vel poſuit ipſam Eccleſiã per Apoſtolos in ſole, id aſt in laborem. Non enim Apoſtoli docuerunt corporalem delectationã, ſed laborem, ſcilicet ut qui Chriſtum ſequeretur, ſicut ipſe ambulauit ambularet. Et ideo poſuit aam in labora, quia atiam ipſe uenit ad laborem, non ad delectationem. Nã ipſe procedens de thalamo ſuo, exultauit ane ut gigas, ut prædictum eſt. uenit ad currendã uiam, id eſt ad curſum obedientiæ iniunctæ perficiendum. Quẽ ſic perfecit, quia egreſſue eſt à ſummo cœlo, id eſt à patre ſcilicet deſcendit incarnatus & natus eſt, creuit, docuit, mortuus eſt, & ſepultus, reſurrexit. Et occurſue eius uſq; ad ſummum eius, id eſt aſcendit, & ad dextram patris ſedit. Inde ſpiritũ ſanctum ſuper Apoſtoloe miſit, In igne fœnum carnia arſurum: aurum uero uirtutum probaturum & purgaturũ. Vnde ipſi confirmati ſunt conſtantar ubiq; gloriam eius annunciauerũt. & ideo non eſt qui abſcondere, id eſt excuſare poſſit uel debeat à calore eius. id eſt, quin perceperit noticiã eius ſimpliciter ot prius. uel quin ſenſerit feruorem & doctrinæ & dilectionis, quam contulit ſpiritus

eius Apoſtolis & per eos alijs.

Lex Domini immaculata.] Verè nullus debet ſe excuſare ab eius noticia, ſed libenter eum cognoſcere: & legem eius cum iam ſuſcepiſſet, legem ſerui ſuſcipere, quia cum lex ſerui eſſet maculata quantum ad literã, cum diceret, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, & quia concedebat libellum repudij mittere uxoribus, & cętera talia, per quod multos faciebat maculatos. Lex Domini, id eſt noua lex Chriſti, eſt immaculata, quæ econtra præcipit, & inimicũ diligere, & dicit: Quod ſiquis dimiſerit uxorem, niſi cauſa fornicatiõis, & aliam duxerit, mœchatus eſt, & reliqua. & cum ille eſſet prohibens manum, non inſtruens animum, ut prohiberet affectum: hæc inſtruit animas non timore pœnę, ſed ad ſe imitandum libertate conuertens. & cum teſtimonium ſerui eſſent infidele, quia multa promiſit quæ ſecundũ literam non euenerunt, teſtimonium Domini, id eſt Chriſti de patre eſt fidele: quia quicquid de eo teſtatus eſt, uerũ eſt. Vnde dictum eſt. Nemo nouit patrẽ niſi filius, uel cui ipſe uult reuelare. Domini dico, qui eſt præſtans ſapientiam, id eſt uera bona: & intellectum purum paruulis, id eſt humilibus. Vnde dictum eſt: Quæ abſcondiſti ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. & item, Superbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. Sciendum autem quòd idem lex eſt & teſtimonium. Lex enim dicitur nouum uel uetus teſtamentum, inquantum prohibet: teſtimonium uerò, ſecũdum quod aliquid teſtatur & affirmat. Iuſtitiæ quoq; ſerui non fuerunt rectè, ut quod præcepit lapidare mulierem deprehenſam in adulterio, & ſimilia. Iuſtitię Domini, id eſt opera quæ Dominus iuſta eſſe dicit, & præcipit ſunt recta. Quoniam ipſe nec peccatum fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius, & nihil docuit, niſi quod fecit. & cum illi eſſent triſtantes corda, dicentes oculum pro oculo, & ſimilia: iſtę ſunt lętificãda corda ſuorum, ita ut gaudarent in his quæ imitarẽtur hilariter cum charitate, nõ ſeruiliter cum timore. & omne præceptum Domini eſt lucidum, id eſt ſine uelamento carnalium obſeruationum, illuminans oculos non autem hebetans, ſicut præceptum ſerui quod ubiq; aliud ſonabat exterius, aliud tegebat interius. Timor quoq; Domini eſt ſanctus, non ille ſcilicet legalis, qui pœnalis fuit, temporalia bona perhorreſcẽs ſibi ſubtrahi, quorum deſiderio ſępè anima fornicatur: ſed caſtus timor, quo ſpõſa ſua Eccleſia, quãto feruẽtius ſpõſum diligit, tanto diligentius offendere cauit. & ideo perfecta charitas hunc timorem foras non mittit, quia non eſt ſeruilis ut ille, ſed filialis: & ideo permanet in ſeculũ ſeculi, id eſt æternaliter. Iudicia etiam Domini non ſunt falſa, ut iudicia ſerui, quæ in firmando & in pollicendo ſecundum literam feſellit: ſed ſunt uera, quia ſiue minetur ſiue polliceatur in præſenti alicui, non fallit, cum quicquid dicit neceſſe eſſe fieri, nec aliquis in futuro poterit auferre, uel præmia bonis, uel ſupplicia malis. quod totum pertinet ad iudicia Domini. Quæ iudicia non opinione uel fauore hominum ſunt iuſta ut iudicia ſerui, ſed ſunt iuſtificata in ſemetipſis, id eſt in ſe ipſis habet illud per quod ſunt iuſta. & ſunt deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum, id eſt ſuper omne uiſu delectabile. id eſt iocundum in terrenis, quorum deſiderio fit hoc, ut iudicia Dei non deſiderentur, ſed uel timeantur à reis, uel contemnantur ab arrogantibus & ſuperbis, uel non credantur à ſtultis. Hæc enim duo precioſiora pro omnib. ponit, & hoc ſapienti, non inſipienti: fideli, non infideli. Poteſt enim interius dici, uidelicet ut quiſquis ſit aurũ per purum intellectum ſit lapis precioſus per fidei cõſtantiam, ut non in igne conſumatur, ſed in theſaurũ Dei aſſumetur. & ſit deſiderabit ſuper ſe, id eſt magis quam ſe iudicia Dei, cuius uoluntatem ſuæ prępoſuit uoluntati. & ſunt dulciora iudicia Dei ſuper mel & fauum, id eſt plus quam omne guſtu delectabile. Vel iocundum ſanæ uidelicet menti, non febricitanti. Eſt enim mel aliquis qui iã ſolutus à uinculis huius uitæ, tanquam à fauo expreſſus expectat diem quam ueniat in epulas Dei. Fauus uerò eſt ille, qui adhuc circumplicatur in hac uita, nõ concretus ei, ſed implens eã. Qui indiget aliqua preſſura manus Dei nõ opprimẽtis, ſed exprimẽtis, qua de præſenti uita in ęternã eliquetur, & his talibus ſunt dulciora ſuper ſe iudicia Dñi, cuius uoluntatem ſuæ præpoſuerunt uoluntati.

Etenim ſeruus tuus.] Ideo in tantum iudicia Domini ſunt deſiderabilia, quia in illis cuſtodiendis eſt multa retributio. Ceſſante enim omni exteriori commodo magna merces eſt, quod cuſtodienti ea per intelligẽtiam ueram, quam dant, ſunt in pręſenti ſuauia, & in futuro ſalubria: ſicut non cuſtodienti in pręſenti ſunt aſpera, & futura nociua. Et quod in eorum cuſtodia magna merces ſit mihi experto credendum eſt. Nam ſeruus tuus cuſtodit ea: id eſt ego qui nolo eſſe libertus meus uel tuus, ſicut uoluit Adam: ſed qui ſum ſeruus tuus in ſpiritu cuſtodio ea non loquendo ſcilicet, ſed faciendo. Bene enim loqui, & malè uiuere, nihil aliud eſt quã ſeipſum propria ſua uoce damnare. Hoc dicit propheta conuerſus ad Dominum.

Delicta quis intelligit.] Verè in cuſtodia iudiciorũ Dei eſt intelligentia. Nam in delictis nõ eſt intelligentia, ſed potius cęcitas. Quod ſic ſub interrogatione dicit: Quis ſubauditur manãs in delictis, intelligit delicta? Equidem nullus, & ideo Domine redemptor meus à malo, & adiutor in bono, uel redemptor uero incipiã, uel ut ad te tendam: adiutor uerò ut perficiã & perueniam, munda me ab occultis meis, id eſt à prauis cogitationibus, & cupiditatibus, quæ latenter in me ſunt, primùm: & deinde parce mihi ſeruo tuo ab alienis peccatis. id eſt, remoue à me prauum perſuaſorem. Primùm enim oportet aliquem mundari à ſuis, ut parcatur ei ab alienis. Fit autem omne peccatũ ab aliquo, aut per ſe, aut alio perſuadente. Quod utrumq; uitiũ in ipſo primordio claruit. Malignus enim angelus ex ſuo occulto cecidit, Adã uerò perſuaſione aliena peccauit. Vel poſſumus dicere quòd occulta uocat originalia peccata, quæ quaſi occultè per traducem peccati, in omnes deſcendũt: & ideo rectè dicit meis. Iſtud enim eſt quaſi hæreditarium. Aliena uerò dicit actualia, quaſi excedentia extrinſecus, non hæreditaria. uel econuerſo occulta poſſumus dicere actualia, quorum maiorum pars tegit occulta cuiq; conſcientia. Aliena autem originalia, quod aliunde, id eſt à primo patre acceſſit.

Si mei non fuerint dominati.] Relatio hic fit non ad uoces, ſed ad ſignificatum. Quaſi dicat: Ideo Domine peto ut munder ab occultis, & ab alienis: quia ſi hoſtes iſti, ſcilicet occulta uitia & aliena nõ fuerint dominati mei, tunc ego ero immaculatus, id eſt, ſine capitali crimine. Et emũdabor etiam à maximo delicto, id eſt à ſuperbia: quæ ideo dicitur maximũ delictum, quia & initium eſt totius peccati. & quia deiecit angelum, & ex angelo fecit diabolum, atque intercluſit ei regnum cœlorum: & ideo etiam maximum, quia ſicut primum occurrit recedentibus, ita nouiſsimũ occurrit redeuntibus. Eſt enim etiam in rectè factis hoc uitium cauendum. Et poſtquam ſic mundatus fuero, tunc non ſolum facta, ſed etiam eloquia oris mei erũt talia, ut tibi Domine complaceant. id eſt, erunt humilia, non pompoſa: & non ſolum eloquia, ſed etiã meditatio, id eſt cogitatio cordis mei ſemper erit talis, quæ ſit digna eſſe in conſpectu tuo, id eſt quæ placeat tibi, ſcilicet non arrogans erit, ſed humilis.

IN PSALMVM XIX.

ARGVMENTVM.

PRo Ezechia rege ſuo populus pariter ab Aſſyrijs obſeſſus orat. Aliter propheta operãtem hortatur. Item Chriſto eunti ad crucem, dicit Eccleſi, ut Arnobio placet.

IN

IN FINEM PSAL- mus Dauid.

EXPLANATIO.

IAm quia tituli uerba nota ſunt, de textu Pſalmi aliquid diſſeramus. Futurorum igitur in luminatione propheta cõpletus euenire proſpera ſanctæ deprecatur Eccleſiæ, quæ illi per aduẽtum Domini pro certo nouerat eſſe uentura. Primo ingreſſu propheta rogat, ut Eccleſiam diuerſo mundi turbine fatigatam Chriſtus Dominus exaudiat, ſuſcipiatq́;. Secundo deprecatur omne conſilium eius, rectamq́; fidem Dominus ſua pietate confirmat: promittens fidelem populum non poteſtate mundana, ſed diuina potentia magnificandum.

COMMENTARIVS.

E*Xaudiat te Dominus.*] Pſalmus iſte nt ſupra dictum, eſt idem cũ ſuperiori: quia cum agat de eodem negotio, non ſolũ eundẽ titulum, ſed eandam etiã habet intentionem. Sicut enim in ſuperiori Pſalmo propheta redarguit duritiã Iudæorum, qui tempus uiſitationis ſuæ non cognouerunt agendo de manifeſta Domini incarnatione, de Apoſtolorum prædicatione: ita in hoc quoq; Pſalmo eoſdẽ apertè redarguit, agendo de eius manifeſta reſurrectione, etiã de gloria quæ ſecuta eſt reſurrectionem, ſcilicet quod & multi ſaluati ſunt, & omnes reſurgendo, & conclarificando acceperunt. Agunt autẽ hic ſub figura optantis propter maiorem affectum, & ut illos quos redarguit, hortetur, ut quandoq; reſipiſcentes, & tempus uiſitationis cognoſcentes, optent ſaluari, & Chriſto hic conformari, ut tandem poſsint conglorificari. Si enim compatimur, & conglorificabimur. Cõtinuatur autem Pſalmus iſte ſuperiori. Quaſi dicat: Domine quem cœli annunciabunt, & qui tabernaculum tuũ ponas in ſole, & qui adiutor mihi es & redemptor, Dominus pater exaudiat te, id eſt reſuſcitet te clamantẽ pro clarificatione In die tribulationis, id eſt in tempore paſsionis, quoniam malis permittatur te tribulare. Hæc autem exauditio declarata eſt cũ eo dicente: Clarifica me pater, claritate quam habui priuſquã mundus fieret. Vox de cœlo deſcendens dicit, Et clarificaui, & iterum clarificabo. & protegat te, id eſt tuos. nomen, id eſt laus & fama Dei, qui cũ omnium Deus ſit poteſtate, eſt Deus uoluntate Iacob. id eſt poſterioris populi & humilis: intellecti per Iacob minorem, qui operam dans ad glorificandũ illud nomen, in hoc ſcilicet, quia ſunt Iacob: id eſt ſubplantationes benedictionis priori populo, qui intelligitur per Eſau promiſſæ, primogenita edulio ementes, id eſt primatum & dignitatem. Quæ apud Deum illius quaſi fuerant per terrenorum contemptum acquirentes: quia nõ in poſteriora, ſed in anteriora: id eſt in futura bona oculos intendũt. & hoc talis nominis Dei glorificatio, quaſi dicat, ſit protectio eorum.

Mittat quoq; Dominus pater auxilium tibi.] Id eſt tuis. de ſancto, id eſt de tua ſanctitate: id eſt tua ſanctitas ſit tuis auxiliũ, & tueatur te, id eſt, tuos. de Syon, id eſt de ſpeculatione, id eſt propterea, quia nõ inſiſtunt pręſentia, ſed longè ſpeculantur futura. Vel aliter. Mittat tibi auxilium de ſancto, id eſt faciat tibi ſanctificatum corpus: ut ſic de ſancto illo, id eſt de multiplicatione ſanctorum ſit auxilium per doctrinam & exemplum unis ab alijs. & de Syon tueatur te: id eſt ſpeculatio ſit tuis tuitio ut prius.

Memor ſit etiam Dominus pater omnis ſacrificij.] Id eſt faciat tuos memores ut ſe imitentur, omnium miſeriarum & tribulationum tuarum, quas autem patibulum crucis patieris, & quibus Deum patrem tanquã ſacrificijs humano generi placabis, & holocauſtum, id eſt ipſum integrum ſacrificium tuum, quando in ara crucis te totũ pro nobis hoſtiam placationis offeres. quod rectè per holocauſtum intelligitur. Holocauſtũ nãq; interpretatur totũ incenſum. Erãt enim olim ſacrificia quædam, quorum pars tantũ comburebatur dijs: cętera uerò in epulas ſacrificantium retinebãtur. Alia uerò ſacrificia erant, quæ integrè in ara Deorum comburebantur. & hæc holocauſta dicebantur, & erant ſanctiora. Similiter hic per omne ſacrificium intelligimus omnes ærumnas, quæ paſsionem præceſſerunt, ut captionem, ligationem & ſimilia. in quibus quaſi quaſdam partes ſacrificauit, quantum ad holocauſtum, quod ſubſecutum eſt, cum ſe in ara crucis integrè obtulit. Illud inquam holocauſtum fiat pingue, id eſt delectabile Deo patri, ut conuertatur in lætitia reſurrectionis. Acceptabiliores enim pingues hoſtiæ erant alijs, unde etiam in lege præcipiebantur offerri. & tribuat tibi Dominus, non ſecundum cor inimicorum tuorum, nomen tuum per mortem delere uolentium: ſed tribuat tibi effectum mortis tuæ ſecundum cor tuum, qui uerè præuidebis, & quid proſit humanitas diuinitatis, & quid proſit diuinitas humanitatis. Humanitas enim mortua contulit uitiorũ mortificationem: diuinitas uerò ipſam reſuſcitans iuſtificationem. Et confirmet Dominus pater omne conſilium tuum in morte tua, uidelicet tam de excæcatione Iudæorum, quam de ſaluatione gentium.

Lætabimur in ſalutari tuo.] Ne caſſum propheta qui tanto ante tempore fuit, hanc optationem feciſſe uideretur, cauſam eius apponit. Quaſi dicat: Ideo Domine adiutor & redemptor opto, ut Dominus pater te exaudiat in clarificatione reſurrectionis: quia in hoc tuo ſalutari, id eſt in hac ſaluatione tuę reſurrectionis lætabimur. id eſt, non ſolum lætor ego tanto ante tẽpore, ſed lætabuntur omnes mihi conſimiles ſemper uſq; ad eam ſaluationem, iam nobis in ipſo per ſpem datam. Spe enim ſalui facti ſumus, & tandem magnificabimur ipſa gloria reſurrectiõis, ſi in hac uita fuerimus in glorificando nomine Dei noſtri per humilitatem & bona opera.

Impleat Dominus.] Redit ad optationem, quaſi dicat: Quia item lætabimur, ideo Dominus impleat, id eſt perficiat omnes petitiones tuas, ſcilicet nõ ſolum quas in terris facies pro clarificatione: ſed illas etiam quibus ad dextram patris ſublimatus quotidie interpellabis pro nobis. Ipſa enim pręſentia humanitatis Chriſti aſsiduè patrem orat pro ſuis.

Nunc cognoui.] Hic ad maiorem increpationem duritiæ Iudæorum oſtendit ſe certum eſſe, tanto ante tẽpore reſurrectionis Chriſti futuræ. Quaſi dicat: Verè implebit Dominus petitiones tuas & in te & in tuis: quoniam ego nunc tanto ante tẽpore cognoui, quod non ſolum faciet ſaluum, ſed iam ſaluum fecit diſpoſitione, Dominus pater Chriſtum ſuum. integrè, id eſt & in capite & in membris. Caput enim reſuſcitabit, & congruum corpus ei aptabit. Perfectus enim Chriſtus eſt caput cum corpore.

Exaudiet.] Id eſt uerè ſaluabit Chriſtum in corpore, quia qui exaudiuit illum de terra, cum adhuc mortalis & paſsibilis eſſet, pro ſua clarificatione exaudiet illũ de cœlo, id eſt de ſublimitate impaſsibilitatis & immortalitatis, clamantem pro corpore. uel poteſt & cœlum & terra, ut ſimpliciter dicatur, materialiter accipi. Et uerè exaudiet eũ pro corpore, quia ſalus dextræ, id eſt fauoris & propitiationis eius erit in potentatibus, id eſt ſaluati per eius gratiã potentialiter ſaluabuntur, quia æternaliter. Salus autem ſiniſtræ, id eſt per præſentẽ proſperitatem. de qua dicitur, Homines & iumenta ſaluabis Domine: quę dicitur ſiniſtrę, non quod aliquid ſiniſtrum in Deo ſit, ſed quia nõ ex eius digna propitiatione eſt, cum ſit trãſitoria. & etiã mortifera, illa inquã ſalus erit in infirmitatib. & hoc ideo, quia hi ſcilicet qui ſaluantur, per ipſam nõ inuo-

cant Deum ſicut deberent: quia ueniunt ad inuocandum in curribus, id eſt confiſi in uolubili ſucceſſu temporalium rerum. & ueniunt in equis, id eſt in pompa ſeculari & arrogantiæ, non ſcilicet ad glorificandum nomen Domini. hoc enim faciebat Iudaicus populus ſpem nõ in Deo, ſed in terrenis habens. cuius mos erat ſaltem in paſcha ſingulis annis conuenire Hieruſalem, ad offerendum & orandum. Nos autem ſaluati ſcilicet per dextram inuocabimus non in arrogantia, ſed in glorificando nomen illius, quem & Dominũ noſtrum per ſpõtaneam ſeruitutem fecimus, & Deũ, quia tanquam creaturæ creatori ei obedimus. habet alia in hoc loco translatio pro Inuocabimus, Exultabimus: quod ſatis congruit.

Ipſi obligati ſunt.] Ideo ſaluati per ſiniſtrẽ taliter inuocant, quia ipſi ſunt obligati in cupiditatibus terrenis, itinerantes præ nimio amore loci & gentis in lapidem offenſionis, & petrã ſcandali: & quia terrena diligunt, ceciderunt à ſpe cœleſtium. Nos uerò econtra à terrenis ſurreximus in ſpem cœleſtium per fidem, & erecti ſumus per bonã operationem. uel ſurreximus per innocentiã, & erecti ſumus per fidem. Et ut perfectè ſurgamus & erigamur, Domine pater hunc regem tuum, in quo lętabimur, & per quem potenter ſaluabimur, qui exemplũ pugnandi nobis in paſſione ſua dabit. quod ad regem pertinet, fac ſaluum per clarificationem reſurrectionis & aſcenſionis, ut ſacerdos factus ad dextram tuam, aſsiduè interpellet pro nobis. Regum enim eſt pugnare, ſacerdotum orare & ſacrificare. & exaudi nos per hunc mediatorẽ clamantes in die, id eſt in mentis puritate, qua inuocauimus te, quandocunq; te inuocamus.

IN PSALMVM XX. ARGVMENTVM.

DE Ezechia canitur cæſis Aſsyrijs, & infirmitate curata.

IN FINEM PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

Hic Pſalmus Domini ſaluatoris primò incarnationẽ, & poſtea deitatis facta decantat, ut pariter agnoſcas eundem tã uirginis matris, quàm Dei patris eſſe filium. In prima narratione Pſalmi huius propheta loquitur ad patrem de incarnatione Dominica, ſecũda diuerſas uirtutes eius, gloriamq; deſcribit, declarans à parte qua paſſus eſt, ad quam ſummam rerum à piceniq; peruenerit. Tertia conuerſus ad Dominum more deſiderantiũ optat, illa in iudicio eius fieri, quæ nouit eſſe uentura.

COMMENTARIVS.

D*Omine in uirtute tua.*] In hoc quoq; Pſalmo ſicut & in duobus ſuperiorib. redarguit propheta duritiem Iudæorũ, cõmendando humilitatem Chriſti, quam ipſi recognoſcere noluerunt, & oſtendendo quàm aſperum eũ quandoq; ſentient, qui nunc eum nõ cognoſcunt humilẽ, quatenus eos exhortetur, ut reſipiſcẽtes, malint eum hic recognoſcere humilem, quẽ tandem ſeuerum iudicem in maieſtate uenientem. Titulus idem eſt, qui in duobus præcedentibus hic: In finem Pſalmus Dauid. Quod ſic exponitur: Iſte Pſalmus attribuitur Dauid prophetę referendus in finem, id eſt in Chriſtum, cuius ut prædiximus, cõmendat humilitatem. Continuatur autem ſic ſuperiori. Quaſi dicat: Dixi Domine ut ſaluum facias regem, & debes eum ſaluum facere: quia hic rex nihil de ſe præſumet, nihil ſibi attribuet, ſed lætabitur tãtum in tua uirtute. id eſt in uerbo tuo ſibi adiuncto, per quod ſolum ſe fortem reputabit. & uehementer exultabit ſuper ſalutare tuum, id eſt ſaluationẽ tuam eſſe ſuper ſe. id eſt ſibi eſſe commiſſam, ſcilicet quod per ipſum & ima ſummis conciliare, & omnia uiuificare atq; ſaluare propoſuiſti.

Deſiderium cordis eius tribuiſti.] Meritò lætabitur in tua uirtute, quia tu per illum uirtutem tribuiſti iam ei diſpoſitione: quia tribues ei in te deſiderium cordis eius, id eſt illud quod deſiderabit cor ſuum, tale iã factum, ut non deſideret niſi deſideranda, ſcilicet ut & ponat animã pro ſuis, & reſumat eam pro ſuis. Mortuus eſt enim ꝓpter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram. & non fraudabis eum, id eſt nõ abnegabis ei aliquid in uolũtate labiorũ, id eſt uerborũ eius: quæ quicquid à te ſiue pro ſua ſiue ſuorũ ſalute rogabit, hoc ei non denegabis. Vel aliter. Non fraudabis eum in uoluntate labiorum eius. id eſt geminæ pacis, quam ſtatuere uoluerunt, ſcilicet concedes eius uoluntati, ut & pacem relinquant, & pacem dẽt. Iuxta illud: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Reliquit enim ſequentibus pacem in interiori tantum, peruenientibus uerò ad ſe dabit pacem ſuam, ſcilicet ut non tantum in interiori, ſed in utroq; pacem habeant. Quæ utraq; pax labiorum, quod pluraliter poſitum eſt, intelligitur. Labijs enim oſculum, quod eſt ſignum pacis, damus. & ita per labium pax deſignatur. Vel aliter, Non fraudabis eum denegando ei uoluntatem non ſolum ſuam, ſed etiam labiorum: id eſt prçconum eius. qui rectè per labia quæ inſtrumenta loquendi ſunt, intelliguntur: ſcilicet concedes prçconibus ſuis quod ipſi uoluerunt, ſcilicet ut ubi ipſe erit, ſint & ipſi. Quod ipſe patrem rogauit dicẽs: Volo pater, ut ubi ego ſum, ibi ſint & mei.

Quoniam præueniſti eum.] Ideo tribues ei deſiderium ſuum, & uolũtatem labiorum implebis, quoniam tu talem eũ facies, qui idoneus ſit, ut ſatis fiat eius deſiderio & uoluntati: quia non erit præuentus felleis amaritudine, qua omnes in Adam præuenti ſumus, id eſt peccato originali, ſed tu in ipſo conceptu præuenies. id eſt præmunies eum ut in eum peccatum illud non perueniat. in benedictionibus, id eſt in multiplicationibus dulcedinis, ſcilicet quod & ſine peccato concipietur, & ſine dolore naſcetur. & non ei ad menſuram dabis ſpiritum, & quod immunis è peccato erit, & cętera talia. & poſuiſti iam, id eſt pones in capite eius, id eſt uel in ipſo qui caput eſt: uel in principio prædicationis eius pones coronam, id eſt multitudinem Apoſtolorum & aliorum perfectorum circumdantem eũ, coronam dico factam de omni lapide precioſo: id eſt ornatam duodecim precioſis gemmis. id eſt Apoſtolis, qui meritò ſunt gemmæ, quia fulgent & uirtutib. & pręconijs & ſignis.

Vitam petijt.] Verè tribues ei deſiderium eius, quia petet uitam à te. id eſt reſurrectionem & æternitatẽ ſibi & ſuis. & tu tribuiſti eam, id eſt uerè tribues ei uitam non quamlibet, ſed longitudinem dierum, id eſt æternam, & non ſolum ſibi, ſed ſuis: quia tribues ſuis longitudinem dierum per interiorem reſurrectionẽ in præſenti, per exteriorem uerò in futuro. Longitudinem dico prolongandam in ſeculum præſens, & in ſeculum ſubſecutiuũ huius ſeculi. id eſt, in ęternitatẽ.

Magna eſt gloria eius.] Tribues quidem ei uitam, & in hoc tuo ſalutari, id eſt, per hanc tuam ſaluationẽ gloria eius erit magna, id eſt glorioſa & æterna uita eius, & ſuorum erit magnifica: quia per hoc impones tu ſuper eum tanquã fundamentum gloriam & magnũ decorẽ, id eſt glorioſos uiros in uirtutibus, & multũ in miraculis decoros. uel glorioſos in conſcientia, uel multũ decoros in uirtutib. & nõ paucos, ſed multos.

Quoniam ſemper dabis eum in benedictionem.] Id eſt in multitudinẽ. in ſeculum ſeculi, id eſt æternaliter: quia nunquam deerunt aliqui perfecti, qui aſſocientur ei capiti,

Digitized by Google

capiti, & tandē lætificabis eum & ſuos in gaudio abſoluto & æterno cum uultu tuo, id eſt in confeſsione ad dextram tuam. Et meritò, quoniam rex iſte nō de ſe prçſumit, ſed ſperat, id eſt ſpē ſuam ponit in te Dño tantum. & nō cōmouebitur per ſuperbiam poſitus in miſericordia altiſsimi, id eſt conſtitutus in diuitijs à te, qui altiſsimus es ſibi datis, ſcilicet in immunitate peccatorū, & in plenitudine diuinitatis ſingulariter ſibi cōceſſa, ſicut primus homo in diuitijs ſuis, ſcilicet in libertate arbitrij, & abundātia uirtutū ſuperbiuit.

Inueniatur manus tua.] Hic ſe propheta conuertit ad regem ipſum, cuius humilitatem hactenus cōmendauit cōmiſerando duritiæ Iudæorum, humilitatē eius non aduertentiū. Quaſi dicat: O Dñe rex, qui tātæ patientiæ futurus es, manus tua, id eſt humilis potentia tua, dum adhuc elata ad percutiēdum tanquē dextre nō erit, inueniatur, id eſt in humilitate recognoſcatur in præſenti ab omnib. inimicis tuis. id eſt, à contradicentib. tibi Iudçis. Illos autē omnes qui te oderunt, id eſt qui in præſenti noluerunt recognoſcere humilem manum tuam ad ſalutem, inueniat tandē ad damnationem dextra tua, id eſt potentia tua, cū iam elata ad percutiendū erit in iudicio ut dextra. Hoc autē eſt diuinæ ſententiæ aggratulatio, non imprecatio.

Pones eos ut clibanum.] Verè odiētes te inueniat dextra tua, quia tu pones eos ita ut ſint clibano ignito ſimiles: quia ſicut clibanus ignitus uaſtatur interius, eodem modo ipſi propria conſcientia uaſtabuntur in tēpore uultus tui. id eſt uultuoſitatis & ſeueritatis tuç, ſcilicet in die iudicij. & tunc Dñs conturbabit eos in ira ſua, id eſt tu quē prius in humilitate Dñm habere noluerunt, conturbabis eos in ira tua, id eſt in ira tibi cōgrua, cui ſcilicet ſeruorū nullus reſiſtere præſumet, cum dices eis: Ite maledicti in ignem æternū. & tunc ignis ille perpetuus qui prçparatus eſt diabolo & angelis eius, deuorabit eos. Et uerè cōturbabuntur, quia tu Dñe rex fructum. id eſt mala opera eorū perdes, nō dando in æternam obliuionem: ut nō puniantur, ſed in hoc perdes, quia ſeparauerunt ſe de terra uiuentiū. id eſt bona remuneratione carebūt. & ſanctum, id eſt imitatores eorum perdes ſeparatos à filijs uerorū hominū, id eſt à bonis, qui Patriarchas & Apoſtolos, & reliquos ueros homines imitabuntur. ipſa enim ſeparatio, erit perditio eorū. Et meritò perdes fructū eorū: quoniam mala illa quæ ipſi putabūt ſe paſſuros te regnante, ſcilicet amiſsionē loci & gentis: declinauerunt iam, id eſt certiſsimè retorquebunt in te in morte tua quantum ad reputationē ſuā. & cogitabit cōſilia, ſcilicet ut mundus poſt te non abeat, & ut ipſi regnū obtineāt. quç cōſilia nō poterūt ſtabilire: quia nō eſt ſapiētia, nō eſt prudētia, nō eſt cōſiliū cōtra Dñm.

Quoniam pones.] Ideo tandem pones eos ut clibanum ignis, & conturbabis eos, quoniā in præſenti primæ reſurrectionis participes non erunt, ut tunc ſint participes ſecundæ, imò dabuntur in reprobum ſenſum: quia tu pones, id eſt facies eos eſſe dorſum. id eſt ita contemptibiles facies eos, ſicut ſunt illi qui ſunt dorſum, id eſt, quos tu contemnis, & non reſpicis. uultum autē eorum, id eſt cognitionē tuam, quæ debuit eſſe eorum, per legem ſibi datā, illam eis ablatam prçparabis. id eſt, collocabis in reliquijs, id eſt poſterioribus eorum, qui per humilitatē fient tuæ reliquiæ, illæ ſcilicet reliquiæ, de quibus dictum eſt: Et reliquiæ ſaluæ fient. Vel aliter. Vultum, id eſt uolūtatem eorum qualis ſit præparabis, id eſt manifeſtabis in reliquijs tuis. id eſt, in inferiori tuo. hoc eſt in corpore tuo, q crucifigent. uel in tuis reliquijs, id eſt in Apoſtolis & ſanctis tuis, quos perſequentur. qui erunt propter te reliquiç. id eſt peripſima & abiectio omniū. Vel aliter uultum eorū, id eſt quod maximè uelint & appetant præparabis, id eſt manifeſtabis in reliquijs tuis, id eſt in deſiderio loci & gentis & cæterorum temporaliū. pro quo te crucifigent, quæ ſunt reliquiæ tuæ, id eſt tuorum à quib. cōtemnūtur. Vel aliter uultum eorū, id eſt cognitionē, quç debuit eſſe eorum, illā præparabis in poſtremis eorum, qui in tempore Antichriſti erūt: & hoc facies per reliquias tuas, id eſt per Heliam, Enoch, quos uiuos relictos ad hoc cōſeruas. Exaltare Dñe. Illos quidē pones, nō interim ad dorſum & tandem perdes qui humilitatem tuam recognoſcere noluerunt. Tu autem Dñs cuius uirtutē ipſi infirmitatē putauerunt, cum dicerent, Deus dereliquit eum: exaltare, id eſt exaltatus, & magnus appare in uirtute tua, reſurgendo, aſcendendo, ſpiritum ſanctum mittēdo. & tunc nos te prius in humilitate recognoſcentes, cātabimus & pſallemus uirtutes tuas, id eſt celebrabimus uirtutes tuas ore, celebrabimus & opere.

IN PSALMVM XXI.

ARGVMENTVM.

ROgat Dominum Dauid factione Abſalon laborans. Aliter, Iudçi de Heſter hunc Pſalmum putāt eſſe cantatū, quòd uidelicet ipſius periculo & interceſsione apud regem ſit populus Iſrael à morte laxatus.

IN FINEM PRO SVSCEptione matutina, Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

SIue in finem ſiue Dauid, quod ad Chriſtum pertineant, notum eſt. Suſceptio autē matutina, tempus reſurrectionis oſtēdit, quando ipſe mortale corpus ueteris hominis conditione depoſita, in magnam gloriam clarificatus adſumpſit. In Hebræo autem ſcriptum eſt, Pro ceruo matutino. quo eundem Dominū ſignificari non dubium eſt, qui interfecerit ſerpentes & uenena conſumpſerit, Iudæisq; canina rabie perſequentibus cœlorū alta petierit. Per totum quidem Pſalmū loquitur Dominus Chriſtus, ſed primo capite derelictum ſe clamat à patre, ut diſpenſatam ſcilicet ſuſceperit paſsionem, potentiſsimam humilitatem ſuam hominum abiectione cōmendans. Secundo loco paſsionem ſacram diuerſis comparationibus prophetauit, deprecans ita ſæuientibus inimicis ſuis diuina protectione liberetur. Tertio cōmonet laudare Dominum Chriſtianos, quia reſurrectione ſua ſua Catholicam reſpexerit Eccleſiam, ne paſsione tantum audita mortalium corda pauerent.

COMMENTARIVS.

D*Eus Deus meus, reſpice me.*] Pſalmus iſte ſic intitulatur: In finem pro ſuſceptione matutina Pſalmus Dauid. Quod ſic exponitur: Iſtç Pſalmus attribuitur Dauid, non hiſtoriali, ſed Dauid in finē, id eſt Chriſto, in quem uelut in finē, id eſt perfectionē omnia tendunt. Pſalmus dico dictus uel cantatus ab ipſo pro ſuſceptione matutina, habent etiā quidam libri pro aſſumptione matutina. quod ad idem redit. Suſceptio autē uel aſſumptio matutina dicitur, reſurrectio ipſa. quādo enim Dñs aſſumptus eſt in çternam uitā, ſuſcipiens carnem quam depoſuerat mortalē, paſsibilem & corruptibilem, factā immortalem, impaſsibilem & incorruptibilem. Matutina uerò uocatur hoc ſuſceptio, uel quia hiſtorialiter mane prima ſabbatorū facta eſt. uel ideo dicitur matutina, etiamſi non in mane, ſed ante facta ſit: quia ſicut matutinale tempus quod dicitur matutinū, quaſi mane primitiuum, & tenebras noctis repellit, & lucem primā diei inducit: ita in reſurrectiōe Dñi & nebula prçcedentiū peccatorum à nobis receſsit, & ſol iuſticiæ nobis illuxit. Sic enim Chriſtus pro delictis mortuus, ita & reſurrexit propter iuſtificationē noſtrā. Dictus eſt ergo Pſalmus iſtç pro ſuſceptione matutina, id eſt pro reſurrectione: quia in eo Dñs noſter orat Deū patrem, ne differat ſuā reſurrectionem in cōmunē om-

nium reſurrectionẽ. Quod nec fecit, quia tertio die eũ reſuſcitauit. Sciendum autem, q. licet intituletur de reſurrectione Pſalmus iſte, prius tamen loquitur multa de paſſione, quæ paſsio eſt cauſa reſurrectionis: unde manifeſtata paſsione cõmodius fit, q. dicitur de reſurrectione. & diligẽtius in hoc Pſalmo quã in aliquo alio Dñs noſter paſsionem ſuã nobis exponit, quia proponit nobis & quod paſſus ſit, & quare paſſus ſit ad exhortandum nos, ut utrumq; quantũ poſſumus imitemur, ſcilicet & aggratulemur eius incarnationi, & cõformemur ei paſsioni, ut & cõiocundemur reſurrectioni: & ut qui audit, dicat, Veni. Notandũ quoque q. in Hebræo habetur in hoc titulo pro ceruo matutina, quod ſatis cõgruè intelligitur. Dicitur enim q. ceruorum natura ſit, ut depulſis tenebris noctis, & accedente luce diei, cum quadã naturali iocunditate ab imis alta petant. Rectè ergo caro Chriſti ceruæ cõparatur, quæ in reſurrectione liberata à tenebris priorũ tribulationũ cum iocunditate & lætitia magna quaſi de imis alta petijt, cũ de corruptione mortalitatis in incorruptionẽ æternitatis ſurrexit. Fœmininum autem quod eſt ceruæ, poſuit propter carnem cui comparatur, quæ eſt eiuſdem generis. Nunc ad literam accedamus. Poſſunt ſex primi uerſus huius Pſalmi dupliciter legi, ſcilicet ut uel caput pro ſe in eis loquatur, in perſona ueteris hominis, qui cũ eo crucifixus eſt, id eſt, in perſona membrorũ ſuorũ, quorum uetuſtatem: id eſt peccata ipſe qui peccatum non fecit in ſe crucifixit. Ipſe enim infirmitates noſtras morte ſua deſtruxit, & uulnera ſuis uulnerib. curauit. Iuxta quod tale eſt, quaſi dicat: Domine pater, Deus omnium per naturam, meus autem Deus ſingulariter per gratiam præ alijs mihi cõceſſam: reſpice me, id eſt meos, quos olim inſpexiſti in primo parente in abundantia uirtutum poſito, quem aſpectum per inobedientiã eiuſdem amiſerunt: illos inquam reſpice per meam obedientiã, quo reſpectu opus eſt, quia dereliquiſti eos per hoc ſcilicet, quia prævalet uetuſtas peccati. & quare dereliquiſti me, id eſt meos. Ideo ſcilicet, quia lõgè fecerunt te peccata eſſe à ſalute meæ, id eſt meorũ. Lõgè enim à peccatoribus eſt ſalus. Hæc uerba planè in nullum caput non in perſona ſua hic loqui. Quo modo enim derelictus, uel longè à ſalute factus, poſſet eſſe ille, qui cum cum ſit filius Dei, Deus eſt & de quo dictum eſt: Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians. & rurſum: In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbum, q. uerbum incarnatũ in cruce pendebat. & hæc talia diceret? Utiq; non poſſet. & quia licet in perſona membrorum hæc dixerit, uerba tamen ſonare uidentur. quid de ſe egerit ſubditur, hoc determinato uerba delictorum m. Quaſi dicat: Verba quæ nunc dixi, ſcilicet reſpice in me, dereliquiſti me, & reliqua: nõ ſunt uerba iuſtitiæ dicta in perſona mea, ſed ſunt uerba delictorũ. id eſt ſunt edicta in perſona membrorum pro delictis ipſorum, quæ delicta feci mea: quia pœnam eorum in me tranſtuli, ut & ipſi facerent iuſtitiam meam eſſe ſuam. Aliter enim nefas eſt intelligere hoc de illo qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Deus meus clamabo per diem.] Oſtendit ſuos uerè eſſe derelictos, quia nec exaudiuntur in proſperitate, nec in aduerſitate. Quaſi dicat: Verè dereliquiſti meos. Nã ô Deus meus, clamabo ego, id eſt clamabunt mei ad te per diem, id eſt, per proſperitatem temporalem ne mutetur. & clamabunt in nocte, id eſt in aduerſitate, ut in melius mutetur. & tamen quia immundis uerbis delictorum clamabunt, tu non exaudies eos: & q. tu nõ exaudies, non reputo ego fieri mihi, id eſt meis ad inſipientiã, id eſt ut inſipientes fiant, ſed ut ſapiant, quod eos clamare uelis, ſcilicet non immũdis uerbis delictorũ pro deſiderio temporaliũ rerũ ad dãnationem, ſed uerbis conuerſionis nouæ ad te in uitam æternam. Sciendum quod Deus hoc quod ſuos in tribulatione non exaudit, ad magnam eorum utilitatem facit, ſcilicet ut intelligãt ipſum medicum eſſe, & tribulationem medicamentorum eſſe ad ſalutem, non pœnã ad damnationem: ſicut tu aliquis ſub medicamento poſitus dum ſecaris, dum ureris, medicus non exaudit te clamantẽ ad uoluntatem, imò ad ſalutem. Multũ enim profuit Paulo quòd pro ſtimulo carnis exauditus nõ fuit, quia & uirtus eius in infirmitate magis enituit: & quia uobis delictorum, id eſt pro temporali ſalute clamauit, propter quod exaudiri nõ debuit. Verbis enim delictorum clamat, quicũq; pro tẽporali commodo poſtulat. Siquis aũt quærat quare Deus qui ſuos in tribulatione immundis uerbis delictorũ clamantes non exaudit, quoſdã qui ſic clamaſſe uidentur exaudiuerit, ſicut tres pueros, quos de camino ignis liberauit, & Danielem de lacu, & Suſannam de falſo crimine: ſciat non illos uerbis delictorũ clamaſſe, & liberatos corporaliter ob hoc tantum eſſe, ut eorum ſaluatio alijs eſſet exemplum. Nec prætereundum, quòd ſicut quidam non exaudiuntur extrinſecus, cum tamen maximè exaudiãtur intrinſecus ad ſalutem: ita quidem exaudiuntur ad damnationẽ, ut diabolus in perſecutione beati Iob exauditus quidẽ fuit, ſed ad damnationem.

Tu autem in ſancto.] Hoc quod meos in tribulatione non exaudis, non eſt ad inſipientiam quidem, eſt autem ad ſapientiam. qui inhabitas in ſancto, id eſt in illo, quem quia non exaudis, ſanctiorem facis. ſcilicet ut intelligat ſe non exauditum eſſe ad ſalutem: quia quos tu inhabitas, illos utique tribulatio meliores facit, uel ut aurum ignis probabit, ut ſi quando inimicus aliquem ex ipſis contingere appetit, aut moleſtia corporali, aut aliquo damno exteriori, aut etiam morte ſuorum, & ei conceſſum fuerit: ille qui contingitur, firmum cor in illo habeat, qui ſe non ſubtrahit, id eſt in Deo: quia & ſi ſubtrahit aurem ploranti exterius, miſericordiam tamen apponit deprecanti interius. Nouit enim reficere nos, qui fecit nos. Tu dico, qui es laus Iſrael, id eſt qui facis laudabilem omnem, qui eſt Iſrael, id eſt, in te intendens, & non de ſe præſumens, ut manum contra uetitum ad illicita extendat, ſicut Adam fecit.

In te ſperauerunt.] Hic remouet, non ex iniuſtitia Dei hoc eſſe, quod ſuos clamantes nõ exaudit: ſed potius ex eorum culpa eſſe, quia immundis uerbis delictorũ clamant. Nam ſi dignè clamarent, eos exaudiret. ſicut patres priores, patriarchas ſcilicet, & illos quos de Aegypto eduxit, ſæpè quia dignè, id eſt uerbis iuſtitiæ clamauerunt, exaudiuit. Quod ſic dicit: Patres noſtri, id eſt anteceſſores noſtri de priori populo ſperauerunt, id eſt, ſpem ſuã in te Dñe, & nõ in ſe poſuerũt. ſperauerunt dignè inquam, & tu liberaſti eos. clamauerunt quoq; nõ uerbis delictorũ, ſed ad te, id eſt, uerbis iuſtitiæ clamauerũt, & ideo à te uerè ſalui facti ſunt: quia ſperauerũt in te & nõ in ſe. & nõ ſunt cõfuſi, id eſt nõ decipit eos ſpes eorũ. Quod ſperauerũt toties ponit nõ uacat, ſed eſt repetitio ad cõfirmationẽ.

Ego autem.] Patres quidẽ uerbis iuſtitiæ clamãtes exauditi ſunt: ego autẽ ut iã nõ loquar in perſona ueteris hominis, ſed loquar ut ego, id eſt, uerbis iuſtitiæ ſecundũ me dico quod ſum uermis, quia & mortalis, & de uirgine ſine uirili cõmixtione natus, ut uermis de materia naſcitur ſine patre. & qui nõ ſum tantum homo propter uerbũ mihi adiunctum. Quaſi dicat: Ego qui factus ſum in homine ultra hominẽ, ut uel ſic humana ſuperbia dignaretur imitari meã humilitatẽ, in quo iuſtitiã patrum & omniũ hominum excedo: ſum tamen ſicut non exauditus à te Dñe, dum meorũ infirmitatẽ in me transfero, & ſicut infirmus ad exemplar eorum rogo. In hoc ſcilicet non exauditus, quia ſum factus opprobrium hominũ in tantũ, ut me etiã alijs imputẽt ad opprobriũ. Pro ſummo enim opprobrio Iudæi habuerunt, q. cæco de ipſo dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis, & reliqua. Et nõ qualiũcunq; hominũ opprobriũ fact^9^ ſum, ſed ſum abiectio plebis, id eſt, à ple-

à plebeis omnibus contẽptus ſum. Quod quaſi diceret, Non ideo Domine factũ quin tu me, cũ ſim in homine, ſupra hominẽ exaudias: ſed quia diſpoſuiſti cõplere per mortẽ meam ſalutem humano generi promiſſam. Hoc in loco dicit quiddã beatus Auguſtinus, quod ſatis congruit huic ſententiæ, hoc ſcilicet: Nunquid qui patres clamantes ad ſe exaudiuit, ad filiũ defecit? Vtiq; nõ defecit, ſed uerè exaudiuit eũ: quia ſalutẽ ante tẽpora promiſſam per ipſum adimpleuit. Nec credendũ, quod Chriſtus pro ſe dixerit, quaſi timens mortẽ: Pater tràſfer, ſi poſsibile eſt, calicem hũc à me, & ſimilia: ſed & noſtra infirmitate hoc dixit, ut nos licet timidos ad paſsionẽ ſuã imitandam confortaret. Non timuit enim mortẽ Paulus, qui dixit: Cupio diſſolui. non timuit eam Laurentius, nõ Stephanus, nec cęteri tales. Quomodo ergo cõuenit, ut quod miles potuit, imperator non poſſet? Nullo modo utiq;. Nunc à principio reiteremus ut in ſupra dictis uerſibus caput in perſona ſua loquatur. Iuxta quod poterit ſolita litera legi, ſcilicet reſpice in me, ſatis cõmode, & eſt quaſi dicat: Domine Deus omnium per naturã, Deus autẽ meus per gratiã, ne reſpicias illos qui inſultãtes mihi dicunt: Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce. ſed reſpice me humilẽ, ita ut reſpectus tuus appareat in me, uidelicet ut facias me de ſepulchro reſurgere, nõ de cruce deſcẽdere. Lõge enim glorioſius & cõpetentius fuit, ut Dominus peracta obediẽtia à mortuis cõtra eorũ opinionem reſurgeret, quã ut quaſi impatiens ad uocem inſultantiũ de cruce deſcẽderet. Præterea quoq; ſi deſcendiſſet, eorũ petitioni uideretur obtẽperare, & ſic eorũ nequitiã corroboraret. Reſpice inquã in me, quia dereliquiſti, id eſt, uideris dereliquiſſe me extrinſecus, cũ morte turpiſsima pateris me ab inimicis affligi. & quare dereliquiſti me ſic? Ideo ſcilicet, quia uerba delictorum meorum, id eſt, manifeſta delicta meorum faciunt te longè eſſe à ſalute mea, exteriori ſcilicet, id eſt, exigunt hoc ut exterius in corpore nõ ſalues me, ſed permittas exterius meum tunc mori in cruce, ut per mortem meam peccata illa deleantur.

Deus meus clamabo.] Ideo uideor eſſe derelictus à te, quia ego clamabo & in me & in meis, & tu nõ exaudies me. Et debemus hic in eo clamorẽ accipere, quẽ nõ prò ſe fecerit, ſed pro noſtra infirmitate, ut qđ dixit: Pater ſi poſsibile eſt, & ſimilia. In quib. quod uidetur extrinſecus quantũ ad literã, nõ exauditus, cũ tñ uerè ſecundũ q̃ corde intẽdebat, ſit exauditus nõ ſolũ in his, ſed ubicũq; uoluit. dies uerò in hac ſentẽtia dicitur caro eius à tenebris peccatorũ abſoluta. Nox quoq; dicit Paulus & cęteri fideles, qui quantũcunq; ſunt perfecti, tamẽ quia non ſunt immunes à peccato. Iuxta illud: Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, & reliqua. nox ad comparationẽ dominici hominis rectè dicuntur. Litera ſic dicetur. Clamabo per diẽ. id eſt, per propriũ corpus meũ. quod eſt dies. & clamabo in nocte. id eſt, in meis. qui quantũ ad me nox erunt. & tamen tu nõ exaudies me. id eſt, uidebor ego non exauditus & mei nõ exauditi. Et hæc non exauditio, nõ erit mihi uel meis ad inſipientiã, uel potius ad ſapientiam ut ſupra dictum eſt.

Tu autẽ.] Hoc ideo apponitur, ne uideretur patrẽ deſpexiſſe, filiũ non exaudiũ. Quaſi dicat: Videor quidẽ non exauditus, & in hoc deſpectus. Tu autẽ non me deſpicis, quia habitas in me ſancto tuo. Deus enim erat in Chriſto, &c. tu dico laus Iſrael, ut ſupra.

In te ſperauerunt.] Ad primũ uerſum cõtinuatur ita: Nõ mirũ ſi uideor à te Domine derelictus, quia cũ patres etiã pro terrenis clamantes olim exaudieris, me digne clamantẽ nõ exaudire uideris. Litera eodẽ modo exponitur ut prius, niſi quis & ſperare & clamare, & liberari & ſaluari, ad terrena referũtur. Terrena accipiuntur hic uictoria de inimicis, & aqua quæ in deſerto de petra profluxit, & cætera talia pro quibus patres ſunt exauditi.

Ego autem.] Patres quidẽ ſunt exauditi, ego autẽ uideor non exauditus: quia ſum uermis, id eſt, negligũt me dãnare inimici, ſicut uermis à cõculcante negligitur & quaſi non ſim homo, id eſt, quaſi nec humanitatis reſpectus in me habeatur. Quod uerè putatur de me, quia factus ſum opprobrium hominum & abiectio plebis ut ſupra.

Omnes uidentes me.] Quaſi dicat: Hoc modo ſum factus opprobriũ & abiectio: quia omnes uidentes me deriſerunt me, & locuti ſunt de me cũ dixerunt: Aue rex Iudæorũ, & ſimilia. ſolis labijs, & nõ corde, & mouerunt caput corporis, inſultãdo mihi exterius: quia prius mouerãt caput, id eſt, mentẽ interius à uero cõtuitu, ſcilicet ut non intelligerẽt in me ſuper egenũ & pauperẽ. Ipſi dico dicentes ad inuicẽ de me, Iſte ſperauit, id eſt, dicit ſe ſpem poſuiſſe in Dño, & ideo eripiat eũ Dñs, ut à nobis nõ tribuletur, & ſaluũ faciat eum, ut mortem non patiatur. Quod uerè faciet, quoniam dicit: Quia ipſe Dominus uult eum, id eſt, diligit eum. hoc eſt ironicè dictum.

Quoniã tu es.] Ideo ſic me deſpiciũt, quia nihil in me pręter infirmitatẽ humanã attendũt: & hoc ideo, quoniã tu extraxiſti me de uẽtre matris, id eſt, feciſti me eſſe hominẽ. hęc enim eſt cõmunis lex omniũ naſcẽtiũ, ut de uẽtre extrahãtur. uel tu es qui extraxiſti me, &c. id eſt, tu ſolus per gratiã ſanctus tu uia mihi naſcendi fuiſti de uirgine, nõ humanus pater, per quod uideor eſſe cõtrarius, q̃ diſsimilis ſum eis, & tu es ſpes mea, id eſt, ſpẽ meã te feci ab uberib. matris meę, id eſt propter humanã infirmitatẽ, quã ex matre cõtraxi. Nã ſecũdũ rem nõ es tu ſpes mea, ſed pater meus ante omnia tẽpore, & ex utero. i. ex humanitate hoc habeo, q̃ ſum iactus per ſpẽ in te: ex gratia uerò, q̃ à peccatis me liberaſti. eſt hoc q̃ proiectus ſum. i. porrò iactus ſum in te: quia plus alijs cõfido in te: & hoc ideo, q̃ tu es deus meus. i. creator meus factus es, nõ ſecundũ uerbũ, q̃ tibi coæternũ & cõſubſtantiale eſt, ſed de uentre matris. i. ſecundũ humanitatẽ ſumptã ex matre. Poſſunt hi duo uerſus aliter quoq; dici, & ſic cõtinuari: Ideo Iudæi tã ignominioſa dicũt cõtra me, quoniã carnali legi eorũ nõ cõſentio. Nã tu Dñe extraxiſti me de uentre matris ſynagogę, id eſt, feciſti ut nõ clauderer tenebris carnaliũ obſeruantiarũ, ponendo mihi ſalutẽ in eis, quæ ſunt quaſi uenter ſynagogæ, multos conſumẽs: cuius tenebris clauditur, quiſquis nondũ in lucem Chriſti renatus, ſpem certã ſalutis ſibi ponit in carnali obſeruatiõe ſabbati & circũciſionis, cæterorũq; taliũ. & tu es factus ſpes mea, id eſt mei remoti per te ab uberibus matris meæ ſynagogæ, ſcilicet ut nõ ſugerẽ tanquã ubera carnales obſeruãtias delectando in eis, ſicut ipſi faciunt. & ex utero ſum proiectus in terrã, id eſt, uterus matris ſynagogæ, qui me nõ pertulit, eiecit me à ſe, & tamẽ nõ cecidi, quia proiectus ſum poſitus in te, qui me nõ labi in peccatis permiſiſti, ſed ſuſtuliſti, in ſpiritualibus: & tu es Deus meus de uentre matris, id eſt uenter matris ſynagogæ non potuit hoc efficere, ut tanquã paruulus obliuiſceret tui: ſed te Deũ meum, id eſt defenſorẽ & adiutorem meũ conſtitui, & ideo tu Domine ne diſceſſeris à me, id eſt ne ſubtrahas mihi auxilium, uel ne differas reſurrectionẽ meã in communem omnium reſurrectionem.

Quoniam tribulatio proxima.] Ideo ne diſcedas, quoniam tribulatio proxima eſt, id eſt, infirmitas mortalitatis & paſsibilitatis, per quam tribulationi ſubiaceo, eſt proxima mihi, quia in me ipſo eſt, uel tribulatio proxima eſt, id eſt, qui tribulaturi ſunt me, iam circa me ſunt: nec eſt homo qui adiuuet me, & ideo maximè egeo tuo auxilio: nec fruſtra, quoniam circundederunt me uituli multi, id eſt, multitudo laſciuientis populi circumdedit me ad damnationem meam, & pingues tauri, id eſt, principes eorum in terrenis proſperitatibus ſuperbientes obſedarunt me tanquã reum & damnandum.

Et aperuerũt ſuper me os ſuũ, nõ meũ. i. dãnauerunt me non de ſententijs ſcripturarũ, ſed de cõcupiſcen-

tijs ſuis. ipſi dico exiſtentes ſicut leo paratos ad dauorandum, qui eſt rapiens & rugiens. Rapiens lao fuerunt Iudei, quando Dominum & aæperunt & ligauerũt, & ad pontifices adduxerunt: rugians uero leo fuerũt, cũ una uoce Pilato dixerũt, Crucifige, crucifige eũ.

Sicut aqua effuſus.] Aparuerunt inqoam os ſoum, & hoc modo effuſus ſum, id eſt, uilitar ſine omni circumſpectione & cuta ab eis damnatus ſum, ſiaot aqua inter cætaros liqoores incircumſpactius effonditur & ideo omnis oſſa mea, id eſt, omnes robuſtiores de meis diſperſi ſunt. Vnde dictum eſt: Percuciam paſtoré, & diſpergẽtur ouea gregis, & quia oſſa diſperſa ſunt, idso aot niaum, id eſt, doctrina ſcripturarũ, quæ ideo eſt cor meum: quia agit de interiori meo præcipuè, id eſt, da diuinitata & quæ prius firma erat, facta eſt liqueſcans, id eſt, labijs. & infirma in medio uẽtris mei, id eſt, in corda meorum, qui mollioras & iofirmiores erant, ſicut uẽter in corporis partibns molliorum aſt, & aſt breuitat hæc ſententia præconia ſcripturarum, quæ teſtabantur ſalutem mundo futuram per me, & prius à meis firma credebantut apud Imperfectioras dubia facta ſunt, cum me damnatum morte uiderũt. Vnde & duo ex eis, ipſo cum ais poſt reſurrectionam eunti in uia, quaſi dubij facti dixarunt: Nos ſperabamus quòd ipſe redempturus aſſet Iſrael. & quia cor liqueſcens factum eſt, id eſt, uirtus mea, qoæ prius ſolida & firma uidebatur, aruit, id eſt, uiluit tãquam teſta, id eſt, fragilis facta eſt. & ideo lingua mea, id eſt, meorum, adhæſit faucibus ipſorũ, id eſt, omnaa præcones mei tacuarunt. & hoc ideo, quia deduxiſti ma reputatione illorum, in pulucrem mortis, id eſt, putauerunt me tanqum unumquamlibet mortuum in puluerã redigi, & non à te ſuſcitari. Poſſunt qnoq; tres hi prædicti uerſus aliter exponi, ſi in Sicut aqua affuſus ſum, alia ſimilitudo notetur. Aqoa enim effuſa & lapſum parat, & ſordes abluit, & terram in qua affunditur irrigat. Sia & mors Chriſti & lapſum perſecutoribus Iudæis, ſi non exterios, ſaltem interius per mentis cæcitatem parauit. Contigit enim ex parte cæcitas in Iſrael, & ſordes peccatorum in credentibus abluit, & corda fidelium doctrinæ imbre rigauit. Vnde da eodam dictum aſt: Ecce factus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſraal. Iuxta hss autem diuerſas ſimilirudines, ſequantia aiiam taliter diuerſificantur. Effuſus ſum ſicut aqua, id aſt, in damnationa mea mentis ruinam quibuſdam paraui, & idao illis parlequentibus omnis oſſa mea, id eſt, Apoſtoli & omnes ualidiores mei diſperſi ſunt, id eſt, cõturbati & obiq; fugati ſunt. & quia oſſa diſperſa ſunt, ideo factum aſt cor meum, &c. ideo etiã infirmiores conturbati ſuot. Litera in hac ſequenti lactiona non mutatur. Iuxta aliã uerò ſimilitudinem ita dicetur: Effuſus ſum ſicut aqua, quia & ablui & rigaui: & hoe modo ablui & rigaui, quia oſſa mea omnia, id eſt, omnes Apoſtoli & præcones mei diſperſi ſunt ad prædicandum per totum mundum. & hoc modo cor meum, id eſt doctrina ſcripturarum, quæ prius erat dura ad intelligendũ, facta eſt per eos liqueſcans ranquam cæra, id eſt mollis & intelligibilis, etiam in medio uentris mei, id eſt, in corde infirmorum. & per hoc uirtus mea, quæ prius putabatur mollis & debilis aruit, id eſt, induruit & roborata eſt in cordibus meorum, tanquam teſta in igne racocta. & lingua mea, id eſt meorum, adhæſit faucibus ipſorum, id aſt, ita inceſſanter & uelociter locuta eſt in prædicationa, ut nea moram immoram aliquam facere uideretur, ſed quaſi faucibus hærare, & continuè uerba proferra: & quia prædicatio meorum increbuit par hoc Domina, deduxiſti me in puluerem mortis, id aſt in notitiam gentilium, qui prius fuerant puluis mortalis, quia imbrẽ diuini uerbi non ſuſceperant: uel qui peccanis uſq; ad mortem impuluerati & fœdati erant.

Quoniam circundederunt me.] Ideo deduxiſti me in notitiam gentium, quoniam illi ad quos me prius miſiſti, id eſt, Iudæi repulerunt me, quia oelot canes aircũdadaruot me. Iuxta aliam uerò de pnluere mortis ſententiam, uerſus iſte remotius continuabitur ita: Ideo rogo Domioe ne diſcedas à me, quoniam canes, id eſt Iudæi magis ex ſolito quàm ex ueritate latrantes, nõ pauci, ſad molti circundederunt me, non ad imitandum, ſed ad damnandum. Et uerè multi, quia concilium, id aſt unioerſus cœtua malignantium Iudæorũ obſedir me, in iudicio damnationis na euaderem. & obſidentas foderunt manus meas & pedes meos, clauis in cruce affixis: & dinumerauerũt omnia mea oſſa, id eſt, ira ma in cruce extenderunt, ot dinumerare poſſent omnia oſſa mea: & tamen ipſi qui maximè debuerunt me uenerari, quorum mortuos ſuſcitaui, infirmos curaui, & ad quos miſſus fui, ipſi inqnam oero, id eſt in ueritare conſidaraoerunt, id eſt, ſimul maiores & minores uiderunt me: oculos quidam uſque ad carnem intendentes: ad diuinitatem uerò nõ pertingentes, & inſpexerũt, id aſt ſpectaculum qoo gauderent in me, ſibi faceruot. Er cruaifigentes me, diuiſerunt ſibi cætera oaſtimenta mea: meliorem autẽ ueſtem meam, tunicam ſcilicet inconſutilem, quia precioſa erat, nõ diuiſerunt, ſed ſortem cui obtingaretur, integram ſuper eam miſerunt. Qood non ex eorũ uoluntate, ſad ex diuina diſpenſatione geſtum. Poſſunt hi duo uarſus quos hiſtorialiter expoſuimus, ſpiritualiter quoqua intelligi, ut ſic dicatur: Non ſolum in me qni uirida lignum eram, Iudæi obſidentes inſurrexerunt: ſed atiam in arido ligno, id aſt in mais multa mala fecerunt: quia fodarunt, id aſt, laniauerunt manus meaa, id eſt maiores inter meos, in quibus non ſolum oerbo, ſad atiam mirificis miraculorum ſignis operabar, apoſtolos ſcilicet qui prædicabant Domino cooparante, &c. & foderunt pedes meos, id eſt, minores præconea meos, qui licet miraculis in taotum nõ corruſcarent, tamen pedes mei erãt: portantes me ad notitiam hominom, & omnia oſſa mea, id eſt, omnes illos in quibua aliquod robur uirtutis apparuit, dinumarauerunt non ad imitandom, ſed ad damnandnm. & ipſi qui uenerari eos non perſequi debarãt, quia ad ipſos ſicut & ego principalitar miſſi ſunt, aonſiderauerunt eos in tribulationibua, & in ipſia quaſi ſpectaculum habuerunt. & quidam ex eis diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, id eſt imitatorea meos tam apoſtoloa, q̃ reliquos da quibus dictũ eſt: Viuo ago dicit Dominus, quia his omnibus uelut inueſtimẽto uaſtieris, ut Corinthij fecerunt, qui potantea gratiã baptiſmi per baptizaotiũ merita uariari, dicebãt: Ego ſum Cephæ, ego Pauli, ego Apollo, & ſimilia. Vel poſſumus accipere oeſtimenta ſacramenta eccleſiaſtica, quibus ipſe tagitur & quaſi ueſtit. quæ ſacramẽta atiã diuarſo modo accepenit. Quidã anim dixerunt in baptiſmo ſola actualia remitti, non originalia: quidã ſola originalia, & ſimilia. Et notator hic ſraudulẽta perſecutio ab hæraticis facta, ſuperios uerò uiolenta.

Et ſuper ueſtes meas.] Iſtud nõ ad malũ ſicut ſuperiora: ſed ad bonũ referendũ eſt. dicit tamen da aiſdẽ ſuprà notatis malis, randẽ aõuerſis. nec mirũ, cũ nulli niſi ex peccatorib. ſalui facti ſunt. Accipit aũt hic per ueſtem inconſutilẽ Dñi deſuper textã, unitas fidei & charitatis, quę deſupar texta aſt: qoia à Dao prius proceſſit, q prior nos ſic dilexit, ot filiũ ſuũ unigenitũ pro nobis daret. Et hæc ueſtis nõ ſcindit, quia unicuiq; fidei unitas dat, nõ ſciſſa, ſed integra dat, & ſors ſuper eã mittitur: quia nulli per meritorũ elarionẽ, ſed p gratiã ſolã q̃ per ſortẽ intelligit, dat. & ideo ſors rectè ſuperponitur, quia gratia pręcedit. Eſt aũt ſeotẽtia talis: Miſarũt ſotrẽ ſuper uaſtimẽta mea, id aſt, qcũq; ex illis ueſtam meã. i. fidei unitatẽ ſoſceperũt, miſerũt fortã ſup eã. i. intellaxarũt ſe eã aacapiſſa nõ ex meritis, ſed ex gratia.

Tu autem Domine.] Illi quidem & me & maos ita perſequũtur: tu autem Domina pater na elongaueris auxiliũ tuũ à me & à meis, ſed conſpica ad deſenſionẽ meã & meorũ, hoc modo ſcilicet: Erue animã maam

per

per teſurrectionem à fremea, id eſt, ab inimicorũ ſententia, quæ necat ut framee, qui dicunt de me, Deus dereliquit eom. & unicam meam & ſponſam meam eccleſiam unicè dilectam erue de manu canis, id eſt, de poteſtete cuiuſq; contradicentie inimici. Et ſalue me ex ore leonie, id eſt, da perſeoerãtiem meis ot per hoe populi parati ad deuorendom ut leo, non deuocentur. & humilitatem meam, id eſt, me humilem ſalua à cornibue, id eſt, à ſuperbia & arrogantia unicornium, id eſt, Iudæorum ſiogulari ſuperbia iuſtitiæ ſeeri gentium. Vnicornie enim enimal eſt, unum cornu habens, cui comperentur Iudæi, qui quaſi unũ cornu habebent: quia in uno tantum teſtamento & in terrenis promiſsie, non in cœleſtibue confidebeot.

Narrabo nomen tuum.] Hactenue oſtẽdit quia peſſus ſit, inſeruit etiam de reſurrectione, & in his duobue proximis uerſib. & ſuperioribue, ubi dixit, Ne diſceſſerie à me: nunc autẽ ingreditur oſtendere quare paſſue ſit. Queſi dicat: Ideo peto me & meoe ſalueri, quie narrabo ego, & nerrabunt mei nomẽ tuom, id eſt, gloriem & leudem tuam, ſcilicet quod de peccatoribue iuſtoe & de damnene facie in regnum aſſumptos, fratribue meis, id eſt, alijs renatie de eodem fructu ſpiritueli ſcilicet, unde ego natue ſum & leudabo te ego & mei in medio eccleſiæ, id eſt, non tantum in eccleſia de Iudæie, ſed in catholice, id eſt, in communi eccleſia, cuiue unue parice de Iudæis, alter uerò de gentibue acceſeit, qui per me angularem lepidem coniuncti ſunt, uel quia unuſquiſq; etiam fidelis eccleſia dicitur, poſſumus ita dicere: Laudabo te in medio eccleſiæ, id eſt, in corde cuiuſq; fidelie, qui membrum eſt eccleſiæ. Laudabo inquam ita dicene: Omnes qui timetie Dominum timore caſto non ſeruili, laudate eum uera laude, opere ſcilicet nõ ore. Timentee eutem Dominum accipio ſemen Iacob, & ſemen Iſrael. & ideo ſemen uniuerſum, id eſt, uoe omnes qui eſtie imitatores Iacob poſteriorie ſcilicet, cui meior ſeruiet, quia eſtie ueri ſupplantatoree uitiorum: uoe inquem glorificate Dominum non ſolum ore, ſed & opere. & omne ſemen Iſrael, id eſt, omnee qui cum prius eſſent ſemen Iacob, id eſt, renati io fide, qood intelligitur per Iacob facti ſunt ſemen Iſrael, id eſt, reperati ad uiſionẽ & ueiem ſpeculetionem, ſicut perſona eadem prius dicta Iacob meruit dici Iſrael. Omnes bi inquam timẽt uero & caſto timore Dominum, qui meritò timendue atq; leudandue & à me & ab ipſis eſt. Quoniem non ſpreuit habitum pauperis in me, neq; deſpexit depræcationẽ factam pro peccatis meorum à me. Vt hãc: Pater ſerua eos quoe dediſti mihi, & huic ſimilee. Et uerè non deſpexit, quia nõ auertit à me uel à meis faciem, id eſt, præſentiam & beneuolẽtiam ſuem, quia exaudiuit me pro me & pro meie, cum clamaui ad eum.

Apud te laus mea.] Hic ſe conuertit ad Dominũ. Quaſi dicat: Ideo me exaudioiſti, quia laue mea eſt apud te, id eſt, ego non quæro laudem niſi tuam, uel cupio, ut & tu leuderie in me, & ego in te io eccleſia non parua, ſed etiam magne. Parua fuit eccleſia, quando Petrue qui figurem eius gerebat ad uocem ancillæ extimuit atq; negauit: magna uerò fuit, cum idem Petrue poſt gratiã ſpiritue ſancti de cœlie in igne ſuper Apoſtoloe miſſam, coram tyrannie & principibue dixit: Obedire Deo oportet magis quam uobie. Poteſt quoque aliter diſtingui iſtud, ut dicatur per ſe: Laue mea eſt apud te & uota mee, id eſt, uota quæ feci, cum me ipſum in era crucie obtuli: illa reddam in eccleſia magna, id eſt, iterum per quotidiana ſacrificie meorum in ſacramentie offeram. uota dico eadem uerè in conſpectu timentiom eum, id eſt, quantum ad intellectũ bonorum: & non ſiunt eedem in conſpectu malorum, qui nihil in ſacramentis, niſi quod extenus apperet intelligũt. Vel aliter: Vota quæ in ara crucis obtuli, reddam, id eſt, iterum dabo in meie qui per ſe ipſoe offerent, ſicut ego me obtuli. Reddam dico in conſpectu, id eſt, in anime timentium Dominum. In qua ueritate conſpiciunt, quie etſi exterioe oon patiantur, temẽ in anima ſemper parati erunt, ut ſi locue fuerit: ſicue ego animã pro omnibus poſui, ita & ipſi nõ dubitent animae pro fratribue ponere.

Edent pauperes.] Ego autem qoidem reddam uota, de quibue uotie edent peuperee, id eſt, mundi contẽptores edent quidem realiter, ſi ed ſacramente referatur: & ſaturabuntur æterneliter, quia intelligent in pane & uino uiſibiliter ſibi propoſito aliud inuiſibile, ſcilicet corpus uerum & ſanguinem uerum Domini, quę uerus cibus & uerue potue ſunt, quo non uentree diſtenditur, ſed mene ſaginatur. Si autem ed paſsionẽ referatur, ita dicetur, Edent peuperee uota mea, id eſt delectabuntor ſicut aliquis in ſuaui delectatur edulio in mea paſsione: ſed ſerutabuntur, id eſt imitabuntur. Ipſa enim imitatio, eſt ſaturitatis uerę eructetio, poſtq̃ ſaturitatẽ nec formidabunt huius mundi inopiã, nec cõcupiſcent copiem: & tunc laudabunt Dominũ uera laude, illi qui cum eũ in Adam anteq̃ peccaret, quęſiſſent, & in eodẽ per inobedientiã eũ amiſiſſent, modò requirunt per fidẽ & operetionẽ bonam: & in hoc laudabũt eũ, quia licet pro peccatis corpora moriant, corda tamen eorũ uiuent per fidẽ & bona opera in ſęculũ ſeculi, id eſt æternaliter. & per hoc uiuet. Reminiſcentur & cogitatione & opere Deũ, quaſi priue obliti, & ſic qui priue auerſi fuerẽt, integrè cõuertent ad Dñm, ut eius impleant uoluntetẽ, uidelicet uniuerſe fines terræ, id eſt omnes qui iam finierunt in ſe omnẽ terrenitatẽ. Et cõuerſi adorabunt Dñm, & uenerabũtur & laudabunt Dominũ non fictè, ſed in conſpectu eiue, id eſt in corde, ubi ipſe conſpicit, & hoc nõ feciũt peuci, ſed uniuerſæ familiæ gentiũ: id eſt nulla familia erit in gentibus etiem quę nõ ſint adorantes Deũ. Familiee autẽ accipit pro diuerſis netionibus, ut ſunt Scoti, Britanni, & cæteri. Vnde etiam in alia tranſlatione quedã, Vniuerſæ patriæ gentiũ. Et meritò omnes gentee adorabunt Domioum, quia regnum Domini ſunt, & ideo ipſe in eis dominabitur.

Manducauerunt omnes pingues.] Non ſolum peuperes edent de uotis meie, ſed etiã omnee pinguee terræ, id eſt omnimodi diuitee in terrenie, ſcilicet qui nihil qđ terrenũ ſit, à ſe elienauerunt. Illi quod manducabunt cũ peuperibus uota mee realiter, quantũ ad ſacramẽta. & adorabunt, quia cũ quedam exteriori uenerati one accedent, uel manducabunt, id eſt delectabũtur in paſsione mea. & adorabunt ſimulantes uenerationẽ meam uerã, ſed nõ ſaturabuntur: quia omnee qui deſcendunt in terrẽ, id eſt qui ſolis terrenie delectantur, uel qui in ſacramẽtis nihil niſi quod terrenũ & uiſibile eſt attendunt, cadent, id eſt caſum patientur damnationis æternę. in conſpectu, id eſt in anima ubi ille cõſpicit, quem fallere putauerunt.

Et anima.] Illi quidem cadent, anima aũt mea, id eſt meorũ, hic nõ cadet, ſed ſtabit: quia uiuet nõ ſibi, ſed illi: non ſuã, ſed Dei uoluntatẽ operabit̃. Vnde ait Apoſtolue: Viuo iam nõ ego, uiuit uerò in me Chriſtus. Et ſemen meũ, id eſt imitatoree meorũ ſeruient ipſi Domino, ſcilicet patri cuiue emptitij ſerui ſunt. Et meritò uiuent & ſeruiẽt ipſi, quia generatio uera uentura ſpiritualis ſcilicet, non carnalis annunciabit̃ id eſt adſcribetur nõ Petro uel Paulò, uel alicui aliorũ. ſed ſolẽ Domino. Nota ſimilitudinẽ. In lege præceptũ fuit, ut ſi quie ducens uxorẽ, moreretur abſq; liberis, frater eius eandẽ duceret uxorẽ, ut ſuſcitaret ſemẽ fratri mortuo: & filij qui naſcerent̃, nõ nomine uiui, ſed defuncti nomine uocarent̃. Sic & Chriſtoe duxit ſponſam ſuã eccleſiã, ſcilicet q̃ quaſi ſterilis fuit ipſo uiuẽte, qa paucos genuit: mortuo aũt in ara crucie Chriſto, fratree eius, apoſtoli ſcilicet ſuſceperũt uxorẽ eius eccleſiã: & multos filios in ea per uerbũ p̃dicationis genuerũt, q oẽs nomine defuncti uocant̃, nõ nominib. ipſorũ. Dicunt̃ enim Chriſtiani & filij Dei, nõ Petrini uel Paulini. Vnde dicit̃ rectè, Generatio annũciabit̃ Dño,

quæ

qoæ oentura eſt: & per hoc uentura, quia cœli, id eſt, apoſtoli & alij ſancti præcones annunciabunt iuſtitiam, id eſt perfectam obedientiam eius, cuiua illa eſit generatio populo qui naſcetur, non carnaliter, ſed quem Dominua faciet par ſpiritum ſanctum naſci in fide & operibus bonis, cuiua ut dicit Apoſtolos, facto ra atq; figmentum ſumus.

IN PSALMVM XXII. ARGVMENTVM.

REditum populi de Babylone prædicit, enumerans quantis redeuntes in itinere ſolatijs uſi ſunt Dei, quanta poſt reuerſionem rerum ubertate donati. Item uox eccleſiæ poſt baptiſmum ad Heſter. Aliter quia in uigeſimo primo pſalmo habuimus tribulationem paſſionis, in uigeſimo ſecundo lætitiam reſurrectionis accepimus.

PSALMVS DAVID.

EXPLANATIO.

LOquitur per totum pſalmum renatus in baptiſmo Chriſtianus, gratias agens quia de ariditate peccati ad loca paſcuæ, & ad aquam ſit refectionis inductus. Et notandum, quia ſicut antea Decalogum legis accepit, ita hic decem beneficijs ſe gaudet eſſe ditatum. Hic pſalmus quia diuiſionem in perſonis non habet, ſed in rebus, non diuiſiones ut in alijs pſalmis, ſed æras numeri per ſingulas quaſq; partes adfiximus.

COMMENTARIVS.

DOminus regit me.] Pſalmoa ipſi Dauid, id eſt, cuiqua perfectæ animæ attribuandus. Eſt autem in hoc Pſalmo uox uel cuiuſqua perfecti da eccleſia, uel totius eccleſiæ, attendentia magna & innumerabilia beneficia, à Chriſto paſtore uero ſibi collata, & in eis aggratulantis atque commendantis conſortibus aa, id eſt poſteris ſuia, ut qui nondum expertus eſt ea quàm dulcia ſint, feſtinet experiri, nec tardet conuerti. Qui uerò experti ſunt, ſtudeant in meliua refici illis paſcuia uberrimis, quibua non uenter diſtenditur, ſed mens ſaginatur. Tale aſt ergo quaſi dicat: Adam peruerſor diſtorſit ma, Dominua autem, id eſt Chriſtus, qui paſtor aſt uerus, regit me ut à ueria paſcuis non deuiam: uel paſcit me iuxta aliam tranſlationem, quo regenta me nihil mihi deerit, quod neceſſarium ſit. Nam etſi aliquam indigentiam boni patiuntur exterius, nihil tamen eis deeſſe: quia illa indigentia plus prodeſt quàm obſit, quia eſt animæ ſaturatio. Vnde dictum eſt, Timentibus Deũ nihil deeſſa, & tauata nihil mihi deerit, quia poſuit me in loco tali, ubi & paſcar & potet. Et tractum eſt à ſimilitudina pinguium paſcuorum. Quod ſic dicit: Collocauit me, id eſt me eccleſiæ, de gentibua & Iudæis ſimul locauit ſuper aquam refectionis, id eſt ſuper aquas baptiſmi, quæ noa refecerunt: quia reparauerunt noa de uetuſtate in nouitatem: & ſuper aquas ponimur, quia gratia baptiſmi eſt conuerſationis nouæ fundamentum: ma dico poſitam in loco paſcuæ, id eſt, io eccleſiaſticia inſtitutia, ubi multæ ſunt paſcuæ, id eſt, plures ſcripturarum doctrinæ, quæ paſcunt animam. & non in quolibet loco ſunt poſita, ſed ibi ubi ualde iucondum eſt & delectabile. Sciendum quod cum regula Grammaticorom pluraliter tantum paſcua paſcuorum dicit, diuina ſcriptura quę non ſobiacet illi, & hæc paſcua, huius paſcuæ, & paſcuæ pluraliter dicunt. Collocauit me inquam ſuper aquam rafectionis, & deinde educauit me in paſcuis illis non deſtructorijs, ſed nutritorija aquis, ſcilicet ſuper addendo hiſtoriali intellectui moralẽ, & poſt ſpiritualem: & hoc modo conuertit animam meam ad ſe integre, non habentem maculam & rugam: & deduxit me, id eſt de uirtute in uirtutem duxit ma. poſitum ſuper ſemitas iuſtitiæ, id eſt in artia præceptis iuſtitiæ ſuæ, in quibus pauci ambulant: ſuper quas ſamitas illa eſt, qui quia uolens nõ coactus in eis eſt, ipſas ſibi ſubiugauit, non ſuper ſa habet, qui non premitur ab ipſia, & hoc non fecit per meritum meum, ſed propter nomen ſuum glorificandum per me.

Nam & ſi ambulauero.] Hic conuertit ſe ad Dominũ aggratulando beneficijs eius, & commendando ea, & ſic continnatur: Verè ſum ſuper ſemitas, quia ampliua non timebo mala, id eſt capitalia crimina ad mortem docentia: & ſi ambulauero, id eſt, quamoia conuerſatus fuero in medio umbræ mortis, id aſt inter eos qui ſunt umbra mortia æternæ ſibi affuturæ: ſpem cuiua in ſe repræſentant, quia umbroſi & tenebroſi in corde ſunt, ſicut umbra repræſentat corporis illiua figuram, cuiua eſt uel in medio umbræ mortia, id eſt in ignorantia, quæ medium, id eſt communia eſt omnibus, ut teſtatur Apoſtolus dicens: Ex parte enim cognoſcimus, & ex parta prophetamus, &c. qoæ ignorantia eſt umbra mortis, id eſt, ſimilitudo mortalis ignorantiæ, quæ erit in tenebria exterioribua tandẽ. Vel in medio umbræ mortis, id eſt in præſenti uita & communi, quę per quotidianoa lapſua quos quilibet in ea patitur, eſt umbra, id eſt figura mortia, id eſt, mortalia lapſua quem detruſi in gehennam patientur. & ideo non timabo mala, quoniam tu mecũ es nunc per fidem, qoandoq; futurua per ſpeciem. Virga tua, ideo etiam non timebo mala, quia uirga tua, id eſt paterna correctio tua, & baculus tuus, id eſt, auxiliom tuom, quo quaſi baculo ſuſtentor. uel uirga, id eſt minor correctio tua, qua me dum paruulua eram, aruiſti: & baculua tuus, id eſt grauior correctio tua, qua me adultum da animali uita in ſpiritualem, ut in ea proficiã ſtimulas. Virga enim minoribus minari, baculo uerò maiora ſolemua urgere animalia. Hæc inquam utraq; non me conturbauerunt, ſed ipſa eadam conſolata ſunt me. Et hoc ideo, quia tu paraſti ea menſam, id eſt, feciſti ea iucundam refectionem in conſpectu meo, id eſt in anima mea, quæ eſt uerus conſpectus meus aduerſus eos, id eſt contra opinionem illorum, qui ma tribulant. Quod enim illi putauerunt mihi eſſe ad triſtitiam, feciſti mihi eſſe ad lætitiã. Vel aliter, paraſti mẽſam in conſpectu meo, id eſt, propoſuiſti mihi in exẽplum patientiam Dominicæ paſsionis, ut in aa reficerer ſicut in menſa, & delectarer aduerſoa eoa, qui me tribulant, uidelicet ne crederem eis, quantumcunque ſæuirent. Vel paraſti mihi manſam, id eſt diuinam ſcripturam, reficientem & conſolantem me, cum dicit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam non poſſunt, & multa talia. Beatus Petrua dixit etiam: Omoa gaudium axiſtimata fratres, cum in uariaa tribulationea incideritia.

Impinguaſti.] Quia menſam paraſti, in eloa paratione impinguaſti caput meum, id eſt lætificaſti mentem meam oleo, id eſt ſpirituali lætitia. Oleo enim inunguntur ſacerdotes & reges, in qua unctiona lætificantur. unda oleum pro lætitia ponitur. Pro ſpirituali uerò ideo, quia omnem illam lætitiam excellit, ſicut oleum alija ſupernatat liquoribus. Impinguare autem poteſt accipi pro mitigare, quia ſpiritualis lætitia mitigat ab exterioribus aſperitatibua corda, ſicut mitigatur extrinſecus, quod inungitur oleo. Et inebriaſti me calice tuo, deberet dicere: ſed ut maius pondus habeat ſub admiratione, hoc idem dicit ſic: Calix tuus, id eſt imitatio paſsionis tuæ, calix dico nõ ſolum potans, ſed inebrians, id eſt dementans non corpus,

ſed

Digitized by Google

ſed animam:ut illum dementanatat, qui eriam ardorem ignis non ſentiens dixit: Aſſatus ſum. Ille inquã calix quàm præclarus eſt, id eſt, quàm dulcis & admirabilis eſt.

Et miſericordia tua.] Præceſſit me quidem miſericordia tua in his omnibus, & illa eadẽ miſericordia ſubſequetur me auxiliando omnibus diebus uitæ meæ, id eſt, huius mortalis uitæ: & hoc tamdiu faciet, quouſque inhabitem in domo Domini, id eſt, in ſupercœleſti requie, in qua inhabitatur in longitudine dierũ, id eſt æternaliter, & eſt æquipollenter dicere: Tamdiu proſequetur miſericordia tua uitam meam, quouſq; perducat in uitam tuam.

IN PSALMVM XXIII.

ARGVMENTVM.

PRædicitur populo, imò præcipitur quibus uitæ ſuffragijs ualeat de captiuitate Babylonica laxari.

PSALMVS DAVID PRIma ſabbati.

EXPLANATIO.

PRima ſabbati ſignificat diem Dominicam, quæ prima eſt poſt ſabbatum, quo die Dominus reſurrexit à mortuis: & quia totus pſalmus poſt reſurrectionem canitur, ideo ei titulus iſte præmiſſus eſt, ut corda fidelium congruo moneret indicio. Poſt reſurrectionem Domini propheta lætior effectus humanũ genus, quod uaria reſurrectione laborabat, alloquitur. Prima parte definiẽs Domini uniuerſum orbem eſſe terrarum, ut ſicut ſe nullus ab eius imperio probaret exceptum, ita nec à fide crederet alienum. Secundo loco determinans quibus uirtutibus prædıti ſint in eius eccleſia conſtituti. Tertio dementiſſimos ſuperſtitioſos alloquitur, ut uero Domino famulantes, à noxia ſibi peruerſitate diſcedant.

COMMENTARIVS.

DOmini eſt terra.] Pſalmus Dauid in prima ſabbati. Prima ſabbati uocari ſolet dies Dominica, in cuius matutino Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſurrexit à mortuis: & congrue, ut in quo die mundum fecerat, in eadem ipſum etiam reficeret. Dominica enim dies, prima dies fuit, in qua Dominus mundum conſtituit. iuxta illud Geneſis: In principio creauit Deus cœlum & terram. Per cœlum nanque hic non noſtrum cœlum accipitur, ſed illud cuius ipſe agnus lumen eſt. Per terram uerò intelligitur cæterorum elementorum compoſitio, & illius totius maſſæ, quam Dominus in quinq; diebus reliquis ante ſabbatum, in quo quieuit, diſtinxit. Hic autem prima ſabbati accipitur aliter. Sabbatum nanque, id eſt requies, fuit nobis reſurrectio Domini, qui reſurgens nos conreſurgere fecit. Aſcendens quoque & ſedens ad dexteram patris, nos aſcendere & conſedere fecit, nunc interim ſpe, quandoque conſeſſuros in re. Spe enim ſalui facti ſumus. Prima ergo ſabbati dicitur primum tempus poſt ſabbatum, id eſt tempus prædicationis apoſtolorum, in quo tempore primũ innotuit illud ſabbatum, id eſt, reſurrectio. Secunda uerò ſabbatũ poteſt uocari tempus prædicationis illorum, qui ſucceſſerũt apoſtolis: ſic quoq; tertia, quarta, quinta, ſexta ſabbati in ſucceſsione prædicatorum facilè poteſt notari uſque ad illum uerum ſabbatum, quando requies æterna ſuſcipiet animas ſanctorum. Vel ſicut diuina ſcriptura ſeptimanam totam uocat ſabbatum à digniori parte. iuxta illud in Euangelio, Ieiuno bis in ſabbato: ita etiam poteſt uocari ſabbatum totum tempus, quod eſt inter ſabbatum reſurrectionis, & uerum ſabbatum futurum. Et in hoc ſabbato poteſt notari prima ſabbati, & ſecunda, & reliqua, ut ſuprà. Propheta ergo per ſanctum ſpiritũ tempus illud futurum, in quo apoſtoli tam conſtanter & manifeſtè præconaturi eſſent, præuidens in conſideratione illius temporis in perſona apoſtolicæ tubæ uel uocis hunc pſalmum compoſuit, iuxta quod titulus ſupradictus ita exponitur: Iſte pſalmus attribuitur Dauid, uel prophetæ ipſi, uel cuilibet apoſtolorum, qui uerè ſunt manufortes, & uiſu deſiderabiles. Pſalmus dico habitus uel cantatus in prima ſabbati, id eſt in conſideratione futuri temporis apoſtolicæ prædicationis, quantum ad prophetiam: quantum autem ad ipſos apoſtolos in ipſorum tempore uerè, hic hymnus eſt celebratus. Hortantur autem nos apoſtoli in hoc pſalmo ſub quadam ſimilitudine, ſcilicet ut ſicut antiqui uictores ſuos cum triumpho ab hoſtibus redeuntes, & cum omni gaudio ſuſcipiebant: ita & nos Dominum Ieſum Chriſtum uictorem mortis, & deſtructorem corporis peccati, qui cum triumpho ab inferis redijt, cum omni lætitia & gaudio ſuſcipiamus, & ei conformari ſtudeamus. Quaſi dicerent apoſtoli: Gaudeant omnes ſubdere ſe Chriſto, quia ipſe uerè Dominus & uerus uictor eſt. Nam terra prius per uſa à principe tenebrarum eſt, modo Domini, id quod continet pro eo quod continetur, id eſt, terreni, qui prius captiui tenebantur ſub iugo diaboli, deſtructa morte & principe eius alligato, ceſſerunt in ius Domini ſui: & quia terra in hoc ſimpliciter quod terra eſt, non eſt Domini per inhabitationem, ſubdit: Et plenitudo eius, uel terra eſt Domini. Quod autem ſit plenitudo, determinat dicens, Orbis terrarum eſt Domini. Per orbem enim & plenitudinem perfectos accipimus, ipſos ſcilicet apoſtolos, & eorum conſimiles, quia & orbis ſignificat perfectionem. iuxta illud Horatij, Totus teres atque rotundus, in quem fortuna ſemper manca ruit. & pleni numeri dicuntur perfecti numeri. Et uniuerſi ſunt illi domini de his qui dicuntur orbis, qui non apoſtatant, ſed habitant, id eſt, perſeuerant in eo orbe, id eſt, in perfectione. Poteſt quoque Domini eſt terra, ita exponi, terra, id eſt, caro humana, quæ prius non erat Domini: quia poterat ab eo auferri, cum eſſet mortalis & paſsibilis, iam per incorruptionem in reſurrectione ſuſcepta, eſt facta propria Domini: quia iam omnem commutationem euaſit, in quo uictoria ſicut prius notatur. Sequentia uerò in hac ſententia non mutantur.

Quia ipſe.] Meritò orbis terrarum, id eſt, perfecti ſunt Domini: quia ipſe Dominus eum orbem fundauit, id eſt, fundamentum alijs per bonum exemplum, doctrinam fecit: orbem dico poſitum ſuper maria, id eſt, plantatum in ipſis qui prius erant ſicut maria: quia ſicut mare & amarum eſt, & ſemper fluctuat, ita illi quos Dominus orbem, id eſt perfectos fecit, & adhuc facit, prius fluctuabant, & uexabantur in amaritudine curarum & ſolicitudinum huius mũdi. Quod etiam patet de ipſis apoſtolis. Verè enim fluctuabat Matthæus, quem de teloneo Dominus aſſumpſit. Similiter pro ſuo modo alij. Et præparauit eum orbem etiam ſuper flumina, id eſt, ſuper principes ſeculi cupidos. qui ſicut flumina ſemper in mare influunt, ita ſemper ardore habendi inamaricantes huius uitæ fluctus, plus & plus immergebantur. Quorum unus fuit Paulus, & alij multi, id eſt eccleſiam, ut & ſupra maria & ſuper flumina eum conſtituit.

Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco &c.] Quandoquidẽ Dominus in tãta ſublimitate orbẽ ſuũ poſuit, ergo quis hactenus iacens in inferioratu peccatorũ & mortis, aſcendet in montẽ Domini, id eſt in ſublimitatẽ eccleſiæ, quã Dominus præparauit, quæ

Digitized by Google

quæ & propter uirtutum excellentiam,& propter cõſtantiam mons dicitur. Aut quis aſcendens ſtabit, id eſt manſorius erit in ſancto loco eius,id eſt in hac tanta eminentia eccleſiæ,quã Dominus conſtituit. Multi enim aſcendunt qui non ſtant.

Innocens manibus.] Quaſi dicat: Hic uerè aſcendet in montem, & in ipſo ſtabit, qui eſt innocens manibus, id eſt mundus in operibus: & qui eſt mundo corde, id eſt mundus etiam in cogitationibus: & ille etiam aſcendet, qui animam ſuam occupatam in uano, uel in uanis affectionibus & delectationibus non accepit,id eſt,non precioſam & charam habuit, imò miſeram reputauit, & duriter correxit. Ex pœna enim peccati eſt,quòd uanæ affectiones, quæ tamen ad actum nunquam perducuntur, uexant animũ noſtrum, quas etiam perfecti uiri impunitas ſibi inſurgere non patiuntur. Vel non accepit, id eſt, non reputauit animam ſuam eſſe in uano, id eſt, intra tranſitoria, quæ uana ſunt. iuxta illud: Vanitas uanitatum, & reliqua. ſicut multi ſtulti faciunt, qui deſperant de uita animæ poſt mortem, & de reſurrectione ſua, & ideo animas ſuas negligunt: ſed potius intelligit animam ſuam uerè ęternam, & ideo quantum ualet laborat, ut ei ſedẽ paret æternam. Nec iurauit, hoc eſt, ille etiam aſcendet in montem, qui ſi iurauit proximo ſuo, quod ſæpè neceſſe eſt in humanis contractibus fieri, non iurauit in dolo, id eſt non decepit. Et hic talis accipiet benedictionem, id eſt multiplicationem à Domino, hanc ſcilicet, ut in pręſenti bene promereatur, & in futuro bene remuneretur. & hoc non ex meritis, ſed ex ſola gratia: quia accipiet miſericordiam à Deo, id eſt, quia pręcedet bona uoluntas Dei in eo, & gratia eius, quæ nõ ex meritis eſt, ſed à Deo. A Deo dico ſalutari ſuo, id eſt qui ſecundum miſericordiam præcedentem ſaluabit eum per ſupradictam benedictionem. & ideo ſaluabit eum, quia hæc generatio eſt quærentium eum, id eſt, tales ſunt de his qui quærunt in pręſenti ipſum Dominum per fidem & bonam operationem, & tandem inueniunt. Quod ſic dicit: Quærentium dico, & tandem inuenientium faciem & præſentiam non noui Dei, ſed Dei Iacob, id eſt, illius qui primatum dedit poſterius nato. Quod tunc erit, quando facie ad faciem uidebunt.

Attollite portas.] Quandoquidem Domini eſt terra, & nullus aſcendit in montem eius, niſi innocens manibus & corde, & cætera: ergo ó uos principes, qui iniuſtè hactenus primatum inter homines obtinuiſtis, attollite portas, id eſt, ad uos tollite, & auferte cupiditatem, & metum per quæ duo hactenus homines ſub iugo dominij ueſtri quaſi infra portas clauſiſtis. Quicunque enim terreno Domino ſubiacet, aut ſpe acquirendi ei ſubiacet, aut timore, quæ iam acquiſiuit perdendi. Vnde Saluſtius quoque ſpem & metum dicit partes t. p. & eſt ſenſus: Deſiſtite terreni principes ab iniuſta damnatione, quia non amplius locus erit prælationis ueſtræ, quia non erit aliquis cupiens terrena, aut timens perdere ea: & uos portæ æternales oppoſitæ illis portis, id eſt, abrenunciatio mundi & pompæ eius, & cõuerſio ad Dominum perducentes, ingredientes per uos in æternitatem: uos inquam eleuamini, id eſt amplificamini & exaltamini, ut illæ deprimantur: & ſic introibit in humanas mentes nõ rex ignominiæ, ſed rex gloriæ, id eſt Chriſtus, quem ſcilicet ſuis temporibus, id eſt in die iudicij oſtendet beatus & ſolus potens rex regum & Dominus dominãtium, Deus pater ſcilicet. Glorioſum enim eſt eſſe ſub Deo rege, ignominioſum uerò ſub homine rege. Ignominia enim noſtra, ſcilicet quia nos ipſos non reximus, hoc fecit quod ſub homine rege poſiti ſumus.

Quis eſt iſte.] Quaſi admirans humana natura, quæ prius non nouerat, niſi reges ignominiæ quæreret, quem diceret regem glorię: dicit ſub interrogatione, Vultis ſcire quis eſt iſte rex gloriæ? Ille ſcilicet, qui uerè Dominus eſt: quia precioſo ſui ſanguinis nos ſeruos emptitios ſibi fecit, & qui eſt fortis, quem uos infirmum putaſtis: & potens, quem oppreſſum credidiſtis: uel fortis, quia portas mortis deſtruxit, & potẽs, quia principem mundi eiecit atque concatenauit. & hic Dominus eſt uerè potens in hoc prælio, qui confractis portis mortis, & patefactis cœleſtibus portis, tandẽ dicet: Gaudete perfecti, quia ego uici mundũ.

Attollite portas.] Hic alloquitur aerias poteſtates, id eſt dæmones, ita dicẽs, O uos principes, id eſt, ó aerię poteſtates, uos etiam attollite portas ueſtras, id eſt, auferte uitia ueſtra & ſuggeſtiones prauas, quibus hactenus primatum uobis in his qui militiam cœli, id eſt ſolem & lunam, & ſimilia adorauerunt, obtinuiſtis. Et uos portæ æternales, id eſt perducentes ad æternitatẽ, leuamini, id eſt amplificamini, & ſic introibit rex gloriæ, ut ſuprà dictum eſt. Portæ æternales oppoſitæ portis dæmonum, qui militiam cœli adorantibus præerant, ſiue charitas & caſtitas. Charitas, qua unus Deus præ omnibus diligitur: caſtitas uerò, quæ poſt eius dilectionem anima ſub multis qui dicuntur dij, & non ſunt fornicatur. Quod omnes adorantes idola faciunt.

Quis eſt iſte.] Quia multi, ut teſtatur beatus Auguſtinus & Ambroſius etiam, de bonis angelis diſpenſationem Dominicæ incarnationis ignorauerũt, quouſque eum exaltatum ſuper omnes uiderunt: ideo quaſi admirantibus dæmonijs hunc regem gloriæ dicit ſub interrogatione ſicut & ſuperius. Vultis ſcire quis eſt iſte rex gloriæ, ille ſcilicet qui eſt Dominus non tantum ſuper uos apoſtatas dęmones: ſed etiam uirtutum, id eſt cœleſtium exercituum, uel qui eſt Dominus uirtutũ, id eſt, cuius poſſeſsio & munera ſunt non aliqua terrena, ſed ſolæ uirtutes: & ipſe qui talis eſt, uerè eſt rex gloriæ. Sciendũ quòd hi quatuor uerſus ultimi, iuxta quod nunc eos expoſuimus, ſolent à quibuſdam præmitti, & ad hos principium pſalmi taliter continuari. Ideo uos terreni principes, & aeriæ poteſtates debetis portas ueſtras attollere, & uos portæ æternales eleuari, ut introeat rex gloriæ: quia Domini eſt terra, id eſt quia ipſe eſt Dominus, qui terram peruaſam ab inimico ſibi uindicauit, &c. Poteſt quoque primum Attollite portas, aliter legi, quàm ſuprà dictum ſit, ſcilicet ut per principes accipiamus angelos bonos, hominibus ad cuſtodiam deputatos. de quibus dicitur in Euangelio: Angeli eorum ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. & ſic dicatur: Quia terra eſt Domini, ideo uos principes, id eſt, angelicæ poteſtates hominibus ad cuſtodiam præpoſitæ, facite quod ueſtrũ eſt in occurſum Domini, ſcilicet attollite portas ueſtras, id eſt, amplificate uirtutes in ſubditis ueſtris, ut Dominus auctor eum tota pompa triumphi poſsit ingredi. Et uos portæ æternales, id eſt uos uirtutes ducentes ad æternitatem eleuamini. Quod eſt dicere: Vos homines in quibus ſunt uirtutes, obedite ſicut debetis, ſcilicet amplificate uirtutes in uobis, & ſic introibit. ſequentia non mutauẽ.

IN PSALMVM XXIIII. ARGVMENTVM.

EX perſona populi in Babylone degentis oratio formatur.

IN FINEM, PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

QVoniam tituli uerba iam nota ſunt, & pſalmus iſte Hebræorum primus alphabeto deeſt, nouerimus hunc ſextã & nonamdecimam literam non habere. Per totum Pſalmũ deprecatur

precatur eccleſia, ne ante conſpectū Domini contemptibilis appareat inimicis. Primo membro depoſcit, ut inſtituta Domini uiaſq; cognoſcat. Secundo beneficia eius poſtulat, quæ ſanctis patribus à ſeculo condonauit. Tertio dicit cuſtodientes præcepta Domini æterna præmia promereri, proteſtans ſe in eadem uoluntate iugiter permanere. prima ergo portio continet literas quinq;, ſecunda ſex, tertia nouem.

COMMENTARIVS.

A*D te Domine leuaui.*] Pſalmus iſte ſic intitulatur: Pſalmus Dauid: Id eſt unicuiq; perfectiori ſiue de apoſtolis, ſiue de alijs attribuendus. Eſt enim uox cuiuſque perfectæ animę in hoc Pſalmo, quæ hymnizat in eo Domino, ut nos exhortetur & inſtruat ſuo exemplo, qualiter circa Dominum noſtrū affici debeamus, & quod per talem affectionē ab Ipſo obtinere poſsimus, uel exigere debeamus, ita dicēs: Domine pater animam meam prius à te in Adam deiectam, & carnalibus deſiderijs & concupiſcentijs quaſi in terram conculcatā tunc non meam, modo autem meam nō ſolum leuo: ſed etiam leuaui dudum per ſpirituale uotum & deſiderium ad te: & ideo non erubeſcam, id eſt, amplius ruborem aliquem non incurram, quia confido in te. Quaſi dicat: Præſumpſi olim de me, & irriſus de ſuperbia mea erubui: quia uſq; ad hanc infirmitatem deiectus ſum ut mortem, etiam à quibuſq; minimis rerum timeam. Amplius autem non erubeſcam, quia iā non de me præſumo, ſed in te confido. & merito in te quia tu es Deus meus, id eſt, creator & recreator. uel quia non ego iam ut prius uolui, ſum mihi Deus, ſed te feci Deum meum.

Neq; irrideant.] Confido inquam in te, & ideo inimici mei tam exteriores quā interiores, qui ſerpentinis & occultis perſuaſionibus ſuis me deuocare nitūtur, nō irrideant me, id eſt, nō faciant me inefficacē deuocando me. Quod ſi fuerit, irridebunt me dicētes: Hic homo cœpit ędificare, & non potuit conſummare. Et ideo dicens, ut non irrideant. Etenim uniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur: id eſt, nulli qui uel ſuſtinent te expectando te remuneratorē, cum patiētia. Vnde dictum eſt: Si moram fecerit, expecta eum: quia ueniet & non tardabit. uel qui ſuſtinent pondus præceptorum tuorū portantes pondus diei & æſtus: nulli inquam tales confundētur ab inimicis, quia nec deuocabuntur nec irridebuntur ab eis.

Confundantur omnes iniquè agentes.] Iſtud non maledictio, ſed eſt diuinæ ſententiæ prophetatio, uel aggratulatio. Quaſi dicat: Suſtinentes te non confundētur, omnes autem qui inique agunt, id eſt, qui terrena cœleſtibus pręponūt, pro terrenis laborando, & cœleſtia contēnendo & in hoc uacuè, id eſt, inutiliter & ſuper uacuè: quia magis per ea impediuntur quàm expediātur. Quod tractū eſt ab irrationabilibus animalibus, quę quanto magis mouentur, tāto magis irretiuntur. Omnes hi inquam confundantur æterna cōfuſione. Vt autem ego non confundar, nec iniquè agam, Domine demonſtra mihi uias, id eſt, præcepta. uias dico tuas, id eſt, quæ nullum ad interitum ducunt, ſicut uię latæ faciunt, per quæ pecora campi incedunt. Et doce me, ſcilicet non tantum in uerbo habere, ſed etiam in opere ſemitas tuas, id eſt, arctiora præcepta tua & paucis cognita.

Dirige me in ueritate tua.] Separata poſitio eſt. Quaſi dicat: Ego Domine diſtorſi in mea falſitate, tu autem dirige me, ut non aberrem amplius à uia iuſtitię in ueritate, id eſt, in præceptis tuis ueris ueritate dico tua. Tu es ipſa ueritas, & à te eſt omnis ueritas, à me autem nihil eſt niſi falſitas. Omnis enim homo mēdax, & ut dirigat in ueritate, doce me Ipſam ueritatem, ſcilicet non ſolum in uerbis tenere, ſed in re exercere. & ad te pertinet hoc facere: quia tu es ſaluator meus, nō ego qui pditor ſum. Nā cū de paradiſo eſſem eiectus, & in longinquam regionem peregrinatus, per me redire non potui: quia de uia iniquitatis eſt ſcriptū, Omnis qui ambulat in ea, nō reuertetur. ſed per te liberatus ſum, qui bene potuiſti facere: quia es Deus & ſaluator meus, ideo ſuſtinui te, id eſt, cum patientia expectaui te remuneratorem. uel ſuſtinui pondus præceptorum tuorum tota die, id eſt, toto tempore conuerſionis meæ. uel tota die, id eſt, tota mentis ſinceritate. & quia ſuſtinui, ideo Domine obliuiſcere delictorum meorum, & reminiſcere miſerationum tuarū & miſericordiarum. Miſeratio, eſt exhibitio operum miſericordiæ: miſericordia autem pia affectio cordis præcedens miſerationem. Et eſt dictum ad ſimilitudinem. Quaſi diceret: Recordare Domine bonorū, quæ iam multis contuliſti, ut & mihi ſimiliter conferas. Litera ſic exponitur: Reminiſcere Domine miſerationū tuarū, id eſt, operum miſericordiæ ab initio mūdi exhibitorum: qui etiam peccantem hominem ita miſeratus es, quod eum tot & tantis creaturæ tuæ conſolationibus non deſeruiſti, non paſſus neceſſaria uitæ deeſſe ei. Et reminiſcere miſericordiarum tuarum, id eſt, tuarum piarum affectionum, quæ à ſeculo ſunt, id eſt, quę ab inito mundo, & etiam ante in te fuerunt. Miſericordiæ enim ſemper in Deo fuerunt, miſerationes uerò temporaliter per ſingulos exhibitæ ſunt, ut in Abel & in Abraham & in cæteris.

Delicta iuuentutis.] Miſerationū quidē reminiſcere ut miſerearis, ſed ne memineris, i. nō reſerues ad pœnā, ſed quaſi excidāt tibi per miſericordiā. manifeſta delicta iuuentutis meæ, id eſt, quæ ego ſcienter commiſi, poſt innouationem in unda baptiſmatis per quā à ueruſtate peccati in habitū uirtutis quaſi in iuuētute refloruì. Vel quia iuuenes ſolent eſſe temerarij, poſſumus ſimpliciter dicere, Ne memineris reſeruando ad pœnam manifeſta delicta iuuentutis, id eſt, temeritatis meæ, ſcilicet quæ ego ſcienter & temerariè commiſi. Et ne memineris ignorantias meas, id eſt, occulta peccata mea, quæ ignoranter commiſi ſiue ex temeritate, ſiue poſt innouationem baptiſmatis.

Secundum miſericordiam.] Ne memineris inquam delicta, ſed potius memento mei Domine, ut miſerearis ſecundum miſericordiam tuam, id eſt, te condignam, non ſecundum iram me condignam. Tu dico ad quē pertinet, qui ſolus miſereris, ſolus mederis, ſolus peccata dimittis. & hoc non facias propter merita mea, ſed propter bonitatem, id eſt, ſuauitatem tuam.

Dulcis & rectus.] Ne aliquis arroget ſibi de bonitate Domini, non attendens rectitudinem iuſticiæ eſſe in eo, & ideo licēter peccare uellet, cōuertit ſe ad nos oſtendens utrunq; eſſe in eo cum dicit: Dominus eſt dulcis & eſt rectus. In hoc dulcis, quia peccatoribus & impijs priora peccata ſi conuertantur, dimittit: rectus uero in hoc eſt, quia miſericordia uocationis & ueniæ, quæ gratiam habet ſine meritis ultima digno iudicio iuſto ordine merita requirit. Et uerè dulcis & rectus eſt, quia prorogat miſericordiam delinquentibus extra uiā, ut ſint in uia. Quod æquipollenter hæc litera dicit, Propter hoc dabit legem, id eſt, correctionem delinquentibus extra uiam, ut ponat eos in uia. Vel aliter. Verè eſt rectus Dominus, quia exhibet paterna flagella etiam filijs, quos recipit in exēplum iudicij, ſcilicet ut per hoc intelligamus quid futurum ſit ſeruis fugitiuis. Quod ſic dicit: Propter hoc ſcilicet, quia rectus eſt dabit legem, id eſt, conſtrictionem paternorum uerberū filijs delinquentibus, qui licet delinquant, ſunt tamen in uia, id eſt, in præceptis ambulant, & non niſi uenialia committunt. quod ideo facit, ut delinquentes citra uiam, ſcilicet qui non ſubditi præceptis Dei quaſi licenter criminalia & quæq; illicita committunt, ſciant quod ſibi futurū ſit: & In hoc iudicio, id eſt, in hac paterna correctione nō perturba

bit illos quibus legem dabit, ſed diriget eos in uiam iuſtitiæ, factos manſuetos, ſcilicet ut non repugnent flagellis eius, quaſi feroces & indomiti: ſed cum ſtimulantur, modeſtiores fiant, & in uiam redeant. ſicut bene domita animalia, cum ſtimulantur, redeunt in uiam, & modeſtius mouentur. & docebit illos eoſdé factos mites, ſcilicet ut in nullo uoluntati Dei contradicant, ſed per omnia obediant, & uoluntatem ſuam illi poſtponant. Illos inquam docebit, & cognoſcere faciet ad augmentũ perfectionis uias ſuas, quib⁹ ſcilicet & ipſe ad nos, & nos ad ipſum uenimus. Et q̃ ſint illæ uiæ oſtendit dicens: Vniuerſæ uiæ Domini quibus uel nos ad ipſum, uel ipſe ad nos uenit, ſunt miſericordiæ & ueritas. Miſericordia, quia placabilis eſt: ueritas uerò, quia incorruptus iudex eſt. Harum duarum uiarum alteram iam exhibuit peccata dimittendo, alteram in futuro exhibebit merita examinando. & ſic uniuerſæ uię dei poſſunt dici duo aduętus eius: alter miſerantis, alter iudicantis. Quas uias ille tenens perueniet ad eũ, quiſquis cognoſcés nullis meritis ſuis ſe liberatum, deponit ſuperbiam, & deinceps cauet ſeueritatem iudicãtis, quia iam expertus eſt clementiam ſubuenientis. Quæ uniuerſæ uiæ ſunt miſericordiæ, non quibuſcunq;, ſed requirentibus teſtamentum eius: id eſt, illis qui facti manſueti & mites recognoſcunt, & primum aduentum eius fuiſſe miſerantis, & ſecundum fore iudicantis. & propter hoc quærunt affectionem, & requirunt opere teſtamentũ eius. id eſt, æternam hæreditatem promiſſam ab eo, ad quam recipiendam ipſe nos ſanguine ſuo redemit. & teſtimonia eius teſtamenti, id eſt, teſtificationes factas de ipſo in prophetis & Euangeliſtis ut tanto certiores inde fiant uel requirant teſtimonia eius: id eſt, præcepta illa quę Dominus teſtatus eſt, ad hoc ut qui ea obſeruarent, ad illud teſtamentum peruenirent.

Propter nomen tuum.] Quia iste ſupra dicti uerſus interpoſiti ſunt, ad oſtendendum quòd aliquis non debet arrogare ſibi de bonitate Domini, ideo nunc redit ad principale, mutando perſonam. Quaſi dicat: Verè memor eris mei Domine, quia tu propitiaberis peccato meo non reſeruando illud ad pœnam, & hoc facias non propter meritum meum, ſed propter nomen tuum: id eſt, propter gloriam & laudem tuam, ſcilicet ut qui intelligent, glorificent te Deum. & ideo etiam, quia ego locum propitiationi tuæ in me facio, per hoc quia peccatum meum mihi multum eſt: id eſt, nimis magnum & difficile uidetur mihi. Cuicũque enim peccatum ſuum paruum eſt, illius peccatum apud Deum magnum eſt: ſicut econtra quandocunque peccatum ſuum alicui magnum eſt, apud Deum paruum eſt. Vnde dicit beatus Auguſtinus: Quia eatenus Deus ignoſcit peccata, quatenus quiſque cognoſcit ea. Et ad Saul dictum eſt, Cum eſſes paruulus in oculis tuis, magnus eras in oculis meis: cum autem magnus eſſe cœpiſti in oculis tuis, paruulus factus es in oculis meis. Ne quilibet erraret, dicens Dominum ſibi fore propitium, quia multum ſit ei peccatum ſuum, uult certis ſignis oſtendere, quis ille ſit cui uerè peccatum ſuum ſit multum, præmittens ſub interrogatione: Quis eſt homo qui timet Dominum. Quod æquipollenter dictum: Quis eſt ille, cui uerè peccatum ſuum uidetur multum. timor enim Domini, qui filialis eſt, non ſeruilis, facit peccatum uideri multum, quantumlibet modicum. Et ſubdit ſtatim ſignum timentis Dominum dicens, ei ſcilicet timenti Dominum, ſtatuit ipſe Dominus legem: id eſt ſtatoriam non horariam fecit ei legem in uia, quam ille ſponte ſua elegit, ne impune peccaret. Non enim decet milites Domini eſſe horarios. Accipitur autem uia hic aut regula Chriſtianitatis large, aut etiam quælibet ſtrictior infra ipſam ut monaſtica uel heremitica uita, uel aliquid tale.

Anima eius in bonis demorabitur.] Aliud item ſignum timentis Dominum, ſcilicet quod anima eius demorabitur: id eſt, ualde morabitur, & ſemper manebit in bonis deſiderijs ſcilicet & cogitationibus. Et ſemẽ eius, id eſt, opera eius hæreditabunt terram: id eſt, excolent carnem eius ita diligenter, ſicut aliquis excolit hæreditatem, extirpando uidelicet ex ea ſpinas & tribulos, quos prius generauit ei: id eſt, uitia, ut in futuro ipſam clarificatam in hęreditatem recipiat. Rurſus ponit ſignum timentis Dominum, cum dicit Dominus, Dominus eſt firmamentum timentibus eum: id eſt, Dominus facit ut timentes eum ipſum firmamentum habeant non mundum, uidelicet facit ut in ſe cõfirmentur & mundo infirmentur. Et teſtamentum ipſius, id eſt, ęternę hęreditatis promiſſio facta ab ipſo eſt, etiam firmamentum timentibus eum, id eſt, cauſa eſt cur timentes eum ita firmiter ei adhæreant. & hoc eſt eis firmamentum Dominus & teſtamentum eius, ut tandem uel ipſum teſtamentum manifeſtetur illis, cum ipſum ſuſcipiẽt. uel ipſe Dominus manifeſtetur illis facie ad faciem. Iuxta quod ipſe dicit in Euangelio: Ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum.

Oculi mei ſemper ad Dominum.] Quia Dominus timẽtibus ſe ſtatuit legem, & ipſos confirmat, ideo interiores oculi mei, id eſt, omnes affectiones meæ ſemper tendant ad Dominum, non ad aliquod terrenum, ad quẽ meritò ſpectare debeo. Quoniã ipſe pedes meos euellet, id eſt, affectiones meas extrahet de laqueo, id eſt, de omni terrena perplexitate, quę nos illaqueat.

Reſpice in me & miſerere mei.] Hic iterum interpoſitione facta redit ad principale, & ſic cõtinuatur: Quia peccatum meum mihi multum eſt, ideo Domine qui in Adam deſpexiſti me, reſpice in me, id eſt, attẽde infirmitatem meam, & miſerere mei faciendo me perſeuerare. & debes miſereri, quia ego unicus ſum, id eſt, unici filij affectione, qui ſicà matre unicè diligitur: ita eam unicè diligit. erga te habeo me. & quia ſum pauper, id eſt, nihil mihi aſcribo uel de me præſumo, & opus ualde eſt ut miſerearis: quia tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: id eſt, quia cognoſco tribulationes cordis mei multiplices eſſe in aduerſitate, ſcilicet & in proſperitate: quia tam timeo caſum proſperitatis, quã caſum aduerſitatis, & ideo erue me de neceſſitatibus meis. i. de ipſis tribulatiõibus cordis. hoc eſt de uitijs. Quæ ideo dicuntur neceſſitates, quia neceſſe eſt ut quiſq; deficiens à ueritate, cadat in falſitatem, & à luce in tenebras, & à gaudio uirtutum in tribulationem uitiorum.

Vide humilitatem meam.] Ideo debes eruere, quia ego humilis ſum, & laboro: & ut eruas uide humilitatem meam, id eſt, attende deiectionem infirmitatis meæ, & laborem meum, quem patior dum ſtudeo ſatis facere. Vel uideo humilitatem meam: id eſt, conſidero, quia me humilio non abrumpendo me per aliquam iactantiam iuſticiæ ab unitate corporis mei, ſicut hæretici faciunt. & uide laborem meum, quia indiſciplinatos & malos mihi permixtos patior. Sicut enim in area ſimul ſunt paleæ & grana, ſic in eccleſia mali bonis permixti ſũt. Et dimitte mihi uniuerſa delicta mea, quæ ſcilicet & neceſſitate uitæ cõmitto. Licet enim perfecta ſit anima, quæ hic loquitur abſoluta à maioribus criminibus: tamen adhuc indiget lauatione pedum, id eſt, remiſſione uenalium peccatorum. Quia quemadmodum ſi quis per puluerem graditur, neceſſe eſt ut ſaltem pedes eius impuluerentur, quos lauare neceſſe eſt: ſic quiſquis in hac uita q̃ puluerulẽtę uitæ comparatur conuerſatur, quãtumcunq; perfectus ſit, non tamen penitus ab omni peccato immunis exiſtit. & ideo ſaltem lauatione pedum indiget. Vnde dictum eſt: Qui lotus eſt totus, non indiget niſi ut pedes lauet.

Reſpice inimicos meos.] Ad idem ad quod & ſuperior uerſus continuatur. Quaſi dicat: Vt eruas me reſpice inimicos meos, qui me deuocare uolunt, & repellas eos. Quod neceſſe eſt, quoniã multiplicati ſunt, quia non tãtum extrinſecus, ſed etiã intrinſecus ſunt ſicut hæretici,

hæretici, qui inter eccleſiam exiſteotes, cæteros tamē qui io ea ſunt, frauduléta perſecutione deuocare nituntur. De qoibus dictum eſt: A oobis exierunt, qui à nobis non fuerunt. Et ideo repellete debes inimicos meos, qui oderont me ſioe cauſa. Nam oderūt me iniquo odio. Iniquum odium eſt, odire illum qui ad ſalutem ſuam laborat. Omnis uerò perfectus & bonus ad omnium utilitatem laborat, quia pro omnibus orat: & ideo quiſquis odit aliquem bonum, exercet iniquum odium.

Cuſtodi animam meam.] Et quia inimici mei multiplicati ſunt, & iniquè me oderuot, ideo Domine cuſtodi animam meam ne decliner in conformitatem eorum, & erue me ab omni perplexitate cohabitationibus ipſorum, ſcilicet ne uel incurram contra eos latens odium. & nō erubeſcam, id eſt, non patiaris mihi conuerti ad infirmitatis erubeſcētiam, quooiam pro quod ſperaui in te, oon in me, ſicut prius quia de me præſumpſi, irriſus de ſuperbia mea erubui.

Innocentes, & reliqua.] Quaſi dicat: Quo fructu peto me cuſtodiri à te Domine, & erui. Hoc ſcilicet, quia innocentes & recti, id eſt, boni qui nec proximo nocent, & recta opera exercent, adhærebunt mihi per conformationem & bonorum operum imitationem: quia iam etiam adhæſerunt mihi, & hoc non propter me, ſed quia ſuſtinui te: id eſt, quia & cum patientia te remuneratorem expectaui, & pondus præceptorum tuorum pertuli. Quod eſt dicere: Non imitabuntur me propter aliquid quod ex me habeā uel ex me faciam, ſed ſolummodo in hoc qoo imitor te. Vnde quoque Paulus dicit: Imitatores mei eſtote chariſsimi, ſicut & ego Chriſti. Quaſi apertè diceret: Sequimini me non ſecundum opera quæ facio ex me, ſed ſecundum quod Chriſtus operatur in me.

Libera Deus Iſrael.] Quaſi dicat: Quia innocentes & recti adhærebunt mihi, ideo Domine libera Iſrael: id eſt, protege omnes illos quos tu præparas ad uiſionem ueram, uidelicet quæ erit facie ad faciem, ut inter eos etiam adhærētes mihi liberes me. Libera eos inquam ex omnibus tribulationibus ſuis tam exterioribus quàm interioribus, ne per eas deuocentur.

IN PSALMVM XXV. ARGVMENTVM.

EX perſona captiuorum in Babylone uerū ſanctorum prophetiæ carmen componitur, qui pro conſcientiæ bono captiuitatis reſolutionem confidentius poſtularent. Aliter propheta de ſe teſtatur.

IN FINEM, PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

TOtus pſalmi textus ad perfectum aptandus eſt Chriſtianū, qui diuerſorum laude meritorum in eccleſia perſeuerans, diuinis ſe beneficijs conſolatur. Sanctus iſte quem diximus primo modo pſalmi innocentiam ſuam reſpici deprecatur, quia cū iniquis hominibus non habuit portionem. Secundo ſupplicat ne hæreticis aut ſchiſmaticis in iudicio Domini miſceatur, quoniā domum eius ſe dilexiſſe teſtatus eſt.

COMMENTARIVS.

IVdica me Domine.] Titulus talis eſt, Pſalmus ipſi Dauid, id eſt, cuilibet perfectæ animæ attribuendus. Loquitur enim in hoc pſalmo perfecta fidelis anima, exhortās nos ut ſi quis bonus eſt, ſe ſolum bonum eſſe non putet, & ut non timeat permixtionem malorum, quæ nunc eſt: ſciens quia ueniet tēpus uentilationis, quando uidelicet quod leue eſt, auferetur à uento: quod autem graue eſt, remanebit in area: ſed potius id optet, id oret, & ad id ſuſpiret, ut Dominus non patiatur in futuro in ſimul perire, quos nūc patitur in ſimul uiuere, & dicit ita, Domine pater, qui iam me moraliter à malis diuiſiſti, iudica Domine: id eſt, ſepara me etiam in futuro ab eis localiter, ut nō patiaris me cum ipſis illic perire, ſicut hic pateris in ſimul uiuere. Moleſta & periculoſa uideri poſſent hæc uota, ſcilicet quod quaſi præſumptuoſe fidelis anima ſe poſtulat à malis ſeparari, niſi hoc ſubueniret: quia non eſt ſuperbia elati, ſed confeſsio non ingrati. quod ſubſequenter oſtendit. Quaſi dicat: Non dico ut non iudices me ex ſuperbia elationis, ſed quoniam poſt miſericordiam à te mihi prærogatam, aliquod meritum innocentiæ meæ habeo, cuius uias cuſtodiui. Quod ſic dicit: Ego ingreſſus ſum in innocentiam, id eſt, uixi in præſenti uita, quæ eſt ingreſſus ad æternam uitam innocenter. Quæ innocentia mea eſt à te tamen data. Ingreſſus ſum inquam in innocentia, & magis ingrediar, quia nō infirmabor unde grediendo, & hoc tantum tibi ſoli aſcribo: quia ſum ſperans non in me uel in quolibet alio, ſed in te Domine, in quo ſolo ſperandum eſt, & non in homine. Qui enim ſperat in homine, titubante homine titubat & ſpes eius: & quia cadit homo, & ſpes eius cadit: qui uerò ſperat in Domino, illius ſpes firma eſt. & ſicut Dominus æternus eſt, ita quoq; ſpes æterna erit.

Proba me & tenta.] Dico iudica me, & ut Domine in futuro iudices me, tenta me nunc, & proba me. Duo ſunt genera tentationis: alterum quidem quod Deus erudit bonos ad ſalutem, alterū quo diabolus permiſſus decipit malos ad damnationem. De bona autem tentatione dictum eſt, Tentat uos Deus ut ſciat: id eſt, uos faciat ſcire. &, Fidelis Deus eſt, qui non patietur uos tentari ſuprà id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione, &c. & tentauit Deus Abraham & ſimilia multa. Pro mala uerò tentatione inſtitutum eſt, ut orantes quotidie dicamus: Et ne nos inducas in tentationem. De utraq; dictum eſt: Tentatio uos non apprehendat niſi humana. Hic autem de bona tentatione dicitur: Tenta me Domine, id eſt, flagella, ure, ſeca in præſenti, ut ſim tentatus non tibi qui omnia ſcis, ſed mihi qui me ipſum ignoro, & alijs ignorantibus. & tentando proba me, id eſt, duc in perfectam experientiam & cognitionem infirmitatem meam, ut ſim probatus non tibi, quem nil latet: ſed mihi & alijs, quos ſicut me ipſum lateo. Latuit enim Petrus ſeipſum cum dixit: Domine & ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. ſed tentatus à Domino cum ad uocem ancillæ eum negauit, infirmitatem ſuam recognouit, quia egreſſus foras fleuit amarè. diſcipulus ille quoq; Thomas ſcilicet latuit ſe, qui cum dixiſſet cum fiducia ingēti, Eamus & nos & moriamur cum eo: cum uideret Dominum capi, primus ſe in pedes dedit. Sic quotidie fit, cum mali ſacerdotes qui quaſi ſublato uexillo crucis alios primi hortantur dicentes: Venite exultemus Domino, primi ſe in pedes dant. Proba me inquam, & ut probes, ure renes meos & cor meum. Per renes intelliguntur delectationes, per cor uerò cogitationes. & eſt dicere: Adhibe medicinale purgatorium quaſi ignem delectationibus & cogitatiōibus meis, ne quid mali me delectet, ne quid mali cogitem: ſed ſi quid mali in eis eſt cōburatur, & deſtruatur illo igne, quem mittens in terras uis ut ardeat, id eſt, in feruorem dilectionis Dei & proximi.

Quoniam miſericordia tua.] Ideo rogo ut me probes, tentes, uras, quoniam in his omnibus eſt miſericordia ante oculos meos: id eſt, eſt mihi manifeſta miſericordia tua, quia manifeſtè cognoſco, quòd per hæc omnia miſereris mei. Et ideo diſplicui mihi in falſitate mea priori, & applicui me ad ueritatem tuam, ſcilicet

Bedæ tom. 8.

licet ut tantum probarem probanda, & improbarem improbanda. & in ipſa ueritate tua exiſtens complacui, id eſt, mihi & tibi complacui. Et hoc modo in ueritata tua permanſi, quia non ſedi cum concilio uanitatis: id eſt, non elegi cor meum apponere his qui conẽtur prouidere, quemadmodum ex rerum tranſeuntium præſumptuoſe beati fiant. Quod fieri non poteſt. Conuentus enim illorum propriè uanitatis cõcilium eſt. Litera ſic exponitur: Ego non ſedi, id eſt, non conſenſi cum concilio uanitatis, id eſt, cum his qui tantũ ſtudent in uanitate temporalium rerum: quia & ſi præſene fui eis corpore, longè tamen ab aie fui mente. Vt ſi quis ſanctus uir cauſa intercedendi pro aliquo ad theatrum accederet, præſena quidem corpore eſſet, ſed tamen mens eius longè à theatralibus eſſet. Alter uerò aliquis cuius tota intentio uenire ad theatrum eſſet, licet impeditue aliquo greui negocio abſens corpore eſſet, menta tamen præſens in theatralibus eſſet. Et accipitur hic per non ſedi, quod non manifeſtè conſenſit. Qui enim ſeder, ex mora & lima egit, & ideo manifeſtum eſt quod facit. Et non ſolum nu ſedit manifeſtè conſentiendo, ſed etiam non introibo cum gerentibus iniqua, id eſt, etiam o ccultam conſcientiam non adhibeo ut latenter conſentiam, ſicot qui intret poſtquam intret, exteriores latet gerentibus iniqua, id eſt his qui ueritati præponũt uanitatem: uel etiam quibuslibet qui quærunt iniqua, id eſt non æqua: hi qui tranſgrediuntur legẽ, ſcripturẽ naturaliter in cordibus omnium, uidelicet ut non faciant alijs, quod ſibi nolunt fieri.

Odiui eccleſiam malignantium.] Non ſedi inquam cum concilio uanitatis, imò odiui eccleſiam malignantiũ, id eſt congregationem omnium malè agentium. Accipe tamen hic perfectum odium, ſcilicet ut nõ eos, ſed mala quæ faciunt, odio habeant. Vnde beatus Auguſtinus: Sic diligãdi ſunt homines, &c. quia odiui, ergo non ſadebo, id eſt, nun blaterabo cõ illis impijs: quia non eorum placitum meum blateratum erit, quod eſt illatũ à repugnãri, ad cõfirmationẽ præmiſſæ ſentẽtię.

Lauabo inter innocentes manus meas.] Non ſedebo inquã cum impijs, ſad potius lauabo manus meae, id eſt, mũda faciam opera mea Domine, ut ponar inter innocẽtes, & cum his lotis manibus circundabo altare tuũ, id eſt, amplexabor & attingam modò per ſpem, tandem autem in re illam amitrentiam tuam, æternitatẽ ſcilicet impaſsibilitatem, in qua tu ſacerdos immortalis quotidie offers re dulcẽ hoſtiam Deo patri pro nobis. Quæ ſublimitas poteſt dici altare, id eſt altara: id eſt alta ara ad comparationẽ illius humiliteris, in qua prius mortalis & paſsibilia temporaliter in ara crucis ſe obtulit: & ad illud altare nullus pertinget, niſi lotis manibus, id eſt mundis operibus. & ſi hoc præſens altare multi nõ lotis manibus, ſed immundi amplexentur. Poteſt etiam dici edeam ſimilitudinem, q. ſacerdotes & Leuitæ ſolent altare circundare pallijs & uarijs ornamentis. iuxta illud: Cirtundate Syon Leuitæ altare Domino, & induite ueſtimẽtis albis, &c. Iuxta quod ſic dicetur: Circundabo altare tuum eum lotis manibus, id eſt, per hæc munda opera & uirtutes ornabo tanquã pallijs fidem tuam in me: quę quia fundamẽtum eſt bonorum operũ, ſi deſint ipſa bona opera, ocioſa & mortua eſt. iuxta illud: Fides ſine operibus mortua. & hæc fides ideo altare dicitur, quia ſi in ea nihil quod acceptabile ſit, ſacrificatur. Quoniam non eſt locus uari ſacrificij extra catholicam eccleſiã, id eſt, extra fidei unitatem.

Vt audiam uocem laudis.] Lauabo inquã manus, & circundabo altare tuum, utroq; modo & taliter, id eſt faciam, ut non hoc ad laudem meam referam, ſed ut in his omnibus audiam, id eſt recognoſcam per ueritatẽ intus mihi præſidẽtem, quæ naturaliter ſingulis ineſt per rationẽ: audiam inquam omnẽ uocem laudis tantum eſſe tuæ laudis, non meæ, te ſolum laudabilẽ eſſe in meis bonis operibus, non me: quia ſi quid laudabile in me eſt, à te eſt: quod uerò uituperabile mihi ineſt, à me eſt. Vel aliter: Ideo circundabo altare, id eſt, fidem bonis operibus ut audiam à ueritate, ſicut prius uocem laudis tuæ, id eſt, qua uoce tu ſis laudandus, ſcilicet non ſolum uoce exteriori, ſed etiam cordis intentione, & bona operatione, & non ſolum in me audiam, ſed etiam alijs enarrem uniuerſa mirabilia, ſcilicet q. & de ſeruis filios, & de impijs pios, & de damnetis feciſti in regnũ aſſumptos eſſe tuos, id eſt nõ ex meritis meis, uel aliorũ, ſed ex ſola gratie tua proceſsiſſe.

Domine dilexi decorem domus tuæ.] Ita cõtinuatur: Ideo Domine circundabo altare tuum, id eſt, ornabo fidẽ tuam bonis operibus: quia ſemper dilexi animã meã, facere tibi decoram domũ, & glorioſum locum habitationis. Iuxta aliam uerò ſententiam, qua in circundabo altara tuũ, diximus: & taliter hoc cõtinuabitur & ordinabitur, quia lauabo manus meas, & cum lotis manibus circundabo altare tuum, id eſt, attingam ſublimitatẽ tuam: ideo Domine ne perdas in futura æterna damnatione animam meã cum impijs, id eſt, cum irreligioſis, qui te odiunt, & idola colunt. Et ne perdas uitam meam, id eſt, ipſam animam meam cũ uiris ſanguinum, id eſt cum his qui oderũt proximũ, qui rectè uiri ſanguinum, id eſt homicidę dicuntur. iuxta illud: Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Quod æquipollenter dicere eſt: Ne patiare Domine me cum his perire, cum quibus hic pateris uiuere. Quod bene accadit intentioni, & ideo non debes me perdere cum malis huiuſmodi: quia ego ſemper ſtudui aſſociare me bonis, quantum potui. Nam ſemper dilexi decorem domus tuæ, id eſt, dilexi ſanctos uiros, qui ſunt decor, id eſt ornamentum domus tuæ, id eſt, eccleſiæ tuæ in qua habitas, ad hoc ſcilicet ut me eis cõformarem: & dilexi locum habitationis gloriæ tuæ, id eſt locum illum in quo habitãt glorioſi tui, ut etiam ipſum locũ cum eis participarem. Locus ſignificat hic quod prius domus ſignificauit, id eſt eccleſiã. per gloriam quoq; idẽ accipimus, quod & prius per decorem, id eſt, perfectos & ſanctos uiros: expreſsiua tamen glorie ſignificet perfectionem. Glorie enim, id eſt glorioſi Dei dicuntur illi, qui iam tantæ perfectionis ſunt, ut nihil boni ſibi, ſed Domino attribuant, & non in ſe, ſed tantum in Domino glorientur.

In quorum manibus.] Ideo Domine rogo, ne tandem perdas me cum impijs, & cum uiris ſanguinum: quia opera eorum mala ſunt, & ideo magnã merentur perditionem. Quod ſic dicit: Iniquitates ſunt in manib. eorum, id eſt opere eorũ iniqua ſunt multipliciter. & quidẽ datum eis ad obtinendam cœleſtem patriam, illud conuertunt ad accipienda munera ſeculi, putantes pietatem eſſe quæſtũ, debere exerceri, ubi potius deberent eſſe pij, ſicut in iudicãdo, & in ſimilibus. Quod innuit cum dicit: Dextera eorũ repleta eſt muneribus. Si quid q. uideatur dextrũ, id eſt bonum faciunt, non cauſa boni, ſed uicti muneribus faciunt. Accipe autẽ munera largè, ſcilicet & munus à manu, & munus ab officio, & munus à lingua. In quibus omnibus grauis culpa eſt. Munus à manu eſt, quando pecunia pro aliquo illicito datur. Quod mali epiſcopi faciunt, qui dant in curia nummum, & accipiunt confuſionis baculum. Munus uerò ab officio eſt, quando aliquod corporale ſeruitium pro ſpirituali gloria exigitur aut exhibetur. Quod in capellanis curiæ manifeſtum eſt. Munus autem à lingua recipitur, quando aliquid quod pro ſola pietate agendum eſſet, cauſa potius fauoris & humanæ laudis agitur: ut ſi cauſa eſſet alicui pauperi cum aliquo diuite, ſi iudex in iuſtã pauperis partem uolens ex ſimulata pietate laudari, contra diuitem defenderat, nõ penitus manus ab illicito munere excuſsiſſet.

Ego autem in innocentia.] Illi quidem cum quibus rogo ne perdas me, tales & tam ſcelerati ſunt: ego autẽ licet præſumptuoſe & periculoſe moleſta uota ſuperius uidear feciſſe, quia dixi, Iudica me Domine, proba me,

ba me, tenta me, ure me, ne cum impijs pardas me: tamen diſsimilis ſum eis propter mala opera eorum: quia ego ingreſſus ſum, id eſt, uitam inſtitui deducere in innocẽtia mea, ut ſuperius expoſitũ eſt. Et ideo Domine redime me ab illis impijs, id eſt, proſit mihi pretium tam præclaræ redemptionis meæ: id eſt, ſanguinis tui precium, ne conformer illis impijs qui ſanguinem tuum conculcant, non attendẽtes poſsionis tuæ ſacramẽtum. Et ſemper miſerere mei in omnibus periculis huius ſeculi, ne aliquo modo deuocer. Et ideo peto ut me redimas, & mei miſerearis: quia meus pes, id eſt, omnis affectio mea ſtetit, & iam ſtabit in directo: id eſt, non recedet à rectitudine iuſtitiæ tuæ. Et ideo benedicam te, id eſt, non occultabo te, ſed manifeſtabo te per mundam conuerſationem, & bonorũ opera his qui ſunt in eccleſia, ut ipſi uidentes me, glorificent te. Vel benedicam te, id eſt, multiplicabo corpus tuum, id eſt, eccleſiam quoſdam per conformitatem meã ei addendo, & non paucos, ſed multos: quia in pluribus eccleſijs hoc faciam.

IN PSALMVM XXVI.

ARGVMENTVM.

EZechias Aſſyriorum morte lætior, reddit Deo officia uotaq; gratiarum. Item ad eos qui primum ingrediuntur in Dominicum. legendus ad Eſaiam: Ecce qui ſeruiunt tibi, bona manducabunt.

PSALMVS DAVID PRIuſquam liniretur.

EXPLANATIO.

TEr unctus eſt Dauid, ſemel in Bethleem, apud patrem ſuũ per Samuelem: ſecundo in Hebron à tribu Iuda, poſt mortem Saul. Tertio ibidem à cuncto Iſrael poſt occiſionem filij Saul. Quoniam uerò nullum pſalmum ante primam unctionem feciſſe legitur, reſtat intelligere ſecundam hac inſcriptione deſignatam, ante cuius euentum cum adhuc ob inſidias Saulis exularet, pſalmum ceciniſſe monſtratur. Notandum quòd priuſquã liniretur, in Hebræis uoluminibus non habetur. Cum frequenter ante regnum liberaretur ab inimicis ſuis acerrimis, per totũ pſalmum loquitur propheta. In prima poſitione dominum ſe dicens metuere, & nullum alium formidare, ſed inter aduerſa ſeculi unum ſibi teſtatur eſſe ſuffugium, ut licet periculis corporalibus lactaretur, ipſe in domo Domini firmiſsima deuotione mentis habitaret. Secunda poſitione multiplici clade liberatus, diuerſis modis gratias agit, & prophetiæ ſpiritu ſpem ſibi futuræ beatitudinis pollicetur.

COMMENTARIVS.

D*ominus illuminatio mea.*] Pſalmus iſte ſic intitulatur, Pſalmus Dauid priuſquam liniretur, id eſt, priuſquam ungeretur unctione tertia. Legitur in libro Regum, beatum uirum Dauid ter fuiſſe unctum. Primò quidem cum adhuc puer eſſet, Saule multum præuaricante à Domino reprobato, unctus eſt à Samuele propheta in domo patris, ſimpliciter in regem iubente Domino. Secundò uero unctus eſt à Nathen propheta rex ſuper Iudã tantum in Hebron. Tertiò autem unctus eſt rex ſuper Hieruſalem, & omnem Iſraelem. Ante hanc uerò unctionem tertiam dicitur hũc pſalmum compoſuiſſe hiſtorialiter quidem, non intendens ad hiſtoriam, ſed myſticè agens in uoce illorum qui nũc in eccleſia initiati Domino per geminam unctionem olei & chriſmatis, tertiam unctionẽ perfectam, quæ tunc erit cum facie ad faciem uidebimus, expectant. Legitur quoque quod antiquitus duæ tantum perſonæ ungebantur, reges ſcilicet & ſacerdotes. In quibus duabus perſonis præfigurabatur rex & ſacerdos unus futurus Chriſtus ſcilicet à chriſmate dictus. Qui rex eſt, quia nos regit & ducit: & ſacerdos eſt, quia apud patrem interpellat pro nobis. Qui idem extitit quoq; ſacerdos & ſacrificium. Sacrificium ideo, quia cum ille ſacerdos nihil inueniret, quod Deo patri dignè offerre poſſet, ſe ipſum pro nobis obtulit mundans & lauans nos ipſe agnus immaculatus ſuo ſanguine, & concorporans nos ſibi, & faciens nos membra ſua, ut nos in ipſo Chriſti Chriſto eſſemus. Totus enim Chriſtus caput eſt & membra. Et ſic non ſolum ad ipſum, ſed ad nos quoq; pertinet unctio. Vnde dictum eſt, Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, & reliqua. Iſta autem unctio tertia, de qua in hoc titulo agitur, perficietur in nobis ſpiritualiter in uita quæ promittitur nobis, uidelicet cum cognoſcamus, ſicut & cogniti ſumus. Et ideo poſſumus dicere, quod in hoc pſalmo eſt uox fidelis animæ deſiderantis uenire ad uitam illam, ubi illam perfectam unctionem accipiat, & nunc interim deſiderantis gratiam illam quæ perficietur in nobis in fine, quando ſcilicet Dominus erit omnia in omnibus. Vnde rectè in titulo dictum eſt, Priuſquã liniretur: quia uidelicet uox eſt perfectæ animæ deſiderantis ueram unctionem, quæ in fine in nobis perficietur. Nunc autem in ſacramento olei & chriſmatis ungimur, per quod ſacramẽtum quiddam mirũ & ineffabile, quod in fine futuri ſumus ſignificatur, quod omni intentione deſiderare debemus: & ideo nunc in ſacramento ſuſpiremus, ingemamus, ut tandem in re ſacramenti gaudeamus. Nunc ad literam accedamus. Vox eſt fidelis cuiuslibet, ut ſupra diximus, deſiderãtis in ſe perfici finalem unctionem. Qui quia intendit ad noſtram inſtructionẽ per unctionẽ uertit ſe ad nos ita dicens: Dominus illuminatio mea, id eſt, Dominus animam meam, quæ prius in tenebris infidelitatis fuit, illuminauit per noticiam fidei, data mihi, & in prima unctione olei, quando ſatanæ & pompis eius abrenunciaui: & in ſecunda unctione chriſmatis, quando nominis eius manifeſte profeſſor fui. Recedant ergo tenebræ. hinc Apoſtolus dicit: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et Dominus eſt ſalus mea, id eſt, Dominus me qui prius in infirmitate mortalitatis & corruptibilitatis fui, ſaluauit iam uerè, & quaſi ab omni infirmitate per certam ſpem reſurgendi in gloriam immortalitatis & impaſsibilitatis, quam mihi dedit, remouit. Recedat ergo infirmitas. hinc rurſus Apoſtolus: Spe enim ſalui facti ſumus, & reliqua. Quem ergo timebo. Quaſi dicat: Quandoquidem ad omnipotentem ita pertineo, ut me illuminat, & ut me ſaluet, quẽ alium præter ipſum timebo. Vtique nullum. Quoniam & ſalus ab ipſo & talis data eſt, quam nullus poſſit extorquere: & lumen tale, quod nullus poſsit obtenebrare. Quod enim omnipotens dat, nullus auferr, niſi ipſe qui dat. Poteſt quoque ſi cui libuerit, Illuminatio ad primam tantum unctionem, in qua ſimpliciter abrenunciamus ſatanæ referri. Salus uerò ad ſecundam, in qua magis firmamur, quia & nomen Chriſti in ea profitamur. Et ab eo nomen accipimus, ſcilicet ut Chriſtiani dicamur. & congrua fidelis anima hic agit de duabus primis unctionibus, ut quia ſe non ingratam de his oſtendit, ad tertiam quam deſiderat mereatur perduci. Sciendum autem quòd illa unctio quæ per manuum impoſitionem ab epiſcopis, quaſi alia à duabus prædictis, & uulgo confirmatio dicitur: eadem eſt cum ſecunda, propter arrogantiã tamen non cõceſſa eſt ſingulis ſacerdotibus ſicut

Digitized by Google

& multa alia. Poteſt etiam uerſus iſte ſimplicitet ita dici: Dominus eſt illumioatio mea, id eſt, par ooririam fidei ſuæ illuminat me, & hoc ad ſalutem. Fidee enim ipſa acceſſus eſt ad ueram ſalurem.

Dominus protector.] Dominus inquam eſt illuminatio mea & ſalus, & Dominus eſt etiam protector uitæ meæ, id eſt, animæ meæ: quia ſicut elypeus protegit aliquem ab exteriotibus telis, ita Dominus protegit animam ab igneis telis latenris hoſtis, id eſt, diaboli. & Domino protegenta ma à quo alio trepidabo? A nullo utique. Quaſi dicat: Sæuiant inimici mei quantum uelint, edant carnes maas, ego temen Domino protegenre me non rrapidabo: quia neque anima, quam ipſe inhabitat trepidabit, neque caro quæ licer ex roro comeſta ſit ab hoſtibus, tamen immortalirare & impaſaibilirate in fine induetur, quicquam trepidabit. Si enim mortalia protegit morralem, ſeeurum eum facit. Mulro magis ergo Dominus æternua protegens me mortalem, facier me ſecurum.

Dum appropiant.] Ideo Domino illuminante, ſaluante, proragente me non trepidabo: quia dum nocentea, id eſt, dum inimici maledico denra ſuo me lædere uolentes appropiant mihi, facti ſuper me quantum ad extarius quod lacerant, non nocent, ſed potius proſunt: quia appropiant, non ira ur lædant me, intrinſecus per deuocationem, ſed rantum ur edant carnes meaa, id eſt, exterius me affligant, & ſic carnalie deſideria in me conſumant. & ideo eos non rrepidabo, quia corpus occident, animam autem occidete non poſſunt.

Qui tribulant.] Exponit quod dixit, Quaſi dicat: Ita dico quod dum nocentes apptopiant mihi, non me lædunt, ſed rantum carnes meas eduot: quia dum intendunt me infirmũ facere & deuocare, ipſi potius infirmati ſunt: quia ineſficaces facti ſunt in propoſito ſuo, & dum caſum mihi parẽt, ipſi potius intus in anima cecidetunt. Ego uero exurrexi. Er quos ipſos accipiat præmittit dicens: Inimici mei uolentes me ſcilicet deuocare, quos ideo dico inimicos, quia tribulanr me extrinſecus & intrinſecua.

Si conſiſtant aduerſum me.] Quia perſequentes me infirmantur & cadũt, ego uero exurgo. Ideo ſi etiam caſtra conſiſtunt aduerſum me, id eſt, ſi conſpirans contra dicenrium mulrirudo conueniat contra ma. Vel quia poſitis caſtris ſolent milites imperatores conſulere, qualiter in prælio ſe debeanr habere: poſſumua ita etiam dicere, Si conſiſtant caſtre aduerſum me, id eſt, ſi omnia conſilia inimicorum intendantut contra me, licet ipſi inimici præ multitudine & ſeculari potentia muniri ſicut caſtra ſunt: tamẽ etſi caro extrinſecua timear eos, cor meum, id eſt, intrinſecus meum non timebit. Quid enim munitius eſt Domino me illuminante, me ſaluante, me protegente? Nihil utiq;.

Si exurgat.] Non ſolum ſi caſtra aduerſum me ſint non timebo: ſed etiam ſi prælium, id eſt, ſi perſecutio ipſa & flagella inimicorum exurgant aduerſum me, ego tamen non timebo. Quid enim mihi faciet prælium. Nunquid meum anferer mihi præmium. Vtique non. Tale enim eſt præmium quod elegi, & in tali loco poſitum in cœlis ſcilicet, ut à nullo inimicorũ poſſit auferri. Niſi enim uincarur qui dar, à nullo auferetur quod dar. Non rimebo inquam prælium, ſed potiua ego ſperabo, id eſt, fixam ſpem obrinendi præmium habeo in hoc, quia ego petij unam ſubaudi petitionem à Domino, & banc nunquam petere deſiſtam, ſed ſemper eam requiram. Quæ talis eſt uid elicet, ue ego qui nunc ad tempus habito in tabernaculo, tandem inhabitem, id aſt, perſeueranrer maneam in domo Domini, id eſt, in cœleſti parria, quæ ſemper inhabirarur. Domus anim manſoria habirario eſt: rabernacula uerò peregrinanrium & milirárium ſunt, quæ ed tempus inhabiranrur. & ideo rectè per domum Domini cœleſtis habiratio, quæ æterne eſt: per rabernacula uaro præſens uita, quæ ad tempua in eccleſia egitur, ſignificator. Petij inquam ut inhabitem in domo Domini, in qua inhebitabo non ad tempus, ſed omnibos diebus non mortis meę, ſed uarę uiræ meę, id eſt, æternaliter. diea enim præſentis uiræ non dies uitæ, ſed morris dies dicuntur. quoniam dum in præſenri uits ſumua, aſsidnè paccamua, & peccando morimur. peccatum enim mors eſt animæ: dies uero futuræ uitæ, quando iam mors nouiſsime deſtructa erit, & aculeus eius, id eſt, peccatum rectè dies uitæ dicuntur: quoniam illos nulla nox aduarſitatis interpolabit. Quin potius une diea ſina nocte, quam multi dies dicendi eſſent: ſed ſola diuina auctoritas æternitatem non ſolum per unam diem & menſem & annum ſignificare uoluit, ſed etiam per mulros dies & mulros annos.

Vt uideam uoluntatem Domini, & uiſitem templum eius. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum, protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

Ideo inhabitare uolo in domo Domini, ut ibi integrè uideam uoluntatem Domini. Volunras enim Domini eſt, ut non quæ uolumus nos illa faciamus, ſed ut noſtram uoluotatem ſecundum eius uolunratem coarctemua. Quam uoluntarem etiam qui perfectiſsimi ſunr, nunc ex parte uidenr: quoniam nullus eſt cui ſæpè propria non ſubrepat nolunras. Tunc enim uidebitur, quando ipſe Dominus erit omnis in omnibus, qoia tunc nec cogitatione ab eo apoſtatabimus. Videam inquam uolunratem Domini tunc, & uiſitam etiam eum tunc, id eſt, cum daſiderio & aſsiduitate nideam ipſum Dominum facie ad faciem, ſactua uarè remplum eiua, in quo ſcilicet dignè & aſsiduè inhabitet. Vel uiſitem templum eius, id eſt, præſentialiter uideam dominicom hominem Chriſtum, ſcilicet qui templum ipſius Domini eſt. luxra illud: Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians. Et irem: In quo habitat omnis plenitnóo diuioitatis, & reliqua. Quoniã abſcondit me. Talis eſt ſantentia. Quaſi ei aliqois dicerer: Audes peccator immunde talia petere. Audes inique peccator talia ſperare. Er ipſe reſpondet: Audeo urique non ex mea præſumptiona, ſed ax Dei pignore. & oſtẽdit uel exponit ipſum pignus, ut manifeſtè oſtendat, quia ſi ſibi in longinquo poſito, id eſt, in hac uira quæ exilium eſt. iuxta quod ait Apoſtolus: Dum enim ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. talia enim non denegauit tunc ex uicino, multo minus talia ei non denegabit, qualia modò prædixit. Litera autem ſic continuabitur: *Hac* fiducia ſemper requiram ſupradictam petitionẽ à Domino. Quoniam Dominua iam mihi arram dedit illius petitionis: quia me poſitum in tabernaeulo ſuo, id eſt in eccleſia ſua, quæ meritò rabernaculo comparatur: quia tota hac uira gerit bella aontra uicia & carnalia deſideria. Abſcondit, id eſt in abſcondito collocauit, quia per fidem, ſpem, charitatem me armauit. Quæ meritò abſcondita dicuntur, quia nondum apparat quod ſunt. Fides enim eſt expectatio futurorũ, argumentum rerum non apparenrium. Item ſpes eſt de futuris. Quod enim uidet quia, non ſperat. perfecta quoque charitas nondum, ſed futura aſt. Abſcondit ma inquam, & hoc fecit in die malotum, id aſt, in præſenti rempore, quod dicitur dies malotum, propret mala, id eſt, propter afflictiones & tentationes, quibua mortalis uita ſubiacet. Pro quo die aſsiduè in eccleſia oramus, Sed libara nos à malo. In futuro autem erunt dies bonorum, quia tunc omnis rentatio ceſſabit, & perſecutio. Et non ſolum abſcondit, ſed etiam protexit me: id eſt, protectionam cõtra impetus omnes dedit mihi in abſcõdito tabernaculi ſui, id aſt, in ea parte rabernaculi, id eſt eccleſiæ quæ eſt abſcondita. Abſconditum autem tabernaculi uocatur ſacerdos ille, qui introiuit ſemel in ſancta ſanctorum, abſconditur à nobis, id eſt, ablatus ab oculis noſtris, & ad dexteram parris collocatus, ubi quotidie interpellat pro oobis. Vnde dicit Apoſtolus: Vita uera abſcon

dita

dita eſt cum Chriſto in Deo, & nos ibi ſurſum cum ipſo ſumus per fidem, ſpem, charitatem. Et ipſe hic inferius nobiſcum eſt per bonitatem, defenſionem, & corporis ſui unitatem. iuxta quod ipſe permiſit dicẽs: Ecce ego uobiſcũ ſum omnibus diebus uitæ ueſtræ, uſq; ad conſummationem ſeculi. Et uerè nobiſcũ eſt, quia alioquin Paulo perſequenti eccleſiam non dictũ eſſet: Saule Saule, quid me perſequeris?

In petra exaltauit me.] Verè protexit me in abſcondito tabernaculi ſui, quia me licet ſecundum corpus adhuc depreſſum in puluere, exaltauit iam me in petra exaltata, id eſt in Chriſto qui eſt petra, propter ſoliditatem eccleſiæ de qua dictum eſt: Petra aũt erat Chriſtus. Spe enim per ipſum cõſedere nos fecit ad dextram ſuam, & ita exaltauit, quod nunc ſcilicet dum adhuc longè ſum, quia mortale corpus gero, exaltauit caput meum, id eſt erexit mentem meam, & ſi carnẽ ſubiecerit, ita ut ſit ſuper inimicos meos, & contemnat perſecutores meos, qui ſolum corpus occidunt, animam autem occidere nõ poſſunt. Scilicet per hoc exaltauit me in petra, id eſt in Chriſto, quia iam exaltauit caput meum, id eſt ipſum Chriſtum, qui caput meum eſt, ſublimauit per aſcenſionem, & confeſsionem, & per æternitate, ita ut ſit ſuper inimicos meos, id eſt, ulterius mortem non timeat, mors enim illi ultra non dominabitur.

Circuiui & immolaui.] Dominus quidem abſcondit me, & protexit me, & exaltauit me. Ego autẽ quid feci? Feci equidẽ in quantũ potui quod debui. Nam circuiui nõ corpore quidem, ſed mente circuiui, id eſt circumſpexi totũ orbem credentẽ in Dominum, & ego poſit⁹ in tabernaculo eius, id eſt in eccleſia, extra quã ueri ſacrificij non eſt locus, immolaui hoſtiam uociferationis, id eſt immenſum & ineffabile gaudium mentis ipſi Domino ſacrificaui, & in laudem eius effudi, gaudẽs in eo quòd ipſe temporaliter humiliatus eſt, per quod tot milia elegit. tali enim hoſtia placat̃ Deus. Quod gaudium quia ſermo nõ poteſt exprimere, reſtat mente iubilare Iubilus enim dicitur tanta mente concepta lætitia, quantã non ſufficit uerbis explicare. Et ideo hoc tãtum gaudium rectè dicitur hoſtia iubilationis uel uociferationis: quia ſicut aliqui laudea aliquas canendo cum uerba deficiunt, in uocem quandam intenſam & inarticulatam, quæ propriè Iubilus dicitur, uel uociferatio prorumpit. Itaq; hoc tantum gaudium non ſufficit uerbis exponere, oportet tota mentis affectione ipſa ubi ſermo defuerit, adimplere. Vel aliter: Circuiui, id eſt omnem creaturã mente circumſpexi, & erãt diuerſæ eius ſpecies tanquam diuerſæ uoces Deum laudantes Et in hac conſideratione immolaui hoſtiam uociferationis, id eſt, tanta mentis lætitia Dominum cum gratiarum actione laudaui, quantam uerbis exprimere non ſufficit.

Cantabo & pſalmum.] Hactenus pignus datum à Domino expoſuit, & inde infert. Quaſi dicat: Quandoquidem Dominus mihi adhuc longè poſito hanc arrã dedit, ſcilicet quod me in tabernaculo ſuo abſcondit, &c. ergo ſecura ſum, quòd tandem in domo Domini cantabo, & pſalmum dicam Domino, id eſt, omni affectione & intentione laudabo Dominũ. Ibi enim omne opus ceſſabit præter laudem Domini. Siue aũt laus illa ſola affectione an etiam uoce geratur, ignoratur: per cantabo uerò, & pſalmum dicam, omnis ideo notatur affectio in futuro, quia nunc in præſenti omnis noſtra affectio colligitur in uoce & corde, ad quæ duo pertinet cantare: uel operatione, ad quod pertinet pſalmum dicere. Poteſt quoq; ſupradicta ſeries aliter legi, uidelicet ut ſic dicatur: Petij unam petitionem à Domino, quam nunquam petere deſiſtam, ſed ſemper requiram, ut inhabitem ſcilicet in domo Domini, id eſt, ot per nullas aduerſitates ſecludar à numero illorum, qui ueritatem & unitatem fidei Dominicæ per totum orbem tenent: ſed potius perſeuerẽ in eccleſiaſticis inſtitutis, & ſim membrũ eccleſiæ, quæ non ſolum tabernaculum, ſed etiam domus Domini dicitur, licet impropriè, quantum ad ſupradictam rationem. Et hoc omnibus diebus uitæ meæ, id eſt, q̃diu uiuam in hac uita mea, id eſt labili & fragili. In hac ſententia propriè pluralis numerus dierum accipitur. Et ideo cupio nunc habitare in domo Domini, ut uideam, id eſt, ut in præſenti cognoſcam uoluntatem Domini, hoc ſcilicet fine ut in finem perſeueranti appareat mihi delectabilis ſpecies, qua facie ad faciem contempler. Quod eſt dicere, Ideo nunc uolo uidere in ſpe, ut poſtmodum uideam in re, & ſic tandem uiſi tem Dominum factus templum eius, ſcilicet quando abſorpta morte in uictoria immortalitate induar, factus eius templum.

Quoniam abſcondit me.] Ideo tanta fiducia talem petitionem ſemper petam à Domino, quoniam hanc eius arram habeo, quod Dominus in tabernaculo ſuo, id eſt in diſpenſatione incarnati uerbi ſui, quæ tabernaculum eius fuit, in qua contra principem mundi dimicauit, & quod ipſe ad ſalutem omnium credentiũ diſpoſuit incarnari, quos in ipſo ante mundi conſtitutionem elegit, abſcondit me, id eſt, diſpoſuit me ad ipſum pertinere, tanquam membrum ad caput. Quod abſconditum eſt, quia filij quidem ſumus, ſed nondũ apparet quod erimus. & hoc fecit in die malorum, id eſt in præſenti tempore, quod eſt dies uel quies malorum, ut iam prædictum eſt. Et protexit me in abſcondito tabernaculi ſui, id eſt, protectionem mihi & ſecuritatem dedit in corde credenti ad iuſtitiam, quod cor eſt abſconditũ tabernaculi ſui, id eſt, mei qui ſum tabernaculum eius. & in petra, id eſt, in firmitate & conſtantia ſua in me poſita exaltauit me, id eſt eminentẽ me fecit, ſcilicet ut per opera mea alijs eſſet nota cõſtantia ipſa. Et per illam conſtantiam exaltauit caput meum, id eſt mentem meam, & nũc dum adhuc mortale corpus gero ſuper inimicos meos, ut cõtemnam ſcilicet eos. Ego autem quid feci? Feci utiq; quod debui, quia circuiui & immolaui, & reliqua. Sententia non mutatur. Et quia Dominus exaltauit me in petra, & exaltauit caput meum, & cætera. Ideo cantabo & pſalmum Domino dicam, id eſt ore, corde, & opere aſsiduè laudabo Dominum dicens ita:

Exaudi Domine uocem meam, & reliqua.] Iuxta autem primam lectionem cõtinuatio talis fiet: Cantabo quidem in futuro, & pſalmizabo in domo Domini. Nũc autem interim quid fiet? quaſi dicat: Ingemiſcendum & orandum eſt. dum enim in hoc exilio ſumus, miſeri & indigentes ſumus. & miſerorum eſt gemere, indigentium eſt orare. Quare ut alij hoc idem faciant, meo exemplo gemam ego & orabo dicens ita: Domine exaudi uocem meam, id eſt uocem cordis mei, qua clamaui ad te, id eſt, quam ualida intentione pro petitione una ad te dixi, & miſerere mei, dando mihi illam petitionem, & exaudi me clamantem pro illa. Repetitio eſt, quam ideo fidelis anima facit, ut magnum eſſe quod petit innuat, & ideo unicuiq; magna ad illud petendum opus eſſe affectione.

Tibi dixit cor meum.] Ideo debes me exaudire, quia cor meum quod non loquitur homini, & quod homini non oſtendi dixit tibi, qui ſolus occulta eius intelligis: Domine facies mea, id eſt præſentia cordis mei, quæſiuit te, id eſt, ultra omnia ſemper quæſiuit præſentiã tuã, quia inter omnia non inuenit aliquid ita precioſum ut te. Et de reliquo requiram faciem tuam, id eſt, ſemper ſatagam ut te facie ad faciem uideam. & ideo Domine ne auertas faciem tuam à me, id eſt, inueniam quod quæro, præſentiam tuam ſcilicet. Ne declines à ſeruo tuo in ira, id eſt, tu qui declinas à liberis tuis, qui te non ſponte colunt, ſed propter aliud in ira, id eſt ut aliud quàm te inueniant, id eſt propter quod te colebant. à me ſeruo tuo, id eſt, qui ſponte me tibi ſubijcio, non declines in ira, ut aliud ſcilicet quàm te inueniam. Quia ira nulla grauior eſt amanti, & ueritatem uultus tui quærenti.

Adiutor meus eſto.] Ne declines à me, inquam, ſed potius eſto adiutor meus, & nõ derelinquas me. quaſi dicat: Poſuiſti me iam in uia, quia liberum arbitrium & rationem mihi dediſti, & ideo nõ derelinquas me, ſed adiuua: quia ſi dereliqueris me, ecce aberrabo, ecce remanebo, ecce deficiam, neque per me proficiam. Neque deſpicias me, id eſt, non contemnas me mortalem, quærentem te æternum: me imum quærentem te ſummum, tu qui es ſalutaris meus, id eſt, qui ſolus ſaluas me, & omnes qui ſaluantur: quod facere potes, quia tu es Deus.

Quoniam pater meus & mater mea.] Ideo non debes me derelinquere uel deſpicere, quoniam pater meus uetus homo, ſcilicet Adam, & mater mea, id eſt, Eua, per præuaricationem ſuam dereliquerunt me, id eſt, expoſuerunt & exhæredauerũt me. uel pater meus quem prius habui, id eſt diabolus, qui eſt pater illorum, de quibus dictum eſt, Vos ex patre diabolo eſtis, & qui operatur in filijs diffidentię. Et mater mea, id eſt ſocietas infidelium, qui duo genuerunt me temporaliter & mortaliter. Hi inquam dereliquerũt me, quærentem te. Statim enim cum aliquis tranſierit in regnum lucis, deſeritur à regno tenebrarum. Dominus autem illis me deſerentibus aſſumpſit me fouendum, nutriendum, conſolandũ temporalibus bonis, & beatificandum æternis.

Legem pone mihi Domine in uia tua, & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.] Hic facit apoſtropham ad Dominum. quaſi dicat: Quandoquidem tu Domine aſſumpſiſti me, pone mihi legem, id eſt ſtatoriam & firmam legem. Fac mihi in uia tua, id eſt, in illo quem poſuiſti mihi uiam, ſcilicet in nouo homine Chriſto, qui dicit: Ego ſum uia, ueritas & uita. Nouus enim homo noua præcepta dedit mundo. & eſt dicere: Fac me perſiſtere in regula noui teſtamenti, & poſtpoſitam communem legem, dirige me etiam ſingulariter per miſericordiam in ſemita recta, id eſt, in rectitudine ſtrictorum præceptorum tuorum, quæ occulta ſunt, & paucis nota, & hoc propter inimicos meos deuitandos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.] Ideo rogo ut ponas mihi legem, & dirigas in ſemita propter inimicos meos, ut non tradas me, id eſt, mentem meam. Mens enim cuiuſque ia eſt, quiſque in animas, id eſt, in conformitatem tribulantium me, quod animæ eorum deſiderant. Hoc ideo ad mentem referimus tantum, quia corpus conceſſum eſt inimicis. Iuxta quod in Iob dicitur: Terra tradita eſt in manus peccatorum. Et non debes me tradere in animas eorum, quoniam teſtes iniqui, id eſt, ipſi teſtantes iniqua, ſcilicet conati perſuadere aliquem beati poſſe in terrenis, quod fieri nequit, inſurrexerunt aduerſum me, ad hoc ut eorum conformitas appareret in me. Et tamen gratia tua ſubueniente iniquas, nondum mentita eſt mihi, id eſt, illi iniqui nondum mendacium ſuum perſuaſerunt mihi, & ideo mentiti ſunt ſibi tantum, & non mihi.

Credo uidere bona Domini in terra uiuentium.] Ideo iniquitas ſibi tantum, & non mihi mentita eſt: quia ego credo, id eſt, in ſpe habeo uidere bona Domini, bona ſcilicet ineffabilis, incommutabilia & æterna. ego dico poſitus in terra uiuentium, id eſt in cœleſti requie, quæ uerè eſt terra uiuentium: quia eruet me de terra morientium ille, qui pro me dignatus eſt ſuſcipere terram morientium, & mori inter manus morientium, id eſt Chriſtus.

Expecta Dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.] Hic ſe conuertit ad exhortationem aliorum. Quaſi dicat: Vt tu quilibet poſſis ſperare, te uiſurum bona Domini ſicut ego: expecta Dominum, id eſt, licet Dominus faciat moram, non tamen tu qui portas pondus diei & æſtus, amittas confidentiam, quia confidentia habet magnum meritum. Vt teſtatur Apoſtolus, & quis nam ſit expectandus Dominus oſtendit dicens: Viriliter age. non enim Dominus expectandus eſt manibus diſſolutis, ſcilicet ut quilibet ſit ocioſus, neque genibus debilitatis: uidelicet, ut qui ſtat, uideat ne cadat. Imò uiriliter agendo, & determinat uiriliter agere, ne referretur ad aliquam corporalem præſumptionem dicens: Cor tuum confortetur, id eſt, non exterius aliquid temerè agas, ſed cor tuum, id eſt, interius tuum corroboretur per confidentiam: & hoc modo ſuſtine Dominum, id eſt, patienter expecta Dominum, ſuſtinendo pondus præceptorum eius.

IN PSALMVM XXVII. ARGVMENTVM.

EZechias infirmitatis ſuæ tempore Dominum rogat. Item legendus ad Danielem, Chriſtus de Iudæis dicit ad patrem. Sciendum autem quod & iſte pſalmus excepta una litera in Hebræis uoluminibus ſcriptus eſt, ſecundũ ordinem literarum.

IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

DAuid ſemper in titulis Chriſtum ſignificare, palàm eſt manu fortem in certamine paſſionis, deſiderabilem in claritate reſurrectionis: ſed aliquando in ſe, aliquando in ſuis membris. Cum autem præmittitur ipſi, nullam aliam perſonam licet intelligi, ſed ipſum mediatorem Dei & hominum, qui per totum hunc pſalmum loquitur, orans ab humilitate ſuſceptæ carnis perſecutorum, debitas indicans pœnas non ſtudio maleuolentiæ, ſed conteſtatione uindictæ. Prima ſectione orat Dominus Chriſtus per id quod homo eſt, ut eius audiatur oratio futuro tempore paſſionis. Secunda gratias agit, quoniam exauditus eſt in his quæ poſtulabat. In pſalmi fine iungens, ut ſicut ipſe ſuſcitatus eſt poteſtate diuinitatis ſuæ, ita ſaluus fiat & populus eius nomini crediturus.

COMMENTARIVS.

AD te Domine clamabo.] Titulus eſt talis, Pſalmus huic Dauid. Quod qui uelit exponere, pronomen inſiſtat. Nomina nanque ſignificant ſubſtantiã cũ qualitate. Pronomina uerò ſolam ſubſtantiam, quapropter titulus iſte ſic exponitur. Pſalmus iſte attribuitur Dauid, non hiſtoriali, uel alicui cui accidenter conueniat hoc nomen Dauid, ſi huic Dauid, id eſt, illi qui ſubſtantialiter eſt Dauid, id eſt manu fortis, & uiſu deſiderabilis. Eſt enim uox in hoc Pſalmo mediatoris uerè manu fortis in ipſo conflictu paſſionis orantis patrem pro ſua reſurrectione, ut non differatur in communem reſurrectionem, & pro reſurrectione ſuorum nunc interim interiori, quandoq; etiam exteriori. & quod hoc toties & tam diligenter orat, nemo debet mirari, quia tale & tantum eſt quod orat, quod multiplici attentione & petitione dignum ſit, & per hoc nos admonet, quanto ſtudio & deſiderio pro modo noſtro idẽ optare debeamus. Si enim temporaneũ aſſet, & tã iucundum eſſet, uerè ab omnibus amplexandum eſſet. quanto magis ergo cum ſit beatitudo interminabilis, cuius gaudia nullo fine clauduntur, nullisque amaritudinibus perturbantur. Nouiſſimè uerò ſciens, quia pater omnia dedit ei in manus, & quod in

omnibus

Digitized by Google

omnibus eum exaudiuit, agit gratias ipſi: quia eum & pro ſe & pro ſuis exaudiuit, exhortans nos, ut & nos quantum poſſumus, eius exemplo gratias agamus, ut in petitionibus noſtris etiam exaudiri mereamur. Quod autem in hoc pſalmo inimicis optare uidetur, non eſt maleuolentiæ uotum, ſed enumeratio pœnæ illorũ, ſicut in Euangelio quibuſdam ciuitatibus miraculis eius credere nolentibus non maleuolentia optat quæ dicit, ſed quid eis immineat, præmittit, dicens: Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethſaida, &c. Nunc ad literam accedamus. Vox capitis eſt, ut ſuprà diximus, ita pro ſe & pro ſuis apud patrem agentis. Domine pater, ego qui iam clamaui & clamo, clamabo ad te, id eſt, ualidam cordis intentionem & in me & in meis dirigam ſine intermiſsione ad te, quis qui es Deus omnium per naturam, meus autem & meorũ per gratiam. & ad hoc clamabo, ne ſileas à me: id eſt, ut tu nunquam iratus non ſileas, id eſt, nõ annuas interrogationi meorum, id eſt, petitioni eorum pro reſurrectione prima, auerſus ſcilicet à me, id eſt, à meis. Iratorum enim doctorum eſt ſilere ad interrogationẽ diſcipulorum, & faciem auertere. Ne quando taceas à me, id eſt, ad hoc etiam clamabo. Vt tu non taceas mihi ipſi auerſus à me, id eſt, ut nõ ſepares unitatẽ uerbi tui à me. Qñ ꝑ aliqñ, id eſt, in morte mea, quod tũc uidetur, ſi differet eius reſurrectionem in communẽ omnium reſurrectionem. Et ideo ut non ſileas meis, neque taceas mihi: quia ſi ſilueris meis, erunt ſimiles alijs deſcendentibus in lacum. id eſt, in profundum uitiorum, ubi poſita contemnunt, neque hic participes ſunt primæ reſurrectionis, ut participes tandem fiant ſecundę. Et ſi tacueris mihi, ſeparando à me unitatem uerbi tui, ero ſimilis deſcendentibus in lacum: id eſt, corruptionem carnis incurram, quia aſsimilamur alijs natis in profunda miſeria huius ſeculi, quæ eſt lacus confuſionis, in quo amatores mundi in uolutabro luxuriæ & carnalium concupiſcentiarum inuoluuntur, & ideo ad ſolam corruptionem tendont. Ex eo enim quod æternitas uerbi tui non intermittit unire ſe mihi in hoc ut nõ ſim talis, quales cæteri qui naſcuntur in profundam miſeriam huius ſeculi, ubi tanquam ſileas, non cognoſcitur uerbum tuum.

Exaudi Domine uocem orationis meæ.] Quaſi dicat: Ne Domine ego uel mei aſsimilemur deſcendentibus in lacum, exaudi uocem deprecationis meæ: id eſt, exaudi ualidam cordis intentionem, qua deprecor te pro me ipſo, & exaudi uocem dum oro ad te pro meis. Et dum extollo manus meas, id eſt, dum etiam crucifigor manus meas in cruce extollendo ad templum ſanctum tuum: id eſt, ad hoc ut & me permulti ſanctificati fiant templum tuum. Vel extollo manus, id eſt, manifeſta opera & ſigna facio ad templum ſanctum tuum: id eſt, ut alij uidentes opera mea imitentur ea, & conforment ſe mihi. & ſic ſanctificati fiant templum tuum. Templum enim Dei eſt, quod eſtis uos.

Ne ſimul tradas me cum peccatoribus.] Ideo Domine ne ſileas meis, ut non tradas eos in mortem profunditatis uitiorum ſimiliter cum alijs peccatoribus. Et ideo ne taceas mihi, ne perdas me: id eſt, ut non des me in perditionem corruptionis cum operantibus iniquitatem. id eſt, cum Iudæis qui operantur in me iniquitatem. & quam iniquitatem oſtendit, ſcilicet qui loquuntur pacem hic exterius cum me proximo ſuo, & ſecundum carnem & quãtum ad miſericordiam, quã eis exhibere uolui dicentes: Magiſter, ſcimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & multa ſimilia. In cordibus aũt eorũ, licet pacẽ exterius loquantur, ſunt mala: quia meditantũ traditionẽ meã & mortẽ meam. Et ideo Domine, da illis ſecundum opera ipſorum: id eſt, accipiant quod merentur. Et da illis ſecundum nequitiam adinuentorum ipſorum: id eſt, quia ipſi per nequitiam ſuam adinueniunt & affectant mala, non inueniant bona, ſed inueniant mala. Et retribue illis ſecundũ opa manuũ eorum: id eſt, licet alijs proſit quod faciunt, eis tamẽ retribue ſecundũ quod intendunt. Iudæi enim crucifigentes Deum, ad nihil aliud per mortem eius intenderunt, niſi tantum ad perniciem ipſius unius, licet pater prouidã diſpenſationem conuerterit ad ſalutem multorum.

Et redde ipſis retributionem eorum.] Quaſi dicat: Ipſi pro ueritate quam eis prædicaui falſitatem ſolam retribuebãt mihi, quia multa de me mẽtiti ſunt. Vt quãdo dixerunt: Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram. Et hic dixit: Poſſum deſtruere tẽplum Dei, & multa talia. & ideo redde illis falſitatem, ut excęcati ſcilicet in ipſa permaneant. Et hoc quaſi dicere nõ eſt maleuolentiæ, ſed eſt enunciatio debitę pœnæ illorum. Quoniam ipſi non intellexerunt: id eſt, non intelligenter iuerunt in opera Dei patris. quia nõ aduerterunt quo conſilio Deus pater uerbum ſuũ mihi uniri, & me naſci, mori & reſurgere diſpoſuit. Et ideo etiam quoniam non intelligenter iuerunt in opera manuum eius: id eſt, non attenderunt opera facta à me, qui ſum manus eius, quæ talia fuerunt, ut manifeſte poſſent dici eius eſſe: id eſt, Domini patris. Vnde quidam ex eis dixit: Nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Vel non intellexerunt opera Domini, id eſt, mei: id eſt, non attenderunt manifeſta ſigna & opera, quæ ego ipſe eis feci. Et ut intellexerunt in opera manuum eius Domini, id eſt, non etiam aduenerunt opera illa quæ inter eos fecerunt apoſtoli Domini, qui fuerunt manus eius, per quos operatus eſt. Et ideo Domine deſtrue, id eſt, inefficaces fac illos, ut nequa mihi noceant. Et ſi aliquando mihi nocuerint, id eſt ſi quãdo pro aliquãdo meis inſurrexerint, eis non præualeant. Et quia deſtructio quandoque ſolet fieri ad ædificationem, de qua dictum eſt: Verte impios, & non erunt. ſubdit, Et non ædificabis eos. Quaſi dicat: Deſtrues eos, non ut in melius ædificentur, ſed prorſus conſumantur.

Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit uocem deprecationis meæ.] Hic agit gratias patri, ſciens quia omnia dedit in manus. Et quia in omni deprecatione ſua & pro ſe & pro ſuis exauditus eſt, ut & nos ad gratias agendum exhortetur. Et poteſt hæc litera ad ſupradictam continuari hoc modo: Dixi, exaudi Domine uocem deprecationis meæ. Et quoniam Dominus uerè exaudiuit uocem deprecationis meæ, & pro me & pro meis, benedictus ſit Dominus, id eſt multiplicatus & adauctus ſit Dominus, creſcat ſcilicet numerus illorum, per quos nomen Domini nõ blaſphematur, ſed glorificatur in gentibus.

Dominus adiutor meus, & protector meus: & in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.] Verè Dominus exaudiuit me deprecantem, quia adiuuat me in tribulatione patientem. Et eſt protector meus, quia proteget me per immortalitatem reſurgentem. Et meritò eſt adiutor & protector meus, quia quantumcunque tribuletur corpus meum, ſemper ſperauit. id eſt, ſemper fixam ſpem habuit in ipſo. & ideo adiutus ſum ab eo. Et uerè ſum adiutus, quia caro mea quæ prius floruit in Adam, dum in plenitudine uirtutũ manſit. Et defloruit in eodem per eius tranſgreſsionem, quod quantum ad maſſam intelligendum eſt. Ipſa inquam caro refloruit modò per ſuſceptam immortalitatem à Domino. Et ideo confitebor, id eſt, laudabilem confeſsionem per bona opera faciam ei in meis, non iam ex coactione, ſed ex uoluntate mea. Quia non iam timoris neceſsitate ſub lege, ſed libera uoluntate in lege confitebuntur ei qui in me credũt. In quibus quia ego ſum, confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſaluationũ Chriſti ſui eſt.] Meritò confitebuntur mei Domino, quia ipſe Dominus eſt fortitudo plebis, quæ ſe facit ſuã, id eſt Domini: id eſt plebi illi quæ non uult ſtatuere Iuſtitiam ſuam, ſed iuſtitiæ Domini eſſe ſubiecta: & quæ nihil ſuis meritis arrogat, neque ex ſeſe

Digitized by Google

ſeſe fortem putat, illi inqoam dat Dominus fortitudinem, id eſt conſtantiam dimicandi in periculis huius ſeculi, & Dominus eſt protector ſaluationum Chriſti ſui, id eſt, ſaluatos per me Chriſtum ſuum, poſt fortitudinem & laboram belli, protegit Dominus per immortalitatē. & debemus accipere hic ſaluatos à Chriſto, Apoſtolos tantum & proximos ſucceſſores eorum in primitiua eccleſia, ut illud quod ſequitur ab illo diuerſificetur.

Saluum fac populum tuum.] Hic facit apoſtropham ad Dominum. Quaſi dicat: Tu Domine pater qui proteges ſaluatos in primitiua accleſia, ſaluum fac propter perſeuerantiam in bono, & omnē populum futurū, qui non faciet ſe ſuū. Vt nō ſecundum ſuam uoluntatem agat, ſed ſecundum tuam, ſcilicet ut tuæ uoluntati ſuam penitus poſtponat. Et benedic hęreditati tuę: id eſt, multiplica illos & numero & uirtute, qui ſe faciet hęreditatam tuam, ut exaltes eos & poſſideas, & rege eos temporaliter in præſenti, reprimeodo eos à malo, & dirigendo ad bonum: & in futuro extolle illos, perducando eos uſque in æternum: id eſt, in æternam gloriam.

IN PSALMVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

EXhortatio Ezechię, qua ab Aſſyrijs & morte liberatus uſurus ſit ad Iudæos, ut pro tantis beneficijs Deo gratiarum actio & uota reddantur. Item ad ſuperſtitionem diei ſabbati paſchæ, legendum ad Noe diluuium. Aliter conſummatio tabernaculi finis mundi eſt, in quo offerunt filij Dei filios arietum, ad dexteram ponendos.

PSALMVS DAVID, IN CONſummatione tabernaculi.

EXPLANATIO.

COnſummatio tabernaculi, perfectionem ſignificat eccleſiæ, quæ contra carnalia uitia bella gerens, meritò expeditionalis habitaculi nomen accepit. Præuidens propheta mundi terminos ad fidem perducendos, primo ordine alloquitur uniuerſitatem, ut ei ſacrificia deuota mente perſoluant. Secundo ſeptenaria narratione per uarias alluſiones ſpiritus ſancti uirtutes enumerat, ut unam potentiam patris, & filij & ſpiritus ſancti eſſe cognoſceres. Tertio loco inhabitare dicit trinitatem ſancto baptiſmati, & uirtutem & benedictionem dare Dominum, qui ex eo renatus fuerit populo Chriſtiano.

COMMENTARIVS.

A*fferte Domino filij Dei.*] Titulus eſt talis: Pſalmus Dauid in coonſummationem tabernaculi. Tabernaculum eſt præſens eccleſia, quæ ideo rectè dicitur tabernaculum, quia tabernacola propriè ſunt peregrinantiū uel militantium. Et eccleſia peregrinatur in præſenti, iuxta illud Apoſtoli: Quàm diu enim in hoc mortali corpore ſumus, à Domino peregrinamur. Militat qooq; eccleſia nunc, quia aſſidue cōtra carnalia uicia gerit bella. Cōſummatio autem tabernacoli dicitur, perfectio uel plenitudo eccleſiæ, ſecundum omnia membra quæ uſque in finem adipiſcetur. Præuidens enim Dauid prophata reuelatione diuina eccleſiam per beatā prædicationem patriarcharum prophetarum, maximè autem apoſtolorum & eorum ſucceſſorum conſummandam eſſe per totum orbem terrarum, & hoc ſpiritu ſancto cooperante & comprædicante: decantat hunc pſalmum in laudem ipſius ſpiritus ſancti, cui nulla laus poteſt dici, niſi quam ipſe facit de ſe dici, & enumerat ſeptiformem gratiam donorum eius, quā uult intelligi per hoc nomen quod eſt uox Domini, ſepties in hoc Pſalmo poſitum: quoniam per hæc ſeptem dona tota conſommatio perficietur. Præceſſerunt enim omnia in capita, cum ſpiritus ſanctus non eſt datus ad menſuram. Potuerunt quoq; omnia in Petro fuiſſe. Aut ſi noo omoia, non dubium eſt quin multa in ipſo & cæteris apoſtolis fuerint. Similiter quoque quiſquis in hac conſummatiooe laborat, nō ex ſe agit, ſed pro dono aliquo quod à ſpiritu ſancto accepit, ut ſcientiam de generibus linguarum, uel diſcretionem ſpirituum, uel aliquod aliorum uel plura. Et eſt intentio prophetæ in hoc pſalmo hortari nos, ut in huius tabernaculi conſummatione lapides uel partes aliquas interponere ſtudeamus: & à laude tanti opificis, de cuius munere procedit, quicquid aliquis boni facit, uel quicquid boni de eo quiſquam dicit, nunquam ceſſemus. Et dicit ita, principaliter exhortans apoſtolos ad conſummationem tabernaculi: O uos filij Dai, id eſt, apoſtoli, quos ſpecialiter Deus in Chriſto habitans per ſe ipſum uocauit, & in fide genuit. Afferte, id eſt ſacrificate uos ipſos Domino. Ille offert ſe Domino, qui prorſus ſecundum uoluntatem Dei ſuam diſponit, & humile corpus Chriſti imitando ipſum comedit. hinc dictum eſt: Quiſquis cogitat quid digne Deo uoueat, ſeipſum mactet & offerat. hoc enim exigitur, hoc debetur. Afferte uos inquam, & afferte etiam Domino filios arietum: id eſt, illos quos uos qui arietes eſtis, in fide per doctrinam generabitis Euangelicam. Arietes dicuntur apoſtoli, & quia principaliter duces omnium ſont, & quia alios in fide genuerunt per Euangelicam prædicationem, & quia utroque corno feriunt, id eſt utroque teſtamento ſententias ſuas approbant, & dicta inimicorum confringunt. & quomodo debeant afferre & ſe & filios ſuos, oſtendit dicens: Afferte Domino gloriam & honorem, id eſt, uos glorioſos, id eſt, honorabiles uirtutibus & bonis operibus. & ne illam gloriam ſibi adſcriberent, ſubdit: Afferte inquam gloriam Domino, ita ut illam nō nomini ueſtro, ſed tamen nomini eius glorificando adſcribatis. Et ſic adorate, id eſt, ueneramini Dominum in atrio ſancto eius, id eſt, in eccleſia, quæ eſt ſanctum atrium eius, id eſt Domini: quia ſicut atrium ueſtibulum quod eſt ante domum, ſolet uocari, in quo ſæpè domus Dominus delectatur: ita eccleſia eſt quaſi atrium ante cœleſtem domū, quia per eā introitur ad illam, io qua eccleſia Dominus bonis moribus & operibus delectatur. Vel in ſancto atrio eios, id aſt, in corde per charitatē dilatato, & bonis operibus, & uirtutibus ſanctificato & ornato. Solent enim utrunque hoc habere, ſcilicet & ſpacioſa & ornata eſſe.

Vox Domini ſuper aquas.] Verè debetis nunc afferre uos Domino, & adorare eum. Nam nunc tempos eſt, quia ille qui à prophetis Saluator futurus præconatus eſt, nunc adeſt, per quem mediatorem poteſtis uos acceptabilem hoſtiam offerre. Quod ſic dicit: Vox Domini, id eſt unigeniti Dei filij intonuit, id eſt, terribiliter de nube carnis inſonuit ſuper aquas, id eſt ſuper Iudaicos populos dicens: Niſi pœnitentiam egeritis, moriemini. Dicitur autem Iudaicus populus aquæ pluraliter, uel propter duodecim tribus, quæ erant quaſi diuerſi populi, uel propter illas duas partes principales, Iudam ſcilicet & Iſraelem. Et uox cuius Domini intonuerat, determinat, dicens: Deus maieſtatis, id eſt, omnipotentiæ, uerè exiſtens Dominus, ipſe quidem intonuit, non tantum ſuper Iudæos per ſe, ſed etiam intonuit per uos Apoſtolos ſuos ſuper aquas multas, id eſt, non tantum

ſuper

ſuper Iudæos,ſed etiã ſuper gentes. Et qoomodo ot intoouerit uox Domini & io ſe & in ſuis determinat dicens: Vox Domini in ſe ipſo intonuit in uirtute. id eſt, oel ſumma potentia,non in infirmitate. Vnde dictum eſt, Et erat loquens non ſicut ſcribæ eorum, & phariſæi,ſed tanquam poteſtatem habens.In ſuis ante intonuit uox Domini in magnificentia,id eſt in magnifica gloria,ſcilicet ut non tantum prædicarent,ſed etiam quæ prædicabant ſignis cõfirmarent. Vode dictum eſt: Deo cooperante,& ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Qualiter autẽ Dominus per ſoos in magnifica gloria inſonuit,oſtendit dicens:Nox inquam Domini intonuit in ſuis,Domini dico cedros, id eſt homines elatos diuitijs,potentis, & etiam nobilitate de quolibet populorom per ipſos conſtringentis.id eſt,uſq; ad pœnitẽtiã humilitatis. Et uerè quaſlibet cedros per eos cõfringet Dominus, quia cõfringet etiam cedros libani,quod eſt à maiori.Libanus enim interpretatur candidatus, ſiue candidatio. Per libanum itaq; intelligitur Iudaicus populus,qui inter cæteros populos cultura idolorũ & ignobilitate carnis quaſi denigratos candidus extitit,& generis nobilitate & ſeculari potẽtia,& quia legis cerimonias ſingulariter accepit. Per cedros autem libani ſuperbi de Iudaico populo intelliguntur, qoi propter malitiam ſingularem quam ſibi arrogabant, magis ſemper ueritati contradixerunt. Quoſq; confregit in parte per ſe & per Apoſtolos ſuos Dominus, haud dubium eſt quin multos alios minus contradicentes,& facilè errorem ſoum cognoſcentes confregerit. Gentes enim quæ creatorem creaturæ poſtpoluerant, facilè ſe errasſe cognouerunt, & ideo ſtatim ad ſonum Apoſtolicæ uocis pœnituerunt.Si autem illud ad Dominum ipſum referatur,tunc cedros prius ad ſolos Iudæos referemus:& quod ſequitur,ſcilicet,Et confringet Dominus cedros libani,determinatiuũ tãtum erit, quas cedros confregerit.

Et comminuet eos.] Dico qood Dominos confringet cedros libani, & hoc modo confringentor: quia Dominus uerbum ſuum, ſiue Dominus pater agens per uerbum comminuet eas cedros,uel eos homines, ſignificatos per cedros, tanqoam uitulus libani eſt cõminutus. Vitulus enim in libano natus & nutritus, Chriſtus ſcilicet de ipſo libano ad uictimam ductus, uſq; ad mortem humiliatus eſt. Ad huius exemplar comminuet cedros Dominus, quia illos qui prius erant cedri faciet imitari humilitatem eius. Et ideo dico comminuet eas tanquam uitulum, quia dilectus: id eſt unigenitus Dei filius præ omnib. electus,& unicè dilectus erit,quemadmodum unus de filijs unicornium, id eſt,erit homo ſicut ego. Vnde etiam dicitur in Moyſe: Suſcitabit Dominus prophetam de fratribus ueſtris tanquam me.id eſt,hominem ut ego ſom. Ipſum audite. uenit enim Chriſtus in ſimilitudinem carnis peccati, qoia de peccatoribus natus eſt, ſed nõ in carne peccatrici: quia peccatum oon fecit, nec dolus inoentus eſt in ore eius. Vnicornes dicuntur Iudæi,oel ſingulari iuſtitiæ ſuperbia ſe erigentes,uel in altero tantum teſtamento, ſios ut terrenis ſolum non in cœleſtibus confidentes. Vel aliter: Verè cõminuet eos Dominus tanquã uitulum libani, qoia dilectus: id eſt quiſq; in fide electus.& ideo dilectus erit humilis,quemadmodum filius unicornium:id eſt Chriſtus humilis fuit.Vel dilectus, id eſt unigenitus Dei filius comminuetur ad eum modom, ad quem modum erit filius unicorniom, id eſt tantum ſecũdum carnem humiliabitur exterius, non uero ſecundum deitatem interios.

Vox Domini intercidentis flammam ignis.] Verè uox Domini confringet cedros, quia intercidet flammam ignis,& concutiet deſertum, & reliqua. Quod ſic dicit:Vox Domini intonabit, Domini dico intercidentis: id eſt diuidentis & ſeparantis flammas ignis, uel furentem iram perſecutorum, quod tunc factum eſt qoando per prædicationem Apoſtolorum quoſdam de his qui prius perſecutores fuerunt, in charitatem ſuam traiecit, quoſdam uero in nequitia ſua dereliqoit. Vox inquam Domini inſonuit cõcutiẽtis deſertũ,id eſt gentilem populum prius à patriarchis, prophetis & cæteris diuinis cultoribus derelictũ.& ideo deſertum concutiet, id eſt per prędicationem Apoſtolorum excolet,& arabilem terram faciet. Et hoc taliter fiet, quia Dominus cõmouebit, id eſt celebrari faciet ab illis commouendo ad eorum notitiã per Apoſtolos deſertum Cades, id eſt,ſanctum legis à Iudæis prius quantum ad ſpiritualem intellectum deſertũ, & ſimpliciter ad literam intellectũ. Cades enim ſanctũ legis interpretatur. Et qoo modo deſertum illud commoueatur exponit dicens: Vox Domini intonabit,præparantis ceruos, id eſt qui præparabit Apoſtolos ex operatores & repulſores uenenatæ doctrinæ & perſuaſionis illorum, qui in terrenis ueram beatitudinem poſſe haberi putabant, & alios docebant.in quo ſunt ceruis comparabiles.Ceruorum enim eſt natura ſingulis annis ut cornua deponant, & innouentur, oenenatum ſerpentem ſine aliqua læſione tranſglutientes: & per hos ceruos, id eſt per hos Apoſtolos reuelabit Dominus condenſa. Quod eſt dictum ad ſimilitudinem. Solent enim cerui inter condenſa nemorum ingredientes, ramos ipſis cornibus ſeparare,& campõ ubi paſcantur ſibi & alijs animalib. aperire,ſicut ſancti Apoſtoli opacitates & occulta myſteria ſcripturarum,in quibus & ipſi paſcerẽtur & alios paſcerent, aperuerunt: & his cõdenſis per Apoſtolos & eorũ ſucceſſores reuelans omnes, id eſt aliqui de ſingulis gentibus dicent gloriã.id eſt, annuntiabũt gloriam Domini in templo eius:id eſt in Eccleſia, quæ non ſolum tabernaculom Dei dicitur, ſed etiam domus & templum eios. & hoc quiſq; faciet pro dono quod accepit à ſpiritu ſancto. quidam enim dictis & factis, quidã uero pro ſolis bonis operib.& ſic diuerſi diuerſis modis.hoc autem ideo eueniet,quia Dominus dum uagabitur in arca ſua, id eſt in Eccleſiaſticis inſtitutis, in quibus octo aoimæ,id eſt omnes perfecti ſaluabuntur,hac & illac per diluoium,id eſt per homines qoi prius erant quaſi diluuiom poſiti in profundo uitiorum, & in procellis carnalium concupiſcentiarum faciet ſanctos ſuos inhabitare illud diluuium.id eſt habitabilem & fertilem terram facere illos, qui prius erant diluuiũ. & ſic Dominus ſedebit, hoc eſt habitabit in illis,ita ut ſit rex eorum in ęternũ: id eſt regat eos æternaliter. Et hoc modo reget eos, quia Dominus dabit uirtutem, id eſt conſtantiam in bono populo ſuo. Et Dominus etiam benedicet, id eſt augmentum & numero & uirtute dabit eidem populo ſuo, ut tandem ponat eum in pace conte io idipſom, id eſt in æterna requie. Vt benedicet illi poſito hic in pace,id eſt in obſeruantia bonæ uitæ. Obſeruantia autem bonæ uitæ, eſt litigium habere cum uitijs,pacem cum moribus optimis.

IN PSALMVM XXIX.
ARGVMENTVM.

ELeuatus Ezechias uictorię tã glorioſę prouentu ægrotatione correptus eſt,ut ſuæ fragilitatis admonitione deponeret arrogantiã: ſub eius proinde perſona ab errore correpti ab infirmitate ſaluati, & ab hoſtibus eruti gratiarum actio prædicatur,& pro conſeruatione templi, tanquam pro dedicatione cantatur. Aliter Eccleſia orat cum laude.

PSAL-

PSALMVS CANTICI IN dedicatione domus Dauid.

EXPLANATIO.

Pſalmus cantici eſt cum choro antecanente humanæ cantationis, hymno ars organi conſonantis aptatur, quod ubicunq; ponitur, oſtendit per cognitionis diuinæ ſcientiam uſum boni operis eſſe tractandum, quatenus optatam fidelium geſtorum efficientiam præter anterior de Deo adepta cognitio. Domus autẽ Dauid Dominici corporis templum, dedicatio uerò eius reſurrectionem eius oſtendit, qua in æternam gloriam poteſtatemq; perductum eſt. Prima narratione Dominus poſt reſurrectionis gloriam patri gratias agit, quia eum de mundi iſtius aduerſitate liberauit, ſanctis iubent laudem dicere Domino, quando uniuerſa in eius poteſtate ſunt poſita. Secundo ſe dicit à ſua conſtantia non mouendum, inſuper addens præconia diuinitatis à uiuis potius, non à mortuis eſſe ſoluenda. Tertia redit ad reſurrectionem ſuam letus exultans, quoniam carnis fragilitate depoſita, in æterna maieſtatis ſuæ gloria perſeueret.

COMMENTARIVS.

EXaltabo te Domine.] Titulus eſt talis, Pſalmus cantici in dedicationa domus Dauid. Domus ueri Dauid, id eſt eccleſia, quæ in præſenti labore ſummo & tribolationibus uarijs tã in uniuerſis quàm in ſingulis ædificatur. Hæc domus tandem dedicabitur in communi, ſcilicet reſurrectione, quando mortale hoc abſorbetur ab immortalitate, & quando apparebit gloria populi Dei qui nunc in ædificando à filijs Edom, id eſt, Eſau ualde tribulatur & impeditur, tunc uerè in admiratione illius gloriæ dicturus: Ecce quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem mortis improperii, quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos illorũ eſt ſors. Dedicare enim propriè eſt aliquid nouum ædificium in uſum celebrem deputare. Verè hęc domus in celebrem uſum deputabitur, quãdo ipſe Deus in ſingulis æternaliter manebit exiſtens omnia in omnibus. Nunc enim etſi in nobis habitat, ſępè tamen malo merito noſtro à nobis recedit. Quæ commutatio tunc penitus excluſa erit, hæc antẽ dedicatio iam facta eſt partim in re, partim in ſpe. Fundamentum enim iam realiter dedicatum eſt, id eſt, Chriſtus qui iam nunc reſurrexit, & rurſus poſitus eſt ad dexteram Dei patris, qui uerè fundamentum eſt. Iuxta illud Apoſtoli: Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, Chriſtus. Parietibus autem & tecto huius ædificij iam facta eſt dedicatio in ſpe. Neceſſe eſt enim quod in mẽbris ſequatur, quicquid præceſsit in corpore, unde dictum eſt: Deus pater qui Chriſtum reſuſcitauit à mortuis, & nos in ipſo reſuſcitabit. Titulus autem ſic exponitur: Iſte Pſalmus, id eſt hic hymnus, qui eſt cantici, id eſt exultationis: quia pertinet ad illam ueram lætitiam, quam nulla triſtitia intercurret, eſt dedicationis domus Dauid, id eſt, agit de dedicatione domus ueri Dauid. Eſt enim uox capitis in hoc pſalmo, gratias agentis Deo patri, de hoc quia triſtitiam paſsionis ſuæ cõuertit in gaudium reſurrectionis, per quod domui quoque ſuæ dedit ſpem futuræ dedicationis, & nunc interim iuſtitiam internæ reſurrectionis. in quo nos exhortatur, ut quantumlibet tribulemur, non deficiamus tamen in ædificatione, quo tandem uerè gaudeamus in dedicatione. Orat autem in hoc Pſalmo caput noſtrum Chriſtus ex humana infirmitate, ſecundum quam competit ei orare.

Si enim reſpicias ad hoc, quod in principio erat uerbum, & Deus erat uerbum, nec habet quem oret, neque pro quo oret: ſi uerò reſpicias ad id quod uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & habet quem oret, & pro quo oret. Scilicet pro te homine, quia mediator factus eſt inter ſummam æquitatem, & infimã iniquitatem: ipſe dico homo non iniquus, ſed infirmus. Vt per hoc quod eſſet non iniquus, coniungeretur ſummæ æquitati: per hoc uerò quod infirmus, noſtræ ſociaretur infirmitati. Et eſt tale quaſi dicat: Domine pater, primus homo Adam erexit ſe, & quaſi depreſsit te, quia potuit uideri uel te eſſe infirmum, qui hominem feceras, cuius habitum nõ noras. uel quod non eſſes perfectè bonus, quem tam citò tuus deſeruit conſecretarius. Ego autem humiliando me exaltabo te, quia mea glorificatio, tua erit exaltatio. Et meritò exaltabo te, quoniam ſuſcepiſti me, id eſt, cauſam meam contra prauos cauſidicos, id eſt contra Iudæos egiſti, & ideo non delectaſti inimicos meos, id eſt pręceptorem iniquitatis, diabolum & Iudęos. & ſi factus ſuper me quantum ad exterius, quia quamuis delectarentur in morte mea, ille tamen delectatio ad horam tantum fuit, & conuerſa eſt eis in æternã triſtitiam.

Domine Deus meus clamaui ad te.] Ideo non delectaſti Domine inimicos meos, quia clamaui, id eſt ualidam cordis intentionem ad te direxi, conſiderans quia tu es Deus meus, non ego ſum mihi Deus, ſicut miſer Adam ſeipſum Deum putauit ſuum, & ex ſuo nutu pendere uoluit. Et quia clamaui ad te, tu ſanaſti me, id eſt corpus quod ſaucium paſsibilitate portaui, immortalitate ueſtiuiſti: et quomodo ſanauerit exponit dicens: Domine eduxiſti animam meam ab inferno, id eſt, non permiſiſti animam meam ſicut alias in inferno detineri, ſed cum triumpho eam reduxiſti, & ſic me ſecunda reſurrectione clarificaſti. quoniã prius per primam reſurrectionem clarificaueras, nam ſaluaſti me, id eſt reſuſcitaſti me prius in interiori per immunitatem à peccatis, me dico ſeparatum à deſcendẽtibus in lacum, id eſt, à commorantibus in profundo uitiorũ. Eſt enim lacus, quo deſcendit fere omne mortale genus, baratrum ſcilicet luxuriæ & totius nequitiæ. In quem ille quidem non deſcendit, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Pſallite Domino ſancti eius.] Ecce capitis dedicatio iam notata eſt, Vbi dictum eſt: Eduxiſti animam meam ab inferno. Et quia quod præceſsit in capite, neceſſariò ſequitur in corpore. Vetus enim & uetum prouerbium eſt. Quò caput, & cætera membra. ergo quaſi dicat: Habentes tantam certitudinem glorificationis & reſurrectionis ueſtræ in me capite, uos ſancti eius, id eſt uos quos iam Dominus pater ſanctificauit per iuſtitiam datam in reſurrectione mea. Pſallite Domino patri. quaſi dicat: Gemite de præſenti, pſallite de futuro. Orate de re, gaudete in ſpe. Quod ultimũ ſic dicit, Confitemini, id eſt, laudem dicite pro futura ſpe memoriæ ſanctitatis eius, id eſt ipſi Domino. Qui cum uos eſſetis obliti eius, tranſgredientes præcepta eius, non eſt oblitus ueſtri, ſed potius memor fuit ſanctitatis ueſtræ, id eſt memor fuit mei, reſuſcitãdo me, per quem uos iuſtificatos ſanctificauit.

Quoniam ira in indignatione eius.] Verè debetis Domino pſallere & confiteri, quoniam uindicauit in uos peccatum primi parentis per iram, & reſtituit uobis uitam in me per miſericordiam. Quod ſic dicit: Ira in indignatione eius, & reliqua. Indignatio propriè dicitur, quando nos commoti erga aliquem, faciem noſtram ab eo auertimus. Sic quando Adam præuaricatus, & magis uxori & ſerpenti obedire uoluit, quàm obſeruare præceptum Domini, qui dixerat ei, De ligno ſcientiæ boni & mali non comedas: Dominus faciem ſuam auertit ab eo. Quia lucem gratiæ ſuæ ab eo abſtulit, & tunc factum eſt in eo ueſpere, quia uerus ſol ei occidit. Iuxta illud libri Geneſis: Dum deambularet Dominus in paradiſo ad auram poſt meridiem, Quaſi enim meridies fuit, dum feruor obſeruantiæ

Digitized by Google

oantiæ præceptorum Dei in Adam perſtitit: poſt maridiem uerò ſol inclinatur ad occaſum, ſic quoq; in Adam quaſi ſol ad occaſum declinauit, cum poſt tranſgreſsionẽ præcepti cognitio & lux ueritetia io mente eius defecit, & uox ignorantiæ ſubintrauit. Vnde qui prius iu abundantia uirtutum poſitus ad præſentiam Domini ſolitus erat gaudere, tunc ed eius ignorantiam compulſus eſt timere atque ſe occultare, dicente ei Domino: Adam ubi es? Non quod locum ignoraret, ſed quaſi dicat: Ecce miſer, qui te contra licitum exaltare uoluiſti, in quantam infirmitatem te deieciſti. In hoc autem uaſpere factus eſt fletus, quia miſer ille tradux peccati, morte mulctatus eſt interius & exterius. In quo totũ genus humanũ hanc miſeriem mortalitatis ut eſsiduè labatur interius & exterius incurrit. Et hic fletus, id eſt hæc miſeria demorabitur etiã in perfectiſsimis, uſq; ad matutinum exultationis: id eſt uſq; ad cõmunem reſurrectionem, quando in lætitia prius amiſſa dedicabimur, & ſtole immortalitatis coronabimur.

Quod matutinum iam eſt præſignatum, per matutinalem Domini, quæ mane prima ſabbati facta eſt reſurrectionem. Litera in his duobus uerſibus, quorum ſententiam præmiſimus, ſic exponitur. Ira, id eſt mortalitas, & omnis fragilitatis humanæ miſeria, facta in nobis eſt in indignationem eius, id eſt quando Dominus præuaricanti Adam eſt indignatus. Et uita immortalitatis, quam nullis ueſtris meritis recuperare potuiſtis, in uoluntate eius, id eſt, per ſolam miſericordiam & beneuolentiam eius, non per ueſtra merita, qui nihil præter iram merueratis, eſt nobis reſtituta iã ſpe, ut tandem reſtituatur in re. Vel ſi uolumus emphaticè accipere, poſſumus ipſum Chriſtum uoluntatem patris uocare, quia nec cogitatione aberrauit ab eius uoluntate: Adam uerò indignationem, qui nihil meruit niſi iram. Et etiam præpoſtero ordine taliter potes legere: Ideo iure confiteri debetis Domino, quoniam uita eſt uobis reſtituta in uoluntate eius, id eſt, per me qui ſum uoluntas eius, quẽ ideo naſci & mori conſtituit, ut uos moreremini in peccatis, & ideo reſurgere fecit, ut & uos ad ueram uitam reſurgeretis. Et uerè uita eſt uobis data per meam uoluntatem, quia ira data eſt in indignatione, id eſt per illum qui ſolum meruit indignationem. Et hic fletus, id eſt, hæc ira facta ad ueſperum, ut ſuprà dictum eſt, demorabitur, id eſt, diu manebit iu hominibus, & exterius & interius. Et uerè demorabitur, quia lætitia dedicationis licet iam habeatur in ſpe, differetur tamen in re uſque ad matutinum communis reſurrectionis, quando lux ueri ſolis apparebit. Vel poſſumus accipere fletum, peccatum ipſum, ex quo ira præceſsit: & ita dicere, Ira quidem fuit in indignatione. Et fletus illius iræ cauſa demorabitur ſemper intendentibus ad ueſperum, id eſt in his qui ueſtigia uetuſtatis tenent, & ipſi ueſperæ ſe conformant. Lætitia uerò nunc interim interioris reſurrectionis. Quandoque uerò & iam exterioris erit, intendentibus ad matutinum: id eſt, in his qui ſe Chriſto, qui uere lucis matutinum eſt, conformant. Sciendum autem quòd ueſpere factum per Adam in humano genere, & matutinum noſtrum ad ueſpere capitis, & eius matutinum poteſt conferri. Caput enim, id eſt, Chriſtus in ueſpere ſepultum fuit, triduo in ſepulchro iacuit, tertia die mane ſurrexit. Et nos quoque in ueſpere, ſcilicet quando præuaricante Adam ſol ueritatis ei occubuit, ſepulti in tenebris peccati & ignorantiæ fuimus. In quo ſepulchro ſi ad ætates mundi reſpiciamus, triduo iacuimus. Totũ enim tempus ante legem una dies accipitur, item totum ſpacium ſub lege ſecunda uocatur: ueniente autem tertia die, id eſt, tempore gratiæ reſurreximus iam interiori reſurrectione in mane ſole, ſcilicet iuſtitiæ uoctẽ peccatorum fugante, & in hoc eodem tempore reſurgemus tandem etiam exteriori reſurrectione.

Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternũ.] Ideo ira data eſt, quia primus homo poſitus in abundantia uirtutum à Domino, dixit, ſi non uoce, tamen in re: Ego non mouebor, id eſt, non ſtabo in præcepto Domini, qui dixit, ne comedam: ſed porrigam manum, & pomum accipiam, & ero ſicut Deus. Ideo uerò uita in me ſecundo homine eſt reſtituta, quia ego exiſtens in abundantia mea, id eſt, longè maiore & digniore abundantia illius, de hoc enim ſolo dictum eſt, Quòd Deus non dat ſpiritum ad menſuram. In hoc item maior fuit abundantia iſtius quàm illius: quia cum ille tantum non mori ſi non peccaſſet, iſte nullo modo mori potuit peccando. Ego inquam exiſtens in abundantia non dixi mouebor: id eſt, non apoſtatabo à præceptis Domini perſeuerando in æternum. Et hanc perſeuerantiam non mihi adſcribo, ſed Domino. Nam ò tu Domine, tu præſtitiſti uirtutem, id eſt conſtantiam, ne labi poſſem decori meo, id eſt, immunitati à peccatis, quam mihi dediſti. Et hoc non feciſti ex meritis meis, ſed uoluntate tua: id eſt, ſolummodo in beneplacito & miſericordie tua.

Auertiſti faciem tuam à me.] Verè in miſericordia ſola præſtitiſti mihi uirtutem, quia in ira eam abſtuliſti. Nam in præuaricante Adam faciem tuam, id eſt, lumen ueritatis tuæ auertiſti à meis & à me, quantum ad maſſam: & hoc modo conturbati ſunt mei per peccatum, & mortalitatis infirmitatem, quæ ab illo ſuſceperunt: & ego ipſe quantum ad pœnam peccati conturbatus ſum, licet non quantum ad peccatum. Eſuriuit enim Chriſtus, alſit, ſitiuit ex pœna peccati: peccatum uerò non cognouit, & pro hac conturbatione clamabo, id eſt, ualidam cordis intentionem dirigam ad te Domine. Et hoc modo deprecabor, & pro me & pro meis ad te Dominum omnium per naturam, meum autem per gratiam dicens ita: Domine, quæ utilitas erit in ſanguine meo, id eſt, in effuſione ſanguinis mei, hoc eſt, qui fructus ſequetur ex paſſione mea dum deſcendo in corruptionem, hoc eſt, ſi ego non reſurrexero ad conſolationem & ad iuſtificationem aliorum, ſed dabitur caro mea in putredinis corruptionem. Verè nulla utilitas erit, quia puluis, id eſt peccatores attriti à peccatis, & leues ut puluis qui conuertendi & iuſtificandi ſunt per reſurrectionem meam: alioquin non confitebuntur tibi, id eſt, nullam laudabilem confeſsionem facient tibi, & nunquid confitebuntur tibi? Vtique non. Aut ſi ego non reſurrexero, quis apoſtolorum uel aliorum annunciabit ipſi pulueri ueritatem tuam, id eſt, ueram uitam per me reſtitui promiſſam? Vtiq; nullus annunciabit, quia nullus de ea ſperabit.

Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei.] Dixi Domino, quæ utilitas in ſanguine meo, & cætera deprecando: & Dominus audiuit deprecationem meam, & miſertus eſt mei Dominus me reſuſcitando, & meorum interius eos iuſtificando, & ſpem certam perfectæ ſaluationis dando, & Dominus eſt factus adiutor meus cauſam meam agendo contra inimicos. Et quomodo miſertus eſt oſtendit, & apoſtropham ad eum facit dicens: Conuertiſti Domine planctum meum, id eſt triſtitiam paſsionis meæ & meorum, commutaſti in gaudium mihi & meis. Vnde in Euangelio dictum eſt: Mundus quidem gaudebit, uos autem contriſtabimini, ſed triſtitia ueſtra uertetur in gaudium.

Et hoc modo conuertiſti, quia conſcidiſti ſaccum meum, id eſt, mortalem carnem meam in cruce conſcidi & perforari permiſiſti. Saccus enim propriè dictus eſt ueſtis quædam denſe, olim ad uſum militiæ apta, de pilis caprarum & hœdorum contexta. per hœdos autem & per capras peccatores, propter fœtorem rectè intelliguntur.

Mortalis igitur caro Chriſti, quam de peccatoribus aſſumpſiſti, rectè per ſaccum intelligitur. De pecca-

catoribus enim natus in ſimilitudinem carnis peccati uenit, ſed non in carne peccatrici: quia ſaccum quidem induit, ſed meritum ſacci, id eſt, peccatum non ſuſcepit, quia ſolus à peccato immunis exiuit. Conſcidiſti inquam ſaccum in paſſione, & circumdediſti me lætitia: id eſt, iocunda & triumphali toga immortalitatis & incorruptionis in reſurrectione: me quidam in re, meos autem in ſpe. Et hoc ideo, ut amplius non gemat tibi mortalitas mea, ſed cantet tibi: id eſt, laudet te in euidentia rei gloria mea, id eſt, immortalitas & impaſsibilitas mea. Et etiam gloria mea iam eis in ſpe data, & amplius non compunget ego quidem à mortalitate. Vnde dictum eſt: Et mors illi ultra non dominabitur. Et mei etiam non compungantur amplius à ſtimulis peccatorum, ſcilicet capitalium. Vnde etiam Apoſtolus: Vt ultra non ſeruiamus peccato. Et ita ô Domine Deus meus confitebor tibi in æternum: id eſt, laudabilem confeſsionem æternaliter faciam tibi in me etiam in meis: quia ſi confiteamur his quæ contra eum fecimus, ipſe propitius erit. Et dimittet nobis, & ſicut æternaliter quæ ipſe nobis fecit confitebimur ei, ſcilicet quod de impijs fecit pios, quod de peccatoribus fecit iuſtos, de ſeruis filios, de damnatis in regnum aſſumptos.

IN PSALMVM XXX. ARGVMENTVM.

QVibus uerbis pro reditu ſuo plebs in Babylone captiua Deo ſupplicet, quæue mala pertulerit, & quæ futura ſit Deo concedente reuerſio prædicitur. Aliter confeſsio eſt credentium Deum.

IN FINEM, PSALMVS Dauid pro extaſi.

EXPLANATIO.

Titulus notus eſt, pertinens ad Dominum Chriſtum, de cuius paſsione & reſurrectiõe totus eſt pſalmus iſte cãtatus. per uniuerſum pſalmum uerba ſunt Domini ſaluatoris. Primo ingreſſu precatur patrem, ut de malis imminentibus liberetur, ac deinde exauditum ſe indubitanter exultet. Secundo redit ad paſsionem ſuam actumq; rei per alluſiones uarias mirabili narratione deſcribit. Tertio generaliter gratias agit pro ſe & populo fideli, quoniam uniuerſali eccleſiæ miſericordiæ ſuæ dona largitus eſt, commonens etiam ſanctos et in charitate Domini perſeuerent, qui & bonorum præmia, & malorum retributiones ſuperius audierunt. Poteſt hic pſalmus iuxta hiſtoriam de ipſa intelligi.

COMMENTARIVS.

I*N te Domine ſperaui, non confundar in æternum, in iuſtitia tua libera me.*] Titulus eſt talis, In finẽ pſalmus Dauid extaſis. Extaſis ut dicit Auguſtinus, Græcum nomen eſt, & interpretatur exceſſus: proprie tamen extaſis dicitur mẽtis exceſſus. Huius exceſſus duo modi ſunt. Pauor ſcilicet, & ad ſuperna intentio. Talis quidem ut iam mẽs labatur ab interna memoria. Quando enim ſanctis reuelantur diuina ſecreta, tunc ab eis uerè excidit eorũ ſolita interna memoria: quia nihil iam cogitant humanum, ſed ſola cœleſtia & ſpiritualia intendunt. In hac ſuperna intentione Paulus fuit qui dixit: Siue excedimus mente Deo, ſiue ſobrij ſumus, nobis ſobrij ſumus. Quaſi dicat: Si ſemper alta & ſublimia tantum conſideraremus, quando uos infirmi ad nos aſcendere poſſetis? Sed ut ad nos peruenire poſsitis, charitas Dei qui ſe pro nobis humiliando exinaniuit, nos compellit ſobrie ſapere, & nobis condeſcendere. Pertinet autem hæc pars extaſis, uidelicet ad ſuperne intentio ad hunc pſalmum hoc modo: Quia uir ſanctus in hac ſuperna intentione poſitus loquitur in hoc pſalmo, exhortans nos, ut eius exemplo ſic ad ſuperna intendamus, ut labamur ab interna noſtra memoria, ſcilicet ut non amplius cogitemus uel deſideremus aliquę terrena, ſed ſola cœleſtia. Alia quoque pars extaſis, quæ in pauore conſideratur, ab huius pſalmi contextione non ſeparetur. Agit enim hic pſalmus de tribulatione multipliciter, quem ſanctus uir qui hic loquitur, patitur non ſolum à peccatoribus exterius, ſed etiam à falſis fratribus interius: pro qua pauet quodammodo factus extra ſe, quia timet ne ſuccumbat, & ideo liberari ab eo orat, exhortans nos, ut ſi quando tribulemur, oremus & nos, ut non deficiamus. Et ſi timemus, ita timeamus, ut etiam ſperemus, quoniam ipſe qui agit in hoc pſalmo non ſolum timet, ſed etiam ſperat. Timor enim ſine ſpe deſperatio eſt: ſpes uerò ſine timore præſumptio eſt. Et ideo debemus ſperare & timere. Timere quidam ex humana infirmitate, ſcilicet ut qui ſtat uideat ne cadat: ſperare uerò ex diuina promiſsione, quia & ſi in humano corde aliqua ſit conturbatio, nõ tamen deſerit nos diuina conſolatio. Vnde ſatis congruè à quodam de hoc pſalmo dicitur: Pſalmum intendamus, ſi orat, oremus: ſi gemat, gemamus: ſi gaudet, gaudeamus: ſi ſperet, ſperemus: ſi pauet, paueamus. Titulus ſic exponitur: Hæc uerba referuntur non ad hiſtoriam, ſed in finem: id eſt, ad Chriſtum per eius membrum, quæ ſunt pſalmus, id eſt, laus attributa Dauid perfecto uiro: id eſt, uerè manu forti, uni ſiue pluribus. loquitur enim hic unus ex unitatis affinitate in perſona multorum. Pſalmus dico qui eſt extaſis, quia in eo perfectus uir cuius uox eſt ſecundum utranq; extaſin ſupra dictam, egit ita agens & inſiſtens cum Domino Deo ſuo, Domine Adam infelix ſperauit in ſe, & ideo confuſus eſt: ego autem ſperaui in te ſolo, non in me, & ideo non confundar in æternum. id eſt, æternam confuſionem non incurram, & non perhorreſcam hic temporalem confuſionem, ſed æternam. Eſt enim quædam temporalis confuſio, utilis perturbatio animi peccata ſua reſpicientis. Reſpiciendo erubeſcentis, abhorrendo corrigentis. Quam confuſionem Chriſtiana anima formidare non debet, ſed omnibus modis appetere, quia ſi bene amat, æternam confuſionem deuitat: ſi uerò eam non appetit, diuinam incurrit. Aeterna autem erit, quando iniquitatis ſuæ malos ex oppoſito, id eſt, ad ſiniſtram traducant. Quibus dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. Et tunc erubeſcent, cum exprobrabitur eis: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, & cætera. Non confundar inquam, quia ſperaui in te: & ut non confundar, libera me à periculo mortis in tua iuſticia. Quia ſi reſpicias ad meam iuſticiam, quæ ſolam iram meruit, damnabis me: in tua uerò iuſtitia ſaluabis me. Quæ iuſtitia eſt mea, id eſt, mihi à te data: dicitur tamen tua, ne de ſe præſumat humana ſuperbia, ſicut illi fecerunt, qui iuſticiam ſuam ſtatuerunt, & iuſticiæ Dei ſubiecti eſſe noluerunt. Quare gratiam Dei, id eſt, ueram ſaluationem non attenderũt. Quæ uerè dicitur gratia, id eſt, gratis data. Gratis enim nos uocauit, gratis & uocauit & iuſtificauit & magnificauit. Et ideo Domine libera me in tua iuſticia, id eſt, in gratia tua, & erue me. Quaſi dicat, Quod iuſtificat me, ſcilicet quod de impio facit pium, de cæco uidentem, de cadente ſurgentem, de flente gaudentem. Vt tandem ab æterna confuſione liberet me, nõ eruat me à maiorum conformitate. habet enim alia tranſlatio utrunq;, ſcilicet Libera me & erue me.

Inclina ad me aurem tuam.] Libera me inquam, & inclina tu ſcilicet altus ad humilem, medicus ad ægrotantem,

Digitized by Google

tantem, Deus ad hominem: aurem tuam, id eſt, potentiam exaudiendi, quæ in te eſt ad me clamantem. id eſt, diſpone miſericordiam tuam ſuper me. Quæ enim miſericordia maior poteſt eſſe, quam quod Deus unigenitum ſuum incarnari pro nobis conſtituit, non ut nobis uiueret, ſed ut pro nobis moreretur. Inclina inquam, & accelera ut eruas me: id eſt, ut tandem à conſortio malorum ſepares me, & uerè accelerabis: quia tempus breue eſt, nec aliquid uideri debet longum, quod habet exitum.

Eſto mihi in Deum protectorem.] Dico ut tandem eruas me. Nunc autem interim eſto mihi Deus protector: id eſt, protegens me contra omnes impetus & inſidias inimici, & eſto mihi domus refugij. Fugi enim à te, & perdidi me: refugiam ad te, ut inueniam me: quia ſi à te recedam, quocunque fugero, te inueniam. Si iratus, punitorem: ſi placatus, adiutorem. Et ideo ſis mihi domus, ad quam qui iam defeci in campo recedens à te, refugiam, ut faciam me ſaluum: id eſt, ut qui prius me perdidi me inueniam.

Quoniam fortitudo mea.] Ideo Domine te rogo, ut ſis mihi domus refugij & protector. Quoniam tu es fortitudo mea dando mihi patientiam, ut ſim fortis ad tolerandas tribulationes & perſecutiones inimicorum. Et es refugium meum ad relinquendos eos, ſcilicet ne eam in conformitatem illorum, & propter nomen tuum per me glorificandum deduces me: id eſt, uoluntatem tuam inſiſtere & amare, & meam prorſus contemnere facies. Et ita deduces me, id eſt, de uirtute in uirtutem ſublimabis me. Et ita enutries me, id eſt, lacte nunc interim cibabis me, ut poſtmodum aptus ſim adueſcēdum ſolido cibo, quo paſcuntur angeli. Nota ſimilitudinē. Sicut. n. materna pietas durum cibum, quo paruulus nequit paſci, in carnem ſuam traijcit, ut in lac molleſcat, & ſic paruulo ſuo præbeat, donec idoneus ſolido cibo paſci fiat: ita ſummi Patris clementia ſolidum cibum angelorum, id eſt, ſapientiam ſuam, ad quam percipiendam noſtra prauitas nō erat idonea, in carnem traiecit: quia carne eam ueſtiuit, & humilitatem eius quaſi in eſca lactis nobis præbuit. Quam comedentes, id eſt, imitatores ſiamus tandem idonei ad paſcendum pane uero, quo paſcuntur angeli. Vt enim panem angelorum manducaret homo, rex cœlorum factus eſt homo.

Educes me de laqueo.] Enutries me inquam, & enutriendo educes me: id eſt, expedies me de laqueo illo, quem abſconderunt. id eſt, abſconſe parauerunt mihi diabolus & miniſtri eius. laqueum uocat deceptionem omnem & inſidias diaboli, in quo laqueo parat nobis, & occultat duo implicamenta, errorem ſcilicet & terrorem. Errorem quidem in blandirijs, quo nos decipiat: terrorem uerò in tribulationibus, quo nos frangat. Sed nos imitemur exemplum imperatoris noſtri, qui non ſolum pro nobis dignatus eſt incarnari, ſed etiam pro nobis dignatus eſt tentari. Et primo quidem tentatus eſt errore in monte à diabolo, cum ei proponens omnia blandimenta mūdi dixit: Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. ſed decipi non potuit, quia ianuam cupiditatis contra errorem clauſit dicens: Vade retrò ſatanas. non tentabis Dominum Deum tuum. Tunc ut euangeliſta teſtatur, receſsit ab eo ad tempus, iterum rediturus. & quem non potuit errore decipere, uoluit terrore frangere parando ei paſsionem. ſed nec hoc modo quicquam profecit, quia ipſe item ianuam timoris contra terrorem clauſit. Nos ergo ſimiliter quādo à diabolo uel miniſtris eius tentamur, contra errorem cupiditatis ianuam claudamus, & contra terrorem timoris portam obſtruamus, & ſic à laqueo iſto educemur.

Quoniam tu es.] Ideo inquam educes me de laqueo, quoniam te ſolum elegi, ut eſſes contra inſidias & impetus inimici protector meus. Et quis te protectorem habeo, ideo Domine commendo ſpiritum meum, id eſt, animam meam à laqueo erroris & terroris defendendam, non infirmitatem meam, ſed in manus tuas: id eſt, in omnipotentiam tuam. Et meritò hoc facio, quia tu certiſsimè redimes inde eam, quoniam iam eam per fidei ſacramentum redemiſti. Tu dico, qui es Deus ueritatis, id eſt, qui nullum fallis in promiſsis.

Odiſti obſeruantes uanitates.] Verè es Deus ueritatis. nam non es Deus falſitatis, quia odiſti obſeruantes uanitatem. Obſeruant autem uanitatem, qui dum timent mori, moriuntur. Timendo enim mori mentiuntur, & mentiendo moriuntur. Qui ideo mentiebantur, ut uiuerent. Mendacium enim mors eſt animæ. Et ſic dum unam mortem fugiunt, geminam incurrunt. Quod ſcilicet mortem fugere ut ſuperuacue & inutiliter, quia licet mortem ut uidetur poſsint differre, non tamen eam poſſunt auferre. & hoc totum ideo fit, quia hanc uitam & hæc temporalia bona amant, quæ uana ſunt. Vel hoc modo: Si ſperas in pecunia aut nobilitate, uel in aliqua ſeculari dignitate, uanitatem obſeruas. nam dum ſperas, expiras: & dū expiras, perdis in quo ſperabis. Quod item ſuperuacuum eſt, id eſt, damnoſum Amemus igitur ea quæ nec nos ſpirantes deſerant, nec à nobis ſpirantibus deſerantur.

Ego autem ſperaui in Deo.] Odiſti quidem Domine obſeruantes uanitatem, me autem nō odis: quia ego ad uanitatem non reſpexi, imò ad ueritatem, quia ſperaui ſemper, & ſperabo in te Domine. Et hoc modo ſperabo, quia exultabo exterius, & lætabor interius: id eſt, plenariè gaudebo nō in iuſticia mea, ſed in miſericordia: id eſt, in gratia tua. In qua meritò debeo lætari, quoniam ſicut prius me elatum in Adam deſpexiſti, dando me in neceſsitates: ita me nunc humiliatum reſpexiſti, quia iam ſaluaſti pro ſpe de neceſsitatibus animam meam: id eſt, de peccatis & miſerijs omnibus. Quæ ideo neceſsitates dicuntur, quia dum à luce ueritatis in primo parente concidimus, neceſſario in has miſerias lapſi ſumus, à quibus nequaquam perfectè uſque in finem ſaluari poteſimus, ſpe tamen ſaluati ſumus. De his neceſsitatibus dicit Auguſtinus: Quis animæ neceſsitates enumerare uel dignè queat uitandas commendare? Nullus utique. Magna enim neceſsitas eſt neſcire cor alterius. Vnde eueniunt ut ſæpè de amico fideli male ſentiamus, de inimico uerò fideli bene cogitemus. hinc dictum eſt: Nolite ante tempus iudicare, & reliqua. Magna quoq; neceſsitas eſt cor ſuū neſcire. Sicut Petrus neſciuit qui dixit: Domine, & ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Præterea magna neceſſitas eſt ipſa mortalitas, quia neceſſarium eſt omnes mori, & nemo tamen uult mori. Pugnare quoq; contra ueteres conſuetudines, & deteſtari malum: & tamen facere malum graues neceſsitates ſunt, & aliæ multiplices & innumeræ neceſsitates animæ ſunt, quas nullus ualet explicare.

Nec concluſiſti me in manibus inimici.] Saluaſti me inquam de neceſsitatibus, & hoc modo concluſiſti: id eſt, non permiſiſti me, neque permittes concludi me. id eſt, animam meam in manibus, id eſt, in poteſtate inimici. Inimicum hic accipe non familiarem aliquē uel tuum uicinum, ſed peſsimum hoſtem ſerpentem antiquum, in cuius manibus concluditur quicunque in peccatis ſuis moritur. Qui uero conuerſus fuerit ab impietate ſua, & fecerit iuſticiam non morietur, neque in manibus eius concludetur. Non concluſiſti me inquam, in manibus inimici, ſed potius ſtatuiſti pedes meos, id eſt, affectiones meas in loco ſpacioſo, id eſt, in latitudine charitatis. hoc eſt, feciſti mihi facilem iuſticiam tuam, ut per eam corde dilatato currerem: quæ ſicut eſt difficilis nolenti, ita eſt facilis amāti. Arcta enim uia eſt, quæ ducit ad uitam, quia nō curritur niſi dilatato corde.

Miſerere mei Domine.] Huc uſq; eſt quaſi aggratulatio perfecti uiri, liberati à tribulationibus, qui & ſalua rua eſt à neceſsitatibus. Et cuius pedes ſunt in loco ſpacioſo. Quomodo autem nũc dicit, periculo quaſi rurſus imminente. Miſerere mei Domine, quoniã tribulor. Si enim tribulatur, anguſtatur: ſi uero anguſtatur, quomodo pedes eius ſunt in loco ſpacioſo? An fortè ideo hoc dicit: Quia quorũ unũ corpus eſt, eorũ uox una eſt? In quo corpore quędã membra ſentiunt facilitatem iuſtitiæ, quędam adhuc laborant tribulatione. & ſi patitur unum membrũ, cætera compatiuntur: & ſi glorificatur unum membrum, cætera glorificantur. Et ideo iſta triſtantur in illorũ tribulatione, & ille conſolantur in iſtorum glorificatione. Quod inde euenit, quia charitas facit cõpagẽ: cõpages amplectitur unitatẽ: unitas ſeruat charitatẽ, charitas pducit ad claritatẽ. Quapropter perfectus hic oit, qui hic loquitur quamuis à tribulationibus liberatus, in perſone conſortium ſuorũ uel quorumlibet infirmorũ, quib. compatitur dicit: Miſerere mei Dñe. & opus eſt ut miſerearis, quoniã tribulor ego. Vnde autem granum inter tantam multitudinem palearũ quod prius gaudebat, modo autem tribulatur? Inde ſcilicet, quia iam refrixit charitas multorum. Et quia quos prius uidit in templo Dñi, modo uidet in theatro. Et nunc audit cantare theatralia, quos prius audiuit pſallere Eccleſiaſtica cantica. Et non ſolum tribulor, ſed etiam iraſcor. Vnde iraſcitur? Inde ſcilicet, quia uidet homines ore Deum confitentes, morib. autem blaſphemãtes. Et mundo dictis abrenunciantes, factis ſurẽ inhærẽtes. Multaque talia uidet, quib. iraſcitur corpus Chriſti, quod interius uiuit de ſpiritu Chriſti. Litera ſic dicitur: Oculus meus, id eſt intellectus meꝰ eſt in ira, id eſt iraſcitur falſis fratribus, oculus dico, per irã rationabilem tantũ cõturbatus, non etiam per odium exacerbatus. Iraſci enim malis quæ mali faciũt licet: ipſos uero odiſſe non licet. Et non ſolum oculus, id eſt intellectus eſt conturbatus: ſed etiam anima mea, id eſt ratio mea & uenter meus, id eſt ſenſualitas mea conturbata ſunt. Et intellige per his tria omnia interiora. Quaſi dicat: Interiora mea omnia conturbatą ſunt, non etiam exteriora. Quando enim tantam peruerſitatem & nequitiam malorum præualuiſſe uidemus, quam nec corripere nec corrigere poſſumus, tunc iraſci tantum licet: clamare uerò non licet, quia ſi clamaremus, nihil proficeremus, imò magnum nobis offendiculum faceremus. Quod cum euenit, turbantur tantum interiora, non etiam exteriora. Senſualitas dicitur uis illa animæ, quæ tantum de exterioribus appetit, quantum ſufficiat neceſsitati corporis. Quod quãdiu ſeruat, ſubiacet uiro ſuo, id ẽſt, rationi: cum uerò hæc excedit, iugum uiri ſui abijcit, & diabolo conſentiens manum ad illicita quaſi Eua ad pomum extendit, & ſic etiam uirum ſeducit

Quoniam defecit in dolore uita mea.] Meritò interiora mea conturbata ſunt, quoniam uita mea quæ debuit proficere in lætitia, defecit in dolore. Sciendum quod uita ſancti uiri & in euangelio Chriſti perfecti non eſt neceſſaria ſibi, ſed aliorum diſpoſitioni. Nec ipſe propter ſe uiuit, ſed ut eius uita exemplum præbeat alijs, qui cum aliquos lucratur, quos ſuo exemplo corpori Chriſti adiungit, tunc uita eius in lætitia proficit: & econtra ſi nullum ſibi conformare poterit, eius uita in dolore deficit. Vnde perfectus hic uir conqueritur dicẽs: Vita mea defecit in dolore, & non breuis uita, ſed anni mei: id eſt, longa uita mea, quam ut alijs proficerem deduxi, defeci in gemitibus non in claris uocibus: quia tantam peruerſitatem attendo, quod dolorem cordis gemitu tantum licet exprimere, non etiam uocem correctionis emittere.

Infirmata eſt in paupertate uirtus mea.] Ideo uita mea in dolore defecit, & anni in gemitibus: qa uirtus mea, id eſt, uigor charitatis erga proximos exemplo meo ſaluandus, eſt infirmatus non in me, ſed quantum ad efficaciam in paupertate: id eſt, quaſi in cibi egeſtate. Quia cum nihil aliud eſurirem, niſi ut aliquos ſaluos facerem, nullum inueni per quẽ mihi conformando me reficerem. Et non mirum ſi uirtus eſt infirmata, quia etiam oſſa mea: id eſt, ualidiores inter conſortes meos qui erant robur meum, conturbati ſunt interius (ut ſupra dictum eſt) non tantum ab hoſtium perſecutione, quantum à falſorum fratrum impietate.

Super omnes inimicos meos.] Ideo uirtus eſt infirmata, & oſſa conturbata: quia ego factus ſum opprobrium ſuper omnes inimicos meos, id eſt, maiori contemptui habitus ſum, quam omnes inimici mei, id eſt, Iudęi ſcilicet & pagani contradicentes ueritati: quod tamen, quaſi dicat, euenit, inueniuntur falſi Chriſtiani, qui deterius in eccleſiæ ſacramẽtis uiuunt, quam uel Iudæi uel pagani in regula ſua faciant. Quod referendũ eſt ad ipſos inimicos. Habet enim alia tranſlatio: Apud oẽs inimicos meos factus ſum opprobriũ, & ualde factus ſum opprobriũ uicinis meis. Vicinos uocat illos, qui prius ad eccleſiaſticã regulã accedere, & eccleſiã intrare uoluerũt, ſed ꝓpter prauã uitã falſorũ fratrũ repulſi ſunt, apud quos factus eſt opprobrium. Vel quia ipſi eum cõmuniter cũ cæteris uituperant, uel etiam ipſimet dicunt: Quare nos ad uos accedemus, cum multo turpiorem uitam nobis ducatis. Et notis meis, id eſt, illis etiam quibus ego uel qui mihi noti ſunt iam in eccleſiaſticis inſtitutis, quia iam in eis uiuere conſueuerunt. Illis inquam ſum ego timor, quia timent mihi acceſsiſſe, quoniam dubitant etiam de me. Quaſi dicat: Propter quoſdam excidimus in dubitationem. Illi quoque quibus non ſolum notus eram in eccleſiaſticis inſtitutis, ſed etiam qui uidebãt me in ſcripturis ſanctis, quia legerant ibi plura prædicta & de uno quoque perfecto ſingulariter & communiter de omnibus: illi inquam cum multum ſapientes & perfecti uiderentur, fugerunt à me foras: id eſt, eccleſiam exierunt, & facti ſunt hæretici. De quibus dictum eſt: A nobis exierunt, qui à nobis non fuerunt. Et apud hos datus ſum obliuioni, remotus à corde eorum tanquam eſſem aliquis in peccatis mortuus. Vel tanquam mortuus à corde: hoc eſt, prorſus ab intimo ipſo mortuus.

Factus ſum tanquã uas perditum.] Quia uita mea defecit in dolore & uirtus eſt infirmata, & factus ſum opprobrium ſuper omnes inimicos meos, & cætera. ergo factus ſum tanquam uas perditum, id eſt, uas confractum, & nulli uſui aptum. Quia ſicut uas confractum liquorem ſibi infuſum, ut per ipſum alijs infunderetur, inutiliter effudit: ita ego laboraui. Et ut alijs proficerem me diſpoſui, ſed inutiliter labor meus & diſpoſitio mea effluxerunt: quia non fuit qui me ſequi uellet. Et hoc maximè ideo, quoniam audiui uituperationem multorum: id eſt, factus ſum opprobrium multis tam inimicis quam uicinis & notis. Et his qui me prius uiderant, & à me fugerant, multis dico commorantibus in circuitu: id eſt, qui tantum circueunt, & non intrant. Circueunt quidem & non intrant, quia rotam temporis amant. Non intrant autem ad ueritatem, quia non amant æternitatem, temporalibus deditti quaſi rotæ aſtricti. Et in eo circuitu commorantes, dum quia ipſi in eo erant: ego uero non conſentiebam, conuenerunt aduerſus me: id eſt, contra me ſimul conciliati ſunt accipere animam meam, id eſt, ut me qui intra ueritatem eram, extra facerent, & in circuito ſecum ponerent. Inimici quidem minis & perſecutionibus, falſi uerò fratres blandis ſeductionibus.

Ego autem.] Illi quidẽ conſiliati ſunt ut me deuorarent, ſed conſiliũ ſuum non perfecerũt: quia ego inter tot opprobria, inter tot ſcandala poſitus, foris perſecutiones, intus ſeditiones, uel ſeductiões, ſperaui Domine non in homine, ſed in te, in quo firmum & certũ eſt ſperare. Qui enim ſperat in homine, titubante homine titubat & ipſe & ſpes eius. Cadẽte homine, cadet etiã ſpes eius. In Domino uero non eſt proceſſus, non

Digitized by Google

non eſt defectus: quia nec augetur nec minuitur, ſed ſemper idē permanet. Et ideo ſixa ſpes eius eſt & certa. Speraui inquam in te. Et hoc in effectu oſtēdi, quia dixi tibi nō ſtrepente uoce oris, ſed ſilente uoce cordis: Eripe me Domine de manibus inimicorum meorū, &c. Et merito tibi dixi, quia tu ſolus es Deus meus, non Donatus, non Martiō, non etiam ipſe Paulus eſt mihi Deus. Nunquid enim in nomine Pauli baptizati eſtis? Vtiq; non, ſed in nomine Chriſti. Et iure te Deum mihi facio, quia ſortes meæ, id eſt partes meę, ad quas ſcilicet pertineo: hoc eſt, partes ſanctorū ſunt non in manibus hominum, ſed in manibus tuis, id eſt ſola potētia tua, quia quod illæ partes ſanctorū ſunt, non eſt in meritis eorū, ſed in gratia tua. Vocatur autem gratia Dei ſors, quia ſicuti cōtingit non electione meritorum, hoc fit ſicut qui ſorte eliguntur, non in meritis, ſed caſu eliguntur. Vel ſortes meæ in manibus tuis, id eſt eligant alij quaſcūq; partes in mundo uelint: ſortes autem meæ erunt in manibus tuis, id eſt, ego nihil eligam, niſi quæ dignè pertinent ad potentiam tuam. Et ideo non permitter mihi Donatus uel Martion, uel aliquis talium Africam, uel aliquam unā particulam in terra.

Eripe me de manibus inimicorum meorum.] Hoc ſemper orandum, hoc omnibus uotis optandū, ut eripiamur à Domino de manibus, id eſt, de poteſtate inimicorū. Notandum uerò quod alij ſunt inimici, contra quos debemus orare, alij pro quibus debemus orare. Contra diabolū enim & angelos eius debemus orare, ne decipiamur ab eis, quia ipſi inuident nobis regnum cœlorū. Dolent enim nos illuc aſcendere, unde ipſi ceciderūt: pro hominibus uerò inimicis, in quibus ſpes conuerſionis aliqua eſt, orare debemus. Sciendum tamen quod inimici homines qualeſcunq; ſint, nō ſunt odio habēdi. ne cum malus odit malum quē patitur, duo ſint mali. Diliget ergo bonus malum, quem patitur, ut uel unus tantum ſit malus.

Eripe me inquam, &c.] Eripe me à perſequētibus me, id eſt à falſis fratribus fraudulenter perſequentibus, pro quibus ideo etiam ſingulariter rogat, quia eorum perſecutio uiciniorū eſt & periculoſiorū. Nam illi tales cum à bonis non tolerantur, nec ſuo modo uiuere permittunt, quærūt ſtatim quomodo ab unitate erūpant, & aliquam perturbationē faciant: & pro his talibus eſt orandū, ut conuertantur & reſipiſcant. Et ſi iā exierunt, redeant: ſi uerò adhuc intra ſunt, ſed peruerſo modo, mutentur in melius, & perſeuerantes fiant.

Illuſtra faciem tuam.] Dico eripe me, & ut eripias me, illuſtra faciem tuam ſuper me, non libertum meū uel tuū, ſed ſeruū tuū, id eſt fac me talem, ut in dictis & factis appareat pertinere me ad hæreditatē tuā & poſſeſſionē. Et ut illuſtres, ſaluū me fac Domine, id eſt, fac me perſeuerantē eſſe. Et hoc non ex meritis meis, ſed in miſericordia tua, id eſt, nō quia ego dignus ſum, ſed quia tu miſericors es. Et ideo rogo, ut ſaluum me facias, ne confundar, id eſt, ne incurram ęternā confuſionem. nam nō debeo confundi, quoniā inuocaui te. facilis quidē & leuis uidetur cauſa quā dat, ueruntamē ſatis eſt magna. Nanq; mali Deū uocant, ſed nō inuocant: quia nō gratis, id eſt propter ſeipſum tantū uocant eum, ſed ut eum nequitiæ ſuæ miniſtrū faciant, ſcilicet ut per eum aurū, argentū, uel alia, quæ per ſe nullatenus habere poterant, acquirāt. Illi uerò ſoli rectè Deū uocant, qui & eum gratis uocant, & uocando dignam ei habitudinem in corde ſuo præparant.

Erubeſcant impij.] Ego quod nō confundar, impij autem ex oppoſito erubeſcant, id eſt, æternā confuſionē incurrant. Et ut tandem erubeſcant, deducātur in præſenti in infernō, id eſt in profundum uitiorū, ſcilicet dentur nunc in tenebras interiores, ut tandem dentur in tenebras exteriores. Et hoc nō eſt maleuolētiæ uotum, ſed enunciatio pœnę illorū: uel ſimpliciter ita poteſt dici, Impij erubeſcāt in futuro, & ita erubeſcāt, ut deducant in infernū, id eſt, in confuſionē æternā.

Et labia doloſa fiant muta.] Quod in hac uita nequit fieri, quia hic ſemper lacerant, blaſphemant, ſemper uenenatis linguis contradicunt: tandem autē uerè muta fient, tūc ſcilicet quando iniquitates eorū traducēt malos ex oppoſito, & ultra non erit locus peccato.

Quæ loquuntur aduerſus iuſtū.] Illa inquam ſunt labia doloſa, quæ loquuntur iniquitatem aduerſus caput ipſum iuſtorum, & aduerſus unumquenq; iuſtorum, in ſuperbia dictorū, & in abuſione rerum. Superbe dicta contra iuſtos ſunt ut iſta: Quid creditis? Quid ſperatis? Certum quidem eſt quòd laboratis, incertū uerò eſt quod ſperatis. Nam quando ueniet quod ſperatis? Hęc etiam uerè dicta ſunt ualde iniqua. Summa enim iniquitas eſt iuſtis auferre ſpem ſuā. In abuſione uerò loquuntur illi iniquitatē, qui terrena appetunt & amāt, quæ Dominus noluit amare & habere, ut doceret ea eſſe contemnenda, non quia in eius poteſtate non erant poſſidenda. Quod quidem faciendo ipſi Chriſto quem imitari nolunt, contradicunt. Et quia ipſe caput eſt omnium iuſtorum, in ipſo ipſis etiā contradicunt, in quo utroq; iniquitatem agunt.

Quàm magna multitudo.] Loquuntur inquā in ſuperbia & in abuſione. Sed non attendūt quanta ſit multitudo dulcedinis tuæ Domine. Poteſt quoq; cū quorundam uerborū interpoſitione ſecundū beatū Auguſtinū taliter cōtinuari, ut dicat perfectus uir qui prius aggratulabat, tanquam à tribulationibus liberatus, & qui hic proximè ingemuit, pro conſortio ſuorū in tribulatione, attendēs bona Dei quæ intus in ſpiritu uidit. Quę bona à ſolis fidelibus in occulto uidentur, à malis uerò nō cognoſcunt: quia mali ſola bona huius ſeculi norunt uidere, futuri aūt ſeculi bona nec ſciūt cogitare. Vnde in ſuperbia & in abuſione cōtra iuſtū loquunt. Attendens inquā bona illa, & cōmendans ea hominibus, quos hic uult tolerare, nō præſentia amare, quaſi admirans illa bona dicit ita: Domine q̄ magna eſt multitudo dulcedinis tuæ. Dulcedinē uocat ipſam immortalē & uerā ſapientiā Dei patris, quam per uerbū ſuū incarnatū notificauit, & quā in præſenti partim fidelibus dat, in futuro uerò perfectè dabit. Per hoc utrunq; uerò quod ponit, ſcilicet q̄ magna & multitudo innuit, quod tanta ſit quę nec numero nec modo poſſit cōprehendi. iuxta illud: Et ſapiētiæ eius nō eſt numerus. Magna inquam & multa eſt dulcedo tua Domine, quā licet celarā malis, tu tamen abſcondiſti, id eſt reſeruaſti timentibus caſto timore te, non homines, & tēdentib. ad te. Talis eſt, quaſi aliquis de loquentibus iniquitatē diceret: Vbi eſt illa dulcedo quam dicis? oſtende mihi eā. Et iſte diceret: Non poſſum uobis eam oſtendere, quia non eſt uobis dicere: Guſtate quàm dulcis eſt Dominus, quoniā amiſiſtis palatū cordis de febri iniquitatis, ſed ſolis timētibus Dñm poteſt oſtēdi, quoniā his ſolis dñs eā reſeruauit.

Perfeciſti eis qui ſperant in te.] Tendentibus quidē ad te, & timentibus abſcondiſti dulcedinem tuam: perfeciſti autem eam, id eſt, perfectam quantū hic eſſe poteſt, feciſti iam eam, & tandem perficies eis integrè, qui ita ſperant in te, ut nō timeant confiteri ſpem ſuā in conſpectu filiorum hominum, id eſt, ut ante principes & quoslibet perſecutores qui non filij noui hominis, ſed filij hominum ſunt, id eſt, qui in uetuſtate permanent, adhuc non erubeſcant profiteri fidem tuam. Hinc dicit Dominus in Euangelio: Qui erubuerit me coram hominibus, erubeſcam & ego eum coram patre meo: qui autem non erubuerit me, nec ego erubeſcā eum. Noli igitur tu quilibet erubeſcere ſpem tuam, ſed quemadmodum uiuit in corde tuo, ita habitet in ore tuo.

Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ.] Verè perfeciſti dulcedinē tuam manifeſtè ſperantibus in te, quia tandem abſcondes eos, id eſt, munies eos ſeparatos à conturbatione hominum, à quibus neceſſariò dum adhuc in area grana cum paleis ſunt, perturbantur.

Et pones eos in abſcondito faciei tuæ.] Nota quod non

promittit Dominus locum ſuis in paradiſo, aut in ſinu Abrahę, aut in cœlo: ſed in ſeipſo. habitet enim hic Deus in te, & tandem faciet te habitare in ſe. Recipe eum hic in corde tuo, & ipſe recipiet te in uultu ſuo. Quia qui nunc occultè tuetur ſuos in huius uitę loco, tandem tuebitur eos in ſe ipſo loco. Quo modo autẽ locus ſit in Deo, dicit beatus Auguſtinus, quòd etiã ſi ſibi eſſet uox dicendi, nulli eſſet auris audiendi. Poteſt tamen quadam ſimilitudine congruè hoc accipi, ut per abſconditum faciei claritatem uultus eius accipiamus, in qua tandem Dominus bonos tanquam in arce munita collocabit, quæ eſt abſcondita à malis iuxta illud: Tollatur impius, ne uideat gloriam Dei.

Proteges eos.] Tandem quidẽ abſcondes ſperantes in te, nunc autem interim proteges eos in tabernaculo tuo poſitos, id eſt, in præſenti eccleſia, quę locus eſt miliciæ & peregrinationis.

A conturbatione linguarum.] Hic enim aſsiduè hæreticę & ſchiſmaticæ linguæ lacerant, blaſphemant. Nobis autem quid eſt faciendum? Recipiant ſe quiſque in ſanctam eccleſiam, & teneat regulam ueritatis & unitatis. Et ſic à contradictione linguarum manebit ſecurus. Poteſt etiam Abſcondes eos, quod de futuro legimus, de præſenti dici ſic: Perficies tandem Domine dulcedinem tuam his qui manifeſte in te ſperant. Nunc autem interim abſcõdes eos, id eſt, munies eos à conturbatione hominum. in abſcondito faciei tuæ, id eſt, in ſecreto cordis eorum, ad iuſticiam credẽtis, ubi faciem tuam abſconſam conſpiciunt, & ſic proteges eos in tabernaculo tuo, & reliqua. Solẽt enim ſancti uiri & perfecti cum eis inſultatur à malis, & multa opprobria dicũtur, recipere ſe in cordis ſecretum, ubi dulcedine uultus Domini oblectantur, & quaſi cum ipſo Domino familiariter loquuntur, & ab ipſo contra omnem turbationem confirmantur.

Benedictus Dominus.] Poſtquam perfectus uir tanta beneficia Domini cõſiderauit, ſcilicet quod ipſum in ſe ſperantem non permittet in æternum confundi. Et quod de laqueo educet eum, & ſaluabit animam eius de neceſsitatibus, maximè propter id quod hic proxime dixit, ſcilicet quòd multitudinem dulcedinis, quam malis abſcondit, timẽtibus ſe reſeruauit, & perficiet tandem eam manifeſte ſperantibus in ſe, quos nunc iterum in tabernaculo ſuo protegit: pro his inquam omnibus dicit, Benedictus ſit Dominus, id eſt, exaltatus & auctus in membris ſuis ſit Dominus. Et quia ſuperius diffuſe dicta fuerant, breuiter ea recolligit dicens. Quoniam mirificauit, &c. Quaſi dicat: Merito dico benedictus ſit Dominus, quoniam ipſe hanc ſuam miſericordiam prædictam mirificauit, id eſt, mirificam & deſiderabilem fecit mihi perfecto uiro, & in me & in meis conſortibus, quorum uice loquor. Perfectus enim hic uir quaſi pro toto corpore eccleſiæ accipitur. Et non in paucis mihi eam mirificauit, ſed in ciuitate munita, id eſt in multitudine eccleſiæ, quæ munita eſt. uel quia populoſa eſt ſicut ciuitates populoſæ ſunt munitæ. uel quia fide, ſpe, charitate, tãquam propugnaculis protegitur. Habet alia translatio, In ciuitate circumſtantiæ. Quod beatus Auguſtinus ſic exponit: Dicit quod ciuitas circumſtantiæ olim fuit Hieruſalem, quam gentes undiq; circumſtabant: ubi erat & ſacerdotium & templum, & ubi ſacrificia offerẽbantur, & prophetiæ declarabantur: ubi etiam Dominus prędicauit, docuit, miracula fecit, paſſus eſt, reſurrexit, aſcendit. Sed quoddam longè dignius poſt hæc omnia fecit, ſcilicet quod miſericordiam Chriſti ſui infra illum populum tanquam in uaſe non permiſit claudi, ſed uelut fracto uaſe nomen eius ut oleum per omnes gentes effudit. quod taliter fecit, quia ſpiritum ſanctum de cœlis miſit, quo corda Apoſtolorum quaſi quædam robora accendit, & per illos gentium ſyluam undiq; incendit. Vnde hic rectè dicitur, quod Dominus miſericordiam ſuam in ciuitate munita, id eſt, populoſa mirificauit.

Ego autem dixi in exceſſu.] Dico benedictus ſit Dominus, quoniam mirificauit miſericordiam ſuam in ciuitate munita: & tamen ego in hac mirificatione poſitus in exceſſu, id eſt, in extaſi mentis meę, pro pauore ſcilicet tribulationũ, quas ut hæc mirificatio per me fieret, uidi ſæuituras in me, & cõſortes meos nõ ſolũ à perſecutoribus exterius, ſed etiã interius à falſis fratrib. & ideo timẽs impediri dixi, Dñe proiectus ſum à facie oculorũ tuorũ. Quaſi dicat: Mala quæ in me ſæuiunt, oſtendũt me amiſiſſe miſericordiæ tuæ contuitũ. nam ſi me reſpiceres, nõ me tanta pati ſineres. Dicit beatus Auguſtinus, q. ex hoc loco occaſionem habuit pſalmi titulus, quia ponit hic exceſſus. Et poteſt reliqua quoq; pars extaſis ſcilicet ad ſuperna intẽtionis hic notari, ſi ſic dicat: Ego in exceſſu mentis meæ poſitus, id eſt, excedens me hominẽ, ut ſublimitatẽ miſericordiæ tuę attenderẽ dixi, Domine proiectus ſum à facie, &c. i. nõ ſum dign⁹ tãta tua miſericordia ut pri⁹.

Ideo exaudiſti.] Ego quod nõ me extuli, ſed humiliaui, & accuſaui dicẽs: Ego proiectus ſum à facie oculorũ tuorũ. Et in tantis tribulationib. clamare ad te pro hac tribulatione nõ deſtiti, & ideo tu exaudiſti uocẽ orationis meæ, & meorũ conſortiũ dum clamarẽ ad te, id eſt, quia clamaui nõ ore, ſed cordis intẽtione, ad te Dominum tantum, non ad aliud.

Diligite Dominũ omnes ſancti eius.] Perfectus uir expertus humilitatẽ in tribulatione. Et quod Deus ipſum clamantẽ ad ſe exaudiuit, hortatur nos ut eũ imitãtes clamemus ad Dñm dicens: Diligite nõ uos uel mundũ, ſed diligite Dominũ, id eſt, clamate ad Dominũ. Ille enim uerè clamat ad Dñm, qui contẽnit mundũ, & abnegat ſe ipſum. Diligite dico omnes per hoc futuri ſancti eius, & debetis diligere, quoniã Dominus requiret ueritatẽ, id eſt hanc ueră dilectionẽ ubi poſsit inueniri. Quid enim uerius q̃ creaturã creatorẽ, quę nec per ſe poteſt ſubſiſtere, à quo pendet ſuũ eſſe diligere. Requiret inq̃ ueritatẽ, & remunerabit etiã falſitatẽ: quia facientibus ſuperbiã, id eſt quæcũq; peccata. Superbia enim principium eſt omnis peccati, & hoc abundanter, id eſt, perſeuerãter. illis inquam retribuet pro meritis ſuis Dominus. Poteſt quoq; ueritas iſta cõtra falſitatem illorum accipi. de quibus ſupra dixit: Qui uidebant me foras fugerunt, & quos notos uel uicinos uocauit. Et ſuperbia plane in eiſdem contemnẽtibus unitatem notari. Nam & illorum falſitatem, & ueritatem eorum, qui ſeruant unitatem, tandem diſcutiet Dominus, & utranq; remunerabit. Et ne longũ uideretur hoc expectare infirmis, quia nõ dixit Retribuit, ſed retribuet: hortatur eos dicẽs, ut patiẽter expectẽt. Viriliter agite, & nõ dico in corpore, ſed cor ueſtrum cõfortetẽ in perſeuerãtia, ne ſitis manib. diſſolutis, & genib. debilitatis. Vos dico omnes qui ſperatis in Domino, quia uerè diligitis eũ. Sciendũ q. pſalmus iſte, quẽ Auguſtinus & Caſsiodorus ſecuti, in perſona perfecti uiri cuiuslibet legimus. In perſona quoq; capitis partim pro ſe, partim pro mẽbris ſuis loquẽtis, à quibuſdã legit. iuxta q. titulus ſic exponet: Iſte pſalmus refertur nõ ad hiſtoriam: ſed in finẽ, id eſt in perfectionẽ, attributus uero Dauid, id eſt capiti. Pſalmus dico dictus ab eo in ipſo paſsionis agone pro extaſi, id eſt, pro pauore mortis, nõ quod fas ſit intelligere ullatenus ex ſe mortẽ timuiſſe, ſed tantũ ex noſtra q̃ in ſe trãsfigurauit infirmitate. ut alibi dictũ eſt. Et eſt quaſi dicat: Domine pater, Adam ſperauit in ſe, & ideo confuſus eſt: ego autem ſperaui in te, & ideo etſi uideat ad horam confuſus ab inimicis meis. hæc confuſio tamẽ nõ erit ęternalis. Et ut non confundar in æternum, libera me Domine, id eſt, reſuſcita me non in iuſtitia mea, ſed in tua iuſtitia, qua me immunem à peccatis feciſti. Et tu altus inclina ad me humilem aurem tuam, id eſt propitiationem tuam. Et accelera ut eruas me, id eſt, ut non differas reſurrectionem meam in communem reſurrectionem. Et ut tandem eruas me, nunc interim ſis Deus protegens me.

Et ſis

Er ſis mihi domus refugij cōtra ipſos inimicos meos, ut facias me ſaluum, id eſt perſeuerantem, ne ab ipſis frangar. Et meritò à te hoc poſtulo, quoniam tu ſolus fortitudo mea es, id eſt, hoc q, ego contra eos fortis ſum, nō à me habeo, ſed à te. Et tu es refugiū meū, id eſt non ego mihi ſum refugium, ſicut Adam fuit ſibi refugium: quia refugit ad ſe, & perdidit ſe. Ego uero refugiam ad te, ut inueniam me. Et tu educes me, id eſt de anguſtia Iudaici populi deduces notitiā meā in latitudinem gentium. Et ſic enutries me, id eſt plura membra mihi capiti adiūges, & creſcere me facies. Quod taliter facies, ſcilicet educendo me per reſurrectionem de laqueo, quem abſconderunt mihi, id eſt, de morte, quam occulte parauerunt mihi inimici mei Iudæi Quod meritò facies, quoniam tu ſolus es mihi protectio: ego autem mihi ſum deiectio. Et quia tu uerè educes me, ideo ſecurè cōmendo ſpiritum meum in manus potentiæ tuæ. Commendatum enim propriè eſt, quod cum ea ſecuritate datur alicui, ut quando uoluit qui cōmendauit, illud recipiat. Et meritò tibi cōmendo, quia tu reddes mihi eum: quia redimes me à morte, quia iam redemiſti me per immunitatē peccati, cum ſis Deus ueritatis, non fallens ſcilicet in promiſsis. Vnde etiā quod de mea reſurrectione per prophetas promiſiſti, uerè adimplebis.

Odiſti omnes.] Deus quidem es ueritatis, ſed non es Deus falſitatis, quia odiſti Iudæos obſeruantes uanitatem, id eſt magis uolentes amittere innocentiā per mortem meam, quam me niuente perdere locum & gentem. Quod ſuperuacuè faciunt, quia tamen amiterent locum & gentem. Vel poteſt dici, quòd uanitatem Iudæi fecerunt, quando milites ad ſepolchrū cuſtodiendum poſuerunt, timentes ne diſcipuli Dominicum corpus furarentur, & dicerent plebi, Surrexit à mortuis. Quod ſuperuacuum fuit, quia eis nolentibus ac neſcientibus tertia die reſurrexit.

Ego autem in Domino ſperaui.] Illi quidem uanitatem obſeruant, ego autem non obſeruo uanitatem, quia adhæreo ueritati. Nam ſperaui in te Domine, & ideo exultabo & lætabor: id eſt plenariè gaudebo non in mea iuſtitia, ſed in tua miſericordia, ſicut prius. Et meritò gaudebo in te, quoniā ſicut Adam elatum deſpexiſti & neceſsitatibus multis damnaſti: ita reſpexiſti me adeò humilitatum, ut nec uoluntate à te deuiauerim. Et ſaluaſti animam meam de neceſsitatibus, id eſt de peccatis omnibus per ueram innocentiam mihi datam. Et non cluſiſti, id eſt nec permittes concludi me in manib. inimici, id eſt Iudaici populi, ut prorſus nomen meum auferat. ſed ſtatuiſti iā & ſtatues pedes meos: id eſt Apoſtolos meos per quos gradior in loco ſpacioſo, id eſt in diffuſa multitudine, tam Iudæorum quam gentiū, qui ab eis uerbum ueritatis audiēt.

Miſerere mei Deus.] Hactenus caput pro ſe ipſo locutum eſt, hic autem pro ſuis loquitur. Quaſi dicat: Domine bonis principijs bonos exitus iūge, & ſicut mei in me ipſo miſertus es, ita etiā miſerere mei in meis. & opus eſt, quoniam tribulor, id eſt tribulantur mei intus & exterius, in quibus quia ego ſum, tribulor & ego. & hoc ideo, quia oculus meus, id eſt ratio meorū conturbata eſt à puro contuitu ueritatis, quē prius habuit in ira illa quam præuaricator Adam promeruit. & anima mea, id eſt ſenſualitas mea eſt etiam conturbata. & uenter, id eſt illud quod mollius in meis, ſcilicet caro ipſa eſt conturbata. Neq; ſenſualitas mea uel noſtra illicita appeteret, neque caro ita fragilis eſſet, ſi Adam non peccaſſet. Et nimirum ſi hæc omnia in eis ſunt conturbata, quoniam uita ipſa meorum, quæ æterna eſſe debuit, defectum p[illegible]in dolore. id eſt in ira illa, pro qua ſemper eis dolendum eſt. Quod enim irā conſequitur ut grauius uideretur, pro ira ipſa poſuit. & anni meorum qui deberent eſſe æterni, defecerunt in gemitibus, id eſt in eadē ira, pro qua ſemper ingemiſcendum eſt, quod eſt grauius. & uirtus, id eſt cultaotia meorum eſt infirmata per eādem irā, ira ut ſit in paupertate, id eſt in omni indigētia plena. Et oſſa mea, id eſt intellectualitas mea, quæ erat præcipuum robur meorum, eſt conturbata. & pro his omnibus reſtituendis, quę ira illa turbauit, ſum factus opprobrium, id eſt uiliter ſine omni reſpectu damnatus apud omnes inimicos meos. Iuxta quandem tranſlationem: Vel ſum factus opprobrium ſuper omnes inimicos meos, id eſt maiori contēptui habitus ſum omnibus inimicis meis: tam Iudęis quam gentilibus, militibus ſcilicet Pilati qui ſū crucifixerunt, & inter inimicos ſingulariter factus ſum ualde opprobrium uicinis meis, id eſt Iudæis, de quorū lumbis exiui, & ideo factus ſum timor notis meis, id eſt his qui me prius perfectè nouerant, Apoſtolis ſcilicet, qui uidētes eum capi relicto eo fugerunt. & illi etiā alij diſcipuli qui uidebant me, id eſt qui attendebant in me ſuper egenū & pauperem, quia uiderant me prius ut Deum miracula facientem, & docentem. Illi inquam tunc fugerunt foras à me Deo in me hominem ſimplicem exiſtimandum, & datus ſum obliuioni apud eos, remotus à corde eorum tanquam quilibet mortuus. Putauerunt enim me ſubiacere legi morientiū. Vel illi qui dixerunt: Nos putabamus quod ipſe redempturus eſſet Iſrael, & ideo factus ſum apud eos tanquē uas perditum, id eſt cōfractum. id eſt, uiluit eis quicquid eos docueram tanquam uileſcit humor emanans de uaſo perdito, id eſt confracto. Quod inde contigit, quoniā audiui, id eſt patienter ſuſtinui uituperationē multorum. id eſt, Iudeorū & gētilium militum cōmorantiū in circuitu, id eſt diligentium locum & gentem, & cætera terrena: quæ in tota temporis circueunt, ſcilicet quia de cruce non deſcendi cum inſultantes mihi dicerent: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reędificas. &, Si filius Dei es, deſcende de cruce, & ſimilia. & ideo cōmorantes in eo circuitu, dum putātes me ſimpliciter hominē ſimul conuenirent aduerſum me, cōſiliati ſunt accipere animam meā: id eſt, ut me interficerent, & nomen meū prorſus delerent. ſed non potuerunt, quia ego ſperaui in te Dn̄e, & dixi. Eripe me de manib. inimicorū meorū Iudęorū, & à perſequentibus me gentilibus. Quod debes facere, quia es Deus meus & meorū. Et ſortes meę & meorū ſunt in manib. tuis, quia nihil eligemus nobis, niſi quæ ad te pertinent. Et ut eripias me, illuſtra faciē tuam ſuper me, qui nolo eſſe libertus tuus, ſicut Adā fuit: ſed ſum ſeruus tuus, id eſt ita clarifica me reſurrectione, aſcenſione, ut euidens ſit me ad te pertinere. Et ſaluum me fac, id eſt, fac meos perſeuerare non in ſua iuſtitia, ſed in tua miſericordia, ne confundantur æterna confuſione. Et debes facere, quoniā ipſi inuocauerunt te in ſe, nō aliud. In quibus quia ego ſum, ego inuocaui te. Impij autem qui te Deum ſuum non faciunt, Iudęi ſcilicet perſequentes me, erubeſcant æterna cōfuſione, & in præſenti deducantur in infernum, & doloſa labia eorum tandē fiāt muta. Quę modo loquuntur iniquitatem aduerſus me iuſtum in ſuperbia, cum dicūt: Nō habemus rēgē niſi Cæſarem. Et in abuſione rerū, quia malunt retinere locum & gentē, quā innocētiā. Non uero attendūt, quanta ſit multitudo dulcedinis tuæ per me mundo promiſſæ & conferendæ.

Quam abſcondiſti, & reliqua.] Sententia in his quatuor uerſibus eadem manet, quæ & in ſuperiori lectione.

Benedictus Dominus.] Ex omnibus ſuperiorib. ſicut prius dicit, Benedictus ſit Dn̄s. Et q̄ ſparſè dicta ſunt, breuiter ea recolligit dicens: Quoniā per Apoſtolos ſuos mirificauit omnē miſericordiā ſuā per me mūdo exhibitā. id eſt, meis in ciuitate munita, ſicut prius.

Ego autem.] Dominus quidem mirificauit miſericordiam ſuam. Vt hæc autem mirificatio fieret, dixi ego in euidentia rei: Domine protectus ſum à facie oculorum tuorum. Vt quid me dereliquiſti? Quaſi dicat: In tantum me humiliaui, & affligi permiſi, ut uiderer indignus quem tu reſpiceres: dixi hoc inquam in exceſſu mentis, id eſt quaſi in exceſſi pro pauore

Digitized by Google

uore mortis poſitua, quem pauorem non ex ſa, ſed ex noſtra quam portabat, pertulit infirmitate. Et quia ego me in tantum humiliaui, ideo exaudiſti Domine uocem orationis meæ: id eſt, intentionem cordis mei, dum clamarem ad te pro meis. Et ut uos exaudiat, diligite Dominum, & ſic clamate ad eum omnes ſancti eius, & reliqua. Hic quoque ad finem ſententia prioris lectionis non mutatur.

IN PSALMVM XXXI. ARGVMENTVM.

ORatio Ezechiæ, quia in languorem ob ſuperbiam inciderit: conuenit & cæteris ſanctis ſimili ſtatu degentibus.

IPSI DAVID INTELlectus.

EXPLANATIO.

HIc cũ pœnitentiæ Pſalmus ſit, primo Dauid meminit propter titulos Dominum Chriſtum, quoniam ad ipſum reſpicit, quicquid pœnitens iſte dicturus eſt. Deinde intellectus ideo ſequitur, quia nullus peccata niſi qui intellexerit, plangit: meritoq́; Pſalmus talis eſt in ſcriptione prænotatus. Vbi ſe deteriorατum peccator tardius intellexit, quia peccata quæ confeſtim prodi debuerant Domino ſe diutius tacuiſſe confeſſus eſt, audiens à Domino, Intellectum dabo tibi, & inſtruam te. In prima parte Pſalmi pœnitens loquitur, peccatum ſuum euidenter agnoſcens, pœnam ſuam merito diſtrictionis in dicens. Quoniã noxia facinora credidit occulenda, ubi breuiter principium & narratio continetur. In ſecunda parte ſola correctio eſt. Nam cum ſe propria confeſſione damnauerit, à Domino ſibi credidit eſſe parcendum. Tertia parte pœnitudinis bona commendans, etiam ſanctos in hoc mundo aſſerit Domino ſupplicare, in quo ſibi meritò teſtatur eſſe refugium. Quarta Dominus ad eius uerba reſpondens, ſperantes in ſe circumdare miſericordia pollicetur. quæ quatuor partes interiectis diapſalmatibus diuiduntur, niſi quas in diuinationibus ſequi conſtat eſſe propoſiti.

COMMENTARIVS.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.] Cõmendatur nobis Pſalmus diuinę gratiæ & iuſtificationis noſtrę nullis nouis meritis prçcedẽtibus, ſed ſola gratia præueniẽte. Cuius titulus eſt Intellectus Dauid, non quòd & alij intellectum habeant, ſed quia iſte præcipuũ ſpecialiter quẽdam intellectum maximè omnibus neceſſarium aperit. Inſtruit uidelicet, ut nemo uel libertatem arbitrij uel merita ſua ſufficere ſibi ad beatitudinem credat, ſed ſola gratia Dei ſe ſaluari poſſe intelligat. Et ait propheta in hoc Pſalmo contra populum illum arrogantem ſuperbæ ceruicis, qui iuſtitiam ſuam ſtatuere uoluit: iuſtitiæ autem Dei ſubditus eſſe noluit, quia per ſe ſaluari poſſe credidit, & ideo gratiam Dei contempſit. Quæ uerè dicitur gratia gratis data, quia non eã præcedentia conferunt merita, quapropter rectè Pſalmus iſte intellectus Dauid intitulatur. De hoc intellectu dicit beatus Auguſtinus: Manifeſtè plane intellectus eſt. Nemo iactet opera ſua ante fidem. Nemo ſit piger in bonis operibus accepta fide, quia ſola gratia hoc facit, ut Deus nõ reddat debitam pœnam, ſed donet indebitam gratiam. Debet uindictam, & donat indulgentiam. Incipite ergo eſſe in fide per indulgentiam, rurſus ut plus addat de eodem intellectu dicit: intellectus uero uel ipſa intelligentia eſt. Nemo præſumat ad regnandum de ſua iuſtitia, nemo etiam præſumat ad peccandum de diuina miſericordia: ſed quiſque ſecundum quod ſibi conſcius fuerit aut doleat corrigendus, aut gaudeat approbandus. Si ſe deuiaſſe inuenerit, redeat ut ambulet in uia. Si in uia ſtat, ambulet ut perueniat, & ita nemo ſuperbiat extra uiam. Nullus ſit piger in uia. Prima autem intelligentia eſt, ut noueris te eſſe peccatorem: conſequens uero huius intelligentiæ eſt, ut cum in fide bene cœperis operari per dilectionẽ, nec hoc meritis tuis adſcribas, ſed diuinæ gratiæ attribuas. & ſic non erit dolus in te, ut aliud habeas in corde, aliud in ore: ſicut in illis quos Dominus in Euangelio ſimiles dealbatis monumentis dicit, quia extrinſecus hominibus apparent iuſti, intus autem pleni ſunt dolo & iniquitate. Verè enim doloſus eſt, qui cum ſit iniquus prçtẽdit ſe iuſtum defendendo iniquitatẽ ſuam. Et quia totum per quod ſaluamur ſoli gratiæ eſt aſcribendũ, non illi ſunt beati in quibus Dñs peccata nõ inuenit. in omnib. enim inuenit, quia omnes peccauerunt, & omnes egẽt gloriã Dei. Si illi uero ſoli ſunt beati, quorum iniquitates ante gratiam inuentæ ſuperueniente gratia ſunt remiſſæ, id eſt, indultæ. Et poſſumus hic dicere iniquitates & originalia & actualia peccata, iuxta quod ſequitur, ſcilicet: Et quorum tecta ſunt peccata: erit repeticio nõ ex neceſſitate narrandi, ſed ut expreſſius Eccleſiæ iniquitates remiſſæ oſtendantur. Vel ſi uolumus diuerſificata, accipiemus per Iniquitates originalia, per peccata uero actualia, quæ ex propria tranſgreſſione nobis inſunt, & ſecundũ hoc ſimpliciter dicetur. Illi uero ſunt beati quorum iniquitates in originalibus ſunt remiſſæ, id eſt indultæ: & quorum peccata actualia ſunt tecta, id eſt abolita per gratiam. Tegit Deus peccata, quia non uult ea uidere, ne qua animam perdere. non uult uidere, quia non uult punire. Non uult ea cognoſcere, quia mauult ignoſcere. Et ideo tecta ſunt peccata. Tecta quidem, non ut uiuant, ſed ut non uideantur. Auertit enim Deus faciem ſuam à peccatis, nõ ut ad nos eam uertat, Item tecta ſunt peccata, non ut neſciantur, ſed non imputantur. Quod ſtatim ſubſequitur, Quaſi dicat: Rectè affirmo quod illi ſunt beati, quorum iniquitates & peccata ſunt tecta. Nam ille uir uerè eſt beatus, cuius Dominus non imputabit peccatum, id eſt, in quem Dominus non uindicabit aliquod peccatum ante gratiam ſiue originale ſiue actuale, neque aliquod poſt gratiam, quia ſi quid peccauit poſt perceptam gratiam, non eſt in ſpiritu eius dolus: id eſt in corde eius, quia non defendit peccatum ſuum, ſed humiliter confitetur. In illorum enim ſpiritu uerè eſt dolus, qui iactando merita defendunt peccata ſua. Quia cum iuſtitia ſonet exterius, iniquitas latet interius. In quorum ſcilicet peccatorum defenſione fruſtra laborant, quia dum ſe ut iniquitatem ſuam recognoſcant, nolunt humiliare, ſed defendendo eam ſe exaltare, deſtruitur eorum fortitudo: quia nullus in ſe fortis eſt, ſed in Domino. Iuxta illud: Nam uirtus in infirmitate perficitur. Poteſt quoque iſtud, ſcilicet, Nec eſt in ſpiritu eius dolus, per ſe & de alio accipi: ut ita dicatur, Ille uir eſt beatus, cui non imputabitur peccatum. Et ille eſt etiam beatus, in cuius ſpiritu non eſt dolus. habet alia tranſlatio, In ore eius. Iuxta quod ſpiritus pro uoce ſicuti placet, hic accipitur.

Quoniam tacui inueterauerunt.] Hoc dicit propheta nõ propter ſe, ſed in perſona illius ſuperbi populi, contra quem in hoc Pſalm[illegible]itur. Quaſi dicat: in ſpiritu quidem illius qui beatus eſt, nõ eſt dolus, ſed in meo ſpiritu eſt dolus: quia tacui quod clamandum fuit, & clamaui quod tacẽdum fuit tota die, id eſt aſſidue. Tacui enim, unde proficerem: clamaui, unde deficerem. Tacui confeſſionem, clamaui præſumptionem: tacui peccata, clamaui merita. Et ideo inueterauerunt oſſa

Digitized by Google

oſſa mea. Nam ſi tacerem merita, & clamarẽ peccata, tuoc innouarentur oſſa mea, id cſt uirtus mea robuſta eſſat in domo, quia hoc modo inuanirer in me infirmus. Quia autem tacui peccata, clamaui marita, inuetarata ſunt oſſa mea. id eſt in uetuſtate permanſe ſunt, quia confitendo peccata, nolui amare nouitatem. Qui autam ſunt reparati à peccatis, per miſaricordiam ſunt.

Quoniam die ac nocte.] Ideo inueterauarũt oſſa maa, quoniam manus tua, id aſt flagellatio tua granata aſt ſuper ma ſuperbũ præſumptione: non humiliatũ con feſsione die ac nocte, id aſt aſsiduè. Val in proſperitare & aduerſitate. Eſt autam dictum ad ſimilitudinem uerbatantia magiſtri, qoi ſuperbo puero non parcit. Dominus autem exaltantem ſe humiliat, id eſt ſuper illum manum grauat. Et ideo, quia iſta noluit humiliari confeſsione iniquitatis, paſſus eſt pondere diuinitatis, id eſt debilis ad quemlibet motum refrenandum factus eſt, ut ad cor rediret, & ſe paccatorem cognoſceret. Quando uero perferebat graoem manum Domini homiliantis, ſtatim ſenſit quam facilem manum Domini ſubleuantis: qoia peccata ſua attendit, & taſpuit uel reſipuit. Quod ſubſequẽter innuit cum dicit: Conuerſus ſum in ærumna mea. Quaſi dicat: Manus tua Domine grauata eſt ſupar me, & in hac ærumna mea, id eſt in hac continua miſeria, & attritione, quam patiebar ex aggrauatione manus tuæ, ſum conuerſus ad te. & hoc ideo, dum pro quod configitur ſpina, id eſt compuncta eſt cõſcientia mea per legem. Lex enim fixit ſpinam, id aſt compungi fecit conſcientiam, quia lax admonuit ut ſe quiſque reum agnoſceret, uidens ſe eam non poſſe implere. Habea autem quædam tranſlatio, Dum configitur ſpina. Quod uerè bene congruit huic ſantẽtiæ. Spina enim feruntur corpora recta & erecta. & ideo per ſpinam rectè intelligitur ſuperbia da propria iuſtitia, quæ etiam ſuperbia per legem, quæ omnia cõcluſit ſub peccato eſt humiliata. & ſciẽdum quòd hoc dicit in perſona tantom illorum, qui de illo ſuperbo populo pro quo dixit, Quoniam tacui & reliqua, conuerſi ſunt. Val ſorta in lui ipſius perſona iuxta priorem ſtatum.

Delictum meum.] Verè conuerſus ſum. Nam aggrauata ſuper me manu tua & ſpina confixa cognoui delictum, qood contra præcepta faci: & iniuſtitiam, id eſt quodcunque aliud peccatum maum eſſe. id eſt, ex uitio mea proceſsiſſe. & feci tibi cognitum utrumque, & delictum & ipſum meum eſſe non tuum, uel fati, ual alicuius talium. & non abſcondi, id aparui iniuſtitiam eſſe, inhumiliter per confaſsionem, ut tu abſconderes eam miſericorditer par non puniſionem. Quando enim quis aperit peccata ſua Domino confitendo, ipſe abſcondit ea non puniendo. Et cætara, ſi ipſa abſcondit ea non confitendo, Dominus aperit aa puniendo.

Dixi confitebor.] Verè cognitum feci delictum & iniuſtitiam meam. Nam dixi, id aſt propoſui in corde meo iſtud: Confitebor Domino iniuſtitiam meá, id eſt omne peccatum meum. Et ita quod aduerſum me, non adoerſum ipſom Dominum. Multi enim cõfitentur iuſtitiam ſnam, ut ille qni dicit: Nihil quidem peccaui, aut ego quidem feci iſtud, ſed non aſt peccatum. Multi uero & ſi confitentur iniuſtitiam ſuam, tamen non aduarſus ſe, ſed aduarſus Dominum. Vt ille qui dicit: Ego quidem peccaui, ſed non eſt culpa mea: quia Deus me talam qui facilè peccarem, facit. Aut quia ſatum hoc fecit, uel conſtellatio, ual inimica gens tenebrarum, quæ rabellat Deo, & ideo facit homines peccare: uel qoodlibet tale. Et hi omnes qui talia dicunt, de longinquo circueunt ad Dominom accuſandum, quia de cõpendio uenire nolunt ad ipſum placandum. Si enim breuiter dicerent, Domine quod nos peccauimus, non tu, non ſatum, non conſtellatio, nec aliquid talium accuſandum eſt, ſed nos ſoli: quia cum liberum arbitrium nobis dediſſes, nos conſenſimus diabolo nolentes & ſciantes. Si inquam talia dicerent, de compendio ad placandum Dominum uenirent. Dixi quod in propoſito meo confitebor Domino, & adhuc non arat uerbum in ore, & iam auris Domini erat in corda: quia tu Domina ſtatim cũ hoc propoſui, ramiſiſti mihi nõ ſolum peccatum, ſed impiatatem peccati. Paccatum enim dicitur malum quod fecit: impietas uaro paccati, quod non in ſe, ſed in Dominum ipſum retulit.

Pro hac orabit.] Hoc iterum dicit contra ſuperbum illum populum, qui gratiam de qua remittuntur peccata, de ſua præſumens iuſtitia non quæſiuit. Et ſic continuatur: Tu quidam Domina remiſsionem peccati feciſti mihi. Et pro haa remiſsione orabit te, ut perueniat ad te omnis futurus ſanctus, per ipſam tũc quando congruum erit orare: quia erit qui exaudiat, ſcilicet in tempore opportuno, id eſt, in tempore gratiæ. Da qoo dictum eſt: Ecce nunc tampus acceptum, & raliqua. Et quia præuidit in illo tempore accepto plures hæraſes eſſa futuras, prędicit nobis eas, ut nos præmuniat ab eis. Et conuertit ſe ad nos. Quaſi dicat: Omnis quidem ſanctificatus per gratiam orabit ad Dominum, ſed tamen non omnes ad eum peruenient: quia poſiti in diluuio aquarum multarum, id eſt in profunditate multarum doctrinarum hæreticarum, non adproximabunt ab eo. Per aquas multas accipe uarias doctrinas, & peregrinas hæraticorum. Alia enim aqua, id eſt doctrina fuit quòd faceret homines peccare, alia quod conſtellatio. Tertia quod inimica gens tenebratum, quæ rebellat Deo, & pluraa aliæ tales, contra quas dictum eſt: Bibe aquam de ciſterna tua, & de fluento putei tui. Putei anim ſunt Apoſtoli, quorum doctinam debamus bibare, id eſt, inſiſtere. His etiá aquis multis eſt contraria illa una aqua, quæ de ipſius intimo fonte purę ueritatis aqua, ſcilicet humiliationis cordis, quæ quid aliud docet, quam hominem ſe humiliare, ſemetipſum abnegare, atque prorſus contemnere? Hæc autem aqua nõ in Ariſtotelicis, nõ in Platonicis, non in aliquibus philoſophicis dictis reperitur, licet multa mirabilia ibi contineantur: ſed ſolus ille eá tradidit, qui cum eſſet diues, pro nobis factus eſt pauper: & cum eſſet innocens, pro nobis ablui uoluit & uictimari.

Tu es refugium.] Apoſtropham ad Deum facit. Quaſi dicat: Contra has aquas multas ſtrepentes, prementes, ſed non opprimentes: urgentes, ſed non demergentes, es tu Domine refugium meum liberans ma à tribulatione, quæ per has ſtrepentes aquas circumdedit iam & circumdabit iam. Tu dico exultatio mea ens in ſpe, & ut tandem ſis in re, erue me ab omnibus inimicis meis circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo.] Ita cõtinuatur ſuperius ad principala: Dixi in corde meo, Confitebor, & raliqua. Et me hoc dicẽte tu iam in foribus aderas, & nolenti ingredi ad te occurrebas. Quia dixiſti, Accede fili, ego dabo tibi intellectum bonum uitę, ſcilicet ut peccatum cognoſcas, & ſic de te non præſumas: ſed confitendo peccata & bene operando ad me gaudeas, quouſque illuc peruenias, ubi non ſis in ſpe, ſed in re. Dabo inquam intellectum, & non in uia hac, qua dato intellectu gradieris, id eſt, in bene operãdo inſtruam te, non ut ibi hæreas, ſed ut ab ea non aberres, & in ea proficias. Et hoc modo inſtruam te, quia firmabo oculos meos ſuper te, id eſt dirigam in te lumen intelligentiæ meæ confirmãdo oculos miſericordiæ meæ ſuper te, ut tu non auertas oculos tuos à me.

Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.] Huc uſque egit de his qui clamant peccata, & tacent merita. Principaliter autem hic ſe conuertit ad illos, qui tacent peccata, & clamant merita, ut ſuperius ille prædictus populus, exhortando eos ut reſipiſcant. Quaſi dicat: Quandoquidem apparet in me quòd in ſolis confitentibus remittit Dominus peccatum, & promittit intellectum & inſtructionem in uia, & cætera,

tera. Ergo uoe qui hactenua iactaſtia merita, & tacuiſtis frelera, nolite fieri da reliquo ſirut equua & mulua. id eſt irrationales & indomiti, ut proptio ueſtro ſeſſori, Domino ſcilicet non obtempereria, ſed ipſum excuiiatis, & non cognoſcatis ſirut faciunt maximè indomiri equi & muli. Vel qs equus ſubijcit ſo cuicũq; ſeſſori : & mulns cum ſit onotiferumanimal, paritut ſe à quocuuq; oeerati. Poteſt iuxta hãc quoq; ſimilitudinem ita dici : Nolite fieri ſicut equua & mulus, id eſt, nolite cuicunq; ſubijci, uel à quocunq; oueratì doctrinis uarijs & peregrinis, ucper hoc fitia ſimilea equis & mulis. Quod non debetis, quia mulis & equis non eſt inrellectus, id eſt, tatio ſicut in uobis.

In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.] Apoſtropha ad Dominũ. Quaſi dicar: Hortor ſuperbientea de iuſtitia ſua, ut nolint fiari ſicut equua & mulua. Qui aurem uoluut id fieri, nt ſint ſicut equus & muloa, & ideo uon approximant ad te humiliando : ſed eocum maxillsa, id eſt iactantiã eorum conſtringe tu Domine in rhamo & freno. quod uuum eſt, & hic pro eodem acripitur quocunq; ſcilicet diuino flagello in præſenti. Damnantur enim plerunq; mali duplici contritione, hic ſcilicet & in futuro. Et par maxillas, quibus os mouetur ut loquatut, rectè iactantis de maritia ſignificatur. Quia uero maxillæ mandibulæ ſunt, accipit Caſsiodorus hic pec chamum & frenum ſubtractionem tãtum temporalium bonorum. Er non eſt hoc maleuolentię uotum, ſed enunciatio pœnæ illorum.

Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.] Verè Domine rõſtringes nũ approximantes ad te, quia multa erunt flagella peccatoris non confitentis, ſed defendentis peccata ſua: quia & hic & in futuro flagellabitur. Et quia poſſet obijci quòd etiam boni flagellarentur, remouat illa non eſſe flagella, ſed miſeritordiam. Aliter enim flagellar Dominus ſeruum ut expellat, aliter filium quem in hæreditatem recipiac. Et eſt quaſi dirat: Peccatores quidẽ flagellabuntur, ſperantes autem in Domino non flagellabuntur : ſed miſericordia, id eſt pia & paterna correctio circũdabit, id eſt muniet eos.

Lætamini in Domino.] Quia miſericordia Domini tantum circumdabit ſperantes in ipſo Domino, atgo uos iuſti, id eſt per miſericordiam Domini reparati & facti iuſti, lætamini corde, & exultate corpore, id eſt plenarium gaudium habere in Domino. Et gloriamini, id eſt, non ſolum libenter flagella miſericordiæ ſuſtineatis, ſed etiã gloriamini in eis omnes uos qui non diſtorti, ſed recti corde eſtis. Recti corda dicuntur illi, qui cor ſuum ita ſecundum uoluntatem Dei dirigunt & complanant, ut nihil factum ab ipſo eis diſpliceat : & quicquid patiuntur, iuſte ſe pati opinentur. Diſtorti uero corde ſunt, qui uoluntatem ſuam uoluntati Dei præponunt, & quibus diſplicent quæ ab ipſo fiunt, atq; ſe iniuſte pati quælibet mala opinantur. Vnde in aliquam harum prauarum ſententiarum incidunt, ſcilicet ut haud dicant Deum non eſſe, aut iniuſtum eſſe. Aut diminuantes ei regimen, dicant eum terrena non diſpenſare.

IN PSALMVM XXXII.

ARGVMENTVM.

POſt uictoriam de Aſsyrijs carmẽ triumphale componitur, in quo docetur irritæ ſpei eſſe omnia, quibus præter Deum mortales exultant.

IN FINEM PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

HOrtatur in hoc Pſalmo propheta Eccleſiã fidelem ad pſalmodiam, enumerans potentiam factaq; creatoris, at ad laudes eius auidius feſtinet, cum uirtutem ipſius pietatemq; cognoſcit. per totum quidem Pſalmum propheta loquitur, ſed in prima ſectione monet iuſtos in Domino gaudere, qui creaturas ſuas mirabili potentia continet : ſecunda exclamat beatum eſſe, qui ad eius meruit pertinere culturam, ſignificans tempora Chriſtiana. in quibus erat multitudo gentium creditura.

COMMENTARIVS.

E*xultate iuſti in Domino.*] Titulua eſt, Pſalmua ipſi Dauid, prophetę ſcilicet uel cuilibat perfecto attribuẽdus. Dicunt expoſitorea ſancti, hunc Pſalmum continuari ſuperiori. Et uidetur ſatis congruum : quia ſicut in ſuperiori hortatus eſt ut nullua præſumeret de meritis ſuis ante uidere, cum nullua ſaluetur niſi per gratiam: hic ita hortatur fideles iam factos, id eſt iuſtos, ut non habeant fidem ocioſam. Fides enim ſine operibus mortua eſt. Poteſt ergo in ſuperiori Pſalmo pars illa ſententiæ de primo titulo notari, ſcilicet nemo iactet bona opera ſua ante fidem. In hoc uero Pſalmo para reliqua, ſcilicet nullus ſit piger in bonis operibus accepta fide. Et eſt quaſi diceret : Iniuſti, id eſt infideles exultent in mundo, ut tranſeunte mundo tranſeat eorum exultatio: uos autem iuſti, id eſt fideles credentes in eum qui iuſtificat impium, exultate in Domino non in mundo, ut ſicut Dominus æternus eſt, ita exultatio ueſtra ſit æterna. Et quia ita rõuenit exultare, ut laudent illum in quo nihil eſt quod diſpliceat bonis, & cui omnia ille placet cui ipſe non diſplicet, congruè ſubdit, Rectos decet laudatio. Rectos uocat iuſtos. Et ſunt recti, ut ſupra dictum eſt, qui non uoluntatem Dei diſtorquent: ſed ſecus eam cor ſuum dirigunt, grati ei in omnibus quæ ab ipſo fiunt. Quia & ſi in aliquo perturbat eos humana fragilitas, conſolatur eos diuina æquitas. Et ideo laudet Deum & in aduerſitate & in proſperitate, quoniam talis laudatio decet ſolos rectos, id eſt, iuſtos. Iniuſti enim & diſtorti non ſic laudant Dominum. Vnde dictum eſt, Si bene feceris ei, bene dicet tibi : ſi uero malè ei fuerit, non benedicet te, immò reprehendet, dicendo te iniuſtum qui erucias eum, cum alios nequiores eo non punias.

Confitemini Domino.] Quia rectorum eſt laudare Deum, ergo uos iuſti confitemini Domino, id eſt, laudate Dominum in cithara, & pſallite ei in pſalterio. Cum dicit, confitemini in cithara, & pſallite, noli intendere animum ad theatralia organa, ſed ad ſpiritualia. Cithara enim ab inferiori parte ſonat, & nos ex inferiori noſtro habemus unde dupliciter Deum laudare poſſumus : ex proſperitate ſcilicet, & ex aduerſitate. Eſt enim quædam terrena proſperitas, cum ſani uiuimus ſecundum carnem, & cum ea quibus uiuimus abundant, & cum fructus largè proueniunt: quæ quia ad terrenam uitam pertinent, ingratus exiſtit quiſquis ex aia non laudat Dominum. Eſt item quædam terrena aduerſitas, cum in languoribus & uarijs tribulationibus laboramus. Ex quibus etiam debemus laudare Deum, ſcientes hoc non fieri niſi ex illius ſuaui diſpoſitione. Cuius ſapientia attingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Rurſus ſi ea quibus uiuimus defuerint, & ſi fructus non largè prouenerint, aut ſi hęc per uiolentiam nobis ablata fuerint, inde etiam laudemus Dominum, citharizantes ei cũ citharista illo præcipuo qui dixit : Dominus dedit, Dominus abſtulit. ſicut Dño placuit, ita factum eſt: ſit nomẽ Dñi benedictũ. Quia

& ſi

& ſi auferuntur quæ dedic, non tamen ipſe anfertur qui dedit. Pſalterium autem de ſuperiori parte reſonet, & tu aliquis attendens ſuperna dona Dei, ſcilicet quid pięceptorū tibi daderit, & qua cœleſti doctrina te imbuerit, & quid deſuper ex illis intimo fonte putæ uaritaris præ elijs tibi conceſſerit: lauda Dominū, pſallēdo ei in pſalterio decem cordarum. Decē enim cordæ, decem præcepta ſunt: ex quibus tria pertinēt ad dilectionem Dei, ſeptem uerò ad dilectionē proximi, de quibus in buius tractatus principio ſatis expeditū eſt. In quib. decē præceptis tange pſalterium adimplendo legē, quā Dn̄s Deus tuus non uenit ſoluere, ſed adimplere. Ille pſallit Domino in pſalterio decem cordarū, quiſquis bene operando laudat Dominum in adimpletione legis, quæ continatur in decem præceptis.

Cantate ei canticum nouum.] Quia lex ſe habet & ad uetuſtatem & ad nouitatem, appoſitū aſt hoc ad determinationem. Quaſi dicat: Hoc modo hortor confiteri & pſallere Domino in pſalterio decem cordarum, ut canteris ei non lingua, ſed uita: canticum non uetus, ſed nouum. Canticum enim nouum nemo cātat, niſi renouatus per gratiam. Et eſt nouum canticum, noua charitas, ut nō tantum quiſq; diligat amicum, ſed etiā inimicum ſicut ſeipſum: ſicut uetus canticum, eſt uetus animoſitas. Cantate inquā Domino, & bene pſallite ei præceptori ueſtro, ſcilicet ut in nullo ei diſpliceatis. Quod erit, ſi pſallatis ei in uociſeratione, id eſt, in immenſa & ineffabili mentis exultatione. Vociferatio enim ſiue iubilatio eſt ſonus quidam, ſignificās cor parturire, quod non poteſt dicere. Et talis laus cū ſit ineffabilis, nū decet tuſi ineffabilem. Ineffabilis autem eſt, quem fari non poteſt. & ſi fari nō potes, & tacere non debes, quid reſtat niſi ut iubiles, id eſt, ut cor gaudeat ſine uerbis. Et immēſa latitudo gaudiorum excedat metas ſyllabarum.

Quia rectum eſt uerbum Domini.] Ideo debetis pſallere Domino in uociferatione, quia uerbum Dn̄i quod erat in principio, id eſt, filius Dei patris, ractus aſt, qui nullum fallit. Nihil enim promittit, & non reddit. Quod ſi faceret, non rectus, ſed obliquus eſſet. Et omnia opera eius, id eſt, Domini ſunt in fide, id eſt fideliter non fallaciter à nobis ſunt agenda. Sint ergo opera noſtra in fide ut efficiamur fideles, credentes in eū. Iuſtus enim ex fide uiuit. Inuenimus Dominum eſſe fidelem in Apoſtoli dictis. ut ibi: Fidelis Deus, qui nō patietur, & reliqua. Et item: Si toleramus, & conregnabimus. Si negauerimus, & ipſe negabit nos. Si autem non credimus ei, ipſe fidelis permanet, ſeipſum negare non poteſt. Alio autem modo dicitur Deus fidelis, alio modo homo. Homo enim fidelis eſt credēs Deo promittenti: Deus uero fidelis eſt, explens homini quod promiſit. Factus eſt nobis ipſe fidelis debitor, ſis tu auarus exactor. Teneamus ergo fideliſſimum debitorem, qui iam tenemus miſericordiſſimum promiſſorem.

Diligit miſericordiam.] Alia cauſa ad idem: Ideo debēmus Domino cantare & pſallare, quia ipſe diligit miſericordiam, & exhibere & exhiberi à nobis, & iudicium facere, & fieri à nobis. Non ergo tranſeat nos miſericordia, quia ſubſequetur iudicium. Nunc enim locus eſt miſericordiæ: & eius quā Dominus exhibet, & quam uult à nobis exhiberi. Et hæc eſt in Deo, quā exhibet miſericordia, quia uocat aduerſus. Conuerſis donat peccata, peccantes ut conuertantur patienter expectat. Et quam citò cōuertuntur, obliuiſcitur pręterita & promittit futura. Hortatur pigros, cōſolatur afflictos: docet ſtudioſos, adiuuat dimicantes. Neminem deſerit laborantem, & ad ſe clamentem. Ipſe donat unde ſibi ſacrificetur. Ipſe tribuit unde placetur. Et hæc miſericordia non excludet ab eo iudiciū, quia ſicut miſericors eſt in cōuerſos, ita iuſtus eſt in nō cōuerſos. Et ſicut miſericors eſt in humiles, ita erit iuſtus in ſuperbos. Et ſicut miſericors eſt in confitentes, ita iuſtus erit in mentientes. Et ipſe qui diligit facere bāc miſericordiam, & hoc iudicium, uult ut & nos quantum poſſumus, ut indigētes miſericordiam faciemus ut æqualiter in omnes iudicemus: ſcilicet ut nec perſonam pauperis in iudicio accipiamus. Iniquior enim quam iuſtior eſt qui parcendo ſacculo pauperis, uulnerat cor ipſius pauperis. Diligit inquam Dominus miſericordiā, quod inde apparet: quia miſericordia Domini plena eſt terra, id eſt, repletaris per miſericordiam Domini. Quid autē cœli? Quaſi dicat: Cœli non indigent miſericordia, quia in cœlis non eſt miſeria: in terra uero abundat miſeria, abundatur miſericordia. Plena eſt terra miſeria, plena ſit & miſericordia. Et ne quis putaret quòd cœli per ſe firmi ſubſiſterent & Domino non indigarent, dicit: Cœli firmati ſunt uerbo Domini. id eſt, hoc quod cœleſtis exercitus, ut cherubim & ſeraphin præuaricante diabolo perſtiterunt, non ex ſe, ſed à Domino patre & uerbo eius habuerunt. & non pars uirturis, ſed omnis uirtus eorum eſt à ſpiritu oris eius, id eſt, Domini. id eſt, à ſpiritu ſancto. Nota ſanctæ trinitatis ordinem. prius enim poſuit Dominum patrem & uerbum, nunc ponit ſpiritū ſanctū. Poteſt quoq; iſte uerſus aliter legi. Quaſi dicat: Vnde contigit hoc quod terra plena eſt miſericordia Domini? Inde ſcilicet, quia Dn̄s miſit quoſdā cœlos, id eſt Apoſtolos per totum orbem terrarum, qui ubiq; ſeminarent & ſpargerent miſericordiam eius. Nulla enim miſericordia maior eſt quā peccatorū remiſsio, quā remiſsionē ipſi in trinitatis nomine per totum orbē prædicauerunt. Et quaſi aliquis quæreret, Quomodo auſi fuerūt illi ire, cū oues eſſent inter lupos. Respondet, eos ideo auſos fuiſſe ire, quia firmatę ſunt oues illę ut lupos non timerent, imò una ouis multos cōſumeret lupos, à uerbo Domini à quo electi. Stulta enim & infirma mundi eligit Deus, ut confundat ſapientia & fortia. & per huc maximè firmati ſunt, quia omnis uirtus eorum eſt à ſpiritu ſancto, quo de cœlis miſſo ſuper eos, ita corda eorum cōfirmata ſunt, ut nequaquam inter ſæuientes lupos trepiderent. Virtus eorum dico congregans aquas maris, id eſt, amaras & falſas cogitationes perſecutorū, quæ prius in aperto erant, comprimens ſicut in utre intra terminos pellis, ut tantum intra ſe ſæuirent non forinſecus, ut prius. prædicantibus enim Apoſtolis & multiplicante uerbo Dei, & credentium multitudine licet mali non deeſſent, quia ſimul in area ſunt paleæ & grana, & in torculari uina & uinacia, & oleum & amurca: non auſi tamen fuerunt ipſi mali nequitiam ſuam apertè ut prius exercerere, preſsi à tanta fideliū multitudine: congregatę ſunt inquam aquæ maris in utrem, quod non inutiliter factū eſt: quia poſuit Dominus, uel uirtus illa abyſſos, id eſt, homines peſsimos in profundum uitiorum demerſos, ut theſauris, id eſt in Eccleſia, quaſi in theſauris. Videlicet ut inde proferat donaria ſuis, quando uoluerit, ſicut aliquis Dominus de theſauro ſuo ſolet. ſcit enim Dominus militibus ſuis dona ſua proferre, & quid proferat, & quando & quantam poteſtatem dat malis ſuper bonos ad iſtorum eruditionem, & illorum damnationē. Viuit enim impius pio, quia eſt ei quod lime ferro, & quod fornax auro. poteſt aliter quoq; ſecundum priorem ſententiam in uerbo Domini dictam uerſus iſte continuari. Quaſi dicat: Diligit inquam Dominus miſericordiam, ut ſupra diximus. Diligit & iudicium, quod inde apparet: quia congregans eſt aquas maris ſicut in utrem, & reliqua. Sententia non mutatur, niſi quod quidam dicunt, ſicut in utrem ad ſolem ſimilitudinem. Sicut enim qui in utre aliquid colligit, quantum uult retinet, quantumque uult effundit: ita malis ex nutu Domini datur quantū ſæuiant, & quātum non ſæuiant. Et pertinet hoc ad præſens iudiciū.

Timeat Dominum omnis terra.] Quia Dominus poſuit abyſſos in theſauris, ideo omnis terra bene culta ſcilicet, id eſt fideles timeant Dominum non abyſſos ipſas,

Digitized by Google

ipſas. Quaſi dicat: Non exultet terra inati & ſaperba lætitia, quaſi nihil timens, cum audit talia: ſed timeat Dominum. Gaudeat, quia plena eſt terra Domini miſericordia: timeat uero, quia Dominus poſuit in theſauris abyſſos. Vt per illos inſtruat ſuos ad cœleſtes theſauros. Et ideo qui prius de ſpe promittebant ſibi ſecuritatem, redeat in timorem. Sperare enim & non timere, præſumptio eſt. Timeat inquã Dominum omnis terra, & ab eo ſolo non ab alio commoueantur ad timorem omnes inhabitantes orbem, id eſt, diligentes perfectionem. uel quia ire inhabitant & excolunt ſe ipſos, ut ſint orbis, id eſt perfecti. Sæuit quippe leo, time Dominũ: inſidietur ſerpens, inſidiatur diabolus, time tantum Dominum.

Quoniam ipſe dixit.] Ideo timendus eſt Dominus ſolus, quoniã ab ipſo omnia facta ſunt, & nihil niſi permiſſa facere poſſunt. Ipſe enim dixit, & facta ſunt, id eſt, per uerbum & ſapientiã ſuam omnia ab ipſo prima creatione facta ſunt, & etiã refecta: quia ipſe mandauit, id eſt mandata dedit, & per illa mandata creata ſunt in bonis operibus, quæ ſimpliciter prius erant facta: & hoc modo ſunt creata, quia Dominus diſsipauit conſilia gentium contra fideles. Quæ hæc erant, capiantur, lacerentur, incarcerẽtur, & cetera talia, quę Dñs diſsipauit diſsipatione bona. Plures enim ſæui perſecutores effecti ſunt boni fideles. Et bene potuit cõſilia gentiũ contra membra diſsipare, quia etiam reprobauit, id eſt, deſtruxit cogitationes populorum Iudæorum contra caput. Et non ſolum populorum inferiorum, ſed etiam reprobauit conſilia principum, id eſt, Pilati, Annæ & Caiphæ: quod eſt à maiori. Maius enim fuit contra caput quam cõtra membra ſurgere.

Conſilium autem Domini.] Illorũ inquam conſilio diſſipatum eſt. Conſilium autem Domini, diſpoſitionis ſcilicet antiquæ, reparationis nouæ, felicitatis æternæ non eſt diſsipatum per uerbum ſuum, ſed manet in æternum. Et repetit euidentioribus uerbis idem dicens: Cogitationes cordis eius manebunt in generatione præſenti, & in generatione futura. Loquitur autem hic de Domino Deo ſecundum nos, qui aliquando ſedemus & cogitamus: deinde cum familiaribus noſtris conſilium capimus, nõ quòd hæc in Deo ſint, ſed ut per ea quæ in nobis cognoſcimus ad diuina, & non uiſibilia accedamus.

Beata gens cuius eſt Dominus Deus eius.] Quandoquidẽ Dominus ita potẽs eſt, quòd per eum omnia facta & refecta ſunt, & ipſe conſilia malorum infatuat & diſſipat, conſilium autem eius nemo diſsipat: ergo gens illa uerè beata eſt, cuius ipſe qui eſt Deus omnium ex neceſsitate eſt Dominus uoluntate. Vel poteſt ita ſimpliciter continuari. Quaſi dicat: Quod eſt illud conſilium Domini, quod manet in æternum? Hoc ſcilicet, ut gens nõ cuius eſt argentum uel aurum, uel aliquid terrenum: ſed ſola gens uerè ſit beata, cuius Deus eſt Dominus eius. id eſt, quæ illum quem Dominum habet ex neceſsitate eligit ſibi ſecũdum dominiũ quidẽ in hereditatem: & quem ipſe Dominus econuerſo elegit ſibi in hæreditatem, quam per ſe & per ſuos excolat. & cuius fructibus, id eſt bonis operibus & uirtutibus ſatietur & gaudeat. Boni enim omnes & hæreditas Domini ſunt, & ipſum habent hæreditatem. Vt in quinto Pſalmo, cuius titulus eſt pro ea quæ hæreditatem aſſequitur, ſupra dictũ eſt. Et ut hi tales beatificarentur fuit conſilium Domini.

De cœlo reſpexit Dominus.] Quaſi dicat: Quo modo elegit Dominus illam hæreditatem, hoc ſcilicet modo: quia Dominus miſit primum cœlum Adam ſcilicet, in ſublimitate uirtutum poſitum, in quo cœlo inſpexit nos dum obediens permanſit, & in eodẽ deſpexit cum inobediens extitit. Deinde miſit aliud cœlum ſtabilius illo, ſecundum ſcilicet Adam, id eſt hominem dominicum: cui non datus eſt ſpiritus ad menſuram, & de quo dictum eſt: Deus erat in Chriſto mũdum ſibi reconcilians. De quo cœlo reſpexit hæreditatem illam per affectum miſericordiæ, & deinde uidit ipſius miſericordiæ effectum exhibendo in uocatione omnes filios uerorum hominum: id eſt, imitatores patriarcharum, prophetarũ, qui ueri homines non dehominantes ſe, in inferno fuerunt? Videt enim Dominus uidentes ſe. Accipe autem per filios hominum eoſdem quos prius per beatam gentem.

De præparato habitaculo ſuo.] Illud eſt repetitio, ut determinet quos filios hominum accipiat, ſi præparatũ habitaculum, id eſt quod per cœlum intelligamus. Si uero per præparatũ habitaculum Apoſtolos ipſos, quos uerè Dominus præparauit, quia per ſeipſum eos uocauit, docuit, miſit: tunc bene diuerſificatur. Nãq; per hos quoq; reſpexit Dominus ſuper omnes qui inhabitant terram. Iuxta illud: In omnem terram exiuit, & reliqua: Quia per eos & eorum ſucceſſores multos ad fidem uocauit atq; conuertit. Inhabitantes autem terram dicuntur propriè, qui propriã terram, id eſt carnem ſuam ita excolunt, ut non germinet eis ſpinas & tribulos, ſed uarios flores uirtutũ, ut tandem eam clarificatam recipiant.

Qui finxit ſingillatim.] Quaſi dicat: Ille reſpexit & de cœlo & de pręparato habitaculo habitãtes terrẽ, uocãdo eos qui facit aptos ut uocarẽtur, ſcilicet qui finxit, id eſt, q manu omnipotẽtiæ & miſericordiæ plaſmauit corda, id eſt animas eorũ ſingillatim. id eſt, ſingulis dãdo ſingula dona, ut alij genera linguarũ, alij ſermonem ſcientiæ & ſapientiæ, & reliqua, non tamen per ſuperbiam unitatem dirimentia. Sicut enim in noſtro corpore ſunt & membra, & membrorum officia diuerſa, ſalus autem una: ita in corpore Chriſti ſunt multa membra, & membrorum officia diuerſa, & ipſis ſingularibus diuerſa dona conceſſa, charitas autem una. Qui enim in membris Chriſti oculus eſt, nõ illum debet contemnere qui eſt pes: ſed ille debet huic ambulare, & iſte illi præuidere, uelut fit in bonorum cœnobijs monachorum. Ille inquam reſpexit qui finxit: & quia finxit, intelligit ſolus perfectè omnia opera hominum, quia intelligenter penetrauit uſque ad finem intentionis ipſorum operum. Qui enim fecit hominem, nouit quid ſit in homine, & homo uidet in facie, Deus autem in corde.

Non ſaluatur rex per multam uirtutem.] Quia reſpicere & uidere & eligere Domini in hæreditatem, uerè ſaluare eſt. Vnde ſuperius notatum eſt, quod Dominus ſaluat. probat illud, quaſi dicat: Verè ſolus Dominus ſaluat, quia nullus alius. Nullus alius ſaluat, quia neq; rex, id eſt, quilibet potens: neq; gigas, id eſt quilibet fortis ſaluat. De quib. magis uideretur. Rex & gigas non ſaluat, quia etiam ſe ipſum non ſaluat, à maiori. Quod ſic dicit: Rex non ſaluabitur per multam uirtutem, id eſt per multam potentiam: & gigas non ſaluabitur in multo robore ſuo. & hoc ideo, quia equus, id eſt omnis terrena põpa ſiue in fortitudine, ſiue in potentia fallax eſt ad ueram ſalutem. Hoc autem ideo dico, quia equus, id eſt quilibet confidens in tali põpa, id eſt, in abundantia uirtutis, id eſt quantumcunq; abundet in ea, non ſaluabitur. Aliter quoq; poſſunt hi duo uerſus legi, ſi per regẽ acciplemus quemlibet illicitos motus bene regentem: per gigantẽ uero iuxta aliam eius proprietatem, quemlibet non ſolum ſe regentem, ſed etiam uelocem, ut ſecularis quamlibet illecebra non retardet eum, & ſic dicatur: Verè ſolus Dominus ſaluat nõ merita, quia etiam ille qui eſt rex bene regẽs motus: & quod plus eſt, ille qui eſt gigas, id eſt uelox ſeculari illecebra non retardetur, de quibus potiſsimũ uideretur, nõ ſaluabuntur per uirtutẽ ſuã. Et hoc ideo, quia equus quo portantur caro ſcilicet humana fallit, id eſt, labi facit eos tendentes ad ſalutẽ. Facilis enim lapſus eſt ſecundũ carnẽ, ut qui ſtat ſemper uideat ne cadat. Hoc autẽ ideo dico, ut ſciant qa rex uel gigas nõ ſaluabitur, quãtacunq; uirtus ſit in eis in abundantia ipſius uirtutis, ſi ſuam facit eam, & non potius gratiarum actionem agit pro ea, & diuinæ

uinæ gratiæ prorſus depingat eam. Et quaſi aliquis diceret, Quid ergo? Vnde erit ſaluatio? Dicit, Ecce unde erit ſalutio: Quia oculi Domini, id eſt reſpectus miſericordiæ Domini erunt ſuper metuentes eum caſto & filiali, non ſeruili timore. Et quia timor ſine ſpe deſperatio eſt, ne hic metuentes deſperantes acciperemus, dicit: Et in eis, id eſt ſuper eos erunt oculi Domini, qui cum timeant, ſperant tamen in miſericordia eius, quæ deſuper tantum eſt, & non ex meritis procedit. Et ideo ſperant in eo, ut tandē eruat animas eorū à morte æterna. Et nunc interim alat eos ſcripturæ ſacræ alimonijs in fame, id eſt in hac præſenti uita, quæ eſt tempus famis: quia hic ſemper boni eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ſaturabuntur.

Anima noſtra.] Quia Dominus tandem eruet à morte, & nunc interim alit: ideo meritò anima noſtra ſuſtinet pondus præceptorum Domini patienter ferendo pondus diei & æſtus. Iuxta illud: Veniet Dominus, & nō tardabit. ſi moram fecerit, expecta eum. & ideo etiam meritò anima noſtra ſuſtinet Dominum, quoniam ipſe eſt adiutor noſter in bono, & protector à malo. uel adiutor, ut perficiamus, protector ne deficiamus. & quia tandem cor noſtrum, & ſi modo triſtatur, uerè lætabitur in eo, cū ipſe erit omnia in omnibus. Et quia in eo lætabimur, ideo meritò non ſolum ſperamus, ſed etiā ſperauimus, id eſt, anchoram ſpei noſtræ fiximus nō in mundo, ſed in nomine eius quod eſt ſanctum. Ille enim dignè ſperat in hoc nomine, quod eſt Dominus, qui ſe ſponte & uerè ſubijcit ſeruitio eius. Et eſt in Domino ideo hoc nomen Dominus Deus ſanctum & caſtum, quia nō ſeruitur ei ad ignominiam, ſed ad gloriam: non ad mortē, ſed ad uitam. In hominibus uero quibus ſeruitur ad latrocinium, uel ad rapinas, ad homicidium. & cæteras iniquitates, neq; caſtū neq; ſanctum eſt hoc nomē Dñs.

Fiat miſericordia tua ſuper nos.] Quia lætabitur in te cor noſtrum, ideo Domine fiat in præſenti miſericordia tua, id eſt iuſtificatio gratiæ tuæ ſuper nos. & hoc ad illum modū, ad quem nos ſperauimus, id eſt, pro ſpe quam coniecimus in te. Conijciat enim multum ſe quiſq; in Domino, & multum miſerebitur eius. Vnde alibi dicitur: Quia eatenus ignoſcit, quatenus ſe quiſque cognoſcit.

IN PSALMVM XXXIII. ARGVMENTVM.

EZechias uicto Aſsyrio ſemper Dominum benedicere promittit, & angelum adiutorem ſibi precatur immitti, moxq; ad exemplū ſui cunctos in Dei laudem prouocat. Item uox fidei per ieiuniū. Item Arnobius: Niſi inquit, mutaueris uultum tuum coram principe uitiorum, & dimiſeris eum, ac uirtutū Domino omne quod tibi ſupereſt uitæ mancipaueris tempus, non uerè dicis, Benedicam Dominum in omni tempore.

PSALMVS DAVID CVM MVtauit uultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abijt.

EXPLANATIO.

CVm Saul perſequeretur David, confugit ad Achis regem, ibiq; dum eſſet inuidia faciente ſuſpectus, induſtrioſe mutauit uultum, ita ut ſaliuis ora cōpleret, quatenus energumenus æſtimatus miſeratione faciente dimitteretur illæſus. Dauid ergo Chriſtus eſt, Achis populus Iudæorum, in quo ille incarnatus,

Bedæ tom.8.

ſed inuidentibus non agnoſcendus apparuit. Vnde & Achis interpretari dicitur, quomodo eſt. Quod eſt uerbum mirantis, & non cognoſcentis: quia Iudæi uirtutes Chriſti admirantes, ipſum Deum eſſe minimè cognouerunt: & bene Dauid uultu mutatus ſaliuas dimiſit in barbam. ſaliua quippe infirmitatem, barba uirtutem deſignat: quia Chriſtus cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Nec in nomine regis error eſt, cum ex patre regeneratus potuerit etiam Abimelech dici, qui interpretatur pater meus rex, ſiue patris mei regnum. ſed & myſterij ſenſus arridet, quia Iudæi patrem regem habuerunt: de quibus dicitur, Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Dimiſit autem eum, & abijt. Dimiſit Iudæos & abijt credendus à gentibus. Poteſt & ita dici, quia corā Abimelech ſacerdote mutauerit uultum, quando ut arma paneſq; ſibi ſocijsq; perciperet à Saule ſe miſſum ſimulauit. Per totum Pſalmum uerba prophetæ ſunt, alphabeti Hebræi literas excepta ſexta in capitibus uerſuum per ordinem ponens. In prima parte benedicere ſe Dominum compromittit, admonens manſuetos, ut cum ipſo in eius laude perſeuerent. Secunda ad conuerſionem fidelium, quæ ſunt benemeritorū præmia non tacentur. Tertia quaſi filios admonet, à quibus ſe delictis debeāt abſtinere. Quarta iuſtos dicit ex omnibus tribulationibus eruendos, & impios debitas pœnas eſſe paſſuros. Quarum prima pars comprehēdit literas quatuor, ſecunda ſex, tertia, quatuor, quarta reſiduas ſeptem.

COMMENTARIVS.

B*Enedicam Dominum omni tempore.*] Titulus eſt talis, Pſalmus Dauid cū immutauit uultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abijt. Cōtinet hiſtoria libri Regum, quod poſt interfectionem Goliæ cum puer Domini Dauid in tantā gloriā perueniſſet, ut etiam à mulieribus in choris ſuis Sauli præferretur dicētibus: Saul percuſſit mille, & Dauid decē millia. Indignatus eſt ualde Saul, & cœpit ei inuidere, atq; quo modo interficeretur, cœpit machinari. Quod ſanctus uir ille intelligens, fugit ab eo in regnū Achis regis Geth, ut ibi lateret. Cum uero illic quoq; gloria eius publicaretur, duxerunt eum milites ad Achin regem, narrantes ei qualis & quantus eſſet. Ille autem timens ne etiam Achis per inuidiam machinaretur ſibi mortem, immutauit uultum ſuum coram eo, ſimulans per inſaniam ſe arreptitium, his ſcilicet modis affectabat. Tympanizabat ad portam ciuitatis, ferebatur proprijs manibus, procidebat ad oſtia portæ, & ſaliuæ decurrebant per barbam eius. Quod uidens Achis dixit: Vt quid adduxiſtis mihi hunc arreptitium? Nunquid opus habemus arreptitijs? Et putans ueram inſaniam dimiſit eum. & ſic abijt incolumis. Notandum autem quod titulus hunc Achim Abimelech uocat duabus de cauſis: uel quia hoc etiā alio nomine Achis uocabatur, uel ut per nomen mutatum abducat nos ab hiſtoria, & inducat nos ad myſterium. Abimelech enim interpretatur patris mei regnum. Et myſticus Dauid, Chriſtus ſcilicet, quē hæc omnia præſignauerunt, fuit filius illius ſecundum carnem hiſtorialis ſcilicet Dauid, cuius regnum fuerunt Iudæi. Ante quod regnū, id eſt corā Iudæis ipſe Chriſtus immutauit uultum ſuum, hoc eſt uoluntatem, quia legalia ſacrificia ſecūdum ordinem Aaron prius inſtituta conuertit in ſacrificia panis & uini ſecūdum ordinem Melchiſedech, qui primus ea obtulit inſtituta. In quo uideri potuit uoluntas eius immutata eſſe, licet eſſet eadem, quia illa umbra tantum fuerunt, id eſt iſtorum ſigna. Quomodo autem hoc fecit? Sic ſcilicet, affectabat. Sicut enim hiſtorialis Dauid affectabat, id eſt homines mors inſanientium ſe applicabat:

& ſuper ſingulos ſe proijciebat: ita uerbum patris aſfectabat, quando miſericordię affectum erga nos exhibebat, ut infirmitatem noſtræ carnis aſſumeret, & languores noſtros portaret in tantum, ut etiã pro nobis animam poneret, & mortem noſtram ſua morte deſtrueret. Qua affectione nihil maius, nihil melius. Vnde illos, qui ſine affectione & miſericordia ſunt reprehẽdit Apoſtolus. Tympanizabat quoq; ipſe Chriſtus. Tympanum fit de ſicco corio ſuper lignum extẽſo. Et hiſtorialis Dauid tympanizauit, quando ſimulans inſaniam in longum & latũ ſe extendebat. Chriſtus uero tympanizabat, quãdo corpus ſuum tanquã ſiccum corium, id eſt ſine humore carnalium concupiſcentiarum in ligno crucis extendebat, adeo ut oſſa etiã eius dinumerari poſſent, iuxta illud: Dinumerauerunt omnia oſſa mea, & reliqua. Et hoc faciebat ad oſtia ciuitatis hiſtorialis Dauid realiter, Chriſtus uero myſticè. Ciuitas enim eſt ſocietas angelorũ & ſupernorum ciuium: oſtia uero ad hanc ciuitatem ſunt corda credentium, quia per fidem acceſſum habemus ad eam. Et oſtia iſta, id eſt corda noſtra prius clauſa erãt ueritati, cuius notitiam in primo parẽte amiſeramus. Sed Chriſtus tympanizabat ad oſtia ciuitatis, id eſt ad aperiendũ corda noſtra ueritati, ſcilicet ut in ipſo quẽ prius putabamus ſolum hominem intelligeremus, & cognoſceremus uerbum illud quod in principio erat apud Deum, & ad cuius conſpectum gaudent angeli ſibi perſonaliter unitum, quod declaratum eſt & per eius ueram patientiam, qua patienter omnia tulit: & quia non de cruce deſcendit, ſed de ſepulchro potenter ſurrexit, & in cœlos aſcendit. Et ferebatur manibus ſuis. quod in hiſtoriali Dauid non niſi fortè ioculari modo poteſt accipi. Chriſtus uero quodam modo ferebatur in manibus ſuis, quando in nouiſsima cœna panem benedictum, & ore ſuo commendatum porrexit diſcipulis ſuis dicens, Hic eſt ſanguis meus: commendando nobis humilitatem ſuam, ſcilicet ut & humile corpus eius comederemus aggratulãdo eius natiuitati, & ſanguinem eius biberemus conformando nos eius paſsioni. Procidebat quoque ad oſtia portæ hiſtorialis quidẽ Dauid realiter: Chriſtus uero humiliabat ſe in omnes tribulationes in tãtum, ut etiam turpiſsimam mortem crucis ſuſtineret, & hoc ad oſtia portæ. Et hæc ſunt acceſſus & initium ad fidem noſtram natiuitas ſcilicet Chriſti, & paſsio eius & mors. Niſi enim Chriſtus natus eſſet, mortalis non eſſet: ſi mortalis nõ eſſet, nõ moreretur: ſi nõ moreretur, nõ reſurgeret: ſi non reſurgeret, non aſcenderet, & cætera. Saliuæ etiam decurrebant ſuper barbam eius Dauid quidem hiſtorialis, Chriſto uero myſticè. Saliuæ autem ſunt puerorum, barba uerò uirorum. Et uerba quidem illa quibus Dominus cõmendabat humilitatem ſuam dicens, Niſi mãducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis uitam in uobis: inſanilia uidebantur & impoſsibilia, ſed in ipſis tegebatur uirtus magna, quia per ea ſpiritualiter admonebat nos imitari humilitatem eius, ut ſic aſcenderemus ad eius celſitudinem. Sic quidem Chriſtus immutauit uultum ſuum corã Abimelech, id eſt in præſentia Iudaicæ plebis. Sed quia ipſi immutationem uultus eius, id eſt conuerſionem legalium obſeruantiarum in ſacrificium nouum non cognouerunt, contempſerũt & dimiſerunt eum: ipſe uero per prædicationem Apoſtolorum abijt ad gentes. Apud quas uero ubiq; nouum ſacrificium, & eius humilitas ipſo iubẽte celebratur. Et poſſunt planè intelligi Abimelech uel Achis & regnum eius per illos, de quibus legitur, quod cum Chriſtus commendaret humilitatem ſuam dicens: Niſi manducaueritis carnẽ meam, & biberitis ſanguinem meum non habebitis uitã in uobis. Scandalizati fere ſeptuaginta duo abierunt retrorſum. Achis enim interpretatur, quomodo eſt? Quomodo autem eſt, uerbum eſt obſtupeſcentis & ignorantis. Et illi quaſi obſtupeſcentes & ignorantes dixerunt: Quomodo poſſunt hęc fieri? Nunquid abſciſſurus eſt particulas de carne ſua, & daturus nobis ad bibendum? Gentes uero ad quas ipſe contemptus à Iudæis abijt rectè intelliguntur per illos de quibus ſubſequenter dicitur: Et conuerſus ad duodecim dixit, Nunquid & uos uultis abire? & reſpondens Petrus pro omnibus, dixit: Domine ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes. caro enim nihil prodeſt, ſpiritus autem uiuificat. Quaſi dicat: Verba tua carnaliter intellecta nihil proſunt, ſpiritualiter uero accepta uiuificant. Titulus taliter exponitur. Pſalmus iſte, id eſt operatio, quæ ſequentibus uerbis notatur, commendatio ſcilicet humilitatis, uel laus ſequẽs eſt ueri Dauid, Chriſti ſcilicet, ſignificata tunc cum hiſtorialis Dauid immutauit uultum ſuum coram Achis, ut ſupra dictum eſt. Illud enim negotium ſignũ fuit operationis huius ueri Dauid. uel poteſt totus titulus allegoricè exponi, ut ſic dicatur: Pſalmus iſte eſt Dauid ueri, habitus ab eo tunc cum ipſe immutauit uultum ſuum, uertendo in ſacrificium Melchiſedech coram Abimelech, ut ſupra dictum eſt. Eſt enim uox capitis in hoc Pſalmo, commendans nobis ueram eius humilitatem. quapropter Pſalmus bene conuenit titulo. In titulo enim dicitur, Cum immutauit uultum ſuum. In qua uultus immutatione facta eſt humilitatis commendatio, de qua agitur in hoc Pſalmo. Et eſt quaſi dicat: Ego qui benedixi Dominum ad tempus in legalibus ſacrificijs ſecundum Aaron inſtitutis, benedicam Dominum in omni tempore, id eſt æternaliter per ſacrificia ſecundum Melchiſedech inſtituta. Vnde dictum eſt, ſecundum ordinem Melchiſedech. Tu es ſacerdos in æternum. Vel aliter. Primus Adã benedixit Dominum ad horam, ſcilicet dum perſtitit in humilitate: ego autem ſecundus ſcilicet Adam benedicam Dominum per cuſtodiam humilitatis in omni tempore, ſcilicet & ante paſsionẽ & in ipſa paſsione, nec cogitatione ab eius deuiando uoluntate. Hoc de ſe ad humilitatis commendationem dicit Chriſtus, hoc etiam debet cauere quilibet Chriſtianus, ut homo qui per ſuperbiã factus eſt diabolus, per humilitatem fiat angelus. Chriſtus enim factus eſt homo, ut homo fieret angelus. Vt quiſquis autem poſsit fieri angelus, in humilitate cordis maneat, ut ſemper ſiue proſperentur ea quibus uiuimus ſiue perturbentur. uel ſi tribuat ſiue auferat, Dominum benedicat: quia etſi iſta auferuntur, ipſe tamẽ non aufertur. Et quid ſit benedicere Dominum omni tempore, oſtendit dicens: Semper laus eius erit in ore non corporis, ſed meo, id eſt magis mihi proprio, id eſt, in ore cordis. Et eſt repetitio, ſi ad idem refertur: poteſt uero fieri diuerſum, ſi ad membra ſic refertur, Ego quidem benedicam Dominum in omni tempore in me & etiam in meis: quia laus eius ſemper erit in ore meo, id eſt meorum, ut ſupra dictum eſt. Et quo modo Dominum in omni tempore benedicat, oſtendit ſubſequenter, ut nos inſtruat. Quaſi dicat: per hoc omni tempore benedicam Dominum. Quia anima mea nihil ſibi arrogabit, nihil de ſe præſumet, ſed laudabitur, id eſt, laudabilem ſe reputabit, non in ſe, quia eſſet uituperabilis: ſed in Domino, Id eſt per hoc ſolum, quia fixit ſpem ſuam in Domino. Et uos quaſi dicat non in uobis, ſed in Domino laudari & gloriari quęratis. Vt ſemper Dominum benedicatis, laudabitur inquam anima mea in Domino. Et hoc audiant aure audiendi non quilibet, ſed manſueti, id eſt, illi qui uolunt eſſe manſueta animalia, non immãſueta, uidelicet uolunt habere Dominum ſeſſorem & rectorem ne præcipitentur. Audiant inquam, & lætentur, id eſt, mirentur, non contriſtentur. Immanſueti enim qui de ſe præſumere uolunt, & gloriari in ſe non in Domino, cum audiunt ut quiſq; tantum lætetur in Domino, non lætantur, ſed contriſtantur.

Magnificate Dominum meum.] Hic facit apoſtropham in ipſos manſuetos. Quaſi dicat: Vos manſueti audientes

Digitized by Google

dientes hoc, & lætantes magnificate, id eſt, uenecamini & exaltate uos humiliando Dominũ, non ſeorſum per ſuperbiam ſicut hæretici faciunt, ſed mecum, ſcilicet non in ſeparatione, ſed in unitate. hoc dicit ipſe amator ueræ ſapientiæ Chriſtus, qui non coamatoribus ſuis inuidet, ſed omnes uult rapere, ut ſui ſint coamatores. Quia non ſic in hoc amore eſt ſicut in uitioſo & turpi amore huius ſeculi, ubi quiſque ſolus uult uidere, & ſolus amare, quoniam illa uera ſapientia omnibus amantibus ſe eſt communis, & tamen integra manet ſingulis. Et ideo & nos quoſcunque quibuſcunque ualemus modis ad hunc amorem nobiſcum rapere debemus, ſcilicet hortando, rogando, rationes reddendo. Et qualiter magnificandus ſit Dominus dicit: Exaltemus nomen eius, humilitatem quam præcepit ſeruando, tendentes in id ipſum, id eſt, non ad deſtructionem, ſed ad concordiam unitatis, uidelicet ut ſicut corpus Chriſti manſit integrum inter manus perſecutorum, ita etiam maneat integrum inter manus profeſſorum. Legitur enim quod cum in paſsione Domini circa ueſperam in paraſceue frangerentur crura eorum, qui cum eo crucifixi ſunt, ut citius ab hac miſeria liberarentur, crura eius non ſunt fracta: quia cum uentum eſſet ad eum, placidè eum expiraſſe inuenerunt. Quod autem corpus eius remanſit integrum, ideo factum eſt, ut per hoc notaretur, quod in corpore eius, id eſt Eccleſia ſciſſio non eſſet facienda, ſed unitas ſeruanda.

Exquiſiui Dominum.] Dico magnificate Dominum, & in hoc habetote me in exemplum: quia ego aliud non quæſiui à Domino, ſed exquiſiui. id eſt, exceptis alijs præmijs omnibus ſolum Deum præmium quæſiui, & ideo Dominus exaudiuit me non exterius, ſed interius. Talis enim exquiſitio ſit exterius, non interius, quare & exauditio. Intret igitur quiſque cor ſuum, & inde auaritiam expellat, & omnes prauas concupiſcentias, & ſic Dominum ut exaudiatur exquirat. Exaudiuit me inquam Dominus, & hoc modo exaudiuit me: quia eripuit me caput ex omnibus tribulationibus interioribus per immunitatem à peccatis: interioribus uero per reſuſcitationem. Similiter uos exaudiet, & ex omnibus tribulationibus eripiet, nunc interim interioribus, tandem uero exterioribus.

Accedite ad eum & illuminamini.] Quaſi dicat: Ego quidem exquiſiui Dominum, & ideo exauditus & ereptus ſum: & uos etiã per humilitatem exquirite Dominum, & ſic accedite ad eum. Quanto enim ſe quiſque magis humiliat, tanto magis Deo appropinquat: & quantum ſe erigit, tantum ab eo recedit. Et ideo dicit: Accedite ad eum per humilitatem. Accedite quidem corde, non corpore, non pede, ſed affectione. Accedite fide ſectando, corde inhiando. Charitate currendo, non claudicando, id eſt duobus præceptis inhærendo, dilectioni ſcilicet Dei & proximi, per quæ ad ipſum curritur. Accedite inquã & illuminamini luce ueræ cognitionis, ſcilicet ut intelligatis, quia ſectando humilitatem peruenietis ad immenſam ſublimitatem. Et eſt quaſi dicat: Si acceſſeritis illuminamini, & in tantum quod facies ueſtræ non confundentur ad aliquas iniurias & contumelias. id eſt non contriſtabuntur, imò lætabuntur. Facies enim ſuperborum ad quaslibet iniurias confunduntur, quia dolẽt aliquos eſſe ſuperiores, qui ſibi eas inferant. Eorum uero facies qui Chriſti humilitatem ſequuntur, in tribulationibus non confunduntur, ſed gloriantur, quia ſciunt per hoc quidem ſe ſuperiores eſſe ipſis inferentibus. uel poteſt hoc etiam accipi in futuro. Quando enim omnes in fine inuitabimur ad nuptias ueri ſponſi Chriſti, qui ueſtem nuptialem habebunt, facies eorum non confundentur: qui uero ea ueſte carebunt, eorum facies confuſæ erunt, nec apparere audebunt. De quibus dictum eſt: Tollatur impios ne uideat gloriam Dei.

Iſte pauper clamauit.] Oſtendit in ſe ipſo quomodo ſit accedendum ad Dominum. Quaſi dicat: Dico accedite, & ad hoc me exemplum habetote: quia iſte pauper, ſcilicet ego, qui cum eſſem diues, pro omnibus ad paupertatem humiliatus ſum. Iſte pauper inquam clamauit, id eſt, irremiſſam operationem & intentionem ad Deum direxit. Et ideo Dominus exaudiuit, quia ſaluabit eum de omnibus tribulationibus eius interioribus ſiue exterioribus ſicut ſuperius, & uos, quaſi dicat: Eſtote pauperes, id eſt humiles, non clari, & irremiſsè agendo clamate, & ſic exaudiet uos Dominus, & ſaluabit. Nullus enim niſi pauper exauditur.

Immittit angelus Domini.] Hunc uſque dixit me exemplum habetote: hoc uero dicit me auxiliatorem habetote, loquendo de ſe interis perſona. Quaſi dicat: Dico magnificate & accedite ad Dominum. Et ut hoc poſsitis, nõ deerit uobis auxilium, quia angelus Domini, angelus ſcilicet magni conſilij, id eſt, diſpoſitionis antiquæ, reparationis nouæ, felicitatis æternæ: ille inquam immittet, id eſt immiſsionem exercitus faciet, uidelicet aut cuſtodiam angelorum, aut conſtantiam uirtutum. Et ita immittet uel in circuitu timentium eum, id eſt ut illa immiſsio undique muniat timentes eum, & ſic eripiet eos & in præſenti & in futuro. Quod intellige dictum eſſe ad ſimilitudinem, ut illud, Pompeiana reum clauſerunt ſigna Milonem.

Guſtate & uidete.] Illud pertinet manifeſtè ad immutationem uultus, quæ in titulo habetur: quia hic aperte commendat humilitatem ſuam. Quaſi dicat: Quia Dominus exaudiet uos clamantes ad ſe, & angelus Domini immittet, & uos eripiet: ergo guſtate non iam legalia ſacrificia, ſed humilitatem meam, ſecundum quod guſtanda eſt palato ſcilicet cordis, id eſt, comedite corpus meum, & bibite ſanguinem meum, & guſtando uidete illud quod uidendum eſt, ſcilicet intelligite ſuauitatem Domini hic per contemplationem, in futuro per ſpeciem, quæ uerè intelligenda eſt: quoniam ipſe Dominus uerè ſuauis, id eſt dulcis ſe intelligenti eſt. Nota uero non eſſe uidere, niſi præceſſerit guſtare. Sectando enim humilitatem perueniemus ad diuinitatis ſublimitatem. Guſtate inquam, & debetis guſtare: quia ille qui ſperat in eo, id eſt in Domino, id eſt, qui ſe aſſuefacit guſtandæ ueritati, nihil de ſe præſumens, ſed ſperans in Domino, eſt beatus nõ in mũdo, ſed quia uirtus eius, id eſt beatitudo eius in uirtute eſt. Et quia ſpes ſine timore præſumptio eſt, ſubdit: Timete Dominum ut ponitorem omnis nequitiæ, omnes ſancti eius, id eſt, omnes ſperantes in eo. Et ne dubitetis eum timere, nec aliquid mali agatis timore inopiæ, quod faciunt pleriq;, quia non eſt inopia timentibus eum. Quod quantum ad literam, falſum uidetur, quia patiuntur inopiam ſæpe in exterioribus: ſed tamen uerum eſt quantum ad illa, in quibus uera eſt inopia, ſed quantum ad ſpiritualia.

Diuites eguerunt.] Timentibus quidem non eſt inopia, ſed diuites & ſuperbi & de ſe præſumentes, quibus nulla uidetur eſſe inopia, ipſi quidem naturaliter eſurierunt uerum bonum & ſummum. Omnis enim cura mortalium quæ diuerſis ſtudijs exercetur, ad unum finem beatitudinis nititur peruenire, ut ait Boetius. Eſurierunt inquam, & tamen quia deuiauerunt eguerunt, id eſt, indigentiam pleni patiuntur, nec illo cibo ſaturati ſunt. Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono, id eſt, nullius ueri boni indigentiam patientur. Quod eſt repetitum. Idem enim ſunt inquirentes & timentes.

Venite filij, audite me: timorem Domini docebo uos.] Attende quid tympanizans iſte & affectans & quam dulciter admonat. Quaſi dicat: Durius quidem uobis locutus ſum, cum dixi, Timete Dominum: ut au-

tem lenius uos alloquar, dico, Venite filij corde quidam, & ſi non corpore, ad me patrem ueſtrum, & exaudite me aure audiendi: quia ego docebo uos qualiter debeatis Dominum timere. Et hoc non quilibet ſibi arroget, nec temere attribuat, quia ille ſolus timet Dominum qui facit ſequentia. Quod ſic dicit æquipollenter ſub interrogatione: Quis eſt homo qui uult uitã, & quis diligit dies uidere bonos? Quod eſt dicere: Quis eſt qui timet Dominum. Timens enim Dominum uerè tendit ad uitam æternam, & diligit dies bonos. Sunt autem dies boni remoti ab omni neceſsitate tribulationum & tentationum. Qui dies nõ ſunt huius regionis in terra morientium, ſed ſunt terræ uiuentium. Non enim Abraham hos dies uidit, non Paulus, non ipſe Chriſtus, qui eſurierunt, alſerunt, & tribulationes uarias pertulerunt, niſi fortè in interiori eos habuerunt. hic per ſpem, quos tandem habituri erant per rem.

Prohibe linguam tuam à malo.] Quaſi dicat: Ille ſolus uult uitam & diligit dies bonos, qui facit iſta ſequentia. Et ideo tu quilibet prohibe linguam tuam à malo, id eſt à detractione erga proximum, & à blaſphemia in Deum, & ab omni ſtultiloquio & falſitate: & quia doloſe aliquando agimus loquentes etiam ueritatem, dicit: Et labia tua ne loquantur dolum ad decipiendum proximum. Diuerte quoque ab omni malo, ſcilicet ut non ſolum non pecces in locutione, ſed nec in actione, nec in cogitatione. Et quia non ſufficit pauperem non denudare, niſi ueſtimus eum ueſtire, nec ſi aliena non auferimus, niſi & noſtra demus, dicit: Et fac omne bonum quod potes. Et hæc faciendo inquire pacem hic, ut tandem perſequaris ipſam ueram pacem, quã nullum ſcilicet bellum perturbabit. Quæ pax non poteſt hic haberi. Inde enim Chriſtus uera pax noſtra ſurrexit & aſcendit, qui pacem reliquit ſequentibus ſe, & pacem dabit peruenientibus ad ſe. Et hæc eſt pax illa quam reliquit, ut cum omnibus ſcilicet hominibus quantum in nobis eſt concordiam habeamus. Quam pacem ſi ſeruauerimus, reſurgemus tandem, & aſcẽdemus, & ſic ueram pacem peruenientes ad eum aſſequemur, cum ipſe erit omnia in omnibus. Hic autem non uera pax eſt, quia cum hic contra bellum inediæ habeamus pacem panem, nunquam ſic ſatiamur, quin rurſus bellũ innouetur, & ſic perſequere eum.

Oculi Domini ſuper iuſtos.] Dico inquire pacem & perſequere, & hoc uerè potes: quia miſericordia Domini adiuuabit me. Vel hoc quod dico inquire pacem, & perſequere, noli tibi attribuere, ſed tantum diuinæ miſericordiæ: quia oculi Domini, id eſt miſericors reſpectus Domini, erit ſuper te protegens te. nã erit ſuper omnes iuſtos, id eſt pacem inquirentes, & eum timentes. Et aures eius, id eſt potentia & beneuolẽtia exauditionis eius erit in preces eorum. id eſt, iuſtorum. Sed tamen ſi ſtatim ut uiderint aliquando non exaudit eos exterius, non tamen in hoc crudelis eſt, ſed potius miſericors. nõ exaudiendo enim exaudit, quia medicus eſt, & ſecat & aufert quod putre in eis eſt, nec parcit uulneri. nam ſi parceret, crudelior quã miſericordior eſſet. Et ne mali acceptã hinc occaſione dicerent, Ergo quia oculi Domini ſuper iuſtos ſunt, faciemus quidlibet impunè, quia nos non uidebit: occurret eis ſpiritus ſanctus per os ſui prophetæ. Quaſi dicat: Propitius quidem reſpectus Domini erit ſuper iuſtos: uultus autem, id eſt reſpectus iræ indignationis eius erit ſuper omnes facientes mala, non ad bonũ, ſed ad malum. ſcilicet ut memoriam eorum, quam ſibi parauerunt in terris morientium, perdat de terra uiuentium, dando eam in obliuionem, non quantum ad uindictam, ſed quantum ad bonam remunerationem. Sicut enim Dominus reſpicit de propinquo iuſtos ad ſaluationem, ita de longinquo iniuſtos reſpicit ad damnationem. Iuxta illud: Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, &c. Et uerè perdet memoriam illorum, quibus dicit, Neſcio uos.

Clamauerũt iuſti, & Dominus exaudiuit eos.] Dixit quod Dominus reſpicit & iuſtos & iniuſtos, & primum oſtendit de iuſtis hic. Quaſi dicat: Verè oculi Dei ſuper iuſtos, quia Dominus exaudiuit eos: & hoc ideo, quia ipſi iuſti per irremiſſam operationem clamauerunt, & hoc modo exaudiuit: quia liberauit eos iam ex omnibus tribulationibus eorum, id eſt grauioribus, ſcilicet ab interioribus tribulationib. per quas itur in exteriores, niſi quis ab eis liberetur. Liberauit eos inquam, ſed alios ſic, alios uero ſic. Nũquid enim qui Deus erat trium puerorum, non erat Deus ſeptẽ Machabæorum? Aut nunquid illos ab igne eruit, iſtos in igne deſeruit. Illi autem in fornace hymnizabant, iſti in igne expirabant. Sed tamen utroſque eruit, ſed diſsimiliter. Illos quidem corporalis ad inimicorum confuſionem, iſtos uero ſpirituelis ad maiorem inimicorum excæcationem. Similiter quoque de cæteris.

Iuxta eſt Dominus ijs qui tribulato ſunt corde.] Ideo Dominus exaudiuit iuſtos, quia eſt eis Deus de prope: ſicut & iniuſtis Deus de longe. Quod ſic dicit: Dominus eſt iuxtà his qui ſunt tribulato corde. id eſt, qui cor ſuum non erexerunt, ſed obtriuerunt humiliando. id eſt, uicinus eſt iuſtis. Et ideo ſaluabit à tribulationibus, ut ſupra dictum eſt, humiles ſpiritu, id eſt, ipſos eoſdem non ſuperbientes, nihilque de ſe præſumentes. Et opus eſt ut ſaluet, quia tribulationes iuſtorum ſunt multæ, quia intrinſecus & extrinſecus multipliciter tribulantur in præſenti, ut poſt multas tribulationes perueniant ad infinitas remunerationes: ſicut econtrà iniuſti poſt paucas tribulationes præſentes perueniant ad innumeras inſœlicitates. Multæ ſunt inquam tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberauit eos Dominus iam ſpe, tandem uero liberabit in re. Et hoc modo liberati ſunt, quia Dominus cuſtodit omnia oſſa eorũ, & ita quod nec unum ex his conteretur, id eſt, penitus confringetur. Quod quidem quantum ad literam falſum uidetur, æquè enim inuenimus os illius latronis crucifixi fractum cum Domino, qui confeſſus eſt, ſicut & illius qui non eſt confeſſus: ſed accipienda ſunt hic oſſa firmamenta animæ. id eſt, uirtutes, de quibus uerum eſt: quia oſſa Domino cuſtodiente manent integra, id eſt non conteruntur ictibus illis quibus oſſa exteriora. In illo enim latrone fides & ſi crura eius frangerentur, conteri non potuit. qui cum alter blaſphemaret in Dominum, dixit: Memento mei dum ueneris in regnum tuum.

Mors peccatorũ peſſima: & qui oderunt iuſtum, delinquẽt.] Hoc oſtenſo quòd uerè oculi Domini ſunt ſuper iuſtos, redit ad alteram partem, ſcilicet de iniuſtis. Quaſi dicat: Verè uultus iræ Domini erit ſuper malos, ut perdat eos: quia ipſorum peccatorum, id eſt malefacientium mors qua peribunt, erit peſsima. Eſt autem hic accipienda mors non diſſolutio corporis, ſed mors interiorum, ſcilicet ſeparatio animæ à Deo, qui eſt ſponſus & uera uita eius. Quæ mors uerè peſsima eſt, quia ſicut uiuere charitati optimum eſt, ita mori charitati, peſsimum eſt. Et ex hac morte efficitur hoc, quod & ſi alia mors, id eſt diſſolutio eorum uidetur bona ſtultis, quia uident funus eorum ferri cum tanta pompa, tamen ſit mala: quia cuius corpus hic collocatur & deportatur in lecto eburneo, eius anima ſepulta eſt inferno. Mors inquam peccatorum peſsima, & ideo peſsima: quia delinquent, qui oderunt iuſtum, id eſt, graue delictum in hoc ipſi peccatores committunt, quia iuſtum abſolutè, id eſt Chriſtum quem deberent diligere, oderunt: quia conculcant ſanguinem eius, nolentes imitari humilitatem eius. Hic notatur peccatum, unde hoc quòd mors

eorum

eorum peſsime ſit, efficitur: & ob hæc tali morte, & ſi Dominus non redimat animas liberrorum ſuorũ, tamen redimet animas ſeruorum, id eſt iuſtorum. Et uerè redimet eos à morte, quia cauſa ipſius mortis aberit ab eis. Nam omnes qui ſperant in eo, id eſt, qui non de ſe præſumunt, ſed ſe humiliant, non delinquunt in odio iuſti: quia non conculcabunt eius ſanguinem, ſed imitabuntur eius humilitatem. Et poſſumus hic accipere iuſtum non ſolum Chriſtum, ſed & Paulum qui dixit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.

IN PSALMVM XXXIIII. ARGVMENTVM.

OCcaſione ærumnarum ſuarum Dauid hũc Pſalmum in tempore Hieremiæ compoſuit, quæq; pertulerit qualiter'ue orauerit, exponit. Aliter totus Pſalmus ex perſona Chriſti eſt, & per Chriſtum ad omnes Pſalmos referri poteſt.

PSALMVS IPSI Dauid.

EXPLANATIO.

TOtus Pſalmus ex perſona Chriſti eſt, qui ſe petit ab inimicorum perſecutione liberari. nam & Dauid rectè Chriſtus accipitur, & cum præponitur ipſi non qualibet membrorum eius, ſed ipſe mediator oſtenditur. Per totum hunc Pſalmum uerba ſunt Domini Chriſti, à diſpenſatione qua paſſus eſt. Primo membro perſecutionibus retributionem poſtulat debere reſtitui, orans illis contraria, quæ tamen ad conuerſationem eorum ſint nihilominus profutura. Secundo de reſurrectione ſua gaudet, & Iudæorum iniquitates exprobrans acutè. Tertiò promittit eſſe, per uniuerſum orbem terrarum in membris ſuis paternæ potentiæ confiteri, qui eum ab inimicis ſuis reſurrectionis beneficio liberauit: deprecans ut confundantur perſecutores, & exultent in magna gloria fideles.

COMMENTARIVS.

I*Vdica Domine nocentes me: expugna impugnãtes me.*] Vox capitis eſt in hoc Pſalmo loquentis nunc pro ſe, nunc pro membris, & inuocantis Dominum Deum in tribulatione huius ſeculi, corpore nunc tribulato, ſicut & tũc capite. Titulus autem talis eſt: Pſalmus ipſi Dauid, id eſt, ipſi capiti qui eſt uerus Dauid attribuendus. Dauid uero ut ſupra dictum eſt, interpretatur manu fortis, uel uiſu deſiderabilis. Et Chriſtus uerè manu fortis eſt, quia mortem noſtram deuicit: & uiſo deſiderabilis, quia æternam uitam promiſit. Eſt etiam in hoc uiſu deſiderabilis, & manu fortis: quia quid fortius manu eius quæ tetigit loculum, & ſurrexit mortuus? Quid item fortius illa manu, quæ mundum deuicit, non armata ferro, ſed transfixa in ligno? Quid etiam uiſu deſiderabilius illo quem ſancti martyres non uiderunt, & tamen ad eum uidendum moriendo uenire ſtuduerunt? Huic ergo cantet anima noſtra, cantet corpus noſtrum, cantet & cor noſtrum. Loquitur autem hic caput noſtrum primum pro ſe dicens non maleuolentia optandi, ſed præſcientia prophetandi: Domine pater, Iudica nocentes me, Id eſt Iudæos me caput nocere uolentes, qui iudicaria poteſtate ſua iudicant me nocentem, non diſcernendo me per pœnam ab impijs. Iudica tua iudiciaria poteſtate per cauſam ut nocentes, me autem ut innocentem: da illos ſcilicet in reprobum ſenſum propter ſuam nequitiam, me autem reſuſcita propter meam innocentiam. Et impugnantes me, id eſt meos, & non expugnantes. Gentiles ſiue quoslibet expugna: id eſt Inuictorioſos & inefficaces redde, ut non ipſi expugnent, ſed ipſi expugnentur, ut conuertantur. Sicut enim iudica prius accipitur in malo, ita expugna hic in bono. Et refertur hoc ad corpus, ſicut illud ad caput.

Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.] Dico expugna, & ut expugnes, apprehende arma tua. Ecce magnum ſpectaculum uidere Deum armatum. Sunt autẽ arma Dei principaliter anima Ipſius Dominici hominis hic agentis, qua ipſe uſus eſt ad debellãdas aerias poteſtates, uelut potenti framea. Secularia quoque ſunt arma Domini animæ iuſtorum & noſtræ etiam animæ, ita quidem ſi nos bene profecerimus, id eſt, ſi ipſe prius armauerit nos ſcuto fidei, & galea ſalutis & gladio ſpiritus, quod eſt uerbum Dei. His enim ſpiritualibus & inuiſibilibus armis armat Dominus contra hoſtes ſpirituales & inuiſibiles animas noſtras, ut poſsint eſſe eius arma, & deinde apprehendit eas, quæ quaſi immobiles per ſe erant ad bellandum uelut arma. Et utitur eis ut framea & ad debellandos inimicos, & ad nos defendendos. Quod autem ſubdit, Et ſcutum, non eſt appoſitum ut diuerſum. Non enim ita eſt in his armis ſpiritualibus ſicut in corporalibus, in quibus gladius non eſt ſcutum, neque ſcutum lorica uel galea: quia in his eſt identitas. Eadem enim fides inuenitur uocaliter lorica & ſcutum. Scutum ideo, quia ignea tela nequiſsimi repellit: lorica uero, quia noſtrum interius à tentationibus munit diabolicis. Vel quia arma dicuntur ab armis protegendis, poteſt accipi armorum deſcriptio per excellentiam, quoniam ſcutum maximè armos protegit. Apprehende inquam arma. Et hoc modo tu qui prius uidebaris iacere malis, exurge in notitiam plurimorum tuos per arma illa defendẽdo, & inimicos expugnando. Et hoc in adiutorium mihi, id eſt meorum.

Effunde frameam, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.] Exurge inquam, ut exurgas effunde frameam, id eſt, multiplicetur numerus iuſtorum, ut ubique ſint effuſi, quorum uita eſt framea tua ad inimicorum depreſsionem, & tuorum protectionem. Et per horum multitudinem conclude, id eſt concluſionem & munitionem fac aduerſus eos qui perſequuntur me, id eſt meos, perſuadentes eis ſalutem in Ioue & cæteris dæmonijs ſiue in terrenis, & ſic uolentes eos deuocare. & eſt dicere: Tantus fiat numerus bonorum, ut aduerſarij ſtupeant & reuereantur nõ habentes quod nobis contradicant. Conclude inquam & dic in euidentia rei, ita ſcilicet ut intelligam, animæ meæ & meorum: dic inquam iſtud, Ego ſum ſalus tua, & non aliud, uidelicet ut ſiue ſubueniat angelus ſiue homo, de te ſemper dicam: Tu es ſalus mea. Et etiam ſi hæc terrena conferant mihi aliquod ſolatium, dicam quia tu es ſalus mea, quia tu me his conſolaris in hac uita, quæ eſt quaſi via, ubi hæc omnia debent eſſe ſtabulum uiatori, non tanquam domus habitatori.

Confundantur & reuereantur quærentes animam meã. Auertantur retrorſum & confundantur cogitantes mihi mala.] Ideo peto ut concludas, & animæ meæ talia dicas, ut per hoc quærentes animam meam & meorum, non ad imitationem, ſed ad damnationem: non ad ſalutem, ſed ad deuocationem, confundantur ſalubri ſcilicet confuſione. Confuſio enim alia ſalubris, alia non. Illi uero confunduntur ſalubri confuſione, qui de numero infidelium tranſeunt numerum fidelium, uel

de numero perſecutorum in numerum membrorũ, ut fecit Paulus. Et ſciendum, quia quidam malorum ita iunguntur, ut à Domino ſeparentur & damnentur: quidam uero ita, ut ad Dominum conuertentur. Et de his qui conuertuntur hic primum dicit, deinde dicet de alijs. Confundantur inquam quærentes animam meam, & ita confundantur ut reuereantur, id eſt, extimeſcant peccare ſua, id eſt reuereantur iuſtos, non habentes quid eis contra dicant. Et auertantur à perſequendo ita, ut qui priusante fuerant, ſint retrorſum ſecus pedes Domini, ſcilicet qui fuerant præcedentes, ſint ſubſequentes, & perſecutores ſint prædicatores. Auertantur inquam, & confundantur ita, ut qui nunc ſunt cogitantes mihi & meis mala, ſint mihi deſiderantes bona: qui autem id nolunt, fiant tanquam puluis, & reliqua. Hic incipit agere de illis malis, qui ita iunguntur ut damnentur. Poteſt etiã quod præcedit, ſcilicet Cõfundantur, cogitantes mihi mala, aduerſus eoſdem referri hoc modo: Illi quidem auertantur retrorſum. Ex oppoſito autem non ſolum facientes, ſed etiam cogitantes perſeuerantes mala mihi & meis, accipiant quod merentur: confundantur ſcilicet confuſione æterna. Nunc autem interim fiant tanquam puluis ante faciem uenti. Puluis terræ facile auferatur à uento, hic autem per uentum accipitur quicunque carnalis motus & tentatio uel ſuggeſtio diabolica. Puluis uero peccatores dicuntur, carentes humore affectionis & miſericordiæ, qui facile ſubruuntur à uento elationis & tentationis. Et eſt dicere: Tales fiant ut ad nullos motus prauos ſubſiſtant, ſed omnibus cedant. Vel etiam ut à quolibet uento hæreticæ doctrinæ facile ſubuertantur, uel circumferantur. Et ad hoc ſit eos coartans (id eſt compellens, ut magis præcipitentur) angelus Domini prauus, per quos etiam Dominus operatur. Iuxta illud: Fecit Dominus immiſsionem per angelos malos. Fiat quoque uia, id eſt tota uita præſens illorum tenebræ, id eſt ignorantia ueritatis. Et lubricum, id eſt in lapſu omnis carnalis concupiſcentiæ: & ad hoc rurſus ſit eos perſequens, id eſt compellens angelus Domini prauus. Poteſt etiam hic uerſus totus ad ſimilitudinem ſolem dici ita: Vita illorum ſit ſimilis illi qui in tenebroſo & lubrico loco perſecutorem patitur, qui quidem in maximis anguſtijs uerſatur: quia nec ut lucem expectet, ſibi conceditur.

Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſuperuacuè exprobrauerunt animam meam.] Ideo dico ut talia eis eueniant, quoniam digni ſunt: quia gratis, id eſt cum nihil mali apud eos meruiſſem, imo multa bona feciſſem, mortuos eorum ſuſcitando, & infirmos ſanando: tamen abſconderunt, id eſt abſconſe, quantum ad ſe, parauerunt interitum laquei. Laquei dico ſui non mei, id eſt multas cauſas contexuerunt, ſicut laqueus contexitur, per quas uoluerunt me illaqueare ad interitum, ut mundus poſt me non abiret: ſed ille laqueus fuit ſuus, quia ipſi potius illaqueati ſunt ad interiorem interitum. Ego uero reſurrexi, & mundus poſt me abijt. Abſconderunt inquam interitum. Cui uero abſconderunt? Mihi ſcilicet abſconderunt corda ipſorum abſcondentium cognoſcenti, qui tamen inter eos eram ſimilis ignoranti. Et exprobrauerunt animam meam, id eſt opprobria multa intulerunt uitæ meæ, & hoc uacuè. Et ſuperuacue quidem, quantum ad hoc quidem obiecerunt, quæ non ſolidè, uel ut ipſe dixerat, acceperunt. Vt illud: Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & reliqua. Quantum enim ad ipſum, ſolidum fuit hoc & perfectum: quia ipſe tertia die reſurrexit. Quantum uero ad ipſos qui de templo Salomonis hoc acceperunt, non fuit hoc ſolidum, ſed uacuum. Vacuum enim propriè dicitur, quando nõ eſt ſolidum, ſed intus cauum eſt.

Veniat illi laqueus quem ignorat, captio quam abſcondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipſum.] Ecce digna pœna & condigna uindicta. Valde enim dignum eſt, ut quiſque peccator conſtringatur funiculis peccatorum ſuorum, & ut quiſque ex ſua nequitia damnetur. Et eſt dicere: Ipſi quidem abſconſe parauerunt mihi interitum laquei, & abſconſe incidãt in eundem laqueum. Litera autem ſic exponitur: Laqueus id eſt nequitia eorum qua me illaqueare uoluerunt ad interitum, quam ignorant ſibi nocituram. Iuxta illud: Cæterum neſcit impius ſe puniri, niſi cum manifeſte luit, quod nolens perpetrauit uolens. Ille inquam laqueus ueniat illi populo, id eſt refundatur in eum, ſcilicet ut in quo mihi uoluit nocere, noceatur. Et exponit iſtud dicens: Et captio quam abſcondit apprehendit eum, id eſt, iniquitas illa quã abſconſe parauit mihi uelut ignoranti, ut me caperet, apprehendat eum, & ita apprehẽdat eum ut cadat in laqueum, non alium, ſed ipſum eundem quem abſcondit mihi, id eſt, me refugiẽte propria iniquitas ſua ſit ei ad perpetuum caſum & damnationem. Quod eſt dictum ad ſimilitudinem. Sic enim eſt nequitia cuiuſque. Sicut ſi quis pararet alicui poculum ueneni, & poſt modo oblitus biberet idem, aut ſi pararet alij foueam, & incideret in eam: quia neceſſe eſt ut quod aliud corrumpit, illud unde procedit, & in quo principaliter eſt maximè corrumpet. Poteſt autem captio per ſe accipi, ut non ſit expoſitio prioris, & taliter dici: Similiter captio illi captioni, quam mihi parauit populus ille, apprehendat eum ſcilicet, ut ſicut in feſtiuitate paſchali cum undiq; conueniſſent, occulte, ut me caperent, tractauerunt: ita in conſimili die cum undique conuenerint à Tito & Veſpaſiano comprehendantur. Cætera non mutantur.

Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur ſuper ſalutari meo.] Illos quidem apprehendat captio, & cadant in laqueũ: anima autẽ mea non dicam optando quaſi dubius ut exultet, ſed enunciatiue dicam exultabit, non de ſe præſumendo, ſed in Domino. Et etiam delectabitur, id eſt plenariam lętitiam habebit. Quod notat per hæc duo, quia exultari corporis eſt, delectari uero animæ. Exultabit inquam, & delectabitur non in ſe, ſed in ſalutari ſuo: id eſt, in reſuſcitatione data ſibi deſuper, à uerbo ſcilicet perſonaliter ſibi unito. Nec ſolum anima mea exultabit, ſed etiam corpus meum: quia omnia oſſa mea, id eſt omnes robuſtiores inter meos, & ſi caro nõ dicat, quia ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: oſſa inquã propter gaudium de ſpe reſurrectionis ſibi in me data dicẽt, Domine quis in angelis, aut in archangelis, aut in patriarchis uel prophetis, ſiue in gentium dijs eſt ſimilis tui? Nullus utique. Et meritò hoc dicent, quia tu & eripis eos de tentationibus diabolorum, & me eripis de manibus inimicorum. quod ſic dicit: Tu es eripiens inopem populum tuum de ſe, ſcilicet nihil præſumentem de manu fortiorum eius: id eſt, de poteſtate diaboli & angelorum eius, qui fortiores ſunt: quia olim toti humano generi præualuerunt in Adam decepto, & adhuc quibuſdam prȩualent, quos blandis ſuggeſtionibus ſuis decipiunt. Et etiam eripis uerè egenum, qui ſibi ſcilicet nihil prorſus attribuit: & uerum pauperem, qui cum ſcilicet diues eſſet, pro omnibus pauper factus eſt: à diripientibus eum, id eſt de poteſtate illorum, qui conabantur diripere eum à te, id eſt, ſeparare dicentes, Deus dereliquit eũ. &, Non eſt hic homo à Deo, & cætera talia. Agit autem hic de ſe ipſo in tertia perſona, & oſtendit quo modo diriperent eum dicens: Teſtes iniqui, id eſt illi teſtantes de me inique ſurgentes contra me, interrogabant me per pœnam ſcilicet, colaphizando & cõſpuendo me, ea quæ ignorabam ego. Quid autem ignorabat? Nunquid aliquid ignorabat, qui etiã corda perſecutorum uidebat, & dolos eorum prȩſcierat?

Vtiq;

Digitized by Google

Vtiq; nibil ignorebat, non quantum ed uindicatiuné, ſed quanrum ed commiſsiunem.

Retribuebant mihi.] Interrugabant me inquem, & interrogantes mihi male tantum pro bunis, ut pro olta quam conferte ueneram, mortem: pro honore blaſphemiea, pru medicina uulnera. Et tetribuebant animæ meæ pro fœcunditate ſterilitatem, qoia cum anime mea ed huc ueniſſet, & labutaret ut eus cōſperſus imbre uerbi Dei bene faceret fructificate & fertiles, ipſi præbuerunt in ſe ſolam ſterilitaté: quia non paſsi ſunt ſa regenereri per me, ſed menſerunt illi ficui ſimiles, in qua Dominus eſuriens nullum fructom, ſed ſola ſolia inuenit: quia io uerbis eurum numeruſitas, in fectis uero paucitas.

Ego autem.] Ipſi quidem qoæ ignutebem, interrogabant me, & mala pro bunis tetribuebant: ego eutem cum mihi moleſti ſic eſſent, & omnibus modis in me ſæuirent, tantum modo induebar cilicio, id eſt, occultabam diuinam potentiam meam, & ſolum cilicium, id eſt mortalem carnem, que circumdabar, eis in quem ſæuirent objiciebá. Si enim ille qui uno uerbo ſolo quærentes ſe capere, in terram proſtrauit, diuinam potentiam exerere perſecutoribus uoluiſſet: haud dublum quin ſolo nutu umnes interficere putuiſſer. Sciendum ueru quòd cilicium de pilis captarum & bædurum fit, & per captam & bædum propter fætorem ſignificatur peccatū. Dicitur ergo Chriſti caro ciliciū, quia pœnam peccati pertulit, licet peccatum nō admiſerit. Caro enim eius mortalis fuit, & in pœna tantum: quia ſine peccato eſt ſimilis noſtræ cerni. Iuxta illud Apoſtoli: Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis pecceti, ut de pecceto demneret peccatom in carne. id eſt, ot per murté eios deſtrueret noſtram muttem. Dicitur enim mors & Chriſti & noſtra peccatum, quia eſt effectus & pœna illius peccati, quod Adam perpetreuit.

Humiliabam in ieiunio animam meam.] Ego quidem illis me moleſtantibus induebar cilicio. Vnde apparet, quia anime mea, quę nihil eſuriebat, nihil ſitiebat, niſi conuerſionem illurum ieiunabat. Et tamen in hoc ieiuniu humiliabam animem meam, id eſt non iraſcebar, ſicut ſolent iraſci purētes in determinato tempure ſubtracto ſibi cibo. Tantum auté fnit hoc ieiuniū, ut in tanta turba perſecutorum, nullum in quo ſe reficeret, inueniret præter latronem ſibi collateraliter pendentem, cū etiam diſcipuli ipſo relicto fugiſſent, & in turba laterét: & etiam Petrus ille, qui prius tam temere clamauerat, Domine & ſi oportuerit me mori tecum, non te negabu, in turba latebat & ad uocem ancillulæ trepidabat: humiliabam me inquem in ieiunio, & òtabem pro illis dicens, Pater ignoſce illis. Et orabo non ed remotum aliquem, ſed ad uicinum te quia uratio mea cōuerterur in ſinum meum, id eſt in occultum meum: quia humanitas mee otabit pro illis uerbum perſonaliter ſibi unitum. Poſſunt & aliter hi duo uerſus legi, ut ſic dicatur, Ipſi quidè retribuebent mala mihi: ego autem cum, id eſt quamuis moleſti eſſent, induebar temé cilicio. id eſt, quuſdam ex illis qui prius erant quaſi cilicium, id eſt ſpinoſi & infructuoſi, ad me conuertebem, & qoaſi mollem ueſtem qua induerer, faciebam. Iuxta illud: Viuo ego dicit Dominus, quia his umnibus uelut ueſtimento ueſtieris. Et hoc ſi faciam, quia in illo graui ieiunio quod de ipſorum in conoerſione patiebar, humiliabam animam meam, id eſt, uitam meem cum edendu cum publicanis & peccatoribus cum ipſis conuerſando ut uel ſic aliquoa mihi attraherem, in qnibus illud ieiunium meum ſoluerem: humiliabam me inquam, & otabam pro illis, & oratio mea & ſi non omnibua ipſia profit, conuertetur tamen, id eſt appetebit in cōuerſis in ſinum meum, id eſt, in illis quæ ſignificantur per manum Moyſi reductam in ſinū. Mittimur enim hic ad hiſtoriam, in que dicitur, quud quando Dominos præcepit Moyſi ot rediret in Aegyptum, & educeret inde populum ſuum. Petijt Moyſes ut infirmus à Domino: Domine qnod ſignum erit mihi, ut me audiant? Et Dominus ed eum: Educ manum tuā de ſinu tuo. & eduxit, & ecce leproſa tuta ſacta eſt. Iterum dixit ei: Reduc manom tuam in ſinum tuum, & teduxit, & reliquæ carni facta eſt ſimilis. Per ſinum autem Muyſi, ſignificatur ſinua Domini. Et eſt ſinus Dumini, fides, ſpes, charitas & Eccleſiaſtica inſtitut a: à quo ſinu quiſqois educitur, ut hæretici qui à nobis exierunt, leproſus fit in peccatis. Si uero contigit ut aliquando redeat, fit ſimilis reliquis infra ſinum ſanatis à lepra peccatorum. Et quiſquis in huc ſinu eſt, conuerſos eſt in idipſum: quia natureliter in Adam puſito in plenitudine uirtutum, in hoc ſinu fuimus: ſed exiuimus ab eo per eundē præuaricantem.

Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebā: quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar.] Orabam quidē in paſsiune pru illis, & antea cum eos admonerē, cōplacebam mihi ſic, quaſi admonerem proximom, id eſt aliquem diſcipulum, aut queſi admonerem fratrē noſtrum, id eſt aliquem Apoſtolum: quia ſic illi obediebent facile, ſicut faceret frater uel proximus. A maiori autem perte eurum, quia ſanem doctrinā contemnebant humiliabar ſic, ut eſſem quaſi lugens exterius, & contriſtatus interius, id eſt, uelut habens plenam triſtitiam. Sulent enim boni prælati gaudere de profectu ſubditurum, & triſtari de defectu illorum quaſi ſoo. Vnde Apoſtolus: Viuo ego nunc, ſi uos eſtis in Duminu.

Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.] Humiliabar inquam ab illis, & hoc ideo, quia ipſi lætati ſunt, & cunuenerunt: pro lætanter conuenerunt aduerſum me. Et ipſis conuenientibua congregata ſunt innumera flagella ab illis ſuper me, & tamen ego cauſam ignorabam, non quanrum ad uindictam, ſed ad factum, quia nullius mali eram mihi conſcius. Conuenerunt inquam, & in illo conuentu diſsipati ſunt inter ſe, quia quidā bonus eſt dicebant, alij autem nun. Et tamen non ſunt cumpuncti nec iſti, nec illi ad miſericordiā: quia tentauerunt me, & cætera. Poteſt & ſic iſtud dici: Quud ipſi ſine cauſa uenerunt contra me, indicat hic effectus: qoia ipſi ubique gentium diſsipati ſunt, & tamen adhuc non ſunt compuncti ad pœnitentiam. Iuxta quud tentauerunt ſic continuabitur, Huc ſcilicet modo congregata ſunt flagella ſuper me, quia tentauerunt me dicētes: Magiſter, ſcimus quia à Deo ueniſti, & licet cenſum dere Cæſari an non, & cætera talia. Et ſubſannauerunt me, id eſt deriſerunt me ſubſannatione, id eſt uili & cuntemptibili deriſione. Et frenduerunt ſuper me dentibus, id eſt mordacibus dictis ſuis dicentes: Crucifige crucifige eum. Tu autem Domine pater, quando reſpicies me caput, ut ab eis liberer? Quando etiam reſpicies corpus meum? diffinito ſcilicet tempore reſpicies me caput reſuſcitendo & etiam corpus, quia non differs in capite ut non reſpicias inupia, ſed ratione: nec differs in corpore tædiu, ſed amore. Non enim Dominus Chriſtum quem primo etiam momento potuit reſuſcitare, diſtulit in diem tertiam inopia, ſed ratione: quia legitur in Euangelio, Hodie & cras ſanitates operor, tertia uero conſumur. Prima enim die, ſcilicet anté legem Dominua operatus eſt ſanitates in quibuſdam, ſicut in beato Abel & in Abrahem & cæteris Patriarchis: craſtina quoque die, ſcilicet ſub lege multi ſaluati ſunt, ut Moyſes & Aaron, & quicunq; legem ſpiritualiter coluerunt. Tertia uero die in tempore gratiæ per uerbum miſſum ad terras, conſumata & perfecta ſalus date eſt. Et hæc eſt ratio. quare Chriſtus non in prima uel ſecunda, ſed potius tertia die reſurrexeit. In corpore quoque cum Dominua quādocunq; uellet, poſſet uel ſinguloa per ſe, uel plu-

sea in ſimul reſuſcitere, oon differt reſurrectionem tædio, ſed amore, ſcilicet quia cum ipſe ſit perſectus, amat in corpore quoque ante reſurrectionem illam compleri perfectionem, ad quam ſupplendam prius homo creatus eſt. Iuxta illud: Suſtinete modicum tempus Deum, & cætera. Nunc ad literam redeamus. Reſpice inquam & me & corpus in definito tempore, & ideo noli differre reſurrectionem meam in communem reſurrectionem, ſed citò reſtituo animam meam liberando per reſuſcitationem à malignitate, id eſt, à malitia eorum, ſcilicet frendentium ſuper me dentibus. Et reſtitue etiam in tempore à te conſtitoto unicam meam, id eſt, eccleſiam ſponſam meam: liberatam à leooibus, id eſt, à ſæuiétibus principibus eam perſequentibus.

Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo graui laudabo te.] Quaſi dicat: Quo froctu peto ut reſtituas & me & onicam meam, hoc ſcilicet: quia ego confitebor tibi in me & in meis in eccleſia magna. Et uerè magna eſt eccleſia, quia ubique terrarum eſt diffuſa: ſed quia in ea in ſimul ſunt, & paleæ & grana, id eſt, mali & boni. Veniente autem uento uentilationis & tentationis, paleæ quæ leues ſunt depelluntur: grana autem quæ grauia ſunt, remanent in populo graui. Quaſi dicat: Confitebor tibi in eccleſia communiter & in bonis & in malis: laudabo autem te uerè & ſingulariter in populo graui, id eſt, in ſanctis uiris, quoe uetus aduerſitas non depellit.

Noe ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Ideo quoque rogo ut reſtituas me caput & corpus, ut ſi gauiſi ſunt de me mortuo & de meis incarceratis, non ſupergaudeant mihi, id eſt, ad depreſsionem meam & meorum, de me non reſuſcitato & de meis deuocatis. Illi qoi iniquè aduerſantur mihi & meis, in hoc quia oderunt me caput gratis: quia nulla mala, ſed multa bona eis contuli. Et quia fraodulenta perſecutione aonuont, id eſt, adquieſcunt meis in oculis exterius, quos oderunt interiue. Aonuunt enim uoce, quod contradicunt corde. Annuunt facie, quod negant in noluntate. Et quid mirum ſi in arido ligno faciunt, quod fecerunt in uiridi, id eſt, in me? Quia loquebantur pacifice mihi exterius, dicentes: Scimus quia à Deo ueniſti magiſter, & cætera talia. Et ſic loquentes cogitabant tamen dolos io corde contra me, id eſt iracundiam terræ, id eſt, quia irati mihi pro terrenis eraot timeotes per me locum & gentem amittere. Et non ſolum cogitauerunt, ſed etiam quæ cogitauerant fecerunt: quia dilatauerunt, id eſt, aperuerunt os ſuum ſuper me, rugientes contra Pilatum: Crucifige eum. Et poſtquam perfecerunt in me quod uoloerunt, lætantes dixerunt: Euge euge, id eſt, bene factum eſt animæ noſtræ, quia ocoli ooſtri uiderunt quod ſemper uidere deſiderauimos, & quod omnibus modis optauimoe.

Vidiſti Domine, ne ſileas, Domine ne diſcedas à me.] Quaſi dicat: Ipſi inquam uiderunt pœnam, tu autem Domine uidiſti cauſam & innocentiam meam, & ideo Domine ſi ſiluiſti à pœna, non ſileas à uindicta: uel ſicut non ſiluiſti à præcepto ſcilicet, quin per me ea quæ uoluiſti præciperes, ita etiam non ſileas à iudicio, ut non uindices in eos damnationem meam: & non diſcedas à me, id eſt à meis in perſecutione, ſed potius ſicut per me promiſiſti, ſis cum eis uſq; ad conſummationem ſeculi, ut eos protegas ab inimicis.

Exurge & intende iudicio meo, Deus meus & Dominus meus in cauſam meam.

Ne ſileas, inquam, ſed potius exurge in uindicta, qui uidebaris iacere in pœna. Et intende, id eſt, intenſum te fac in euidentia rei, iudicio illorum de me facto meo, non ſuo, ſcilicet ut qood ipſi putauerunt eſſe ad ſuam gloriam & meam ignominiam, potius conuertatur ad meam gloriam, & ad eorum ignominiam: tu dico Deus meus creatione & poteſtate, & Dominus meus ſubiectione & uolũtate. In quo noe inſtruit, ut & nos illum, qui Deus noſter eſt ex neceſsitate, faciamus nobis Dominum ſubiectione & uolontate. Et qualiter roget ut intendat, iudicio declarat, cum ſubdit: Intende inquam in cauſam meam diſcernendam. Quaſi dicat: Non peto ut in id intendas, quod commune habeo cum latronibus, ſcilicet in pœnam: ſed ut intendas io cauſam, ſcilicet quia beati ſunt, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Quæ cauſa diſcreta apud ſolos bonos eſt, cum ſit communis pœna. Et ideo ſola cauſa martyrem facit, non pœna: quia ſi pœna martyrem faceret, quicunque nequam decollaretur, aut aliqoo modo trucidaretur, coronaretor, quod fieri iodignũ eſt.

Iudica me ſecundum iuſtitiam tuam Domine Deus meus, & non ſupergaudeant mihi. Non dicant in cordibus ſuis: Euge euge animæ noſtræ, nec dicant: Deuorabimus eum.

Intende inquam in cauſam & me, quem in pœne à malis non diuidis, iudica: id eſt, diſcerne ab eis ſecundum iuſtitiam, id eſt ueram obedientiam meam: & tamen tuam, id eſt, à te mihi datam Domine Deus meus. Et debes iudicare, ut inimici qui gauiſi ſuot de me interfecto, non ſupergaudeant de me oon de reſuſcitato. Sed qui prius dixerunt in morte mea, Euge euge animæ noſtræ, oon dicant hoc amplius, uidentes me reſuſcitatum in cordiboa ſuis, & ſi ſimulent exterius in labijs, ſed potius dicant, Væ uæ animæ noſtrę. Infinitam enim triſtitiam habuerunt Iudæi, audientes reſurrexiſſe Chriſtum, & mallent omnibus modis non crucifixiſſe, quàm crucifixum reſurrexiſſe. Non dicant inquam, euge euge, nec etiam dicant, Deuorauimus eum, putantes prius penitus nomen meum deleuiſſe de terra: ſed potius ego deuotem eos, & mei etiam deuorẽt perſecutores ſuos, tam gentiles quàm Iudæos. Hic mittit nos ad hiſtoriam, ubi continetur, quod cum Moyſes in monte Synai, ut legem à Domino acciperet, quadreginta diebus ſtaret, & populus Iſraeliticus murmuraret cõtra Aaron repoſcens idola. Et cum ipſe Aaron oon poſſet eos ratione corrigere, uoluit eos damoo reuocare. Præcepit igitur eis ut afferrent quoque ornamenta ſua aurea uel argentea, & inde fecit uitulum conflatilem. Quem poſtmodo Moyſes cum de monte rediſſet, & multo ſuper hoc cruciaretur dolore, fecit in puluerem conteri, & potui commixtum ad deuotandum eis præbuit. In quo ſignatom eſt, quòd oeti Iſraelitæ qui foturi eraot apoſtoli, & alij ſcilicet præcones ſancti, non ſolum quoſdam de Iudæis, ſed etiam gentiles qui idolatræ erát, & per idolum illud, ſcilicet per uitulum conflatilem, intelliguntur transglutire, conformando ſibi debebant, & in malo deuotare, atque in corpus Chriſti traijcere. Et poſſunt quæ ſuprà dicta ſunt, ab Exurge & intende, etiam ad membra & perſecutores eorũ, tam de gentibus quàm de Iudæis ſuo modo referri.

Erubeſcant & reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis. Induantur confuſione & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me.] Non dicant ioquam, Deuorauimus eum, quantum ad me, uel eos quantum ad meos, ſed potius erubeſcant peccata ſoa, & ſimul reuereantur, id eſt extimeſcant ea, uel erubeſcant me & meos, & reuereantur cognoſcentes ſe peccatores & indigniores. Illi qui nuoc gratolantur de malis meis & meorum, & ita erubeſcant & reuereantur, ut induantur confuſione & reuerentia, id eſt, ut tam plenaria confuſio ſit, & reuerentia, ut circundet eos uelut indumentum. Induantur inquam, illi, qui loquuntur modò mala, non ſolùm faciunt ſuper me, id eſt, de me & de meis. Et uerè erubeſcant & reuerebuntur, quia exultabont & lætabuntur omnes illi, qui cum prius uellent ſtatuere iuſtitiam ſoam, modò uolunt ſtatuere iuſtitiam meam. Et utinam exultent & lætentur, & reliqua. Poſſunt quoque prædicti duo uerſus in

malo

malo accipi ita: Non dicãt inquam perſecutores mei & meorum, Deuorabimus, ſed potius erubeſcant, & ſimul reuereantur, id eſt, ruborem exterius & innocuum timorem interius incurrant de nequitia ſua in præſenti, illi qui gratulantur malis meis & meorum. In futuro autem induantur confuſione plenaria, & reuerentia, qui cunque maligna loquuntur ſuper me, id eſt, de me & de meis. Quod uerè tunc erit, quando dicent: Nos inſenſati exiſtimabamus uitam illorum inſaniam, & reliqua.

Exultent & lætentur qui uolunt iuſtitiam meam, & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui uolunt pacem ſerui eius.

Quaſi dicat: Mali quidem & perſecutores patiantur & hic & in futuro. Ex oppoſito autem exultent & lætentur interius, id eſt plenariam lætitiam habẽt, & hic & in futuro, omnes qui eum prius uellent ſtatuere ſuam iuſtitiam, modò uolunt tantum meam iuſtitiam: & dicant ſemper, Magnificetur, id eſt, exaltetur Dominus, & nunquam ſeruus, hoc eſt nihil amplius de ſe præſumant, ſed totum Domino aſcribãt. Illi qui uolunt pacem datam per me uerè ſeruum eius, id eſt homini. Quæ pax eſt litigium habere cum uicijs, & concordiam cum moribus optimis. Et uerè dicent, Magnificetur Dominus, quia lingua mea, id eſt, cor meum, quod ideo dicitur lingua, quia Deo loquitur. Vnde in Euangelio habetur, quòd Dominus Ieſus prauis cogitationibus aduerſariorum ſuorum reſpondit: cor inquam meorum ſemper ô Domine meditabitur iuſtitiam tuam eſſe. Id eſt, nihil de ſe præſumet, ſed omnem iuſtitiam tibi aſcribet. Laudem uerò tuam ueram & perfectam meditabitur in die illa, quæ erit dies tota, id eſt in futura uita, ubi erit perpetuus dies ſine nocte. Et tota die, id eſt tota mentis puritate: uel tota die, id eſt, aſsiduè meditabitur laudem Dei. Si enim hymnum in eccleſia canis, laudas Dominum: ſi uerò non canis, reficis corpus cibo aut ſomno. Et hoc non ad delectationem carnis, ſed ne deficias in ſeruitio Dei. Et ſi quicquid agis, tibi ſemper in mente Domini proponis, omnis innocentia operum tuorum aſsiduè laudat Deum.

IN PSALMVM XXXV.

ARGVMENTVM.

CVm Saulis inſidijs urgeretur, hunc pſalmũ cecinit eo præcipuè tempore cum eum necare uolens, ſcyphum tantum pro ſigno fidei, haſtamq; proripuit. Aliter propheta cum laude opera ipſius Iudæ dicitur.

IN FINEM, SERMO DOmini, Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

SEruo Domini non alteri accipe, quàm ei qui cum in forma Dñi eſſet, formam ſerui accepit, factus obediens uſque ad mortem. Totus Pſalmus à perſona prophetæ dicitur. In primo membro contemptores legis uehementer accuſat, eos non habitare cum Domino commemorans eorum impias uoluntates. Secundo ſub laude Domini collata præmiorum dona deſcribit, eoſq; domus Domini dicit ubertate compleri, breuiterq; in ruina malorum Pſalmus iſte concluditur.

COMMENTARIVS.

D*ixit iniuſtus ut delinquat.*] Titulus eſt talis, In finem ſeruo Domini Dauid, ſecundum Caſsiodorum, qui ſic exponitur. Hæc uerba referuntur non ad hiſtoriam, ſed in finem, id eſt, in perfectionem ad Chriſtum ſcilicet: & hoc ideo, quia ſunt attributa Dauid, id eſt alicui perfectiori de membris eius: Dauid dico non hiſtorialiter accepto, etiam ſi ad prophetam reſpicias, ſed ſeruo Domini, id eſt, tali qui ſit uerus ſeruus Domini, non ſeruiens carnaliter, ſed ſpiritualiter. Qui ſeruus Domini reprehendit in hoc pſalmo conſeruos ſuos iniuſtos, proponentes ſibi peccare: non quia intelligere non poſſunt, ſed quia nolunt, & de peccatis ſuis iniuſtè in auctorem culpam transferentes. Quos commonefacit, quod peccant non ex culpa auctoris uel difficultate aut neceſsitate eſſe, ſed ex eorum praua uoluntate, ſcilicet quia ut bene agant, nolunt intelligere, ita dicens: Iniuſtus dixit, id eſt propoſuit, & conſtituit ut delinquat, id eſt, ut peccet aſsiduè. & hoc non foris in conſpectu hominum, quia timet ab eis reprehẽdi uel dãnari: ſed in ſemetipſo, id eſt in corde ſuo male conſcio. Iniuſtus accipitur hic non quilibet unus, ſed totum genus iniquorum, quod aduerſatur ſibi intelligendo ut bene agat, non quia nõ poſsit, ſed quia non uult. Aliud eſt enim quando aliquis conatur aliquid intelligere, ſed non poteſt præ humana infirmitate, quia corpus quod corrumpit, aggrauat animam. Verbi gratia, ut quod dicitur de æqualitate trinitatis, & de illo uerbo quod erat in principio apud Deũ, &c. quæ dicuntur de diuinitate, humana infirmitas percipere non poteſt, & in talibus ignorantia non eſt peccatum. Aliud uerò eſt, quando pernicioſius agit cõtra ſemetipſum cor humanum, ſcilicet ut non intelligat quod intelligere poſſet, ſi uolũtas accederet: nõ quia difficilis eſt, ſed quia uolũtas praua & auerſa eſt. quod tunc eſt, quando homines amant peccata, & oderunt diuina præcepta: quia ſermo diuinus aduerſarius tuus eſt, ſi diligis iniquitatem tuam: amicus uerò tuus eſt, ſi odis eam. Et ſic eritis duo ad perimendũ iniquitatem tuam, tu ſcilicet & ſermo diuinus: quia per te non potes, & ideo ſi odis ipſam iniquitatẽ, & Deus dimiſerit eam, liber eris. Si autem diligis eam, contrarium tibi eſt quicquid dicitur contra eam: nõ quia intelligere non poſsis, ſed quia non uis. Planiſsimum enim & apertiſsimum eſt omni homini illud præceptum: Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris: quia quiſq; in ſeipſo hoc aduertere poteſt. Et ideo quiſquis hoc non intelligit, non imputabitur difficultati, imò uoluntati. Et quia hoc eſt iniuſtus, ideo non ex difficultate, ſed ex uolũtate dixit ut delinquat. Et quia nõ auſus eſt palàm, confugit ad occultam cordis conſciẽtiam. Sed cum timet conſpectũ hominis, multo magis deberet timere conſpectũ Dei, qui quod conſpicit in corde, ſicut homo in facie. Quod ipſe intelligere poſſet, ſi attẽdere uellet. Sed ideo nõ attendit, quia timor Domini non eſt ante oculos eius, id eſt, quia non perpendit Deum iudicem in rebus: quod ſi perpenderet, utiq; eum timeret.

Quoniam doloſe egit in conſpectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium, &c.] Probat ab affectu, quia iniuſtus non timet Deum, quia facit quod non faceret, ſi eum timeret. Doloſe ſcilicet agit in conſpectu eius, id eſt in corde ſuo, ubi ipſe Deus conſpicit. & in hoc doloſe agit, ſcilicet ut inueniatur iniquitas eius ad odiũ, id eſt, quia non uult uerè inuenire iniquitatẽ ſuam ad hoc, ut odio habeat ipſam inuentã. Sunt enim multi, qui quaſi conãtur iniquitatem ſuã inquirere, & tamẽ eam inuenire timent, ne dicatur eis: Ecce hactenus ignorãtes peccaſtis, nũc uerò iniquitatẽ cognoſcitis. Deſinite ergo peccare, & hi doloſe, non ſincere agũt, timen-

Digitized by Google

timentes iniquitatem inuenire, quam ſimulent quærere. Sunt item alij qui doloſe agunt, ut inueniant iniquitatem: quia non ex corde agunt iniquitaté quærere & odiſſe. Et quia dolus eſt in inquiſitione, defenſio eſt in inuentione. Si enim ſinceré eam quærerent, inuentam eam ueré odiſſent, & non defenderent dicentes: Quid nos fecimus? Nónne hoc omnes faciũt? Nunquid Deus perditurus eſt omnes talia facientes? Multaq; ſimilia defendentes iniquitatem dicunt. unde apparet quia doloſe, non ſincere agunt.

Verba oris eius.] Probat ſecundum alteram partem tantum, ſcilicet ſecundum illos qui quaſi inueniunt iniquitatem, & defendunt. Quoniam ueré doloſe agit iniuſtus, uidelicet per hoc, quia uerba oris eius ſunt non ſolum iniqua, ſed ipſa iniquitas: quia iniquitatem ſcilicet inuentam defendit. Et ideo uerba ſunt iniqua in defenſione, quia dolus præceſsit in inquiſitione. Et ueré dolus ibi fuit, quia noluit agere quod potuit, iniquitatem ſcilicet ueré inquirere & intelligere, ad hoc ut eam poſtponeret, & ſic bene ageret. Et hoc probat à repugnanti. Quaſi dicat: Veré noluit intelligere ut bene ageret, quia potius & iniquitatem cogitauit, & iniquitatem perfecit. quod ſic dicit, Meditatus eſt perſeuerantet iniuſtus iniquitatem, id eſt, peccare in cubili ſuo, id eſt, in corde ſuo, & etiam ad effectum perduxit, quæ malè cogitauit: quia aſtitit omni uiæ non bonæ perſeuerans fuit in omni opere malo. Viæ enim malorum dicuntur praua opera eorum, cor uerò noſtrum dicitur cubile noſtrum ad ſimilitudinem, ſcilicet quia in eo quieſcitur à ſanis, id eſt, bonis, aut laboretur ab ægris, id eſt malis. Solent enim boni à ſtrepitu exteriori in ſecretum cordis ſe recipere, & ibi quieſcere & gaudere: ita tamen ſi bonam illic inuenerunt uxorem, ſcilicet delectationem immortalis ſapientiæ. Sed ualde cauendum eſt, ne inde eijciat aliquem mala uxor, id eſt, fumus malæ conſcientiæ. Quare ſatis miſer iniuſtus iſte eſt, qui ubi maximè deberet quieſcere, ſcilicet in corde, laborat magis tumultum habere quàm quieſcere. Aſtitit inquam omni uiæ non bonæ: hoc autem ideo factum eſt, quia malitiã quæ in ipſo erat, id eſt, fomitem peccati non ueré inquiſiuit & odium, immò per omnia ei conſenſit. Non enim poſſumus in præſenti malitiam non habere, poſſumus uerò eam odiſſe. Vnde Apoſtolus: Eſt peccatum in ueſtro mortali corpore, ſed non regnet ad obediendum hæres carnis. Erit autem quando malitiem non habebimus, quando ſcilicet hoc mortale induet immortalitatem, & nouiſſima mors deſtruetur. Ante uerò hoc tempus ſemper in nobis erit delectatio iniquitatis, & ideo adſit nobis contrà delectatio æquitatis præceptorũ Dei, qua contra iniquitatem pugnemus, & ipſam uincamus: quia aliud eſt non pugnare, ſed in perpetua pace eſſe. quod tunc erit, quando immortalitate induemur. Aliud eſt pugnare, & uinci, quod in illis qui primum bona opera & præcepta diuina inſiſtunt: deinde ſuperbiunt, & de ſe præſumunt. Aliud eſt pugnare & uincere, quod in bonis eſt, qui nihil de ſe præſumunt, dicentes cum Apoſtolo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia autem Dei. Aliud uerò eſt non pugnare, immò trahi ab iniquitate. de quo genere hic agitur cum dicit: Malitiam autem non odiuit.

Domine in cœlo.] Sic continuatur: Iniuſtus quidem non quia non poteſt, ſed quia non uult bene agere, dixit ut delinquat: hunc tamen tua Domine non deſeret miſericordia, quos ſaluas hos tales homines ut iumenta, ut inferius habetur. ſed tamen miſericordia tua, id eſt condigna te illa tantum eſt in cœlo, id eſt, in ſanctis uiris qui ſublati à terrenis, facti ſunt cœlum. Sciendum enim, quòd miſericordia Dei donorũ multiplex eſt. Alia enim eius dona ſunt terrena & temporalia, & in his ſaluat corporaliter. quod ſicut & iumenta iniuſtum ſupredictum, & alios ſimpliciter homines, id eſt, portantes imaginem ueteris hominis, non noui. qui pro magno hanc ſaluationem habent, & maximè in ea gaudent. Alia uerò eius dona ſunt cœleſtia & terrena, quæ ſanctis uiris communia partim iam ſunt, tandem uerò plenariè erunt cum angelis. Et hæ ſunt illæ miſericordiæ, de quibus dicit: Domine, tua miſericordia eſt in cœlo. Et per hoc quaſi diceret, nobis cognita eſt illa tua miſericordia, quia ueritas tua, id eſt, ueritas præceptorum tuorum ualuit, id eſt, pertinuit uſque ad quaſdam nubes conſtituendas, id eſt, cognitio præceptorum tuorum fecit quoſdam de cœlis illis ſurſum ferri in nubes, id eſt, apoſtolos & prædicatores, per quos nobis innotuit ille miſericordia. Dicti ſunt autem prædicatores ſancti nubes propter carnem, quia de carne illorum diuina potentia latens in ea intonuit nobis minis, coruſcauit miraculis, & compluit nos uerbis.

Iuſtitia tua ſunt montes.] Oſtendit quòd ueré quidam de cœlis ſurſum elati ſunt facti nubes. Quaſi diceret: Veré ſunt nubes, quia ſunt ſicut montes, id eſt, ſimiles montibus pluribus modis, ſcilicet & propter conſtantiam fidei, & propter eminentiam uirtutum. Et quia ſicut ſol exoriens, prius illuſtret montes, & inde reſplendet in ualles, ita uerus ſol iuſtitiæ, id eſt, Chriſtus exortus, primum corda illorum montium, ut intelligãt ſcripturas, aperuit, & inde nobis reſplenduit, quia per illos occulta ſcripturarum myſteria nobis aperuit. Sunt inquam ſicut montes, montes dico Dei, à quibus ſcilicet auxilium uenit. iuxta illud: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniat auxilium mihi. Sunt autem alij montes, qui non ſunt Dei: ut Donatus, Marcion, & cæteri hæretici, uſurpantes ſibi magiſterij primatum. Hi uerò montes non ſunt auxilij, ſed naufragij: quia qui ad illos reſpiciunt, non ſubleuantur, immò naufragantur. Sunt inquam ſicut montes, & hoc non ex meritis ſuis Domine, ſed ex iuſtitia tua, id eſt, ex ſola gratia tua ipſos iuſtificante. Quod oſtendit à ſimili per contrarium. Quaſi dicat: Sic ſunt iſti montes per iuſtitiam tuam: ſicut econtrà hoc quod iniuſti ſunt, abyſſus non in duobus tantum criminalibus, ſed multa: id eſt, in multis criminibus eſt per iudicia non iniuſta, ſed iuſta, quia tua. Non enim ut quibuſdam uidetur, iniuſte eſt hoc quòd mali dantur in reprobum ſenſum, ſed iuſtiſsimum Dei eſt iudicium. Iuxta illud Apoſtoli: Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum adorauerunt, & ideo euanuerunt in cogitationibus ſuis. dicentes enim ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Pluraliter ideo poſuit iudicia, quia unumquodque criminale habet iudicium ſuum. Et ſciendum quod ſanctus Auguſtinus iuſtitia ſua, ut ſuprà diximus, ablatiuum facit, & iudicia accuſatiuum. Poſſunt uerò & nominatiui accipi, ſi ſic dicatur: Veritas tua fecit quoſdam de tuis nubes. Et hi tales, qui non ſolum ſunt dicendi iuſti tui, ſed & ipſa tua iuſtitia, per excellentiam ſunt ſicut montes Dei: ſicut econtrà iudicia tua, id eſt iniuſti à te iudicati & damnati ſunt abyſſus multa. & quaſi diceretur: Quandoquidem ſunt abyſſus, cur ergo uiuunt? cur ſuperſunt? Dicit: Ideo ſcilicet uiuunt, non quia meruerunt, ſed quia tu Domine ſalues, & ſaluabis homines huiuſmodi temporali ſaluatione, quam pro magno habent ut iumenta. Et hoc facies ad eum modũ, ad quem multiplicaſti miſericordiam tuam, ſcilicet ut non ſolum in cœlis eſſet, ſed & in his alijs qui ſunt in terra. Tu dico qui es Deus, & ideo oportet ut multiplicem miſericordiam creaturis tuis impendas.

Poteſt pſalmus iſte à principio in parte hucuſq; aliter legi, ut ſit talis, ac ſi diceretur: Falſo quæritur d.n. r.g.h. quod imber a.b.e. f.p.t. quàm uirtute. Iuxta quod ſic dicetur: Iniuſtus dixit, id eſt ſtatuit & affirmauit, ut delinquat ex neceſsitate, quaſi culpam reflectendo in naturam & in authoritatem. ſed tamé hoc quod

quod delinquit, eſt in ſemetipſo, id eſt in libero erbitrio eius, ſcilicet non eſt inde accuſandus auctor uel natura, ſed ipſe qui per libenim arbitriũ ſuum ad pet candum ſe diſpoſuit. Solent autem quidam habere, Vt non delinquant. Quod etiam ſic dici poteſt: Iniuſtus dixit, Vt (pro quod) nõ delinquat in ſametipſo, id eſt, ex ſuo libero erbitrio, imò qoia talis creatus eſt ut ex neceſsitate peccaret. Sed cur talia dicunt? Ideo ſcilicet, quia timor Domini non eſt ante oculoe eius, qoi enõ credit Deum iodicaturum de terrenis rebus. & uerè non timet Deum, quoniam doloſe egit in cõſpectu eius, id eſt in corde ſuo, ubi ipſe Deus conſpicit. In boc ſcilicet, quia cum ex ſcripturarum præceptis, & ex minis intelligere poſſet, quid tenendum, quid uitandum eſſet, diſsimulat ſe illud poſſe intelligere, & hoc uitandum & in tot rebus facit, ut inueniatur ab omnibus, id eſt, ut menifeſtum ſit omnibue quòd iniquitas eius ad odium eſt, id eſt, odibilis debet eſſe omnibue.

Verba oris eius.] Verè doloſe agit, quia nerba oris eius ſunt inique, id eſt falſa: & ideo iniqoa, quia ſunt dolus. In boc ſcilicet, quia dicit ſe non poſſe intelligere, non quod uerè non poſſit, ſed quia noluit intelligere ut bene ageret. Et non ſolum uerba oris eius ſunt iniqua, ſed etiam iniquitaté cogitat & operatur. quod ſic dicit: Iniquitetem meditatus eſt, & cætera. Quod non mutatur.

Domine in cœlo miſericordia tua.] Quaſi dicat, In his Domine iniuſtis talia agentibus, eſt ira tua: in cœlo autem eſt miſericordia tua, ſicut prius. Et hæc tua iudicia, ſcilicet qood in illis eſt ire tua, & in iſtis miſericordia, ſunt abyſſus non parua, ſed multe, id eſt, ſunt inexhauſta & inſcrutabilia. Iuxta illud: O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei, & reliqua. homines & iumenta. Sic continuatur: In illis quidem eſt ira tua, & tamen etiam bos tales Domine non deſerit miſericordia tua: quia ſaluas hos homines ut iumẽta, ut prius. Poteſt quoque Domine in cœlo aliter adhuc continuari, & partim exponi, ut ſic dicatur: Dicit inquam iniuſtus, qoòd ex neceſsitate delinquat, ſed mentitur. Cur enim Dominus pater, ſi hoc eſſet, miſiſſet nobis in cœlo cœlorum, id eſt Chriſto librum ſuum, ad cuius exemplar conſcriberemur, & cui cõformaremur? Fruſtra utique. Sed quis illud non eſt ideo Domine pater, miſericordia tua, ſcilicet que nos uocaſti & iuſtificaſti, eſt nobis à te exhibita in cœlo cœlorum, id eſt in Chriſto: & etiam ueritas promiſsionum æternę beatitudinis, quæ utraque miſericordia & ueritas ualuerunt ad quaſdam nubes conſtituendas. Cętera nõ mutantur, ſicut in priori lectione dicta ſunt.

Filij autem hominum.] Homines inquam ſupradicti, ſaluabuntur per tempora, quæ communia ſunt eis cũ iumentis: filij autem hominum, ſcilicet qui non ſolũ à iumentis diuiſi ſunt, ſed etiam ab illis hominibus in hoc: quia ſicut illi portent imaginé terreni, ita iſti portant imaginem cœleſtis. Et quia ſunt imitatores uerorum hominum, patriarcharum ſcilicet & prophetarum. Tales inquam ſperabunt, id eſt, non erunt hic in præſenti in re, ſed tamen in ſpe: quia non inſectabuntur hic bona communia cum iumentis, ſed ſperabunt æterna com angelis. & hoc in tegmine alarum tuarũ, id eſt ſub defenſione protectionis tuæ. ut ſit dictum ad ſolem ſimilitudinem, quia & gallina pullos ſub alis protegit. uel poſſumus accipere per alas eius, charitatem & miſericordiam. charitatem quidem, qua ad nos deſcendit: miſericordiam uerò, qua nos uocauit & iuſtificauit. uel etiam promiſsionem utriuſque teſtamenti. alterem de temporalibus, alteram oerò de ſpiritualibus. In ueteri teſtamento, quantum ad literam promiſsio de temporalibus facta eſt: in nouo uerò promittuntur ſpiritualia & æterna. Et Dominus quidem conſolatur ſperantes in ſe, nunc interim temporalibus bonis, tandem uerò beatificabit æternis. Filij inquam hominum ſperebunt, & hi tales inebriabuntur eb ubertate domue tuæ. Voluit quidam promittere, ſed non potuit illud edicere: quia uerba non baboit, quibus illud exponeret. Sed quia uidit homines immodicè bibentes, & ſe adeò uino ingurgitantes, ut bumanam prorſus mentem excedant, & quaſi induant aliam: uoluit per hanc ſimilitudinem exponere illam ſuperabundantiem ſupernæ lætitię & gratiæ, quia ſancti Dei etiam in præſenti repleti, ſic dementantur, ut bumana mente in diuinam tranſeant in tantum, ut nolla tormenta extimeſcant, nec etiam patres aſtantes aut uxores uel filios flentes reſpiciãt. Et dicit, Ita inebriabuntur, id eſt, ſic replebuntur, ut uelut ebrij mentem propriam excedant ab ubertate, id eſt, ab abundantia ſpiritualis gratię, quę eſt domus tuæ Domine, hoc eſt, quæ deſcendit de domo tua, id eſt de cœleſti habitatione. Omne enim datum optimum deſurſum eſt. Et uerè inebriabuntur, quia tu potabis eos torrente Domine uoluntatis tuæ, id eſt, impetu abundantis gratiæ donorum tuorum, quæ tua dona ſunt uoluptas, id eſt, delectabilia. Torrens enim dicitur propriè pluuialis eqoa quæ abundat, & cũ impetu ſolet de montibus decurrere.

Quoniam apud te eſt fons uitæ.] Meritò dicit, Potabis eos: quoniam tuum eſt hoc facere. Nam fons uitæ, id eſt uerbum tuum, à quo procedit uera uita, & quod dicitur fons, quod ſitientes potat: & panis, quia eſurientes reficit. & lumen, quia cæcos illuminat, & multa talia. Ille inquam fons eſt apud te. tibi ſcilicet conſubſtantialis & coæternus. Et ideo uidebimus te patrem, qui eſt lumen non de lumine in lumine tuo, per illud uerbum, quod eſt lumen tuum, id eſt, procedens de te lumine. Et ut uideamus te per illum, mitte Domine quem miſſurus es, ſcilicet prætende quaſi defenſionem miſericordiam tuam, id eſt filium tuũ, qui non ſolum miſericors, imò ipſa dicendus eſt miſericordia. Prætende inquam ſcientibus te, id eſt, uolentibus te per ipſum ſcire: & etiam prætende iuſtitiam tuam, id eſt fidem tuam iuſtificantem nos, quæ dabitur per ipſum his qui per eam ſunt futuri recto corde, ſcilicet non diſtorquentes cor tuum ad cor ſuum, immò ſuum cor dirigentes ad cor tuum. hoc optat fidelis de poſteriori populo, non quantum ad miſsionem uerbi, quæ iam præterijt, imò quantũ ad cognitioné.

Non ueniat mihi pes ſuperbiæ.] Ideo Domine rogo ut prætendas miſericordem tuum, ut ab illo doceas humilitaté, & comedendo eius corpus humile: non ueniat mihi pes ſuperbiæ, id eſt, non ſubrepat mihi amplius elata affectio ſuperbię: quę ſuperbia dicitur pes, quia per eam à Domino in regionem diſsimilitudinis receſsimus, & ſicut per elatum Adam cecidimus: ita per humiliatum Chriſtum reſurreximus, qui uera humilitatis exemplum fuit: quoniam nam Iudæis obijcientibus ſibi, Dęmoniũ habes: maledixit, ſed quod non erat, humiliter negauit. Quod uerò erat, tacendo conceſsit, ne uideretur maledictum reddere, ſed ueritatem prædicare, & humilitatem docere. Non ueniat inquam pes ſuperbiæ, & manus peccatoris, id eſt, male operario preul perſuaſoria non moueat me ut malè agam. Duo hic rogat, liberari ſcilicet ab affectione praue, & à mala perſuaſione. Quæ duo uicia clarueriunt in exordio, quia & diabolus cecidit ex occulta affectione, & Adam alienæ perſuaſione. Sed tamen ſerua tu quilibet quod in te eſt, & non timebis quod de foris eſt. Vnde ne apud te incidas in elationem, & ſic uitabis quæ foris eſt prauam perſuaſionem.

Ibi ceciderunt.] Ideo peto ut repellas à me pedem ſuperbiæ: quia ibi, id eſt in illo pede ceciderunt in exordio, id eſt greuem caſum paſsi ſunt, quicunq; ſunt operarij nunc iniquitatis, ſcilicet & diaboli & homines. Et quomodo ceciderunt, exponit, quia expulſi ſunt ab interiori paradiſo, id eſt, ab interna iucunditate animi, in qua creati ſunt. Et quia expulſi ſunt ab interiori, non potuerunt ſtare in paradiſo exteriori, Adã ſcilicet in terreſtri, diabolus uerò in cœleſti.

Digitized by Google

IN PSALMVM XXXXVI. ARGVMENTVM.

AEdificatur hoc pſalmo fides eorum, qui prauorum temporali felicitate turbati, ſuas uirtutes intermittunt. Lege ad ſapientiam Salomonis.

PSALMVS IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

Ipſi Dauid, ut ſuprà intelligendum eſt. Hic pſalmus hortatur ad fidem, demonſtrans eccleſiæ ſalutem: monet credentes, quoniam plerique mortalium pro afflictione bonorum & impiorum proſperitate turbantur, adeò ut & non remuneratas in hac uita uirtutes deſiderēt, & uitia conſectentur. ad huiuſmodi repellendum errorem pſalmus iſte componitur, qui finem magis utrorumque conſiderandum crebra repetitione moneret. Per totum eccleſiæ uox introducitur pſalmum alphabeti Hebraico ordine digeſtum, ita tamen ut ſextamdecimam literam minus habeat. Prima poſitione cōmonet, ne malignanter quiſpiam debeat imitari, ſed quicquid boni ſperandū eſt, à Domino poſtuletur, qui nouit & profutura concedere, & perenniter manſura præſtare. Secunda dicit peccatores maxima hic inuidiæ cruciatione torqueri, quoniam in ſuis actibus nil ſimile bonis ſe habere cognoſcunt. Tertia profitetur nunquam ſe iuſtum uidiſſe derelictum, malorum pœnas & præmia beatorum utili iam commonitione permiſcens. prima poſitio continet literas ſex, ſecunda ſeptem, tertia octo.

COMMENTARIVS.

N*oli æmulari in malignantibus.*] Titulus eſt, Pſalmus ipſi Dauid, id eſt, perfectioribus uel multis in corpore Chriſti attribuendus. Sunt enim in corpore Chriſti duo genera, ſcilicet perfectiores boni, & minus perfecti. Verè enim minus perfecti ſunt adhuc illi, qui uidentes malos feliciter uiuentes, & in omni terrena proſperitate florentes indignantur de flore illorum, & ipſum affectant. Contra hos tales uerò perfectiores alij agūt in hoc pſalmo, inſtruētes eos ne murmurēt de flore malorum, neue ipſum apperant, ne fortè eis conſimiles fiant, imò ſpem ſuam in Domino ponant, & malint æternaliter in ipſo gaudere, quam hic cum malis ad horam florere. Poteſt autem ualde commodus acceſſus taliter quoque fieri ad hunc pſalmum. Dominus noſter loquendo nobis per electos ſuos, uult & facit nos cautos ad omnia, dum & ſibi tempus eſt loquendi nondum iudicandi, & nobis tempus eſt audiendi, nec dum fruſtra pœnitendi. Nam & tunc erit pœnitentia, ſed infructuoſa. Nam reſtituet illis diuina iuſticia, quod ſua perdiderunt iniuſticia. Iuſtum enim apud Deum eſt, ut nūc miſericordiā impertiat, tunc iudicium exerceat: & ideo non perturbet te homo Chriſtiane, quòd uides malos feliciter uiuentes, copia rerum affluentes, dignitatibus eminere, in omni gloria florere. Neque dicat cor tuū nullum eſſe diuinum iudicium, ſed omnia caſibus ferri, omnia fortuitis motibus uentilari. fortaſſe enim loquies: Si Deus humana reſpiceret, non illius iniquitas floreret, & mea innocentia laboraret. Quiſquis ſic cogitas, quiſquis ſic ægrotas, bibe in corde tuo huius pſalmi ſalutiferum antidotum contra talem morbum. Omnis enim morbus animi in ſcripturis ſanctis inuenit medicamentum ſuum. Noli ergo murmurare, noli æmulari, id eſt, imitationem habere in malignantibus in conſideratione malignantium, ſcilicet ut uelis imitari florem eorum, quia cum nulli floreāt hic, niſi male agentes, ut rapientes & furātes: ſi optes florere, oportebit te pariter malignantem eſſe. Neque zelaueris, id eſt, amaueris facientes iniquitatem, ſcilicet ut appetas florem eorum. zelus enim aliquando ponitur pro ira & indignatione. ut ibi: Zelus domus tuæ comedit me. Aliquando pro diligere, ut: Zelatus eſt Dominus populum ſuum. Similiter quoque æmulari uel pro inuidere uel imitari, ſiue affectare: ut Apoſtolus, Aemulamini chariſmata meliora.

Quoniam tanquam fœnum uelociter areſcent.] Ideo non debetis appetere florem malorum, quia uelociter areſcent: id eſt, deficient & ipſi & flos eorum, ſcilicet tanquam fœnum quod hodie eſt flos, & cras in clibanū mittitur, & cito decideret, quemadmodū olera herbarum, id eſt, ſic citò decident, quæ propriè holera inter herbas dicuntur. Quod enim inter herbas holus dicitur propriè, per terram ſerpit: & quia altam radicem non habet, uiret in hyeme, & areſcit in æſtate. Arbores uerò quia altam radicem habent, & ſi in hyeme aridæ uideantur, ueniente æſtate frondent, florent, fructus faciunt. & holeribus comparantur mali, qui non habent altam radicem charitatis, & florent in hyeme, id eſt, in præſenti tempore, quod dicitur hyeme propter procellas tribulationum, & fluctus amaritudinum: ueniente autem æſtate, quando uerus ſol aſcēdet in meridiem, & apparebit in maieſtate patris & angelorum, tunc illi areſcent, quia æternis flammis tradentur. Iuſti uero comparabiles arboribus, quia altam radicem habent charitatis, nunc in hyeme ſcilicet areſcunt, iuxta illud, Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. In æſtate autem prædicta, tunc ornabuntur ornamenta foliorum, id eſt, bonorum factorum: & locupletabuntur ubertate fructuum, id eſt, multitudine remunerationum.

Spera in Domino.] Quia tam citò euaneſcet flos malorum. ergo quaſi dicat, Noli æmulari florem illum, ſed tantum ſpera in Domino, & non in mundo: & fac quamcunque potes bonitatem, non ipſorum malignantium iniquitatem. Et hæc faciens inhabita terram, id eſt, eccleſiam, quæ dicitur bene terra culta, ſcilicet ne deſeras eccleſiaſtica inſtituta: ſed obſerua ea, quia non eſt ueri ſacrificij locus extra catholicam eccleſiam. uel ſic bene faciendo inhabita terram, id eſt, excole propriam carnem tuam, ut tandem eam clarificatam recipias, & ſic paſceris in diuitijs eius terræ. Diuitiæ autem huius terræ, ſi ad eccleſiam reſpicias, ſunt Dominus eius & Deus eius: ſi uero ad carnem noſtrā, erunt diuitiæ immortalitas & impaſſibilitas.

Delectare in Domino.] Si per terram accepiſti eccleſiam, tunc iſtud expoſitio eſt, quæ ſunt eius diuitiæ, ſcilicet Dominus, & ideo delectare tantum in Domino: ſi uero per terram acceperis carnem humanam, ita continuabitur, Spera inquam in Domino, & ſperando delectare in Domino, id eſt, in lætitia quicquid agis pro Domino facias, non in triſtitia: quia hilarem datorem diligit Deus. Et ſic Dominus dabit tibi petitiones, & ſi non carnis, tamen cordis tui, id eſt, implebit omnes petitiones ſpirituales tuas. Et ut hoc fiat, reuela Domino uiam tuam, id eſt, inſiſte talia opera quæ ſint digna reuelari Domino. Velimus enim nolimus, opera noſtra bona ſeu mala reuelata ſunt Domino, quantum ad cognitionem: ſed tamen ſola bona opera reuelantur ei, quātum ad dignationem. Sed pro his dictum eſt: Reuela Domino uiam tuā, id eſt, uitam tuam, ſcilicet quid patiaris, cur gemis, & quid optes. Id enim pateris, quia uides quòd caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Id etiam optas. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Et hoc reuela Domino cordis affectione, & firmiter ſpera: quia per eum liberabis, & ipſe non per alium faciet tibi, quæ ſubſequuntur ſcilicet & iuſtitiam tuam, id eſt, fidem tuam ſperantem ea quæ non uidentur, quæ modo latet. Iuxta

xta illud: Chariſsimi, filij Dei ſumus, ſed nondum ep‑paret id quod erimus. Illé inquam fidem educet per remunerationem quaſi in lumé, id eſt, in manifeſtam cognitionem, ſcilicet quando ea accipies quæ non uiſa credidiſti. & iudicium tuum, id eſt, diſcretionem tuam, ſcilicet hanc quia maluiſti ſequi pauperem Chriſtum, quam diuitem mundum, educet nos non ſimpliciter in lumen, ſed tanquam in meridianam lucem, id eſt, in manifeſtiſsimam cognitionem per remunerationem quidem. Maius enim meritum eſt in hoc tali iudicio, quam in fide per ſe: quia quidam fideles ſunt & ſaluabuntur, qui non habent hoc iudicium, ſcilicet ut relinquant mundum, & ſequantur Chriſtum. Educet quidem tãdem, interim autem quid fiet. Oportet quaſi dicat, tribulari & contriſtari. Tu autem quantumcunq; tribuleris, ſubditus eſto Domino, id eſt, totum eſſe tuum & uita tua ſit ſubiacere præceptis Domini, & ſubiacendo ora eum ne deficias in uinea, ut gaudeas accipiendo nummum in ueſpere.

Noli æmulari.] Quaſi dicat: Quia tantè dabitur tibi in futuro ſpes tua. Ergo noli hic æmulari, id eſt, iraſci & indignari in eo, id eſt, in conſideratione eius mali, qui proſperatur in uia ſua, id eſt, in hac præſenti uita, quia tu tribularis in itinere, ſed gaudebis in peruentione. Illi uero in uia eſt proſperitas, in peruentione autem omnis erit incommoditas. Noli inquam æmulari in eo ſcilicet in homine faciente iniuſtitias, id eſt, peccata tanquam neceſſario non ex natura, ſed quia proſperitas ſtultorum perdet eos. & quaſi dicat: Si nolis proſperari cum illo, facies ſicut ille iniuſtitias: & ideo noli æmulari, ſed deſine ab ira, ut non iraſcaris de flore ipſius hominis facientis iniuſtitias. Et derelinque furorem, id eſt, indignationem & murmurationem contra eũdem. Ex ira enim procedit furor, quod eſt dicere: Ira uel furor de flore illius non conturbet oculum tuum, ſed potius conſule oculum fidei tuæ, & ſi promiſit tibi temporalia bona, habes iraſci: ſi uero promiſit tibi ſola cœleſtia & æterna, non iraſci debes, ſed patiẽter ea expectes. hoc inquam modo dico, Noli æmulari ut malignus, id eſt, ut unus de malignantibus fias. Aliter enim quaſi dicit, non prohibeo. Et ualde cauendum eſt tibi ne maligneris: quia quicunque malignantur, perſeueranter exterminabuntur, id eſt, extra terminos cœleſtis Hieruſalem fiet. uel extra terminos propriæ terræ, id eſt, carnis ſuæ, ut non bene eã excolant. Ex oppoſito autem illi qui non ſunt murmurantes, ſed ſuſtinentes, id eſt, patienter expectantes Dominum, non utpote aliquem fallacẽ, ſed ipſam ueritatem: non ut minus ualentem, ſed ut omnipotentem ipſi hæreditabunt terram uel Hieruſalem, quæ eſt terra uiuentium: uel carnem ſuam clarificatam in mortalitate & impaſsibilitate. Et ideo adhuc ſuſtinẽdus eſt Dominus, ſed nulli uideatur longum, quia puſillum erit. Tempus enim breue eſt, quia ſi percurramus omnia chronica, inueniemus quod quaſi heſterna die Adam de paradyſo eiectus eſt. Et ſi quod præceſsit, tam breue eſt: & quod ſequitur, longe breuius eſt. Puſillum inquam erit, & poſt illud puſillum non erit peccator: non quod penitus non ſit, ſed quia nullus eius uſus erit. Nunc enim uiuit impius pro, ſed ſicut non habet lima locum planato ferro: ita poſt conſummationem iuſtorum non erit locus impijs. Interim enim de eo flagellum facit Dominus unde deficiat impius, & proficiat pius. Cur ergo applaudit ſibi impius. Nonne de illo flagellum facit ſibi Deus. Aſſumit illum ad officium, me autem erudit ad patrimonium. Nõ erit inquam peccator, quia ſi tu aliquis quæres locũ eius, id eſt, uſum eius quem tunc habeat, nõ inuenies. Econtra autem manſueti, qui non murmurant ſcilicet, ſed Dominum patienter expectant, hæreditabunt terram, ut ſupra dictum eſt. Et delectabuntur tunc in multitudine pacis, quia cum modo qualemcunque pacem habeant, tantum in interiori: tunc uerò pacem habebunt in interiori & in exteriori. Vel ſicut ii immanſueti, id eſt malignantes delectantur nũc in multo auro & multo argento & in multis talibus: ita Dominus erit tunc, quæcunque delectatio poteſt excogitari ſuis: quia erit omnia in omnibus. Et cum ipſe ſit uera pax, omnia erunt eis pax: & ſic delectabũtur in multitudine pacis, id eſt, in multiplici pace. Interim autem quid fiet. Oportet ſcilicet multam pati tribulationem, ut perueniatur ad hanc pacem: quia interim peccator, id eſt, quilibet perſecutor obſeruabit iuſtum, id eſt, inſidioſe aget contra iuſtum fraudelenta perſecutione. & etiam ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis, id eſt, manifeſtas damnationis ſententias ad ipſum opprimendum dabit. Sed quæ cura. Nulla ſcilicet, quia Dominus irridebit eum, id eſt, irriſibilem faciet eum, peccantem ſcilicet. Hæc enim uerè eſt irriſio, quia dum iniquitas eius corpus tuum perimit, animã ſuam putrefacit. Te facit probabilem, faciet eum peccatorem ſcilicet. hæc enim uerè eſt irriſio, quia dum iniquitas eius corpus tuũ perimit, animam ſuam putrefacit. Te facit probabilem, ſe reum: & grauius ille ſemper damnatur, cui animus ſemper deuaſtatur. Dominus inquam irridebit eum, ad quẽ ſcilicet hoc pertinet, quoniam ipſe Dominus proſpicit, quod dies eius ueniet, dies ſcilicet animaduerſionis. Quæ animaduerſio duplex erit, ſcilicet bona uel mala. Qui enim proſpexit diem Iudæ traditoris, proſpexit & diẽ Sauli perſecutoris: illius ad pœnam, iſtius ad gloriam. In utrumque enim uindicatum eſt. Ille ignibus gehennæ eſt deſtinatus, iſte æternæ uitæ eſt proſtratus.

Gladium euaginauerunt peccatores.] Exponere uidetur utrumq; quod ſuperius dixit, ſcilicet & occultam & manifeſtam infectationem peccatoris aduerſus iuſtũ. & primum exponit manifeſtam ita: Peccatores euaginauerũt gladium, id eſt, manifeſtam damnationem ſuper iuſtos exercuerũt. Qui enim gladio pugnat, manifeſte pugnat. hic dicit beatus Auguſtinus: Gladium euaginat peccator in corpus tuum, ſed nunquid cor eius manet illæſum. In corpore conatur te occidere, ipſe uero occiditur in mente. Et eſt ſimilis alicui traijciẽti gladium per corpus tuum, ut ſcindat alterius ueſtimentum. Euaginauerunt inquam gladium peccatores, & etiam intenderunt arcum ſuum, id eſt, occultas inſidias ipſis iuſtis parauerunt. Arcu enim occulte & à longe certatur.

Vt decipiat pauperem.] Reddit ſingula ſingulis. Ideo intenderunt arcum, ut occultè decipiant pauperem & inopem, id eſt, iuſtum nihil de ſe præſumentem eum, ſcilicet deuocando & ſibi conformando. Ideo autem euaginauerunt gladium, ut manifeſte trucident, id eſt, interficiant rectos corde ipſos ſcilicet iuſtos. Ipſis autem quid fiet? Quaſi dicat: Accipiant quod merentur, ſcilicet gladius eorum intret in corda ipſorum, ſcilicet redundet ſuper eos iniquitas eorum. & arcus eorum confringatur, id eſt, inſidiæ eorum inefficaces fiant. Quod eſt dicere: Non te interius in mente lædãt, imò ſe ipſos mente interficiant, imò ſe ipſos in anima interficiant. Si autem exteriora auferãt quæ cura? Nulla ſcilicet, quia melius eſt tibi iuſto & cuique alij illud modicum, quod ipſi auferre non poſſunt, ſcilicet fides & ſpes, & cæteræ uirtutes, quod ipſi reputant modicum. Vel melius eſt tibi modicum ſolummodo neceſſaria habere ad uictum & ad ueſtimentum, ſuper (id eſt, quam) multas diuitias peccatorum. Poteſt aliter quoque hic uerſus continuari, ſi intercalarem illũ uerſum ſcilicet, Noli æmulari, interponamus ita: Quandoquidem peccatores ſe ipſos interficiunt, ergo noli æmulari in malignãtibus ut appetas florem illorum. Nec debes, quia melius, id eſt, utilius eſt tibi iuſto ſequi modicum, id eſt, humilem Chriſtum, quem habe ſe multas diuitias peccatorum. Quod ideo dico, quoniam brachia, id eſt, diuitiæ & omnis potentia & robur peccatorum citò conteretur, interim autem confirmat iuſtos Dominus. Quaſi dicat: Sæuiant peccatores quantum uelint, & quantum permiſsi fuerint,

nihil tamen oberit: quia Dominus exemplo patientiæ confirmet iuſtos. Ad modicum enim dolebunt, & ſine fine gaudebunt. Et ut tu (quaſi dicat) ne deficias in modico, uide quid pro te pertulit, qui quare ferret, nihil ſuum habuit. Vt enim multa patiaris, nunquid peruenies ad tantas inſultationes & tot tentationes? Nunquid ad illas contumelias, ad illas iniurias? Nunquid tandem ad ueſtem illam contumelioſam aut ſpineam coronam? Nunquid ad crucem? Quæ iam non eſt pœna, ſed gloria: quia tranſitum fecit de loco ſuppliciorum ad frontes imperatorum. & qui tantam gloriam contulit pœnis ſuis, quid reſeruet fidelibus ſuis? Vtiq; magnum aliquid.

Nouit Dominus dies immaculatorum.] Ideo Dominus confirmat iuſtos, quia Dominus nouit, id eſt, approbat dies immaculatorum, id eſt, tempore tribulationis & afflictionis iuſtorum, quantum mali improbent & uituperent ea. Et quia Dominus nouit dies illorũ, ideo hæreditas eorum, ſcilicet uel cœleſtis Hieruſalem, uel caro ſua clarificata erit hæreditas eorum in æternum, id eſt, æternaliter.

Non confundentur in tempore malo.] Verè hæreditas eorum erit æterna, quia ipſi non confundentur, id eſt, æternam confuſionem non patientur in tempore malo, id eſt, in die examinationis & anguſtiarum quantum ad malos, imò recipient ipſam hæreditatem cũ eis dicetur: Venite benedicti patris mei. Et nunc interim etiam ſaturabuntur in interiori ſuo de ſuperna lætitia, quantum poſsibile eſt in diebus famis, id eſt, in præſenti uita, ubi non poteſt percipi illa plenaria, ad quam iuſti eſuriunt ſaturitas. Et uerè iuſti nõ confundentur in futuro, quia ſoli peccatores peribunt: non quòd non ſint, ſed quia hæreditate carebunt.

Inimici uerò Domini.] Verè peribunt peccatores, quia omnes inimici Domini deficientes deficient, id eſt, æternum defectum incurrent, quod dico uero, id eſt, in ueritate. Et hoc diu non differetur, ſed mox, id eſt, ſtatim ut fuerint honorificati, id eſt, honoribus ſublimati & exaltati diuitijs, continuò deficient quemadmodum fumus. Fumus enim quanto altius aſcendit, tanto magis euaneſcit: ſimiliter quanto nunc maior erit exaltatio malorum, tanto grauior erit in futuro deiectio. Et breuis quidem erit exultatio, æterna uero erit damnatio.

Mutuabitur peccator.] Meritò peccatores peribunt, quia peccator mutuabitur, id eſt, mutuũ accipit à Domino, nõ ſolum quod ſit, ſed etiã q, homo ſit, & quòd perfectus ſenſibus & ſanus corpore, & etiam diues ſit, & quòd rationem habeat & Deum laudare, & gratias agere queat: & tamen non ſoluet hoc mutuum, quia nec in interioribus nec in exterioribus laudat Deum, & ideo merito peribit. Iuſti autem non confundentur, ſed meritò ſaluabuntur: quia iuſtus miſeretur animæ ſuæ aſsiduè bene agendo. Vnde dicit Salomon: Miſerere animæ tuæ, & eris bene placens Domino. Ille uero miſeretur animæ ſuæ, qui non accipit animam ſuam in uano, id eſt, qui non acquieſcit animæ ſuæ in uanitatibus, imò animæ ſuæ iraſcitur, & ad pœnitentiam etiam ex hoc compungitur. & hoc eſt prima miſericordia, quam animæ ſuæ quiſque debet impendere primum: deinde reſtat etiam alijs ſubuenire. Miſeretur inquam iuſtus, & retribuet, id eſt, ſoluit mutuum quod accepit à Domino, quantaſcunque poteſt gratias agendo intus & exterius. habet Gallica translatio Fœneratur. quod ſic exponitur, Miſeretur inquam, & fœneratur, id eſt, largitur quicquid poteſt & in interioribus & in exterioribus pro Deo, quod eſt dare ad fœnus: quia recipiet centuplum, quod donet ſimplum. Non tamen gaudeant fœneratores. Nõ enim uult Dominus te eſſe fœneratorem, qui per prophetam ſuum illum inter milites deſcribit ſuos, qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram: & tamen idem Dominus iubet te eſſe fœneratorẽ, quia dicit in Euangelio: Si fœneraueris, ſpem non habebis, & item, Niſi fœneraueris, ſpem nõ habebis. Prohibet enim eſſe fœneratorem, & uult eſſe fœneratorem. Prohibet quidam ne fœneres homines nũmos, aut aliquid ut plus accipias dando. Quia ſi hoc feceris, fœnerator eris nõ laudandus, ſed improbandus. Iubet ergo ut fœneres Deum, ſcilicet ut des terrena, & accipias cœleſtia: des pauca, & accipias multa: des terram, & accipias cœlũ. Et ſi hoc feceris, fœnerator eris non uituperandus, ſed laudandus.

Quia benedicentes hæreditabunt terram.] Verè iuſtus retribuet, id eſt ſoluet Domino mutuum, quod accepit: quia iuſti benedicent ei, id eſt, augent & exaltabunt eum, gratias ei referendo, & alijs ſe in exemplum dando, & ideo ipſi benedicentes hæreditabunt terram, ut ſuprà dictum eſt: peccatores autem non ſoluũt mutuum Domino, quia maledicunt ei. Et ideo ipſi maledicentes diſperibunt, id eſt, peribunt, diuiſi ab illa hæreditate.

Apud Dominum.] Benedicunt quod iuſti Domino, ſed tamen hoc ex ſe non habent, ſed ab ipſo Domino, quia greſſus, id eſt affectiones & opera hominis diriguntur tantum à Domino, ſicut habet alia translatio: uel ſecundum hanc translationem ita dicemus. Hoc quod greſſus hominis diriguntur, eſt apud Deum, nõ apud hominẽ. Non eſt hominis dirigere greſſus ſuos ſemper. neq; tortuoſi eſſent greſſus hominis, & ſemitæ noſtræ incuruæ, niſi Dominus direxiſſet nos: ſed ipſe ſic direxit greſſus noſtros, quia uenit, uocauit, iuſtificauit, redemit, proprium ſanguinem ſuũ fudit, hoc precium dedit. Parum enim erat feciſſe te hominem, niſi per te fieret homo. Et homo factus, pertulit quæq; dura temporalia ut te inſtrueret, ut & tu patiens hæc triſtia. Et dura temporalia, ut & peruenias ad læta ſempiterna. Suſtine laborem, ut accipias mercedẽ, quia reuera æternus labor ſuſtinendus eſſet pro æterna requie. Sed ſi tu æternaliter laborares, quando ad æternam quietem peruenires. Nunquid utique. Et ideo labor noſter temporalis eſt, quare ſuſtinẽdus eſt. Dirigũtur inquã à Domino greſſus, & ideo quiſquis uerus homo eſt, uelet ſequi uiam eius, id eſt Domini. Qui enim uerè Chriſtianus eſt, uiam Chriſti debet tenere, quia aliter nõ poterit quo tẽdit peruenire.

Cum ceciderit, non collidetur.] Verè Dominus diriget greſſus, quia qui ab ipſo dirigetur, non collidetur interius: cum ceciderit, id eſt cum uidebitur cadere exterius. Nullus enim caſus erit ei ad deiectionem, imò ad exaltationem. iuxta illud: Septies cadit iuſtus, id eſt, omnimodo tribulatione affligitur iuſtus. Septenarius enim numerus perfectus eſt, & ideo per ſeptiea plenaria tribulatio intelligitur. Et tamẽ reſurgit, quia tribulatio non eſt ei ad depreſsionem, ſed ad erectionem. Et ideo non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam, & confortat eum exemplo patientiæ ſuæ.

Iunior fui, etenim ſenui.] Sicut in ſuperiori pſalmo accepiſti iniuſtum, de quo agebat totum genus iniquorum, ita accipe iuſtum, qui hic loquitur pro corpore iuſtorum: quia uerſus iſte poſtulat hoc, qui ſic continuatur: Verè Dominus ſupponit manũ ſuam illi quẽ dirigit, id eſt iuſto, quia non derelinquit iuſtum nunc, nec etiam ex quo primum iuſtus fuit, non dereliquit. Et nec in iuuentute nec in ſenectute mea uidi iuſtum derelictum, quia ego fui iunior. Quod inde patet: Etenim (pro quia) ſenui. Iuuenis nanq; fuit iuſtus iſte, qui hic agit pro alijs in prioribus iuſtis, qui quaſi in iuuentute fuerunt, quia primi ad fidem acceſſerunt: ſenex uerò quantum ad tempus iam factus eſt, quantũ ad illos qui hoc poſteriori tempore accedunt. Et eſt dicere: Quia nec in prioribus nec in poſterioribus iuſtis aliquis poteſt reperiri, quẽ Dominus dereliquerit, & non potius confirmauerit. Non uidi inquam iuſtum derelictum, nec uidi ſemen eius quærens panem, id eſt, nunquam uidi quod imitatores ipſius iuſti eſſent quærentes panem, id eſt, indigentes pane,

non

non pane uentris, ſed pane uerbi. de quo dictum eſt: Non in ſolo pane uiuet homo, & reliqua. Verè enim iuſtus illo pane non indiget, quia ſemper ipſum habet in corde uel in ore. iuxta illud: Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Manducat autem hunc panẽ, quãdo legit uel audit aliquod præceptorum Dei: ruminat uero ipſum, quando recogitat quod legit uel audiuit, ut fructuoſum faciat ſibi. Vnde Salomon ait: Theſauros deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis, ſtultus uero transglutijt illud. Hoc autem ſtulti faciunt. Qua re cõparabiles ſunt animalibus, quæ non ruminãt, & ideo immunda ſunt. Iuſtus uerò, quæ legit & audiuit non obliuiſcitur, ſed ruminat ea. Quare mundum animal eſt. Et de hoc idem Salomon dicit: Et cogitatio ſancta ſaluabit te.

Tota die miſeretur & commodat.] Verè ſemen iuſti nõ indiget pane, quia tota die, id eſt, aſsiduè miſeretur animæ ſuæ, dum illum panem aut comedit aut ruminat. & etiam commodat, id eſt, commodum quodcunque poteſt facit alijs uerbo & facto: & ſic etiã ſi pauper ſit, diues tamen eſt. Non enim reſpicienda eſt inanis arca, ſed conſcientia Deo plena. Non exterior facultas, ſed interior charitas, id eſt, bona uoluntas, quę nunquam eſt ocioſa: quia ſi non dat nummum, dat cõſilium, dat auxilium & ſe ipſum, uel ſaltem bonum uotum. Miſeretur inquam & commodat, & ideo ſemen, id eſt, opera eius erunt in benedictione, id eſt, in multiplicatione quantum ad remunerationem, quia ſingula centuplum accipiet. Noli ergo æmulari in malignantibus tu quilibet, ut ſemen tuum ſit in benedictione: ſed potius declina à malo. uel ſimpliciter ita continuari poteſt: Quia iuſti tamen ſemen erit in benedictione, ergo tu quilibet deſiderans illam benedictionem, declina ab omni malo & fac bonum quodcunque potes, & hoc ſine murmuratione, ſcilicet ut non putes damnum in dando, imò in retinendo: quia quod dediſti, non perdidiſti: ſed quod ſeruaſti, perdidiſti. Attende ergo Deum dicentem: Facite uobis ſacculos non computreſcibiles, & theſauros non deficientes in cœlo, quo fur non accedit, & inhabita in ſeculum ſeculi. Quaſi dicat: Si declinaueris à malo, & facies bonũ, tunc inhabitabis ſupernam hæreditatem in ſeculum ſeculi, id eſt, in æternum.

Quia Dominus amat iudicium.] Ideo dico ſine murmuratione eſſe faciendum, quia Dominus amat iudiciũ facere, id eſt, diligens examinator erit, quod nòtatur per amat: inter illos qui murmurant, in faciendo bonum. & qui non murmurãt & in illo iudicio ſanctos ſuos, ſcilicet facientes bonum ex corde & non cum murmure non delinquet, quia in æternum conſeruabuntur. Poteſt taliter quoque iſte uerſus continuari, Ideo dico declina à malo & fac bonum: quia Dominus amat tale iudicium, id eſt, huiuſmodi diſcretionẽ, ſcilicet ut quiſque declinet à malo, & faciat bonum, & ſanctos ſuos ſic diſcernentes non derelinquet in æternum. Tertio quoque modo continuatur ita: Declina à malo & fac bonũ: ſed hæc faciendo patieris multa aduerſa. Tu autem noli curare, noli dolere, quia Dominus amat tale iudicium fieri in ſuis: quia flagellat taliter omnem filium quẽ recipit, qui nec proprio ſuo filio in quo nihil inuenit pepercit. Et licet uideatur derelinquere ſanctos ſuos, per hoc non eos derelinquit, ſed in æternum conſeruabuntur, iniuſti uero non conſeruabuntur, quia æternaliter punientur. & hoc ideo, quia ſemẽ impiorum peribit, id eſt, quia opera ipſorũ iniuſtorũ peribunt, nõ quantũ ad uindicationem, ſed quantum ad bonam remunerationem. Iuſti autẽ non punientur, ſed conſeruabũtur, ut ſupra dictum eſt: per hoc ſcilicet, quia hæreditabunt, id eſt, hæreditatem recipient terram, uel cœleſtem Hieruſalem, uel carnem ſuam clarificatam. Et ne pandat ſinus cupiditatis auaro, qui ſtatim putaret hic promitti terrenam hæreditatem, & ſic tenderet ad iuſtitiam: exponit quam terram acceperit. Quaſi dicat: Ita dico hæreditabunt terram, quod non ad horam; ſicut aliquam poſſeſsionẽ terrenam: ſed inhabitabunt in ſeculum ſeculi, id eſt, æternaliter in ea. Et ita ut ſint ſuper eam, id eſt, poſſeſſores ſint eius terræ. Et hoc quantum ad cœleſtem illam patriam: quantum uerò ad carnem, ſic dicens, Ita inhabitabunt ut ſint ſuper eam, id eſt, ut ſpiritus ſemper ſit ibi carne ſuperior. Hic enim licet ſpiritus naturaliter carne ſuperior ſit, ſæpè tamen ſubeſt carni, ſcilicet cum decipitur carnali delectatione.

Os iuſti meditabitur ſapientiam.] Meritò iuſti hæreditabunt terram, quia ſemper & meditantur ſapientiam, & loquuntur eam, & in corde retinẽt legẽ Dei. Quod ſic dicit: Os iuſti meditabitur ſapientiam, id eſt, aſsiduè loquitur ſibi ipſi illud quod pertinet ad ſapientiã, id eſt, ad bonam uitam, quæ eſt litigium habere cum uicijs, pacem cum moribus optimis. Et lingua etiam eius. id eſt, iuſti loquetur alijs omne iudicium, id eſt, omne quod uerè ſit iudicandum & tenendum. Et hic talis non eſt de illis, unde dictum eſt: Populus hic labijs me honorat: quia lex Dei non tantum eſt in ore ipſius, ſed in corde. ut iſta: Quod tibi non uis, alij ne feceris. Et quia talis eſt, ideo greſſus eius .i. affectiones eius nõ ſupplantabunt, quia nec etiã cogitatiõe peccabit.

Conſiderat peccator iuſtum.] Quaſi dicat: Ergo maneat iuſtus ſecurus inter impios & inter iniuſtos. Quid enim oberit ei impius? Nihil utique. Conſiderat quidem peccator iuſtum, Dominus autem non derelinquit eum. Poteſt & aliter hic uerſus continuari, ut ſicut quod præceſsit, fuit cauſa ad iuſtos: ita & iſtud cauſa ſit ad iniuſtos. Quaſi dicat, Meritò iniuſti punientur, quia peccator conſiderat iuſtum inſidiando ei: & hoc ideo, quia quærit mortificare, id eſt, penitus deuorare eum nunc fraudulenter, nunc uiolenter. Sed quæ cauſa? Nulla inquam, quia Dominus non derelinquet eum iuſtum, ſcilicet & ſi traditum exterius in manus peccatoris. Nam & ſi in carne iuſti dominetur inimicus, iuxta illud beati Iob: Terra tradita eſt in manus peccatorum, tamen ſpiritus eius ſaluabitur. Non derelinquet inquam Dominus iuſtum, nec damnabit eũ, imò exaltabit eum cum in futuro iudicabitur, id eſt, iudicium damnationis fiet de impio illi, id eſt, ad honorem iuſti. E contrario non damnabit Dominus iuſtũ, etiam tunc cum iudicabitur in præſenti illi, ſcilicet impio de pio, & cum luet pro uolũtate impij pius. Nam & ſi tunc uideatur damnatus pius, nõ tamen uerè eſt damnatus: quia ſi accipit ab inferiori iudice ſententiam, accipiet à ſuperiori coronam. Ideo noli ęmulari in malignantibus, ſed potius expecta Dominum, & cuſtodi uias eius. Poteſt ſic quoque continuatio fieri: Dixi Dominus non derelinquet iuſtum, ſed ſaluabit eũ. Hanc autem ſaluationem tu quilibet in præſenti ne appetas, quoniam adhuc tempus eſt laboris, nondum mercedis. & ideo patienter expecta Dominum tandem exhibitorem, quem iam tenes debitorem. Et ne expectes manibus diſſolutis & genibus debilitatis. ſed cuſtodi uiam eius, id eſt, opera uel præcepta eius: & ſic ipſe ueniens exaltabit te non aliqua temporali dignitate, ſed ita ut tu capias terram uiuentium hæreditati, id eſt, ad hæreditatem æternam. & hanc terram uidebis tu, tunc cum perierint peccatores. Nam illis longe poſitis ad ſiniſtram, eris tu cum cæteris iuſtis ad dexteram quibus dicetur, Venite benedicti patris mei: illis autem, Ite maledicti, &c.

Vidi impium.] Verè peccatores peribunt, quia ego iam prçuidi interitum eorum. Nam quaſi dicat: Introiui iam mente in ſanctuarium Dei, & conſideraui eorum nouiſsima. Quod ſic eſt in libro: Vidi, id eſt, conſideraui impium in hoc mundo, & ſuper multos exaltatum, & etiam eleuatum ſicut cedrus Libani, id eſt, ad modum ſublimiorum in omni gloria ſeculari, qui ſignificãtur per cedros libani. Et hoc uiſo tranſiui hęc temporalia mente, ut uiderem eius nouiſsima. Et ecce non erat impius, nõ quod prorſus nõ eſſet, ſed quia erat quaſi non erat. Et ideo dico non erat, quia locum

Digitized by Google

nullum habebat. Nam ego quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius, id eſt, uſus aliquis eius. Ergo noli æmulari, ſed cuſtodi innocentiam. Vel ita poteſt ſimpliciter cõtinuari: Quia impius in futuro nõ habebit locum. Ergo ut locum habeas, cuſtodi innocentiam, id eſt, ne rapias, ne iniuſtè agas ut acquiras pecuniam, ut amittas innocentiam: imò perdas pecuniam, ut acquiras innocentiam. Et uide æquitatem, id eſt, illud quod uidere de te æquum eſt, id eſt, intellige te quicquid pateris iuſte pati. uel uide æquitatem, ſcilicet intellige nunc laborandum in uinea, ut merces accipiatur in ueſpera. Non enim coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Et debes cuſtodire & uidere, quia homini pacifico, id eſt, non murmuranti, ſed cuſtodienti innocentiam, & uidenti æquitatem, ſunt reliquiæ, id eſt, futura & poſteriora. Et ſi uidetur arida eſſe priora, pinguia erunt ei poſteriora.

Iniuſti autem.] Verè nullus locus erit impio, quia iniuſti diſperibunt, id eſt, ualde peribunt. Simul, id eſt, & in corpore & in anima. Et ideo peribũt, quia reliquię impiorum, id eſt, poſteriora ipſorum iniuſtorũ, non dico non erunt, ſed interibunt, id eſt, erunt quaſi non ſint: quia quantumcũq; ſint pinguia eorum priora, ualde tamen arida erunt eorum poſteriora.

Salus autem iuſtorum.] Iniuſti quidem peribunt, iuſti autem non peribunt, quia ſalus continua erit iuſtis à Domino. Quod à partibus ſic probat, quia & tempore tribulationis, id eſt, præſenti uita, quæ plena eſt anguſtijs & tribulationibus, erit Dominus protector eorum, id eſt, iuſtorum: quia erit eis clypeus cõtra ignea tela nequiſsimi. Et adiuuabit eos in perficiendo bonorum, & liberabit eos ab impedimento, ne deficiãt: & ita liberabit, quod eruet eos à peccatoribus penitus, id eſt, ab omni perplexitate & cõformatione peccatorum, & ſic tandem ſaluabit eos uera & æterna ſaluatione. & hoc ideo, quia ſperauerũt in eo, id eſt, quia ipſi non murmurauerũt de felicitate malorum, & maluerunt apud Dominũ eſſe in ſpe, quam cũ eis in re.

IN PSALMVM XXXVII.

ARGVMENTVM.

EZechias ægrotans Domino ſupplicat. Aliter confeſsio patientiæ, & uirtus ad ſalutem. lege Iob.

PSALMVS DAVID, IN RE- memoratione die ſabbati.

EXPLANATIO.

DIcendo in commemorationem. hoc nobis titulus iſte pronunciat, ut quia peccatũ omnimodis effugere nõ ualemus, certè ut ab eius frequentia tẽperemus. ſemper hoc ante oculos mentis habeamus, ut alibi dicit, Et delictum meum coram me eſt ſemper. quod autẽ de ſabbato exponitur, quia pœnitẽs quilibet, inter ſuorũ uulnera peccatorũ æternæ ſemper quietis debet habere memoriã. Quidam hunc pſalmum ad beatum Iob hiſtoriam aptant ſed Hieronymo uidetur illum ex pœnitentis alicuius, uel myſtice ex Domini Saluatoris perſona paſsionis tempore cantatũ. Pſalmus iſte pœnitentis quadrifaria diſtinctione diuiditur. In prima miſericordiam monet benigni iudicis uita pœnalis. In ſecunda ſuum & corpus uerbere ſulcatum, & animum dicit amicorum exprobratione ſauciatũ. In tertia medicina ſalutaris adiũgitur, cũ totã inter aduerſa ſpem Domino ſe cõmiſiſſe teſtatur paratũ, quæ ſe ad flagella & plus mereri q̃ patitur, aſtruit. In quarta periculis oĩb. exẽptus ſalutis ſuæ Deũ ↄfitetur auctorẽ.

COMMENTARIVS.

DOmine ne in furore tuo.] Titulus talis eſt, Pſalmus ipſi Dauid in recordatione ſabbati. Sabbatũ eſt requies, & accipit̃ ideo pro requie, quia ſabbatũ dicit̃, quãdo nos à labore corporali ceſſamus. Significat aũt hæc noſtra requies illã uerã requiẽ, quã nos in primo Adã habuimus, & per ipſum amiſimus: & quã per ſecundũ Adam, id eſt Chriſtũ recepimus, ſi nondũ re, ſaltẽ ſpe. ſpe enim ſalui facti ſumus expectãtes redemptionẽ corporis noſtri. Huius itaq; ſabbati, id eſt requietis, recordat̃ quidã dolens & lugẽs in hoc Pſalmo, quẽ titulus uocat nõ ſimpliciter Dauid, ſed ipſum Dauid. q̃ ideo eſt, quia nuſquã legimus beatũ Dauid prophetã recordatũ fuiſſe ſabbati ſecundũ obſeruationẽ Iudæorũ, qui ſabbatũ obſeruabũt, quia nõ recordandũ, ſed obſeruandũ erat, q̃ inter ſeptẽ dies neceſſariò ueniebat. Nemo enim recordat̃, niſi quod in abſentia eſt. Quid ergo ſibi uult hæc recordatio ſabbati, quæ cũ tanto dolore, cũ tãto mœrore, cõ tãto gemitu, cũ tãto fletu ſit? Aut q̃d prodeſt? Multũ inq̃, q̃a felix eſt, quiſquis ſic miſer eſt. Vnde & Dñs in Euãgelio quoſdã gemẽtes & flentes beatos uocat. Accipiamus ergo & hic talẽ ſabbatũ recordantẽ, neſcio quẽ lugẽtẽ, & utinã nos ſimus. Eſt enim hic quidã dolẽs, lugẽs, ſabbatũ recordãs. Sabbatũ nãq; eſt requies. Et ſine dubio in quadã inquietudine erat, q ſabbatũ ſic recordat̃. Ipſe itaq; inquietudinẽ quã patiebat̃, narrat: & Deo cõmendat timens, neſcio q̃d grauius q̃ illud erat in quo erat. Quod enim in malo ſit apertè dicit, nec opus eſt interprete aut ſuſpiciõe aut cõiectura. In quo aũt malo ſit, ex uerbis eius non dubitat̃: nec opus eſt ut inquiramus, ſed ut quod dicit intelligamus. Et uerè niſi grauius malũ illo in quo erat timeret, nequaq̃ ſic inciperet. Dñe ne in furore, &c. Sciẽdũ eſt q̃ quidã in futuro à Dño arguent̃, quidã uerò in ira corripient̃. Illi enim in furore arguent̃, q uel Chriſtũ fundamentũ nõ habuerũt, de quo Apoſtolus: Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere, q̃ q̃d poſitũ eſt, id eſt Chriſtus. uel ſi habuerũt, nihil boni superædificauerũt. Arguere nãq;, eſt aliquẽ accuſando cõuincere. Et iſti quaſi arguent̃, cũ eis à Dño exprobrabit̃? Eſuriui, & nõ dediſtis mihi mãducare, & cætera talia. Accuſationẽ aũt ſolet ſequi dãnatio. Similiter & iſtos tali accuſatione cõuictos dãnabit furor. i. terribilis & diſtricta diuina ſentẽtia, cũ eis dicet̃ Ite maledicti, &c. Hæc grauiora timẽs iſte q loquitur hic in hoc Pſalmo, excepta p̃ſenti uita, cuius deflet innumera mala, ſic gemit & orat. Quaſi dicat: Futurũ Dñe eſt, ut quoſdã in furore tuo arguas. Et ideo quæſo ne arguas me in furore tuo, i. ne patiaris me eſſe in numero illorũ q arguent̃ in furore tuo, ut ſuprà dictũ eſt. Futurum quoq; eſt ut quidã corripiant̃ in ira tua, & ideo Dñe flagella, ſeca, ure, purgatũ me hic redde, ut nõ corripias me tunc in ira tua. Corripiunt̃ in ira Dei, qui Chriſtum fundamẽtũ habẽt, ſed nõ tantũ aurũ, argentũ, lapides precioſos ſuperædificãt: ſed etiã intermiſcẽt ligna, fœnum, ſtipulas, id eſt cõmittunt quædã uenalia peccata grauiora & leuiora. & ideo neceſſe eſt ut hi tales in ira corripiãtur, id eſt, in purgatorio igne nũc interim ante diẽ iudicij ponant̃, ut quæ in eis immũda ſunt, per illũ exurant̃, & ſic tandẽ idonei eſſe cũ hic qui in dextra coronãdi ſunt, inueniantur. Nec immeritò tantũ timet iſte hãc correctionẽ, quia attendit eã eſſe grauiorẽ, q̃ quicquid unq̃ paſsi ſunt latrones, uel ſancti martyres, uel quicquid grauius homo poſsit excogitare. Si uerò illi quos ſuprà diximus, tantũ aurũ, argentũ, lapides precioſos, id eſt bona opera ſuperædificarẽt, tũc neq; illũ ignẽ timerẽt, qui cremabit æternaliter impios, neq; illũ qui corripiet pios. Sciendũ aũt quoſdã eſſe ſanctorũ (ut teſtat̃ Euangeliũ) qui nõ ueniũt in iudiciũ, ſed tranſeũt de morte ad uitã: quia & ſi aliquas ſtipulas, id eſt parua peccata ſuperædificãt, adeò tñ leuia ſunt, quod ignis tribulationis quẽ patiunt̃ hic, uel etiã pœna mortis penitus ea exurit. Et hi tales quia nihil in eis ignis ſuũ inuenit, ſtatim dũ à corpore ſeparantur, tranſeunt ad uitam æternã, ſicut econtrà quidam malorum ſtatim æternas pœnas incurrunt.

Quoniam ſagittæ tuæ.] Ideo Domine rogo ne arguas me uel corripias in futuro, quoniam multa & magna ſunt quę in præſenti patior. Vnde quæſo ſufficiat tibi de me ſumpſiſſe ſupplicia, & incipit enumerare ea ſatiaſa-

Digitized by Google

tisfaciens Domino, offerẽs ea qoæ patitur ne grauiora patiatur, dicena ita: Quoniã ſagittæ tuæ infixę ſunt mihi. Sagittas uocat animaduerſionaa irę Dei, ſcilicet omnes pœnas & miſariaa, quas patimor interius ſiue axterius. Quas quidem omnes miſerias ex pręuaricationa primi parentia Adæ cõtraximua. Inde eſt quod mortale corpus gerimus plenom tentationibus & ſolicitudibus, obnoxiũ corporalibua doloribus, nexũ indigentibus. Mutabile languidum, cum eſt ſanum. Vnde enim diceret iſte, Non eſt ſanitas in carne mea: niſi quis ſanitas, quæ dicitur huiua uitæ ſanitas, beoe intelligentibus, & ſabatum recordantibus, non aſſat oera ſanitas, imò magna iofirmitas. Si enim ſanitas eſſet, non tam facilè corrumperetur naturali morbo, ſama ſcilicet, ſiti, & cæteris huiuſmodi. Quæ ideo naturalia dicũtur, quia quod in Adam peccati pœna, in oobis eſt natura. Vnde Apoſtolus: Fuiſtis enim aliquando natura filij irę. Nuoc ad literam redeamoa. Sagittę tuæ inquam, non una, ſed multæ mihi infixę ſunt, & in his ſagittis confirmaſti ſuper me manũ tuam, id aſt, firmam & aſsiduam potentiam ſuper me exhibuiſti, quia ſine intermiſsione pœnam ex peccato perſero & pertuli. Dicitur aũt hoc ad ſimilitudinẽ alicuius uerberantis magiſtri, qui quaſi manom ſuper illum confirmat quem tenet ſub aſsidua uirga.

Non eſt ſanitas in carne mea.] Verè ſagittas infixiſti mihi, quia interius & exterius. Nam non eſt uera ſanitas in carne mea, ut ſupra dictom eſt, quod procedit à facia, id eſt, à præſentia iræ tuæ, quis per hoc repræſentatur ira tua, quam in tranſgreſſore legis Adam haboiſti. Et non aſt etiam pax oſsibus meis, id aſt, non aſt cõſtantia in uirtutibus, quæ ſuot oſſa, id eſt, firmamenta animæ meæ. Qnod item eſt à facie, id eſt, à præſentia peccatorum meorum, quia per hoc etiam repræſentatur peccatum inobedientiæ, quod Adam principaliter, & in ipſo omnis poſteritas perperrauit. Dicitur autẽ pluraliter pręcepta hoc unum peccatum, quia multorum criminum ipſum Adam fecit reum. Sciendum autem quòd uox capitis eſt in hoc pſalmo, oune pro ſe, nunc pro membris loquentis. Et licet hic non ſit diſtinctio perſonarum, eſt tamen diſcretio dignitatum. Hic enim eſt caput quod ſaluat, corpua quod ſaluaf: caput exhibens miſericordiam, corpus quaſi deflena miſeriam: caput ad purgandum, corpus ad purgandũ, corpua ad confitendum. Quomodo ergo ille in quo peccatum nõ fuit, dicit à facie paccatorum meorum, niſi quia in perſona membrorum iſta ſicut, & cætera prædicta loquitur? Nec mirum, ſi illorũ eſt uox una, quorom eſt caro una. Vnde Apoſtolua: Erunt duo in carne uno. Sacramẽtum hoc magnum eſt, ago autem dico in Chriſto & in eccleſia. Quapropter ex nimia affinitate caput non ſeparat hic corpua à ſe faciendo peccata membrorum eſſe ſua, quorum ipſe atiam particeps fuit, qoantum ad pœnam. Quod idao facit ut eos pua non ſeparet à ſe caput in paſsiooe, imò faciat eſſe ſuam pſsionem eius paſsionem.

Quoniam iniquitates meæ.] Meritò dixi peccatorum meorum, quoniam ego ſum in culpa, non tu Domine, non factum, nõ aliud: quis iniquitates meæ, id eſt, inobadientia & pręuaricationea meæ, quas ſcilicet in Adam commiſi, ſupergreſſæ ſunt caput meum, id eſt, præualuerunt capiti meo, & ipſum inuoluerunt. Ego enim caput meum contra te erexi, iniqoitas autem illud deiecit. Vnde alibi dictum eſt: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcender. Et accipitur hic caput pro digniori parte, pro anima ſcilicet, quæ uerè per inobedientiam depreſſa fuit, quia cognitionem ueri luminis amiſit. Iniquitatea inquam ſuper greſſæ ſunt, & ſunt grauatę ſuper me, id aſt, ita oppreſſerunt ipſam mentem meam, ſicut onus graue opprimit aliquem: quia ſicut ille ſe erigere non potaſt, ita nec mens mea ad purum contuitum ueritatis erigere ſe ualet. Quæ omnia ad membra referuntur, ſicut & quæ ſequuntur.

Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ.] Grauatæ ſunt inquã iniquitates ſuper me, & ſupergreſſæ ſunt iniquitates caput: & ideo cicatrices meæ etiam ſunt corruptæ, & adeò corruptę, quod etiam putruerunt, id eſt, putridę factæ ſunt. uel putruerunt, id aſt, fœtorem amiſerunt, iuxta aliam tranſlationem. Cicatricas nanq; ſiunt ex ſanatis uulneribus, & in nobis uulnera fuerunt ex præuaricatione Adæ, & ex noſtris actualibus. Quæ uulnera ſanata ſunt, & uelut cicatrices fecerunt per fidem & gratiam baptiſmi, ſed ex infirmitate noſtra fit hoc quòd nullus eſt ita perfectus, quin aliquando per aliud actuale labatur in peccatum. & ideo cicatrices quæ prius ſanæ erant, corrumpuntur & fœtẽt, uel putreſcũt: quia & ſi ualde leuia ſunt quæ perfecti uiri committunt, quia recordantur delectabilem odorem ſabbati, eis tamen fœtida & abominabilia uidentur. Nullus enim intelligit quam ſit delectabilis odor ſabbati, niſi cui abominabilis eſt fœtor peccati. Corruptæ ſunt inquam cicatrices, & hoc eſt à facie, id eſt, à præſentia inſipientiæ meæ, quia per hoc repreſentatur inſipientia mea. Tu enim me ſapiẽtem eſſe uoluiſti, & ueram ſapientiam me docuiſti dicens: De omni ligno paradiſi comedas, de fructu autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Ego uerò me inſipiẽtem feci, quia magis ſerpenti quam tibi conſenſi.

Miſer factus ſum.] Quaſi dicat: Quia cicatrices etiam corruptæ ſunt, ideo factus ſum miſer, id eſt, plenus multis miſerijs. Et quia erexi me per ſuperbiam, ſum incuruatus, id eſt, humiliatus per uindictam, & hoc uſque in finem curuationis, id eſt, omnimoda curuatione. uel ita ſum curuatus, quòd curuatio mea durabit uſq; in finem, id eſt, donec perueniatur ad ſabbatum. Vnde ſcilicet quia miſer factus ſum & curuatus tote die, id eſt, aſsiduè ingrediebar & egrediar, id aſt, conuerſabor in hac præſenti uita, quæ aſt ingreſſus ad futurã. contriſtatus, id eſt, ſimul interius & exterius triſtatus, ſabbatũ quidẽ recordãdo, & nondũ obtinẽdo.

Quoniam lumbi mei, &c.] Meritò non modo triſtis, ſed etiam contriſtatus ſum, quia non eſt mihi bonũ interius uel exterius. Nam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, id eſt, anima mea repleta eſt uanitatibus. Lumbi enim pro delectationibus accipiuntur. Delectationes uerò interiores ſunt. Et ideo per lumbos anima quæ interior eſt, deſignatur. Illuſiones uero uocat uanitates illas & phantaſmata, quæ nobis & in cogitando & in orando aſsiduè intercurrunt. Lumbi inquam illuſionibus pleni ſunt, & uera ſanitas non aſt in carne mea, ut ſupra dictum eſt. Et eſt dicere, Non mirum ſi iſta contriſtatus, quia ex nulla parte eſt ei lætitia. Nã cum totus homo ſit tantum caro & anima, in eius anima aſt uanitas, & in carne infirmitas. Et ideo meritò contriſtatus ingreditur, quouſq; anima exuat uanitatem, & caro induat ſanitatem. Anima uero non exuet uanitatem, quouſq; tandem apprehendat ueritatem: neq; caro induet ſanitatem, quouſq; exuat infirmitatem. quod tunc deniq; erit, quando hoc mortale induet immortalitatẽ, & corruptibile incorruptionẽ.

Afflictus ſum & humiliatus.] Repetit quod ſuprà dixit, ſcilicet quòd miſer factus ſum, ſicut tanquam per cauſas appoſitas certificatum. Quaſi dicat: Quia in anima mea aſt uanitas, & in carne infirmitas, ideo ſum afflictus, id eſt, miſerijs plenus: & nimis humiliatus, quia non ad horam, ſed uſq; in finem ſum humiliatus, ut ſupradictum eſt. Hanc autem nimiam humiliationẽ nemo intelligit, niſi qui ſabbati immenſam celſitudinem attendit. Afflictus ſum inquam, & nimis humiliatus, unde rugiebam ſemper, id eſt, rugitum ualidiſsimæ intentionis emittebam ad Dominum, procedentem à gemitu cordis mei. Gemitus enim alius carnis, alius cordis. Gemitus carnis eſt, qui temporalibus rebus fit. Et hic hominibus, quia exterior, innoteſcit. Gemitus uerò cordis eſt ille, quo ſancti uiri interius interpellãt, & hic hominib. eſt occultus: ſoli uerò Deo cui omnis intentio animæ patet, & omne cor loquit,

eſt manifeſtus. Et quia ſoli Deo eſt cognitus, ideo ſubdit: Domine omne deſiderium meum, id eſt, quid deſiderem taliter ingemiſcendo, eſt ante te, non ante homines qui cor non uident. Et ideo tu cognoſcis deſiderium, quia gemitus meus, qui hominibus eſt occultus, à te non eſt abſconditus, imò tibi eſt manifeſtus. Deſiderium eſt noſtrum, oratio noſtra. Et ſi continuũ deſiderium continua eſt oratio, ſi non intermittis deſiderare, non intermittis orare. continuum enim deſiderium eſt uox continua. Tacebis ſi amare deſtiteris. Vnde Dominus de quibuſdam tacẽtibus dicit: Quia ſuperabũdabit iniquitas, refrigeſcet charitas. Frigus enim charitatis, eſt ſilentium cordis: flagrantia charitatis, eſt clamor cordis. Si ſemper manet charitas, ſemper clamas. ſi ſemper clamas, ſemper deſideras: ſi ſemper deſideras, ſabbatum recordaris: & ſi ſabbatum recordaris, gemitus tuus à Domino nõ eſt abſcõditus.

Cor meum conturbatum eſt.] Quaſi aliquis quæreret: Vnde hic gemitus ducit, inde ſcilicet, quia cor meum conturbatum eſt, id eſt, totum turbatum. Quam multa & quam parua ſunt quæ turbant cor humanũ. Frendet enim leo, incurrit latro, tremit terra, fit cordis conturbatio, quia undiq; incutit ſolicitudo: & hoc ideo, quia uirtus, id eſt, conſtantia quam in primo parente habuimus, dum in plenitudine uirtutum mãſit, dereliquit nos eodẽ præuaricante. Si enim uirtus nos nõ dereliquiſſet, quicquid inſolitum contingeret, cor noſtrum nõ timeret. Vnde rectè hic dicitur: Cor meũ cõturbatũ eſt, quia uirtus mea dereliquit me. Et quia lumen oculorũ meorum interiorum ſcilicet, non eſt mecum, & ideo dico nõ eſt mecum, quia ipſum, id eſt uerum & dignum lumen non eſt mecum. Lumen nãque noſtrũ ipſe eſt Deus, & Dei ſapientia ad quã Adã dum in obedientia manſit, gaudere ſolebat: offendendo uerò in umbrã receſsit, & inter ligna paradyſi latuit, quia lucem ad quam prius gaudebat nõ habuit. Iſte autem pro quo caput hic agit, iã redemptus & cõfitens, & in corpore Chriſti poſitus dicit: quia lumen non eſt ſecũ, habet tamen lumẽ fidei. iuxta illud, Chariſsimi, filij Dei ſumus. Illud uero lumẽ de quo ſubſequenter dicitur, Sed nondũ apparet quod erimus: cũ aũt apparuerit, ſimiles ei erimus, quia uidebimus eũ ſicuti eſt. Illud inquã lumen nõdum habet, quia eſt hic uox peregrinantiũ, nondũ in patria cõſtitutorum dũ enim in corpore ſumus, peregrinamur à Domino, & tandiu illud uerũ lumen nõ habemus: tãdem uerò ſi Chriſtum hic diligimus, illud uerè habebimus. Ipſe enim dicit: Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

Amici mei & proximi mei.] Huc uſq; caput pro membris locutũ eſt, nunc uerò loquitur pro ſe. Et quæ hactenus dixit, patitur quiſq; à ſe ipſo per pœnã peccati: quæ uero ſequũtur, patitur ab his inter quos cõuerſatur. Et ſicut caput non ſe diuiſit à membris in his quę apud ſe patiuntur, ita nec mẽbra ſe ſeparẽt a capite in his quę exterius à perſecutoribus patiť: ſed ſicut ipſe fecit peccata noſtra eſſe ſua, ita & nos paſsionem eius faciamus eſſe noſtram. Cõtinuatur autẽ ſic: Dixi quia lumẽ interiorũ oculorũ non eſt mecũ in meis. Et pro hoc lumine teſtificãdo factus ſum obediẽs patri uſq; ad mortẽ. In qua obediẽtia amici mei nõ ueri, ſed qui ſimulãt ſe prius amicos dicẽtes Magiſter bone ſcim⁹ quia à Deo ueniſti. & proximi mei Iudæi ſcilicet, de quorũ ſanguine exiui. Quid iſti fecerũt. Amici quidẽ ſteterũt aduerſum me in dãnatione, proximi uerò appropinquauerũt quidẽ corpore, cũ lõgè eſſent mẽte. Satis enim appropinquauerũt, cũ eũ in crucẽ ſuſtulerũt. Et nõ ſolũ amici & proximi cõtra me ſteterũt, ſed etiam qui prius erãt iuxta me, id eſt. quos ego prius docebã, & circa me habebã, apoſtoli ſcilicet de lõge ſteterũt, quia relicto eo fugerunt. Et inter hæc faciebãt uim mihi, nõ quãtũ ad ueritatẽ. ſed quãtũ ad eorũ opinionẽ dũ me caperẽt & ligarẽt, illi qui quærebãt animã meã. Alibi Dñs redarguit nõ quęrẽtes animã ſuã, cũ dicit, Nõ eſt qui requiret animã meã: hic uerò quærẽtes redarguit, quòd nemo repugnãs intelligat. Ibi enim redarguit nõ quærẽtes ad imitationẽ, hic uerò quærẽtes ad damnationẽ. Et qui inquirebãt mala. Faciebãt inq; uim mihi, & ut opportune facerẽt illi, qui mihi, id eſt, ad damnationẽ meã mala quæ obijcerẽt, inquirebãt: quia nõ ea inueniebãt, locuti ſunt plures mortẽ cũ tentãtes ei dicerẽt: Scimus quia à Deo uenisti magiſter. Et in ipſa etiã morte eũ milites ut ei⁹ reſurrectionem diſsimularent, corrumperent.

Ego autem.] Ipſi inq; locuti ſunt cõtra me uanitatẽ, ego autẽ tanq; ſurdus exiſtẽs, nõ audiebã: nõ quod uere nõ audiret, ſed quia nihil eis reſpõdebat, quaſi nõ audiret. Et eram ſicut murus qui non eſt aperiens os ſuũ, nihil ecõtra loquendo. Vnde dictũ eſt: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, &c.

Et factus ſum ſicut homo.] Iſtud repetitũ eſt propter illud q; addit, ſcilicet & factus ſum quaſi ille qui nõ eſt habẽs in ore ſuo redargutiones: nõ quia multa haberet quæ cõtradiceret, & in quo eos redargueret, quia tã acrites & tociẽs eos prius redarguerat: ſed ideo noluit cõtradicere, noluit redarguere, quia uenerat cum magna humilitate iudicãdus, qui uẽturus erat cũ magna maieſtate iudicaturus. Et quaſi aliquis dicat: Quare nõ cõtradicebat, quare nõ redarguebat? Subdit cauſam, quaſi dicat: Ideo redarguere nolui, quia ô Domine ſperaui, id eſt, omnẽ ſpẽ meã in te cõieci, eligẽdo te ſolũ ultorẽ & remuneratorẽ. Iuxta illud, Mihi uindictã, ego retribuã dicit Dñs: & quia in te ſperaui, ideo tu Domine Deus meus uolũtate, qui omniũ es poteſtate, exaudies me inimicos excęcãdo, & me reſuſcitando. Hic caput tuũ Chriſti. ne te monet & inſtruit te, q; ſi quando ingruerit tribulatio, & quæras defenſione, & nullus accipiat, ne perturberis, neue cauſam tuã pdideris: ſed ſerua intus patiẽtiã, ubi nullus opprimit cauſam tuã, quia & ſi apud homines falſum teſtimonium præualet aduerſum te, apud Deũ non ualet, ubi cauſa tua agẽda eſt. Et ideo purã cõſerua cõſcientiã, ut dignè poſsis dicere, Quoniã ſperaui in te Domine. Ne timeas falſos teſtes, ne reſellas prauos accuſatores.

Quia dixi.] Ideo Dñe exaudies me, q; ego ꝓpoſui ſemper, & patientiã habere, & patientiã docere. Nãq; dixi. i. ſtatui in corde meo me ſeruaturũ patiẽtiã, & ita meo exẽplo meos cõfirmaturũ in patiẽtia, ne inimici mei, id eſt, meorum, quãdo pro aliquãdo gaudebãt. i. gaudere poſsint de impatiẽtia eorũ, facti ſupergaudeant mihi inimici, id eſt, facti ſuperiores mei propter occaſionẽ oblatã eos uituperãdi. Et ne aliquãdo locuti magne ſuper me, id eſt, ſuper meos, dũ cõmoti fuerint per impatientiã pedes mei, id eſt affectiones meorũ ſicut olim magna locuti ſunt, dũ cõmouerẽtur pedes ipſi meorũ, ut tũc quãdo Petrus ad uocẽ ancillæ negauit, & prius multotiẽs magna locuti ſunt. Ecce hic ruſſus redit caput ad infirmitatẽ tẽporis, & reſpicit ad pedes ſuos cũ dicit: Ne ſupergaudeãt mihi, & cætera. Aliquãdo enim ut eſt uita noſtra pedes noſtri mouẽtur, & in aliquod peccatũ illabimur, & inde malignæ linguæ cõtra nos inſurgũt atq; gaudẽt inde inſultare. Vnde ſi boni eſſent, deberẽt potius cõdolere: ſed ſunt de illis de quib. dictum eſt, Qui tribulãt, &c.

Quoniam ego in flagella paratus ſum.] Dico ne ſupergaudeant, & ne locuti ſint magna: & uerè nõ ſupergaudebũt, neq; magne loquentur, quoniam ego & in me & in meis paratus ſum in flagella, id eſt, ego & mei nati ſumus ad ſuſtinẽda flagella. Oportet enim ut hic flagellentur, quibus ſempiterna uita paratur: quia uera eſt ſententia illa diuinæ ſententiæ in Salomone. Fili ne deſpicias diſciplinã Domini, neq; fatigeris cũ ab ipſo argueris. Quẽ enim diligit Dñs corripit. Flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit. Et ideo nõ ſupergaudeãt, neque magne loquantur, ſi filius flagellatur, patrimonium ei paratur. Et in tantum quiſq; filius eſt hic flagellandus, quod etiam proprio filio ſuo non pepercit, in quo nullã flagelli cauſam inuenit, paratus ſum inquã

in

Digitized by Google

in flagella in me & in meis. Et etiã dolor meus, id eſt, meorũ ſemper eſt in cõſpectu meo, id eſt, in corde meorum, ubi ipſi ueritatẽ conſpiciunt: dolor ſcilicet non de medicina, ſed de uulnere, id eſt, nõ de flagello, ſed de cauſa flagelli, ſcilicet de peccato: quia omne flagellũ medicina eſt ad peccatum. Homines namq; dolent de flagello, non de cauſa flagelli: iſte uerò qui hic loquitur, & pro quibus loquitur, non ſunt tales, quod ſubſequenter oſtendit ſubdens:

Quoniam iniquitatem meam.] Quaſi aliquis quæreret, Vnde tibi dolor? Nõ de flagello, ſed de uulnere, id eſt, de iniquitate. Quod per hunc affectum apparet, quoniã ego annunciabo iniquitatem eſſe meã, id eſt, mei annunciabunt iniquitatem eſſe ſuam, confitendo peccatum. & non ſolũ annunciabo confitendo, ſed etiam ſollicitus ero in meis, pro peccato dignè pœnitendo; quia cogitabo pro peccato meo, id eſt, faciam quæcũque facienda ſunt ad abolẽdum peccatum. hic docet ut nullus ſit ſecurus peccata tantum confitendo, niſi etiam dignè pœnitendo. hæc autẽ facienda ſunt pro peccato. Fluãt lachrimæ, fiant letaniæ, impleatur manus indigentis. Gaudeat ille de tuo dato, ut tu gaudeas de Dei dono.

Inimici autem mei uiuunt.] Ego quidẽ & mei pro peccato cogitabimus, inimici autem mei & meorũ pro peccato nec cogitant, nec cogitabunt: quia uiuunt, id eſt, florent & gaudent in terrenis, in quibus ueram ſibi uitam reputant: & quia ſic florent, ideo confirmati & corroborati ſunt ſuper me & meos opprimendos. Et multiplicati ſunt mala multiplicatione, ſcilicet nõ ſicut ſtellæ cœli, quod pertinet tantum ad bonos, qui proficiunt in claritate: ſed ſunt multiplicati ſicut harena maris, ſcilicet ut ſint ſteriles & infructuoſi ſicut harena maris. Illi qui oderũt me & meos iniquè, id eſt, qui iniquũ odium habuerunt contra me & contra meos. Iniquum autem odium eſt uelle mala uolenti ſibi bona. Eſt enim ingratus, qui non reddit bonum pro bono. Non bonus uerò eſt, qui malum reddit pro malo. Iniquus autem eſt, qui malo pro bono.

Qui retribuebant mala.] Exponit iniquũ odium. Quaſi dicat: Hoc modo iniquè oderũt me, quia retribuebãt mihi & mei mala pro bonis detrahentes nobis quaſi pœnas quibus in altum ferebamur: mihi quidem unitatem diuinitatis cum dicerent, Non eſt hic homo à Deo, & ſimilia. Meis uero uirtutes, uocantes eos maleficos & magos. & hoc ideo ratum, quoniam ſequebar in me & in meis, id eſt, inſiſtebam bonitatẽ, id eſt, ueram obedientiam, ut nec uoluntate à Domino apoſtatarem, per quod me ſuis operibus contrarium reputabant.

Non derelinquas me.] Inimici quidem oderunt me & meos, tu autem Domine Deus meus & meorum uoluntate non derelinques me caput, id eſt, non des ſanctum tuum uidere corruptionem. Nec diſcedas à me, id eſt, à meis patiendo eos deuocari: ſed potius intende in adiutorium meum & meorum, ſcilicet ut me reſuſcites, & ipſos perducas ad ſabbatum: tu dico Domine qui es Deus auctor ſalutis meæ & meorum.

IN PSALMVM XXXVIII.
ARGVMENTVM.

ANgentibus ſub Saule mœroribus hũc Pſalmũ cecinit, qui plus exhortationis pro audientium profectu, quàm pro ſe deprecationis haberet. Aliter propheta increpat eos qui diuitias habent, & neſciunt cui dimittant eas.

IN FINEM, PRO IDITHVN, canticum Dauid.

EXPLANATIO.

NOmẽ Idithun ſignificat, quòd canticũ hoc chorus ipſius caneret: & quia Idithun interpretatur tranſiliẽs eos, ſignificat eum qui mente terrena tranſcendit tranſilitq; eos qui inhærentes humo, & curuati in terra, ea quæ ima ſunt cogitant, atq; in excelſo mentis habitans de uanitate ſeculi libero carmine philoſophatur: & ne putares hũc quoq; quia preſſurarũ meminit, eſſe pœnitentiæ pſalmũ, ſubiunxit canticũ Dauid. Cantare enim lætantis eſt, interdũ & dolentis, nunquã uerò pœnitentis. Notandumq; quia pſalmi qui canticã in titulo habent, uictoriæ ſemper gaudiũ inter aduerſa decantẽt. Canticũ autẽ eſt, quantũ ad muſicas artes pertinet, cum chorus libertate ſua utens, neq; in conſonũ organi ad fructus obſequiũ hymno canere tantũ uocis exultat. Pſalmus uerò eſt, cum ceſſante uoce humana pulſus tantũ organi auditur cõcinentis: & ideo myſticè pſalmus actũ operationis, canticũ uerò lætitiam mentis oſtendit. Idithun iſte uitiorum tranſilitor, formã nobis iuſti hominis præbent. In prima parte pſalmi cõtra inſidiantes inimicos ſe utiliſſimè tacuiſſe teſtatur: petens uitæ ſuæ finem cognoſcere, ſi fortè incarnationẽ Domini etiã carnis oculis mereatur intueri. Secundo uanum probat timorem eſſe mortalium, quoniam ſunt omnia in poteſtate Domini conſtituta. Tertio rogat ut ei delicta noxia dimittantur, quatenus uita eius proſpero fine claudatur.

COMMENTARIVS.

DIxi cuſtodiam uias meas.] Titulus eſt talis: In finẽ pro Idithun canticum ipſi Dauid. Idithũ ut in principio libri dictum eſt, fuit unus de quatuor præcẽtoribus, quos Dauid elegit ad præcinendum in reductione arcæ Domini. Cuius nomẽ nõ ideo in titulo apponitur, ut pſalmus iſte ab ipſo ſit compoſitus, ſed quia nominis eius interpretatio rectè conuenit huic pſalmo. Titulus autẽ ſic exponitur. Hæc uerba referuntur in finẽ, id eſt, in Chriſtum, qui eſt finis legis omni credenti ad iuſtitiã, attributa ipſi Dauid, id eſt, cuilibet perfectiori de corpore Chriſti. Quæ uerba ſunt cãticum. id eſt, pertinẽt ad lætitiam & ad iocũditatem, quia ille uerè lætatur, qui omnia terrena tranſiliuit, & cauſam triſtitię depoſuit. cuius uox eſt hic canticum, dico cantatũ pro Idithun, id eſt, ut nos fieremus Idithun. uel in perſona uniuſcuiusq; qui uere eſt Idithũ. Quod beatus Auguſtinus approbare uidetur intentionẽ huius pſalmi dicẽs: Cuiuſdã qui uocetur Idithun uoces hic ſunt expectandæ & audiendę, docẽtis & exhortãtis nos ut hęc ima contẽnam*, & omnia terrena gaudia deſpiciam*. Et ſi eſſe unuſquiſq; noſtrũ potuerit Idithũ, in eo q. cãtat & inuenit ſe & audit ſe. Audiam* ergo interpretationẽ huius nominis, & quęramus intelligẽtiã ueritatis. Idithun interpretatur tranſiliẽs eos. Quos eos. In imis ſcilicet remanẽtes, & in omnib. his terrenis gaudẽtes. Si quis igitur trãſiliens iſta cãtauit, ſtudeat eſſe quod cãtauit, gaudeat eſſe q. cãtauit. Quoſdã enim incuruatos humo, terræ adhęrentes, hęc ima cogitãtes, & in rebus trãſitorijs ſpẽ ſibi ponẽtes, trãſiliuit iſte q dicitur tranſiliẽs eos, hæc autẽ tranſilitio nõ pedibus eſt facienda, non alis, non ſcalis, ſed ſola affectione & bona uoluntate. his ambulemus, aſcendamus, uolemus. His tranſiliamus omnia terrena contemnentes, ſpirituale gaudium & ſacras delicias in diuinis eloquijs, & ſcripturis ſacris nobis proponentes. Audiamus ergo hic & tranſiliendo cantantem, & cantando tranſilientem, & dicentem ita: Cum conſiſteret peccator aduerſum me, dixi: Cuſtodiam uias meas, & cætera. Iſte Idithun inter homines conuerſando, prædicando, hortando, obiurgando, dixerat quædam pœnitenda, quæ dixiſſe nollet, & reuocare non poſſet: quia difficile eſt ut quis non laba-

tur in lingua. Perfectus enim qoi nō paccat in lingua. Cum autē hoc ei contigiſſet, propoſuit racere, ſtatuit tihil dicere. Quod uerba eius demonſtrant, dum dicit: Cum peccator, id eſt iniuſtus calūniator, contradictor ſcilicat ueiborū, & daprauator cooſiſterer eduerſum me: ut quæ dicabam, contradiceret & peruerteret, timens ſcandalum otiri, dixi, id aſt, boc apud ma ſtatui. Cuſtodiā uiae meas, id aſt, diligentiā adbibebo operib. meis, ne quid temerè agam adeò, ut nō delinquā in lingua mea, id eſt, ut nec etiā paccē in lingua.

Poſui ori meo cuſtodiā.] Propoſui inq̄ & perfeci, quie poſui quaſi cuſtodes ori mao penitus racēdo. & hoc modo cuſtodiā poſui, quia obmutui, id aſt, cōtra illū peccatorē quaſi mutus extiti: & ideo humiliatue ſum, id eſt, uilie apud illum habitue ſum: & in tantū obmutui, q, omnino ſilui atiā à bonie omnib. quæ dicēda eſſent, & ideo dolor meue quē prius habui in dicēdo & tacēdo, & cui remediū ſilentiū adhibui renouarus eſt. Plus enim cepit dolere ſe nō dixiſſe ea quæ eſſent dicēda, quā prius doleret ſe dixiſſe quæ nō erāt dicēda.

Cōcaluit cor meū.] Renouatue eſt inquā dolor, & ita cor meū cōcaluit intra me. i. apud me ipſum cor meū factū eſt feruidū & inquiatū. Cōcaluit, id eſt, propter duo, hoc eſt propter tacere & dicera. Videlicet quia uidi præuaricātes rabaſcā, & tamē nō redarguebā eos. Vnde timui illā diuinā ſententiā: Serue nequā, & piger, nō dediſti pecuniā meā ad uſurā, ut ego ueniēs uti que cū uſuris exegiſſem illā. Et q, ſequit: Auerter Dominus à diſpēſarotibus ſuis. ecce enim ligatis manibus & pedibue in tenebras exteriotes proijcitur ſeruus nō euerſor ad perdendū, ſed piger ad erogādum. Quid ergo fiet illis qui p luxuriā cōſumpſerint, ſi tales dānantur qui cū pigritia ſeruauerūt? Multo peius utiq;. Cōcaluit ioquā cor meū, & in hac meditatione mea, id eſt, in hac fluctuetion a mea inter ſolicitudinē dicēdi & tacēdi, cū eſſem poſit⁹ inter homines qui caluminati parati erāt, & qui inſtrui deſiderabāt, timēs ne ſpargerē margaritas porcis, anxius na erogarē cibaria cōſeruis exardeſcūt, id eſt, extra illa priora, ſcilicet extra illud dicere & illud tacere, cœpit uehemēter ignis in me accēdi, id eſt, deſideriū quoddā ad altiora, ſcilicet ut ſuſpirarē ad finē illū: quo adepto nihil reſtat ultra q̄rere, ubi mihi remediū ſit de priori ſolicitudine.

Locutus ſum in lingua.] Exarſit inquā ignis, & in ardore illiue ignis locutue ſum in lingua mea, id eſt, in liguā tranſilientis, ſcilicet in intētione cordis nō auditori quē inſtruerē, ſed à qoo inſtrui uellē, & à quo intus audio, quicquid boni audio. Locutus ſum inquā hoc: Fac mihi Dn̄e notū finē meū, quo tandē perueniens ſum, ultra quē nihil perēdū eſt meū, id eſt, mihi trāſilieti congruū, ſcilicat finē qoi mihi deeſt, nō curſum qui adeſt. Quē finē currēs apoſtolus intuebatur, id eſt, imperfectionē ſuā cōfitebatur: aliud in ſe intuēs, aliud alibi quærēs. Ait enim: Nā quis iā acceperim ut perfectus ſim fratres, ego me nō arbitror apprehēdiſſe. Vnū autē ſubaudi faciam, Eorum quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extēſus ſcilicet in tētionē cordis ſequor, ad palmā ſupernæ uocationis, quæ eſt in Chriſto Ieſu Dn̄o noſtro, hic enim eſt finis. Secūdū intentionē dixit, nō ſecundū puentionē uel comprehēſionē. Curramus ergo, intēdamus, inuadamus. Hūc finē iſte Idithū cū hic eſſet notū ſibi fieri rogabat, ut ſciret quid ſibi deeſſet, & qoibuſdā trāſilientis nō remanēt in uia, ſed omni intentione raperent ad ſuperna.

Et numerum dierum meorum.] Fac inquam finem mihi notum, & atiam numerum dierum meorum, id eſt, qui ſecundum primam inſtitutionem mei fuerunt, notifica mihi numerum inquem, non qui non eſt. ſed illum qui eſt. Iſti enim dies quaſi non ſunt, quia ferè prius abeunt quam ueniunt & cum ueniunt, non cōſiſtunt, quia ſtatim tranſeunt. Illi uero dies, immò ille unus dies, qui eſt ſine fine, qui eſt ſine nocte, non trāſit, ſed ſemper manet: quia nec præceditur heſterno, nec impellitur craſtino. Hunc autem diem uocet numerum dierum, non quòd multi dies ſint, ſed quòd multorom dierum contineat ſpacium. Notifica inquā mihi & finem & numerum dierum meorum, ad hoc ut ſciam quid deſit mihi, id eſt, ut racognoſcam imperfectionem maam, & ſic malius ueram perfectionem attendam. Quaſi dicat: Adhuc deeſt mihi laboranti, & quamdiu quod deeſt, non accipio, ſemper ſecundum intentionē ſequor ad palmā ſupernæ uocationis Dei. Eſt enim quædā manſio finis currēdi, in qua eſt patria ſine peregrinatione, uita ſine tentatione. Ibi nondum ſum, hoc mihi deeſt, & ideo magis humilior ex eo q, deeſt, quā læter ex eo quod adeſt. Quicunq; enim dū hic ſe aliquid habere credunt, illi nō accipiunt quod deeſt, quia magnū reputant qood adeſt: quia quiſquis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nibil ſit, ipſe ſe ſeducit.

Ecce menſurabiles, &c.] Merito dico quid mihi deſit. nam ecce quid mibi deeſt, quia tu Domine dies illos qui deberet eſſe mei, ſcilicet dies immenſurabiles, in deficientes poſuiſti, id eſt firmiter feciſti malo merito meo, & iuſto iudicio tuo eſſe menſurabiles, id eſt breues & deficientes. Et ſubſtantia mea, & hæc mutabilia & uariabilis aſſentis in qua nunc ſum, quā ego feci per malū meritū meum, eſt tanquam nibilum ante te, id eſt ad comparationem illius meæ ſubſtantiæ, quæ & fuit & facta eſt tādem ante te, quia uerè as, & ideo quod ante eſt, uerè eſt.

Veruntamen uniuerſa, &c.] Sic continuator, quaſi dicat: Ecce ima cōtempſi, terrena omnia calcaui, mortalis cuncta trāſiliui, & in ſupernis animū fixi, & numerū dierū, qui eſt, notificari mihi deſideraui: ſad tamen ego qui iam tantū tranſcen di, dū adhuc mortala corpue gero, & in hac corruptione laboro, & dū mihi incerta ſunt quę opto, uniuerſę uanitati ſubiaceo. Quia omnis uiues ut homo adhuc, ſcilicet mortalis & paſſibilis, ſiue ille ſit inhærens ſiue tranſiliens, & etiā ego ipſe Idithun eſt uniuerſa uanitas, id eſt, pertinat ad omnimodā uanitatē, quia & interius & exterius hinc quod ad interiorē, illinc ad exteriorē: quia dicit Salomon, Vanitas uanitatū & omnia uanitas. Quæ enim abundantie homini ex uniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole. Omnia enim quæ ſub ſole ſunt, uiſibilia ſunt, & ideo uana ſunt. Quæ ſupra ſolē ſunt, inuiſibilia ſunt, & ideo uera ſunt. Iſte autē Idithun adhuc uiuens, habet quædā ſub ſole, quædā ſupra ſolē. Sub ſole autē interius & exterius. Exterius quidē dormire, uigilare, iuueneſcere, ſeneſcere, & cętera talia: interius uerò iraſci, triſtari incertitudinē eorū quæ optat & ſimilia, & ſecundū hoc ptinet ad omnimodā uanitatē. Supra ſolē uerò habet illud deſideriū, de quo ſuperius dictū eſt, & fidē, ſpē, charitatē & cęteras uirtutes. Et ſicut ex illis q̄ ſub ſole ſunt, habet uanitatē: ita ex iſtis ueritatē, & ideo ingemiſcit ppter illa, & ardeſcit in iſta.

Veruntamen in imagine.] Homo inq̄ pertinet ad uanitatē, & tamē homo eſt in imagine Dei: quia factue eſt ad imaginē & ſimilitudinē Dei, per rationē ſcilicet & intellectū, & bonitatē innatā: ſed pertranſit ipſe homo, id eſt ſæpè labitur in ſe interius & exterius, deformando ſe ab illa imagine. & nō ſolū pertranſit per ſe, ſed & propter alios, quia cōturbatur, id eſt, ſolicitatur cauſa aliorū in his terrenis, qood aſt ei ad conturbationem & hic & in futuro, & fruſtra, id eſt, in uanū & ſine cauſa conturbatur. Audiamus ergo conturbationem uanam, ut eam conculcemus, & tranſiliamus ubi nulla eſt conturbatio.

Theſaurizat.] Verè conturbatur, qui theſaurizat, id eſt arat, nauigat, de omni negocio acquirit, furatur, deprædatur, ut nūmus ſupra nummū ponatur: & tamē in uanū, quia ignorat cui congregabit ea. Sed fortaſſe iudices, quia filijs (hoc quippe uidit etiā ille Idithun) ſed in uanitate accepit: quia uox eſt pietatis, & excuſatio iniquitatis. Nunquid enim moriturus morituris, tranſiturus tranſituris, imò moriens morietibus, tranſiens tranſeuntibus theſaurizatur. Nunquam etiā nondum natis? Vnde enim ſcit eos naſcituros uel na

tos

tos poſſeſſuros. theſaurizate ergo uobis theſauros in cœlo. Ponatur ſcilicet in manu pauperis, ut inueniatur in manu diuitis: ponatur in manũ indigentis, ut inueniatur in manu omnipotentis. Poteſt quoque quod hucuſq; lectum eſt à Conculcauit cor meum, aliter legi: ut ſic dicatur, Quia ex nimio ſilentio dolor renouatus eſt, ideo cor meum concaluit amore dicendi. Et in illa meditatione mea ignis, id eſt, feruor dilectionis Dei & proximi ardeſcit in lingua tranſilientis, taliter orans: Domine fac mihi notum finem meum, id eſt, finem tranſilientis, ſcilicet ut ſciam quo fine ſit tacendum, & quo fine ſit dicendum. Et notifica mihi etiam numerum dierum meorum non qui non eſt, ſed qui eſt ut in dicendo & tacendo compenſationem illorum dierum habeam: & ſic neq; odio taceam, nec temeritate aliquid dicam, & ut ſciam quid deſit mihi. Iſtud cum ſequenti uerſu non mutatur.

Veruntamen uniuerſa uanitas.] Subſtantia mea inquã eſt quaſi nihil, quanto magis ergo aliorum: ſed miſer homo hoc non attendit, quia omnis homo tam inhærens quàm tranſiliens, id eſt, ipſe ſtudioſus eſt uniuerſa uanitas, id eſt, ſtudet omnimode uanitati in his terrenis. & hoc in tantum, quod ipſe etiam poteſt dici uniuerſa uanitas, ueruntamen non deberet. Nam quo minus tollerabilis ſit eius uanitas, ipſe miſer non diu durat in hac uanitate, ſed citò pertranſit. & hoc uide in imagine, quia quã citò imago alicuius corporis per ſpeculum repræſentata perit, tam cito ipſe homo pertrãſit. Et tamen ſtudet ipſe infelix homo uanitati, nõ ſolũ propter ſe, ſed propter alios fruſtra conturbatur, ut in alia dictum eſt lectione.

Et quæ nunc eſt expectatio mea.] Sic continuatur: Subſtantia mea quod eſt tanquam nihilum. Et cum in tãta infirmitate ſim poſitus, nunc ſcilicet cum iam ſim aliquantulum tranſiliens, quæ eſt expectatio mea? id eſt, quæ debeo expectare, in quæ debeo ſperare? Nunquid enim in ea quæ ſub ſole ſunt, quæ iam deſpicio, an potius in ea quæ ſupra ſolem ſunt, ad quæ intẽdo? Vtiq; in ea quę ſupra ſolẽ. Quã partẽ ſic approbat ſub interrogatione; Nõne Dominus eſt expectatio mea? Quaſi dicat: Verè ſolus Dominus eſt mihi expectandus, à quo procedunt omnia. Qui fecit hęc omnia, & à quo factus ſum inter omnia hæc. Et conuertit ſe familiariter ad ipſum Dominũ, quẽ propoſuit expectandũ. Quaſi dicat: Meritò tu Dñe es mihi expectandus, quia ſubſtantia mea nunc fragilis, non corruptibilis, tunc primum uerè eſt, quando eſt apud te, id eſt, quando facta immortalis, impaſsibilis ueniet in præſentiã tuam facie ad faciem.

Ab omnibus iniquitatibus meis.] Quaſi dicat: Vt pertineã Domine ad illam ueram ſubſtantiam erue me, id eſt, modo me in præſenti ab omnibus iniquitatibus meis. Cur iſta tranſiliens, qui iam tãtum tranſcendebat, aut à quibus iniquitatibus rogat ſe liberari? Ideo ſcilicet, quia ſi dixerimus quòd peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. Quod autẽ dicit omnibus tale eſt, quaſi dicat: Erue me nõ ſolum ut reuoluar in ea, à quibus tranſiliui, id eſt, in grauiora peccata: ſed etiã liberer ab his pro quibus neceſſe eſt pedes lauari, id eſt, à uenialibus, pro quibus quotidie oramus dicẽtes, Dimitte nobis debita noſtra. docet nos quoq; iſte qui cum tanta tranſcenderit, adhuc rogat ſe erui: quia uera perfectio in hac uita nõ poſsit haberi, ſed hęc ſola noſtra eſt perfectio, ut ſi quædam poſsimus tranſilire, intelligamus alia reſtare ad quæ nobis neceſſe ſit properare. quod utrũq; Apoſtolus oſtendit. Poſtquã enim dicit, nõ quia iã acceperim ut perfectus ſim. Fratres, ego me nõ arbitror apphẽdiſſe, in quo oſtẽdit ſe nondũ eſſe perfectũ, mox ſubdit ſe eſſe perfectũ, & in quo ſit perfectus dicens. Quicquid autẽ perfecti ſumus, hoc ſapiamus. quaſi apertè dicat: Hęc omniũ noſtrũ qui perfecti ſumus, uera eſt perfectio, ut ſapiam⁹ hoc, id eſt, ut intelligamus nos nondũ uerã poſſe habere perfectionẽ. Erue me inquã, & ideo rogo ut erues me: quia iã ſatis diu dediſti me opprobriũ inſipienti. q. eſt dicere: Iã ſatis diu uoluiſti me uiuere & prædicare ueritatẽ inter inſipientes amantes uanitatẽ, à quibus non derideri nõ poſſumus: quia ſpectaculũ facti ſumus mundo, hominibus angelis: angelis & laudãtibus & uituperantibus, & hominibus ſimiliter.

Obmutui.] Exponit quomodo opprobrio fuit. Quaſi dicat: Quia cũ ueritatẽ prædicarem, contẽnebar ab inſipientibus, ideo obmutui, id eſt, cõtra illos mutus factus: & in tantũ, quod non aliquãdo aperui os meũ. Tu autẽ Domine amoue à me has plagas tuas, ſcilicet opprobriũ & cæteras miſerias quas patior. Tuas dico, quoniam tu iuſto iudicio tuo feciſti eas.

A fortitudine manus tuæ.] Verè tu eas feciſti, quia ego defeci, id eſt, in hunc defectũ mortalis miſerię cecidi, à fortitudine manus tuę, id eſt, per irreuincibilẽ potẽtiã tuã: ſed nõ iniuſte, quia in increpationibus hoc factũ eſt, quas ego cõmerui. Increpatio enim ſequitur peccatũ. Et quomodo in increpationibus oſtendit dicens: Quia tu corripuiſti per pœnam prędictã, ſcilicet, Morte moriemini. Non penitus dãnaſti hominẽ primũ, & in ipſo omnẽ hominẽ nõ ex tua ſeueritate, ſed propter eius iniquitatẽ, id eſt, propter eius inobediẽtiã & præſumptionẽ. Quaſi dicat: In me cognoſco iniquitatẽ, in te autẽ æquitatẽ. Et in tantũ corripuiſti, quod feciſti non ſolũ carnẽ, ſed etiã eius animã tabeſcere, id eſt, ita tepidã & fragilẽ eſſe: ſicut aranea tabida & fragilis eſt, quę etiã leuiter tacta diſſoluitur. Vel aliter: Aranea inutilẽ telã texendo in tantũ laboret, quod euiſcerat ſeſe, & ſicca tandẽ & mortua pendet. Similiter nos ex illo primo defectu hoc malũ patimur, quod in his inutilibus rebus mũdanis tantũ ſtudemus, quod non ſolũ caro, ſed etiã anima noſtra deficit. & inteſtina ſua, rationẽ ſcilicet & intellectũ pijcit. iuxta quod litera ſic dicet: Feciſti animã eius tabeſcere. i. deficere inutili labore, ſicut aranea deficit in ſua inutili cõtextiõe.

Veruntamen uanè.] Iuxta priorẽ ſententiã ſic continuabitur: Feciſti quidẽ animã eius tabidã & labilem, ſed tamẽ adhoc omnis homo, id eſt, quicũq; uiuẽs hominũ conturbatur, id eſt, ſolicitatur in his terrenis: & hoc uanè, ſicut ſupra dictũ eſt. Secundũ poſteriorẽ ſententiã continuatur hoc ad præcedens, ſcilicet ad Corripuiſti eodem modo.

Exaudi orationẽ meam.] Quaſi dicat: Vt ego Domine non cõturber, exaudi orationẽ meã pro perſeuerãtia in bono, & deprecationẽ meã pro emũdatione uenialiũ peccatorũ: percipe dico lacrimas meas, id eſt, lacrimoſam deprecationẽ meã auribus, id eſt, per potẽtiã exaudiendi, quæ in te eſt. Vnde huic tantæ tranſiliẽti lachrymę? Inde ſcilicet, quia ſi dixerimus quod peccatũ nõ habemus, nos ipſos ſeducimus. & quia qui addit ſciẽtiã, addit & dolorẽ. & eſt quaſi dicat: Quãto magis quod ebeſt deſidero, tanto plus quo uſq; ueniat, gemo.

Ne ſileas.] Sic Domine rogo ut exaudias orationẽ meã, & percipias deprecationẽ ut tu pręcibus adorſus à me ne ſileas, imò dicas mihi ita ut ſentiã: Ego ſum ſalus tua. & nõ debes ſilere, quoniã ego quaſi dicat, nõ manentẽ hic ciuitatẽ, ſed futurã inquirimus: quia ego ſum apud te iã per ſpẽ, nondũ tñ naturaliter ciuis, ſed aduena, id eſt, inquilinus ciuis. & ſum apud te nec peregrinus adhuc, ſcilicet in peregrinatione poſitus, nõ ut ciuis domeſticus. plus eſt peregrinus q̃ aduena. Aduena enim dicitur, qui iã cohabitat, ſed nondũ ius ciuis habet: peregrinus uerò dicitur, qui nondũ aduenit, ſed adhuc pegrinatur. Et ſunt multi qui & pegrini ſunt, & apud Dñm nõ ſunt. Vt oẽs amatores mũdi peregrinantur quidẽ in regiõe diſsimilitudinis ab illa ſuperna patria remoti. & non ſunt apud Deũ, ſed potius apud diabolũ patrẽ ſuũ. Sũ inquã apud te aduena & pegrin⁹, & hoc ſicut oẽs patres, id eſt, ea conditione qua apud te fuerũt ſpirituales patres mei patriarchæ ſcilicet & prophetæ. Quia ſicut illi prius fuerunt apud te in ſpe, & deinde migrauerunt ad te, ita ego nunc ſum apud te in ſpe, ubi eodem ero in re.

Remitte mihi.] Quaſi dicat: Sum inquā nunc Domine apud te in ſpe: ut autē poſsim ibi eſſe in re, remitte mihi, id eſt, fac mihi nunc interim remiſsionē & emūdationem uenialium delictorum, quæ neceſsitate uitæ commitro, ut refrigerer, id eſt ut refrigeratam & quietam ab omni tumultu peccati conſcientiam habeam: priuſquam hinc abeam, id eſt, antequam moriar. Et neceſſe eſt Domine ut remittas, quia ſi tu non remiſeris, & ego abiero, amplius non ero: non quod omnino non ſit, ſed quia quiſquis à uero eſſe, id eſt à Deo recedit, ille quaſi non eſt, quia uerum eſſe amittit.

IN PSALMVM XXXIX.

ARGVMENTVM.

POpulus de Babylone reuerſus, Domino gratias agit. Aliter qui in trigeſimo octauo pſalmo dixit: Quæ eſt expectatio mea? nonne Deus? nunc in trigeſimo nono dicit: Expectās expectaui Dominum, & reſpexit me. & qui ibi dixerat, Exaudi orationem meam: hic dicit, Exaudiuit orationem meam. Item de patientia Pauli, ubi Chriſtum prior annunciat. lege in Actis Apoſtolorum.

IN FINEM, PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

SAepè tritum eſt, Dauid & finem Chriſtum ſignificare, cuius membra Pſalmum incipiunt, caput ipſe conſummat. Prima narratione gratias agit eccleſia gentium, quia de ueternoſo mundi mœrore liberata ad noui teſtamenti meruit gaudia peruenire. Secunda ipſe Dominus loquitur ſanctam incarnationem & iuſtitiam ſuæ prædicationis exponens. ob hoc patris auxiliū deprecatur, ut pericula poßit à Iudæis illata deuincere, confundi poſtulans inimicos, & lætari omnes qui ſperant in eum.

COMMENTARIVS.

EXpectans expectaui.] Titulus eſt talis: In finem pſalmus, Dauid uero ſcilicet attributus. Eſt enim uox capitis in hoc pſalmo loquentis nūc pro ſe, nunc pro mēbris, & exhortantis nos ut conſtantes ſimus in fide & in bonis operibus, & ut promiſſam hæreditatē cum patientia expectemus, proponendo ſe nobis exemplū cum dicit: Expectans expectaui Dominū: & oſtendendo nullum ad illam beatitudinē per liberū arbitriū, aut per legale ſacrificiū, ſed per ſolam gratiam poſſe cōtingere. In fine quoq; orat, ut gratia priori populo de Iudæis promiſſa, & partim exhibita eadem conferatur, illi alij populo de gētibus, ſcilicet & fiat ouile unum, ſicut & paſtor eſt unus. & eſt quaſi dicat: Adam expectauit Dominū, ſed nō expectans expectauit: quia tantum ad horam obediens extitit. Ego uerò expectaui expectans, id eſt, cum omni patientia & perſeuerātia expectaui, non hominē conſolatorē, qui ante in infirmitate ſua poſſet deficere, q̄ me reficere, ſed Dominū conſolatorē uerum. Et expectaui non hominem promiſſorem, qui poſſet falli & fallere, ſed Dominū qui eſt fidelis promiſſor, & certus debitor. ſis tu ergo auarus exactor. Et quia taliter expectaui, ideo Dominus non tantū intendit me, ſed etiam mihi intendit: id eſt intentū ſe fecit ut proficeret mihi. Et uerè profecit mihi, quia exaudiuit preces meas factas pro meis. Quod iſte docet effectus, quia eduxit me, id eſt, meos de lacu miſeriæ, id eſt de profundo iniquitatis: in quo lacu ſunt multi qui ſe ibi eſſe nō ſentiunt, quia peccata ſua nō attendunt, nec clamant ad Dominū. Et ideo non inde eruunt, de quibus dictū eſt: Peccator cum ceciderit in profundū iniquitatis, cōtemnet. Sunt alij quoq; in eodem lacu, qui quia ſe recognoſcunt, & caput ſuſum erigunt dicētes: De profundis clamaui ad te Domine, eripiuntur inde. & hi ſunt pij deprecatores, & lachrymoſi clamatores. Eduxit me inquā de lacu, & etiam de luto fecis. Lutum admixtū fece, & ſordidū eſt & lubricū. Per lutū itaq; fecis accipere poſſumus uel carnales cōcupiſcentias, ut luxuriam, quæ & ſordidat, & multos ſubruit. Vel ambitionē, quæ primū hominē ſubuertit, & quę ut cancer in omnes ferè ſubrepit. uel etiā malos permixtos bonis in eccleſia, ſicut in eodem uaſe purus liquor & fex ſimul ſunt permixta, qui mali alios ſordidant atq; ſubuertunt ſua conformatione. Et non ſolū eduxit, ſed etiā pedes meos, id eſt illos per quos ingreſſurus erā ad notitiā gentiū, præcones ſcilicet. uel pedes meos, id eſt affectiones meorū, qui prius circumferebantur à qualibet doctrina: illos poſtq̄ ſanam & unā doctrinam perceperunt, ſtatuit, id eſt, ſtabiles & firmos fecit poſitos ſupra petram, id eſt in firmo & tuto loco, in eccleſiaſticis ſcilicet inſtitutis. Vel ſupra me petram. Petra enim erat Chriſtus. Stabiliuit eos, quia per me cōſtantes eos fecit, & ſic direxit greſſus meos, id eſt, opera meorū, uel illos per quos egreſſurus eram ad notitiam gentium.

Et immiſit in os meum.] Statuit inquā pedes meorū, & direxit greſſus eorū: & hoc modo immiſit in os meū, id eſt meorū ſcilicet, & in os cordis & in os corporis canticum nouū, id eſt, nouam charitatē & humilitatē. Sicut enim uetus canticū, eſt uetus animoſitas & ſuperbia: ita nouū canticū, eſt charitas noua & humilitas noua. Nouū canticū dico, quod eſt carmen, id eſt laus deo: qui cum ſit omniū Deus per naturā, noſter, id eſt meus & meorū eſt per gratiam. Hæc enim ſunt propter quæ Deus maximè ad nos deſcendit, ſcilicet charitas & humilitas, & ideo per hęc maximè laudat.

Videbunt multi.] Quaſi dicat: Quo fructu factum eſt hoc, q; meos eduxiſti de lacu miſeriæ, & immiſiſti in os eorū canticum nouū. Hoc ſcilicet ut multi uideant hoc, & timeāt, ſicut reuera multi uidebūt & timebūt. Duo enim ordines ſunt in eccleſia: alij præcedentes, alij ſubſequentes. Præcedentes exemplo ſunt ſubſequentibus, ut eos imitentur: ſubſequētes uerò imitatores ſunt pręcedentiū. & ideo dicit: Multi uidebunt illos præcedentes, & arctam uiam inſiſtentes, & uidētes timebunt propter hoc ſcilicet, quia per latā uiam incedunt, quæ arcta eſt in fine, & non potius illos imitant. Et ideo ſperabunt, id eſt ſpem ſuam cōijcient imitādo illos nō in illis, ſed in domino quē imitabūtur in ipſis, iuxta illud. Imitatores mei eſtote chariſsimi, ſicut & ego Chriſti. Et ideo etiam nō in illis ſperabunt, ſed in Domino, quia omnis uirtus & auxilium eorū principaliter erit à Domino, iuxta illud: Leuaui oculos in montes, unde ueniat auxiliū. Auxilium autem ſcilicet principale à Domino.

Beatus uir.] Meritò ſperabunt in Deo, quia inde beatitudinē aſſequent. Nam omnis uir ille eſt beatus, cuius ſpes eſt nomē Domini ſui, id eſt, qui facit ſibi ſpē, hoc nomen quod eſt Dominus, quod omnis ille facit quiſquis ſe exhibet fidelē Domino ſeruū & ſpontaneū. Et ita dico eum eſſe beatū, ſi nō reſpiciat in uanitates, id eſt in hęc mundana, quæ uana ſunt affectādo ea. Nemo enim mittens manū in aratrū, & reſpiciens retro, aptus erit regno Dei. Et quia multi ſunt qui parū reſpiciunt ad uana, ſcilicet ad aurū, argentū, & cætera talia, quia nō curant ea: ſed tamen non uerè perſeuerantes ſunt, quia delectātur in iocularibus rebus, ſicut in aurigis & funambulis, canibus & auibus: ideo ſubdit, Et ſi nō reſpiciat etiā ad inſanias falſas, id eſt ad iocularia & ludicra, quæ quidem inſaniæ ſunt, quia hominem abalienatum reddunt: ſed tamē quia non penitus mentem auferunt, falſæ inſaniæ dicuntur. Verè autem inſaniæ ſunt, ira, furor, & ſimilia, quæ penitus abalienatum hominem reddunt.

Multa feciſti tu Domine.] Dico ſi non reſpiciat ad inſanias falſas, ad quas non eſt reſpiciendum, cum nulla

cogat

Digitized by Google

eogst inopis: qois tu Domine Deos meos & meorũ per graiiam feciſti multa mitabilia, id eſt, ſpectacula tua, id eſt, ad te pertinenria, & idso potius ſpectandũ ſt ad illa quam ad ioſanias falſas. Si qoem enim delectat uidere aurigam, potiua delectet eum uidere refrenantem luxuriam, uel itam & ſimilia: quia longè dignius agit, qui equos luxuriæ oel aoaritiæ teptaotes in precipitiõ bena tefrenat, quam qoi giros io curribos uel equites agirat. Itam ſi quis miratur funambulom, potiua miterur Petrum mariambulum: & eũ imiterur calcãdo mare, qood ille calcauit. Mare enim eſt mundus, ut diuina ſcriptura teſtatur, in quo eſt noxia amaritudo dalectarionom, & fluctus tribulationum, & tampeſtates tentarionum. Et homines per detractionem ſe inuicem deuorantes ſicut in mari piſces, hoc mare, id eſt, mundum debet quiſque cõtemnendo calcare, & ſuper lpſum ambũlare: ſed tamẽ nõ calcabis, non ſupera bundabis, niſi ille iuſſerit qoi prior calcauit. Narique ſi ille iuſſerit re ad ſa uenire, non ſinet te perite. Tu inquam Domine feciſti mirabilia, & hoc in ſolis cogitationibus tuis, id eſt, per te ſine conſilio uel auxilio alicuius. Iuxta illod: Quis cognouit ſanſom Dominl, aut quia conſiliariua cius fuit, & reliqua. Quare quis per te ſolum feciſti, non eſt qui aſſimulandus ſit tibi, ne dum prẹferendus. Quod tamẽ illi facinnt, ſcilicet alis tibi præferunt, qui relicta eccleſia cutrunt ad ioculatoria: maximè uero illi idolatræ, qui creaturam colunt, & creatotem poſtponunt.

Annunciaui & locutus ſum.] Sic continuatur: Expectans expectaoi Dominũ. Et expectando anníciaui, quod annunciãdum fuit opere: & locutus ſum, qood loquẽdum foit ore. Poreſt ſic quoque ad proximum continuari: Tu Domine feciſti mirabila, & illa mirabilis annunciaoi ego & mei opere, & locutus ſum & ego & mei ore. Non ſolum enim Chiſtus, ſed apoſtoli quoque & ſancti præcones docuerunt uerbo & exẽplo mundum calcandum, & carnales concupiſcentias tefranãdas. Et prius fecit Chriſtua, deinde dixit. Iuxta illud: Primum quidem ſermonẽ feci de omnibus ó Theopbile, qoę cœpit Ieſua facere & dicere, quia tũc demum recta eſt doctrina, quando doctoris non diſcrepant facta & dicta. Annuociaui inquã & locutus ſum, & me aonunciante & loquẽte multiplicati ſont credentes ſuper nomerum, id eſt, plures acceſſerunt, quàm pertinerent ad Dominum. Eſt enim certus numerus fidelium pertinentiom ad Hieruſalem ſupernam. Hi uerò ſunt amatores & obſeruatores præceptorum Dei. de quibus dictum eſt: Nouit Dominus qui ſunt eius: qui autẽ parietes eccleſiæ ſaciũt, & præcepta Dei cõtemnunt, hi quidem ad ſacramẽta eccleſiæ pertinent tantõ per uocationẽ, ſed non ſunt de nomero illo de quibus dictõ eſt: Multi ſunt uocati, &c.

Sacrificium & oblationem noluiſti.] Annunciaui inquã & locutus ſum, & neceſſe foit ut ego uenirẽ & annũciatem, quia tu Domine ad horam tantom legalia ſacrificia conſtituiſti, & amplius ea eſſe noluiſti. Poteſt ſic quoq; continuari: Tu Domine feciſti mirabilis in cogitationibus tuis, & ex illis cogitarũt: eſt hæc una, quia tu noluiſti amplius ſacrificium eſſe legale, & oblationem legalem. Cum enim nondum eſſet tempus illius ueri ſacrificij, quod norunt fideles, ſcilicet anteq̃ uerus agnus Chriſtus ſeſe in ara crucis pro nobis immolaret: præſignabatur uarijs figuris & myſterijs à quibuſdam iam per ſpiritum ſanctum præſcientibus illud futorũ, & à quibuſdam neſcientibus. Poſtq̃ uerò aduenit tẽpus illius ueri ſacrificij, uanerunt uerba cõpletiua, & ablata ſunt uerba promiſsiua. Hoc eſt, receſſerũt ſigna promittẽtia, poſtq̃ exhibita eſt ueritas promiſſa. & hoc eſt quod dicit: Noluiſti poſtq̃ ſacrificium uerũ affuit, ſacrificium & oblationẽ, quæ erant ſigna promiſsiua. Quid aũt uoluiſti? aures ſcilicet, id eſt perfectos obaditores eſſe uoluiſti, & ideo perfeciſti mihi aures, id eſt, perfectã obedientiã mihi ad exẽplar aliorũ contuliſti, & etiam meis ſuo modo. Nec in congruè aures uocat obadientiã. per aures enim præcepta intromittuntur ad animam, quæ ipſam doceãt obedientiam. & ideo ponitur hic inſtrumentum obedientiæ pro ipſa obedientia.

Holocauſtũ autẽ.] Obedientiam inq̃ uoloiſti. Illud autẽ legale ſacrificiũ, quod dicebatur holocauſtõ, id eſt, totum incenſum, de quo nihil ſeruabaſ, ſed totũ in ara comburebaſ: & illud aliud quod uocabatur hoſtia pro peccato, nõ poſtulaſti, id eſt amplius fieri noluiſti. hæc enim omnia in legalibus diuerſa erant, & tũc ſcilicet cum ſacrificium noluiſti, & holocauſtõ non poſtulaſti. dixi ego in euidentia rei: Ecce uanio. quaſi dicat: Ecce nunc tẽpus eſt ot ueniãt, quæ promittebanſ: & quæ promittebant, auferantur. Et ideo uenio ego ó Domine, ut faciam uoluntatẽ tuam, id eſt, ut ſibi impleam uerã obediantiam, quod debea facere: quia qui es Deus omniũ per naturam, meus Deus ea per gratiam, & ideo etiam debeo facere uoluntatẽ tuã, quia ego ſemper uolui, id eſt, dilexi eam, ſcilicet uoluntatẽ tuam facere, nõ meã. & quia etiam uolui legẽ tuã, id eſt illam uoluntatẽ tuam, quæ eſt lex ſcripta, uolui in medio cordia mei, id eſt firma & plenaria uoluntate. Quod enim mediõ in qualibet re eſt, firmius & certius eſt. Et ideo ſi ad ipſum caput referamus, per medium cordis firmã uoluntatẽ cordis accipiemus. Poſſumus quoq; per cor Chriſti accipere omnes concordes & concorporatos ſibi: per mediũ uerò, firmiores inter illos. Iuxta quod ſic dicetur: Non ſolõ ego uolui in me uoluntatẽ tuam & legẽ tuam, ſed etiã in meis: etſi nõ in omnibus, ſaltẽ in medio cordis mei, id eſt, in firmiorib. & perfectioribus. babet alia translatio, In medio uentris mei. iuxta quod probatio eſt à minori, quod uerè in ſuis uoluerit uoluntatẽ, & legẽ: Quia etiam in medio uentris, id eſt, in corde infirmorũ eam uoluit. Per uentrẽ enim qui mollis eſt, molles & infirmi ſignificanſ. Venio inq̃, ut faciam uoluntatẽ tuã, & uolui legẽ tuã. Et hoc meritò, quia in capite libri ſcriptũ eſt de me, ut facerẽ uoluntatẽ tuam. Dicit Apoſtolus: Quia mulieris caput eſt uir, uiri caput Chriſtus, Chriſti uerò caput Deus. Verbũ autẽ patris incarnatũ fuit nobis liber promiſſus & propoſitus ad exemplãdum, ad quẽ ſcilicet conſcriberemur, & cui conformaremur. Et in capite huius libri, id eſt in Deo patre fuit ſcriptũ, id eſt, firmiter diſpoſitũ ante omnia ſecula de Chriſto: q. pro nobis redimẽdis uerã Deo patri obediẽtiã deberet exhibere. iuxta illud: Elegit nos in ipſo ante cõſtitutionẽ mũdi. unde dicit, In capite libri, &c.

Annunciaui iuſtitiam tuã.] Dixi inq̃, uenio ad ſoluendũ uerã obedientiã. Et ueniens patiendo, moriendo, reſurgendo, annũciaui in euidentia rei iuſtitiã tuã, id eſt fidẽ tuã iuſtificantẽ. Inde enim cœpit fides noſtra qua iuſtificamur. Iuxta illud: Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã. Annũciaui inq̃ per me & meos iuſtitiã tuã in eccleſia nõ parua, ſed magna, id eſt, ubiq; terrarũ diffuſa. Vel in eccleſia nõ iam infirma, ſed magna, id eſt, forti & firma. Prius enim eũ adhuc dubitarent de reſurrectione, eccleſia infirma fuit. Cuius formã Petrus geſſit, quando ad uocẽ ancillæ Dñm negauit. Poſtq̃ uerò reſurgente Dño, certi de reſurrectione futura facti ſunt, tunc primum eccleſia fortis fuit. Cuius etiam typũ idem Petrus in ſeipſo repræſentauit, cum coram principibus dixit: Obedire Deo magis oportet quàm uobis. Annunciaui inquam & annunciabo.

Ecce labia mea.] Quaſi dicat: Ecce puta quod uerè annunciabo, quia nõ prohibebo, id eſt nõ ſinã prohiberi labia mea, id eſt prẹcones meos, per quos uelut per labia loquar ab annũciatione. Vel poſſumus accipere p labia, q̃ mollia ſunt, ſolos molliores & infirmiores inter prẹcones, ut ſit loc⁹ à maiori. iuxta illod beati Iob: Derelicta ſunt labia circa dentes meos. Per dentes enim quæ firmius ſunt in corpore ſunt, fortis conſtantia Chriſti in paſsione accipienda eſt, quem oſſa, id eſt apoſtoli, qui robuſtiores erãt inter cęteros, in paſsione

non

Digitized by Google

non circumſteterunt, quia relicto eo fugierunt: ſed ſola labia, id eſt, mulieres, quæ propter molliriam & fragilitatem ſexus per labia deſignantur, tantum circa eum ſteterunt. Iuxta quod in paſsione legitur: Non ſinam inquam labia prohiberi. & ideo non prohibebuntur, quia tu Domine ſciſti, id eſt, elegiſti & feciſti eos eſſe tales, qui non poſſent facile prohiberi: quia ſcis eos habere in corde, quod ſonant in ore. Et quicunque ueritatem habent in corde, ij non facile poſſunt prohiberi quin eam loquantur in ore.

Iuſtitiam tuam.] Verè non prohibebo labia mea, quia non abſcondi iuſtitiam tuam in corde meo, id eſt, meorum, id eſt, non ſinam ut mei abſcondant fidem tuam iuſtificantem in corda ſuo, imò ad utilitatem proximorum annunciant. Eſt enim iuſtitia Dei in corde abſcondenda, & non eſt abſcondenda. Abſcondenda eſt in corde, id eſt, memoriter retinenda, ne quis temerè peccet. Vnde alibi dicitur: In corde meo abſcondi eloquia tua ut non peccem tibi. Non eſt autem abſcondenda, id eſt, annuncianda ad utilitatem proximi. Vnde hic dicitur: Non abſcondi iuſtitiam tuam in corde meo. Et eſt repetitum propter illud quod addit, ſcilicet dixi, id eſt, faciam meos dicere & annunciare ueritates tuas quę conſequuntur illa præcepta.

Non abſcondi ueritatem tuam.] Id eſt, uera præcepta tua & ſalutare tuum, id eſt, ſaluationem à te datam, per me qui ſum ſalutare tuum, id eſt, dans ſalutem humano generi. Et uerè dicent mei ueritatem tuam & ſalutare, quia ego non abſcondi, id eſt, non ſinam meos abſcondere miſericordiam tuam & ueritatem tuam. Miſericordiam quidem, qua uocas & peccata condonas: ueritatem uerò, qua merita remuneras & imples promiſſa etiam à concilio multo, id eſt, licet multitudo magna aduerſariorum conueniat, non tamen timore eorum dimittant mei annunciare miſericordiam & ueritatem. iuxta illud: Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Tu autem Domine.] Hic incipit orare ut gratia priori populo promiſſa & pariter exhibita, exhibeatur etiã illis alijs ouibus, de gentibus ſcilicet. Et ſic continuatur: Mei facient quod ſuum erit. Tu autem Domine, qui es Deus de longe, & Deus de prope. De longe quidem peccatoribus & ſuperbis, ſicut phariſeo merita ſua iactanti: de prope uero bonis & humilibus, ſicut publicano peccata ſua confitenti. Tu inquam fac quod tuum eſt, ſcilicet ne longe facias miſerationes tuas, id eſt, exhibitiones gratiæ tuæ à me, id eſt, ab his qui futuri ſunt de alijs ouibus, id eſt, de ut præcones mei paratos obeditores inueniant in illis alijs ouib. Et uerè non longe facias, quia miſericordia & ueritas tua. miſericordia qdẽ qua peccata cõdonas, ueritas uero qua merita remuneras, ſemper ſuſceperunt me, id eſt, meos. hoc eſt nunquam defuerunt meis de priori populo, ſed ſemper conſolata ſunt eos. Non enim quaſi dicat, auderent conuerti, niſi ſecuri de remiſsione: nec perſeuerarent, niſi ſecuri de remuneratione. Et ſicut ſemper ſuſceperũt & me in illis, ita ſuſcipient me in illis alijs. Exhibitio enim præteritorũ, certitudo eſt futurorum.

Quoniam circundederunt me.] Opus eſt ut non longè facias miſerationes tuas, quoniam circundederũt me undiq;, id eſt meos, in illis ouibus mala. i. peccata tot, quorum non eſt numerus. Quis enim ſcire ſufficit numerum illorum malorum, pro quibus gemit ille qui dicit: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Et non ſolum leuiora peccata, ut uenalia circundederunt me in meis, ſed iniquitates meæ, id eſt, grauiora peccata, id eſt idolatria & criminalia quælibet illorum qui futuri ſunt mei in illis alijs ouibus: & quæ ego ex nimia affectione facio mea, comprahenderunt me, id eſt, illos futuros meos. Et hoc in tantũ quod non potui ut uiderem, id eſt, quod impotentes ſunt illi mei uidere quod uidendum eſt, Oculus enim eorum delicijs cæcatus, & peccatis obtenebratus nõ poteſt uidere lumen ueritatis, niſi prius purgatus, quod à ſolis mundi cordibus uidetur.

Multiplicatæ ſunt.] Verè iniquitates comprehenderunt meos, quia multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, id eſt meorum, quia cum capilli in quibuſdam ſint numerabiles, ipſæ iniquitates ſunt innumerabiles. Licet enim aliquis ſibi caueat à mole peccatorum, id eſt à criminalibus, tot tamẽ ſunt uenialia quæ committit etiam unius diei, quod numerũ excedũt. Vel per capillos capitis eius poſſumus accipere præcones eius uerbi, qui caput eſt ita adhærẽtes, & eum ornantes ſicut capilli adhærent capiti, & ornãt illud. Iuxta quod ſic dicetur: In tantum multiplicatæ ſunt iniquitates meorum, quod ſunt ſuper capillos, id eſt, quod excedunt illos qui ſunt mihi capiti adhærentes ut capilli, id eſt, excellunt omnes præcones meos, ſcilicet quod per eos non poſſunt ablui & deleri ſine magno tuo & manifeſto auxilio. Quare neceſſe eſt ut nõ longè facias miſerationes tuas, & ideo in tantum multiplicatæ ſunt iniquitates, quia cor meum, id eſt meorum, dereliquit me, id eſt meos. Nec mirum, ſi dereliquit eos, quia prius dereliqt te. Si enim cognoſcerent te, cognoſcerent & ſe: & ſi ſe cognoſcerent, tu ignoſceres. Illũ cor ſuum derelinquit, qui de ſe præſumit, & infirmitatem ſuam non recognoſcit, nec peccata ſua attendit. Petrum nanque cor ſuum dereliquit, cum de ſe præſumpſit dicens: Domine etſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Quod ſatis per effectum apparuit.

Complaceat tibi Domine.] Et quia in tantum multiplicatæ ſunt iniquitates meorum, ideo placuit Domine mihi ut eruerentur, & quæſo complaceat tibi Domino, etiã ut eruas me, id eſt, meos ab iniquitatibus. uel complaceat tibi, id eſt, ſicut complacuit tibi ut pręcones erueras, ita placeat, ut & iſtos eruas, Domine reſpice ad adiuuandum me, id eſt, meos. Quaſi dicat: Deſpexiſti meos prius, & debilitatum eſt in meis liberum arbitrium, ſed adhuc ſcintilla in eis remanſit, qua quodammodo poſſunt te uidere, ad quam adiuuandum ut plenariè te uideant, tu Domine qui prius deſpexiſti, reſpice.

Confundantur.] Quaſi dicat: Ita dico ut reſpicias, ut confundantur, id eſt, ut confuſibiles recognoſcant, & ſimul reuereantur, id eſt, extimeſcant peccata ſua. uel præcones meos illi qui modò quęrunt animam meã & meorum, ut auferant eam, id eſt, ut damnent eam, poſtmodum quærant eam ut imitentur eam. Conuertantur dico de malo ad bonum, ita ut ſint retrorſum, id eſt, ut non præcedant, ſed ſubſequantur, & ſic reuereantur, id eſt, plenariè extimeſcant, non ſolum qui faciũt, ſed etiam illi qui modò uolunt mihi & meis mala, ut poſtmodum uelint mihi bona.

Ferant confeſtim.] Illud dicitur de fraudulentis & de adulatoribus, nec eſt maleuolentiæ uotum, ſed enunciatio pœnæ illorum. Quaſi dicat: Volentes mihi mala, & ſe cognoſcentes conuertantur. Illi autem ferant confuſionem ſuam, quam meruerunt nõ ſolum in futuro, ſed confeſtim, id eſt, indilatè etiam in præſenti, ut duplicem contritionem patiantur, qui dicunt mihi & meis, Euge euge, mihi quidem lætantes de morte mea: meis uerò etiam malè agentibus dicunt quoque euge euge, id eſt bene bene eſt quod agitis, ut ſic eos decipiant. Linguæ enim adulantium alligant animas in peccatis. Ex oppoſito autem exultent exterius, lætentur interius, id eſt plenariam lætitiam habeant hic & in futuro poſiti, ſuper te habentes fundamẽtum, te, non ſe, omnes quærentes te Dominum per me mediatorem. & ut digni ſint tanta lætitia, nihil de ſe præſumant, ſed ſemper dicant, Magnificetur Dominus, nunquam ſeruus. Si enim Dominus de impio facit pium, de ſeruo filium, & ſic uocat ad gloriã, magnificetur Dominus: ſi uerò peccatorem uocat ad indulgentiam, magnificetur Dominus. Rurſus ſi iuſtũ

uocat

uocat ad coronam, magnificetur Dominus. & ſic ſemper magnificetur Dominus. Quod dicant illi qui diligunt ſalutare tuum, non ſuum, id eſt qui non ex ſuis meritis, ſed ex tua gratia expectant ſaluari.

Ego autem.] Illud inquam dicunt de te, de ſe autem dicant quiſq; pro ſe. Ego ſum mendicus & pauper, id eſt ſum comparabilis mendico. Qui & ſi aliquid habet de ſe, parum tamen eſt Et ideo petit ab aliis quod ſibi deeſt. Et ſum cõparabilis pauperi, qui nihil prorſus per ſe habet: quia nihil de me præſumo, nihil à me habere puto: & ideo Dominus ſolicitus eſt mei, id eſt curam habet de me. Qui enim curam habuit de te cum non eſſes ut eſſes, non ne curam habebit de te, cum iam ſis quod uoluit ut eſſes? habebit utiq;. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur.

Adiutor meus.] Conuertit ſe iſte humiliatus ad Dominum familiariter. Quaſi dicat: Verè dicunt curam habes de me, quia tu Deus omnium per naturã es adiutor meus in bono perficiendo, & protector meus in malo deuitando: & ideo ne tardaueris, id eſt ne differas promiſſam beatitudinem & hæreditatẽ. Poſſunt & aliter hi duo uerſus legi, ſcilicet ut caput hoc dicat in perſona ſui. Iuxta quod ſic dicatur: Dico optando, ut dicant magnificetur Dominus, & ut ſe humilient. Vt autem hoc faciant, dedi eis me exemplum. Quia ego cum eſſem diues apud patrem, ſum mendicus & pauper, id eſt in habitu mendici & pauperis ad humilitatis exemplum me ipſum exhibui. Et quia ego me humiliaui, ideo Dominus pater ſolicitus eſt mei: quia diuitijs ſuis paupertatem meam reſtituet, dãdo mihi immortalitatem & impaſsibilitatem. Et uerè tu Domine ſolicitus es mei, quia tu Deus meus, & meorum per gratiam es adiutor meus in perficiendo obedientiam, & perfector meus abſentientis inimicorum nomen meum delere uolentium. Et ideo Domine ne tardaueris, id eſt ne differas me in cõmunem reſurrectionem.

IN PSALMVM XL. ARGVMENTVM.

INfirmitas & curatio prædicitur Ezechiæ, & quòd occaſione languoris latẽtes inimici detecti ſunt inſultando, quodq; ipſa ægrotatio in deuotionem eius profecerit. Item uox Chriſti de paſsione ſua & de Iuda traditore. Legendus ad Eſaiã. Aliter quilibet Chriſtianus cõtra immundum ſpiritum & hominem fecis ſuæ: id eſt, carnem profatur.

IN FINEM PSALMVS ipſi Dauid.

EXPLANATIO.

VErba iſta frequenti uſu nobis iam debent eſſe notiſsima, ſed ut breuiter dicta tangamus, omnia diriguntur ad Dominum Chriſtum. Magnificat autẽ hunc Pſalmũ, quod in quadragenario numero noſcitur collocatus, qui calculus emundationi & purificationi frequẽter aptatur. Primo ingreſſu propheta loquitur, beatum prædicans eleemoſynæ largitorem, multiplici eum benedictione cõcelebrans. Secundo glorioſam Dominus ſuam memorat paſsionem. Tertio ad confirmandam ſpem fidelium, ſuam nihilominus reſurrectionem prædicit.

COMMENTARIVS.

B*Eatus qui intelligit.*] Titulus idem eſt in hoc Pſalmo qui præceſsit in proximo, ſcilicet in finem Pſalmus Dauid. Intentio perſona loquentis, & materia quoq; hic eadem eſt, quæ & ſuperius Et continuatur taliter iuxta proximam dictam ſentẽtiam ſuperiori Pſalmo. Quaſi dicat: Ego quidem mendicus ſum & pauper, aliud tamen præter formam mendici & pauperis in me intelligendum: quoniam qui intelligit ſuper me egenum & pauperem, beatus eſt. Poteſt quoq; ſingularis intẽtio dari in hoc Pſalmo, hæc ſcilicet: Vox capitis eſt in hoc Pſalmo exhortantis nos, ut ſicut uerum hominẽ eum intelligimus, ita etiam uerum Deum eſſe intelligamus. Et hoc ideo, quia hic intellectus eſt gratia illa qua iuſtificamur, & fides uera per quam omnis æternaliter iuſtus. Iuxta quod ſuperiori non continuabitur. Sed eſt quaſi dicat: Ego quidẽ à Patriarchis promiſſus, à prophetis prædictus aſſum in forma paupertatis & humilitatis. Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me. & hoc eſt quod dicit: Ille qui intelligit in me nõ tantum egenum & pauperem, ſed ſuper egenum, id eſt pluſquam egenum & pauperem, uerè beatus eſt, uerè auctus in gratia iuſtificante, & fide uiuificante. Super autem egenum & pauperem intelligit Chriſtum, qui intelligit eum apud homines pauperem, apud patrem diuitem: in terra inopem, in cælo potentem. Et dum nobis oſtendebatur infirmitas, intus latet diuinitas. Eius namque paupertas, noſtra fuit plenitudo: & eius infirmitas, noſtra fuit fortitudo. Quia ut panem angelorum mãducaret homo, rex angelorum factus eſt homo. Qualiter autem beatus ſit taliter Intelligens, exponit dicens: Dominus liberabit eum ab omnibus tribulationibus in die mala: id eſt in die examinationis & tribulationis, quæ mala pluribus erit: quia in ea quæ nunc occulta ſunt, manifeſtabuntur: iuxta illud, Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam.

Dominus conſeruet eum.] Videtur hæc optatio, ſed futuri eſt certa promiſsio. Et exponit qualiter dicit q; Dominus eum liberabit, quia conſeruabit eum. id eſt ſicut iam ſeruauit eum per interiorem reſurrectionẽ: ita tunc ſeruabit in corpore per exteriorem reſurrectionem. Et ita fiet ſcilicet, quòd Dominus conſeruet eum, & ita dico conſeruet, ut qui iam uiuificauit eum in anima per fidem. Iuſtus enim ex fide uiuit, uiuificet eũ tunc in corpore per immortalitatẽ & incorruptionem. Et ne ille putaret ſe hic neglectum, quia tantum dixit, quòd in futuro eum liberabit, ſubdit & nunc interim faciat eum beatum in terra, in qua omnis eſt miſeria, & ideo difficile eſt fieri in ea beatum. Et ita dico ut faciat eum in terra beatum, ut quamuis terram, id eſt carnem tradat in manus inimicorum, non tamen tradat eum in animam, id eſt in uoluntatem & conformationem eorum. Et ut non tradatur in animam inimicorum.

Dominus ferat illi opem ut ſit ſuper lectum doloris eius.] Id eſt faciat eum dominum lecti ſui. Lectus doloris, eſt infirmitas carnis, cui dum anima conſentit, & contẽperat concupiſcentias eius, portatur ab ipſa carne: cũ uero anima ei præualet & dominatur, tunc lectus, id eſt caro quę prius animam portabat, ab ipſa portatur. Quod in paralytico illo deſignatum eſt, cui ſubmiſſo per tegulas in domum Dominus dixit: Surge tolle grabbatum tuum, & ambula in domum tuã. Ideo autem infirmitas carnis lectus doloris dicitur, quia omnis infirma anima, ſcilicet quæ adhuc perfectionis ſummam non attigit, aliquod terrenum eligit, in quo ſibi acquieſcat, & quadã pauſatione recumbat: quia intentionem laboris & mentis extentæ in Deum, difficile poteſt perpetuo tolerare, quare ſibi eligit aliqd in quo quieſcat. Verbi gratia, ut ſunt innocantes de-

lactationes bonorum uirorũ, ſcilicet hortus bene cultus & pomarium & cætera talia. Sed quia Deus noluit nos amare ſola æterna & ſuperna, intermiſcet etiam his innocentibus delectationibus amaritudinem, ſcilicet ut ſæpè anguſtiemur, & tribulationes & tẽtationes patimur, & hoc ideo ut per amaritudinẽ inferiorum erigamur ad amorem ſuperiorũ. Quod innuit cũ ſubdit: Vniuerſum ſtratũ eius. quaſi dicat: Ideo dico lectũ doloris, quia ſtratũ eius in infirmitate eius, id eſt illud quod ipſe eius in infirmitate carnis elegit, ut ſibi eſſet ſtratũ, id eſt requies & delectatio: illud in quẽ uerſaſti uniuerſum, id eſt totum per admixtam amaritudinẽ conturbaſti. Quia uero hæ eędem amaritudines immittuntur nobis non iniuſtè, ſed malo merito noſtro à Domino, quod quiſq; debet attendere, ſubdit:

Ego dixi Domine.] Quaſi dicat: Verè Domine uerſaſti uniuerſum ſtratum eius, quia ego attendens illud, & ſciẽs iuſtè eſſe factum, ut alios idem intelligere faciã, dixi tu mais. Nõ enim ipſi dixerunt, ſed ego dixi, quia cauſa fui ut dicerent, Domine miſerere mei, id eſt ure, ſeca, flagella omnibus modis, ſtratũ uerſa: solummodo animã meam malè merentem ſana, quod neceſſe eſt, quia infirmata eſt. Nam non fatum, non fortuna, non ſtella, nõ aliquod aliud: ſed ego ipſe peccaui tibi, ſcilicet q ſolus maderi, ſol⁹ peccata dimittere potes.

Inimici mei.] Ego quidem hoc meos dicere & intelligere faci. Inimici autem mei hoc non intellexerunt, qui dixerũt mala mihi, & cętera. Poteſt & aliter uniuerſum ſtratum eius uerſaſti, & quæ ſequuntur exponi, ut ſic dicatur: Ideo dico lectum doloris, quia in infirmitate eius, id eſt inconſtantia & impatiẽtie primi hominis quæ fuit eius, quia ad ipſum deſcendit, uerſaſti uniuerſum ſtratum eius, id eſt comparabilem feciſti eum infirmo uniuerſum ſtratum ſuum uerſanti, id eſt contorbenti: quia ſicut ille contorquẽdo ſe huc & illuc propter dolorem tantum illud in quo quieſcere deberet, conturbat: eodem modo quicquid in iſto debuit eſſe firmum, ex infirmitate, id eſt incõſtantia illa eſt conturbatum. pro qua infirmitate reſtauranda, ego ſolus inter homines ad hoc idoneus, ſolus erga miſeros tãtæ affectionis dixi transferendo in me miſeriem eorum, ut tu eã deleres. Domine miſerere mei, & transferendo in me infirmitatem & peccata eorũ, ut eos ſanares, dixi: Domine ſana animã meam, quia peccaui tibi. Non tamen ipſe in aliquo peccauit, qui ſolus ſine peccato extitit, ſed pœnam ac ſi ipſe peccaſſet pro peccatis noſtris pertulit.

Inimici mei.] Ego quidam pro reſtauranda humana infirmitate ueni, inimici autem mei non hoc intellexerunt, nec ut medicum me ſuſceperunt: ſed dixerunt uel ſtatuerunt & pro tuleruut mala mihi quidem pro ſua reputatione, cum potius eis eſſet in re, hæc ſcilicet mala dicentes, Quando morietur, & quando peribit nomen eius, id eſt quando poterimus efficere ut iſte moriatur, qui per omnia nobis aduerſatur. Et ut nomen eius potius pereat, id eſt euacuetur de terra, quã nos perdamus locum & gẽtẽ. Si enim (quaſi dicat) dimittimus eum ſic, uenient Romani, & tollent locum eius & gentem.

Et ſi ingrediebatur.] Meritò uoco eos inimicos, quoniam illi etiam qui ſimulabant ſe amicos, maximi erant inimici. Nam & ſi aliquis eorum ingrediebatur, id eſt familiariter mecum eſſe uolebat, ſimulando ſe amicum, qui maximè pertinet ad Iudam & ad alios etiam qui dixerunt: Magiſter ſcimus quoniam à Deo ueniſti & ad conſimiles. Ingrediebatur dico ut uideret, id eſt libertatem noſtram exploraret, ſcilicet non ut haberet quod crederet, ſed ut inueniret aliquid mali quod proderet. de quibus Apoſtolus: Quidem falſi fratres ſubintroierunt ut explorarent libertatem noſtram. Illo inquam ingrediente, cum non uideret niſi uera, cor tamen eius non loquebatur niſi uane, quia peruertebat omnia. Et ideo cõgregauit, id eſt theſaurizauit iniquitatem ſibi, iuxta illud: ipſi enim homicidæ theſaurizauerunt ſibi mala & cætera.

Egrediebatur.] Ingrediebatur quidem, & loquebatur uana, & deinde egrediebatur foras, id eſt qui prius ſimulauerat ſe amicum, manifeſtè oſtẽdebat ſe inimicum. Et egrediendo loquebatur, tendens in idipſum, id eſt in uanitatem ſicut prius.

Aduerſum me ſuſurrabant.] Quaſi dicat: Quia & ſimulati amici, & manifeſti inimici, ideo omnes inimici & ſuſurrabant latenter inter ſe male aduerſum me, & cogitabant quiſq; apud ſe mala aduerſum me pro eorũ opinione. Quod tamen erat mihi, id eſt ad meam gloriam in re: & etiam manifeſtè cum alijs tractabant illa eadem mala, quia conſtituerunt, id eſt communiter ſtatuerunt aduerſum me uerbum iniquum. Verbum iniquũ fuit, quando medicũ interficere uoluerunt dicentes: Crucifige, crucifige eum. Sed quæ cura? nulla ſcilicet, quia ego reſurgem quam facile quilibet dormiens reſurgit à ſomno. De quo cõſtat quod uerè reſurgit, ſi ſanus ſit. Nunquid enim omnis qui dormit, non adijciant ut reſurgat? Vtiq; facit.

Et enim homo pacis meæ.] Verè conſtituerunt uerbum iniquum contra me, quia etiam homo pacis meæ, Iudas ſcilicet unus de duodecim, in quo ego ſemper pacem habui. Cui etiam cũ me traderet, oſculum non negaui, in quo etiam ſperaui. Quomodo autem qui cor eius nouit, in eo ſperauit? hoc modo, quia Iudas cum cęteris Apoſtolis ad prædicandum regnum Dei miſſus fuit: & ideo multi ab eo inſtructi, in ipſo ſperauerunt, in quibus ſperantibus ſicut & in eſuriẽtibus eſt, fuit Dominus. Et qui edebat panes meos, uel hiſtorialiter uel etiam ſpiritualiter: quia non ſolum carnalia inſtituta, ſed etiam ſpiritualia quæ ab ipſo perceperat, edebat. Iſte inquam homo, de quo minus uideretur, magnificauit ſupplantationem, id eſt ampliauit ſubuerſionem ſuper me, quia alios ad hoc incitauit.

Tu autẽ Domine.] Illi quidem cõſtituerunt iniquum uerbum cõtra me, tu autem Domine miſerere mei & meorum: & ita dico miſerere, reſuſcita me ſcilicet in exteriori & meos. nunc interiori reſuſcita, ut tandem reſuſcites eos etiam in interiori, & ſic retribuam ego eis. id eſt inimicis malum, quod conſtituerunt contra me, retribuent & mei. Ipſe enim Chriſtus in hoc eis retribuit, quia permiſsione eius locum & gentẽ amiſerunt. Et ipſo uolente Eccleſia ibi plantata eſt, unde eradicata eſt ſynagoga. Sui uero in hoc eis retribuerunt, quia fecerunt quoſdam ex illis conuerſos ſubeſſe, qui prius uolebant præeſſe.

In hi cognoui.] Verè miſereberis mei & meorũ, quia inimicus meus qui gauiſus eſt ſuper me defuncto, nõ gaudebit ſuper me non reſuſcitato. Quod ego prçuidens cognoui in hoc, quoniam uoluiſti me, id eſt gratum fuit tibi ſacrificium meum & obedientia mea.

Me autem.] Inimicos quidem propter iniquitatem ſuam repuliſti, & ideo non gaudebunt. Ego autẽ gaudebo, quia ſuſcepiſti me in gratiam tuam propter innocentiam meam, quæ quidem innocentia eſt integritas uitę ſine peccato. Redditio ſine debito, flagellum ſine merito. Suſcepiſti me inquam, & ideo & ſi ad horam ut uidebatur, propter flagella me infirmabas coram hominibus, confirmaſti me tamen in æternum, id eſt, æternaliter poſitum in conſpectu tuo, id eſt factum immortalem & impaſsibilem iam diſpoſitione tua. Chriſtus enim reſurgens à mortuis iam non moritur, & reliqua. Vnde ſcilicet, quia ſuſcepiſti me & confirmaſti me.

Benedictus.] Id eſt augmentatus & exaltatus ſit Dominus, qui cum ſit Deus omnium per naturã, Deus Iſrael, id eſt poſterioris populi, cui maior ſeruit per gratiam: Benedictus ſit in quã benedictione incipiente à præſenti ſeculo, & continuata uſq; in futurũ ſeculum. Fiat benedictio in illis omnibus, & fiat ei benedictio in iſtis omnibus.

IN PSALMVM XLI. ARGVMENTVM.

POpulus in Babylone captiuus patriæ memor orat. Aliter ante baptiſmũ uox Chriſti ad eos, qui fidem ſunt conſecuturi. Lege ad Eſaiam.

IN FINEM INTELLEctus filijs Chorę.

EXPLANATIO.

Filij Choræ ſicut & Eeman, Ethan, Aſaph & Idithun nõ Pſalmographi, ſed cantores fuere, à David quidem ad Pſalmodiã electi, ſed ob ſignificantiam nominum titulis congruenter ad fixi. Chore dicitur caluaria, in cuius nominis loco Dominus eſt crucifixus. Et ideo filij Choræ meritò dicuntur, qui paſsionis illius uexilla tota deuotione famulantur. Pſalmusq; hic omni conuenit Chriſtiano, qui flamma Dominicæ charitatis accingitur. meminiſſe enim debemus, quod beatus Hieronymus ait: Omne Pſalterium ſagaci mente perluſtrans, nũquam inuenio quòd filij Choræ aliquid triſte cãtauerint. ſemper enim in Pſalmis eorũ læta ſunt & iocunda ſecularibus, quæ cõtemptis cœleſtia & æterna deſiderant, congruentes interpretationi nominis ſui. Filius Choræ, quem diximus crucis honore ſignatum. Prima profeſsione Pſalmi huius omne deſideriũ mẽtis ſuæ ad Dominũ dicit eſſe translatum. In ſecunda loquitur animæ ſuæ, dicens eam in hoc ſeculo non debere turbari, quia Deus eſt ipſius fixa deliberatione ſuffugium.

COMMENTARIVS.

Q*Vemadmodum deſiderat ceruus.*] Titulus eſt talis, In finem in intellectum filijs Choræ Pſalmus. Chore fuit unus de cantoribus, quos Dauid in reducenda arca Domini elegit. Qui plures filios habuit, ſed de illis hic nõ agitur. Non enim hoc nomen Chorę ad hiſtoriam, ſed ad myſterium ponitur. Inquiramus ergo myſterium. Magni enim ſacramenti res eſt, q. Chriſtiani, id eſt filij Chriſti, filij Chorę dicũtur. Chore nanq; interpretatur caluus uel caluaria. Et Chriſtus dicitur Chore, id eſt caluus, uel quia ſola perfectio ſine ſuperfluitate in eo fuit. Nihil enim min⁹ quã capilli ablati uidentur ad perfectionẽ obeſſe in humano corpore: ſimiliter homo in abundantia uirtutum poſitus perfectus fuit. Vitia autem ſuperflua ſunt, quia ſuper perfectionem addita ſunt. Qua ſuperfluitate uitiorum Chriſtus caruit, & ideo merito caluus dicitur. Vel ideo etiam caluus dicitur, quia per caluum Heliſeum præſignatus fuit, cui aſcẽdenti in montẽ pueri inſultantes dixerunt: Aſcende calue, aſcende calue. Quibus ipſe conuerſus maledixit, & ſtatim duo urſi de ſylua egreſsi quadraginta duos ex ipſis cõſumpſerunt. Similiter pueri, id eſt ſtulti Iudæi Chriſto aſcendente in montẽ, id eſt in crucẽ, pluribus modis inſultauerũt dicẽtes: Aue rex Iudæorũ, & cætera talia. pro quo peccato quadraginta annis tranſactis, per totidem pueros cõſumptos prius deſignatis duo urſi ſcilicet Titus & Veſpaſianus de ſylua, id eſt de gentilitate quæ inculta erat ſicut ſylua, quia uomerem doctrinæ Apoſtolicæ nondum ſenſerat. Illi inquã egreſsi conſumpſerunt eos. Ideo quoq; Chriſt⁹ dicitur caluus, quia in loco Caluariæ eſt crucifixus. Filij itaq; paſsionis eius redempti per ſanguinẽ ipſius, & portatores in fronte, quod inimici fixerunt in loco Caluariæ, rectè dicuntur filij Choræ. his autẽ filijs cantetur iſte Pſalmus in intellectum. Excitemus ergo intellectum, & ſi nobis cantatur, & ſi filij Choræ eſſe uolumus, intelligamus quod intellecturi ſumus. In quẽ autem intellectum iſte Pſalmus cantetur audeo dicere. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Simul ergo amemus, ſimul in hac ſiti inardeſcamus, ſimul ad fontem intelligẽdi curramus. Deſideremus uelut ceruus fontem illum, de quo hæc ſcriptura alibi dicit: Quoniam apud te eſt fons uitæ. Ipſe enim & fons & lumen, & intellectus eſt. Fons eſt, quia ſitientes potat: lumen, quia cęcos illuminat: intellectus uero, quia animã ſciẽdi auidam illuſtrat. Et omnis qui intelligit, non exteriori, ſed interiori lumine illuſtrat. Curre ergo ad fontem, deſidera aquam fontis, nõ utcunque, ſed ut ceruus. impiger curre, impiger deſidera. In ceruo enim uelocitatis eſt inſigne. Aliud quoq; diuina ſcriptura notat in ceruo. Ceruus ſerpentẽ cõſumit, & poſt perẽptionẽ ſerpẽtis maiori ſiti inardeſcit, & acrius ad fontem currit. Serpentes ſunt uitia. Cõſume ergo ſerpentes iniquitatis, & magis deſiderabis fontem ueritatis. Eſt etiam aliud quod & de ceruis dicitur, & in ceruis uidetur. Quoniã enim longinquas regiones petunt, aut per mare nando, aut in agmine eundo, alter onus capitis ſuperponit clunib. alterius, ſicq; ſe inuicem portant, nec ſe deſerunt, ſed propoſitum iter peragunt. Hos tales ceruos alloquitur Apoſtolus dicẽs: Alter alterius onera portate. Hi enim cerui in fide cõſtituti nondum uidentes quod crediderunt, cupientes intelligere quod diligunt, deſiderãt ad fontẽ aquarum non cauſa lauandi, ſed cauſa reficiendi. Horũ ceruorum, immò cerui ceruorum, id eſt Chriſti uox eſt, in hoc Pſalmo, exhortantis nos ſuo exemplo, ut in hac mortalitate, in hac paſsibilitate & corruptione conſtituti omni intẽtione deſideremus, ingemiſcamus. Suſpiremus pertingere ad illum fontem, ubi hoc mortale induat immortalitatẽ, & corruptibile incorruptionem. Titulus autem ſic exponitur: Pſalmus iſte refertur ad finẽ, id eſt ad Chriſtũ, cuius uox eſt cãtatus filijs Chore, id eſt imitatori ſcilicet paſsionis ipſius Chriſti in intellectũ, id eſt ut intelligerent quod eſt intelligendum, quanto ſcilicet deſiderio & quanto ardore ad fontem intelligendi currendum ſit. Nunc ad literam accedamus. Vox eſt capitis ut diximus, ad noſtram exhortationẽ ſic apud patrem agentis: O Deus anima mea, id eſt uilitas humanitatis meę deſiderat ad te uenire fontẽ uitæ & intellectus. Ita quẽadmodum, id eſt quanto ardore & quãta uelocitate ceruus per conſumptionẽ ſerpentũ deſiderat uenire ad fontes, non ſimpliciter: quia ſunt fontes quidam deficiẽtes, ſed ad fontes aquarum ubi plenariam refectionẽ habere poſsit, ſicut & ego habebo apud te. Voluit quiddam magnum dicere, ſed nõ habuit uerba quibus per ſe poſſet edicere, & ideo ad hanc ſimilitudinẽ de ceruo contulit ſe. Et notantur duo hic in ceruo, deſiderium uidelicet & uelocitas. Quo modo autẽ deſiderat iſte uenire ad Deum patrem, à quo nunquã diſcedere potuit? Deus enim erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians. Sed hoc dicit ſecundũ nos. Quamdiu enim in hac noſtra infirmitate fuit, uidebatur remotus à deo: poſtquam uero immortalitatem, incorruptionem indutus eſt, tunc primum ad Deum pertinere uiſus eſt.

Sitiuit anima mea.] Repetit idẽ quod dixit grauioribus uerbis. quaſi dicat: Ideo dico Domine animam meam ad te deſiderare, quia anima mea ſitiuit, id eſt ſiti magni deſiderij exarſit ad te pertingere, ad te Deũ uidendum & intelligendum: te dico fontem, quia deuiciſti mortem noſtram, & à quo mihi & meis eſt omnis fortitudo noſtra: & uiuum, quia à te eſt uita mihi & meis. Sicut enim ego uiuo propter patrem, ita omnis qui manducat me, uiuit propter me. Quare autem ſitiuit. Ideo ſcilicet, ut ueniam & appareã ante faciem tuam, qui es Deus & ex nimia affectione dicit: Et quãdo ueniam & apparebo ante faciem tuam.

Digitized by Google

Conſtituto ſcilicet tempore ueniã, quia perfecta obedientia conſcendam æternaliter, ſeſſurus ad dextram tuã. Non enim eſt hic uox dubirantis, ſed deſidarãtis. Quod autẽ dicit, Veniã & apparebo: itẽ ex noſtra infirmitate dicit. Dominus enim immortalis aſt & impaſsibilis. Quapropter illud ſolum dignè dicitur ante ipſum uenire, quod immortale & impaſsibila eſt.

Fuerunt mihi lachrymæ meæ.] Quaſi dicat: Verè ueniã & apparebo ante faciem Dei, quia pro deſiderio ueniendi illod, lacbrymæ maæ, id eſt humanæ miſeriæ, pro quib. quia expectato ſuo coorigarunt, ſamper hominib. flẽdũ aſt. Mææ, id aſt quas ego miſericordia affectione in ma ſuſcapi, ut per meã miſeriam, imò per maã miſericordiam deſtruatur eorum miſeria. Ille inquam lachrymę fuerunt mihi panes, id eſt refectioni, non defectioni: & fuerunt mibi dalectabilas, non lachrymabiles & iocunditari, nõ amaritudini dia ac nocte, id eſt aſaiduè, dum tamen magnã in aia amaritudinem parior: quia dicitur mihi quotidie, id aſt aſsiduè ad contemptum, Vbi aſt Deua tuus? Quare dicit, Dereliquit te Deua, quem familiarem tibi facis, qoia nullum conferr tibi conſilium uel auxilium.

Hæc recordatus ſum.] Ipſi quidem taliter ma daſpexarunt, ego autem nõ oblitus, ſad recordatua ſum, id eſt firmitar in memoria haboi hæc, ſcilicet nõ aſſa eb illis, ſad aſſa fixũ & conſtitutũ apud te, ma naſci ut talia pareter: & ideo prius fudi animã maam in me, id eſt humiliaui, & attenuaui animã meam ma ipſum conſideando, ſcilicet attendendo quid ego creatura deberẽ creatori, maior minori, ſeruus Domino. Er deinde effudi, id eſt animã meam extra me extendi, altiora conſiderando, attendendo ſcilicer gloriam futuram mihi ex perfecta obedientia. Er meritò non ſolum fudi, ſed effudi, quia uerè perueniã ad magnam gloriam. nam tranſibo uſq; ad domum Dei, uel ſupercœleſtem, in qua immortalitate & impaſaibilitate coronabor. uel uſq; ad Eccleſiam, quæ domua Dei dicitur, conſtituẽdam. Sicut enim ax latere Adam dormientia nata eſt Eua, ita ex latere Chriſti in cruce dormientis exierunt ſacramenta ſanguis ſcilicet & aqoa, ex quib. conſtituta eſt Eccleſia. Ego dico prius exiſtena in loco uel uaniens in locũ tabernaculi. id eſt in obſeruationẽ legalium inſtirurorum. prius enim legalia perſoluit, quia & circumciſua eſt, & in templo rapreſentatus, & purificarus ſecundum legem. Quoniã non legem ſoluera uenerat, ſed adimplere, deinde ſpiritualia contulit. Dicuntur autẽ legalia inſtitura tabernaculum, quia ſicut tabernacula non manſoria, ſed ad tempus tantũ poſita fuerunt. Eccleſiaſtica uero inſtituta domua dicũtur, quia domus mãſoria habitatio eſt: & ipſa qooque ſunt manenia tabernaculi dico admirabilis, non ſecũdũ ſe, ſed propter illa quę per illud ſignificabãtur.

In uoce exultationis & confeſsionis.] Dico tranſibo, hoc autẽ non erit ex triſtitia uel eoactiona: quia nemo tollit à me animã meam, ſed ego pono eam. Er quia potaſtatẽ habeo ponendi animã meam, non ex triſtiria uel eoactione pono eã, ſed ex hilaritate erit, & uolũtara: quia hic tranſitua fiet in uoca exultationis & confeſsionis, id eſt exultatiuæ cõfeſsionis & laudarionia tãtæ, quantæ exultationia & laudarionis eſt, ſonus epolannum. Solent enim apud quoſdam apulantes exultatioa proferre, & hoſpitem laudare.

Quare triſtis es anima mea.] Quaſi dicat: Quandoquidem ad tantam gloriam uentura ea anima mea, quòd per te domus Dei conſtituetur: quare ergo es triſtis, ut uideris, & quare conturbas me. Ac ſi dicat: Ad magnam utilitatẽ meorum hoc fit. Verè enim triſtis fuit, quia dicit in Euangelio: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. & nihil in eo fictum fuit, ſad tamen illam triſtitiam non ex ſe, id eſt non timore mortis habuit, ſed infirmitatẽ membrorum in ſe transformar. De quib. dictum eſt: Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma. Vt eos cõſolaretur & exhortaretur ne deſparatent, etiamſi timidi ad mortem accederent.

Spera in Deo.] Noli quidem cõtriſtari, noli turbari, ſad ſpera in Domino. Spera ſcilicet effectũ dari illud, propter q, ta uoluit à uerbo ſuo aſſumi. Vnde alibi dicitur: Vt cognoſcant ta Deum uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. & item, Vt teſtimonium perhibeant ueritati. Hæc enim ſunt propter quæ uenit. Quod ęquipollenter innuit, cũ dicit: Ideo debes ſparare in Dño, quoniã & ſi modo nõ confiteor adhuc, tamen futurum eſt, quod ego confitabor illi, id eſt latẽ confeſsionẽ faciam ei in meis, attendentib. & ipſum uerum Deum, & ma ab eo miſſum, & dicentib. ita: Salutare, id aſt ſaluator Chriſtua, ſcilicet eſt uultus mei, id aſt homo aſt, ut ago. Vnda alter propheta dicit: Spiritua narium noſtrarum Dñs. per partem enim totũ ſignificat. & item, Spiritus eſt ante faciem noſtrã. Verbum enim q, erat ſpiritus, id eſt inuiſibile per aſſumptam humanitatem, nobis apparuit. Salutare inquã aſt uultus mai, & tamen eſt Deus meua. Ex eo enim q, homo incarnatus, ſaluator eſt: ex eo uaro quòd uerbum, Daus creator eſt.

Ad me ipſum anima mea.] Dico triſtis & conturbata eſt anima mea. Quod autẽ cõturbata eſt, ad me ipſum referendum eſt. Q. d. Nemo putet hanc conturbationẽ mihi cõmunẽ eſſe cum cæteris, timore ſcilicet mortis, q, ego cõturbor: quia hęc cõturbatio ad me ipſum referenda eſt; quia nõ ex coactione uel necaſsitate naturæ eſt, ſed ex propria uolũtate. Habet alia trãslatio, In meipſo. Quod ſic intelligẽdũ eſt: Hæc cõturbatio aſt in me ipſo. id eſt, in me, nõ ſecundũ uerbũ, ſed ſecũdũ hoc q, homo ſum. Et eſt hic eadẽ ſolutio quę prius. Et qa tu Dñe hanc cõſtãtiã mihi dediſti ſcilicet q, namo tollit a ma animã meã, ſad ego pono eã, q, ęqpollẽter hic dictum eſt: Propterea has gratiarum actiones tibi referã, q, ero memor tui da terra Iordanis & Hermonijm, à monte modico. Vel ita poteſt continuari: Quo fructu conturbata eſt anima mea? Propterea ſcilicet, ut memoria tui habeatur in utroq; populo, & Iudæorum ſcilicet & gentilium. Quod ſic dicit: Ero memor tui, id eſt faciam eſſe memores tui, & illos de terra Iordanis. q, uel hiſtorialiter in daſignatione poteſt accipi, qui circa Iordanem habitauerunt terrã promiſsionis, uel etiã myſticè. Iordanis enim interpretatur deſcenſus, & illi ſoli de populo illo memores Dei ſunt, qui deſcendunt, id eſt qui ſe humiliant ad gratiã baptiſmi, & mortificationẽ illam quæ ibi deſignatur. iuxta illud: Quotquot enim baptizati ſumus, cõſepulti ſumus cum illo in morte. Et ero memor tui, id eſt faciam eſſe memorea tui illoa de terra Hermonijm. Hermon autẽ interpretatur anathematizatio, quib. quia coluerunt non creatorẽ, ſed creaturã, & etiã opoa creaturæ, ut idola manu facta: opus erat non ſolum humiliationa, ſed etiã ut maximè anathematizarent ſe in priori ſtatu, & diabolo abrenunriatẽt. Memor, ero inquam tui de tarra Hermonijm, ſcilicet memoria procedente à monte modico, id eſt ab illis inter gentilaa qui conuerſi erunt mons per excellentiam uirtutum, & tamen modici, id eſt humilaa erunt.

Abyſſum abyſſus inuocat.] Verè erũt mamorea tui & illi & iſti, quia abyſſua, id eſt profundi intellectores de Iudæia inuocant, id eſt in ſe uocant: quia incorporare & informare ſibi ſatagunt in fide abyſſum, id eſt profundos intellectores de gentibua. Et hoc in uoce, id eſt in manifeſtatione & expoſitiona cataractarum tuarũ. Vel hoc q, abyſſos abyſſum inuocat, fuit prædictum in uoca cataractarum, id eſt prophetarum. Cataractæ anim propriè ſunt occultæ uiæ, quib. aqua decurrit. Er ideo per cataractaa rectè intelliguntur prophetæ, qui occulti ſuot in ſcripturis ſuis, qui per tegumenta, & inuolucra quædam cœleſtia demonſtrant.

Omnia excelſa tua.] Ideo inuocat abyſſua abyſſum, uel ideo poſsibile eſt hoc fieri: quia ego morte mea mortem meorum deſtruxi. q, ſic ęquipollenter dicit, Omnis excelſa tua, id eſt omnia æterna dãnatio, quã ppter peccata hominib. intuliſti: & fluctus, id eſt pœ-

næ

nę etiam peccati uenientia quidē, ſopet Adā māſerūt, ſuper me autē oenieotia taputatione inimicorum qui me immundum & æternaliter dānatum putauerunt, trāſierunt, id aſt perierūt in motre mea partim quidē iam in re ſcilicet, quantum ad peccata: patrim uero in ſpe, uidalicet quantum ad pœnas peccati. Eternam autē damnationē & peccata ideo dicit excelſa, quia grauia ſunt. Sicut q̃ ab excelſo cadit, grauius lædit. Et ne mali hæc audientes, ſcilicet quòd & peccata tranſierunt, & pœnę peccati promitterēt ſibi ſpem, quicquid mali agerent, ſubdit.

In die mandauit Dominus.] Quaſi dicat: Dico quia tranſierunt. Quib. autem uel qua cōpenſatione tranſierūt, hac ſcilicet, ſi attēdunt miſericotdiā Dn̄i in die eſſe, & canticum eius io nocte, q̃ ipſe Dn̄s mandauit per me. Vel ita ſimpliciter cōtiouari poteſt: Trāſierunt quidē excelſa & fluctus, & ut tranſirent, mandauit Dn̄s pater per me, id eſt huius rei legatiōe fungor apud homines, & hoc innotuit Dn̄s per me, ſcilicet miſericotdiā ſuam eſſe in die, id eſt hoc quod aliquis eſt in die ſiue in profectu uirtutum, ſiue in boius uitæ proſperitate, nō eſſe ex ſuo metito, ſed ex eius ſola miſericordia: & ideo nō eſſe de ſe præſumēdū, ſed ei ſoli humiliandō. Et hoc etiā innotuit pet me, ſcilicet canticum eius cātādū aſſe in nocte. id eſt in aduarſitate. Ille cāticū Dn̄i cātat in nocte, q nō deficit, ſed gloriať in tribolatione.

Apud me oratio.] Q. d. Quia cantandum eſt Dn̄o canticum in nocte, ideo canticum eſt apud me, non recedens ſcilicet à me cātatū Deo patri auctori uitæ meę, ſcilicat qui me facit adeò in charitate ꝓficere, ut etiā pro inimicis orem, & ſic uerè uiuere. Sicut enim odio habare inimicum, mors eſt. Quia quiſquis odit fratrē ſuum, homicida eſt, id eſt ſe ipſum interficit: ita quoq; diligere inimicum, & pro ipſo orare, uita eſt. Et quid illud canticum ſit dicit, ſcilicet oratio facta à me pro inimicis futuris meis, cum dixi: Pater ignoſce illis. Et uerè oratio eſt apud me, quia dico Deo orando pro meis: Dn̄e tu es ſuſceptor, non dico meorū, ſed pro nimia affectione erga meos, dicam meus. quod eſt dicere: Domine tuum eſt ſuſcipere meos, & ideo ſuſcipiat miſericotdia & ueritas tua meos.

Quare oblitus es.] Quādoquidē ſuſceptor meorū es, quare ergo oblitus es (ut uidetur) ꝓpter tribulationē quam patiuntur, non dico meorum, ſed præ nimia affectione mei. Et quare incedo contriſtatus in meis, dum affligit me meus inimicus, proptar peccatum ſcilicet. Iuxta illud Eſaiæ in perſona Domini: Omnē flatum, id eſt oēm animā ego ſeci, propter peccatum autē modicum quid contriſtaui eum, non penitus damnaui. Etiā cōtriſtatus eſt, & triſtis abijt in uijs ſuis. q̃ aūt dicit, Dū affligit me inimicus: ſic intellige, Inimicus affligit, & ſæpè miſer homo deficit, quia deuocať. Aut ſi non deficit, inſiſtentib. tamen tribulationib. & perſecutionib. opprimentib. & tentationib. timet ꝓpter peccatum ſemper periculum. timet lapſum, ſcilicet ut qui ſtat, uideat ne cadat. Quare contriſtatus.

Dum confringuntur oſſa.] Ideo meritò contriſtatus ſum in meis, quia inimici mei, id eſt meorum non qui inſidiantur, ſed qui tribulant me, id eſt meos exitius exprobrauerunt, id eſt multa opprobria intulerūt mihi in meis. Et hoc ideo, dum pro quia confringuntur oſſa mea, id eſt illi qui firmiores & fortiores ſunt inter meos in tribulatione. Quidā per peccatum, ut Petrus, qui ad uocē ancillæ negauit: quidā uero & ſi per peccatum non confringuntur, tamen uidentur confringi propter tribulationem quam patiuntur.

Dum dicunt mihi per ſingulos.] Verè exprobratur mihi. nam hoc modo, dum pro quia dicūt mihi, id eſt meis ad contemptum per ſingulos dies, id eſt aſsiduè, Vbi eſt Deus ueſter, id eſt q̃ conſilium uel auxilium Deus ueſter, quē ſemper iactatis, uobis confert? nullū utiq;. Quare triſtis es anima mea. Ecce redit ad ſuperi⁹. q d. Quandoquidē ò anima mea, tanta per te futura ſunt, ſcilicet quod & Iudęi & gentiles memores erunt Domini, & q̃ alij alios ad bonum ſint corporaliter, & cęteræ quæ prędicta ſunt. Quare ergo triſtis es anima, & quare cōturbas me. Propter utilitatem ſcilicet meorum, ut ſupra dictum eſt. Noli inquā cōtriſtari, noli cōturbari, ſed ſpera in Deo tantum, nihil tibi aſcribēdo, nihil de te præſumendo, quoniā adhuc confitebor illi & cætera. Quod dicit ad exhortationē ſuorum, quaſi dicat: Vos mei imitando me ſperate in Dn̄o, id eſt de uobis nihil uelitis præſumere, quia nihil in uobis uel de uobis eſt: ſed uelitis in Deo ſperare, quod uerè debetis. Quoniam adhuc futurum eſt, ut cōfiteamini & per uos & per alios ſibi dicentes: Salutare uultus mei & Deus meus, ut ſuperius expoſitum eſt.

IN PSALMVM XLII.

ARGVMENTVM.

POpulus, ut ſuprà. Aliter ad eos qui fidē ſunt conſecuti à Chriſto. uox Eccleſiæ.

PSALMVS DAVID.

EXPLANATIO.

DAuid indicat Chriſtum, ad quē ex perſona fideliſsimi Chriſtiani Pſalmus iſte dirigitur. Nam ſicut ſuperior ob amorē Domini docet omnia cōtemni: ita & hic ne mundi tribulatio deprimat, in atrijs Domini præmonet eſſe gaudendū. Pſalmus iſte cuiq; fideliū cōgruit, qui in primo capite Dominū deprecatur, ut in aduentu nouiſsimi examinis ab infidelium conſortio liberetur. Secundo introiturū ſe ad Domini altare confidit, ubi beatis ſolum acceſſus eſt: & ideo moleſtijs huius mundi animam ſuā dicit non eſſe turbandā, quia ſuperni iam muneris gloriatur.

COMMENTARIVS.

IVdica me Deus.] Titulus talis eſt, In finē Pſalmus Dauid. Quod ſic exponitur: Hęc uerba nō referuntur ad hiſtoriā, ſed in finē: quia ſunt Pſalmus Dauid in finē, id eſt talib. attribuitur iſte Pſalmus, qui pertinent ad finem, id eſt ad Chriſtum. Semen enim Abrahæ, ſemē ſanctum, poſitum in medio malorum, ſcilicet grana adhuc cōpreſſa à paleis, triticum à zizanijs, uinum à uinaceis. Attēdens quid cōmune adhuc cum malis habeat uiuere, eſurire, ſitire, uigilare, corporum ſanitatē, frugum abūdantiā, & ſimilia, à quibus tandē ſeparandum eſt: erūpit in hāc uocem optans, ſuſpirans, ut citò ab eis ſeparetur localiter, à quib. iā ſeparatū eſt cauſaliter. Deus qui tandē iudicaturus es me, iudica, id eſt ne differas iudicare, ne differas me ſeparare à malis, quib. nunc localiter permixtus eſt. Non enim quaſi dicat timeo iudicium tuum, quia cognoui miſericordiā tuā: quare preſumo dicere, iudica me: & nūc interim ſi nō diſcernis locum, ſaltem diſcerne cauſam meā, de gente non ſancta, id eſt à malis diuerſa. Q. d. Diſtet inter te credentē & non credentem, inter ſperantē & non ſperātē, inter perſeuerantē & deficientē. Eſt enim par infirmitas iſtorum & illorum, ſed diſpar conſcientia. Eſt par labor, ſed impar deſiderium: quia deſiderium impiorum peribit. Deſideriū uero bonorum eſt Chriſtus in ęternū manēs, quia uerè ſicut mortalē mortalib. ita exhibebit ſe immortalem immortalib. Diſcerne nunc inquam cauſam, & tandē erue me etiā localiter ab homine iniquo, id eſt ab omni genere malorum iniquo, id eſt perſuadenti iniqua amare, ſcilicet terrena. Et doloſo, id eſt habendi ſpeciem conſulendi, & uenenū nocendi. Quia autē ad hanc ereptionem opus eſt patientia & perſeuerātia, iuxta illud, Patientia neceſſaria eſt, ut reportemus promiſsionē: ſubdit, Quia tu es Deus fortitudo mea. Q. d. Erue me tādem, dando mihi nūc interiorē patientiā & perſeuerantiā. Et ideo à te peto patientiā & perſeuerātiā, quia tu qui es Deus: & ideo ſolus fortis, es fortitudo mea, nō ego. Ego enim mihi ſum infirmitas, tu ſanitas: ego mihi debilitas, tu es fortitudo.

titudo. Et quãdoquidem es fortitudo mea, quare repuliſti me, ut uideris per tribulationes quas patior? & quare incedo triſtis, dũ affligit me inimicus, id eſt timens inimicũ? Propter peccatum ſcilicet, pro quo modicum me contriſtaſti. Vnde timeo periculum, timeo lapſum, ut ſupra dictum eſt.

Emitte lucem tuam & ueritatem tuam.] Q. d. Ne Dñe repellas, ne triſtis incedã, ne affligar ab inimico: lucem & ueritatẽ tuã, id eſt Chriſtum tuũ, qui uita eſt & lux ſecundum uerbum, quia ab eo omnia illuminantur: & qui ueritas eſt ſecundum hominem, quia homo ille nihil, niſi q, uerè annunciendum fuit, dixit: Et quẽ nuoc abſcondiſti. iuxta illud, Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Illum inquã emitte indilatè ad iudicium, ut me à malis ſeparet, & ſic introibo ad altare Dei. Altare olim fuit in ſecteriori parte templi, ad q, ſolus põtifex ſemel in anno introibat, ut Apoſtolus dicit. Hic autẽ per altare intelligit̃ ſublimitas illa diuinitatis, ad quã tuoc perueniemus, cum Deum ſicut eſt, uidebimus. Ad q, altare Chriſtus põtifex noſter ſolus tã introiuit corporaliter, ſacerdos factus, & aſsiduè interpellãs pro nobis, ut & nos introeamus. Dicitur eũt illa ſublimitas ideo altare, q̃ quiſquis illuc ingreditur, in holocauſtũ aſſumitur: & ibi uitam inuenit, ſi hic cauſam diſcreuit. Et q, ſit hoc altare determinat. Q. d. Introibo ad altare, ſcilicet ad Deum, id eſt ad præſentiam Dei, qui iuuentutem meam, id eſt me renouatum & immutatũ de paſsibilitate ad impaſsibilitatem, de corruptione & morte ad incorruptionem, lætificat pro lætificabit æternaliter. Et quaſi dicat: Hoc preciũ ſperemus, quia iam arram accepimus. Quam arram oſtendit cum dicit: Ipſa me deduxerunt. Quod ſic continuatur: Verè ſi emiſeris lucem tuam & ueritatem tuam, introibo ad altare: quia ipſa lux & ueritas tua iam deduxerut, id eſt de regno tenebrarum in regnũ lucis, me ſemen Abrahæ, corpus ſcilicet iuſtorum deduxerunt, & undiq; de gentibus, ſcilicet & Iudæis adduxerunt in unum quid, ſcilicet in mõtem ſanctum tuum, id eſt in Eccleſiam ſanctam, quę propter uirtutum eminentiã, & fidei conſtantiam mons dicitur. Et quid uocet mõtem determinat, ſcilicet adduxerunt me in tabernacula tua, id eſt in Eccleſiaſtica inſtituta. In quibus ad tẽpus uelut in tabernaculo militare debemus, ut poſt æternaliter lætemur.

Confitebor in cithara.] Dico introibo ad altare Dei, non tamen introibo, niſi prius ei citharizãdo. Et ideo ut introeam, confitebor tibi, id eſt laudabo te in cithara. hoc eſt in tribolatione lætando & bene operando, q, debeo: quia tu es Deus meus. Duo ſunt muſica inſtrumenta, quæ opera noſtra ſignificant, ratione inter ſe differenda, Pſalterium ſcilicet & cithara: quorum alterum ſonum dat de ſuperiori, alterum de inferiori: Pſalterium quippe q, deſuper ſonat, ſignificat illa opera noſtra, quę ſine uexatione & tribulatione facimus, ſicut illa quæ faciunt hi qui in contemplatione ſunt, ſicut eſt laus ſanctorum angelorum aſsiduè dicentiũ, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Deus Sabaoth. Cithara uero quę inde inferiori ſonat, ſignificat bona opera, quę adhuc in actiua uita & tribulatione poſiti, quæ de inferiori noſtro prouenit agimus. ubi ſi patienter perſeuerauerimus, ipſa patiẽtia eſt quaſi dulce melos Deo. Et ideo cauendũ eſt, ne per impatiẽtiam citharam noſtrã frangamus, quia etſi, ne per impatientiã noſtram deficimus, ecce citharã noſtrã frangimus, & à laude diuina ceſſamus. Quare triſtis es anima mea? Quandoquidẽ anima mea ad tãtam dignitatem uentura es, q, introibis ad altare Dei, ut æternaliter lętificaberis. Quare es triſtis, & quare conturbas me? Propter peccatum ſcilicet pro quo times periculũ, times lapſum. Quis autẽ loquitur hic uel cui? Maior ſcilicet inferiori, id eſt ratio ſenſualitati, non anima carni. Triſtitia enim pertinet ad animam, dolor uero ad carnem.

Spera in Deo.] Noli inquam contriſtari, noli conturbari, ſed ſpera in Deo, id eſt nihil de te præſumere, uel quia nihil de te uel in te eſt, ſed uelis ſperare in Deo, per quem es quicquid es. Et ideo dico ſpera in Deo, quoniam & ſi modo non confitear illi, futurũ tamen adhuc eſt quòd plenariè confitebor illi, id eſt laudabo illum, tunc ſcilicet quando ad altare eius introibo. Et uerè cõfitebor illi, quoniã ipſe qui eſt Deus meus, eſt & medicus meus. quod ſic dicit: Ipſe eſt ſalutare, id eſt ſaluator uultus mei. Quia ſi qua praua uoluntas uel affectio in me eſt, illam ipſe ſaluat & purgat. & bene poteſt hoc facere, quia ipſe Deus meus, id eſt quem facio meum ſubiectione & uoluntate. Poteſt & aliter Pſalmus iſte legi, ut ſic titulus dicat: Hęc uerba referũtur in finem, quia ſunt Pſalmus ueri Dauid, id eſt Chriſti. Loquitur enim Chriſtus in hoc Pſalmo, orans Dominum patrem ut ipſum quem non diſcernit in pœna, diſcernat clarificatione reſurrectionis in cauſa. Et quem inimici iudicãt nocentem, ipſe iudicet innocentem. Et exhortatur nos ut ſuo exemplo non timeamus iniuſta hominum iudicia, ſed expectemus iuſtum iudicium Dei, & ut ſublimitatem eius tandem attingamus, & ut ab ipſo innocentes uideamur, nunc interim ei citharizemus. Et dicit ita: Deus pater, inimici iudicant quod iniuſtum eſt, & q, eis placet de me: tu autem iuſto iudicio tuo & ſecundum quod tibi placet, iudica me. Illi enim iudicant me nocentem, tu iudica innocentem. Et ſi non diſcernis pœnam, diſcerne uel cauſam meam de gente non ſancta, id eſt clarifica me reſurrectione. per reſurrectionem enim patuit ipſum iuſtam cauſam habere. Iudica me inquam, & erue me, id eſt meos ab homine iniquo & doloſo, ut ſuperius, ne ab eis ſcilicet deuorentur. Et ideo dico ut iudices me, & eruas me: quia tu Deus es fortitudo mea & meorum. quare ergo repuliſti me, ut uidetur propter tribulationes, quas patior? Et quare triſtis incedo dũ affligit me inimicus? Ad magnã ſcilicet utilitatem meorum. Nam ideo repuliſti, ideo triſtis incedo, ut emittas lucem tuam & ueritatem tuam. Et tu Domine emitte de cauea Iudaici populi, & notifica me gentibus, qui ſum lux tua & ueritas tua. Lux propter uerbum: ueritas, quia nihil præcepi niſi quod præcipiendum fuit, ſcilicet ueritatem. Et ideo dico ut emittas lucem & ueritatem tuam, quia ipſa lux ſcilicet diuinitatis, quæ in me eſt, & ueritas præceptorum per me datorum, deduxerũt (præteritum prophetico more pro futuro) id eſt de ouibus prioris populi ducent me ad oues poſterioris populi, ad gentes ſcilicet, & ſic undiq; adducent me in unum quid conſtituendum, ſcilicet ad conſtituendum montem ſanctum tuum, id eſt Eccleſiam: & adducent me in tabernacula tua, id eſt ad notitiã illorũ perfectorũ, qui militaturi ſunt tibi de utroq; populo.

Et introibo ad altare Dei.] Deducat inquam & adducat. Et hoc ſic fiet, quia ego aſcendam, & ſpiritum ſanctum mittam. quod innuit cum dicit: Introibo ad altare, id eſt aſcendam & ingrediar ad ſublimitatẽ præſentiæ Dei patris, ſcilicet ingrediar ad Deum patrem ſeſſurus ad dextram eius, qui iuuentutem meam, id eſt immunitatem à peccato, quæ eſt in me, lætificabis data immortalitate & incorruptione. poſt quod (quaſi dicat) ſpiritum ſanctum mittam, & ſic deducat & adducat. Sed tamen priuſquam introeam, eſt mihi citharizandum. Et ideo ô Deus confitebor tibi, id eſt laudabo te, quia es Deus meus: in cithara, id eſt in carnis mortificatione. Et uos (ac ſi dicat nobis) ſi uultis introire, citharizate. Quare triſtis es aĩa mea. Quaſi dicat: Quandoquidem tanta gloria mihi futura eſt, quod & deducat & adducat in mõtem ſanctũ, & quod introibo ad altare Dei. Quare ergo triſtis es anima mea, & quare conturbas me. Propter meos ſcilicet, non propter me. Noli itaq; contriſtari, ſed ſpera in Deo, ſpera ſcilicet effectum dati, propter quod te uoluit à uerbo ſuo aſſumi. Quoniam adhuc confitebor illi, & reliqua. Quod ſimiliter ut in priori Pſalmo exponendum eſt.

Digitized by Google

IN PSALMVM XLIII.

ARGVMENTVM.

MAchabeorum preſſuras propheta ſupplicationesq; commemorat. Item in exomologeſim legendus ad Epiſtolã Pauli ad Rom.

IN FINEM FILIIS Choræ ad intellectum.

EXPLANATIO.

Filij Choræ ut prædictũ eſt, filij crucis ſunt: id eſt martyres ſiue cõfeſſores, qui in hoc Pſalmo Domino cõqueruntur, ueteres ſanctos inimicis ſuis facillimè dominatos, ſe autẽ grauiſsimis martyrũ pœnis acquiſiſſe uictorias. Et bene additur Ad intellectũ, quia intellectu altiori eſt opus, ut diſcernatur quia diſpenſatione unius eiuſdẽq; creatoris, & tũc rudes populi terrenis munerib. prouocarentur ad fidẽ, quib. etiã terra Chanaan eſt hereditatis donata. Et nunc creſcente fide, cœleſtiſq; regni ianua reſerata maiori certamine eſſent Chriſti milites adprobãdi, ne in hac uita diutius ſubſiſtere, & cœleſtia bona tepidius inquirere uellent. Siue martyrũ ſiue confeſſorũ uerba ſuſcipias, in prima parte dicunt ſe audiſſe patres ſuos multarũ gentiũ fuiſſe uictores: ſe aũt in iudicio futuro de inimicis uiſuros eſſe uindictã non arcu aut gladio, ſed ſola Domini diſceptatione uincẽdis. Secũda diuerſarũ neceſsitatũ, quæ in ſeculo patiuntur, tormẽta dinumerant, & ſe inter hæc Dei perſeuerare memores. In tertia præcãtur auxilium, ut hic grauiter afflictis reſurrectionis tempore debeat ſubueniri.

COMMENTARIVS.

DEus auribus noſtris audiuimus.] Titulus eſt talis: In finẽ filijs Choræ, ad intellectũ Pſalmus. hoc eſt, Iſte Pſalmus refertur in finẽ, quia cantatur à quibuſdam filijs Chorę, id eſt à quibuſdã imitatorib. paſſionis Chriſti, ſcilicet à ſanctis martyribus priorib. filijs alijs Choræ futuris ad intellectum. Magnæ nãq; cõſiderationis & profunditatis eſt cõſiliũ Dei, ſcilicet quid cauſæ fuit, cum patres noſtros filios Iſrael de Aegypto in tã potanti manu & brachio extento per manifeſta ſigna eduxerit, & hoſtes perſequentes eos in mari rubro omnes extinxerit, uictorias magnas & incredibiles in paucitate militum eis contulerit? quare poſteriorẽ populũ, nos ſcilicet Iſraelitas quaſi dereliquerit, quaſi cõtẽpſerit, quaſi oblitus fuerit, quaſi non idem Deus ſit. Sed quia non ſine cauſa hoc eſt, ideo in titulo poſitũ eſt non ſimpliciter filijs Chorę cantatur, ſed ad intellectũ ſcilicet, ut intelligant ſe nõ derelictos, ſe non oblitos: ſed ideo tollit eis Deus, quæ malè deſiderabant, ut doceat eos quæ bene deſiderare debeant. Quia ſi ſemper adeſſet atq; faueret eis in huius uitæ proſperitatib. neq; aliquas admiſceret aduerſitates: putarent hæc bona eſſe ſumma, neq; peterẽt ab eo meliora. Et ideo huic uitæ malè dulci amaritudines admiſcẽtur, ut ea quæ uerè dulcis eſt, requirat. Pſalmũ itaq; audiamus, ut hęc eadem in Pſalmo intelligamus. Filius iſte Choræ, qui loquitur in hoc Pſalmo, admirans quare Deus quaſi dereliquerit, quos in his tẽporib. per tribulationes probare uoluit: refert præterita tẽpora, & pronunciat futura. Q. d. Dñe talia à patrib. noſtris audiuimus præterita, talia futura, ſed nos in medio patimur lõgè diuerſa. & incipit ita: Dñe Deus nos audiuimus aurib. noſtris, id eſt attentè, quia patres noſtri in ſcripturis ſuis annunciauerũt nobis. Opus q, nõ ipſi, ſed tu operatus es in dieb. eorũ proximorũ ſcilicet patrũ, & in dieb. etiã antiquis, id eſt in tẽpore antiquorũ & priorũ patrum. Et q, illud opus, iſtud ſcilicet, quia manus, id eſt potẽtia tua diſperdit gentes. Et plãtaſti eos, ſcilicet patres noſtros in loco gẽtium. Et uerè gentes diſperdiſti, quia afflixiſti cæde multos populos: Amorreos ſcilicet, Ethęos & Pherezeos, & cæteros. Et quos cæde non afflixiſti, eos expuliſti de terra ſua, & patres noſtros introduxiſti.

Nec enim in gladio ſuo.] Q. d. Nunquid hoc ideo patrib. feciſti, quia fuerũt plures & fortiores nobis? Nõ ſcilicet (enim pro quia) iſti nõ poſſederunt terrã illã, terrã ſcilicet promiſsionis, in gladio ſuo, id eſt in potẽtia ſua. Et brachium ſuũ, id eſt fortitudo eorũ nõ ſaluabit eos, ſed dextra tua, id eſt fauor & propiciatio tua. Et brachium tuũ, id eſt filius tuus. & illuminatio uultus tui, id eſt hoc q, in tã manifeſtis ſignis ei adfuiſti, q, eis præſens eſſe intelligebaris, hoc inquam ſaluauit eos. Et hoc ideo, quoniã cõplacuiſti in eis, id eſt quia placuit tibi in eis. Et ita quòd cũ, id eſt in multis, hoc eſt ita erga eos elegiſti, ut diceretur, Dominus agit iſtos, Dominus regis iſtos.

Tu es ipſe.] Q. d. Tẽpora quidẽ ſunt immutata, ſed tu nõ es immutatus: quia tu ipſe es rex meus, id eſt regis me: & es Deus meus, id eſt creator meus. Tu dico qui mandas (pro mãdaſti) ſalutes Iacob, id eſt priori populo mãdaſti corporalẽ ſalutẽ, nõ per tuã ſubſtãtiã ꝓpriã, qua quicquid es, occultus es: ſed per tibi ſubiectã creaturã, ſcilicet per angelos & prophetas. Huic uero poſteriori Iacob, ſpirituali ſcilicet mãdas ſpiritualẽ ſalutẽ, per tuã ſubſtantiã, id eſt per filiũ tuũ iuxta illud: Multifariã multiſq; modis olim Deus locutus eſt patrib. in ꝓphetis, nouiſsimè aũt nobis locut⁹ eſt in filio.

In te inimicos noſtros.] Q. d. Hæc ſupra dicta, ſunt dicta à patrib. nobis de præterito: hæc aũt quę ſequũtur, dicta ſunt nobis ab eiſdẽ de futuro, ſcilicet q, nos uentilabimus, id eſt ſeparabimus à nobis in extrema uẽtilatiõe inimicos noſtros in te cornu, id eſt per te protectorẽ. Solẽt enim quædã animalia cornib. ſe ꝓtegare, & ideo ponitur cornu pro defenſiõe. uel in te cornu, per quẽ & nos ſumus cornu. Cornu enim naſcitur de carne, & ſuper carnẽ creſcit, & in quiddã aliud quã caro ſit, induteſcit. Et ideo per cornu ſancti uiri deſignãtur, qui carnalitatẽ excedũt, & in robor ſpirituale induteſcũt. Vẽtilabimus inquã inimicos, & penitus ſpernemus: tũc inſurgẽtes in nobis, id eſt illos qui modo inſurgunt cõtra nos, ita q, formã ſuã nitũtur ponere in nobis. & hoc in nomine tuo glorificãdo. Et uerè in nomine tuo, nam nõ in meritis noſtris. Enim (pro quia, nõ ſperabo in arcu meo potius quã pater in gladio. Et gladius meus nõ ſaluabit, q, eſt dicere: Nõ per aliqua mea merita ſaluabor: per arcum enim qui minus ferit quam gladius, minora merita deſignantur: per gladium uero maiora.

Saluaſti enim nos.] Verè gladius meus non ſaluabit me, quia tu ſolus ſaluaſti (pro ſaluabis) nos de affligẽtib. nos. Sicut ecõtrariò cõfudiſti (pro cõfundes) odiẽtes nos, dicens eis: Ite maledicti in ignem æternum.

In Deo laudabimur.] Q. d. Hoc modo ſaluabis nos, q, laudabimur, id eſt laudabiles apparebimus, nõ in meritis noſtris, ſed in te Deo tota die, illic ſcilicet ubi erit tota dies, id eſt dies ſine nocte, quia ſine fine. Et confitebimur tibi, id eſt laudabimus te. uſq; in ſeculum, id eſt, æternaliter. & hoc in nomine tuo glorificando. Nunc autẽ quaſi dicat: Dicta ſunt nobis hæc præterita, & hæc prænunciata futura. In medijs autẽ temporib. patimur longè diuerſa, quia tu repuliſti, id eſt uideris repuliſſe nos: & cõfudiſti, id eſt cõfuſibiles nos feciſti. & hoc ideo, quia nõ egredieris in uirtutib. noſtris. Q. d. Nos eximus ad prælium contra hæreticos & perſecutores, & non uideris nobiſcum egredi, quia pateris nos in corpore ſuperari: ſed cum patribus noſtris egrediebaris, quia tam manifeſtas uictorias eis conceſsiſti, quòd uerè cum eis egreſſus uidebaris.

Auertiſti nos.] Ideo dico q, nobiſcum egrederis, quia auertiſti nos, id eſt permiſiſti auerti retrorſum quoſdã noſtrum in tantũ, ut ſint poſt inimicos noſtros, id eſt ut inimici pręcedãt, & ipſi ſequantur: quia ſunt deuorati, & inimicis cõformati. Et ideo qui oderunt nos, diripiebant, id eſt quoſdã noſtrum quaſi prędã rapiebant,

bant, ut cõſnrmarent ſibi. Nec mirum, quia tu dediſti, id eſt permiſiſti dari nos inimicis ad deuorãdum tanquã ouea, nõ reſeruatas ad ſœcunditatẽ, ſed eſcarum: id eſt deſtinatas ad eſcã & occiſionẽ. Et diſperſiſti nos in gẽtib. id eſt permiſiſti nos diſpergi: quoſdã de uocatione, quoſdã pſecutiõe, gẽtib. inde cauſa exiſtẽtibus.

Et uendidiſti populum ſine precio.] Id eſt cõparabilis fuiſti alicui aliquid ad uendendũ proponenti, & nihil inde accipiẽti. Vidimus enim quos dediſti, nõ uidimus quos accepiſti. Et ſi quos accepiſti, non fuit multitudo in hac cõmutatione, quia pauci fuerunt quos accepiſti. precioſum enim martyrẽ Stephanum dediſti, & nullũ accepiſti. Et hoc modo poſuiſti nos opprobriũ uicinis noſtris, falſis ſcilicet Chriſtianis nobis in fide cõuocatis. Et poſuiſti nos in ſubſannationẽ, & quod plus eſt in deriſum, his qui ſunt in circuitu noſtro, id eſt gentibus nos undiq; circumuallantibus.

Poſuiſti nos in ſimilitudinem.] Verè in deriſum poſuiſti nos, quia poſuiſti nos gẽtib. in ſimilitudinẽ, id eſt feciſti nos apud gentes uideri execrabiles & abominabiles. Solent enim maledicẽtes illos quos habent abominabiles ad ſimilitudinẽ inducere, dicẽtes alicui: Ita tu pereas ut ille peſsimus perijt. Et poſuiſti nos in cõmotionem capitis in populis, ſcilicet ut inſultãtes ita contra nos caput comoueant, ſicut & contra Chriſtũ caput noſtrum fecerunt.

Tota die uerecundia.] Q. d. Propter hoc omnia prædicta uerecundia mea contra me, id eſt ante me reputatione illorum, tota die, id eſt aſsiduè. Et cõfuſio faciei meæ cooperuit me, id eſt multa confuſio ot uidetur oia, eſt mihi. A uoce, id eſt propter uocem exprobrãtia mihi crimina de illo, per quẽ credo mea omnia deleri peccata. Improperat enim mihi Chriſtum crucifixũ, deriſum & deſpectum. Et à uoce obloquẽtis, id eſt ueritati contradicentis. A facie dico inimici nõ tantũ cõtradicentis, id eſt ueritati contradicentis, ſed etiam perſequentis, id eſt manum in me extendentis.

Hæc omnia uenerunt.] Narrauit dicta de prǽterito, pręnunciata de futuro, & quæ patiatur in medio: nũc uero oſtendit quod pertinet fieri ad intellectum, dicens ita: Omnia quæ prædicta ſunt in his medijs temporibus, uenerunt ſuper nos, & tamen non obliti ſumus te Dñe, propter tanta quæ patimur, ſcientes (ut in titulo dictũ eſt) nobis tolli quæ malè deſiderabamus, ut quid bene deſideremus intelligamus. Et uerè non ſumus obliti tui, quia nõ egimus iniquè, id eſt infideliter in teſtamento tuo, id eſt in pacto tuo. Habet enim rationabilis creatura cũ creatore, fidelis ſeruus cum Domino pactum, ſcilicet abnegare ſe ſibi quantum poteſt, & diabolo abrenunciare, atq; hæc terrena contemnere, & cœleſtia amare.

Et nõ receſsit retrò.] Verè nõ egimus in pacto iniquè, quia cor noſtrum non receſsit à re, ita ut retrò ierit: quia nõ reſpicit in poſteriora, ſed ſemper extenditur in anteriora. & hoc ideo, quia tu declinaſti ſemitas noſtras à uia tua, id eſt feciſti pręcidere & deuiari uias noſtras à uia tua. Semitę enim noſtrę erãt in delectationib. carnaliũ, & cupiditatib. terrenorũ. Et ideo per latã uiã, quæ ad interitum ducit, & per quã multi uadũt gradiebamur: ſed tu per arctã uiã, quæ ducit ad uitã, incedere nos docuiſti. Q. d. Qua itis, itur ad mortẽ? Et ideo nolite illuc ire, ſed hac ite, quia hac ad uitã itur. Habẽt quidã libri, Nõ declinaſti: q, ſic intelligit̃, Tu nõ detorſiſti ſemitas noſtras à uia tua, imo direxiſti eas ſecundũ uiã tuã. Et uerè direxiſti uias noſtras ſecundũ uiã tuã. Quoniã humiliaſti nos, id eſt docuiſti nos humiliari ſicut & tu humiliat⁹ es in loco afflictionis, id eſt in peregrinatiõe huius uitæ, in qua tẽpus eſt afflictionis, poſt quã ſequitur tẽpus exaltationis. Humiliaſti nos inquã, & hoc intãtũ q, etiã occidi nos uoluiſti: quia cooperuit, id eſt oppreſsit nos umbra mortis, id eſt præſens mors, quæ eſt umbra, id eſt ſimilitudo æternæ mortis. Hæc enim ſeparatio corporis à uita hac repræſentat nobis ſeparationẽ malorum à uera uita, id eſt Deo, uel ſimpliciter ita: Vmbra mortis cooperuit nos, id eſt mali uolentes nos obumbrare, ad mortem oppreſſerunt nos.

Si obliti ſumus.] Sic ad ſuperius cõtinuatur: Ideo nõ ſumus obliti Dei, qa ſi hoc feciſſemus, maritò in nos ulciſceretur. Quod ſic dicit: Si obliti ſumus nomẽ Dei noſtri, & intantũ q, expãdimus man⁹ noſtras ad Deũ alienũ, id eſt q, idola adoremus. Nõne Deus requiret iuſta ultione iſta à nobis. Vtiq; requiret, quia ipſe nouit abſcondita cordis, id eſt omnia occulta cognoſcit intãtũ, q, etiã eſt ſcrutator medullarũ & cogitationũ. Sed in hoc apparet q, nõ ſumus obliti, quia mortificamur ꝓpter te tota die. Poteſt quoq; ſuperior uerſus ſcilicet, Si obliti ſumus, per apoſiopœſin ita legi: Verè Dñe nõ obliti ſumus te. Nã ſi obliti ſumus nomẽ Dei noſtri, & ſi expãdimus manus noſtras ad Deũ alienũ, q. d. Veniãt ſuper nos oia mala. Et quaſi aliquis diceret, Nõ ne ergo De⁹ iniuſtus, qui nos ſic memores ſui nõ ulciſcitur ab inimicis. reſpõdet iſte: Vtiq; nõ eſt iniuſtus, quia requiret per cõdignã ultionẽ ab inimicis iſta quæ nobis ſcilicet inferũt, & nõne requiret? Vtiq; faciet, quia ipſe nouit oia occulta cordis, unde & intentionẽ noſtrã nouit. quia nõ propter inane nomen ſcilicet, ſed ꝓpter eũ hoc patimur. Et eſt quaſi dicat: Non defuerunt Dñe qui propter glorioſum nomen ſeculi mortẽ ſubirent: tu aũt noſti, quoniã nos mortificabimur tota die nõ ꝓpter aliud, ſed propter te, & etiã ęſtimati ſumus ab inimicis ita uiles ad interficiẽdũ, ſicut oues nõ reſeruatæ ad fœcunditatẽ, ſed ad occiſionẽ.

Exurge quare obdormis Domine.] Q. d. Quandoquidẽ propter te mortificamur, ergo Dñe exurge gentib. in noticiam. Quod eſt dicere: Dormiuiſti Dñe in cruce, dormiuiſti Dñe in morte: ſed nobis credẽtib. reſurrectionẽ tuã iã exurrexiſti, Gẽtibus aũt nõ credentib. & nos perſequẽtib. adhuc dormis. Et ideo Dñe illis exurge in noticiã ſcilicet ut credãt te reſurrexiſſe: quia ſi eis exurrexeris, ceſſabit noſtra mortificatio. Quare ergo obdormis gẽtibus. Exurge dico, ut qui modo uideris per tribulationẽ quã patimur, repuliſſe nos, nõ etiã repellas nos in finẽ, id eſt omnimoda repulſione. Ille repellitur omnimoda repulſione, qui in æternas corporales pœnas deuocatur, & malis concorporatur.

Quare faciem.] Ideo dico ne repellas in finẽ, quia auertis, id eſt auertiſſe uideris faciẽ tuã à nobis, & quare auertis? Et quomodo auertat oſtẽdit, ſcilicet obliuiſceris, id eſt uideris oblitus eſſe inopiæ noſtræ, id eſt humilitatis noſtræ, qui protſus nos inopes facim⁹, nihil de nobis pręſumẽtes. Et ideo obliuiſceris inopiæ, quia obliuiſceris tribulationis noſtræ, id eſt quæ ſemper imminet nobis tribulationi.

Quoniam humiliata eſt in puluere.] Verè obliuiſceris inopiæ noſtræ, quoniam anima noſtra, id eſt uita noſtra humiliata eſt in puluere, id eſt inter illos qui ſunt puluis ille: de quo dictum eſt, Quẽ proijcit uentus à facie terræ. Et multum eſt humiliata, quia uenter noſter cõglutinatus eſt in terra. Quod dictum eſt ad ſimilitudinẽ. Qui enim ſic humiliatur ut geniculetur, tantũ adhuc habet quo plus humilietur. Qui uero ſic humiliatur ut uenter eius terræ cõglutinetur, id eſt cõiungat̃, nõ habet quo plus humilietur. & ideo ponitur hic ꝓ nimia humilitate, uel humiliatiõe. Poſſunt aliter quoque legi hi duo uerſus, ut ſic dicat̃: Verè auertis faciẽ tuã, qa obliuiſceris inopię noſtrę, id eſt inopũ noſtrorũ. Sicut enim in corpore Chriſti copia dicuntur atq; diuitiæ perfecti uiri, ita ecõtra inopię dicuntur in eodem corpore hi qui deuocabiles ſunt, & reuincibiles. Quorum Deus obliuiſcitur, cum deuocãtur: ſed quia perfecti uiri pro his dolent & anguſtiantur, ideo ſubdit, Et tribulationis noſtræ obliuiſceris, id eſt perfectorum inter nos qui pro illis debilibus dolent, obliuiſceris etiã. q, ideo dico, quoniã anima noſtra, id eſt illi qui ſunt animales imperfectiores, ſcilicet ſunt humiliati, ita ut iã ſint in puluere, id eſt inter illos qui ſunt puluis ille, quem proijcit uentus à facie terræ. Et ideo hoc, q, uenter noſter, id eſt molliores inter nos ſunt conglutinati, id eſt coniuncti terræ: quia cõformati

mari ſunt malis, qui ſunt terra illa, quę eſt cibus ſerpē tis, id eſt diaboli. Vnde meritò pro his tribulātur, qui perfecti ſunt. Exurge ergo Domine gentib. innocentis, quia exurgendo adiuuabis nos: & ideo adiuua & redime nos, ſiue adhuc in proſperitate poſitos, id eſt nondum deuocatos: ſiue in aduerſitate afflictos, id eſt iam deuocatos. & hoc iam non facias propter merita noſtra, ſed propter nomē tuū glorificandō.

IN PSALMVM XLIIII.

ARGVMENTVM.

PRopheta de Chriſto ad Eccleſiam dicit. Legendus ad Euangelium Matthæi de regina Auſtri.

IN FINEM PRO IIS QVI cōmutabuntur filijs Choræ ad intellectum, canticū pro intellectu.

EXPLANATIO.

IN finem in Dominum ſaluatorem deſignat, pro his qui cōmutabuntur de errore ad fidem, de gentilitate ad Eccleſiā, de certamine martyrij ad palmam uictoriæ, de triſtitia ſeculi ad gaudium ſempiternum. Filijs Choræ ad intellectum, filijs crucis ad intelligendū ſpiritualiter Pſalmū, ne de Salomone interpretandum putes, quamuis & ipſe dilectus ſit, amplexatus canticum pro dilecto, pro filio cui dicitur: Hic eſt filius meus dilectus. Cœleſtibus epulis propheta ſaginatus præconia ſe Dominicæ incarnationis eructare promittit, ut unde ipſe ſatiatus participarentur & alij. Prima pars huius epithalamij ſponſi cōtinet laudes, id eſt Domini ſaluatoris quatuor modis. In ſecunda ſimili myſticarum uirtutum numero ſponſa prædicatur Eccleſia.

COMMENTARIVS.

ERuctauit cor meum uerbum bonum.] Pſalmus iſte cātator de ſanctis nuptijs, de ſponſo ſcilicet & ſpōſa, de rege & plebe, de ſaluatore & his qui ſaluādi ſunt. Et cantator filijs Choræ, id eſt calui. neq; hoc tamen ad deriſionē accipiendum eſt, ne in ſenſu puerili inueniemur, ſicut pueri illi qui ſtulte garrientes, & in propriā perniciem malè dicentes poſt ſanctū uirū Heliſeum clamabant: Aſcende calue. Et egredientes duo urſi de ſylua deuorauerunt eos. In quib. pueris deſignati ſunt homines ſenſum ignorantiæ habentes. quales nos etiam nolit eſſe Apoſtolus qui dicit: Nolite pueri effici ſenſib. ſed malitia pueri eſtote, ut ſenſibus perfecti ſitis. Tamē Dñs hortatur nos ad imitationē puerorum, dicens in Euāgelio: Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cœlorum. Quē ergo delectat puerū imitari, non delectet eum imperitia, ſed innocētia. Ex imperitia enim pueri illi poſt ſanctum uirū clamauerunt, & à beſtijs deuorati ſunt. Et figurauerunt homines ſtultos, in eadem mente pueri irridentes quendā caluum in loco caluariæ crucifixum, & ideo à beſtijs deuorati ſunt, id eſt à diabolo & angelis eius, qui operatur in filijs diffidētiæ. Tales pueri erant qui ante ſecretū lignū crucis ſtantes caput agitabant & dicebāt: Vah qui deſtruis templum Dei. &, Si filius eſt, deſcendat de cruce, & ſimilia. Huius irriſi filij ſumus, quia filij Chriſti, id eſt crucifixi filij ſumus. Et nobis Pſalmus iſte cātatur, cuius titulus eſt: In finē filijs Chorę, qui cōmutabuntur ad intellectum canticū pro dilecto. Hāc aūt cōmutationē, de qua hic cātatur, quiſq; filius Chorę intelligit, ſi recognoſcat qualis prius fuerit, & qualis nūc ſit. & primo uideat totum mundū immutatū, nuper idola adorantē, modo creatorē colentē: nuper creaturis famulantē, modo creatori ſeruientē. & deinde uideat ſeipſum de uetere nouū factū, de inceſto caſtū, de impio pium, de infideli fidelē, de raptori largitorē. Et ſic intelligit, quia Pſalmus iſte cantatur filijs Chorę pro his qui cōmutabūtur ad intellectum. Et eſt canticum pro dilecto. hic iā determinat per quē hæc cōmutatio fiat, ſcilicet per dilectum, id eſt ſponſum, de quo hic egit ſpecialiter à patre dilectum. Hūc dilectum qui eum crucifixerunt, uiderunt, ſed ſine intellectu: quia febricitātes & phrenetici medicum nō attenderunt. Si enim cognouiſſent, nunquā Dominū gloriæ crucifixiſſent. Gaudeamus ergo his nuptijs, qa nos nubētes ſum⁹, nos ad has nuptias inuitemur, & pertinemus. Nos enim ſumus qui cōmutantur & cōmutati ſunt, Eccleſia: quę Eccleſia eſt in his nuptijs ſpōſa. Quod autē Pſalmus iſte dicitur canticum, ideo eſt quia ſolebāt antiquitus quædā carmina dici ducētib. & nubētibus. In quib. quicq̄d erat laus, honor & gloria ducētis & nubentis erat. Et tale carmē dicebāt epithalamiū, eo q̄ eſſet ſup thalamū, id eſt de nuptijs. Similiter quoq; Pſalmus iſte dicitur canticum & epithalamiū, id eſt carmen ſuper thalamū. Eſt enim hic ſpōſus, ſponſa & thalamus. Sponſus qui uenit ad nuptias, eſt uerbum illud q̄ in principio erat apud Deū, & Deus erat uerbum. Spōſa, quæ nubit Eccleſia eſt, quā uerbum illud per humanitatē aſſumptā ſibi aſſociauit: huius nuptialis copulationis thalamus eſt, uirginis uterus, in quo ut dictum eſt, per humanam naturam aſſumptā uerbum Dei aſſociauit ſibi Eccleſiā. Et amauit eā fœdā, ut faceret pulchrā. Procedat ergo ſpōſus à quodā laudatore ſuo deſcriptus: Vbiq; pulcher, ubiq; iuſtus. Et ſi in eo quicquā fœdum inuenerimus, nō eum amemus, quātis ipſe nos amauerit fœdos, ut faceret pulchros. Titulus ſic eſt cōſtruendus: Canticū iſtud referēdum eſt in finē, quia agit de fine cantatum pro dilecto, id eſt ad honorē & laudē ſpōſi ſpecialiter dilecti, propoſitū filijs Chorę, pro his qui cōmutabuntur, id eſt cauſa cōmutationis factæ in ſe ipſis ad intellectum, ſcilicet ut intelligāt & ſe cōmutatos & cōmutationē eſſe non ex ſe uel aliunde, ſed per dilectū. Nūc ad literā accedamus. Quæritur cuius uox ſit in hoc Pſalmo. Et dicūt quidā uocē eſſe prophetæ, quidam uero intelligūt uocē eſſe patris dicētis: Eructauit cor meū, &c. Et per hęc cōmendātis nobis ineffabilē quādam natiuitatē & geniturā inenarrabilē, ne putaremus aliquid extrinſecus aſſumptum, ut inde generaretur uerbū. Solent enim homines per cōnubia uxores ſibi adiungere, & inde filios generare: & ideo ne putaremus Deum patrē uxorē ſibi aſſumpſiſſe, uel aliquo extrinſecus adiumento ad uerbū generādum indiguiſſe, dicit: Cor meum eructauit uerbum bonum. Et cū non haberet uerba quib. hoc ineffabile propriè nobis poſſet exponere, qa ſolet ſacra ſcriptura cum de reb. ſummis & excellentiſsimis loquitur, ſimilitudines de infimis reb. attrahere, per quas per hæc uiſibilia animus noſter alliciatur ad inuiſibilia: ideo Deus pater per ſimilitudinē loquēs profundè incipit dicens, Cor meū eructat uerbum, bonum. Qui enim eructāt, de imo flatum emittunt. Cor uerè intimū quiddā eſt, & occultum. Vnde talia eſt, q.d. Cor meum, id eſt intima ſubſtātia mea, qua occult⁹ ſum quicquid ſum. Eructauit; id eſt ineffabiliter generauit ex ſe uerbum bonū. Nec mirū ſi pater dicat de intimo cordis uerbū eructatū, cū & quiſq; noſtrum de corde ſuo nō indigens uxore uel extrinſeco adiumento generet cōſiliū. Aedificaturus enim aliquid de corde tuo generas cōſilium, & fabrica, quę nōdū eſt in ędificio, iā ſtat in cōſilio. Et iā in eſt id quod facturus eſt, in eo per quod facturus es. Atq; iam laudas fabricam nondum exiſtente in ſpem ædificij, ſed in approbationē conſilij. ſed nullus alius adhuc laudat tuam fabricam, niſi à te conſilium expoſitum fuerit, uel per effectū uiderit. Ergo ſi omnia facta ſunt per uerbum, & de Deo uerbum, inſpice fabricā per uerbum factā, & in hoc artificio mirare cōſiliū, id eſt uerbum. Nā quale, id eſt illud uerbū, per q̄ terra, mare, cœlū, facta ſunt, & omnis ornatus eorū? Omnia

enim

Digitized by Google

enimper ipſum, ut Euangelia teſtantur, facta ſunt. Et facta ſunt bona, quia ipſum eſt bonum. Pater nanq; de uerbo ſuo bono atq; benefico, per quod ſolum bonum nos utcunq; poſſumus eſſe boni, dicit: Cor meũ eructauit uerbum bonũ, per quod bonum additum oſtendit ſibi ſubſtantiale, coæquale & coæternũ. Nemo enim bonus, niſi ſolus Deus. Quare ſi uerbum bonum eſt, & uerbũ Deus eſt, dico ego opera mea regi. Videtur hoc, repetitio ſuperioris. Ipſum enim dicere, eſt ex corde uerbũ generare. Dicit in hoc loco beatus Auguſtinus: Vereor ne à tardiorib. non intelligatur, ut tamen dicam. Sequatur qui poteſt, ne non dictum non ſequatur, & qui poteſt. Attende ergo quo modo ipſum dicere, eſt uerbum de corde generare. Quid eſt enim dico, uerbum profero, & cum de ſe pater dicit, Dico hoc: dicit eſt uerbum profero. & ſi pater profert uerbum de corde, id eſt de intellectu, cum ipſe totus ſit ille intellectus, illud profert, cum & nos noſtrum uerbũ quãuis leue, quamuis uolatile de corde noſtro proferimus. Veruntamen multum differt inter noſtrum dicere, & patris dicere. noſtrũ enim dicere incipit, & citò præterit: dicere autem Dei patris non habet principium, & caret fine, quia nunquã finitur, & ideo ſecundum non dicitur, ſed ſemel tantum Deus locutus eſt. Si enim ſemper manet & quod dicitur & à quo dicitur, non eſt dicendum ſecundum, quia ſemper eſt primũ. & ideo unum tantum uerbũ eſt patri coæternum & cõſubſtantiale. Quare autem dicit, Dico opera mea regi? ideo ſcilicet, quia omnia opera patris erant in uerbo. Quicquid enim facturus in creatura erat, totum præceſsit in uerbo. ſi enim in uerbo non eſſet nec in creatura eſſet. ſicut nihil eſt in tuo ædificio, quod non fuerit in conſilio. Hinc Euangeliſta dicit: Quod factum eſt in ipſo, uita erat. Ergo quod factum eſt erat, ſed in uerbo erat. Omnia enim opera patris in uerbo erant, ſed nondum opera erant, ſed uerbum erat. Et uerbum Deus erat. & idem cum patre Deus erat, in quo ſunt quæ nobis facta ſunt. Nõ abierunt quæ nobis præterierunt. In hac ſententia litera ſic dicitur: Dico opera mea regi, id eſt de intimo cordis eructo uerbum bonum. Per dico enim habemus ex corde eructo, per opera uerbum: quia in uerbo, omnia opera patris ab æterno ſunt, per regi bonũ. Et ſic planè primis eſt repetitio.

Lingua mea.] Quia quiddã profundum per improprias ſimilitudines & poſuerat, ideo etiam ad idẽ exponendum aliam adducit ſimilitudinẽ aliquatenus patentiorem, dicens: Lingua mea, &c. Et accipit cauſam pro effectu, linguã ſcilicet pro uerbo eructuato, & calamũ ſcribæ pro uerbo ſcripto. Quid autem habet ſimile uerbum patris cum uerbo ſcribæ. Quid petra cum Chriſto habet ſimile, quid agnus cũ Dei ſimplicitate: quid leo cum Dei fortitudine? Parum utiq;. Sed mos eſt ſacræ ſcripturæ, quia propriè res altiſsimas non ualet exponere, ad ipſas exponendas de rebus infimis ſimilitudines adducere tenues quidẽ, nõ tamen aſpernabiles: quia niſi hęc fierent, nequaquam animus noſter per hæc uiſibilia repararetur & ſuſpenderetur ad inuiſibilia. Quare Deus pater per ſimilitudinẽ hanc uerbum ſuum exponens, noluit illud uerbo prolato, ſed ſcripto uerbo comparare. in quo duas quamuis improprias habet ſimilitudines: quia ſicut uerbum ſcriptum non ſonat neq; tranſit, ita uerbum Dei tale eſt, quod nõ ſonat uerberato aere, neq; tranſit, ſed ſemper manet, ut ſupra dictũ eſt. Litera ſic in uoce patris exponitur & continuatur: Cor meũ inquã eructauit uerbum bonum. Et lingua mea, hoc eſt uerbũ meum eſt calamus ſcribæ. id eſt, eſt uerbo ſcripto ſcriptoris comparabile, & non cuiuslibet ſcribæ, ſed uelociter ſcribentis. Velociter enim Dei, uelocius eſt omnibus, quia uelociter ſermo eius currit. A fine ad finem attingẽs fortiter, & diſponens omnia ſuauiter. Nullus autẽ tam uelox ſcriba eſt, quin neceſſario literam poſt literã, ſyllabam poſt ſyllabã, dictionẽ poſt dictionẽ ſcribat: ſermo uero Dei ſimul cõprehendit omnia. Et ideo ſiquis tam uelox ſcriptor eſſet, qui breuiſsimo puncto quicquid ſcripturus eſſet comprehendere poſſet, illius ſcripto uerbo uerbũ Dei utcũq; conferri ualeret. Poteſt quoq; q̃, ſupra diximus, repetitum eſſe legi Dei ſine repetitione, quaſi Dñs pater ita diceret: Cor meũ eructauit uerbum bonũ & huic regi, ſcilicet huic uerbo de corde meo plato, dico ego omnia opera mea: quia per hunc temporaliter diſpono & facio. & ſic non accipiamus nunc opera patris in uerbo, quantum ad prouidentiã, ut in ſuperiori lectione, ſed quantum ad temporalem diſpoſitionem.

Lingua mea.] Ideo dico huic regi opera mea, quia lingua mea, id eſt hoc uerbũ eſt mihi, quod calamus eſt ſcribæ. hoc enim uerbo utor inſtrumento ad regendũ quæ temporaliter facio, ſicut ſcriba uerbum q̃ audit aut cogitando inuenit, calamo notat, & diſponit. Eſt inquã calamus ſcribæ nõ cuiuslibet, ſed uelociter ſcribentis, id eſt ſiquis talis ſcriba eſſet quod ſimul in plurib. locis multa ſcribere poſſet, illi calamo uerbũ meũ comparabile eſſet, quod multa ſimul ordinat. Quæcunq; enim fiunt, quantũcunq; nobis uideantur inordinata, omnia tamen ordinẽ ſortiuntur ab illo uerbo, id eſt à Dei prouidentia. Siquis fortè quærat, quomodo hoc dicere patrem de uerbo ad epithalamiũ pertineat, ſciat quia multum pertinet. Sicut enim patres filios ſuos quos nuptijs tradunt, ſolent cõmendare, ita Deus pater uerbum ſuũ producturus nobis ſpõſum, prius cõmendat eum à genere, oſtendẽdo ſcilicet ſibi conſubſtantiale, coæternum, & in potẽtia coæquale.

Speciosus forma.] Hic iam agit de eo ut ſponſo. Q. d. Tu Domine uerbum à me Deo patre ſic Deus probatum, & à me coæterno coæternum oſtẽſum, ſponſus ſpecioſus, rex potentiſsimus: accingere gladio, procede proſperè, & regna. Poſſunt quoq; duo prędicti uerſus aliter legi, quia non defuerunt qui eos etiã in perſona prophetę intelligerent & exponerẽt iuxta illud quod plane eſt epithalamium, quod propheta ad honorẽ ſponſi & ſponſæ cantat. Q. d. Cor meum, id eſt intimum intẽtionis totius cordis & mentis meæ eructauit, id eſt ab alto protulit bonum uerbũ, id eſt Deo hymnum. Quid enim melius quã Deum laudare? Nihil utiq;. Et licet hymnũ Dei ad uniuerſam bonã uitã pertineat, hic tãtũ maximè eſt referẽdus ad uerba huius epithalamij, quod ad laudẽ Dei iã diſpoſitiõe & ſi nondum re cũ hoc dixit, Eructauit cor meum, inquã uerbum bonum eructauit. In quo eructando dico (pro dedico) id eſt conſecro regi meo, id eſt Deo regẽti me, ut cõmutet de uetuſtate in nouitatem opera mea, id eſt quæ ego per cõmotationẽ eius ex natura hominis facio, neq; ex corruptione. Quod eſt dicere: Quidquid boni facio, totum Deo, & nihil mihi attribuo. quod quiſq; debet facere. Summô enim opus eſt nihil de ſe præſumere, ſed Dño totum aſcribere. Lingua mea, q. d. Diſpono dicere bonum uerbum in corde. atq; profero & lingua mea, id eſt uerbum meũ eſt calamus ſcribæ, id eſt ſcribitur à me. quod eſt dicere, Verbum quidẽ profero ut maneat & notificetur, etiã ſcribo. & non ſolum hoc uerbum eſt mei ſcribæ, ſed etiã eſt cuiuſdam alterius ſcribæ, id eſt Dei patris ſcribentis uelociter, id eſt citò, quod ego proferẽs & ſcribens promitto adimplentis. Quod eſt dicere: Deus pater quod ego promitto de incarnatione & diſpoſitione filij eius & cõmutatione agenda, per ipſum non differt implere: uelociter enim ſentitur euolutum, q̃ cognoſcitur perfectum. Neque debet uideri tardum, quicquid habet terminum.

Speciosus forma præ filijs hominum.] Quaſi dicat: Dico quia bonum profero & ſcribo. & hoc eſt illud ſcilicet, Specioſus forma præ, &c.

Accingere gladio, & præcede, & reliqua.] Quæ ſequuntur non differunt, ſiue in uoce patris, ſiue in uoce prophetæ legantur. Quare autem dicit, Præ filijs hominum tantum, cũ etiam ſpecioſus ſit præ angelis? Ideo

ſcilicet.

Digitized by Google

ſcilicet, ut determinet quod ueniens ſponſus aſſumpſerit. Non enim angelicā creaturam aſſumpſit, quorum quidam perierat abſq; reſpectu ſaluationis. Qui dam in ueritate perſeuerāt ſine reſpectu deceptionis, ſed humanam naturam aſſumpſit: quia homo quidē perierat, ſed cum reſpectu ſaluationis. & ideo dicit Deus pater uel propheta: Domine uerbum qui cum ſis ſpecioſus in forme diuinitatis tuę, es etiam ſpecioſus forma aſſumpta inter filios hominum, & prę filijs hominū. Natus enim ex filijs hominū, & conuerſatus inter filios hominū, oēs filios hominum ſpecioſitate præceſsit: quia ſolos à peccato immunis extitit, & qa ſpiritum ad menſurē non recipit, deberet ſtatim ſubdere, Accingere gladio tuo: ſed quædam ad eius commendationem interponit. Quaſi dicat: Meritò es ſpecioſus præ filijs hominum, quia per te ſaluati ſunt alij filij hominum. Nam gratia eſt diffuſa late ſuper omnes fuſe, in labijs tuis, id eſt per uerba tua. Cauſa enim accipitur pro effectu. uel in labijs tuis, id eſt per præſentiam humanitatis tuę, iuxta quod ſic ponetur pars pro toto. Vel in labijs tuis, id eſt per præcones tuos, per quos uelut per labia alijs loqueris. Et eſt dicere: Aſperitas per Moiſen ſeruum data eſt, qui dixit, Oculum pro oculo, & cætera, per te autem data eſt gratia, id eſt omnis dulcedo & iocunditas. Ipſe enim uenit cum oſculo pacis, & uerbo pacis: quia quid dulcius illa gratia qua nobis remiſſa ſunt peccata? iuxta illud: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Dimiſit quippe debita, & ſoluit indebite: quia nō pro ſuo, ſed pro noſtro paſſus eſt peccato. Ecce itē gratia. Gratis creauit te, perieras quæſiuit te, inuentum reuocauit te. Non imputauit præterea, promiſit futura. Et ut per te diffunderetur hæc gratia, propterea Deus pater benedixit te, id eſt auxit te in incremento uirtutum in æternum, id eſt æternaliter, ſcilicet ut nunquam caderes ſicut miſer Adam fecit, quem Deus quoq; benedixit: quia in plenitudine uirtutis eum poſuit, ſed in fœlix ad horam tantum perſtitit.

Accingere gladio tuo.] Quaſi dicat: Tu Domine uerbum qui ſic ſpecioſus es, accingere ut potentiſsimus rex gladio tuo. Gladius iſte eſt uerbū diuinæ prædicationis, quo anima dominici hominis armata eſt, ad aerias poteſtates debellandas, & principē mundi foras quatiendum. hic quoq; gladius ſeparet filium à patre, filiam à matre, nurum à ſocru. iuxta illud: Non ueni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim filium ſeparare aduerſus patrem, &c. quod hiſtorialiter intellectum manifeſtum eſt. Quia ſæpè per admonitionem uerbi Dei, filius contra uoluntatem patris mundū reliquit, & monachus efficitur. Spiritualiter etiam ſic poteſt intelligi. Per hoc enim uerbum Dei multi fideles facti ſeparati ſunt ab illo patre, de quo dictū eſt: Vos ex patre diabolo eſtis, & abrenuntiauerūt ei. Atque etiē illi patri & matri, de quibus alibi dictū eſt: Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me. Filia quoq; ſpiritualiter ſeparatur à matre, quia filia eſt plebs credula de ſynagoga nata: quæ ſynagogæ matris ſuæ per fidem repugnat. Nurus uero Eccleſia de gentibus, quæ repugnat ſocrui ſuæ ſynagogæ, cuius filius carnaliter Chriſtus ſpōſus eſt. De quo dictū eſt: Reliquit homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhæſit uxori ſuæ. unde dicit Apoſtolus: Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Chriſtus enim Deum patrē reliquit per humilitatem: reliquit etiam ſynagogam matrem ueteribus ſacramentis inhærentem, & adhæſit uxori ſuæ, id eſt Eccleſiæ, & ſunt duo in carne una, ſcilicet Chriſtus & Eccleſia eadem patientes, & eadem cupientes. Litera talis eſt: Domine uerbum accingere, id eſt armare gladio tuo, ita ut ſit ſuper femur tuum, id eſt ſuper humilitatem tuam, ut muniat eam. Vt quoq; eſt femur tuū id eſt ſuper humanitatem tuam. Superius enim & dignius humana natura uerbum eſt. Tu dico potentiſsime in illo gladio. Vnde dictū eſt: Et erat loquens non tanquam ſcribæ & pharisęi, ſed tanquam poteſtatem habens. Poteſt & aliter conſtrui, ut ſic dicatur: Accingere gladio tuo, tu dico potētiſsime ſuper femur tuū, id eſt ſuper carnē tuam. Nullus enim tam potens eſt in carne, quem aliquando Eua ſua non decipiat. quapropter ſolus ille ſuper carnem potentiſsimus fuit, quem nulla carnalis illecebra retinuit. Quod autē femur quod pars eſt, accipietur pro humana carne, auctoritas eſt qua dicitur: Nō auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore, id eſt de carne eius. Sanctus quoq; pater Abrahā fide tenēs in humilitate ſeminis magnitudinē nominis, nec uerens turpitudinē, ſed cognoſcens ueritatē, iuſsit ſeruū ſuū manu poſita ſub femore, quaſi ſuper Euangelium iurare: intelligēs per femur illum de ſemine ſuo naſciturum carnaliter, in quo omnes gentes benedicerentur.

Specie tua & pulchritudine.] Accingere inquam, & intende, id eſt intenſus eſto in ſpecie tua ſecundū diuinitatem: & in pulchritudine tua ſecundum humanitatem à peccato immunem, ſcilicet ne ſis remiſſus neq; manibus diſſolutis ſicut Adam fuit, in ſua pulchritudine, id eſt in plenitudine uirtutis ſibi cōceſſa, & ideo amiſit eam. Et procede de uirtute in uirtutem nō aduerſe, ſed proſpere. Adam enim proceſsit, quando manum ad pomum porrexit, & Deus ſibi fieri uoluit: ſed aduerſe proceſsit, quia cū uellet eſſe dominus, factus eſt ſeruus. Chriſtus uero proceſsit, quia natus eſt, creuit, docuit, paſſus eſt, reſurrexit, aſcendit, poſitus eſt à dextra Dei patris. In quo proceſſu magna proſperitas fuit, quia pro mortalitate immortalis, pro corruptione incorruptibilis factus eſt.

Regna.] Quaſi dicat: Debellatis in tuo proceſſu hoſtibus, regnum ab eis peruaſum recipe: & ſic regna, id eſt rex eſto ubiq;. Et iuſtū eſt ut tu regnes, propter ueritatem à te & à tuis in Euangelio annunciatē: & propter manſuetudinem & patientiā à te & à tuis in tribulatione exhibitam. Quæ enim maior patiētia, quā quod ipſe Chriſtus in paſsione pro inimicis orauit, & ad maledicendum os ſuū nō aperuit etiā. Iuxta iſtud: Sicut ouis, &c. Stephanus quoq; pro lapidantibus orauit dicens, Domine ne ſtatuas eis hoc peccatum. ſimiliter alij plures. Vnde dictum eſt, Propter manſuetudinem tuam & motū, & propter iuſtitiam iam partim à te & à tuis exhibitam, partim exhibendā. Iuſtitię ſequitur iudiciū. Iuxta illud: Expectaui ut faceret iudicium & iuſtitiā. Iudicium enim eſt, quæ probāda ſunt ab improbādis ſeparare: iuſtitia uero eſt ipſa poſt ſeparationem implere, illa omittere. Et Dñs inter homines cōuerſatus, quid aliud egit quē quod & iuſtitiam dixit, & iuſtitiam fecit? Quid etiā aliud ſui. prorſ; nihil. Faciet adhuc quoq; iuſtitiā, quando oues ab hœdis ſeparabit, & oues ponet à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Quam iuſtitiam facient etiam & ſui, non quòd ipſi eos ſeparēt: ſed quia comparatione ſua eos iudicabunt, & ſic cauſa ſeparationis erūt. iuxta illud: Iudicabunt ſancti nationes, & reliqua.

Et ducet te.] Iuſtum inquam eſt ut regnes, & uerè regnabis: quia dextra tua, id eſt potētia & diuinitas tua deducet te de illis ouibus prioribus ad alias oues deducet te. & hoc mirabiliter, ſcilicet faciens diuina, & patiens humana. Diuina enim, quia mortuos ſuſcitauit, cæcos illuminauit, læproſos curauit. Humana paſſus eſt, quia crucifixus mortuus eſt & ſepultus.

Sagittæ tuæ acutæ.] Deducet te inquā dextra tua, & hoc modo te deducet: quia ſagittæ tuæ erunt acutæ. Sagittas uocat præcepta diuina, principaliter ab ipſo data, & per Apoſtolos atq; Euangeliſtas & cæteros ueritatis præcones miſſa. Quæ ſagittę ſunt acutę, corda ſcilicet transfigētia, & charitatem exuentia. his ſagittis percuſſus eſt Saulus, & ſurrexit Paulus. Percuſſus eſt crudeliſsimus perſecutor, & reſurrexit fideliſsimus prædicator. His quoq; ſagittis percuſſi ſunt oēs illi q de inimicis Chriſti ſunt amici. Sagittę inquā tuę erūt acutę, & per has ſagittas populi perculſi cadent uō à te,

ſed

ſed ſub te, ſcilicet ut te ſibi ſubdant, & hoc in corde. In corde enim erexerunt ſe contra te, & in corde humiliati cadent ante te: & non in quocunq; corde, ſed in corde illo quod erat inimicorum regis cadent, ſcilicet ut fiant amicorum regis, & ſic inimici ſint amici.

Sedes tua Deus.] Quia ſagittæ tuæ erunt acutę, & populi cadent ſub te, ideo ſedes tua, id eſt regnum tuum erit nô temporale, ſicut Iudęorum regnū: ſed ibit uſq; in ſeculum ſubſecutiuum huius ſeculi, id eſt erit æternale. & hoc ideo, quia tu es Deus. Non enim conuenit Deum qui æternus eſt, temporalem ſedem habere, de hac ſede dicitur: Dabit illi Dominus Dauid patris ſui ſedem, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Vocātur autem ſedes eius animæ iuſtorum, in quibus regnabit æternaliter. Et meritò ſedes tua erit æterna, quia uirga regni tui, id eſt regimen eſt uirga directionis. Virga regni eius eſt illa, de qua alibi dicitur: Reges eos in uirga ferrea, id eſt irreflexibili iuſticia, qua ipſe quoſdā conterit, quoſdam regit. Carnales quidem conterit, ſpiritales uero regit. Quæ uirga eſt uirga directionis: quia homines prius curui & diſtorti, ſcilicet ſe amantes, ſibi regnare cupientes, uoluntatem ſuam ſubdere Deo nolentes: ſed eius uoluntatem rectam, ſecundum ſuam prauam diſtorquere nitentes, illos inquam dirigit, ſcilicet ut iam non ſuam, ſed Dei uoluntatem diligant.

Dilexiſti iuſtitiam.] Verè uirga tua eſt uirga directionis, quia tu dilexiſti omnem iuſtitiam. Quod probat ab oppoſito, ſcilicet quia odiſti iniquitatem. Gratias Deo, quia odit iniquitatem non nos, id eſt odit culpā non naturā. Culpā in nobis notat hoc nomē Iniquus, homo uero naturam. Et culpam nos fecimus, ipſe uero naturam. Nec odit in nobis quod ipſe fecit. iuxta illud: Miſereris omnium Domine, & nihil odiſti eorū quæ feciſti. ſed odit in nobis quod nos fecimus, id eſt peccatum. Odiamus itaq; & nos quod in nobis fecimus, & ſic amici eius erimus: quia ſi quod ipſe odit odio habemus, tunc & quod ipſe diligit, nos diligimus. Quomodo autem odiſſe debemus. Puniendo ſcilicet, quia nullum peccatum erit impunitum. Aut enim tu punies, aut ipſe puniet. Si autē tu cognoſcis, ipſe ignoſcet. Præueniamus ergo eum puniendo peccatum nunc interim, cū adhuc parcit: quia adhuc minitatur arcu, nōdum gladium uibrat. Et aduertamus peccatum, ut ſimus cum illo qui dicit: Quoniam iniquitatem meā, &c. quia ſi nos aduertimus, tunc Deus non aduertet: ſi uero nos non aduertimus, tunc ipſe aduertet & puniet. Dilexiſti inquam iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. Et ut tu hæc faceres, ô Deus uerbū, Deus tuus, id eſt Deus pater unxit te quantū ad prophetam: quantum uero ad uocem patris, ita dicetur, Ego pater tuus unxi te, id eſt perfeci te in gratia ſpiritualium donorū. Pro hac unctione ſuſcipienda, Deus homo factus eſt, ita tamen ut uerus Deus maneret. Non enim Deus qui totus unguentum erat, ungi per ſe poterat. Hanc autem unctionem humanę naturæ in Chriſto præfigurauit Patriarcha Iacob, qui lapidē quem in nocte ad caput poſuit, mane in titulum erexit, & oleum deſuper fudit dicens: Verè locus iſte ſanctus eſt. Per lapidem enim poſitum ad caput, humanitas Chriſti deſignatur, qui Chriſtus eſt caput. Iuxta illud Apoſtoli: Viri caput Chriſtus eſt. Per unctionē uero lapidis, ſpiritualis gratiæ unctio in Chriſto ſignificatur. Per angelos uero quos Iacob ſuper lapidem inunctum aſcendentes & deſcendentes uidit, deſignantur præcones Chriſti, modo aſcendentes, modo deſcendentes. Aſcendunt enim, quando exponunt eius diuinitatem, ut ille qui dixit: In principio erat uerbū. Deſcendunt, quando de eius humanitate loquuntur. ut idem quando dixit: Et uerbum caro factum eſt. Aſcēdunt quidem ut erigant magnos, deſcendunt ut nutriant paruulos. Et iſti dicunt, Quia uerè locus iſte ſanctus eſt, quia ſe ſanctificatos per illum recognoſcunt. Erat autem quaſi ſchala ibi qua deſcendebant & aſcēdebant angeli: quia humanitas Chriſti quaſi ſchala aſcendendi in cœlum nobis fuit, quia conſedere nos iam fecit ad dexteram Dei patris. Vnxit te inquam ô Deus fili, Deus pater non oleo triſtitiæ, quo prius per in obedientiam inungebantur alij, ſed oleo lætitiæ, id eſt oleo ſpirituali non corporali. Eſt enim aliud oleū ſpirituale, aliud corporale. Corporale eſt, quod in ſigno eſt: ſpirituale uero eſt in ſacramento. Et illud ualet exterius, iſtud interius.

Et unxit te præ participib. tuis.] Participes Chriſti ſunt, quicunq; humanam naturam participant. Ipſe enim factus eſt particeps noſtræ mortalitatis, ut nos eſſemus participes eius diuinitatis, & ultra nōs hos participes eſt ipſe unctus oleo lætitiæ, id eſt gratia ſpirituali: quia de eo dictum eſt, Non enim dat Deus ſpiritum ſuum ad menſuram.

Mirrha & gutta & caſia.] Quia Deus pater unxit te ita perfectè, ut & iuſtitiam diligeres, & iniquitatem odio haberes, ideo tu talia ueſtimenta tibi elegiſti, q̃ à ueſtimentis tuis ſpirabunt mirrha & gutta. Veſtimenta Chriſti, ſunt ſancti uiri. iuxta illud: Viuo ego dicit Dominus, quia his omnibus uelut ueſtimento ueſtieris. Tota etiam Eccleſia eſt ueſtis Chriſti, quam ipſe ſibi coniunxit ſine macula & ruga: & ut ſine macula eſſet, lauit eā in ſuo ſanguine. Vt uero ſine ruga, id eſt ſine dolo & ſimulatione eſſet, extendit eam in cruce. Erat enim ipſe in Eccleſia per humanitatem. Et extenſio illa nihil aliud ſignificauit, niſi charitatis latitudinem, quam decet habere Eccleſiam erga Dei & proximi dilectionem. Per mirrham autem, guttam & caſiam, quæ nomina ſunt pigmentorum, intelligenda ſunt omnia odoramenta uirtutum, quibus ſancti delectant Deum. iuxta illud Apoſtoli: Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco, & in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Vnde dicit: A ueſtimentis tuis, id eſt à ſanctis circumdantibus & ornantibus te. uel ut corpus ueſtimentum ſpirabunt, mirrha, & gutta & caſia, id eſt omnium odoramēta uirtutum, ex quibus ſcilicet odoramentis delectauerunt te filiæ regum, id eſt ſancti uiri. dicti ideo potius filiæ quam filij, quia ſicut filiabus maior cultus & diligentia quam filijs debetur: ita maior cautela adhibenda eſt eis quos ſancti uiri genuerunt in fide. reges, id eſt Apoſtoli bene ſe ipſos & alios regentes. Quorum unus ille uerè fuit qui dixit, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Filiæ dico generatæ ab illis regibus non in ſuo, ſed in tuo honore. Non enim ut dictum eſt, nominibus illorum cenſentur, ſcilicet ut Petrini uel Paulini dicantur, immò tuo nomine: quia Chriſtiani dicuntur. Ex illis inquam odoramentis delectauerunt te, fragrātibus à domibus eburneis, id eſt à cordibus eorum innocentiſſimis & caſtiſſimis. In ebore enim eſt candor, & per candorem deſignatur innocentia: quia ubi candor eſt, nulla macula eſt. Similiter uera innocentia à Deo eſt ſine macula, ut nec ſibi nec alteri noceat. Rurſuſ animal illud cuius os ebur eſt, caſtiſſimū eſt: quia nec cognoſcit niſi unam uxorem, & illam tēperatiſſimè, atq; ea mortua nunquā aliam cognoſcit. Rectè ergo per ebur deſignatur caſtitas & innocētia: & per domos eburneas, corda caſta & innocentia.

Aſtitit regina.] Hactenus ad honorem ſponſi pertinuiſſe uidetur epithalamium, licet in proximo uerſu de ſponſa quoq; quodāmodo facta ſit mentio: nunc uero manifeſtè ingreditur ſponſę epithalamiū. Quaſi dicat: Delectantibus te aſſiduè filiabus regum talib. odoramentis, regina, id eſt Eccleſia aſtitit iam diſpoſitione, aſſiſtet & re à dextris tuis, id eſt in potiori parte tua & hic & in futuro. Hic per bona opera, in futuro uero per æterna præmia. Quæ autem quaſi dicat, aſtabit in ſiniſtra, illa nō erit regina, imò erit cōcubina & ancilla illa de qua dictum eſt: Eijce ancillā & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Aſſiſtet inquam à dextris regina exiſtēs

in ueſtitu

in ueſtitu deaurata, id eſt in omnibus ueſtimentis uirtutum ueſtientibus eam. Ornamentis dico deauratis, id eſt deſuper aurum habentibus, hoc eſt charitate fulgentibus. Sicut aurum ſupponitur cæteris metallis, ut magis fulgeat: ita opera noſtra gratiora & ſplendidiora ſunt, ſi charitatem ſibi iunctam habeant. unde dicit Apoſtolus: Omnia ueſtra in charitate fiant. Et eſt charitas ſuperior alijs uirtutibus. Vnde Apoſtolus cũ eſſet locutus de chariſmatib. de charitate ſubiecit: Adhuc excellentiorẽ uiã uobis demõſtro. Regina dico circũdata uarietate uirtutum. Quaſi dicat: Quãuis uirtutes illę unum ſint in charitate, tamen per ſe ſunt multiplices. uel aliter: Aſtitit regina à dextris, exiſtẽs in ueſtitu deaurato, id eſt in ſacramentis doctrinæ, quibus ueſtitur. Quæ ueſtimenta deaurata ſunt, quia omnis ad aurum, id eſt ad bonos mores conferendum tẽdunt. Ponitur enim aurum pro ſapientia, id eſt pro bonis moribus. Regina dico circũdata uarietate linguarum, quia uarijs linguis eadem doctrina fit. Iuxta illud: Loquebantur uarijs linguis Apoſtoli magnalia Dei. Quę tamen omnes linguę ad idem aurum & ad eãdem fidem inſtruendam tendunt. Sicut diuerſę partes in eodem ueſtimento ſunt ad idem, ita eodem ut ueſtem componant tendunt.

Audi filia & uide.] Ecce produxit ſponſam, & facit nunc apoſtropham ad eam, ſicut & ſuperius ad ſponſum cum dixit: Specioſus forma. Quaſi dicat, quando quidem aſtabis à dextris, & ueſtitum deauratũ habebis: ergo regina regis filia, regis ſpõſa audi promiſſa, & uide completa. Audi quidem ut credas, credendo uideas, uidendo uiuas, & in audiendo inclina aurem tuam, id eſt in humilitate audias. Et ut aurem inclines, obliuiſcere populum tuum, populum ſcilicet Babyloniæ, de quo rex iſte aſſumpſit te fœdam, ut faceret te pulchram. Et obliuiſcere domum, id eſt, familiam patris tui, diaboli ſcilicet qui te facit fœdam quia peccatricem & iniquã. Et ſi hoc feceris, tunc rex qui amauit te fœdam, ut pulchram faceret, concupiſcet decorem tuum, id eſt, te decoram factam. Ne hoc tibi paruum uideatur, quoniã ipſe eſt Dominus tuus, qui te redemit: & eſt Deus tuus, quia te fecit. Quare ualde magnum debet tibi uideri, ſed & liberam te faciat, & in coniugium inſuper aſſumat. Et ideo quoq; debes eum audire, & obliuiſci populum & matrem quia tunc tuo exemplo adorabunt eum, & (pro etiã) filiæ Tyri, id eſt eccleſiæ de gentibus. Tyrus enim & Sydon ciuitates ſunt uicinæ Iudææ, ſicut in Euãgelio habetur, ubi dicitur: Egreſſus Ieſus de Iudæa ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis, & ecce mulier Chananæa. Inde enim fuit illa canis immunda, quæ confeſſa ſe canem factã, deſignat gentiles, qui prius in tenebris anguſtiabant. Filij itaq; Tyri dicuntur cõuerſi de gẽtib. & extra anguſtiã educti. Adorab- inquam, filię Tyri, & non ſimpliciter, ſed in muneribus ſe ipſas ſcilicet offerentes, & ſua etiam pauperibus erogantes. Non enim eſt ueri ſacrificij locus extra eccleſiam. Et ſicut antiquitus non ueniebatur Hieroſolymã uacuis manibus, ita nec ad hoc templum eccleſiæ, quod per illud figurabatur, uacuis manibus ueniendum eſt, quia uult Dominus ut ſui theſauri augeantur. Offerat ergo aurum & argentum qui poteſt: qui autẽ hoc non poteſt, ſaltem ſeipſum offerat. Et non ſolum filiæ Tyri adorabunt, ſed etiam diuites plebis, id eſt ſeculares & potentes homines, de plebe illa qui intelliguntur per Tyrũ, id eſt de gentilib. conuerſi, deprecabunt. t. uenerabunt & deſiderabunt uultũ tuũ ô filia. Accipit aũt uultum hic obſequium illud, & feruorẽ illum charitatis primitiuæ eccleſiæ, quòd omnia ſua uendiderunt, & ante pedes Apoſtolorum poſuerunt, ut inde ſingulis prout cuiq; opus erat diuideret. Diuites uerò tales accipe, quales illi erant, de quibus Apoſtolus Timotheo: Præcipe diuitibus huius ſeculi, non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum: ſed in Deo uiuo & uero, qui præſtat nobis ſufficienter omnia ad fruendum. Dixit quia adorabunt in munerib. ſed quia multi ſunt, qui hæc munera magis ad aſpectum hominum, quã ad aſpectum Dei faciunt: deſcribit nobis uultum illius primitiuæ eccleſiæ ad imitandum. Quaſi dicat, Adorātes in muneribus, & uultum eccleſiæ deprecantes, debent attendere: quia talis eſt uultus ille, ſcilicet quòd omnis gloria eius filiæ regis primitiuę ſcilicet eſt non foris in conſpectu hominũ, ſed ab intus, id eſt in conſcientia ante Dei conſpectũ. Vnde Apoſtolus: Gloria enim noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtrę, & eſt gloria eius in fimbrijs aureis, id eſt in perſeuerantia bonorum operum. Fimbrię enim in fine ueſtimẽti ſunt, & ideo p fimbrias deſignatur finalis perſeuerantia. Per aurum quoq;, ut ſupra dictum eſt, boni mores & bona opera deſignantur. Et quamuis eſt in occulto gloria eius intrinſecus, tamẽ eſt circumamicta uarietatibus, id eſt multiplex ornamẽtum uirtutum habet exterius. Præcipit enim utrunq; Dominus, quia cum in uno loco dicat: Cauete iuſtitiam ueſtram facere coram hominibus, ne uideamini ab eis. Rurſus alibi dicit: Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uidentes opera ueſtra glorificẽt Deum qui in cœlis eſt. Quæ quidem contraria uidentur, ſed non ſunt: quia ſic debet eſſe manus in aperto, ut intentio ſit in occulto.

Adducentur regi uirgines.] Sic continuatur: Nõ ſolum filiæ Tyri adorabunt, ſed etiam aliæ uirgines nouæ adducentur huic regi Dauid ſeni, quæ eum calefaciant, poſtea, id eſt poſt illam primã. Sicut enim Dauid regi cum iam ſenex eſſet adductæ ſunt puellę, quę eũ fouerent, & calefacerent: ita Chriſto uero Dauid iam quaſi ſeni, quia longũ tempus eſt ex quo eccleſia quę eſt regnum eius cœpit, nouæ uirgines quotidie adducentur, quando aliqui infideles conuertuntur, quæ eũ feruore fidei & boni operis calefaciant. & non qualeſcunq; uirgines adducentur, ſed tales quæ ſint proximæ, id eſt conſanguineæ eius prioris, id eſt quę ſint imitatrices eius in fide, ô rex afferentur tibi. Afferentur dico, non quomodocunq;, ſed in lætitia cordis, & in exultatione corporis, id eſt in plenaria lætitia non triſticia, quia hilarem datorem diligit Deus. Et meritò in lætitia, quia adducentur in templum, id eſt in ſecretum regis ad hoc, ut & ipſę ſint templum & uiui lapides fiant. Quædam enim fatuæ uirgines adductę ſunt in templum, ſed templum factæ non ſunt, immò de templo exierunt, ſicut apoſtatæ hæretici.

Pro patribus tuis nati ſunt.] Quaſi aliquis quæreret: A quibus adducentur hæ uirgines, cum patres non ſint à quibus deberẽt adduci? Reſpondet, quia adducent à filijs. Et conuertit ſe ad regem ita, O Domine rex filij, non carne, ſed fide nati ſunt tibi. ut Martinus, Hilarius, & ſimiles qui ſuppleant locum ſanctorũ Apoſtolorum, qui fuerunt patres præcipuè alijs in fide generatis. Patres dico tui, id eſt à te conſtituti, & eos filios conſtitues tu principes, ſicut & patres non tantum ſuper Iudæam, ſed ſuper omnem terram, id eſt in omnibus partibus terræ. Et ideo filij iſti memores erunt non nominis ſui, ſed tui, id eſt generabunt filios multos non in ſuo nomine, ſed in tuo: quia non Martiniani, non Hilariani dicũtur, ſed Chriſtiani, & hoc in omni generatione decedenti & generatione ſubſequenti. Quod eſt dicere: Semper in præſenti uita erunt memores tui: & propterea confitebuntur, id eſt laudem ueram & condignam facient tibi etiam in æternum, & quid ſit in æternum determinat, ſcilicet procedẽtem in ſeculum ſubſecutiuum huius ſeculi.

IN PSALMVM XLV. ARGVMENTVM.

EX perſona canitur duarum tribuum, pro liberatione ſua gratias agentiũ, quando Phaceas filius Romeliæ, & Raſin rex Syrię Achas

regem & Hieroſolyma uolentes expugnare, non ualuerunt: ſed ipſi potius ſunt ab Aſsyriorum rege conquaſſati. Item legendus ad lectionem Actus Apoſtolorum.

IN FINEM FILIIS CHORAE pro arcanis Pſalmus.

EXPLANATIO.

IN finem Chriſtum ſignificat, filij Choræ Chriſtianos, ex quorum perſona Pſalmus iſte cantatur: pro arcanis uerò aduentũ Domini ſignificat ſaluatoris, quem diuinitatis ſuæ mirabili ſecreto pro hominum ſalute diſpoſuit. Filij Choræ, qui fideles debẽt intelligi Chriſtiani, primo mẽbro Pſalmi non ſe timere profitentur conturbationes ſeculi, quia Deus refugium eorum probatur, & uirtus. Secundo Chriſtum dicunt apparere in medio eccleſiæ ſuæ, qui eam in ſeipſo tanquam in ſolidiſsima petra ædificauit. Tertio credẽtium turba generaliter ad diuina miracula contuenda, dicentes omnipotentem Deum arma nequitiæ confringere, bella remouere, & triſtitiam fidelium in æterna gaudia commutare.

COMMENTARIVS.

DEus noſter refugium & uirtus.] Titulus talis eſt, In finem filijs Choræ pro occultis pſalmus. hoc eſt pſalmus iſte refertur non ad hiſtoriam, ſed in finẽ temporum, propoſitus filijs Choræ, uel cantatus à quibuſdam filijs Choræ, alijs filijs Choræ pro occultis intelligendus, id eſt, ut intelligant occulta. Occulta aũt hic uocantur quę abſcondita fuerunt à ſeculis & generationibus, & manifeſta ſunt in plenitudine temporis ſcilicet. uel occultus Chriſti aduentus, id eſt incarnatio siue. uel corporatio gentilium & Iudęorum: quæ ideo facta eſt, quia naturales rami oliuæ fracti ſunt, & oleaſter inſertus eſt, id eſt facta eſt in parte expulſio Iudæorum, & receptio gentium. Iuxta illud: Ex parte contigit cæcitas in Iſrael, & cætera Et eſt uox in hoc pſalmo, uel cõmuniter omnium de priori eccleſia, pręter Apoſtolos. Vel ſolummodo illorum qui uidentes uiros idiotas poſt miſſum ſpiritum ſanctum, adeò factos ſapiẽtes, ut nullus ſapientiæ eorum poſſet reſiſtere. Atque uidentes eos miracula facientes, atque audientes hoc fieri per eius donũ, quem ipſi crucifixerunt, & in cuius necem conſpirauerunt, compuncti ad Apoſtolos uenerunt dicentes: Quid faciemus uiri fratres? Et reſpõdens Petrus dixit, Pœnitentiá agite, & reliqua. Horum inquam uel omnium ſimul uel poſteriorum tantum eſt uox iſta exhortantium nos, ut in qualibet tribulatione ſolum illum eligamus confugium, & auxilium. Qui ſolus miſeretur, ſolus peccata dimittere poteſt, quia non eſt Chriſtiani hominis petere refugium & auxilium niſi Deum ſuum, & ſaluatorem ſuum. & ſic dicunt: Deus noſter qui es refugium & non uile, ſed uirtus, id eſt uirtuoſum, quia certũ & tutum. ſunt enim quædá refugia ut apud homines infirma, & minimè tuta. Deus inq̃ noſter eſt adiutor in tribulationib. omnib. ſiue cõmunib. ſiue ſpecialib. Hic aũt maximè tribulatio eſt accipienda conſcientia delictorũ, quæ quanto interior, tanto grauior. Si enim marcidum eſt interius, nunquam uerè erit ſanum exterius. Et ſi debitum fuſci graue eſt, multo grauius eſt debitum peccati. Cuius redditio ipſa erit perditio. Grauius ergo tribulatio eſt conſcientia delictorum, quia ſi quis extra tribuletur, habet quo confugiat, & ubi quietem petat, ſcilicet urbem, domum, cubiculum. Poſtremò ſi in ipſo cubiculo à malis inquietetur uxore, reſtat ut ad mentem propriam confugiat: ſi autem malæ conſcientiæ fumus inde eum expellat, nõ habet miſer quo amplius fugiet. Adiutor inquam eſt in tribulationibus, quæ admonentibus Apoſtolis recognitæ inuenerunt nos, non nos eas. Ille enim inuenit peccatum, qui ſcrutando cor ſuum recognoſcit peccatum. Vnde dictum eſt: Redite præuaricatores ad cor. illum uerò inueniunt peccata, qui admonante alio, recognoſcũt ipſa peccata. Et nimis inuenerunt nos tribulationes, quia nihil iniquius eſt quá ægrotũ medicum occidere, quod quidem nos cognouimus feciſſe, & eſt hoc dictum ſecũdum quod uox eſt illorum tantum, qui compuncti ad Apoſtolos uenerunt: ſecundum autem hoc quod communiter uox eſt primitiuæ eccleſię, dicetur, Quæ inuenerunt nos nimis. Dum enim per obedientiam in paradiſo manſimus, in loco ſanitatis & quietis fuimus: quando autẽ per inobedientiam in regionem diſsimilitudinis receſsimus, tunc quaſi in loca tribulationis & inquietudinis peruenimus. Et ſic tribulationes inuenerunt nos in locis ſuis. Et nimis inuenerunt nos, quia uſq; ad animam etiam introierunt.

Propterea non timebimus.) Quia Deus noſter eſt refugium & adiutor in tribulationibus, propterea non timebimus futurũ ſcilicet iudicium, dum terra Iudaica amaritudine gentium undiq; circundatur. Et quæ habitabilis propter legẽ & prophetas uidebatur, turbabitur, id eſt turbationem patietur. Quod tunc factũ eſt, quando Apoſtolis per ſpiritum confirmatis prędicantibus reſurrectionẽ & aſcenſionem Chriſti Iudæi adeò turbati ſunt, quod eos à ſe expellerent, & ne quis loqueretur in nomine eorum prohiberent. Et non timebimus etiam dum montes, id eſt Apoſtoli in fide & uirtutib. eminentes transferentur à Iudæis in cor maris, id eſt ad gentes. Quæ & propter amaritudinẽ morum, & quia circundabant Iudęam, deſignantur per mare. Sed ne putaremus populum hunc eſſe illũ, de quo dictũ eſt, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. immo illum de quo Eſaias dixit, Ponam legem meam in cordibus eorum, ideo addit, In cor maris. Hanc translationem montium manifeſtat Paulus, qui dixit: Vobis ſalutis uerbum huius miſſum eſt, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos uos iudicaſtis, ecce conuertimur ad gentes. Per hos autẽ montes etiam translatus eſt ille mõs mõtium, de quo dictum eſt: Et erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus Domini in uerticẽ mõtiũ. Et qui de ſeipſo dicit Apoſtolis, Si habueritis fidẽ ut granum ſinapis, diceris huic monti, id eſt mihi, tollere & mittere in mare, & ita fiat. Quod ſic intelligendum eſt: Granum ſinapis quanto plus teritur, tanto fit acrius. Et ideo talis eſt iſtud, Si habueritis fidem ut granum ſinapis, id eſt fortem & conſtantem in tribulatione, tunc dicetis mihi monti, Tollere de Iudæa, & mittere in mare, id eſt transi ad gentes. per Apoſtolos enim Dominus prædicatus, cognitus & glorificatus eſt in gentibus. Totius autem uerſus ſententia hæc eſt, quòd qui hic loquuntur ſecuri, ſe Deum habere refugium & auxilium, dicunt: Nos futuram pœnam non timebimus, dũ terra Iudaica conturbabitur, & dum montes & per montes mons montium transferetur in cor maris, quia nos montibus adhærebimus. Illi uerò qui conturbabuntur, uel pro turbatione mõtes deſerunt, meritò timebunt.

Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ.) Oſtendit quomodo montes, id eſt Apoſtoli ad gentes translati ſunt, ſcilicet quia ſonuerunt, id eſt ſonitũ in gentibus dederũt, quoniam Dñs intonuit per eos minis, coruſcauit miraculis, cõpluit præceptis: & ideo aquæ, id eſt doctrinæ & ritus eorum qui per mare intelligũtur, id eſt gẽtilium turbati ſunt mala turbatione primũ. Vnde quidam ex eis de Paulo dixerunt: Quis eſt iſte nouorum prædicatur dæmoniorũ? Et etiam montes, id eſt philoſophi & potentes eorum cõturbati ſunt in fortitudine

Digitized by Google

dina eius, ſcilicet Dei noſtri, qui eſt refugiũ & uirtus, id eſt turbati ſunt propter conſtantiam & patientiam ab ipſo Apoſtolis datam. Poteſt ita quoq; uerſus iſta legi, quaſi dicat: Dum montes in mare tranſferentur, aquæ, id eſt Apoſtoli uel doctrinę eorum, qui per mare intelliguntur, ſonuerunt, id eſt contradixerunt illis mõtibus. Et hoc ideo, quia prius apud ſemetipſos conturbati ſunt. Vnde ſcilicet quia aquæ ſonuerunt, & conturbatę ſunt, conturbati, id eſt, contriſtati ſunt ipſi mõtes, id eſt Apoſtoli, quia & flagella ſuſtinuerũt & ꝑ minorib. uel infirmiorib. timuerunt in fortitudine, id eſt in perſeuerantia & duritia eius ſoiirus.

Fluminis impetus.] Turbatæ ſunt inquã aquę, & mõtes cõturbati ſunt. Sed quę cura? Nulla ſcilicet, quoniã quantacunq; turbatio fiat exterius, nihil nocebit fidelib. quia impetus fluminis, id eſt abundantia ſpiritualium donorum lætificat interius ciuitatẽ, id eſt populum Dei. Vnus enim fluuius eſt, de quo dictũ eſt: Quoniam apud te eſt fons uitę, qui unus multos facit impetus, quia in Petrum & in Paulũ & in eorum conſimiles. iuxta illud: Qui credit in me, flumina de uẽtre eius fluent aquæ uiuæ. Impetus inquã lætificat ciuitatem Dei. Et hoc modo lætificat, quia altiſſimus Deus ſcilicet ſanctificauit, hoc eſt confirmauit per impetum illum tabernaculũ ſuum. i. milites ſuos. Et uerè ſanctificatum eſt tabernaculum. quia non cõmouebiſ ullis tribulationib. à ſtabilitate fidei. & hoc ideo, quia Deus eſt in medio eius, quia ęqualiter eſt omnibus ſauens, omnibus pręſens, tanquã q; medium eſt, ęqualiter habens ſe ad circunſtãtes. Et hoc modo eſt in medio, quia adiuuit iam & adiuuabit eam ſcilicet ciuitatem dando conſtantiã Deus & hoc mane, id eſt ſedulò. Qui enim mane ſurgunt, ſeduli ad opera ſua uidentur, & diluculo, id eſt per illuminationẽ factã per impetum illũ uel adiuuabit eam mane. i. per reſurrectionem ſuam mane prima ſabbati factã, quæ fuit nobis ad diluculum, id eſt ad illuminationem. Per reſurrectionem ſuam enim Domini, qui prius mortem timabant adeò conſtantes facti ſunt, ut non ſolum mortẽ non timerent, ſed etiam deſiderarent. Habet alia trãslatio: Adiuuabit eã Deus uultu ſuo. Quod ſic exponiſ: Talib. ſignis ei aderit, ut pręſens ſibi eſſe intelligatur.

Conturbatæ ſunt gentes.] Quia ciuitas Dei conſtans facta eſt in tribulatione, ideo gentes cõturbatæ ſunt bona conturbatione. Quæ enim prius conturbabantur ut deſtruerent, modo conturbabantur ut ędificarent. Et etiam regna, id eſt reges prius erepti ut contradicerent, modo inclinati ſunt ut adorent. Nec hoc mirũ, quia Dominus non ſolum hominum, ſed etiam uirtutum, id eſt ſupercœleſtium exercituũ, qui prius locutus eſt per ſubiectã ſibi creaturã, modo nobiſcũ eſt, id eſt Emanuel q; eſt nobiſcũ. i. noſtræ naturę Deus. Et ſuſceptor, id eſt medic⁹ noſter qui ſuſcepit noſtrã infirmitatẽ curandam, & Deus Iacob, id eſt omnium luctatorũ & ſupplãtatorum. ipſe inq̃ modo dedit uocẽ ſuã principaliter ꝑ ſe ipſum & ꝑ Apoſtolos, & ideo terra. i. plebs gẽtilis: quę cum prius eſſet puluis, modo facta eſt terra culta, modo eſt mota ut fructificet.

Venite & uidete.] Quia Dominus uirtutum nobiſcũ ens, & ſuſceptor noſter factus dedit uocem ſuam, ergo omnes uenite paſsibus fidei ut credatis, & credendo uideatis ut uiuatis. Videte inq̃ opera Dñi, quę Dñs nõ ſolum hominũ, ſed etiam uirtutum nobiſcum ens ſuſceptor noſter Deus Iacob (quod repetitum eſt ad cõmendationẽ) poſuit ut prodigia, id eſt miranda & ſpectanda ſuper terrã, id eſt ſuper illos qui de puluere ſunt facti culta tibi auferẽs bella. Exponit opera illa, quaſi dicat: Hæc inquã ſunt opera quæ Dominus poſuit ſcilicet, quia Dominus auferens bella, id eſt tollẽs omnẽ contradictionẽ & repugnantiã ſanæ doctrinę, ſi non à paleis, ſaltẽ à granis uſq; ad finẽ terræ, id eſt in omni parte terrę. In omnẽ terrã exiuit ſonus Apoſtolorum. Vel uſq; ad finẽ terræ. i. in tãtum, ut illos qui prius rebellabant, facerẽt finẽ eſſe terrę, ſcilicet ut om

nem terrenitatẽ in ſe finirẽt. Dominus inquã cõteret arcum, id eſt occultã impugnationẽ: & contringet arma, id eſt manifeſtã impugnationẽ, & ſcuta. i. defenſionem malæ præſumptionis, defenſionẽ ſcilicet peccati cõburet. & deſtruet igni nõ quolibet, ſed illo quẽ ipſe uenit mittere in terram, & uult ut ardeat, ſcilicet per dilectionem Dei & proximi. Ipſe dico dicens: Vacate, id eſt, uacuate uos uitijs, unde pleni eratis, ut impleamini uirtutibus. Et uidete, id eſt cognoſcite me eſſe Deum. Quod debetis cognoſcere, quoniam ego reuera ſum Deus, qui exaltabor, id eſt glorificabor in uobis gentibus. Et tandem etiam exaltabor in terra Iudaica, quia de ea prædictum eſt: Et reliquiæ ſaluæ fient. Ecce hic manifeſtè notat Iudęorum & gentium concorporationem, de qua in titulo prædictum eſt. Poteſt & aliter pſalmus iſte à principio ordinari & cõſtrui, ut ſic dicatur: Deus noſter, Dominus ſcilicet uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob. Dedit uocem ſuam, & ideo terra mota eſt. Et quomodo mota ſit, præmiſſum eſt, uidelicet quia gentes conturbatæ ſunt, & inclinata ſunt regna. Ipſe dico qui eſt refugium & uirtus & adiutor in tribulationibus, quę nimis inuenerunt nos. Cætera non mutantur.

IN PSALMVM XLVI.

ARGVMENTVM.

MAchabæorum perſonæ carmen hoc quaſi triumphale pręcinitur, quoniam uictis gẽtibus uel Iudæis præuaricatoribus templũ eſt cum ſactis ritibus inſtauratum. Item legendus ad lectionem Actus Apoſtolorum, poſtquam aſcendit Chriſtus ad patrem.

IN FINEM, PRO FILIIS CHOræ Pſalmus.

EXPLANATIO.

TItulus notus eſt, Chriſtum & Chriſtianos inſinuans: quamuis ex perſona filiorum Choræ totus ſit hymnus cantatus, diapſalmatis tamen eſt interpoſitione diuiſus. Primo modo cõmonentur gentes Domino laudes perſonare, quia populo acquiſitionis cuncta ſubiecit, & in ſua hæreditate collocauit. Secũdo aſcenſio Domini, & regnũ deſcribitur, quoniã ſancti ipſius ſunt ſine fine fruituri.

COMMENTARIVS.

OMnes gentes plaudite.] Dominus Deus noſter fidem, in qua ſtamus, ex qua uiuimus, per quã & ſaluamur, multipliciter uarieq; ꝑ ſcripturas ſacras reuelauit nobis. Sacramenta quidẽ uerborum uarians, fidẽ tamen eandẽ cõmẽdans, ut dum ordo dicẽdi uariatur, & res antiqua renouatur, ſit homo in corde paratus retinere, & poſtea non ſit piget eadẽ cogitare: & q; comedit, id eſt audiuit ſemper ruminare, ne inueniamur animalia immũda, ſed munda, ſicut in hoc pſalmo res eadem quæ iã ſæpè in alijs pſalmis prædicta eſt iteratur. Cuius titulus eſt, In finẽ pro filijs Choræ, pſalmus ipſi Dauid. q; ſic exponitur: Iſte pſalmus refertur in finem, cantatus à quibuſdam filijs Choræ pro alijs filijs Choræ, id eſt ut alij filij Choræ imitatores Chriſti eius paſsionis fiant. Pſalmus dico attributus ipſi Dauid, id eſt perſectioribus in corpore Chriſti. Eſt enim uox Apoſtolorum ſanctorum exhortãtium nos, ut Deo qui pro nobis deſcendit & mortem ſubijt, gratias in quantum poſsimus referamus, ſcilicet ut ore & opere ei plaudamus: & in quem Iudæi paruulum offenderunt, illum nos cognoſcamus excelſum: & quem illi habuerunt irriſibilem, nos timeamus caſto tamen timore terribilem. Poteſt uerò iuxta quoſdam qui hunc pſalmũ

cum ſuperiori unum faciunt, ite ad prædicta cõtinuari. quaſi dicat: Quia Dominus non ſolum in gẽtibus, ſed & in terra Iudaica exaltabitur. Ergo omnes gentes plaudite Deo manibus, id eſt in bonis operib. laudate Deum, & iubilate ei in uoce non qualicunq;, ſed exultationis, id eſt in exultatiua laudatione. Siue enim tantum bene operemur, & uoce non laudaremus: ſiue econuerſo faceremus, pigri eſſemus, & ideo utrunque præcipitur.

Quoniam Dominus excelſus.] Ideo debetis oẽs gentes Deo manibus plaudere, & uoce iubilare: quoniã Dominus, id eſt Chriſtus prius paruulus, modo factus excelſus: prius deriſibilis, modo factus terribilis, & modo rex magnus non ſolum ſuper Iudæã, ſed ſup omnẽ terrã. Ipſe inq̃ ſubiecit populos Iudaicos nobis Apoſtolis & prædicatoribus, & non ſolum populos, ſed etiã gentes. i. gentiles poſuit ſub pedib. i. ſub affectionib. noſtris, ita ut qui à noſtris prius interficiebamur, ab iſtis honorabemur: & quia ab illis expulſi ſumus, ab iſtis recepti ſumus. Et hoc modo, quia & populos & gentes nobis ſubiecit, elegit aſſumendo, quã ante ſecula elegerat, diſponẽdo hæreditatem ſuam & de Iudæis & de gentibus nobis aſſociendã. exponit quæ ſit illa hæreditas, ſcilicet elegit ſpeciẽ Iacob. i. uiros ſpecioſos ſignificatos per Iacob, quia Iacob dilexit, Eſau aũt odio habuit. Duo enim fratres fuerũt in utero matris, pugnãtes & ſe inuicẽ collidentes: quorũ alterum Deus elegit, alterum reprobauit. Et accipitur alter, id eſt Iacob in omnib. bonis, alter uerò in omnib. malis.

Aſcendit Deus in iubilo.] Quaſi aliqs diceret: Quomodo elegit Deus hanc hęreditatem? Hoc modo ſcilicet, quia in cœlos aſcendit, & inde ſpiritũ S. miſit, qui corda noſtra confirmauit, ut populi & gentes ſubijcerentur nobis. Sic quoq; cõtinuetur: uere Dñs excelſus, qui iam aſcendit illuc, quo ſequi non potuerunt qui eum crucifixerunt. Et hoc in iubilo, id eſt in immenſa lætitia & ſtupore Apoſtolorum, & Dñs aſcendit in uoce angelicæ tubæ. Angeli nãq; cõſolati ſunt Apoſtolos ſtupidos, & à ſe quodam modo abalienatos aſcẽdente Dño, quaſi dicerẽt: Corpus quidem tollitur ab oculis ueſtris, ſed Deus nõ ſeparatur à cordib. ueſtris. Videte aſcẽdentẽ, credite in abſentem: ſperate uenientem per occultã miſericordiã, ſemp ſentite eum præſentẽ.

Pſallite Deo noſtro.] Quia Dominus excelſus factus eſt & terribilis, & rex magnus ſuper omnẽ terrã, ergo oẽs gentes pſallite & opere & uoce. & cui debeãt pſallere exponit: Pſallite Deo, ſcilicet Deo patri noſtro. i. nobis ꝓpicio, pſallite regi noſtro. i. filio, pſallite & ſpiritui ſancto. Et debetis pſallere, quoniam Deus eſt rex factus per cognitionẽ nõ tantũ Iudęorũ, ſed oĩs terrę. Semp quippe Deus uelit nolit, Deus rex eſt uniuerſę terræ: ſed tamen tunc tantũ rex dicitur, quãdo regnare cognoſcitur. Vnde dicit Eſaias: Qui eruit te, Deus uocabitur uniuerſæ terræ. Rex inquam Deus eſt, ergo pſallite non inſipienter, ſed ſapienter. Inſipienter namq; pſallebant, dum idola adorabant: ſapienter uerò nunc pſallunt, quoniam creatorem colunt.

Regnabit Deus.] Ideo ſapiẽter pſallendũ eſt, quia Deus regnabit. i. regnare cognoſcitur ſuper oẽs gentes, & ſi non in paleis, ſaltẽ in granis. q, innuit cũ dicit: quia Deus ſedet iam diſpoſitiõe, ſedebit etiã in re ſuper ſedem ſanctã ſuam. i. ſuper animas iuſtorum. Præparate itaq; uos Domino, & ipſe ſedebit in uobis: quia Salomon dicit, Anima iuſti, eſt ſedes ſapientiæ.

Principes populorũ.] Verè Dominus regnabit ſup gentes, quia ſuſcitabit gentes de lapidib. & faciet filios Abrahæ. Quod ſic dicit more ꝓphetæ, loquens per pręſens de futuro: Principes populorũ gentiliũ, qui quãdiu lapidea corde habuerunt, diſgregati à Deo erant, modo ſunt cõgregati cũ Deo Abrahã, ſcilicet facti filij ipſius Abrahã, non carnẽ eius gerentes, ſed fidẽ habentes. Et hoc ideo factũ eſt, quoniã dij terræ. i. Apoſtoli, qui habiti ſunt quaſi dij in terra, fortes. i. in tribulatione & prædicatione perſiſtentes, ſunt uehementer eleuati. i. honorati & exaltati, Domino ſcilicet cooperãte, & ſermonẽ confirmante ſequentib. ſignis. Valde namq; clarus Petrus erat, cum etiã tactus umbrę eius ægros erigebat. Quare principes eius facile crediderũt, & fidẽ per eos ſuſceperunt. Vel aliter, quaſi dicat: Ideo facta eſt receptio gentiũ, quia facta eſt expulſio Iudæorũ. Qđ innuit dicens: Quoniã dij. i. Iudæi, qui propter legem & prophetas aliorum cõparatione erant quaſi dij, fortes terræ, id eſt præſumentes de terrenitate ſua, de ſeculari ſcilicet potentia & gloria ſunt eleuati uehemẽter. i. tantum ſuperbierunt, q, medicũ qui ad ipſos uenerat, neceſſariũ ſibi nõ putauerunt, & ideo eum occiderunt. & ſic illud cõpletũ eſt: Quia ex parte contigit cæcitas in Iſrael, ut plenitudo, &c.

IN PSALMVM XLVII.

ARGVMENTVM.

AEſtimatione hominũ ignorantium Deum, ex his quę in ciuitate operatus eſt, magnus apparuit. Item legendus ad Apocalypſin Ioannis, figura eccleſiæ Hieruſalem futuræ.

PSALMVS CANTICI FILIIS Choræ ſecunda ſabbati.

EXPLANATIO.

Secunda ſabbati, eſt ſecunda dies à ſabbato, quæ nũc ſecunda feria uocatur, in qua die, ſicut Geneſis narrat, fecit Deus firmamẽtũ in medio aquarũ, & uocauit illud cœlũ, ubi ſanctæ eccleſiæ celſitudo præfiguratur, quæ uelut inter inferiores & ſuperiores aquas ſuſpẽſa inferior quidẽ angelicæ ſublimitati, ſed mundanæ eſt conuerſatione ſublimiorũ. Sicut ergo in uiceſimo tertio Pſalmo prima ſabbati, qua facta eſt lux, reſurrectionẽ Dñi præmonſtrat eſſe canendã: ſic & in præſenti ſecũda ſabbati, qua factũ eſt firmamentũ, eccleſiæ culmẽ oſtendit. Cui filij Choræ. i. Dominicæ paſſionis huius cantici Pſalmũ reſonant. In prima poſitione laudes Dño dicunt, quod eccleſiã ſuã dilatans cunctis terrarũ regibus potentiã ſuam oſtenderit. In ſecunda gratias agunt de aduentu Saluatoris, cõmonentes antiſtites futuros ut gradus in eccleſia diſtribuant, per quos Saluator poſſit agnoſci, qui famulos ſuos æterna protectione cuſtodit.

COMMENTARIVS.

M*Agnus Dominus & laudabilis.*] Dominus Deus noſter per diſtinctionem operum ſuorũ, aliud nobis inſinuauit, quam ipſe ſimpliciter opera. Legiſ enim in libro Geneſis ſex dieb. diſtinxiſſe opera ſua. Et prima die fecit lucem, & diuiſit eam à tenebris. Per q, nos aliud quã q, factum eſt, intelligere uoluit: per lucẽ quippe prima die factã, intelligendũ eſt q, per reſurrectionẽ Dñi noſtri Ieſu Chriſti facta nobis lux eſt: quia datus eſt nobis de tenebris ad lucẽ, de morte ad uitã reditus. Per eandẽ aũt lucem à tenebris diuiſam, intelligenda eſt ſeparatio fidelium & infidelium. Qui enim credũt in mortem Chriſti, & eius reſurrectionẽ, & ſimilia, ſunt lux à tenebris ſeparata. Quia de his dicit Apoſtolus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc aũt lux in Domino. In infidelitate uerò ꝑmanentes, tenebræ ſunt. Et de hoc negotio primæ diei habuimus ſuperius pſalmũ quendã in prima ſabbati, ſcilicet Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarũ. In ſecunda uerò die ſabbati. i. in die ſecunda fecit Deus firmamẽtum, & ſtabiliuit illud in medio aquarũ. per q, firmamẽtum deſignatur eccleſia, corpus illius capitis, de quo pſalmus præcedens in prima ſabbati loquiť. Quæ eccleſia propriè accipitur in ſanctis, qui nõ facile cedunt tentationib. huius ſeculi. Soli enim corroborati in fide, & fundati in charitate, dignè appellanť nomine firmamẽti. De quibus dicit Apoſtolus: Nos firmi infirmorum infirmitatẽ ſuſtinere oportet. De eccleſia quoq; alibi dicit: Eccle-

cit: Eccleſia Dei uiui, colũna & firmamentũ ueritatis. & totum tẽpus ab aſcenſione Domini uſq; ad cõmunẽ omnium reſurrectionẽ poteſt uocari ſecunda ſabbati. In quo tẽpore per Apoſtolos & præcones ſanctos conſtituitur hoc firmamẽtum .i. eccleſia, & cõſolidatur in medio aquarum .i. malorũ, quorum amaritudine circundatur undiq;. de hoc firmamento nõ ſignificante, ſed ſignificato agitur in hoc pſalmo. Cuius titulus eſt: Secunda ſabbati laus cãtici filijs Choræ. Quod ſic intelligitur: Laus iſta cãtici .i. hymnus exaltationis cãtetur de ſecunda ſabbati, id eſt de rebus ſignificatis, per res creatas in ſecunda ſabbati propoſitus filijs Choræ futuris, id eſt omnib. quicunq; imitatores paſsiõis Chriſti eſſe uoluerint, ut magis & magis proficiãt. Et eſt uox prophetæ uel cuiuſq; perfecti de priori populo, cognoſcentis per ſpiritum cõſtituẽdã eſſe eccleſiã. Et exhortãtis nos, ne nos ſubtrahemus, immò quoad poſſumus in hoc ædificium ingredi nitamur, ut uiui lapides ſi nõ quadrati, ſaltẽ qualeſcunq; in eo ſiamus. Quapropter ingreditur cõmendare hoc ędificium, dicẽs ita: Dominus pater futurus eſt magnus .i. magnificus per bona opera non in Babylonia, ſed in ciuitate Dei noſtri. Ciuitatẽ hic accipit collectionẽ fidelium, id eſt eccleſiã, quę eſt ciuitas Dei noſtri, per noſtrã naturã ſumptã facti, quia pertinet ad uerbum incarnatum. Et Dñs etiã futurus eſt nimis .i. ualde laudabilis, cum nec cogitatione apoſtatabit in monte ſancto eius .i. in Chriſto, qui caput eſt huius ciuitatis. Et eſt mons ſanctus cõſciſſus de mõte, id eſt natus de Iudaico populo ſine manib. cõcidentiũ, id eſt ſine manib. cõplectentiũ. Maria enim de qua natus eſt, nõ cognouit uirum: hic aũt mons creuit & factus eſt magnus mons, & impleuit uniuerſam terrã. Nõ ſis ergo piger aſcẽdere in hũc montẽ, quia ipſe nõ fuit tardus uenire ad te dormientẽ. Non. n. oportet te laborare uel peregrinari ut hunc montem inuenias, ſed ſi hunc montem non aſcendis, & in eo non proficis, tunc uero peregrinus eris.

Fundatur exultatione.] Duo poſuit, ciuitatem ſcilicet, & montẽ ſanctum eius. Modo primum agit de ciuitate, poſtmodo aget de monte, dicens ita: Ciuitas regis magni. Cuius quia magnus magnã condecet eſſe ciuitatẽ. Fundatur ab exultatione .i. ab exultationib. uniuerſæ terrę. Nullus. n. uerè exultat, niſi qui in Deo exultat. Et oſtendit hoc per partes, ſcilicet quia mons Syon, id eſt quidã de Iudæis, qui dicuntur mõs Syon, id eſt mons ſpeculationis propter legalium obſeruãtiã, ſunt ciuitas regis magni, quia alter paries ſunt. Et latera aquilonis ſunt, etiã ciuitas regis magni, quia alter paries ſunt. Latera aquilonis, ſunt hoĩes deſperatiſsimi de gẽtib. qui maximè adhæſerunt aquiloni illi qui dixit: Ponam ſedem meã ad aquilonem, & ero ſimilis altiſsimo. In quibus quia ſuperabundauit iniquitas, refrixit charitas quæ rectè per aquilonẽ intelligitur. Aquilo nanq; contrarius uentus calidæ plagæ meridionali eſt, quia frigidus eſt. Et ideo in aquilone diabolus, & oẽs frigidi in charitate intelliguntur, qui ſanctie uiris, qui uerum ſolem iuſtitiæ ſemper præſentẽ habent, contrarij ſunt. De his etiã fuit filius ille, qui deuorata ſubſtantia ſua cum meretricib. abijt in regionẽ diſsimilitudinis, & adhæſit uni principi illius regionis, aquiloni ſcilicet, ſed tandẽ reuerſus ad ſe: quia etiam eccleſia de deſperatiſsimis & perditiſsimis cõſtituenda erat, dixit: Surgam & ibo ad patrem meum, &c. Ecce redeunte iſto duo populi, ecce duo parietes eccleſiæ. Per illum enim qui reuertitur, gentilis populus intelligitur, qui adeò à patre ſuo receſſerat, quod etiam idola adorabat. Per illum uerò qui cum patre manſit, Iudaicus populus deſignatur, perſeuerans in inſtitutis legalibus, ex quibus duobus conſtituta eſt eccleſia & mons Syon: & latera aquilonis, ſunt ciuitas regis magni. Habent quidam libri, Mõtis Syon. quod ſic conſtruitur: Ciuitas fundatur ab exultatione uniuerſæ terræ, montis Syon .i. ab his qui de Iudæis conuerſi exultant. Et ideo ponit uniuerſæ terræ, cum de

ſolis Iudæis agat: quia inter ipſos Iudæos quædã tribus deſperatiſsimę erant, ut tribus Beniamin, de qua fuit Saulus & omnes principes illius populi.

Deus in domibus.] Mons inquam Syon & latera aquilonis ſunt ciuitas regis magni. Et hoc modo, nam cognoſcetur .i. per euidentia ſigna pręſens eſſe cognoſcitur, non tantũ in domo una, ſed etiam in domib. eius ciuitatis, id eſt tam in populo de gentibus, quã in illo de Iudæis. Quod dictum eſt contra arrogantiã Iudæorum, qui iactabãt ſe de patre Abraham, & ſaluari ſe ſolos putabant: & meritò cognoſcetur Dominus in domibus eius, cum (pro quia) ſuſcipiet tanquã bonus medicus eam infirmam ſanandam, & tuendã. Et poteſt hæc referri ſuſceptio, uel ad occultam & cõtinuam eius miſericordiam uel ad incarnationẽ uerbi.

Quoniam ecce.] Quaſi aliquis dicat: Cõtra quos opus eſt, ut tueatur eam. dicit, Verè opus eſt: quoniam reges, id eſt non ſolum plebes, ſed etiã ſęui principes, ut Diocletian⁹, Maximianus, cõgregati ſũt ut impugnẽt eam. Et ecce (puta uerum quod dico) quia reges ipſi quantumcunq; in ritu diuerſi, conuenerunt in hoc unum, ſcilicet ut eccleſiam deſtruerent, & Chriſtianum nomen delerent: ſed tamen ipſi eidem reges uidentes hanc ciuitatem ſic fundari, admirati ſunt, &c. Poteſt in bono quoq; prædictus uerſus legi, & ſic ad ſupra dicta cõtinuari: Ideo dico quòd latera aquilonis ſint ciuitas regis magni, quoniã non ſolum plebes de gentilibus, ſed etiam reges, ut Cõſtantinus & multi alij. Vel generaliter reges accipere poſſumus, omnes illicitos motus ſuos bene regentes, qui omnes congregati ſunt in hãc ciuitatem. Ecce puta uerum quod dico, quia diſsimiles moribus & lingua conuenerunt in unum, id eſt in eandem fidei concordiã. Quomodo autem hoc factũ eſt? Hoc modo ſcilicet, quia ipſi reges uidentes ciuitatem iſtam fundari ſic, id eſt tam euidentibus ſignis & miraculis, & quod unus paries eſſet ex præputio, alter ex circunciſione, admirati ſunt in miraculorum exhibitione, conturbati ſunt in conſcientia delictorum, & ſic cõmoti ſunt ad pœnitentiã. Et hoc ideo, quia tremor futuri ſcilicet iudicij ex comminatione præconum eos apprehendit. Ibi ſcilicet in tremore erunt dolores in eis, ut dolores parturientis, id eſt pœnitẽtis dolores dico non ſteriles, ſed fructuoſi. parturire nanq; ſequitur fœtus. Attẽde hic ergo cõceptionem, & recognoſce parturitionem. Eſaias enim dicit: Ex timore tuo Domine concepimus, & ſpiritũ ſalutis peperimus. Sic & hi reges ex timore Dñi cõceperunt timorẽ, & ſpiritum ſalutis poſtea pepererunt: quia credẽtes in eũ quẽ timuerunt ſalui facti ſunt. Et uerè erunt eis dolores ut parturientis, quia tu Domine conteres naues Tharſis, id eſt humiliabis ſuperbiã gentilium, qui prius de incerto diuitiarum huius ſeculi tumuerunt in ſpiritu uehementi, id eſt in timore nimio propter futuri iudicij comminationem. Vel in ſpiritu uehementi, id eſt uiris comburenti, id eſt in flagranti ardore charitatis Dei & proximi. Attẽde quod dicit, Naues Tharſis. Fuerunt qui dicerent per Tharſis deſignari Ciliciam, regionem opulentiſsimam & potentiſsimam, quia Tharſis ciuitas eius eſt metropolis. Alij quoq; dixerunt quòd ea ciuitas, quæ nunc Carthago dicitur, Tharſis etiã olim uocaretur. Quod nulli mirum debet uideri, cum eadem etiam Birſa à corio tauri ſit uocata. Cuius primordia per nauigationes & negotiationes, tantũ floruerunt, quod non indignè per naues Tharſenſium ſuperbia gẽtilium ſignificatur, de incerto diuitiarum ita præſumentium, ſicut nautę de incerto flatu uentorum. Similiter quoque ſi per Tharſim Cilicia deſignatur, non indignè per Ciliciẽ patriã opulentam, & glorioſam ſuperbia gentilium deſignatur. Poteſt & ſecundum nominis interpretationẽ cõgruè hoc dici. Tharſis enim interpretatur exploratio gaudij, per quod rectè gentiles deſignantur, qui prius in terrenis & tranſitorijs gaudiũ explorabãt, quia uerè in eis beatitudinẽ eſſe putabãt. Quorũ naues, id eſt

ſuperbiam & gloriam contriuit & homiliauit Domi nos in ſpiritu uehementi.

Sicut audiuimus.] Sic continuatur: Tremor apprehen dit reges, ipſos dico dicentes: Sicut audiuimus, & cætera. Vel ita ſimpliciter poteſt continuari: Quia Dominus conteret naues Tharſis, id eſt, humiliauit ſuperbiam gentiũ, ideo ſicut audiuimus promiſſum, ſic uidimus cõpletum: ſicut audiuimus in promiſsionib. ſic uidimus in exhibitionib. Vbi autem uidimus? ſcilicet in ciuitate Domini, qui etiam uirtutum, id eſt ſupercœleſtium exercituum dicitur Dñs. In ciuitate dico Dei noſtri, id eſt pertinẽtem ad ius uerbi, quod eſt Deus noſter, id eſt noſtræ naturæ particeps. Et hoc ideo, quia ipſe Deus uerbũ fundauit eã in ſe ipſo. Fũdamentum enim aliud nemo poteſt ponere, pręter id q̃ poſitum eſt, quod eſt Chriſtus, non temporaliter quidem, ſed fundatio eius manet in æternum.

Suſcepimus Deus.] Hic manifeſtè agit de mõte ſancto, ſicut & ſuperius de ciuitate. Quaſi dicat: Hoc modo Deus noſter eã fundauit ciuitatẽ, quia ô Deus pater, nos ſuſcepimus illum qui nõ ſolum dicendus eſt miſericors, ſed ipſa miſericordia emphaticè. Et ſi non in omnibus, ſaltem in medio templi tui, id eſt in perfectis. Templũ enim Dei ſunt omnes q̃ ſacramenta fidei perceperunt, ſed qui inter hos formam quidã pietatis habent quia ſacramẽta perceperunt, ſed uirtutẽ eius abnegãt, quia opera pietatis nõ obſeruãt. Hi inq̃ ſunt quaſi circuitus huius tẽpli. Quoniã & formã pietatis habent, & uirtutẽ eius tenẽt, quia opera fidei exercent: hi in hoc tẽplo medium ſunt, & ſuſcipiunt in ſe Dominum, quia in eis habitat fide & operatione. Illi uerò alij & ſuſcipiunt & non ſuſcipiunt. Suſcipiunt per ſacramenta, non ſuſcipiunt per opera.

Secundum nomen tuũ Deus.] Quaſi dicat: Nos inq̃, qui in medio tẽpli ſumus, ſuſcepimus: ſed nunquid pauci p̃ hoc, quia medium templi? Non. Immò multi. Quia ô Deus ſecundum nomẽ tuum, id eſt ſecundum hoc q̃ dilatatum & diffamatum eſt nomẽ tuum, ſic, id eſt ad eum modũ dilatata eſt laus tua. Quaſi dicat: Sicut ubiq; per præcones tuos nominaris, ſic ubiq; laudaris. Vel aliter. Laus tua eſt ſic dilatata, ſic magnificata, ut ſecundũ nomẽ tuũ ſit. i. ſecundum hoc q̃ cõuenit nomini tuo. i. maieſtati nominis tui. Nã eſt extenſa uſq; in fines terræ, quia in omnib. partib. terræ eſt uel in illis eſt, qui ſe fecerũt fines terrę, nihil pręter ſola neceſſaria, & uix etiã ea retinentes. Et ne aliquis erroneus diceret: ergo pauci collocãdi erunt ad dexterã, multi uerò ad ſiniſtrã, & ideo Deus paucitatis dextrorum miſertus, quoſdam de ſiniſtris transfert ad ipſos: obuiat huic errori propheta per ſpiritũ ſanctum, dicens ita, Dextera tua Domine plena eſt nõ hœdis ſed agnis, q̃a plena eſt iuſtitia. i. talib. qui poſsint dici ipſa iuſtitia. quod eſt dicere: Nulli mali, ſed ſoli iuſti ad dexteram Dei collocabũtur. Et iuſti erunt multi, mali uerò pauci: quia nihil eſt tam obnoxium paucitati, quam quod eſt debitum perditioni.

Lætetur mons Syon.] Quia ad dexterã ponẽtur tantũ iuſti. Et hi non erunt pauci, ſed multi. Lætentur ergo qui ponendi ſunt ad dexterã, qui uerò poſiti ſunt ad ſiniſtrã, enitantur transferri ad dexterã. Quod ſic dicit: Lætetur mons Syon, id eſt lætentur illi qui de circumciſione ponendi ſunt ad dexteram: & exultent etiam filiæ Iudæ, id eſt filij confeſsionis, ſcilicet illi qui de gentibus per confeſsionem facti ſunt tibi filij, quia & ipſi ad dexterã ſunt ponendi. Exultent inquã Domine, nõ propter ſe, ſed propter iudicia tua. i. propter iuſta præcepta tua cuſtodita. Vel propter iudicia tua, ſcilicet quia placuit tibi ut iudicares, q̃ ex parte cæcitas contingeret in Iſrael, & ſic plenitudo gentium intraret. Vnde debent exultare & filiæ Iudæ, id eſt filij confeſsionis quæ receptæ ſunt: & etiam fideles de Iudæis, qui excæcati non ſunt. Vel propter iudicia tua futura, iam partim euaſa, ſcilicet in ſpe. Spe enim ſalui facti ſumus, tandẽ prorſus euadenda: uidelicet quia non cadet unum granum in multitudine palearum comburendum.

Circundate Syon.] Hactenus locutus eſt quaſi de his qui medium tẽpli ſunt, nunc conuertit ſe ad eos, qui circuitus tẽpli ſunt, hortãdo eos ut fiant medium. quaſi dicat: Ponendi ad dexteram exultent, uos uerò poſiti ad ſiniſtram, qui adhuc eſtis circuitus templi, circundate Syon mediam, & nõ mala circundatione, ſcilicet ut inſidiemini ei, ſed complectimini eã per dilectionem, ut imitemini & narrare, quæ narretis non in temeritate ueſtra, ſed in turribus, id eſt in authoritate turrium eius, id eſt freti authoritate ſanctorũ Apoſtolorum, qui ſunt turres eius ciuitatis. de qua alibi dicit: Valida eſt ſicut mors dilectio. Sicut enim potens fuit diabolus ad deſtruẽdum, ita Chriſtus quam ſola charitas ad nos uenire fecit ad reficiẽdum. ſicut ille ad deijciendum, ita iſte ad erigendum. Ponite inquam corda ueſtra in uirtute, & in hac uirtute diſtribuite, id eſt diſtributim accipite domus eius. Quaſi dicat: Duę domus huius ciuitatis ſunt. Illi qui circuitus templi, & qui medium eius ſunt. Quos diſtributim debet accipere, quiuis fidelis medios quidẽ ad imitãdum: circuentes uerò, ad deuitandũ. Vel per domos, quaſi diuerſas familias poſſumus accipere. Vna enim quaſi familia ſunt eminentes in caſtitate, alia in largitate, & ſic ſecundum propria dona ſpiritus ſancti diuerſæ ſunt familiæ, quas diſtribuere debent. Vt in iſtis hoc imitentur, in illis illud. & ſic in ſingulis, quæ bona ſunt. Ideo dico ut hæc faciatis, ut bonum exemplum alijs ſitis, ſcilicet ut enarretis non ſolum in præſenti filijs ueſtris, ſed etiam enarretis poſteris ueſtris in alia progenie futura: hoc ſcilicet, quoniam hic Deus qui ſuſceptus eſt, in medio templi, eſt Deus noſter, id eſt Deus noſtræ naturæ: hoc eſt, & uerus Deus & uerus homo, manens in æternum & in ſeculum ſeculi. Et ipſe per ſe ipſum, non per ſibi ſubiectã creaturam reget nos in bonis operibus hic, & ſic perducet nos in æterna ſecula.

IN PSALMVM XLVIII. ARGVMENTVM.

COmmunis exhortatio ad omnes homines dirigitur, ne ſeculi diuitias magni pendãt: ſed pro his potius ſi fortè adfluant, Deo gratias referant, easq; pro æterna requie diſpenſent. Item uox eccleſiæ ſuper Lazaro & diuite purpurato.

IN FINEM, FILIIS CHORÆ Pſalmus.

EXPLANATIO.

TItuli huius uerba cuncta trahunt ad Dominum, illiuſque cruore redemptos. Per totum Pſalmum uerba ſunt omnipotentis filij. In prima ſectione narrat, qualia dicturus uel daturus ſit fidelibus tempore incarnationis ſuæ. In ſecunda quæ ſint ſtultis uentura. In tertia quæ iuſtos impiosq; ſecutura ſint. In quarta commonet ſuos, ne timeant diuites ſeculi, qui omnia bona ſua cum luce relinquant.

COMMENTARIVS.

A*Vdite hæc omnes gentes.*] Titulus eſt talis: In finem filijs Choræ, pſalmus Dauid, hoc eſt, iſte pſalmus Dauid prophetæ uel cuiuſq; fidelis perfectę animę de priori populo, uel de poſteriori relatus in finẽ proponitur filijs Choræ,

Choræ, ad hoc ſcilicet, ut deuitent uſitatam peruerſionem. Vſitata enim peruerſio ea in hominib. eſt, quod cũ deberent uiuere ſecundũ Dei uoluntatẽ, potius uolunt Deũ uiuere ſecundũ ſuam uoluntatẽ. Et dũ ipſi nolunt corrigi, uolunt Deũ deprauari, arbitrantes nõ eſſe iuſtũ q̃ ipſe uult, ſed q̃ ipſi uolunt. Et qui diligũt eum propter terrena commoda, & bona temporalia, murmurant aduerſus eũ, cum uidẽt bonos tribulari, malos proſperari: quaſi nõ dignetur regere humana, non curet hæc infima. Contra tales loquitur diuinus ſermo etiam in hoc pſalmo. Ad quem nõ oportet ut nos attentos uos faciamus, quia ipſe propheta uos ſatis reddit attentos: & non ſolũ uos, ſed omnes homines iuſtos, ſiue iniuſtos, dicens ita: Omnes gentes, id eſt gentiliter adhuc uiuentes, audite hæc quę dicam, ut corrigamini. Quare dicit omnes gentes: nunquid uox ita clamoſa erat, ut omnes poſſent audire? Non utique, ſed præuidit per ſpiritum ſanctũ illud, quod in illo uno populo Iudaico fuit ſcriptũ, & lectum per omnes gentes reuelandum eſſe atq; relegendum. Et ideo dixit: Audite omnes gentes, & uos etiam omnes qui habitatis orbem, percipite hæc aurib. Videtur hoc eſſe repetitio, niſi fortè dicamus, quod prius alloquitur iniquos, hic uero iuſtos. Et quærat aures illas, quas Dominus requirit in euangelio dicens: Qui habet aures audiendi audiat. Illi enim ſoli aure audiendi audiunt, qui inhabitant terram, id eſt carnẽ ſuã, non quos ipſa inhabitat, hoc eſt qui nõ ſubiacent carni ſuæ, ſed dominantur ei illicitos motus omnes bene regendo, neque portantur à lecto doloris, immò ipſum portant. & ideo dicit: Omnes qui habitatis orbem, id eſt qui inhabitando & excolendo terram carnis ueſtræ, facitis eam orbem, id eſt orbiculatam & perfectam. Vos inquam percipite hæc quæ dicam: & non ſimpliciter, ſed auribus, id eſt aure audiendi. Quaſi dicat: Nunc quidem boni & mali commixtim audite, quia quando erit tempus diſgregationis, tunc apparebit qui audierint cum cauſa, quique ſine cauſa. Sine cauſa enim audiũt, in gentilitate permanentes: cum cauſa uero audiunt, qui orbem inhabitant. Audiant inquam hæc. Quique terrigenæ, id eſt omnes imaginem terreni portantes, & hæreditatem in terra ſibi quærentes, uelut gigantes ſuper pectus ſuum gradientes, qui ſerpentinos pedes habebant, quia de terra erigere ſe non ualebant. Et omnes filij hominum, id eſt portantes imaginem filij hominis, id eſt Chriſti. Et ideo filij, id eſt imitatores uerorum hominum Patriarcharum ſcilicet, & Prophetarum, ipſi eriem audiant hæc. Terrigenæ quidem audiant, propter iudiciũ: filij uero hominũ, propter præmium. & eſt repetitio, per grauiora tamen & expreſſiora uocabula. Expreſſius enim hoc nomen Terrigena maliciam notat, quam geotes. Diues quoq; & pauper collecti in unum, quia in eadem area mixta ſunt paleę, & grana: ſimul audiant nunc docẽtem, ne ſeparatim in futuro Deum audiant iudicendum. Audient enim tunc diuites: Ite maledicti in ignem, pauperes uero, Venite benedicti, &c. Diues uocatur, qui uel habet diuitias, & inde inflatur: uel qui non habet, ſed habere uult, et inde extollatur. Similiter pauperes dicuntur, qui nec habent, nec curant habere: uel ſi habent, ſunt tanquam non habentes. Non enim conſulit Deus arcam uel cellam uinariam, ſed conſulit conſcientiam: & hoc modo multi qui non ſunt diuites corpore, damnoſe diuites ſunt corde, & multi diuites corpore, ſalubriter pauperes ſunt corde. Tales pauperes diuites illi erant, de quibus Apoſtolus Timotheo dixit: Præcipe diuitibus huius ſeculi, & cætera.

Os meum loquetur ſapientiam.] Ideo, quæ dicam debetis audire, quia quædam magna erũt. Nam os meum loquetur ſapiẽtiam ueram: & quia multi ſapientiam loquuntur ore, non tamen ex corde, ut populus ille de quo dictum eſt: Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. quia meditatio propriè cordis eſt, ideo ſubdit: Et meditatio cordis mei, id eſt cor meum meditans, non negligens loquetur prudentiam, ſcilicet ut quiſq; prouideat cur timendum ſit in die mala, & ſic laboret ut ibi non timeat. & eſt dicere: Quæ dicam non ore tantum dicam, ſed ex corde proferam. Et ne putaremus quòd loqueretur ex ſuo ore, & ex ſuo corde, & ideo uilipenderemus, dicit: quia quæ loquetur, prius audiet aure audiendi, à ueritate intus ſibi pręſidente. Multi enim loquuntur, qui quod dicunt, non audiunt. Quales ſunt omnes illi, qui dicunt & non faciunt. De quibus Dominus dicit in Euangelio: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſei, quæcunq; dixerint nobis, facite: ſecundum uero opera eorum nolite facere. Et ideo dicit iſte, qui a prius audiet, & deinde aperiet. Et hoc quod dicit. Inclinabo in parabolam aurem meã, quod eſt dicere: Priuſquam loquar, humiliabo aurem audiendi in me, ut ueritate intus pręſidente audiam. Humiliabo dico in parabolam, quia neceſſe eſt ut adhuc parabolicè audiam, quia quamdiu in hoc corpore ſumus, à Domino peregrinamur, & ex parte tantũ uidemus. Vnde Apoſtolus: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Quantumcunq; enim aliquis reſculpat & excolat cor ſuum, quantumcunq; ad interiora uidenda confugiat: tamen dum in hac corruptione ſumus omnes, uiſio quam habemus eſt quaſi ænigma, uel parabola, id eſt quædam ſimilitudo obſcura ad illam uiſionẽ, quam ſoli boni habebũt poſt hanc corruptionem: erit tamen ibi corporalis uiſio Chriſti cõmunis, ſicut & hic fuit bonis & malis. Quia dictum eſt: Videbunt in quem tranſfixerunt. Solis autem dilectoribus illa uiſio reſeruatur, de qua Dominus dicit: Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Et de hac dictum eſt: Tollatur impius, ne uideat gloriam Dei. Nec hæc uiſio exterioribus, ſed tantum interioribus oculis poterit uideri. Inclinabo inquam aurem ut audiam, & deinde aperiam propoſitionẽ meam, id eſt illud quod poſui me oſtẽſurum in pſalterio, id eſt in corpore per operationem. Sicut enim muſicus aliquis utitur pſalterio, ut inſtrumento ad ſonum aliquem perficiendum: ſic anima utitur inſtrumento corporis, ad id quod à ueritate interius audiuit aperiendum. Expreſſius enim cognoſcitur, quando in dictis & factis aperitur.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.] Sic continuetur: Dico quia aperiam propoſitionem meam. Hæc autem eſt illa propoſitio: Ego uel quis alter cur timebimus in die mala? Ideo ſcilicet, quia iniquitas calcanei circumdabit nos. quaſi dicat: Hæc cauſa timoris in poteſtate liberi arbitrij mei eſt, ut poſſim eam admittere, uel uitare. Vitabo, & ſic in die mala non timebo, ſed gaudebo. Dies mala, eſt dies calamitatis & miſerię, quę multis erit mala, multis etiam bona. Sicut enim mala perituris, ita bona ſaluandis. In qua perfectus iſte qui hic loquitur, timere ſe dicit, non propter ſe, ſed transferendo alios in ſe. Quod autem dicit, Iniquitas calcanei mei circumdabit me: ſic poteſt accipi, ut per calcaneum, qui pars pedis eſt, pes totus intelligatur: & poſtea id per quod fit (pro eo quod fit) ſcilicet pes pro uia. Erũ calcaneus noſter erunt uiæ noſtræ, uiæ ſcilicet prauæ. Quicquid enim ex noſtro habebimus, prauum erit: quod uero ex Deo, bonum eſt. Et erit hæc ſententia: Iniquitas calcanei mei, id eſt uiarum mearum, quæ prauæ ſunt circumdabit me, id eſt opprimet me in die mala. Et hæc erit timoris mei, uel cuiuslibet cauſa, Sed quia in poteſtate liberi arbitrij noſtri eſt, ut prauas uias inſiſtamus, uel non uitemus uias prauas, & inſiſtamus uiam rectam, illam ſcilicet quæ dicit de ſe: Ego ſum uia & ueritas, & uita. & ſic

non timebimos, immò gaudebimos. Vel aliter, per calcaneũ facila ſubruimur: quia magis ei innitimur, & ideo per calcaneum paccata illa ſignantur, quibus facilius ad intatirum ſubruimor, criminalia ſcilicet. Iuxta quod ſic dicetur: Iniquitas calcanal mai, id eſt iniquus ſubuerſio mea, criminalis ſcilicat peccata circumdabũt me in die mala, & ideo timebo. Vel aliter: Calcaneus extrama pars pedis eſt, & ideo per calcaneum deſignatur finalitas operũ, in quam nobis diabolus maximè inſidiatur: quia ſi finis malos fuarit, præcedens uita nihil ualebit. Vt aliter: Per calcaneũ in quo firmius ſtamus, ſtatus noſter deſignatur, humilitas ſcilicet & charitas. quæ ſemper in nobis diabolus per eorum cõtraria deſtruere conatur. Dicit enim beatus Gregorius: Quia nõ curat ut noſtra tollat, ſed ut charitatem in nobis feriat. Talis ergo ſententia aſt: Ideo in die mala timebo, quia iniquitas calcanei mei, id eſt iniqua ſubuerſio eius, in qua firmius ſtare debui id aſt charitatis & humilitatis circumdabit me, id aſt opprimat me ibi. Vel aliter: Per calcaneum, qui terræ adhæret, carnalia deſideria deſignantur, quibus nos inhærantes facile labimor. Et ideo magis in hac te inſidias incentoris patimur, cuius caput cõterere debamus. Vnde Euæ & ſerpenti dictum aſt: Ipſe inſidiabitur calcaneo tuo, tu conteres caput eius. Sarpens enim, id eſt diabolus, calcaneo, id eſt lapſui carnis noſtræ ſemper inſidiabitur, ut per id nos decipiat in quo fragiles ſumus. Sed nos caput eius, id eſt principium prauæ ſuggeſtionis eius ad petram, id eſt Chriſtum conterere debemus, ne ad effectum ſcilicet producatur, quia beatus eſt qui tenebit & allidet eum ad petram. Sed quia quaſi dicat in poteſtate mea eſt, hæc omnia uel deuitare deuitabo, & ſic nihil timeo.

Qui confidunt.] Deſcribit qui ſint illi qui timeant in die mala, uel quos iniquitas calcanei mai circumdabit, omnes illi ſcilicet qui confidunt in uirtute ſua. potaſt quoq; ſuperior uerſus totus ſub interrogatione, ſi quis nolit dicere, quod perfectus ille qui hic loquitur, alios in ſe transferendo timeat: ſed ſit quaſi dicat, Ego uel quiuis perfectus, cur timebimus in die mala? Nunquid enim iniquitas calcanei mei circumdabit me? Vtiq; nõ. quia ſolos illos circumdabit, qui confidunt in uirtute ſua, id eſt de ſe præſumentes, & non in Domino ſperantes. Et qui gloriatur in multitudine ſuarum, id eſt terreoarum diuitiarum, non in Domino, qui promittit humilibus altitudinem, elacis minatur damnationem.

Frater non redimit, &c.] Glorianter inquam in diuitijs, in quibus non aſt gloriandum: quia nec atiam in amicis quod præcioſiſsimum genos eſt diuitiarũ, non eſt gloriandum. Et uerè in amicis non aſt gloriandum, quia homo ſimpliciter quantumcunq; ſit amicus, non redimet aliquem à uentura ira. Et uerè homo non redimat, quia etiam frater homo non redimet. Frater iſte homo, aſt ille qui uerus Deus, & uerus homo eſt. Qui dixit: Ite nunciate fratrib. meis. Et cum quo patrem Deum cõmunem habemus. Vnde neceſſe eſt ut quiſquis uocat illum patrem, uocet & hunc fratrem. Qui homo frater licet omnes communiter redamerit, ſi ad eum acceſſerint, illos tamen non redemit, qui ſanguinem iuſti conculcant, & præcium ſuum non bibunt, id eſt qui nõ delectantur in paſſione eius, ſed in uacuum gratiam Dei recipiunt. Vnde Apoſtolus: Hortamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Frater inquam homo nõ redamit eum, & hoc idao: quia non dabit Dao, id eſt illi homini fratri placationam ſuam, id aſt propriè ad ipſum pertinentam, ſcilicet non exhibent ueram humilitatem & ueram obadientiam, per quæ ipſum placatum ſibi reddat. ſicut & ipſe patrem per ea placauit. Quod eſt breuiter dicere: Quia non imitatur eum, & quia non dabit præcium redemptionis animæ ſuæ, id eſt per quod redimat animam ſuam. Da hoc præcio dicit Dominus in euangelio: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Mammona Syriaca lingua eſt pecunia. & pecunia eſt iniqua: qa dicit beatus Hieronymus. Omnis diues aut eſt iniquus, aut hæres iniqui, hoc autẽ ſumma Iniquitas eſt, ſi quod Deus fecit commune, aliquis ſibi ſoli priuatum uelit facera. Alibi rurſus dicit Dominus: Facite uobis ſacculos non computraſcentes, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur non accedit, & tinea non corrodit. Ille enim præciũ redemptionis animæ ſuæ uerè dat, qui digne eleemoſynam dat, id aſt, qui & ſeipſum & ſua dat, unde dictum eſt: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis. Nõ dabit, inquam, præciũ pro anima ſua, & idao laborabit in æternum, id eſt temporali eius ſolicitudini addetur ſolicitudo æternæ miſeriæ. Et ſic licet eius uita finiatur, labor tamen non finietur. Et ipſe ueniens in finem uitæ ſuæ, delicioſæ ſcilicet, quam ſibi elegit. uiuet adhuc non ut coronetur, ſed ut puniatur in inferno.

Non uidebit interitum.] Ideo meritò labor eius erit æternus, quia ipſa neq; uidat neq; uidebit, id eſt nõ attendet uerũ interitum, interiorẽ ſcilicet: ſed tantũ exteriorem, cũ uiderit ſapientas exterius morientes. Dicit anim ita: Ecca hic ſapiẽs erat, ſeruira Deo omnib. modis ſatagebat, & tamẽ mortuus eſt. Quid profuit ergo ei ſanctitas ſua? uel quid iuuit eũ bonitas ſua? Nihil utiq;. Ergo dũ uiuam epulabor, gaudebo. Nec in ſanctitate huiuſmodi laborabo. Et hæc dicens miſer exteriorẽ tantum, & non uerũ mentis attendit interitum. Et quia uerò non attendit interitũ, ideo inſipiens & ſtultus peribũt ſimul, id aſt in corpora & anima. Inſipiens eſt, quiſquis non attendit in quanta hic ſit miſeria: ſtultus uero, qui ſibi nõ ꝓuidet in futuro.

Et relinquet alienis diuitias ſuas.] Peribunt quidem ſtultus inſipiens, & pereuntes diuitias ſuas, in quibus ſcilicet gloriabantur, relinquent illis qui nihil ſibi nec eleemoſynis nec orationibus proderunt. Nam & ſi relinquent nepotibus ual filijs, relinquent tamen eis ua alienis, id eſt nihil ſibi proficientibus. Nihil enim proderit alicui poſt mortem, niſi quod ſecũ hinc portabit: aut niſi talis fuerit, qui hoc promeruerit, ut orationibus & eleemoſynis poſsit iuuari. Relinquant quidẽ alienis, & nullã utilitatẽ hababunt inde, niſi quod ſepulchra eorum marmorea ſunt, domus illorũ in æternum, id eſt ita ornant ab illis alienis ſepulchra illorum, quaſi credant eos æternaliter ibi manſuros. Ornant enim locũ, ubi corpus ponatur: ſed nõ attendũt, ubi ſpiritus apud infernũ torquaſ. Preterea quoq; ab eiſdem alienis habent hoc aliud inutile, ſcilicet quod tabernacula, id eſt palatia eorum, à quibus quia migraturi ſunt, dicuntur tabernacula eorũ in terris ſuis, id eſt in prædijs ſuis. Illa inquam tabernacula per inhabitatores ſuos uocauerunt nomina ſua, relinquentium ſcilicet, id eſt agunt memoriam eorũ in anniuerſarijs eorũ, cientes eos nomine, & hoc ſæ ſaturantes: & hoc nõ tantum fit in filijs, in nepotibus, ſed in progenie decedenti & in progenie ſubſequenti, id eſt in omnibus poſterioribus qui ritus ot fertur, & fuit, & adhuc eſt gentilium. Nos uero tranſtulimus illũ in religiõis obſequiũ, ut in anniuerſarijs noſtrorũ, ſcilicet patrum non eos nominibus euocemus, ſed Deum pro ipſis per Miſſarum celebrationes & eleemoſynas inuocemus.

Homo cum in honore eſſet.] Quaſi dicat: Tales inquam non dantes Dao placationem ſuam, neque præcium redemptionis animæ ſuæ, & relinquantes alienis diuitias, perditi ſunt: quia in æternum laborabunt, & inde non ſunt ipſi excuſabiles, & auctor accuſabilis, imò ipſi accuſabiles, & auctor excuſabilis: quia ipſa auctor tales eos fecit, qui ratiõe poſſent uti, ſed culpa eorũ hoc eſt factũ, ut eſſent ſicut equus & mulus, qb. non aſt intellectus. Quod ſic dicit: Homo cum in honore eſſet poſitus, quia ad imaginem & ſimilitudinẽ

Dei

Dei factos, & retione uti poſſet, non intellexit .i. non intelligenter egit, quia rationẽ non attendit. Vnde reliqoit alienis diuirias ſuas. Nam ſi intelligenter ageret, potius illi ſratri homini de quo ſupra dictum eſt, eas cõmiſiſſet, membra eius fouẽdo atq; ueſtiendo, qui ipſas multiplicatas ei reſtitueret. Er quia non intelligenter egit, ideo comparatus eſt iumentis inſipientibus, id eſt curuatus eſt in hęc terrene, ſicut bruta animalia, quæ naturs finxit prona, atq; uentri obedientia. Er hoc modo factus eſt illis uerè ſimiliter, ſcilicer ut rationis uſu careter, ſicut & illa. Attende humanum genus rorum per hominem hic deſignari, q, in primo homine rationis damnum pertulit.

Hæc uia illorum ſcandalum ipſis.] Vis accipitur pro uita. Et eſt quaſi dicat: Talis uita illorum quos ſupra diximus, ſcilicet non intelligenter hoc & illo modo agere, & iumentis inſipientibus ſimiles eſſe, ſit ipſis tantum ad ſcandalum, id eſt ad damnationem æternam, non tibi ô Chriſtiane cui loquor, id eſt tu non approbes nec inſiſtas talia qualia illi inſiſtunt, ne & tibi ſint ad ſcandalum, ſicut illis ſunt. Et ideo dico illis ſint ad ſcandalum non tibi, quia poſtea, id eſt poſtquam ipſi ſic inſtiterint, ſic male uixerint, complacebunt, id eſt alijs ſicut & ſibi placere uolunt. & hoc in ore nõ Dei, ſed ſuo, id eſt talia perſuadẽri, quod eſt dicere: Ad hoc alijs placere uoluot, ut quæ ipſi preuè inſiſtõt, eis perſuadeant, uel aliter, Hæc uia illorum ſcilicet non intelligenter agere, eſt ipſis ad ſcandalum, id eſt ad offenſionem & damnationem uidelicer, quia ſe factos ad honorem Dei non attendetunt, & tamẽ poſtea, id eſt poſtquam ſic toterius ſcandalizari & ſimiles iumentis facti ſunt, complacebũt, id eſt complacere & Deo & ſibi, ſuiſq; ſimilibus, & ueri prædicatoribus. Volunt Deo quidem, quia de abundantis ſrugum & dominorum ſuorum ei gratias agunt, exterius ei benedicentes, cui tamẽ malè dicunt: ſibi uero ſuiſq; ſimilibus placent, dum infirmitatem ſuam accuſant & dicunt, Nos naturaliter infirmi ſumus, & ideo non poſſumus quin ſragilitati noſtræ conſentiamus, & ſimilia. Prædicatoribus quoq; ueri placere uolunt, dicentes: Domino nihil ſanctius, nihil rectius, quam ieiunare, eleemoſynam dare, & cũcta quæ diciris facere, ſed tamen hæc eadem in cordibus odiunt. Adhuc quoq; principium uerſus huius aliter dici poteſt, ita ſcilicet: Homo quidem poſitus eſt in honore, quia ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt, ſed tamen hæc nia, imago ſcilicet & ſimilitudo Dei, quæ debent eſſe uia illorum: quia hoc attendere deberent, cum aliqua mentio inde ſit, eſt illis ſcandalum, quia audire nolũt, uel eſt eis ſcandalum, id eſt iter ad æternam damnationem, quia negligunt. Et tamen poſteaquam ſic depraurati ſunt, complacebunt, ſicut prædictum eſt.

Sicut oues in inferno.] Quaſi dicat: quia ſcandalizati ſunt, & tamen complacere uolunt, ideo ſunt poſiti in inferno interiori, id eſt in cæcitate mentis, ipſi dico entes ſicut oues, id eſt non ſpiritu feruentes, ſed debiles ut oues, & herbam tondentes, id eſt carnales delicias appetentes. Et quia poſiti ſunt in inferno entes ſicut oues, ideo mors, id eſt, diabolus depaſcet eos, id eſt erit paſtor eorum. diabolus autem ideo mors dicitur, quia cauſa & mortis animæ & mortis corporis fuit, cum primo homini ut in regionem diſſimilitudinis à Deo ſuo recederet, ſuaſit. Ibi enim mors animæ facta eſt, quam pœna mortis corporalis ſubſecuta eſt. Et ſicut uita, id eſt Chriſtus paſtor omnium illorum, quorum conuerſatio in cœleſtibus eſt ad ſalutẽ: ita diabolus eſt paſtor omnium illorum, qui animum in terrenis figũt ad damnationem. uel ſic poteſt dici: Mors depaſcet eos, id eſt comedet eos, quia delectabitur in eis. Serpenti enim, id eſt diabolo dictum eſt, quia terram, id eſt, malos comedet.

Et dominabuntur eorum.] Quaſi dicat: quia mors depaſcet illos poſitos in inferno, neceſſe erit, ut perſequantur pios, & tamen nulla cura: quia & ſi nũc dum tempus hyemis & noctis eſt, dum herbulæ uirent & arbores arent, impij ſecundum carnem uideantur opprimere iuſtos: tamen ueniente ęſtate aliter erit, quia in matutino, id eſt in mane illo, quando uerus ſol iuſtitię apparere incipiet, quod mane erit ſine ſuccedente nocte, tunc iuſti dominabuntur eorum, ſcilicet impiorũ. iuxta illud. Iudicabũt ſancti nationes, & dominabuntur populis. Et ideo iuſti dominabuntur eorũ, quia ipſi peribunt, quoniã auxilium eorũ pręſumptũ in hac uita à gloria eorum, id eſt à diuitijs & ab amicis & cæteris talibus ueteraſcet, id eſt annihilabitur eis poſitis in inferno exteriori, ibi ſicut prius fuerant in inferno interiori hic poſiti.

Veruntamen Deus redimet.] Sic continuatur: Tales, quales prædiximus, non dantes Deo placationem ſuam, & cætera. Frater homo nõ redimet, ſed tamen Deus redimet animam meam de manu inferi, id eſt de cõformatione talium inferorũ, & de poteſtate etiã inferni exterioris, cum iam acceperit me inde. Aſſumẽdo enim me per naturam meã de uirginis utero & de ſepulchro: aſſumendo me quoq; per mihi conſimiles poſt uictoriam mortis, ab inferis, accepit me iam de ipſo inferno exteriori, unde certus ſum, quia tandem etiam me accipiet. Sic dicetur hoc, ſecundũ q, uox eſt alicuius de poſteriori populo: ſi uero loquatur hic aliqs de priori populo, tunc acceperit dicer de futuro, quaſi ille per ſpiritum ſanctũ hoc præuidens certiſsime futurum eſſe denõtiet. Ita quoq; dici poteſt: Verè eruet me de poteſtate inferorum, cum iam acceperit me de maſſa perdendorum. quiſquis enim particeps eſt reſurrectionis primæ, particeps erit & ſecundæ.

Ne timueris.] Quaſi dicat: Quandoquidem hi quos mors depaſcet, in furore peribunt, iuſti uero dominabunt: ergo tu Chriſtiane, qui hactenus murmurabas contra Dominũ, quia uidebas bonos tribulari. & malos proſperari: ne timueris amplius fruſtra te Deo credidiſſe, cũ quiuis impius homo fuit diues factus, & maximè cũ etiam gloria domus eius pecunia ſcilicet, amici, poſſeſsio & ſimilia fuerit multiplicata, ſed potius ac ſi dicat: Si uidea eum florentem, attende eum tandem morientem, & poſtmodo areſcentem.

Quoniã cũ interierit.] Ideo cũ talia uideris, timere nõ debes, quoniã nihil ei proderit: quia cum interierit, non ſumat omnia illa ſecum. Nihil etiam præter peccata portabit ſecum. Et uerè nõ ſumet ſecum omnia, quia gloria eius qua ipſa ſibi hic elegit, nõ deſcendet cum eo ad inferos, immò reputauit ad gloriam, uertetur ad ignominiam.

Quia anima eius.] Meritò non deſcendet cum eo gloria, quia ad maiorem cumulum peccatorum non defuerunt ei, dum uiuet fomenta adulatorũ. Quod ſic dicit: Anima eius, id eſt anima ſibi eius benedicetur lingua adulatorum in uita ipſius, quã ipſe elegit, ſcilicet in uita defluente delicijs. Quia dicent de eo adulatores: Iſte equidẽ bene uixit, dũ uixit, immò certè malè uixit dum uixit: quia male ſecũ egit. Quidquid enim iocundè hic ingerit, triſtiſsimè in inferno digerit, & cuius uita hic benedicitur, ſpiritus eius in inferno torquatur: & ideo etiam meritò nullam habebit gloriã, quia hoc aliud accedit ad cumulum miſeriæ eius, ſcilicet quod confitebitur tibi, id eſt laudabit te tũc tantum, cum benefeceris ei: id eſt, cum aliquid proſperabit: maledicet uero tibi, cũ damnum aliquod patietur.

Introibit uſq; in progeniem.] Quia & uita ipſius a benedicetur, & non niſi conductus tibi confitebitur. Ideo introibit uſq;, id eſt ualde in progenies ſuorũ patrũ, id eſt ualde aſsimilabitur patrib. non Abraham, non Iacob & alijs iuſtis: ſed patribus ſuis, id eſt Cain & Sauli & alijs impijs, ut etiam apud inferos participet eorum miſerijs. Et ideo non uidebit lumen, id eſt nõ cognoſcet Deum, qui eſt uerum lumen, cæcatus uſq; in æternum, id eſt donec à tenebris ſomniorum deferantur in æternas tenebras tormentorum, ubi ueri luminis æternaliter expers erit.

Homo

Digitized by Google

Homo cum in honore.] Quaſi dicat: Hæc inde auctor accuſabilia, & ipſi excuſabiles, immo è cõuerſo quia auctor in honore imaginis & ſimilitudinis ſuæ eum poſuit, ſed miſer homo ſe inde deiecit: quia cum in honore eſſat, non intellexit, & cætera.

IN PSALMVM XLIX.
ARGVMENTVM.

IN priore pſalmo ad omnes homines ſermonem direxit, nunc ad Iudæos loquitur, conſternare uolens & emẽdare peccantes, qui uirtutũ negligentes, ſolas curarent hoſtias. quod totum exequitur terribiliore ſuggeſtu, quaſi tribunal iudiciale deſcribens, ut ſit tota compellatio Dei plena terroris. Item legendus ad euangelium Matthæi.

PSALMVS ASAPH.

EXPLANATIO.

ASaph filius fuit Barachiæ de familia Gerſon, filij Leui, qui in Paralipomenon legitur, electus inter quatuor cantorum magiſtros, ut inſtrumentis muſicis Domino pſalmos reſonaret: qui nõ auctor pſalmi huius, ſicut & de alijs dictum eſt, ſed muſicus exiſtens egregius. In hoc tamen titulo meruit ob ſignificantiam ſui nominis adhiberi (interpretatur enim Synagoga) ſed hic illa fidelis Sinagoga loqui intelligenda eſt, quæ & uenturum Chriſtum credidit, & uenientem libentiſſimè ſuſcepit Sciendum planè, quòd hic pſalmus utrumq; Domini prophetet aduentum. In prima ſectione fidelis Sinagoga loquitur, quæ nunc eſt in populis Chriſtianis de primo & ſecundo aduentu Domini Chriſti. In ſecunda Chriſtus ipſe commonet populos, ut uictimas pecudum derelictis ſacrificium laudis immolent. In tertia Sinagoga reloquitur, imputans peccatoribus nequitias ſuas.

COMMENTARIVS.

DEus Deorum, Dominus locutus eſt.] Talis eſt titulus: Pſalmus Aſaph. Aſaph fuit unus de præcentorib. à Dauid electis. Nec ideo pſalmus iſte Aſaph inſcribitur, quòd ab ipſo ſit compoſitus, quia legitur & uerum eſt Dauid omnes pſalmos compoſuiſſe: ſed ideo ſic intitulatur, quia nominis huius myſterium rectè ei adaptatur. Aſaph enim congregans uel congregatio interpretatur. Et in hoc pſalmo loquitur priorum congregatio, quia non defuerunt in populo illo qui reuelante ſpirito ſancto intelligerent illud ſacerdotium & ſacrificium Aaron, atque teſtamentum immutandum: & hi tales hic loquuntur, admonentes pueros ſuos, ne ſe excuſabiles putent, cum à prioribus temporibus certum & manifeſtum habeant unde nõ poſſint diſſimulare, poſſe ſe intelligere tempus uiſitationis, tempus plenitudinis & gratiæ. nec miretur, cum uiderit legem datã per ſeruum, & teſtamentum immutatum: quia præſto aderit Dominus ſabbati & legis, non ſoluens legem, ſed adimplens. & dicit ita: Dominus non quiuis, ſed qui eſt Deus deorum, id eſt Deus iuſtorum, Deus deificatorum. Si enim eſt iuſtificans, eſt & deificans: quia de iuſtis dictum eſt, Ego dixi, dij eſtis. Vnus namque Deus eſt per naturam, multi per gratiam: unde natus eſt ex ſubſtantia patris, multi facti ex eius gratia. Vnde Apoſtolus: Videte qualem gratiam nobis Deus dederit, qui & filij Dei uocemur & ſumus. Et Iohannes: Chariſſimi, filij Dei ſumus, non dum apparet quod erimus: cum autem apparuerit in gloria, ſimiles ei erimus. Ille unus quidem ſimilis naſcendo, nos ſimiles uiuendo. nos ſimiles [illegible] ntum, non æquales: ille uero unus ideo ſimilis, quia conſubſtantialis, coæternus & coæqualis. Et ille unus tanquam erga nos dilectionem habuit, quod cohæredes ſuos nos eſſe uoluit. hæreditas autem illa non minuitur copia poſſeſſorum, non anguſtior ſit numeroſitate cohæredum. tanta enim eſt in multis, quanta in paucis. Nunc ad literam redeamus. Dominus Deus deorum ens, locutus eſt. Quaſi dicat: Qui olim locutus eſt per Prophetas, per Patriarchas atque per Apoſtolos, loquitur per ſemetipſum & per Apoſtolos ſuos. Loquitur etiam per nos, quandocunq; aliquid ueri dicimus. Loquitur per multa uaſa, & per multa organa, ipſe ubiq; ſonando, ipſe ubiq; inſpirando. Loquitur inquam Dominus, & loquendo uocabit, & per ſe & per ſuos terram. Et quouſq; eam uocabit?

A ſolis ortu uſq; ad occaſum ea uocabit. quod eſt dicere: Tantam eam uocauit, quantam & creauit. non uero ſolam Affricam eam uocauit, ſed Affricam non ſeparauit. Et quantam uocauit, tantam & redemit. Partes autem contradicentes condemnauit. Et unde incœpit hęc uocatio? eſt ex Syon ſcilicet: id eſt, ex Iudaico populo. Qui uocatur Syon, eſt ſpecies decoris eius, inde proceſſerunt ſancti Apoſtoli, qui ſunt ſpecies decoris eius. Decor enim eius, id eſt Dei ſunt omnes credentes in eum. Et huius decoris ſpecies, id eſt ornamentum ſunt ſancti Apoſtoli, qui quinquageſimo die poſt reſurrectionem Domini ſpiritum ſanctum miſſum de cœlis primi acceperunt. Vnde Apoſtolus dicit: Nos ipſi primitias ſpiritus habentes. Et hi incipientes ab Hieroſolymis euangelizauerunt regnum Dei, in tantum q, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Poteſt etiam, A ſolis ortu allegoricè exponi: ut ſic dicaſ, Loquendo uocauit terram. Et unde incæpit? A ſolis ortu, id eſt à Iudaico populo, qui ſolus in oriente erat per legalia inſtituta: quamuis umbratica quodã modo ſol uerus iuſticiæ ei apparebit, uocare cæpit. Ipſe enim dicit, quia non fuit miſſus niſi ad oues quę perierunt, domus Iſrael. quod ad corporalem præſentiam referendum eſt Et uocando per Apoſtolos ſuos peruenit uſq; ad occaſum, id eſt uſq; ad gentes. Quæ uerè in occaſu uelut ſolis erant, quia cultum Dei non etiam nouerant, ſed idola adorabant. Et ſecundum hoc quod ſequitur, erit quaſi huius expoſitio, ſcilicet ex Syon erit ſpecies decoris eius. ut prius.

Deus manifeſte ueniet.] Ideo dico quod Dominus loquetur, quia Deus manifeſtè ueniet: ipſe dico Deus noſter, id eſt noſtræ naturæ factus particeps: in qua noſtra natura dabit tam euidentia ſigna, ut manifeſtũ ſit quòd Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians. Et ut dicatur: Nemo poteſt hæc ſigna facere, quę tu facis, niſi Deus fuerit cum illo. Veniet inquam Deus, & ueniens non ſilebit à præcepto. Verè enim ille à præcepto non ſiluit, qui dixit: Væ uobis ſcribæ & Phariſæi, qui decimatis mentã & rutam & omne holus: quæ autem maiora ſunt legis, prætermittitis, colantes culicem, & abſorbẽtes camelũ. rurſus de eo dictum eſt: Erat loquens non tanquam ſcribę eorum & Phariſæi, ſed tanquam poteſtatem habens.

Ignis in conſpectu eius.] Quaſi dicat: Deo ueniente & præcepta dante exardeſcet ignis dilectionis, ſcilicet ignis ille de quo dictum eſt, Ignẽ ueni mittere in terram. & quid uolo niſi ut ardeat? exardeſcet inquã in conſpectu eius, id eſt in illis, quos ſibi aſtantes ipſe conſpiciet, ſcilicet in ſanctis Apoſtolis & in alijs primitiuis. Et in circuitu eius ſcilicet conſpectus, id eſt in circumdantibus illos, qui erunt cõſpectus non ad imitandum, ſed ad perſequendum: in illis inquam, erit tempeſtas ualida, quia ſicut tempeſtas ſolet euertere, & naues ſubmergere: ita praua conſcientia deuaſtabit eos, ſcilicet ut qui ſordidus eſt, ſordidior fiat.

Aduocauit

Digitized by Google

Aduocauit cœlum.] Dominus inquam ueniet & ipſe deſurſum, id eſt de ſinu patris ueniens aduocabit primum cœlos, illos ſcilicet de quibus dictum eſt: Cœli enarrant gloriam Dei, id eſt eliget Apoſtolos, & per illos cœlos aduocabit terram, id eſt reliquos fideles, qui deſignantur per terram bene cultam. Aduocabit dico diſcernere populum ſuum, id eſt ut diſcernatur populus ſuus à populo nõ ſuo, ſcilicet ut diſtet inter credentem & non credentem: inter de ipſo ſperantem, & de ſe præſumentem.

Congregate illi ſanctos eius.] Ecce præuidens Aſaph per ſpiritum, quid per cœlos ſit futurum, conuertit ſe ad illos cœlos. Quaſi dicat, Domino ueniente: Vos cœli congregabitis illi ſanctos eius. Et hoc facite, ſcilicet cõgregate illi per fidem ſanctos eius, modo diſgregatos inter impios. Et qui ſunt ſancti eius? Ex fide ſcilicet uiuẽtes, opera pietatis facientes. Quos ſubſequenter determinat, quaſi dicat: Illos dico ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia, id eſt qui promiſsiones nouas & cœleſtes præponũt legalibus inſtitutis & terrenis promiſsis: has quidã retinendo, illas uero poſtponendo. Quod per ordinẽ intelligitur, quia in ordine aliquid ſemper præponitur, aliud poſtponitur. uel aliter: Qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia: id eſt qui exiſtimant nõ eſſe condignos paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, neque quicquam de ſe præſumunt, ſed totum gratiæ Dei aſcribunt: & ideo teſtamentum eius, id eſt promiſsiones Dei ordinant ſuper ſacrificia ſua, id eſt præferunt bonis operibus ſuis, quæ ſunt ſacrificia ſuper aram fidei ſacrificata, id eſt non putant per merita ſua uenire ad promiſſam gloriam, ſed per gratiam.

Et annunciabunt cœli iuſtitiam eius.] Dominus quidem uocabit cœlos, & ij cœli annunciabunt uniuerſæ terræ iuſtitiam eius, id eſt fidem eius iuſtificantem. Vbiqua enim annunciauerunt mortem eius & reſurrectionem. Et quid intelligendum eſſet in eo ſuper egenum & pauperem, quod dignè attendentes iuſtificantur, & hoc annunciabunt diſcernere populum ſuum, id eſt ut diſcernatur populus ſuus à populo non ſuo, qui uerè eſt diſcernẽdus: quia Deus ſcrutator etiã medullarum, eum tãdem qui uerus iudex eſt diſcernet. Huc uſq; de occulto Domini aduentu. Deus manifeſtè ueniet, interpoſitio facta eſt. Poteſt tamen hoc idem legi etiam de manifeſto eius aduẽtu & futuro, ſi ex Syon, quod præcedit ſic dicatur: Dominus terrã tantam uocauit, quantam & creauit. Vnde uero incipiet hæc uocatio? Ex Syon ſcilicet erit ſpecies decoris eius terræ. inde enim ſancti Apoſtoli nati ſunt, & uocati. Inde etiã, quia ut alibi dictum eſt, ſalus ex Iudæis eſt, uenit Dominus occultus, quia uenit paſſurus. Et qui in ſe erat fortis, in carne noſtra apparuit infirmus & humilis. Oportebat enim ut uideret & nõ cognoſceretur, & ut contemneretur, ut crucifigeretur. Si enim cognouiſſent, Dominum gloriæ nunquam crucifixiſſent: & ideo occultus ambulauit inter inimicos, eſuriens, ſitiens, multa faciens, mala patiens, contriſtatus, fatigatus, multis modis occultus, quo uſq; in ligno eſt crucifixus. Et Dominus qui ſic uenit occultus, tandem ueniet manifeſtus. Qui enim occulte uenit iudicandus, manifeſtè ueniet iudicaturus: & qui uenit occultus ut ante iudices ſtaret, ueniet manifeſtus ut de ipſis etiam iudicibus iudicet. Et hoc eſt quod dicit: Deus manifeſtè ueniet ad iudiciũ, quia ueniet in maieſtate patris & ſanctorum angelorum, ipſe dico Deus noſter, id eſt noſtræ naturæ. Sic enim ueniet, quemadmodum aſcendit in cœlum. Et ueniens manifeſtus, non ſilebit à iudicio, ſicut prius ueniens occultus non ſiluit à præcepto. Quod autem nunc interim flagellat aliquos, hoc eſt admonitio nõ damnatio: quia adhuc interpellat pro nobis, nondum ſuam exercens iram, ſed noſtram expectans pœnitentiam.

Ignis in conſpectu.] Deus inquã ueniet manifeſtè, & in conſpectu eius uenientis exardeſcet, id eſt extra ardebit ignis. Sicut enim mala conſcientia nunc ardet malos interius, ita tunc ardebit ignis exterius. Et qui ignis? Ignis ſcilicet elementarius, qui omnia loca comprehendet, quæ aquæ diluuij cõprehenderunt: & tantum aſcendet, quantum & ipſæ aſcenderunt. Et hic ignis aurum purgabit, paleam incinerabit. Nunc interim in tua poteſtate eſt quid efficiaris, ne quod ueniet te nolente non correctus experiaris. Si uero in poteſtate noſtra eſſet, ut ignis ille non ueniret, & iudicium illud non fieret, & ſi ſemper eſſemus in omni affluentia omnium deliciarum, & immunitate peccatorum, tamen ſemper nobis eſſet dolendũ, ſemper eſſet ingemiſcandum: quia ab illo eſſemus ſeparati, à quo ſumus creati, ſcilicet ab ineffabili dulcedine uultus Dei. Qui autem nõdum perceperunt dulcedinẽ, timeant uel ignem. Terreant ſupplicia, quos non inuitant præmia. Et cui uidetur uile quod pollicetur, contremiſcat ſaltem quod minatur. Ignis inquam, exardeſcet ante eum, & in circuitu eius erit tempeſtas ualida: circuitum eius uocat angelos, qui circa eum erunt, illos ſcilicet de quibus dictum eſt: Mittet angelos ſuos, & cõgregabunt ante eum omnes gentes, & colligent de regno eius omnia ſcandala. Et in his angelis cum colligent ſcandala illa, id eſt malos, erit tẽpeſtas ualida, id eſt uentilatio magna. Neceſſe enim erit ut ſit magna, cum tantam aream ſit uentilatura. Nunc enim in area ingens eſt cõmixtura, quia boni & mali ſimul mixti ſunt in eccleſia: quos tũc ſegregabit uentilatio illa per angelos facta, bonos ponens ad dexteram, malos uero ad ſiniſtram.

Aduocauit cœlum.] Sic inquam ueniet ad iudicandũ Dominus, & tunc aduocabit cœlum, id eſt Apoſtolos deorſum, ubi naturaliter erãt: quia carnales erant, ſurſum ſcilicet, ut ſedeant ſecum, & iudicent: & non ſolum cœlum, ſed etiam terram benè cultam, id eſt fideles aduocabit ſurſum: terra autem inculta & paludoſa, quatietur deorſum. Aduocabit inquam terram diſcernere populum ſuum, id eſt ut diſcernatur populus ſuus à populo non ſuo.

Congregate illi.] Præuidens Aſaph per ſpiritum ſanctum uentilationem prædictam per angelos futurã, facit apoſtrophã ad ipſos. Quaſi dicat: Vos cœleſtia agmina Domino ueniente ad iudicium congregabitis ſanctos eius. Et ita facite, ſcilicet cõgregate illi Domino, id eſt ad honorem eius, ſcilicet ut tradat regnũ Deo & patri ſanctos eius ex fide ſcilicet uiuentes, & opera pietatis facientes. tunc enim ſancti nunc inter malos diſgregati uerè congregabuntur, cum ad æterna præmia uocabuntur, nec à ſe amplius ſeparabuntur, & quos uocet ſanctos determinat dicens, Qui ordinant teſtamentum eius ſupra ſacrificia. Quod non mutatur.

Et annunciabũt.] Dominus quidẽ uocabit cœlos ſurſum, & tunc ipſi cœli annunciabunt iuſticiam eius, id eſt in glorificatione dignitatis ſuæ facient manifeſtũ, quanti fuerit hic ſategiſſe de iuſticia. Quia enim plus alij de iuſticia hic ſatagerunt, tanto digniores ibi erunt. Et ſic eorum dignitas aperiet quid proſint bona opera, hoc inquam annunciabunt cœli. Cœli dico ſurſum à Domino uocati, diſcernere populum ſuum. Qui uerè diſcernet, quoniam Deus qui uerus iudex eſt, diſcernet eum. Poteſt & aliter legi uerſus iſte, ſcilicet ut per ſe ſit interpoſitio, quaſi Aſaph hic loquens, admoneat poſteros ſuos de iuſto iudicio Dei, dicens ita: Dominus quidem in manifeſto ſuo aduentu diſcernet populum ſuum. Et hæc diſcretio uos ò poſteri non latebit: quia hanc iuſticiam eius, id eſt hoc iuſtum iudicium Dei à prophetis & angelis atteſtatum annunciabunt uobis. Et notificabunt etiã cœli, id eſt Apoſtoli eius, quod meritò eſt annunciandum, quoniam uerè erit, quoniam Deus eſt iudex.

Audi populus meus.] Hic ad principale redit. Quaſi dicat:

Digitized by Google

dicat: Dominus Deus deorum quidē prius per ſubiectam creaturam loquutus, per ſe ipſum loquetur. Hoc dico dicens ita: Populus meus audi: quaſi dicat, Si audis, populus es meus: ſi uero non audis, es alienus. Et ideo diligenter audi, & ſic loquar tibi, quid te uelim. Iſrael dico audi, & teſtificabor, id eſt ſub teſtimonio prophetarum, hoc idem atteſtantium dicam tibi, hoc ſcilicet, quis ego ſum Deus, & qa ſum Deus tuus. Deus quidē ſum, quia ego ſum qui ſum: Deus uero tuus ſum, quia Deus patrum tuorum ſum, Abraham ſcilicet, & Iacob & ſimilium. Et ſi Deus ſum, bono meo Deus ſum: ſi uero Deus tuus non ſum, malo tuo Deus tuus non ſum.

Non in ſacrificijs tuis arguam te.] Quaſi dicat: Ego qui Deus tuus ſum, hoc tibi dico Iſrael, quod amplius nō arguam te in ſacrificijs tuis, id eſt à priorib. patribus tibi inſtitutis, mihi oblatis quantū ad ſigna, nō quantum ad ſignificata. Sacrificia enim ſigna tamdiu locū habuerunt, quamdiu Dominus locutus eſt per ſubiectam creaturam. Poſtquam uero per ſe ipſum locutus eſt, ablata ſunt ſigna promittentia, quia oblata eſt ueritas promiſſa. Et extunc locum habent ſola ſacrificia ſignificata, quod innuit dicens: Holocauſta sūt tua ſignificata ſcilicet, in cōſpectu meo ſunt ſemper, id eſt beneplacita mihi ſunt. Sciendum quod quædam holocauſta ſpreuit Deus. Unde ſupra dictum eſt holocauſtum & pro peccato non, &c. quod de ſignis eſt intelligendum, hic uero de ſignificatis agēs, dicit placere ſibi holocauſta. Nec hoc fruſtra. ὅλον enim totum, καυστὸν interpretatur incenſum. Et totum incenſum placet Deo hoc modo, quia eſt quidam ignis flagrantiſsimæ charitatis, hoc igne, id eſt hac charitate animus noſter incendat. Eadē charitas omnia membra noſtra in uſum ſuum arripiat, nec cupiditati latere permittat, ut totus igne diuini amoris ardeat, qui uult Deo offerre ſacrificiū acceptabile. Tali enim hoſtia placatur Deus, ut omnia ſcilicet in charitate fiant.

Non accipiam de domo tua uitulos.] Quia dixi holocauſta ſibi placere, ne recurreret populus ille duræ ceruicis ad holocauſta legalia, quę fiebant de uitulis & hircis & cæteris huiuſmodi: remouet illud dicens, Non accipiam de domo tua uitulos, & reliqua. Non enim quaſi dicat his indigeo, quoniam non ſolum domita, ſed etiam feræ ſyluarum omnes ſunt meæ. Quod per partes oſtendit. Et quia etiam de uolatilibus holocauſta fiebant, dicit.

Cognoui omnia uolatilia cœli.] Non quia creaui, ſed ut ea crearem: & antequam crearem, ipſa cognoui. Quare his non indigeo, nec ſpicarum etiam manipulis indigeo: qa omnis pulchritudo agri, id eſt omnis fertilitas agri eſt mecum, id eſt in diſpoſitione mea. Omnia enim opera patris temporaliter exhibenda in uerbo ante omnia ſecula ſtant, ut iam ſupra dictum eſt. Et mittit nos hic ad illorum priorum fratrum ſacrificia Abel ſcilicet, & Cain. Cain enim manipulum ſpicarum obtulit, ſed ſacrificium eius Domino acceptabile non fuit.

Si eſuriero, non dicam tibi.] Verè his non indigeo. Nam ut carnaliter ſecundum te qui carnalis es, loquar: Si eſuriero, id eſt ſi poſsibile eſſet ut eſurirem, non dicerem tibi ut tu mihi miniſtrares. ego enim (quaſi dicat) creator, tu poſſeſſor. Apud me ſunt omnia, apud te ſunt pauca. Meus enim eſt orbis terræ totus, & plenitudo eius, & quicquid in eo continetur.

Numquid manducabo carnes taurorum.] Ideo non dicam tibi ſi eſuriero, quia tu putas me cibari carnibus taurorum, & potari ſanguine hircorum. Quod falſum eſt hoc ad literam. Poſſunt enim hic eadem dici allegoricè. Quaſi dicat: Mihi quidem Iſrael, placent holocauſta ſignificata, nō uero (ut putas) accepta, quia ego de domo tua, id eſt de populo tuo durę ceruicis nō accipiam, id eſt non acceptabiles habeo uitulos, id eſt, de libertate arbitrij laſciuiētis, & de legalibus inſtitutis ſuperbientes, & medicum neceſſarium ſibi nō putantes, licet ea mihi uelint offerre: neq; de gregibus eius duræ ceruicis accipiam hircos, id eſt in peccatis ſemper fœtidos.

Quoniam meæ ſunt.] Ideo illos de populo tuo accipiam, quoniam mihi elegi alium populū. Meæ enim omnes feræ ſyluarum, id eſt omnes hi de gentibus, qui prius quaſi feræ ſylueſtres erant: quia neq; aliqua lex nec prophetæ eos domuerant. Syluarum pluraliter dixit, propter diuerſas gentilium doctrinas: & exequitur de feris per partes dicēs, Iumenta enim ſunt mea, id eſt ſimplices & humiles de gentibus ſunt mei. Et ne ſtultam ſimplicitatem intelligeremus, addit: Iumenta dico in montibus tantum exiſtentia, id eſt tales ſimplices accipio, qui & paſcantur, & per fidem habitent in montibus illis, de quibus prædictum eſt, quòd in cor maris transferantur. Et illi etiam de gentilibus qui ſunt boues, mei ſunt, id eſt triturātes, quę eligenda ſunt eligentes, quæ ſpernenda ſpernentes, & alios in fide generantes. Præterea cognoui omnia uolatilia cœli, id eſt ſpirituales uiros de gentibus, qui ſunt uolatilia cœli de terra ſe ſuſtollentes, & in cœleſtibus conuerſantes. Volatilia autem terræ uel aquæ, id eſt ſuperos de populo tuo inutiliter ſe efferentes (quaſi dicat) non cognoui. Et præterea omnis pulchritudo agri mecum eſt, id eſt odoramenta & uarij flores omnium generum uirtutis præcedentis ab iiſdem gentilibus, qui ſunt ager bene cultus, ſunt mecum, id eſt mihi placent.

Si eſuriero non dicam tibi.] Quia hæc omnia mea ſunt, ideo ſi eſuriero, ſicut reuera eſurio. Eſurit enim Deus fidem in nobis, & bonam operationem: non dicam tibi durę ceruicis populo, quia non humiliaſti in ieiunio animam meam, ut iam ſupra dictum eſt. Et ideo non dicam tibi, quia orbis terræ, id eſt omnis terra, quæ orbiculata eſt, id eſt omnes perfecti ſunt mei. Et pręſertim plenitudo eius terræ orbiculatæ, id eſt illi qui quaſi medium & perfectiores ſunt inter illos perfectos, ſunt mei.

Numquid manducabo.] Ideo etiam non dicam tibi eſuriem meam, quia tu cibares me carnibus taurorū, id eſt recurreres ad priora ſacrificia, uel non miniſtrares mihi, niſi tauros & hircos, id eſt ſuperbos, & in peccatis fœtidos, de quibus ego non curo. quod interrogatio ęquipollenter habet. Quod autem dicit, Non dicam tibi eſuriem meam (uidetur mirum) cum omnibus annunciauerit eam: ſed non eſt, quia hoc dicit quantum ad effectum, ſcilicet quia populus ille duræ ceruicis ſalutem ſibi miſſam repulit.

Immola Deo ſacrificium.] Quia ſacrificia prædicta amplius non accipio, ergo tu qui uerus Iſrael es, immola mihi Deo ſacrificium laudis, id eſt laudabile ſacrificiū, ſcilicet uitulos nō gregis, ſed labiorum, id eſt ſem per gratiarum actiōes refer interius & exterius Deo, à quo eſt quicquid boni habes, & à quo remittetur quicquid mali in te eſt. Et mihi altiſsimo redde, quia à me habes uota non quælibet, ſed tua, id eſt quæ in te ſunt, hoc eſt teipſum. Quiſquis enim cogitat quod dignè uoueat Deo, offerat ſeipſum totum, & uoueat: quia hoc exigitur, hoc debetur.

Et inuoca me.] Redde inquam uota, & tunc inuoca me nihil pręſumendo de te, in die tribulationis, id eſt peregrinationis: quia nulla maior eſt tribulatio, quia quiſquis hanc non attendit, patriam ex corde non requirit. Inuoca inquam in die tribulationis, quia non inutiliter tribularis. Si enim non tribulareris, nō me inuocares. nūc autem quia tribularis, me inuocabis. Et quia inuocabis me, eruam te de tribulatione. Et tu erutus honorificabis, id eſt laudabis me, nunquā amplius recedendo à me. Beati enim qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Peccatori autem dixit Deus.] Hæc inquam quæ prædicta ſunt, dixit Dominus Deus deorum populo ſuo: quæ autem ſequuntur, dixit peccatori, id eſt populo non ſuo, hæc ſcilicet; Quare tu cum ſis peccator, id eſt

legis

Digitized by Google

legis meç prçuaricator, enarras alijs iuſtitias meas, id eſt fidem meam iuſtificãtem, uel iuſta præcepta mea, & quare aſſumis teſtamentum meum, id eſt promiſſiones meas enarrãdas per os tuum? Nõ enim (quaſi dicat) eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Videtur hic abſterrere prædicatores peccantes à prædicatione, & mirum eſt cum alibi dicit: Supra cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi. quæcunq; dixerint uobis ſeruate & facite. Et Paulus dicit, Quacunque occaſione prædicetur Chriſtus, ſuſcipiatur. Quæ contraria uidentur ei quod hic dicitur, ſed non ſunt: quia illa dicũtur ideo, ut qui audiunt aliquod bonum, nõ timeant audire qualiſcunque ſit ille à quo audiant. Hoc uero ideo dicitur, ne illi qui bene dicunt, & malè faciunt, ſecuritatem aliquã habeant, imo ſemper damnationem ex propria uoce timeant: quia bene loqui, & malè uiuere nihil aliud eſt, quam ſeipſum propria ſua uoce damnare.

Tu uero odiſti diſciplinam: & proieciſti ſermones meos retrorſum.] Enarras quidem alijs iuſtitias & teſtimonium meũ, ſed non deberes: quia tu de filijs nõ es, ad quos hoc pertinet. Odiſti enim diſciplinam, id eſt paternam correctionem meam. Quaſi dicat: Cum parco, cãtas & laudas: cum uero arguo, murmuras. Quaſi tantum tunc ſim Deus, cum parco: non ſim uero Deus, cum arguo: ego autem quos amo, arguo et que caſtigo. Sed tu hanc diſciplinam odis, quia adulterinus es non filius. Vnde Apoſtolus: Quod ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulterini eſtis, non filij. Odiſti inquam diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum, id eſt poſt te, qui dicebãtur per te. Vt enim non uideres, proieciſti eos poſt te, cum tamen uelles ut honorarent te.

Si uidebas furem currebas cum eo: & cum adulteris portionẽ tuam ponebas.] Per effectum oſtendit quòd ſermones retrorſum proiecit, quia omni ſcilicet nequitiæ conſenſit. Quod ſic dicit: Si uidebas furem currebas, ſi non pede, ſaltem affectione. Et ponebas portionem tuam cum adulteris, eis ſcilicet conſentiendo. Non ſolum enim qui faciunt, ſed & qui conſentiunt, morte digni ſunt.

Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.] Non ſolum furibus & adulteris cõſenſiſti, ſed etiam os tuum abundauit malitia: quia non ſolum mala tacendo nõ reprehendiſti, ſed ut magis augeretur, eam laudaſti. & in hoc etiam delectabaris. Quod ſic dicit: Lingua tua concinnabat, id eſt delectando tanquã in aliquo concinno cõponebat dolos, id eſt doloſa uerba, quibus laudabas reprehendenda. Præterea quoq; detrahebas fratri tuo, & ſic ſcandalizabas filium matris tuæ. Frater uocatur hic aliquis iam perfectus, & ſpiritualis uir: Filius uero matris dicitur aliquis minus perfectus, qui adhuc carnalis eſt, & adhuc lacte non ſolido cibo indiget. Et ſolent quidam perfectos ſe ſimulantes ſpiritualibus uiris in Eccleſia detrahere, ut ſic poſſint minores ſcandalizare, ut quidam apud Chorinthios de beato Paulo dixerunt: Epiſtolæ quidẽ graues ſunt & fortes, ſed præſentia infirma, & ſermo contemptibilis. & per hoc plures de inferioribus ſcandalizauerunt. Vnde dicit: Tu loquebaris in detractione aduerſus fratrem, id eſt contra quemlibet ſpiritualẽ & perfectiorem uirum, qui deberet eſſe frater tuus: & hoc modo ponebas ſcandalum aduerſus filium matris tuæ, id eſt detrahendo maiora & digniori ſcandalizabas filium matris tuç Eccleſiæ, id eſt quemq; minorem & indigniorem, qui nondum indiget ſolido cibo, ſed lacte. hæc inquam omnia mala prædicta feciſti, & tamen ego tacui, id eſt à uindicta ſuperſedi, ſeueritatem meam diſtuli, patientiam prolongaui, pœnitentiam tuam expectaui. Tu autem ſecundum duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, theſaurizas tibi iram in die reuelationis iuſti iudicij Dei.

Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.] Quia ego tacui à uindicta, ideo tu iniquè exiſtimaſti q; ego ſim ſimilis tui. Quia enim tu noluiſti eſſe ſimilis mei, putaſti quòd ego eſſem ſimilis tui. Parum nanque tibi uidebatur quòd tu malus eſſes, niſi etiam me malum eſſe putares. Et quia non attendiſti me ultorem à uindicta ſuperſedẽtem, putaſti me participem & corruptum iudicem. Tu inquam hoc exiſtimaſti: ego autem tandem arguam te per uindictam condignam, & ſtatuam te contra faciem tuam, id eſt te qui poſueras te poſt te: ut non uideres te, ponam ante te, ut uideas te. Si enim uideres te, diſpliceres tibi, & placeres mihi: nũc uero quia te non uides, & places tibi, diſplicebis mihi, & tibi diſplicebis. Mihi quidem diſplicebis, cum iudicaberis: tibi uero diſplicebis, cum ardebis. Statuam te inquã ante te, ut uideas fœditatem tuam: nõ ut corriges, ſed ut perpetuo erubeſcas.

Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum: ne quando rapiat & non ſit qui eripiat.] Huc uſque locutus eſt Aſaph in perſona Domini loquentis populo ſuo, & populo non ſuo: hic uero dicit in perſona ſua, admonendo poſteros & alios conſortes. Quaſi dicat: Quia Dominus talia dicit populo ſuo, & talia populo non ſuo: ergo uos qui adhuc obliuiſcimini Deum actu, uitam malè priorem non attendentes, & nihil boni agentes intelligite & hæc quæ Dominus dicit populo ſuo, & quæ dicit populo non ſuo, ſcilicet ut malè actam uitam in amaritudine animæ noſtrç attendentes poſſitis dignè Deo dicere: Recogitabo tibi omnes annos meos, & reliqua. Intelligite inquam nunc cum tempus eſt, ne ſi non intellexeritis, quando (pro aliquando) rapiat uos ipſe potens, & cui nemo poteſt cõtradicere: & tunc nõ ſit aliquis qui de manu eius uos eripiat, id eſt eripere poſſit.

Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quod oſtendam illi ſalutare Dei.] Quaſi dicat: Intelligite inquã, hęc qui obliuiſcimini Deum, Deum dico dicentem, hæc ad ueſtram inſtructionem. Sacrificium laudis, id eſt laudabile ſacrificium, honorificabit me. Attẽde quid ſit laudabile ſacrificium. Ille nanque qui in peccatis perſeuerat, laudabiliter non ſacrificat. Non enim uult nos Deus eſſe uel latronem in cruce inſultantes, id eſt inconuerſos: uel Phariſæum in templo merita iactantẽ, id eſt nõ uult nos arrogãtes eſſe & ſuperbos, ſed potius uult, ut & conuerſi iuſtificemur, & animas noſtras humiliemus, id eſt nihil meritis noſtris adſcribamus: & deinde non nos ſolos in diuitijs Dei eſſe deſideremus, ſed ſi quod bonum in nobis eſt, illud etiam alijs cupiamus. & ſic laudabiliter ſacrificabimus. Eſt enim laudabile ſacrificium ut & cõuertamur de iniuſtitia ad iuſtitiam, & humiles ſimus, & uerã charitatis affectionem nõ modo erga Deum, ſed etiam erga proximum habeamus, ſcilicet ut qui diligat Deum, diligat & proximum. Vnde dicit: Sacrificium laudis honorificabit me. Et hoc ideo, quia illic in ſacrificio laudis eſt iter, id eſt uia, quo itinere, id eſt per quam uiam ego oſtendam illis, ſcilicet cuique hæc ſupra dicta intelligẽti ſalutare Dei fuiſſe neceſſarium. Quiſquis enim laudabile ſacrificium inſiſtit, iuſtitiam, humilitatem, & charitatem attendit. quæ tria cauſa fuerunt aduentus Saluatoris. Vt enim aliquis de impio iuſtus fieret, neceſſarius erat medicus: ut uero aliquis ueram haberet humilitatem, ille fuit neceſſarius qui obediens patri uſque ad mortem factus eſt. Item quod aliquis haberet charitatem, non niſi per illum eſt, qui etiam in paſſione pro inimicis orauit dicens: Pater ignoſce illis, &c.

IN PSALMVM L. ARGVMENTVM.

SVb occaſione pœnitẽtiæ, qualiter populus in Babylone captiuus pœnitere debeat, oſtendit. Item in Actus Apoſtolorum, ubi Paulus eligitur, & uox Pauli pœnitentis.

IN FINEM PSALMVS DAuid, cum uenit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Berſabe.

EXPLANATIO.

Hiſtoria quidem nota eſt, Dauid regem concupita, rapta & conſtuprata Berſabe, uirum eius Vriam gladio Ammonitarum præmiſiſſe, ſed cognita per Nathan Prophetã culpa mox pœnitentiæ lachrymis, quia deliquerat abluiſſe. Vbi maximè aotandum eſt, ideo ſanctiſsimos quoq; uiros in talia nonnunquam cadere permiſſos, eorumq; & culpas & pœnitentiam ſcripturæ inditam, ut nobis infirmis & longè poſt eorum ueſtigia iacẽtibus, & in eorum caſu cautelæ timor commendetur, & in eorũ correctione exemplum pœnitẽtiæ, & ſpes ueniæ detur: ſed quia ſanctorum geſta etiam ſiniſtra myſterium noſtræ ſalutis operantur. Dauid Chriſtum ſignificat, Berſabe, quæ puteus ſaturitatis interpretatur, Eccleſiam præfigurat. Vrias qui interpretatur lux mea Dei, diabolum demonſtrat, qui lucem ſibi deitatis uſurpare quærebat: ſed à Domino proſtratus mundi regnum amiſit, Eccleſiamq; fidelium ei regendam dimiſit. Quinq; membris eſt Pſalmus iſte diſcretus. Prima eſt ſatiſfactio perfectiſsimæ humilitatis. Secunda confidentia miſericordiæ cœleſtis. Tertia petit Dominum à peccatis ſuis aſpectum auertere. Quarta dicit omnes peccatores ad deſiderium ſupplicandi magis ac magis animandos, ſi tam ingens illi remitteretur iniquitas eius. Quinta parte cauſa memoratur Eccleſiæ, quæ per eum erat ſemen aduentu Domini conſtruenda. Vbi iam lætus altari eius offerendos uitulos pollicetur, ſic & ſupplicatio deuota concluditur, & uenturæ ſalutis gaudia nunciantur.

COMMENTARIVS.

M*iſerere mei Deus ſecundum magnam.*] Pſalmus iſte cuius titulus eſt, Pſalm9 ipſi Dauid, cum uenit ad eũ Nathan Prophata, quia intrauit ad Berſabe: ſicut facit cautos eos qui nondum ceciderunt, ita nec uult deſperatos eſſe eos qui iam ceciderũt. Quiſquis ergo peccaſti, & dubitas pœnitentiam agere de peccato tuo, deſperando ſalutem tuam, attẽda Dauid agentem. Ad ra Nathan Propbeta miſſus non aſt, ſed ipſe Dauid miſſus eſt. Attenda ergo eum clamantem, & ſimul clama. Attanda eũ gementem, & congemiſca. Attende flentem & ſimul lachrymas iunge. Quia intrauit ad Berſabee. Berſabee mulier erat, uxor aliena. Cum dolore & tremore dico. Sed tamen Deus noluit taceri, quod uoluit ſcribi. Dicam ergo non exhortans ad imitationẽ, ſed inſtruans ad timorem. Cuius pulchritudine ſanctus Dauid rex & Propheta captus, cum iam in pace eſſet, & ſtans in ſolario uidiſſet eam ex oppoſito, & bene cõpram uideret, uocauit eã ad ſe, & intrauit ad eam. Et ſanctificata aſt mulier ab omni immundicia ſua, hoc aſt concepit. Ideo ſũt per concipere accipitur mulier mundari ab immundicia, quia poſt conceptum fluxũ ſanguinis nõ patitur, quo uſq; pepererit. Videns ergo Dauid quia non poſſet celeri adulterium, uirum eius Vriam ab exercitu reuocauit, ut ille ad eam intraret, & ſic adulterium lateret. Cum autem ille ad eam intrare nollet, ſcripſit ad Ioab principã militiæ ſuæ, qui exercitui præerat, ut in qua parte grauius bellum incumberet, ipſe Vrias poneretur, ut ſic periret. Quod ita factum eſt, & ille occiſus eſt. Et ſic ſanctus Dauid homicidium adulterio addidit. Poſtea uero Nathan Prophata ad eum miſſus aſt à Domino, ut redargueret eum de tanto peccato. Ecce quid homines cauere debeant, dictum eſt: nunc uero ſi lapſi fuerint, quid imitentur dicendum eſt. Multi enim cum Dauid cadere uolunt, ſed cum Dauid reſurgere nolunt. Nõ eſt autem propoſitum exemplum cadendi, ſed ſi cecideris reſurgandi. Attande itaq; ne cadas, nec ſit delectatio minorum lapſus maiorum, ſed potius caſus maiorum ſit tremor minorum. Ad hoc enim propoſitum, ad hoc ſcriptum, ad hoc ſæpè in Eccleſia cantatũ atq; lectum audiant, qui non ceciderunt ne cadant: qui uero ceciderunt, audiant ut reſurgant. Tanti uiri caſum multi audiunt, & patrocinia peccandi ſibi quærunt. Quiſquis uero ideo facit, quia Dauid fecit, peius facit quã Dauid faceret. Dauid uero cecidit lapſu cupiditatis, nõ patrocinio ſanctitatis. Multi uero ſalubriter audiẽtes in caſu tãti uiri metiuntur infirmitatẽ ſuã. & q. Deus damnat, uitare uolentes, oculos ſuos auertũt à uanitate, nec figunt eos in pulchritudine carnis alienæ, ſcientes, quia & ſi mulier longè eſt, libido propè eſt. Ne peccatum quod eſt in mortali corpore, regnet. Peccatum eſt in corpore, cum delectaris: tunc uero regnat, cum conſanſeris. Quiſquis uero hęc audit, & nõ cecidit, cum Dauid inde gaudeat, & Domino Deo ſuo gratias agat: qui uero iam lapſus eſt, & hæc audit, attendat uulneris ſui magnitudinẽ, nec deſperet medici maieſtatem, & gemens cum Dauid clamet & dicat: Miſerere mei Deus. Titulus ſupra dictus ſic exponitur, Pſalmus iſte attribuitur ipſi Dauid Prophetæ, ſcilicet cantatus tunc cum Nathan Propheta uenit ad eum, ſcilicet ad ipſum Dauid, miſſus à Domino ut redargueret, quia ipſe intrauit ad Barſabee. Nunc ad literam redeamus. Vox Prophetæ eſt poſt perpetratũ adulterium & homicidium, cum ueniſſet Nathan ad eũ, & ſic orantis: Deus miſerere mei, id eſt adhibe mihi piam affectionem tuam nõ paruam, ſed ſecundum tuam magnam miſericordiã, id eſt magnã miſericordiam adhibe mihi, id eſt piam affectionem tuam, quia ipſa uerè eſt magna. Qui confitetur magnam miſeriam, magnam rogat miſericordiã. Quaſi dicat: Graue ualde eſt quod habeo, ſed ad omnipotentem confugio. De meo lethali uulnere deſpererẽ, niſi tantum medicum reperirem.

Et ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum, miſerere mei inquam Deus, & dele iniquitatem meã.] Quaſi dicat: Iniquitas mea aſt, quia feci alij quod mihi nollam fieri, alterius ſcilicet coniugem adulteraui, & ipſum interfeci: quam iniquitatam tu aduertiſti, tu conſcripſiſti. Nũc autem dele iniquitatem illam ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, id eſt exhibitionum miſericordiæ tuæ. Ex tua enim multa miſericordia procedunt multæ miſerationes tuæ. Attendis enim contemnentes, ut corrigas naſcientes, ut doceas confitentes, ut ignoſcas. Conſequuntur miſericordiam tuam neſcientes peccantes, conſequuntur eam & ſcienter peccantes: & non quamlibet, ſed magnam miſericordiam & miſerationes multas. Non poſſum dicere quia ignorantes. non enim ignoraui quid mali ſit cõtrectatio alienæ ſubiugalis, & interfectio mariti neſcientis, nec etiam itaſcentis.

Amplius laua me.] Quaſi dicat: Abluis illos qui ignorantar peccant, ſed amplius laua me ab hac iniquitate mea, & cæteros qui ſcienter peccant. Vel laua me amplius, quam ſciam rogare. uel amplius laua me, id eſt non ſolum ab actuali iniquitate mea, ſed etiam ab originali: & ita laua me, ut ex toto mundes me, & ab hoc peccato & ab alijs peccatis meis. Plus

dicit

Digitized by Google

dicit quã prius. Poſſunt enim quædam lauari, & tamen nõ perfectè mundari. Et quaſi aliquis dicat: Qua temeritate clamas? qua fiducia Deum iuſtum inuocas? Si enim iuſtus eſt, odit peccatum. Et ſi iuſtus eſt, uindicauit peccatum. Implora miſericordiam, ſed attende iuſtitiam. Miſericordiæ enim eſt, ut peccanti ignoſcat: iuſtitiæ uero, ut peccantem puniat. Quid ergo quæris? Nunquid peccatum tuum impunitum manebit? Non Domine. Noui iuſtitiam, cuius imploro miſericordiam. Sed ut tu peccatum meum punias nolo, quia ego punio: & ideo tu ignoſcas, quia ego cognoſco. hoc eſt quod dicit.

Quoniam iniquitatem meam.] Et poteſt ſimpliciter ſic continuari: Verè debes me mundare & lauare, quoniam ego quantum ualeo, idoneum me reddo: quia iniquitatem meam agnoſco, ut à te ignoſcatur. Et ita cognoſco, quod peccatum meum non poſt dorſum mihi eſt ad obliuiſcendum, ſed ſemper eſt contra me, id eſt in conſpectu meo ad puniendum. Poſt dorſum fuit ei peccatum ſuum, quando Nathan Propheta uenit ad eum. Tunc enim quia iniquitatem ſuam non attendebat, alterius iniquitatem iudicabat: quia cum Propheta per ſimile eum redargueret dixit, Homo qui hoc fecit morte morietur, & quadruplum ouem reſtituet. Et tunc Deus uſus eſt quaſi ferramento lingua eius ad ſecandum uulnus eius.

Tibi ſoli peccaui.] Quaſi dicat: Quia ego iniquitatẽ meam agnoſco, & peccatum coram me eſt ſemper. Ergo Domine miſerere, dele, laua, munda. Quod ideo te rogo, quia cum ſim rex, tibi ſoli peccaui. Rex enim ſi peccat, ſoli Deo peccat, quia nullum alium pro peccatis ſuis puniet. Peccaui inquam tibi, & malum adulterium ſcilicet & homicidium, quod alios celare potui, feci coram te, id eſt latere te non potuit. Ergo miſerere, laua, munda. Et ideo dico miſerere, ut iuſtificeris, id eſt iuſtus & uerus appareas in ſermonibus, id eſt in promiſsionibus tuis. Promiſiſti enim de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam: & ut hoc promiſſum impleatur, ideo miſerere mei, & munda me. Tu ſolus es enim uerus, omnis uero homo falſus. Miſerere inquam, ut iuſtificeris & uincas, me dignum faciendo, cum iudicatis, ab his ſcilicet qui dicunt: Non eſſe dignum quod de ſemine tam damnati hominis & ſcelerati, ut ego ſum, facias naſci Chriſtum tuum. Aliter quoque iſte uerſus dicitur, quaſi dicat: Ideo te ſolum rogo ut miſerearis mei, quia tibi ſoli peccaui. Tu enim ſolus ſine peccato es, & ideo ſolus mederi, ſolus peccata dimittere potes. Quod taliter dicere eſt, quaſi æger aliquis alicui bono medico diceret: Tibi ſoli ægroto, id eſt non poſſum ſanari ab alio niſi à te ſolo. Peccaui inquã tibi ſoli, & malum quod alios latuit coram te feci: id eſt te latere non potuit. Et in tantum tibi ſoli peccaui, id eſt in tantum es tu ſolus ſine peccato, ut nec etiam in lingua pecces, ſed iuſtificeris, in ſermonib. tuis, id eſt ſis uerus in omnib. uerbis tuis, & uincas omnes iudicatos, & etiam iudicea cum iudicatis: quia ſolus ſine culpa iudicatis. Difficile eſt cognoſcere cui loquatur, cum manifeſtum ſit quod pater, cui prius loqui uidebatur, non ſit iudicatus: ſed præuidit Propheta per ſpiritum iudicem uerum iudicandum, & iuſtum ab impijs damnandum. Et ideo uincentem, quia nihil in eo eſſet quod iudicaret. Ipſe enim ſolus inter homines uerus, inter homines ſine peccato ſolus. Iuxta quod ipſe dicit: Si peccatum uidiſtis in me, dicite. Ecne aliquod uitium quod celaret homines in eo lateret, appropinquante tẽpore paſsionis dixit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Nihil ſcilicet dignum morte inuenit in me, uel damnatione. Et quaſi aliquis dicat: Cur ergo moreris? cur pateris? Subdit. Non ideo morior uel patior, quòd peccatum in me ſit: ſed ut cognoſcat mũdus, quia ego diligo patrem. & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

Surgite eamus hinc, & tunc uenit ad paſsionem. Ipſe enim dignus pro indignis, iuſtus pro iniuſtis paſſus eſt: huic tali nullum peccatum habenti loquitur hic Propheta dicens, Et in tantum ſine peccato es, ut uincas cum iudicatis. Quaſi dicat: Tu ſuperas omnes homines, tu ſuperas omnes iudicea: quia ad tuum reſpectum etiã hi qui uidẽtur iuſti, ſunt iniuſti. quia nemo mundus in conſpectu tuo, etiã puer cuius uita unius diei eſt ſuper terram, & ad tuam comparationem etiã cœli ſunt immũdi: & ideo ſuperas omnes, quia tu ſolus iniuſte iudicaris. Vincis ergo cum iudicaris. Iudicatos uocat ſanctos crucifixos, ut Petrum & Andreã, & alios diuerſis modis ꝓ nomine Dei afflictos: quos omnes cum iudicatus fuit, uicit homo Dominicus. Quia & ſi parum in illis, tamen inueniebatur aliquid morte dignum.

Ecce enim in iniquitatib. cõceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.] Quaſi dicat: Ecce quomodo uincis omnes. Non enim ſolus uincis tales, qualis ego ſum tunc poſt tantum commiſſum, ſed etiam uincis me talem, qualis primum fui, & omnem hominem: quis habes quid ab ipſa origine mihi & omnib. imputes. Quod ſic dicit, transferendo in ſe humanum genus: Nã ego conceptus ſum in iniquitatibus, ſicut omnis homo. Nunquid iſte ex iuſto uiro Ieſſe, & de legali cõiuga natus eſt in iniquitatib. id eſt in adulterio conceptus? Nequaquam. hoc enim caſtum opus in coniuge, non habet quidem culpam, ſed tamẽ attrahit debitam pœnam, id eſt delectationem. Quæ quia ex iniquitate, id eſt ex præuaricatione hominis primi proceſsit, & quia ipſa quodã modo iniquitas eſt, ideo dicit, in iniquitatib. cõceptus ſum. Ille uerò uictor, quia ſolus ſine delectatione conceptus eſt, ideo ſolus ſine dolore natus eſt. Et ideo ſolus habet quod etiã unius diei puero imputet. Et in peccatis concepit. Probat quaſi à maiori per ſexum fragiliorem, quod dixit. Q. d. Verè in iniquitatibus cõceptus ſum. nam ſi hæc poſſunt eſſe, q. à patre in iniquitatibus cõceptus ſum, neceſſe mater mea in peccato delectationis concepit me. Facilius enim, & magis etiã fœmineus ſexus delectatione corrumpitur. Poteſt & aliter iſte idem uerſus cõtinuari, quaſi dicat: Quia tibi ſoli peccaui, ergo miſerere mei. Et neceſſe eſt, ut miſerearis, quoniam non ſolum à tam graui actuali cõmiſſo, ſed etiam ab originali peccato oppreſſus ſum: quia in iniquitatibus conceptus ſum, &c.

Ecce enim ueritatẽ dilexiſti.] Dico quidẽ in iniquitatib. cõceptus ſum, nec tamẽ hoc ideo dico, ut in te auctorẽ culpam refundam, ſed quia uerũ eſt. Et ideo ego uerum dico, quia tu diligis ueritatẽ, id eſt uera dicentes. Vel aliter etiã continuatur, quaſi dicat: Quia in iniquitatib. conceptus ſum, ergo Domine miſerere: & ideo rogo ut miſerearis, quia ſi nõ miſereberis punies. Et ecce quare punies, ſcilicet ideo, quia dilexiſti ueritatẽ, id eſt uerum iudicium, in tantum quòd impunita peccata eorum etiam quibus ignoſcis, nõ relinquis: quia dilexiſti ueritatem, id eſt uerum iudicium, ſed tamen prærogaſti miſericordiam, ut & ueritatem conſeruares. Ignoſcis enim confitenti, ſed ſeipſum punienti. Et ſic miſericordia & ueritas conſeruatur. Miſericordia quidem, quia homo liberatur: ueritas uero, quia peccatum punitur.

Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.] Sic cõtinuatur: Dico quia ſi non miſereberis, punies: ſed uerè miſereberis, quia iam mihi hoc promiſiſti. nam manifeſtaſti mihi per Nathan Prophetam, immò per ſpiritum dicentem mihi per Prophetam, Dimiſſum eſt tibi peccatum tuum, manifeſtaſti incerta & occulta ſapientiæ tuæ, id eſt diſpoſitionis atque reparationis nouæ, fœlicitatis æternæ. Elegit enim in ipſo ante mũdi conſtitutionem. Quæ autem incerta, & quæ occulta? Scilicet quod etiam talibus & tam grauibus peccatis ignoſcis. Quod hominibus prius incertum fuit,

quia dubitarent an Deus ignoſceret poſt tam grauem lapſum, & ſic an ulla humani generis reparatio eſſet ignorabant. Sed Dauid hoc experimento monſtratū eſt, Propheta dicente ad eum: Dimiſſum eſt tibi peccatum tuum, quia per ſimilitudinem hanc reparationem etiam in alijs attendit. De hoc incerto, id eſt de reparatione poſt tam grauem lapſum dubitantes, an unquam eis ignoſceretur, egerunt Niniuitæ pœnitentiam in prædicatione Ionæ, humiliantes ſe in omni contritione à minore uſque ad maiorem. Quod uero incertum eſſet in uerbis iſtis oſtenditur: Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Qui enim hoc dixit, incertum hoc habuit: ſed tamen Niniuitæ, ut ipſe ſi poſſet eſſe, remanere noluerunt. Et quia dignè pœnituerūt, ideo reipſa quod prius incertum habebat, cognouerunt: quoniam ut interminatus Propheta fuerat, euerſa eſt ciuitas illorum, uerſa quidem in malo, & ædificata in bono. Quod autem dicit, Incerta & occulta, neutrum ſuperfluit: quia per occulta determinat incerta. Sunt enim quædā incerta, quæ in natura ſua ſunt incerta. Hæc autem ideo tantum erant incerta, quia hominibus occulta. Et eſt hoc totum ęquipollenter dicere: Manifeſtaſti mihi per Prophetam reparationem humanam. Quomodo autem fiet hæc reparatio? Hoc modo ſcilicet, quia ſicut tu præcepiſti in lege leproſos ut mūdarētur aſpergi hyſopo in ſanguine rufæ uitulę intincto: ſic aſperges me & alios hyſopo & ſanguine uituli non ſigno, ſed ſignificato, & ſic mūdabimur. Poſſunt & aliter ſecundū aliam ſententiam hæ continuationes partim fieri. Secūdum enim quod præcedentem uerſum cōtinuauimus: Non hoc ideo dico, ut refundam culpam in auctorem, ſed quia tu Domine diligis ueritatem. talis repetitio fiat, ut quod ſequitur contineatur: Quia in iniquitatibus cōceptus ſum. Ergo miſerere mei Deus, & munda me. Et uerè miſereberis, quia iam manifeſtaſti mihi per legalia inſtituta incerta & occulta ſapientiæ tuæ, id eſt diſpoſitionis tuæ, ſcilicet humanitatis reparationē. Et quomodo manifeſtaſti? ita ſcilicet, quia feciſti me per ſigna intelligere ſignificata. In lege enim præceptū erat, ut leproſi extra caſtra eijcerentur, & deinde ad emundationem faſciculo hyſopi in ſanguine uituli intincto aſpergerentur, & emundati reducerentur. In quo reparatio humana præfiguratur. Hyſopus humilis herba eſt, quę ualet ad uitium pulmonis, ex quo pulmone procedit anhelitus, per quem anhelitum timor ſuperbiæ deſignatur. Per hyſopum uero humilitas Chriſti intelligitur, quæ uim medicamenti ad reprimendum in nobis timore uereris ſuperbiæ & animoſitatis habuit. per ſanguinem quoque rofæ uitulę paſsio Chriſti ſignificatur, per aſperſionem uero hyſopi in ſanguine intincti, qua leproſi emundabantur, hoc præmonſtrabatur: quod quicunque humili Chriſto ſe conformarent, & ſanguine eius aſpergerentur, id eſt paſsionem eius imitarentur, illi uerè ab omni lepra peccatorum mundarentur, quod ſanctus Dauid per ſpiritum ſanctum futurum intellexit. Et inde dicit hoc modo, Per legalia ſigna incerta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi: quia feciſti me intelligere, quod ſicut leproſi aſperſi hyſopo, & ſanguine uituli mūdabātur: ita tu me & alios Chriſti imitatores aſperges hyſopo, ſanguine uituli intincto, ſignificato non ſigno, & ſic à peccatis mūdabor. & qualiter intelligat aſperges, exponit, ſcilicet lauabis me per hyſopum illum, & hoc adeò quòd ego dealbabor ſuper niuem, id eſt ſuper omnem corporalem mundationem, ſcilicet interius mundabor. Quæ mundatio excellit omnem exteriorem mundationem. Niuem autem pro exteriori & digniori mundatione ideo ponit, quia candidior inter exteriora eſt.

Auditui meo dabis gaudium & letitiam: & exultabunt oſſa humiliata.] Aſperges me inquam, & me aſperſo dabis gaudium & lætitiam, id eſt perfectam & plenariam lętitiam dabis auditui meo, id eſt mihi audienti. hoc eſt, humilianti me, & diſcenti: non dicenti, id eſt peccatum meum defendenti. Tutius enim longè eſt audire, quam dicere, quia ille qui audit, humiliat ſe, & diſcit: qui uero dicit, ſuperbit. Et eſt quaſi dicat: Audiendo lætabor, dicendo uero triſtabor. Ipſe paratus eſt ueniam dare. Non intercludamus ergo nobis ueniam aperiendo uocem defenſionis, ſed aperiamus ſinum confeſsionis. De hoc gaudio ille quo in natis mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta ait: Amicus ſponſi non dicit & cadit, ſed ſtat & audit. Quia enim audit, ſtat, & gaudio gaudet: non quia dicit, ſed quia audit uocem ſponſi, id eſt quia diſcit, dabis inquam mihi gaudium audienti: & hoc ideo, quia oſſa, id eſt firmamentum animæ meæ, uirtutes ſcilicet quę prius humiliata erant, dicendo exultabūt: quia ſtatum ſuum obtinebunt audiendo. Poteſt etiā de futuro uerſus iſte accipi. Quaſi dicat: Hic lauabis me, & dealbabis: tandem uero dabis plenariam lætitiam auditui meo, ſcilicet cum audiam te dicentem, Euge bone & fidelis intra in gaudium Domini tui, & tunc oſſa, id eſt firmamenta animæ meæ hic humiliata per pœnitentiam gaudebunt, ibi clarificata per gloriam.

Auerte faciem tuā à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.] Quaſi dicat: Dico quia dabis mihi gaudium, & oſſa mea exultabunt. Et ubi hoc fiat, ſicut prius, dum ego auerti faciem meam, tu auertiſti: ita nunc dum ego auerto, tu auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, quas prius auertendo ſcripſiſti, modo auertendo dele. Et ut eas deleas ô Deus, cor quod per me factum eſt immundum, crea in me mundum, & fac omnes cogitationes meas mūdas, & innoua ſpiritum, id eſt intellectum modo inueteratum & curuatum, ita ut facias eum rectum in uiſceribus meis, id eſt in anima mea. Spiritus huius prius fuit rectus, & ſpiritui Dei collimatus, quamdiu à uoluntate Dei non diſſenſit: quando uero ad carnis concupiſcentiam & delectationem terrenam ſe incuruauit, tunc ſpiritus eius diſtortus & inueteratus eſt. Et ideo nunc rogat ut innouetur, & ſurſum regatur, ut rurſus ſpiritui Dei collimet, ſcilicet ut nihil quod Deo placuerit, ſibi diſpliceat, ut quicquid patitur, ipſe uel alius iuſtum eſſe credat. quod ita factum eſt. Tunc enim ſpiritus eius fuit rectus, cum omnem perſecutionem quam ab Abſalone filio ſuo paſſus eſt, meritis ſuis imputauit. Et dum quidam miles Abſalonis multa conuicia ei inferret, & quidam de ſuis interficere eum uellet, hoc fieri prohibuit dicēs: Noli eum interficere. miſit enim Deus eum ut maledicat mihi propter peccata mea multa nimia & inenarrabilia.

Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.] Innoua inquam ſpiritum meum, & de cętero ne proijcias me à facie tua, id eſt ne permittas me amplius relabi in peccatum, ut proijciar à facie tua, id eſt fiam indignus tua præſentia, & ne auferas à me tuum ſanctum ſpiritum per cuius donum hęc habeo, ut iam confitear & pœnitentiam agā de peccato meo. Nemo enim per ſe habet quod pœnitentiam & confeſsionem facit, ſed per ſpiritū Dei, cui ſcelera & immunditia diſplicent: ſicut econtra immundo ſpiritui placent. Non poteſt ergo negari quin Dauid cum iam pœniteret, ſpiritum ſanctum haberet. Et pro hoc ſpiritu rogat, ne ſibi Deus eum auferat, ſcilicet ne fortè à confeſsione & pœnitentia deſiſtat.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.] Non auferas inquam à me ſpiritum tuum, & non auferendo illum, redde mihi lætitiam ſalutaris tui, quam lætitiam per peccatum amiſi: quia non ſcio eſſe lętandum de aduentu eius alicui, niſi qui ſe conformauerit ei. Et illam talem lætitiam per ſpiritum tuum redde mihi, & ea reddita confirma me ne

amplius

amplios eam amittam ſpiritu principali, id eſt ſpiritum ſanctum, qui ideo dicitur principalis, quia quicquid boni eſt uoſtro ſpiritui, ab illo procedit.

Docebo iniquos uias tuas: & impij ad te conuertentur.] Cõfirma me inquam, quia ego confirmatus non ero ingratus. Namque docebo uerbo & exemplo iniquos quoslibet, & p me & per ſucceſſores meos uias tuas, id eſt opera tua: & non ſolum iniquos docebo, ſed & impios, id eſt idolatras, quia proponam me exemplũ eis, ne deſperent: & ſic impij, id eſt aliæ illæ oues ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ.] Quaſi dicat: Et ut doceam iniquos & impios, ideo Deus libera me de ſanguinibus, id eſt de concupiſcentijs carnalibus, has enim expertus fuerat, quia per has ceciderat, & ideo ab eis liberari rogat. tu dico qui es Deus, dator ueræ ſalutis meæ, illius ſcilicet cui nulla ſubrepet corruptio, cui nulla accedet defectio, ubi cibo non fulciamur, neque eſca reficiamur: ſed tamen non erimus tunc ſine potu & cibo, quia ipſe Deus erit noſter cibus & potus. cibus, ſcilicet reficiens, & nunquã deficiens. Libera me inquam: & ſi tu me liberaueris, tunc lingua mea exultabit, id eſt exultanter alijs annunciabit iuſtitiam omnem eſſe tuam, nullam meã. Quaſi dicat: Non ero de numero illorum, qui de meritis præſumentes, & ſuam iuſtitiam ſtatuere uolentes, iuſtitiæ tuæ noluerunt eſſe ſubiecti, & ideo non iuſtitia meritorum, ſed ſolam iuſtitiam tuam gratis iuſtificantem annunciabo.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.] Verè liberabis me, quia tu Domine aperies labia mea, id eſt labia cordis mei, quæ prius clauſa erãt per peccatum, illa aperies ad intelligendum: & ideo os meum exterius annũciabit laudẽ tuam, non meã, hanc ſcilicet laudem, quod à te creatus ſum: peccans non derelictus ſum, atque ut confiterer admonitus ſum, & ut ſecutus eſſem mundatus ſum. & hoc quaſi dicat: Sacrificium laudis tibi offerã tantum, ideo quia aliud ſacrificium non uis tibi offerri. Nam ſi tu aliud uoluiſſes, ego utiq; illud dediſſem, id eſt iam pridem me à talibus etiam non abſtinuiſſem. Sed eſt quaſi dicat: Quando non uis, quia futurum eſt quod tu nõ delectaberis non ſolum minoribus legalibus ſacrificijs, ſed etiam holocauſtis, quibus maximè quia nihil ſubtrahitur tibi, in eis delectari uideris. Sciendũ quia tempore ſancti Dauid locum adhuc habuerunt legalia ſacrificia, ſed attẽdit iſte per ſpiritum illa eſſe ſigna & promittentia, & ideo futurum eſſe quando fierent irrita, & haberent locum ſignificata tantum atq; promiſſa. poſtquam enim ueritas eſt oblata, ceſſauit umbra. Semper tamen locum habuerunt ſignificata ſacrificia, quia etiam manente umbra Deo extiterunt gratiſsima.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum.] Quaſi aliquis dicat: Quando quidem Dominus non uult ſacrificia, quid ergo faciemus? nunquid ad altare eius uacuis manibus ueniemus? Non utique. Quia tibi Deo erit ſacrificium acceptabile ſpiritus contribulatus. Et quid ſit ſpiritus contribulatus exponit, cor ſcilicet contritum labore pœnitentiæ, & humiliatum à timore ſuperbiæ, erit tibi ſacrificiũ acceptabile: quia erit quando taurum & hircum & cætera talis deſpicies, iſtud uero nunquam deſpicies.

Benigne fac Domine in bona uoluntate tua Syon.] Vt talia ſacrificia tibi offerãtur, ideo Dñe fac benigne Syon, id eſt mitte Eccleſiæ tuæ ſaluatorem, quem ea eis miſſurus. Quæ Eccleſia Syon dicitur, quia per Syon omnes illi ſignificantur, qui ſunt in ſpeculatione, & qui in præſenti tantum uolunt eſſe in ſpe, & tãdem in re. & hoc facias non in meritis eius, ſed in bona tantum uoluntate tua. Gratia enim gratis eſt data, & ædificẽtur muri Hieruſalem futuræ, id eſt munimẽta noſtræ immortalitatis & incorruptionis. Qui muri modo ædificantur in Syon per fidem, ſpem, charitatem: tunc autem firmi erũt, cum ad Hieruſalem, id eſt ad ueram uiſionẽ peruenoiemus. Nihil enim aliud hi muri ſunt, niſi indeficiens immortalitas & impaſſibilitas. Poteſt etiam uerſus iſte ad quamcunque fidelem animã per ſe referri, ut ſic dicatur: Benigne fac Domine unicuique Syon, id eſt fideli & ſpeculanti animæ, mittendo ei ſaluatorem ſuum non in meritis, ſed in bona uoluntate tua: & ędificentur muri, id eſt munimẽta eius, uirtutes ſcilicet. Eius dico quæ nunc eſt Syon, & tandem erit Hieruſalem, cum ad ueram ſcilicet peruenerit uiſionem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ.] Quaſi dicat: Nunc interim acceptabis pro peccato ſacrificium cor contritum & humiliatum: ſed tunc, id eſt ædificatis muris Hieruſalem, acceptabis, id eſt acceptabile habebis tãtum ſacrificium iuſtitiæ, id eſt uitulos labiorum, quos tunc tibi offerent. Beati enim qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Quæ laus ideo dicitur ſacrificiũ iuſtitiæ, quia quid iuſtius quàm ut in ęterna beatitudine poſiti illũ laudent, per quem illic erunt? Nihil utique. Et tunc acceptabis, id eſt oblationes, id eſt ſacrificium ſecundum animam. Et holocauſta, id eſt ſacrificium ſecũdum uniuerſam naturam humanam: quia non ſolum anima in uſum ſacrificij conſumetur à charitate in ſuam immortalitatem & impaſsibilitatem, ſed etiam corpus conſumetur in incorruptionem & impaſsibilitatem æternam. Et ideo tunc imponent uitulos, id eſt ſe ipſos in innocentia nouæ uitæ renouatos ſuper tuum altare, id eſt in intima mentis deuotione, quæ eſt tuũ altare. quia ibi ſacrificatur tibi, quod eſt dicere, omni deuotione præſentabunt tibi ſe in innocentia nouæ uitæ.

IN PSALMVM LI. ARGVMENTVM.

CONtra uerba Rhapſacis poteſt cantatum intelligi. Aliter uox Chriſti ad Iudã traditorem.

IN FINEM INTELLECTVS IPSI Dauid, cum uenit Doeg Idumeus, & nunciauit Sauli, & dixit: Venit Dauid in domum Abimelech.

EXPLANATIO.

QVia titulus iuxta hiſtoriam notus eſt, breuiter de allegoria dicamus. Ideo corã intellectus titulo inſeritur, ut myſterium quærere non dubites, quia & ipſe Dauid ſuis calamitatibus admonitus de Chriſto futurum intellexiſſe narratur. Dauid ergo ut ſemper Chriſtus ſit, Saul Iudæi perſequentes. Doec Idumeus, qui interpretatur motus ſanguineus, Iudas proditor: Abimelech ſacerdos electi diſcipuli, apud quos Dominum & uidit & tradidit. Quidã dicunt Doec Antichriſtum eſſe, cuius membrum Iudas extitit: quia ſicut ille ſacerdotes octoginta peremit, ſic & iſte martyres, qui fidem reſurrectionis tenent, occiſurus. In prima parte Pſalmi Propheta in Iudam uel Antichriſtum inuehitur, ne ſe in flagitijs extollat, cui finis grauiſſimus reſtet. In ſecunda dicit eum ocyus periturum, ſanctorum per omnia ſocietate priuandum. In tertia ſanctos ſtupere dicit, quando diabolum nunc in ſeculo bacchantem conſpexerint in fine damnari. In quarta ipſe Propheta ſperat ſe cum ſanctis in futura uita beandum.

COMMENTARIVS.

QVid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate.] Titulue ſit talis: In finem intellectus ipſi Dauid, cũ uenit Doeg Idumaus, & nuncisuit Sauli, & dixit ei, Venit Deuid in domum Abimelech. Legitur in libro Regum, quòd Seul rex in Iſiael a Domino ſit ſonſtituue non ad manendum, ſed proptar illius populi cor durum: nec ad utilitatem, ſed ed eorum correptionsm. Iuxta quod Iob da eo dicit: Qui fecit hominem hypocritam regnara propter peccete populi ſui. Præuaricante eutem Saule, & apertè raprobato Deuid puer edbuc ſubelectus eſt in regnum à Domino. Sad antaquam in regnum paruenirat, grauiter eũ Saol perſecutus eſt. Quod ad noſtram inſtructionẽ factum ſt, ſcilicet ut ſciremus, quia non niſi per tribulationsm ad ipſum regnũ peruaniremus. Nã & ipſe Dominus noſter, corpus quod da terra ſumpſit, per tribulationis uiam in cœlum detulit. Io prædicta autem perſecutione fogit Dauid, ubicunque ſe poſſe latera credidit. Cumq; circumquaque fugeret, peruenit ad domum Abimelech ſacerdotis, ubi & panes propoſitionis, & gladiom Goliæ, qui priue in templo poſitus fuerer, accepit. Quod ideo factum eſt, ut perfectè illum cuioe figurã in ſe gerebat, repræſenteret, qui futurus eret uerus ſacerdos & rex. Sacerdos enim per propoſitionis panes, & per gladiũ rex intelligendus ſt. Ibi Doeg Idumeus, princeps paſtorum Saulis interfuit, atque Dauid uidit. Poſtea uero cum Dauid Saul ſeruis ſuis iraſceretur, quòd inſidias Dauid non ponerent, nec aum caparent, prodidir Doeg Dauid, & dixir: Venit Daoid in domum Abimelech. Miſit ergo Saul ed Abimelech, & ipſum atque omne ſacerdotala genue interfecit per Doach, quiè nemo ſuis in ſacerdotes Domini manum uoluit mittere. De hoc negotio Pſalmus iſte eſt conſcriptus non hiſtoricè, ſed myſticè. Per Saolem enim deſignetur mors & regnum terrenũ, quia de morta ſcriptum aſt, Deus non fecit mortem, nec lætatur in perditione uiuorum: ſed creauit omnia ut eſſent, & ſanabiles fecit nationes orbis terræ. impij autem accerſiarunt eam ſibi manibus & pedibus: & æſtimantes illam amicam, defluxeruot. Per Dauid uero uirs & cœleſte regnum intelligitur: Doech autẽ motus, & Idumeus terrenus interpretatur. Er ideo per Doech Idumeum omnes illi qui de terreuis mouentur, & in eis ſperant, intelligũtur. Et bi tales cœleſte regnom, id eſt illos io quibus uetos Dauid inhabitat per fidẽ & perbona opera, apud terrenum regnum ſemper produnt & accuſant, quia operibus eorum contrarij ſunt, & etiam graues ſunt eis ad uidendum. Et de bis doobus generibus hominũ tractat iſte Pſalmus, ſcilicet quorum alij ſunt perſequentes, alij ſufferentes: alij ſpem in terrenis figentes, alij ſola æterna ſperantes. Per hoc autem quòd Doech qui motus interpretatur, ſeruus Seol, qui terrenum regnum deſignat, dicitur: hoc etiam notatur quod hoc regnum in motu eſt, & citò tranſitorium. Et ideo de perſecutione aius his qui ad cœleſte regnum, quod æternum eſt pertinent, nõ eſt aurandum. Poteſt hoc quoque totum ad populum Iudaicum & Chriſtum referri. Quando anim uerbum illud quod in principio erat apud Deum in domum Abimelech, qui patris mei regnum interpreterur, uenit, id aſt quando carnem de Iudaico populo accepit, qui peculiaris populus Domini fuit: tunc Doech, id eſt illi qui mouebantur de loco & gente, ſcilicet qui Deo dixerunt quòd dęmonium haberet, & ſimilia, apud Deum terrenum regnum, id eſt apud Pilatum & Annam & Caipham eum prodiderunt & accuſauerunt. Et ſic terrenum regnom, id eſt illi ſcelerati principes Doech miſerunt, & per Doech, id aſt per illos quorũ lingua gladius acutus, ſacerdotes interfacerũt, id eſt ipſum Dominicum hominem, de eis natũ, qui uerè ſacerdos fuit, quia ſe ipſum pro nobis immolauit, & multos alios ei adhęrentes. Deuid uero euaſit, quia uerbom immortale permanſit, quod etiam Iſaac præſigneuit, pro quo aries immolatus fuit. Similiter quoque aſt ſi ad omnes fideles hoc referatur, quia cũ corpore eorum occiduntur, animæ liberè euolant, donec etiam eadem immortalitete corporali donata & clarificate recipient. Titulos prædictus ſic exponitur: Hæc uerba referontur in finem non ad hiſtoriam. Quæ uerba ſunt intellectus, propoſitus ipſi Dauid, id eſt dignioribus de corpore Chriſti, quia aos inſtruũt, ut intelligant nunc aſſe tribulandum, deinde lætandum: quia non eſt lætari, niſi præceſſerit tribulari. Intellectus dico ſignificatus tũc, cum geſtum eſt hoc negotium, ſcilicet cũ Doech Idumeus uenit & nunciauit Seul, & cæters. Nunc ad Pſalmũ accedamus Propheta præuidens per ſpiritũ myſticũ Dauid à Doech myſtico perſequendum, redarguit perſecutores iniquitere glorientes in hoc Pſalmo, oſtendens non maleuolentia, ſed propbetandi præſcentia, quid eis ſit futurum ad conſolationem bonorum, ſcilicet ne deficiant, ſed cũ omni patientia tribulationes ſuſtineant. Quia & ſi ij qui eos perſequuntur, modo florent, citò tamen areſcent: & econtra flores eorum, qui nunc aridi apparent, in ęternum non deficient. Et dicit ita: Tu qui potens es, id eſt qui potentiã tuam reputas in iniquitate, ubi potius impotentia eſt, propter quid gloriaris in malitia, in qua non eſt gloriandum, immò erubeſcandum? Multi enim ſunt qui deſtruunt, pauci qui conſtruuot. Er ideo non aſt in malitia gloriandũ, ſed qui glorietur, in Domino glorietur. Iuxta quod ſcriptum aſt, Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, non diues in diuitijs, nõ fortis in fortitudine: ſed qui gloriatur, glorietur ſcire & noſce me, dicit Dominus.

Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.] Oſtendit quo modo glorietur in malitia, ſcilicet qe ite ſtudet malitię, cuius glorie eſt ignominie, ac ſi inde ſequeretur uera gloria, dicens ita: Lingua tua, id aſt lingua cordis tui cogitauit iniuſtitiam tota die, id aſt aſsiduè. Nullum enim tempus intermittis ab iniuſtitia, quia & ſi non aſt in opere, eſt tamẽ in cogitatione: & ſi abeſt ab ore, nonquã abeſt à corde. ſed quæ cura? Nulla ſcilicet, quia nihil per hoc fidelibus nocuiſti. Nam feciſti, id eſt expleſti dolum tuũ. Tu dico ens ſicut nouacula acuta, id eſt ſola exteriora & ſuperflua abſcidiſti, interiora uero & neceſſarie, æterne ſcilicet non læſiſti. ſicut nouacula acuta exteriora abſcindit, oſſa uero non inſcindit. Quaſi d. Exerceat Doech quantum uelit malitiem ſuã, acuat nouaculam ſuam. Quid tandem Deuid faciet? Capillos ſcilicer abradat, & caluos, id eſt filios Choræ faciat. Per capillos enim exteriora atque ſuperflua deſignantur. Verumtamen Deus non ſuperfluos capillos fecit, quia ad ornamentum eos creauit. ſed ideo per capillos ſuperflua terrena deſignentur, quia ſicut capilli ſine ſenſu, id aſt ſine dolore abſcinduntur: ita hęc terrena ſuperflua ab his qui firmiter Deo mente inhęrent, non ſolum exteriora, ſed ipſa etiam corpore ſine omni dolore poſſunt auferri. quia dictum eſt: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Poſſunt tamen de his ſuperfluis multa bona fieri, ſcilicet ſi panem eſurienti frangas, ſi nudos ueſtias, & ſimilia his feciss. Quod etiam mulier illa deſignauit, quæ poſtquam pedes Domini lachrymis rigauit, capillis etiam terſit. Illa enim pedes Domini quaſi lachrymis riget, qui pauperum Domini miſeretur per piam affectionem. Capillis uero quaſi detergit, cum poſt commiſerationem per facultatem horum ſuperfluorum inopiæ eorum ſubuenit. uel aliter: Quia intermittere iniuſtitiam cogitaſti, ideo perfeciſti dolum, ens ſicut nouacula acuta, id eſt accuratiſsimè ſcilicet, ut quantũ poſſis euferas adeò quod

Digitized by Google

quod nec ipſa corpora intacta permitteres. Ad hoc enim nouacula acuta eſt, ut quanto expreſsius poſſint, capilli ebradantur. Si nato ad Chriſtum & Iudaicum populum hoc referatur, ita dicetur, Perfeciſti dolum ſicut nouacula acuta facit dolum, quia ſicut nouacula quę adhuc acuitur, ut per eam uultus ornetur, ſi uulnerat, potius ipſum deturpat: ita peculiaris ille Iudaicus populus ad hoc electus, ut in eo uultus Domini repręſentaretur & ornaretur, potius illum deturpauit, quia tempus uiſitationis non recognouit. Et in hoc doloſe egit, quia aliud fecit, & ad aliud eum Dominus elegit.

Dilexiſti malitiam ſuper bonitatem.] Quaſi dicat: Ideo aſsiduè iniquitates cogitaſti, quia malitiã dilexiſti ſuper benignitatem, id eſt ita ut præponeres eam benignitati, & ſic quod naturale eſt peruertiſti. Ad q; enim unumquodque factum eſt, illud in eo primitiuum eſt. Quare benignitas & æquitas ad quam homo creatus eſt, prius ſunt in homine: malitia uero, quæ acceſsit ex corruptione, eſt poſterius. Dilexiſti inquam ſuper bonitatem malitiam, & ideo dilexiſti magis loqui iniquitatem, quam loqui æquitatem. Et in hoc quaſi dicat, nõ idem quod in alijs ſeruas. prouides enim ne acidum cibum uentri tuo ingeras, & nõ prouides qui id in ore habeas? Sicut namque eligendum eſt quid ueſcaris, ita quid loquaris.

Dilexiſti omnia uerba.] Quaſi dicat: Vt ſummam nequitiæ tuæ concludam, dico quia dilexiſti omnia uerba præcipitationis, quodcunque ad præcipitium ducit, & interitum dilexiſti, ſcilicet linguam doloſam. Sicut enim habent quidã libri, Vel tu Doech eras lingua doloſa, nihil agens uel loquens niſi dolum. & accipe dolum hic large pro omni iniquitate. Sed quid tibi inde? Omne malũ ſcilicet, quia propterea Deus qui poteſt, deſtruet te in fine, quando non licebit ultra reſurgere. Vel in finem ſemper tendẽte, id eſt æterna deſtructione deſtruet te non ad ædificationem, ſed deſtructionem. Et nunc interim euellet te de tabernaculo, & hoc ita quod emigrabit te, id eſt longè migrare te faciet inde. hoc eſt in præſenti à cõmunione fidelium moraliter ſeparabit te. habent autem quidam libri, Tuo: q; ſatis bene eſt: quia & naturaliter omnis homo plantatus eſt in hoc tabernaculo, & radicem habet in cœlo. Vnde dicit, Euellet te hic de tabernaculo tuo, id eſt quod tuum deberet eſſe. Et quia hic euellet te de tabernaculo, ideo tandem etiam de palatio. quod ſic dicit: Et tandem euellet radicem tuam, id eſt quæ deberet eſſe tua de terra uiuentium. Radix noſtra charitas eſt, fructus uero huius radicis ſunt bona opera. Vnde dicit Apoſtolus: Omnia ueſtra in charitate fiant. & item alibi: In charitate radicati & fundati. hanc radicem, id eſt charitatem dicit euelli de terra uiuentium, id eſt de ſuperna requie, quantum ad malos: quia eam non habuerunt, & ideo per eam illic nõ complantabuntur. Charitas autem ibi ſemper perpetuè manebit, quia charitas nunquam excidit.

Videbunt iuſti.] Quaſi dicat: Quod Deus uero ſic damnabit Doech, non infructuoſe, ſed utiliter ſuis faciet: quia iuſti uidebunt, id eſt attendent & præſentã, & futuram eius damnationem. Et ideo nunc dum tempus noctis eſt, timebunt. De hoc timore dicit Apoſtolus: In timore & tremore ueſtram ipſorum operantes ſalutem. &, Qui ſtat, uideat ne cadat. & item: Conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Dum enim ad lucernã ambulamus, neceſſe eſt ut in timore uiuamus: nunc autem ad lucernã ambulamus, iuxta quod dicit Petrus: Habetis autem certiorem propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes quaſi lucernę in obſcuro loco, donec dies ueniat, & lucifer oriatur in cordibus ueſtris. Nunc enim propheticum ſermonem certiorem, id eſt certas promiſsiones habemus, ſed in obſcuro loco ſumus: quia tantum ex parte cognoſcimus, & cognoſcemus quouſq; lux illa ueniet, de qua dictum eſt: Cum autem apparuerit, ſimiles ei erimus, & uidebimus eum ſicuti eſt. Nunc inquam timebunt, & tandem ridebunt: facti tunc ſuper eum, quamuis nunc ſint ſub eo. De hoc riſu Sapientia dicit: Loquebar, & non attendiſtis ſermonibus meis: ego autem ſubſannabo, & deſuper ridebo de interitu ueſtro. Nunc enim tempus dolendi & compatiendi eſt malis, dum poſſumus eis prodeſſe: quia & tunc quidem erit pœnitentia, ſed infructuoſa. Et ideo tu quiſque nunc pœniteas, & erit tuus aduocatus, qui tunc erit te iudicaturus: quia nũc habebis adiutorẽ, quem tunc iudicem. Poſtquã uerò oues ſeparabuntur ab hœdis, tunc erit tempus ridendi, id eſt diuinæ ſententiæ aggratulandi. Ridebunt inquam tandem, & exprobrantes eis dicent: Ecce homo, id eſt ecce ad quid dũ ſe extollere uellet, redactus eſt Doech. Qui non poſuit Deum adiutorem ſuum: id eſt, qui non de Deo, ſed de ſe præſumpſit, quia in diuitiarum ſuarum multitudine ſperauit. Non dicit qui diues fuit, ſed ſi quis diuitias habeat ad neceſsitatem, & ad aliorum refectionem, non eſt peccatum: ſperare autem in diuitijs, id eſt habere eas nõ ad neceſsitatem, ſed ad delectationem, eſt peccatum. Si enim libros legamus, inueniamus Abraham & Iacob & alios priores patres & diuites fuiſſe, & tamen felices: quia non eſt conſiderandum, ſi egeas in facultate, ſed ſi ardeas in cupiditate. Non enim Deus conſulit arcã, ſed conſcientiã: nec damnatur pecunia, ſed auaritia. ſicut econtra nõ laudatur inopia, ſed innocentia. Quod attendentes ſancti Apoſtoli cum Dominus diceret eis: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitẽ in regnum cœlorum: dixerunt, Et quis poterit ſaluus eſſe? Nullus enim ferè, qui non deſideret habere. Petrus uero ſatis fiducialiter locutus eſt, cum diceret: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Nihil namque præter retem ueterem, & ſciſſam ueſtem reliquerat, & tamen ſe dicebat reliquiſſe omnia. Quod ſoluit beatus Gregorius dicens: Multum reliquit, qui nihil ſibi retinuit. Tanta enim à ſequentibus relicta ſunt, quanta a non ſequentibus concupiſci potuerunt. Et item: Multum reliquit qui ipſum etiam deſideriũ habendi poſtpoſuit. Sperauit inquam in diuitijs, & præualuit in uanitate ſua, id eſt magis profecit in uanitate, id eſt in his quæ uanè concupiunt, quam proficere in ueritate. pluris enim fecit nummũ, quã Deum.

Ego autem.] Hic loquitur nõ quilibet unus, ſed oliua illa, id eſt Eccleſia, cuius ſuperbi rami de Iudeis fracti ſunt, & loco illorum humilis oleaſter de gentibus inſertus eſt. Quaſi dicat: Doech quia ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, damnabitur: ego autem iam poſitus in domo Dei, id eſt in cœleſti regione, ſpe, etſi nõdum in re, exiſtens ſicut oliua fructifera. Oliuę enim fructus tardè apparet, & tamen apparet. Sic & fructus iuſtorũ tardè quidem eueniunt, ſed tamẽ apparebunt. Et ideo poſitus in domo Dei, quia non ſperaui in pecunia, ſed in Dei miſericordia, ipſa deo ducente me in ęternum, id eſt in ſeculum ſubſecutiuum huius ſeculi. Quod eſt dicere: Quod ego ſperaui in miſericordia Dei, feci nõ pro temporali cõmodo, ſicut multi faciunt, ſed pro æterno. Ego inquã talis nõ dãnabor, ſed cõfitebor tibi, id eſt cõfeſsionẽ laudatiuã faciã tibi in ſeculũ, id eſt æternaliter, hoc eſt æternaliter ſacrificabo tibi uitulos labiorũ. Beati enim q habitãt in domo tua Dñe, in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Et meritò tibi cõfitebor, qa feciſti tale quidẽ ut ſim dignus laudari, Doech ſcilicet dãnaſti, & Dauid coronaſti. Vel feciſti me talẽ qui ſim dignus ęternaliter te dãnari. Confitebor tibi tandem, & nunc interim expectabo nomen tuũ, id eſt nõ properando præripiã hoc nomẽ quod eſt Deus, ſicut Adam qui ſibi Deus eſſe, & de ſuo nutu non de tuo uoluit pendere, ſed expectabo patienter quouſque per miſericordiã & gloriam illud poſsim acquirere. Erimus enim omnes ſi-

Digitized by Google

cut dij immortales & impaſsibiles ſacti. Iuxta illud: Ego dixi dij eſtis. Et meritò nomen tuum expectabo, quoniam ipſum eſt bonum, id eſt & ſuaue & dulce eſt: & quia pauci ſunt qui adhoc dulcedinem illam percepiſſent. de qua dictō eſt: Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt Dñs, & ideo neſciunt ſuauiterem illam: ſicut & ille qui dulcedinem mellis nō guſtauit, neſcit quam dulce mel ſit. ideo ſubdit & quibus ſuaue ſit, & quando dicens: Quoniam nomen tuum eſt bonum, quod apparebit in conſpectu, id eſt in ſocietate ſanctorū tuorū, his ſcilicet qui eis aſſociabūtur.

IN PSALMVM LII. ARGVMENTVM.

ET hic Pſalmus Rhapſacen percutit. Aliter increpat Iudæos incredulos operibus negantes Deum. Legendus ad Euangelium Matthæi.

IN FINEM PRO ABIMElech, intellectus Dauid.

EXPLANATIO.

REgum narrat hiſtoria, cum Dauid apud Achis exularet, & cum eo deſcenderet in caſtra ad prœliandum cōtra Saul latrunculos Amalech uaſtaſſe ciuitatem Sicileg, raptisq́; Dauid & ſociorū eius uxoribus, filijs ac ſubſtantijs, abijſſe: & hoc comperto Dauid eos perſecutum eſſe, & inter cōuiuia repertos internitioni dediſſe. Intellexit ergo Dauid Chriſtum de ſuo ſemine naſciturum, gentiumq́; perſecutiones contra Eccleſiā eius, quaſi Amalech contra Sicleg ciuitatem Dauid eſſe ſæuituras, ſed eaſdem mox ne animas quas de Eccleſia rapuerant, poſſint occidere Chriſto uictore proſternendas, uel ad fidem ſcilicet uel ad damnationem. Et ideo rectè titulus dicit, In fine pro Amalech: id eſt, in Chriſtum pro gētibus intellectus Dauid. quia ipſe intellexit, quid hæc que geſſerat, myſterij ſalutaris tenerent. Amalech interpretatur populus lambens, quia qui terrena nimium deſiderant, etiam ambiendo quaſi lambere uidentur, pro horum ergo conuerſione uel punitione Pſalmus iſte formatur. In primo membro Pſalmi Eccleſia loquitur, increpans eos qui uel corde uel opere corrumpi non metuunt. In ſecundo dicit eos recepturos mala, quæ fecerint Chriſtianis. In tertio fideles monet æquanimiter ſeculi ferre moleſtias, donec iudiciū maieſtatis adueniat, ubi omnes beati induantur, bona recipient.

COMMENTARIVS.

D*Ixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.*] Titulus eſt talis: In finem pro Amalech, uel pro Melech intellectus ipſi Dauid. Amalech populus fuit perſecutor ſancti Dauid, & regni ad ipſum pertinentis, id eſt Iſraeliticæ gentis. Qui ſcilicet Amalech Sicelech ciuitatem ſuccēdit, & inde uxoram Dauid & familiam cum facultate eius diripuit. Et interpretantur Amalechitæ lingentes terram, per quos amatores mundi intelliguntur. de quibus neceſſe eſt ut amatores cœli, qui per Dauid intelliguntur, perſecutionem patiantur. Titulus ſic exponitur: Hæc uerba referuntur in finem temporum, id eſt ad Chriſtum natum in fine temporum. iuxta quod ait Apoſtolus: Nouiſsime uobis locutus eſt in filio. Et quia Chriſtus eſt finis, in quē quicquid boni agimus, dirigimus: & quo adepto nihil eſt quod ultra petamos. Quæ uerba ſunt propoſitus intellectus ipſi Dauid uel dignioribus de corpore Chriſti pro Amalech, id eſt pro perſecutione. Redarguit enim Propheta in hoc Pſalmo perſecutores corporis Chriſti, & exhortatur ipſum corpus, id eſt Eccleſiam, ut cum omni patientia ſuſtineat tribulationem & perſecutionem, atque tandem etiam inſerit ipſius corporis conſolationem. Vnde dicit in titulo, quòd ſit Pſalmus iſte intellectus, propoſitus fidibus pro perſecutione, ſcilicet ut intelligant tolerandam eſſe perſecutionem, quia finem habebit perſecutio, ſed præmium perſecutionis finē non habebit. Vel pro Melech. Melech ut Hieronymus dicit, interpretatur parturiens, ſiue dolens. Quis autem hic eſt parturiens, ſiue dolens? Corpus ſcilicet Chriſti. Dolet enim uidens, quod quia ſuperabundabit iniquitas, refrixit charitas multorum. Parturit uero illos eoſdem, pro quibus dolet, cū aliquos ex eis impijs facit pios. Parturire enim, eſt cum labore parere. Vnde quoddā membrum huius corporis charitate prægnans ait: Filioli mei quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in nobis. Eſt itaque Pſalmus iſte intellectus propoſitus ipſi Dauid ꝑ Melech, id eſt pro parturiente ſiue dolente. hoc eſt, ut intelligat corpus Chriſti parturiens & dolens, nunc eſſe parturiendum, nunc eſſe dolendum: quia hæc finē habebunt, præmia uero eorum nunquam habebunt finem. Et redarguit hic Propheta illos, propter quos corpus Chriſti dolet, atque demum ſicut prędictū eſt, conſolationem eius interſerit. Ne ſuperfluè Pſalmus iſte repetitus uideatur, quia ad aliud hic & ad aliud ſuperius intendebatur. Qui uero ſunt illi pro quibus dolet & parturit corpus Chriſti, Pſalmus iſte aperit dicens: Inſipiens populus non prouidens ſibi in futurum, dixit quia non eſt Deus. & hoc in corde ſuo, id eſt in cogitatione ſua. Multi etiam ore dicunt quia nō eſt Deus. Sed ut uniuerſaliter acciperetur, ideo dixit, In corde ſuo. Omnes enim illi qui cogitant Deo placere iniquitatem ſuā, quia ſuperſedet à uindicte, nec ſtatim punit eam. Deum apertè non eſſe dicunt. Quia ſi Deus eſt, neceſſariò iuſtus eſt: & ſi iuſtus eſt, nulla ei iniquitas placet. Illi uero qui iniquitatem ei placere putāt, quia deſtruunt in eo iuſtū, deſtruunt & Deū.

Corrupti ſunt.] Inſipiens populus dicit quia nō eſt Deus: hoc autem non eſt culpa naturæ, ſed quia ipſi corrupti ſunt à bona natura, in qua creati ſunt. Iuxta illud: Et uidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Bona enim natura in homine fuit, quamdiu in plenitudine uirtutis manſit, quia bonam naturā præuaricando amiſit. Corrupti ſunt inquam, & ideo facti ſunt à Domino abominabiles, Id eſt exhæredari & execrabiles. Quamdiu enim bene aliquis agit, tandiu tantum Dominus hæreditatem ei promittit, ipſi dico entes in iniquitatibus, id eſt non deſiſtentes ab iniquitate: quia non eſt in eis qui faciat bonum.

Deus de cœlo proſpexit.] Cor quidem inſipientis aufert Deum, cor quidem ſapiētis, id iuſti ponit Deum: quia de cœlo, id eſt de corde iuſti. quod ideo cœlum dicitur, quia ſemper in cœlo conuerſatur, & ubi Deus manet: quia anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. De illo inquam cœlo proſpexit Deus, id eſt Deus fecit illud cœlum, id eſt iuſtos proſpicere ſuper filios hominum, id eſt à longè fecit aſpicere filios hominū, id eſt malè operantes è longè, quidem non ſecundū locū, ſed ſecūdū dignitatem morū, ipſos dico poſitos per dignitatem ſuper eos. Solet nāq; ſacra ſcriptura ea quę ꝑ nos Deus operat, ipſi attribuere, ut ubi dicit: Ipſe quidē ſpiritus poſtulat ꝑ nobis, id eſt poſtulare nos facit gemitib. inenarrabilibus. & item: Spiritus Dei ſcrutatur omnia, etiam ipſam altitudinē cœli, id eſt ſcrutari nos facit. &, Tentat nos Deus, ut ſciat, id eſt ut ſcire nos faciat. Sic & hic dicitur, Deus de cœlo proſpexit, id eſt fecit cœlum proſpicere ſuper filios hominum, ad hoc ut uideant, id eſt ut uidere ipſum cœlum faciat, & dijudicere

Digitized by Google

care ſi eſt inter illos filios hominum aliquis intelligens Deum corde, aut requirens opere. Quod uerè non eſt, quia omnes declinauerunt in malum: ſimul, id eſt & de Iudæis & de gentibus. Et ideo facti ſunt inutiles, adeò quòd non eſt in eis qui faciat bonum, non eſt dico uſque ad unum, id eſt nec unus, uel uſq; ad illum qui pertinet ad unum, ad Chriſtum, qui unus eſt, multorum. Filij namque hominum dicuntur, quicunque homines dum malè agunt. Filij uero Dei dicuntur, dum bene agunt, quia ille de filijs hominum bene operando fecit filios Dei, qui fecit filiũ Dei eſſe filium hominis. fecit enim illum participem eſſe noſtræ miſeriæ, ut nos fieremus participes eius gloriæ. Tollatur autem de hominibus filius Dei, id eſt bene agentes, remanent filij hominum, id eſt malè operantes. de quibus rectè dicitur quòd non eſt in eis uſq; ad unum, qui faciat bonum.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam ut cibum panis.] Modo quod non eſt qui faciat bonum, & omnes declinauerunt: Nonne autem omnes qui nunc operantur iniquitatem, tandem ſcient, id eſt cognoſcent ipſam iniquitatem? Quaſi dicat: Certè qui nunc iniquitatem ſcire nolunt ut ſe cognoſcant, tandem ſcient eam ut ſe plangant. Illi dico ſcient iniquitatem, qui modo deuorant, id eſt deuorare & ſibi naturaliter incorporeare nitũtur plebẽ meam, id eſt plebem Dei meam, id eſt cuius pars ego ſum dicit Propheta. In hoc enim deuorat & contemnit eam, & hoc ita ut cibum panis, id eſt aſsiduè. Pane enim qualitercunque alijs cibis uariè utamur, aſsiduè ueſcimur. Hic inſerirur prædicta corporis conſolatio.

Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, ubi non fuit timor.] Ideo meritò ſcient iniquitatem, quia ipſi non inuocauerunt in ſe æterna, ſed temporalia inuocauerunt, mundum ſcilicet, & nõ Deum. Deus enim gratis uult ſe coli, gratis uult ſe amari. Quicunque ergo Deum propter aurum uel aliquid mundanum inuocat, non Deum in ſe uocat, ſed illud quod affectat, & Deum quaſi nequitiæ ſuum miniſtrum fieri poſtulat. Ille uero Deum in ſe uocat, qui ad hoc tãtum eum uocat, ut ipſum poſſeſſorem & premium habeat. Nõ inuocauerunt inquam Deum, & hoc ideo, quia non timuerunt amittere æterna, ſed temporalia, & ideo uoluerunt retinere temporalia, & male retinendo ea perdiderunt æterna, perdiderunt & temporalia. Et hoc eſt quod dicit, Trepidauerunt timore, id eſt uehementer timuerunt illic, id eſt in amiſsione temporalium, ubi non fuit timor, id eſt pro quibus nequaquã eſt timendum, quia ex neceſsitate perduntur. Non enim pro exterioribus timendum eſt, cum etiam non ſit timendum pro corpore. quia dictum eſt: Nolite timere eos qui occidunt corpus.

Quoniam Deus diſsipauit oſſa eorum qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.] Ideo Deum non inuocauerunt, & ubi non deberent trepidauerũt: quoniã Deus diſsipauit, id eſt iuſto iudicio diſsipari permiſit oſſa eorum, id eſt firmamenta animæ eorum, uirtutes ſcilicet. Et hoc meritò, quia ipſi non Deo, ſed hominibus placere ſtudent: & ideo effuſi ſunt, ut ſe ipſos non attenderent. Vnde dictum eſt: Redite præuaricatores ad cor. Et ſic confuſi ſunt nunc quidem interiori confuſione, tandem uero exteriori: ideo quoniam Deus ſpreuit & abiecit eos, hominib. ſcilicet placẽtes.

Quis dabit ex Syon.] Iniuſti quidem dicunt, quia nõ eſt Deus, ſed mentiuntur: quia quis, id eſt aliquis dabit ſalutare, id eſt ſaluationem æternam Iſrael. facto ex Syon, id eſt his qui adeò proficiunt in ſpeculatione, ut tandem gaudeant uiſione. Nunc enim ſumus Syon, id eſt ſpeculatores, tandem erimus Iſrael, id eſt peruentores & uiſores. & quaſi dicat: Cum hoc non poſsit alius dator, iſte erit Deus. Et hoc ſalutare dabitur, cum Dominus conuerterit captiuitatem plebis ſuæ, id eſt cum ſimul & anima & corpore auerterit captiuitatem ab his qui maluerunt eſſe plebs ſua, id eſt Dei quam mundi, quod erit cũ nouiſsima mors deſtruetur, & hoc mortale induet immortalitatem. Et tunc uerè lætabitur Iſrael, quia hic exultabit Iacob, id eſt gaudebunt tunc in perueniendo, quia nũc lętabuntur in proficiſcendo. Poteſt etiam à principio uerſus iſte legi interrogatiuè, quod lacis in priori huius Pſalmi poſitione explanatum eſt.

IN PSALMVM LIII. ARGVMENTVM.

EX perſona Ezechiæ obſeſsi poteſt intelligi. Aliter uox Chriſti ad patrem, uel cuiuſlibet fidelis auxiliũ Dei contra uitia flagitãtis.

IN FINEM IN CARMINIBVS uel hymnis intellectus Dauid, cum ueniſſent Ziphei ad Saul, & nunciaſſent Sauli: Nonne Dauid abſconditus eſt apud nos.

EXPLANATIO.

INtellectus Dauid accipiendus eſt, ut ſuprà: quia uidelicet angoribus obſeſſus, ſed inopinatè liberatus, quid Eccleſiæ Chriſti, cuius & ipſe membrum erat, uenturam eſſet, intellexit: & hunc eundem intellectum ſuum in carminibus, hoc eſt, in maximis lætitiæ laudibus extulit: ſemper enim (ni fallor) Pſalmi qui in carminibus inſcribuntur, exultationem canentis inter aduerſa denunciant. Ziphei interpretantur florentes, quod in hoc ſeculo peccatoribus datũ eſt, ubi ad tempus libertate perfida proſperari ſinuntur, & fidelibus econtrario contemptis, & impiorum obſtinatione concluſis. A Saulis periculo propheta liberatus per totũ Pſalmũ Domino gratias agit, quia Zipheorum nõ potuit nocere proditio. In prima parte deprecatur, ne eum inimici fortiſsimi grauare præualeant. Secundo loco aduerſarios ſuos ſpirituali pietate ſupplicat deberi conuerti. Quod omnem conuenit petere Chriſtianum, ut à florentibus huius mundi ita liberetur, quatenus eis conuerſionis gratia non negetur.

COMMENTARIVS.

D*Eus in nomine tuo.*] Titulus eſt talis: In finem in carminibus ipſi Dauid, cum Ziphei uenerunt ad Saul, & dixerunt: Ecce Dauid abſconditus eſt apud nos. Quod Saul qui electus eſt in regnum non ad permanendum, ſed ſecundum ſcripturæ ſententiam, quæ dicit: Qui facit hominem hypocritam regnare propter peruerſitatẽ populi ſui: figuram gerebat regni temporalis ad interitum pertinentis, iam dictum eſt. Notificatum quoque eſt ſuperius, Dauid figurã Chriſti geſsiſſe & capitis & corporis. Totus enim Chriſtus caput & corpus. Cui capiti ſurſum poſito, corpus coniunctum eſt iam ſpe: & caput corpori deorſum charitate. Ziph autem uicus fuit Iudeæ, cuius habitatores Ziphei dicebantur, apud quos cum Saul eum perſequeretur, latuit Dauid. Interpretantur uero Ziphei florentes, per quos intelliguntur mundi amatores. apud quos uero Dauid, id eſt illi quos figurabat ille Dauid, ſunt latentes. De his latentibus dicit Apoſtolus: Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt, cum Chriſto in Deo. Cum Chriſtus apparuerit gloria ueſtra, tũc & uos cum Chriſto

apparebitis

appatebiris in gloria. tunc enim qui nunc latent, quia bona eorom non apparent, erunt florentes. Et Ziphei nunc florentes, tunc erunt areſcentes. Per hos enim duos, duo intelliguntur genera maximè diſtinguenda. Nihil autem prodeſt diſtinguere, ſi pigri ſumus eligere. Nunc enim datur poteſtas eligendi, quádiu Deus differt ſentenriam iudicandi: poſtquam autem oenerit ſententia iudicij, non amplius erit poteſtas eligendi. Nunc ergo eligamua, & malimus eſſe latentes quam florentes: & cum Dauid humiliari, quã cum Zipheis exaltari, & intelligamus quem finem habeat flos Zipheorum. Quis ſit autem iſte finis, pſalmiſta alibi aperit dicens: Vir inſipiens & ſtultus non intelliget hæc, &c. uſq; cum dicit, Vt intereant in ſeculum ſeculi. Æternus enim interitus finis erit floris illorum: & econtra æterna iocunditas ariditatis bonorum. Et de hoc intellectu agitur in titulo, cum dicitur: Hæc uerba referuntur in finem tẽporum, id eſt ad Chriſtum, quæ ſunt intellectus attributus ipſi Dauid, oel dignioribus de corpore Chriſti, uel ipſi Prophetæ uice illorum agenti & exhortanti nos ad intellectum, ſcilicet ut finem floris Zipheorum atten damus. Qui intellectus babendus eſt in carminib. id eſt in lætitia, non in triſtitia: quia non eſt dolendum ſi hoc flore careamus, & tribulamur: immò gaudere debemus in tribolationa, ſcientes quia tribulatio patientiam operatur, & cætera. Intellectus dico ſignatus in illa hiſtoria, cum uenerunt Ziphei ad Saul, & dixerunt ei: Ecce Dauid abſconditus eſt apud nos. Semper enim florẽtes latentib. aduerſantur, & ipſos produot, ſed nibil eis obſunt, ſicut & Ziphei Dauid quidem prodiderunt: ſed nihil ei obfuit, quia illæſus euaſit, & ſpeluncam Odollam iotrauit. Quamdiu etiam Saul perſecutor intraſſet, ut uentrem purgarat, & interficiendi ſe copiam illi daret, Dauid ei pepercit, & oram tantum chlammydia ei abſcidit. ſignificans nobis quòd tales nos perſequentes non perſequi debeamus, nec odio habere, ſi porios diligere, & pro ipſis orare. Nunc ad literam accedamus. Vox eſt ut prædictum eſt, uel perfectorum in corpore Chriſti, uel ipſius Prophetæ uice eorum agentis, & ita dicentis: Deus in nomine tuo ſaloum me fac. Quaſi dicat: Nomen tuum quod prædicatũ aſt nobia in infirmitate, quia mortalis & paſsibilis nobis annunciatus as, cognoſco ſublimatum in uirtute. Veniſti enim ut moriaris ex infirmitare, oenies uero ut iudices in uirtute. Et quoſcunque nunc ſaluabis in præcedenti nomioa, illos ſalobriter liberabis in tua ſubſequenti uirtute: & ideo tu Domine ma credentem & ſperantem, in tuo nomine præcedente, non in me, ſaluum me ſac. Et bene dicit Saluum, quia iuſtus ex fida uiuit. Et ſic tandem perfectè libera me in tua ſubſequenti uirtute, & ut liberes, ô Deus exaudi orarionem meam, non quamlibet, ſed meam, florẽ ſcilicet Zipheorum non rogantem. Et uerba oris, non Zipheorum: ſed mei, id eſt æterna bona à te rogantis. quæ illi quidem audiunt, ſed non percipiunt: quia non æterna mecum, ſi terrena cupiont. inquam percipe, id eſt oſtende per effectum percepiſſe te auribus, id eſt audiẽdi potentia, quæ in te eſt.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.] Ideo neceſſe eſt, ut tu me ſaluum facias & liberea, quia alieni, id eſt Ziphei alieni à me non cognatione, ſed affectione: non loco, ſed flore inſurrexerunt, ut eſſent aduerſum me, id eſt ot opprimerent me. Et hoc modo inſurrexerunt, quia ipſi fortes non in rei ueritate, ſed ſua reporatione quæſierunt animã meam, ut ſibi conformarent eam. Et hoc totum ideo fecerunt, quia non propoſuerunt ante conſpectum ſuum Deum, ſed mundum, id eſt noluerunt Deum diligere, ſed potius uoluerunt nummum ſuper nummum ponere & omnia terrena commoda augere.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.] Alieni quidem inſurrexerunt contra ma, ſed quæ cura? Nulla ſcilicet, quia Deus adiuuat me. Deus omnes ſanctos ſuos adiuuat, & ſi non exterius manifeſte, interius tamen occulte. quia uerè magnum adiutorium illis eſt, qui poſſunt dicere, Gloria noſtra eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. In quo adiutorio iſte quoq; gloriatur cum dicit, Voluntarie tibi ſacrificabo, &c. Deus inquam adiuuat me. Et ecce quomodo adiuuet, ſcilicet quia Dominus eſt ſuſceptor, id eſt defenſor animæ meæ, & ſi non corporis mei contra Zipheos dando mihi glorioſam cõſcientiam, quæ facit ne eis conſentiam.

Auerte mala ab inimicis meis: & in ueritate tua diſperde illos.] Hic iorer ſerit orationem pro perſecutorib. illis, dans nobis exemplum, ut tales non odiamus, ſed pro ipſis oremus. Quaſi dicat: Illi quidem inſorgunt contca me, to autam Domine auerte ab illis meis mala interiora, ſcilicet & grauiora. Nullum enim malum grauios quã amare terrena, & negligere æterna: & ipſos poſitos in uerirate tua, id eſt in amore æternorum, diſperge in falſitate ſua, id eſt in affectiooe terrenorum.

Voluntarie ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum eſt.] Ad principale continuatur. Quaſi dicat: Verè tu Domine adiuuas me, & es ſuſceptor meus. Quod per honc effectum apparet, quia ego ſacrificabo tibi, id eſt ſacrificium, laudis ſcilicet. Et hoc non ex neceſsitate, ſed ex uolontate. Quod eſt dicere: Gratis te laudabo, & in eios laude gaudebo, quo laudato nunqoã erubeſco. Voluntariè Deus laudetur, charitate ametor: gratis laudetur, gratis ametur, hoc eſt propter ſe ametur, non ex neceſsitate, id eſt non propter aurum nel argentum, uel aliquid tale. Sacrificabo tibi inquam, & hoc taliter ſcilicet, quia confitebor tibi, id eſt perfectam laudem ore, corde & opere faciam nomini tuo Domine. Et hoc non propter aliud, ſed quoniam ipſum in ſe ipſo bonũ eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.] Merito tibi ſacrificabo & confitebor, quoniam tu eripuiſti iã me in ſpe, ex omni tribulatione interiori, ſcilicet & exteriori. Et oculus meus interior ſcilicet factus per hanc ereptionem ſuper inimicos meos, deſpexit, id eſt deſpectibilem florem Zipheorum habuit, attendendo ſcilicet, quia omnis caro fœnum eſt, & omnis gloria eius tãquam flos fœni. Aruit fœnum, & cecidit flos: uerbum autem Domini, id eſt promiſsiones Domini manẽt in æternum. Quare? quaſi dicat: Si hic humilior, exaltabor cum Dominus dicat, Quia qui ſe humiliat, exaltabitur.

IN PSALMVM LIIII.
ARGVMENTVM.

EX perſona Oniæ ſacerdotis ſponte Aegyptum petentis Pſalmus iſte depromitur, quando Iaſon peopinquus eius, ſed honoris & uitæ illius æmulus ab Antiocho Seleuci filio Pontificatum redemit ea cõditione, ut omnes Iudæos in gentilium ſcita traduceret. Ipſe uero Onias constructo in Aegypto altari ritus ſacros, quos Hieroſolymis Iaſon profanauerat cum Iudæis, qui inuenire potuerant, antiſtes deuotus inſtaurauit. Aliter fidelis quiſpiam contra uitia carnis, & ipſam carnem deprecatur.

IN

Digitized by Google

IN FINEM CARMINIS intellectus Dauid.

EXPLANATIO.

IN finem in Chriſtum in carminibus, in gaudijs ſpiritualibus intellectus Dauid, quia eum intellexit incarnandum, per quē ſe nouit à tribulatione liberandum. Per totum Pſalmum duob. diapſalmatibus diſtinctum, uerba ſunt Domini. In prima parte petit ne ſua in tribulatione poſiti deſpiciatur oratio, deprecans liberationis celeritatē, quam ex carnis infirmitate probabatur expetere. Secundo loco Iudæorum deſtrui ſupplicat iniquitates, quoniam in ciuitate ipſorum erat contradictio ueritatis. Tertio dicit quæ obſtinatis Iudæis pro ſuis ſcelerib. nouerat euenire. Poſt hæc introducitur pia conſolatio, ne quis fidelium audita iudicis ſeueritate terreatur.

COMMENTARIVS.

EXaudi Deus orationem meam, &c.] Titulus eſt talis: In finem in hymnis intellectus ipſi Dauid. Quod ſic exponitur. Hæc uerba referuntur in finem, id eſt in Chriſtum, qui finis eſt omni credenti ad iuſtitiam accipienda in hymnis, id eſt in laudibus, ſcilicet ut ſiue exultemus & lętemur, ſiue tribulemur & anguſtiemur, ille ſemper ſit laudandus qui in tribulationibus erudit, & conſolatur in proſperis. Nunquam enim laus Dei debet ab ore & corde Chriſtiani recedere, non ut laudet in proſperis, & reprehēdat in aduerſis: ſed ut ſemper ut Pſalmiſta ait, laus eius ſit in ore meo. Gaudes, agnoſce patrem blandientem: tribularis, agnoſce patrem emendantem, quia ſiue blanditur ſiue emendat, illum erudit, cui hæreditatem parat. hoc modo in hymnis uerba ſunt accipienda, & ſunt intellectus attributus ipſi Dauid, à cuius ſemine Chriſtus proceſſit ſecundū carnem: quia filius eius fuit ſecundum humanitatē, Dominus eius ſecundum diuinitatem. ſignificat hic totū Chriſtū caput ſcilicet & corpus, quia poteſt Pſalmus iſte uox eſſe uel capitis uel digniorū mēbrorū in corpore. Et eſt intellectus. Admonemur enim ut cū audimus, intelligamus quā magna ad nos attinet cura intelligēdi, in quo malo ſimus & à quo malo ſemper liberari optamus. Inter multas tribulatiōes huius ſeculi, plangit aliquid Pſalmus iſte de intellectu. Non autem plangit, cum hoc Pſalmo quiſquis non habet intellectum. Porro autē illud meminiſſe debemus, quia ſecūdum intellectum ad imaginem Dei facti ſumus, & per intellectum ab alijs animalibus differimus. Vnde quidam contemptores tanti boni in quodam Pſalmo reprehenduntur, cum eis dicitur: Nolite fieri ſicut equus & mulus. Et item, Homo cum in honore eſſet, non intellexit. Agnoſcamus ergo noſtrum honorem, & intelligamus non iſtam patriam eſſe gaudendi, ſed dolendi: nondū exultandi, ſed adhuc gemendi, quia & ſi aliqua in nobis eſt exultatio, non dum eſt in re, ſed in ſpe. Ex promiſſo enim lætamur ſciētes promiſſorem nos non fallere. Quantum autem ad præſens tempus attinet, in quo malo & in quibus anguſtijs ſimus audiamus, & in nobis quod audimus agnoſcamus. Si autem non dum in nobis agnoſcimus, Dauid incorporemur, & ſic ſentiamus, & cū ipſo dicamus: Deus exaudi orationem meam, id eſt me orantem Et hoc ita ne deſpexeris, id eſt ut amplius non deſpicias deprecationem meam. Multorū enim exauditur oratio cum pro temporalibus rogant, & conceditur eis quod poſtulant, quorum poſtea deſpicitur prædicatio: quia terrena orāt non ęterna. & ideo iſte utrumq; ponit, ſcilicet ut orationem exaudiat, & deprecationem non deſpiciat, id eſt terrena eum orare non permittat. hoc ſecundum Caſsiodorum, qui non diſtinguit orationem & deprecationem: iuxta uero Auguſtinum & Hieronymum ita diſtinguitur, Deus exaudi orationem meam factam, pro perſeuerantia, id eſt fac me inter malos perſeuerare ne deficiam, imo proficiam. Et ut exaudias orationem, ne deſpexeris præmiſſam pro peccatis deprecationem. prius enim unicuiq; pro peccatis eſt deprecandum, deinde pro perſeuerantia orandum. Intende dico mihi in oratione, & ut intendas, exaudi me prius in deprecatione. Et quaſi dicat ei: Quid gemis? Quid pateris? Subdit.

Contriſtatus ſum in exercitatione mea.] Quaſi dicat: Poſuiſti me exerceri inter malos, ſed quia ipſi ſupra uires meas inſurgunt contra me, ideo tu Domine tranquilla perſecutionem eorum. Iſte poſitus inter malos uoluit extendere dilectionem ſuam uſq; ad inimicos, & dum more perfecti uiri admoneret & exhortaretur eos inter quos conuerſabatur, & nihil proficeret, quia illi ſupra uires eius obiurgabāt eum cum uitijs & opprobrijs, & etiam moleſtabant eum in uitijs, timuit perdere dilectionem. Et noluit eos uincere cum uitijs, quia hæc eſt regula pietatis, ut tales per conuitia non uincamus, nec ipſos odiamus, imo pro ipſis oremus ut conuertantur, & nobiſcum exerceantur. Non enim fruſtra ſunt impij, quia omnis impius aut ad hoc uiuit ut corrigatur, aut per eū bonus exerceatur. Vnde iſte noluit malos conuitijs uincere, ſed conuertit ſe ad orationem, ne perderet dilectionem orando, ſcilicet inter tales perſeuerantiam. Maximè enim hoc uiro cauendum eſt, ne in tali tribulatione perdat dilectionem: quia duos hoſtes patimur, alterum uiſibilē, & alterum inuiſibilem, ſed ſi exterius ſæuiēs amatur, interius ſæuiens facilè ſuperatur. Vterq; autem nititur nobis auferre illud, in quo nos uidet ſuperiores eſſe. homo nanq; ſuperat hominem terrena fœlicitate: homo uero ſuperat diabolum inimici dilectione. Vnde dicit b. Gregorius: Quia ſuſcitat infirmiorē fratrē aduerſus nos, nec curat antiquus hoſtis ut noſtra tollat, ſed ut charitatem in nobis feriat. Et ideo iſte ut prædiximus, conuertit ſe ad orationem, ne perderet dilectionem. Et quare oret, cauſam reddit, dicens: Cōtriſtatus ſum & conturbatus timendo perdere dilectionem in exercitatione mea, id eſt dum exerceor inter malos admonendo eos, & nihil, quia inſurgunt ſupra uires meas, proficiēdo. Nota quod dicit mea. Duę enim exercitationes ſunt: una bonorum, altera malorum. Exercitatio malorum eſt inutilis, quando mali ſcilicet opprimuntur à malis. Exercitatio bonorum, eſt exercitatio ad pietatem, & ad omnia utilis, qualis eſt hic accipienda. Et quia duo poſuit, duo etiam ſubdit. Quaſi dicat: Conturbatus ſum inquam à uoce inimici, id eſt propter exprobrationem & conuitia illata ab inimico. Et contriſtatus ſum à tribulationē peccatoris, qui nō ſolum maledixit, ſed & contra fecit flagella adhibendo. plus enim eſt contriſtatus, quā conturbatus: quia conturbatio hęc eſt tantum ad horam.

Quoniam declinauerunt.] Ideo meritò cōtriſtatus ſum & conturbatus, quoniam ipſi inimici declinauerunt, id eſt quaſi deuiare uoluerunt in me iniquitates ſuas, id eſt me conformare ſibi conati ſunt, cum potius deberent mihi conformari. Et moleſti erant mihi, id eſt moleſtabant me contradicendo, & etiam contrafaciendo in ira ſua, id eſt propter admonitionem ſuam & exhortationē irati mihi erant. Vnde cor, id eſt interius meum conturbatum eſt, ita tamen ut conturbatio illa maneret in me tantum, id eſt non extra procederet in odium illorum. Et eſt hic determinatio conturbationis. Et ideo non ſuperfluit, licet idem prius dictum ſit, conturbatum eſt inquam, cor meū. Et hoc adeò, quòd cecidit ſuper me formido mortis, id eſt, timor mortis non exterioris, ſed interioris. Non enim timebat mortem exteriorem, contra quam munierat eum Dominus dicens: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autē non poſſunt occidere: timebant

bant mortem interiorem, quæ grauior eſt, id eſt odium timebant. quia ſicut dilectio eſt uita, ita odium eſt mors animæ.

Timor & tremor.] Hoc inquam modo formido mortis cecidit ſuper me, quia uenerunt ſuper me timor de ira, tremor de odio. Ira enim breuis furor eſt, Odium inueterata ira. Timor quoq; animi eſt, tremor uero corporis. Et uidetur plus eſſe tremor, ubi etiam per concuſsionem corporis exterius aperitur, quantus ſit timor interius. Et ideo timor refertur ad iram quæ leuis eſt: tremor uero ad odium, quod utrumque graue eſt. Et poteſt hic trabs & feſtuca illa notari, de quibus Dñs in Euangelio dicit: Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & deinde feſtucam de oculo fratris tui. Per trabem enim odium, per feſtucam uero ira deſignatur. Et multi praui doctores alios de ira reprehendunt, cum ipſi interius graue gerāt odium. Timor inquā & tremor uenerūt ſuper me, & hoc ideo: quia tenebræ odij quaſi contexerunt, id eſt oppreſſerunt me. Non enim uerè contexerunt eum, ſed in tanto metu erat, ne dilectionem perderet, & odium incurreret, ut uideretur ei quaſi odium ipſum iam in eo eſſe. Odium ideo uocat tenebras, quia ut Ioannes Euangeliſta ait: Qui odit fratrē ſuum, in tenebris eſt.

Et dixi, quis dabit mihi.] Venerunt inquam ſuper me timor, & tremor. & in illo timore conſtitutus dixi præ tædio, quia uidi eos quos admonebam nihil proficere, ſed potius deficere. Quis dabit mihi pennas, ut columbæ, quando uir ſanctus uidet malos inter quos conuerſatur potius quam proficere, quia inſurgūt in eū, & moleſtias ei inferunt, & ſic peccatū peccato ſuperaddūt, ſolet cōtingere propter tædiū ut capiat eū ſolitudinis deſiderium, & uult recedere è corpore nō amore ſcilicet, ut quibus non poterat prodeſſe hortādo, proſit ſaltem orando. ſed multi ſunt quibus non licet ſic auolare, quia ligatas alas habēt non uitio, ſed officio. Et ideo hi aliud deſertum petunt, deſertū ſcilicet cordis petunt, ut ſoli ſint in puritate mētis, qua ſe cum Deo ſuo oblectent, non tamen ſoli ſunt in charitate, quia per charitatē cum illis à quibus receſſerūt ſunt. Sic enim quærūt requiē in mēte, ut corpus tamē exterius non ſubtrahatur à labore. Et hunc talem receſſum optat iſte cum dicit: Quis dabit mihi pennas, id eſt receſsionem ab his malis potius per me deficiētibus, quam proficientibus. pennas dicit, quæ ſunt ſicut pennæ columbæ. Et uolabo, id eſt recedam ab eis in mētis ſolitudinem, & ſic requieſcam. Quaſi dicat: Certè tu Domine dabis mihi pennas, qui exaudis orationem meam, & nō deſpicis deprecationem meam. Cum pennæ ſint coruorum & accipitrum, ſicut colūbarum: iſte tamen quærit ſibi tantum dari pennas columbæ, quia columbam quærit à moleſtijs auolationem, ſed non amittit dilectionem, quia ſignum eſt dilectionis multis modis. Sic & iſte quærit auolare à malis fratribus, quos patitur ut dilectionē non amittat, ſed cum eis ſemper per charitatē maneat. Et mittitur hic ad ſcripturam illam, ubi legitur, quod colūba de arca emiſſa, quia ubiq; lutoſa loca inuenit, ad arcam per dilectionem redijt. Sic & iſte qui lutoſa loca tantum inuenit malorum in ſecretum cordis, ſeruata tamen in ſe dilectione recipere ſe quærit.

Ecce elongaui fugiens.] Quaſi dicat: Quæſiui pennas mihi dari, & ecce factum eſt, quod optabam: quia pennæ ſunt mihi datæ. & ego fugiens elongaui me, ſcilicet ut ſolus eſſem in mentis puritate, nō tamen ſolus in charitate, & in ea ſolitudine manſi. Vel elongaui me tendens in deſertum corpore, non amore. Et hoc ideo, quia expectabam eum, ſcilicet Deum, quouſque me confortaret. eum dico, qui ſicut iam me ſaluum fecit in ſpe, ita me ſaluum faciet in re à puſillanimitate, id eſt ab infirmitate ſpiritus, id eſt ita me cōfirmaret, ut iam nō timerem perdere inter malos moleſtantes me dilectionem. Et ſic ſpiritus meus prius infirmus timendo, eſſet firmus nihil timendo, & qui me ſaluū faceret à tempeſtate, id eſt à mentis perturbatione. Siquis enim non attendit quid Dominus pro eo paſſus ſit, in illo quaſi Chriſt° dormit, & ideo in eius mēte tēpeſtas perturbationis fit: qui uero attendit quid Dominus paſſus ſit, & in aliqua ſimilitudine paſsionū Chriſti gaudet inueniri, in illo quaſi Chriſtus euigilat, & mari & uētis imperat, & ſic tempeſtas ceſſat. Vel etiam poteſt dici: Qui ſaluum me faceret à tempeſtate, id eſt ab exteriori perſecutione, non quòd penitus perſecutio ceſſaret, ſed ego confirmatus non attenderem.

Præcipita Domine.] Sic continuatur: Expectabam, inquam, eum qui ſaluū me faceret. Ego dico (dicens ita) præcipita Domine, &c. Vel ſecūdum Auguſtinū ita: Inimici quidē declinauerunt in me iniquitates: tu autem Domine præcipita eos de peccato in peccatū. Et linguas eorum diuide à ueritate tua, ſcilicet ut ſemper loquantur falſitatem. Quod non dico ex maleuolentia, ſed quoniam ipſi digni ſunt, quia ego uidi iniquitatem, &c. Vel poteſt in bono accipi hoc, ut ſic dicatur: Domine præcipita eos à ſuperbia in humilitatem, id eſt humilia eos. Et linguas eorum prius conſpirantes in malum, diuide ita ut amplius in malo ſibi non acquieſcant, ſed conſpirent in bono. Et neceſſe eſt ut hoc facias, quoniā in ciuitate, id eſt in eorū multitudine uidi iniquitatem in factis & contradictionē in uerbis. Quod eſt dicere: Adeò manifeſta iniquitas & contradictio eſt in eis, ut ab omnibus poſsit uideri. Et deſignanter per iniquitatem mala opera, per cōtradictionem uero quòd ſemper ueritati contradicatur. Ciuitatem autem uocat multitudinē illorum. Eſt quædam ciuitas confuſionis Babylonia ſcilicet, ad quam omnes mali pertinēt: ſicut econtrario omnes boni ad Hieruſalem pertinēt. Et mittimur hic ad tres diuerſas ſcripturas. per Præcipita enim mittitur ad ſcripturam quæ dicit, quòd quidam ſuperbi ſub tempore Noe diluuio ſint præcipitati: quia illorum præcipitatio ſignificauit iſtorū, de quibus hic agitur præcipitationem. per Diuide linguas eorum, mittimur ad illos, qui poſt diluuiū turrim in cœlum ædificare noluerunt, per quorum ſuperbiam linguæ ſunt diſperſę, ſicut poſtmodum per humilitatem Apoſtolorum Eccleſiæ linguæ coadunatæ ſunt. Per contradictionem uero mittimur ad totius ſchiſmatis initium, ſcilicet quando Datan & Abiron contra diuinam iuſsionem uſurpantes ſibi ſacerdotalem ordinem, cum multis conſentaneis ſuis proceſſerunt ad thurificādum: quo factum eſt, ut ipſos principes Datan & Abiron terra uiuos deglutiret, ſequaces uero omnes ignis de cœlo ueniens abſumeret.

Die & nocte.] Vidi inquam, iniquitatem in ciuitate malorum, & hoc in tantum quòd ipſa iniquitas die ac nocte, hoc eſt ſemper circumdabit illam ciuitatē. id eſt inuoluet eam undiq;, quantum ad minores. Et ita inuoluet minores, ut etiam aſcendat ſuper muros eius, id eſt inuoluat etiam maiores, ut Donatum, Arrium & alios tales qui ſunt muri eius, quia quaſi muri muniunt eam, & circumdant eā. Et ideo ſic iniquitas circumdabit eam, quia labor, id eſt mandatum in medio ei°, id eſt in corde eius multitudinis. Qui enim neuum dicit, non laborat, uel in medio eius, id eſt in plebe eius quæ circumdatur ab ipſis maioribus, eſt labor. Et iniuſtitia eſt in ipſis maioribus. iniuſtitia enim propriè pertinet ad illos qui iudicant.

Et non defecit.] Oſtendit in partibus, quòd uerè manifeſta iniquitas eſt in ciuitate prædicta, ſcilicet quia uſura & dolus non defecit de plateis eius, id eſt de publico eius, id eſt manifeſtè exercetur uſura & omnis dolus in ea, per quod augetur eius iniquitas: quis omne malum execrabilius redditur, cū publica præſumptione tractatur. Et accipit hic uſuram illam de qua alibi dictum eſt: Qui non dedit pecuniam ſuam ad uſuram. Vel poteſt hic accipi uſura illa iniuſtiſsima, q. parua ſcilicet offenſione grauem nimis uindictā exigunt,

Digitized by Google

gunt,ſicut quando pro ſolo uerbo aliquem occidunt. quam uſurã ſequitur alia grauior uſura, ſcilicet damnatio æterna.

Quoniam ſi inimicus.] Si ſuperius per inimicũ & peccatorem illum tantũ, qui ſemper extra fuit,id eſt fide le acceperimus,ut beatus Auguſtus dicit:tunc uerſus iſte ſic continuabitur.Quaſi dicat : Quæris auolationem propter illos qui extra ſunt. Quieſcas igiť apud illos qui intus ſunt.dicit iſte non poſſum, quia & hic falſi fratres me perſequuntur, quod moleſtius eſt ferendum : quoniam ſi inimicus tantũ ſcilicet qui ſemper extra fuit,maledixiſſet mihi, utiq; ego ſuſtinuiſſem,id eſt ſuſtinendum hoc putarem,quia omne malum patientius debet accipi,quod probatur non opinatum aſſumi, quã quidem inopinatum aſſumitur. Non opinatum aſſumitur, quodcunq; malum ab his qui extra ſunt aſſumitur. inopinatum uero eſt quod à conciui accipitur,à quo nihil mali expectamus. Et ideo eſt grauius,quia nulla peſtis efficatior eſt ad nocendũ,quam familiaris amicus. Si uero ſuperius per inimicũ & peccatorem, ut quidam uolunt illos accipiamus,qui prius intus fuerunt,ſed à nobis exierunt, id eſt falſos fratres : tunc planus ad hunc uerſum erit acceſſus hoc modo,Præcipita Domine,& diuide linguas eorũ,qui nobiſcum prius fuerunt,& à nobis exierunt.ꝙ non ex maleuolentia dico,ſed quoniã dignũ eſt,quia uidi iniquitaté & contradictioné in ciuitate etiã,id eſt in eccleſia, ubi maior ſecuritas uidebatur: & hoc adeo ut die & nocte,id eſt ſemper.Vel & in ꝓſperitate & in aduerſitate circundet eam, id eſt ciuitatem & in minoribus & in maioribus. ut in alijs prælatis iniquitas. Quod ualde moleſtè ferendum eſt,& meritò : quoniã ſi inimicus qui nunquã fui,intus maledixiſſet mihi,utiq; illud ſuſtinuiſſem,id eſt ſuſtinendum putarem.Quod uero conciuis maledicit (quaſi diceret) intolerabile eſt propter illud,quod prædictũ eſt,& ſi his qui oderat me, id eſt de quo manifeſtum eſt,quod odio me habet, quia mauult creaturæ quam creatori ſeruire. Si quis inquã fuiſſet locutus magna ſuper me, id eſt ſuperbè, & arrogantet mihi inſultaſſet,forſitan abſcõdiſſem,id eſt poſſem me abſcondere,id eſt ſubtrahere ab eo , ut proteruitas eius deſineret,cum me aduerſarium nõ uideret, ab illo uero qui intus eſt non poſſum me abſcondere.

Tu uero homo unanimis.] Ille quidé qui ſemper extra fuit,tolerabilis eſt : tu uero homo qui à nobis exiſti, quia à nobis nõ fuiſti,q deberes mihi eſſe unanimis: quia aliquando dũ intus eſſes,fuiſti dux meus, id eſt ſæpè ſalubro conſiliũ dediſti,ita ut in conſulendo pręcederes,ut beatus Hieronymus de Origene dicit, Vbi bene,nemo melius:ubi malè,nemo peius. Et q fuiſti notus meus in eiſdem inſtitutis,& exponit quomodo notus, ſcilicet quia capiebas ſimul cũ multis alijs dulces cibos diuinorũ uerborũ,ens in hoc mecũ:quia dulcis erat mihi ſicut tibi doctrina ueritatis.Nam ambulauimus pariter in domo Dei,id eſt in eccleſiaſticis inſtitutis cum conſenſu,tu inq̃ qui prius talis fuiſti,& hoc modo apoſtataſti.Quid dicere me cogis,hoc ſcilicet:Veniat mors ſuper illos.hic rurſus mittimur ad initium ſchiſmatis in Dathan & Abiron. Et eſt dicere: Mors .i. mentis cæcitas ueniat ſuper illos, ſcilicet inferiores,ſicut ignis conſumptiõis uenit ſup ignem diſſenſiõis in fautorib.Datan & Abiron,& ſicut principes illos,Datan ſcilicet & Abiron degluriuit uiuos terra:ita principes inter hos apoſtatas,ut Donatus & Arrius,uiuentes.i. prudentes & ſciẽtes deſcendant in infernum,id eſt in profundum uiciorũ. Quaſi enim ſciens in ignem manum mittit, qui q, non ſit faciendum,ſcit,& non facit.Nec hoc (quaſi dicat) ex maleuolentia dico, ſed quoniam digni ſunt quia nequitia eſt in habitacolis eorum, id eſt in corporibus, quæ ad tempus inhabitant , quia ſunt migraturi, & eſt in medio,id eſt in corde & interiori eorum.Quod eſt dicere:Immundi ſunt interius & exterius.

Ego autem.] In illis quidem eſt nequitia intus & exterius:me aũt ſaluabit Dominus ab illorum nequitia, ſcilicet ne eis conformer : & hoc ideo, quia clamaui ad Deum,id eſt ad ipſum Dominum.hic dat nobis exemplum,qualiter & nos ab huiuſmodi nequitia poſsimus liberari, ſcilicet ſi clamemus ad Dominum,id eſt irremiſſè bene agamus.

Veſpere & mane.] Dominus inquam ſaluabit me,& ego ſaluatus,non exiſtam ingratus : quia narrabo ad ædificationem aliorum,quæ ſunt ueſpere,id eſt euangelizata de pręterito. Vel Domini natiuitaté,paſsionem,reſurrectionem & ſimilia, quæ per ueſpere deſignantur:quia quando ueſpere eſt, ſol pręteritus eſt. Et annunciabo, quæ ſunt in mane , id eſt euangelizata de futuro,ut de ſecundo eius aduentu. Annõciare enim propriè prioet ad futura,quæ per mane ideo deſignantur,quia quãdo mane eſt, ſol adhuc futurus eſt.Et quia ego narrabo ueſpere, & annunciabo mane,ideo Dñs exaudiuit uocem meã in meridie, id eſt dando mihi æterna bona & manentia. Quæ ideo deſignantur per meridiem,quia quando ſol in meridionali circulo eſt,& maior ſpẽdor & feruor eſt, & quaſi ſtat:quia nec in aſcenſu nec in deſcenſu eſt. Nihil uero dignius ſtat uel manet, quam illud cui nihil accedit uel recedit,ut æternitati.Vel aliter: Narrabo quæ ſunt facta in ueſpere,id eſt ſapientiam morientis. In ueſpere enim mortuus eſt Dñs. In quo miram ſapientiam,licet gentibus ſtultitia uideatur, exercoit : quia morte ſua temperali noſtram mortem æternã deſtruxit.Et narrabo quæ ſunt facta in mane, id eſt uitá reſurgentis.mane enim reſurrexit Dominus, & ſua reſurrectione nobis uias uitæ notificauit. Et annunciabo quæ ſunt facta in meridie, id eſt gloriã aſcendentis,& ad dexteram Dei patris conſedentis,ubi interpellat pro nobis, q, per hunc effectum apparet, quia Dñs pater exaudiet uocé meam. Vel aliter : Narrabo quæ narranda ſunt ad ædificationẽ in ueſpere & mane,id eſt in proſperitate. Quæ ideo deſignanť per ueſpere & mane,quia in his duobus temporib. temperantior aer eſt à calore:& quia ueſpertiuum & matutinum tempus propter auræ mutationẽ nauigantib. & alijs talibus proſperum ſolet eſſe. Et annunciabo etiam ad utilitatẽ proximi in meridie,id eſt in aduerſitatis feruore.Quod eſt dicere:Nec erigar in proſperis,quin narrem:nec frangar aduerſis,quin annunciẽ. Et ideo Dñs cum ad eum clamauero , exaudiet uocé meam:& hoc modo exaudiet,quia redimet animam meam,prius poſitam in pace,id eſt quia pacé ſeruauit inter odientes pacé,nec inter perſequentes amiſit dilectionem ab his,id eſt à poteſtate & à conformatione eorum qui appropinquant mihi, id eſt qui ex uicino aduerſantur mihi,quia & conciues ſunt. Et ideo dico appropinquant, quoniam inter multos, ſecundum ordines inſtitutorum & ſacramentorum erant mecum. habet alia tranſlatio , Quoniam inter paleas erant mecũ.quod melius huic ſententię accedit. Vel aliter:Ideo neceſſarium eſt ut ab illis redimat animam meam,quoniam ipſi erant mecũ inter multos, id eſt inter paleas,non inter grana.plures enim paleę ſunt in arca quam grana. Sic & ſimulati amici plures ſunt quam ueri amici,de quibus dictum eſt: Amicitię genus peſsimum eſt,corde eſſe aduerſarios,lingua ſimulare deuotos.

Exaudiet Deus.] Verè Deus redimet animam meã ab illis, qa Deus exaudiet me, & exaltabit.eos uero qui ſe erexerunt in diſſenſionem,humiliabit in damnationé,Deus dico qui eſt ante ſecula. Quaſi dicat : Illos homo qui fuit ex tempore,ut Donatus uel aliquis talis erexit:Deus uero qui eſt ante ſecula.i. qui eſt ſine tempore,humiliabit illos. Vnde dicit Caſsiodorus : Non ſit tibi Dñs pro Dño, qui noluit eſſe conſeruus tuus ſob Domino.

Non enim eſt illis.] Meritò eos humiliabit,quia illis nõ eſt cõmutatio in præſenti,& ideo non erit illis in futuro.

turo. Hoc eſt, q̃a non habuerũt partẽ in prima reſurrectione, nec habebũt in ſecunda. Erit tamen mutatio eis in futuro per reſurrectionẽ, ſed non erit eis cõmutatio. i. in melius mutatio: quia reſurgent ad pœnam, non ad gloriam. Non eſt illis inquam cõmutatio, & hoc ideo, quia non timuerunt Deũ, id eſt iudicem futurũ non attenderunt, ut mandata eius cuſtodirent. Et ideo Deus extendit manum ſuã in retribuendo. i. plenariam inferet nequitiæ eorũ retributionem. Et meritò, quia ipſi cõtaminauerunt. i. deprauauerũt teſtamentũ. i. promiſsiones eius. Quod enim dictũ eſt ad Abraham, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, hoc peruertũt. uerbi gratia, ut illi qui ad ſolã Africam hoc pertinere dicunt. Et ideo diuiſi ſunt non à contaminantibus. Et hoc ab ira uultus eius. i. per irã oſtenſam in uirtuoſitate eius. i. Dei. Diuiſi ſunt enim iam ab illis per interiorem cæcitatem. i. moraliter. Diuidentur etiam tunc localiter, cum dicetur eis: Ite maledicti in ignem æternũ. Et illis contaminantibus diuiſis & excæcatis cor illius. i. Dei, hoc eſt ſacra ſcriptura: quæ ideo dicitur cor Dei, quia continet interiora & occulta myſteria de eo, illa appropinquauit. id eſt patefacta eſt nõ contaminantibus teſtamentum. Quia enim illi repulſi ſunt neceſſe fuit illis. i. contaminantib. perquirere ueritatem ſcripturarũ, ut poſsint reſiſtere falſitati illorum. Et ſic ſcripturę eis appropinquauerunt, quia quanto magis & ſæpius eas quæſierũt, tanto magis intellexerũt. Vnde Apoſtolus: Oportet eſſe hæreſes, ut qui probati ſunt manifeſti fiant.

Molliti ſunt ſermones eius.] Exponit quomodo cor Dei illis appropinquabit, ita ſcilicet, quia molliti. i. intelligibiles facti ſunt illis ſermões eius, ſcilicet Dei, in quibus ſolent eſſe quædam dura. Vt cũ Dominus dixit, Niſi manducaueritis carnẽ meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis uitã. Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Et ſcandalizati fermè ſeptuaginta duo abierunt retrorſum. Petro uero mollis hic ſermo factus eſt, non tamen quia Petrus hoc intelligebat, ſed quia piè dictum eſt credebat. Molliti ſunt inquam ſermones eius, & non parum, ſed ſuper oleũ. i. ſuper omnem liquorem molliſsimum & tenuiſsimum. Oleum enim adeo molle & tenue eſt, quod dicitur corpus penetrare: ſermones uero iſti adhuc molliores ſunt, quia penetrãt uſq; ad animam. Et licet ita molles facti ſint, uires tamen non amiſerũt: quia ipſi ſunt iacula. i. armant & muniunt eos ab hoſtibus, & ipſi mittunt eos uelut ſagittas acutas, corda tranſientes, & charitatem intendentes.

Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe, &c.] Hic maiores quorum uox eſt, in hoc pſalmo hortantur inferiores ſuos. Quaſi dicat: Vt uobis quoq; inferiorib. molliantur ſermones Dei, ideo tu quilibet iacta curã tuã, id eſt tuũ curare, reputa nihil tibi prodeſſe, ſed ipſum ſalutis tuæ curam gerere. Iuxta quod alibi dictũ eſt: Omnẽ ſolicitudinem ueſtram proijcientes in eũ, quoniam ipſi cura eſt de uobis. Et ſi hoc feceris, ipſe enutriet te, id eſt de uirtute in uirtutem promouebit te. Et tandem tibi iuſto perducto in æternũ, id eſt in ęternitatem, non dabit amplius fluctuationem: quia æternitas erit portus ubi anchoram figas, & deinceps ſtabilis maneas. quod in hac uita nulli quamcunque perfecto contingere poteſt, cum etiam Petrus ad ancillæ uocem fluctuauerit.

Tu uero Deus.] Hos quidẽ Domine inimicos, eos uero prædictos, ſcilicet contaminantes teſtamentũ, deduces tu quia poteris (qui Deus es) in puteum interitus, ſcilicet in puteum corruptionis, in tenebras ſubmerſionis. i. in profundo uitiorum, qui erit in puteõ interitus, id eſt ad æternam damnationẽ. tu dico auctor culpæ, ſed damnator eorum nequitiæ.

Viri ſanguinum & doloſi.] Meritò in puteum deduces eos, quia ipſi ſunt uiri ſanguinũ, quia multorũ ſanguinem fundunt non corporaliter, ſed ſpiritualiter: quia animas occidunt, & hoc ideo, quia doloſi ſunt, id eſt alios hęreſi ſua decipiunt. Et hi tales non dimidiabũt dies ſuos, id eſt non tantum proficient in nequitia, quantum putauerunt: quia promittunt ſibi longam uitam, & illam non dimidiabũt, quia ſæpè celerrima morte abſumuntur. Vel non potuerunt, id eſt nõ poſſunt Deo ſeruire & mammonæ. Volunt enim dies ſuos, id eſt præſentem uitam, quã totam ſeruitio Dei deberent impendere, dimidiare, id eſt ſeparare, ut partim ſibi & mammonæ ſeruiant, ſed non dimidiabũt, id eſt non ſic illos dies ſuos ſeparare potuerunt, ad ſolutam ſcilicet. Quia nemo mittens manum ad aratrũ, & reliqua. uel aliter (quaſi diceretur) Nonne proderunt eis bona quę fecerunt? Non equidem, quia dies ſuos, id eſt uitam ſuam non dimidiabunt, id eſt nõ ita ſeparare poterunt, ut per pauca bona deſtruant multa mala, quę fecerunt: cum potius per multa bona deſtruenda ſint pauca mala. Quod eſt dicere, Propter pauca bona non ſaluabuntur, immò propter mala multa damnabuntur.

Ego autem.] Illos inquam deduces in puteũ, me autẽ non deducas: quia ego Domine ſperabo, id eſt omnem ſpem meam conijciam in te. Nunc quidem pſalmus iſte lectus eſt in uoce cuiuslibet perfecti tribulationem, in qua eſt attendenti, & ab ipſa liberari orantis, ad noſtram inſtructionem, ſcilicet ut nos attendentes communem eſſe tribulationem, faciamus cõmunem etiam orationem. Si uero in uoce capitis pſalmus idem legatur, ita caput ipſum loquatur: Deus pater exaudi orationem meam factam pro perſeuerantia meorum, & ut exaudias orationem, ne deſpexeris præcedentem deprecationẽ factam à me pro meis. Intende mihi dico in oratione, & exaudi me in deprecatione facta pro meis. Et opus eſt ut me pro eis exaudias, quia uere contriſtabuntur & cõturbabuntur, quoniam ego ipſe contriſtatus ſum in exercitatione mea. Quaſi dicat: Si in me uiridi ligno hoc fecerunt, in arido quid fiet? Et ſi patrẽ familias beelzebub uocauerunt, quanto magis domeſticos eius, & ſimilia. Exercitatio Chriſti fuit illa de qua ipſe dicit: Ad hoc ueni in mundum, ut teſtimonium perhibeam ueritati. Quæ exercitatio fuit ad pietatem & ad omnia utilis, quia in omnib. quæcũq; fecit aut uerbo aut exemplo, nobis profuit. In qua exercitatione dupliciter contriſtatus eſt, quia Iudaicam gentem quam reſpexit, imbre uerbi quaſi aridam ficum nullũ fructum, quo ipſe ſolueret ieiunium: ſed ſola folia, id eſt uerba habentem inuenit, & ex ipſa etiam morte contriſtatus eſt, quia dixit: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: non quia mors ipſa iocunda & delectabilis ei eſſet, ſed quia noſtram in ſe transfigurauit infirmitatem. Et hoc eſt quod dicit: Contriſtatus ſum in exercitatione mea in me & in meis, quia etiam ſuo modo dupliciter contriſtati ſunt. Et ita ſum contriſtatus quod conturbatus, id eſt quòd hæc contriſtatio fuit conturbatio, id eſt horaria tantum, quia citò uerſa eſt in eo in lætitiam reſurrectiõis. Cito quoq; in ſuis ſuo modo lætificatur, & quia ita ſum contriſtatus quòd tantum ſum conturbatus, ergo cõtriſtatus ſum in me & in meis à uoce, id eſt propter uocẽ inimici. Et propter tribulationem peccatoris, quia non meam pœnam, ſed illius damnationem attendi, & inde dolui. Vocem inimici poſſumus accipere, quia dixerunt ei, Dæmonium habes, & ſimilia, & etiam contradictiones in membris eius: tribulationem uero peccatoris, ipſam eius paſsionem & ſuorum. Diſtinguit autem, ſicut nunc diximus, hunc uerſum Caſsiodorus, & ualet ſatis in utraq; lectione.

Quoniam declinauerunt.] Quaſi dicat: Inde ſum cõtriſtatus, quia ipſi iniquitates ſuas, quibus locũ & gentem perdere merebantur, declinauerunt in me quantũ in ipſis fuit: quia putabant uitam meam quaſi pollutionem, & ideo credebant per mortem meã quaſi purgari & ſe & ciuitatem ſuã. unde unus ex eis dixit: Expedit ut unus moriatur homo ꝓ populo, & nõ tota gens

ta gens pereat. Et in ira ſua, id eſt irati pro loco & gente, erant moleſti mihi, id eſt moleſtabant me dictis & factis. Vnde cor meum, id eſt anima mea conturbata eſt, quòd non fuit ex illorum coactione, uel in illorũ poteſtate: ſed in me, id eſt in mea propria uoluntate. Et formido mortis, id eſt illud propter quod formidatur mors, damnatio ſcilicet conſecutiua mortis, mortis dico uenientis ſup me cecidit, id eſt deſtructa fuit. Quod eſt dicere: Quia mors me, in quem nullum ius habebat, uendicare ſibi uoluit, perdidit illud iuris q habuit. Morte enim ſua temporali mortem noſtram æternam deſtruxit, & ſic mors in uictoria ſua abſorpta fuit.

Timor & tremor.] Oſtendit quomodo mors ſuper eum uenerit, dicens: Timor & tremor uenerũt ſuper me. quod eſt deſcriptio mortis noſtræ per eius effectus. Quoniam enim mors, id eſt ſeparatio animæ & corporis, timetur: quoniã efficitur ut timor ſit in mente, & tremor in corpore.

Et contexerunt me tenebræ.] Hoc item pertinet ad prædictam deſcriptionem, quia tangit hic uiciniam mortis. Sequuntur enim mortem tenebræ, id eſt huius lucis defectio. Vel aliter: Ideo timor & tremor uenerũt ſuper me: quia tenebræ, id eſt tenebroſi intellectu carentes, contexerunt, id eſt circũdederunt me ad damnationem. Et quia attendi hæc ſuper me uentura dixi: Quis dabit mihi pennas? Nõne tu Deus pater. Pennas dico, quæ ſunt ſicut columbæ: & uolabo ab iſtis, & ſic requieſcam. Pennas accipimus hic poteſtatem ponendi animam, & reſumendi eã: poſt quas pennas auolauit à perſecutorib. ſuis moriendo & reſurgendo, non ut pennis coruinis, ſed ut columbinis, id eſt, non odioſe, ſed charitatiuè: quia quoſdam ex illis poſtea uiſitauit, quia crediderũt in una die trie milia, & deinde multi alij. Vel in hoc charitatiuè, quia mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Et poſtquam ſic auolauit, requieuit in immortalitate & in impaſsibilitate. Vera enim requies eſt, cui nulla amplius intercedit conturbatio. Vel auolauit à populo illo, de quo dictum eſt. Laboraui ſuſtinẽs, id eſt à Iudæis: & requieuit in illo alio populo, de quo dictum eſt: Populus quem non cognoui, ſeruit mihi in auditu auris. Ecce (quaſi dicat) factum eſt q optaui, datæ ſunt mihi pennæ, & elongaui me ab illis, id eſt à Iudæis moriẽdo, reſurgendo, fugiens eos quantum ad maiorem partem, nõ uero quantum ad mẽbra ſua, id eſt Apoſtolos, à quib. ſua propria membra poſtea ne dubitarẽt, palpari permiſit: nec quantũ ad illos quos per gratiã fidei uiſitauit. Et elongatus ab illis, manſi in ſolitudine, id eſt in gentibus, quæ erant quaſi deſertum à lege, & à Prophetis deſtitutum. Vel elongaui me fugiens, quantũ etiam ad omnes corporali præſentia. Et manſi in ſolitudine æternæ confeſsionis, quæ ideo meritò dicitur ſolitudo, quia nondum aliquis corporaliter illuc peruenit præter eũ. Et meritò (quaſi dicat) hoc mihi conceſſum eſt, ſcilicet ut auolarem & requieſcerem: quia ego cum patientia obedientiam expleui. Nam expectabam patienter eum, id eſt Deum patrem: qui nũc prius ſaluum me fecit in ſpe, ita ſaluum me faciet in re à puſillanimitate ſpiritus, id eſt ab infirmitate illa ſpiritus pro qua dixit: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Et à tempeſtate, id eſt ab impetu furentis populi. Ergo dico dicens ita: Præcipita Domine, & diuide linguas eorum dupliciter, ut in priori lectiõe dictum eſt. Et hoc non dico ex maleuolentia, ſed quia digni ſunt: quoniam in ciuitate, id eſt in populo Iudeorũ, qui quaſi ciuitas fuit, propter legẽ & Prophetas, ubi minus uidebatur timendum. Ibi uidi, id eſt recognoui & manifeſtius expertus ſum: id eſt, & contradictiones & eam ciuitatem circumdabit iniquitas die ac nocte, id eſt ſemper, non ſolum in minoribus, ſed ita ut aſcendat ſuper muros eius, id eſt ſuper principes eius, Pilatũ ſcilicet & Annam & Caypham.

Et hoc ideo, quia labor eſt in medio eius, ut in priori lectione dictum eſt.

Quoniam ſi inimicus maledixiſſet.] Vidi inquam in ciuitate cõtradictionem, quod moleſtiſsimè ferendũ eſt, & intolerabile. Quoniam ſi manifeſtus inimicus, id eſt gentilis populus maledixiſſet mihi, illud utique ſuſtinuiſſem, id eſt ſuſtinendum putarem. Quod non ita intelligendum eſt, quod Deus aliquam iniquitatẽ ſuſtineat, id eſt alicuius iniquitati parcat, ſed quaſi ſuſtinet neſcienter peccantium iniquitatem: quia minus punit eam, quam ſi eſſent ſcienter peccantes. Et ſi is qui apertè oderet me, quia maluit creaturam quã Deum colere, fuiſſet loquutus magna ſuper me dicens: Non habemus regem niſi Cæſarem: forſitan, id eſt talis poſſet eſſe quod abſcondiſſem me ab eo, id eſt non per tam aſperam uindictam oſtenderem me illi. forſitan ideo opponit, quia quidam etiam inter gentiles erant, quibus Deus tantum ingeniũ conceſſit, ut legem naturaliter ſcriptã in cordib. haberent. Vt Plato & alij Philoſophi. Et his talibus non abſcõdit ſe Deus, quia ita ſeuerè in eos uindicabit, ſicut & in illos qui legem ſcriptam acceperunt.

Tu uero homo.] Illum quidem ſuſtinuiſſem, & ab illo me abſcondiſſem: tu uero quem ego per legem datam feci hominem, id eſt intelligentem, & qui deberes unanimis mihi eſſe, dux meus, id eſt quem ego ducem alijs conſtitui, ſcilicet ut in te uultum Dei cernerent, & quid colerent intelligerent: & notus meus ſecundum carnem, qui capiebas mecum dulces cibos, id eſt legalia inſtituta: quę uocat dulcia, nõ quantum ad ſigna, ſed quantum ad ſignificata, licet illi hoc non attenderent. Et uere mecum: nam ambulauimus cum cõſenſu in domo Domini, id eſt in præceptis legis. Quorum plura ipſe etiam carnaliter adimpleuit, quia & circumciſus eſt, & in templo cum muneribus præſentatus. Tu inquam homo ita mihi familiaris, ad quid dicendum me inducis? Ad hoc ſcilicet, Veniat mors ſuper illos, & cætera. Quod itidem dicitur hic, ſicut in lectione priori, in malum ſcilicet. Poteſt etiam ſecundum Caſsiodorũ exponi in bonum, ita: Mors ueniat ſuper illos, id eſt priori uita moriantur, & ipſi uiuentes, id eſt malè actam uitam ſuam attendentes, deſcendant in infernum, id eſt mente præcurrant in infernum, & uideant quæ pœna debeatur illis, & ſic conuertantur. Et neceſſe eſt ut hoc faciant, quoniam nequitia eſt in habitaculis eorum. Quod ſimiliter eſt, ut ſupra. Vel poteſt dici ad ſolam ſimilitudinem, ſcilicet ita ſordidi ſunt in nequitia, ut illi ſordidi ſunt, in quorum habitaculis ſordes ſunt non ſolum in angulis, ſed etiam in medio. Me autem, ab eorum nequitia Dominus ſaluabit in me & in meis. Et ego ſaluatus narrabo in me & in meis ueſpere, id eſt euangelizata de præterito. Et annunciabo mane, id eſt dicta de futuro, & ipſe me & meos exaudiat in meridie, id eſt dando æterna. Poſſunt etiam hic aliæ prędictæ ſententiæ dici partim ad eum, partim ad ſuos. Et uere exaudiet, quia redimet animam meam in pace exiſtentem, id eſt inter odientes etiam pacem ſeruantem, ab his qui appropinquant mihi, id eſt à poteſtate Iudęorum, qui ex appropinquo aduerſantur mihi. Quod neceſſe eſt, quoniam ipſi mecum erant inter multos, id eſt inter paleas tantum, ut prius.

Contaminauerunt teſtamentum eius.] Hic accipe teſtamẽtum Dei promiſsiones de æternis ſub gratia factas: quod teſtamentum Iudæi ſuper legalia ſacrificia non ordinauerunt, immò terrenas & ueteres ei promiſsiones præpoſuerunt. Vnde dicit, Cõtaminauerunt, id eſt deſpexerunt eius teſtamentum, ſanguine ſcilicet mei teſtatoris confirmatũ. & ideo diuiſi ſunt ut prius.

Viri ſanguinum.] Meritò deduces eos in puteum interitus, quia ipſi ſunt uiri ſanguinum, appetentes ſcilicet effundere ſanguinem meum pro loco & gente: & quia doloſi ſunt, id eſt deceptoriè mecum agunt, dicentes: Magiſter, ſcimus quia uerax es, & ſimilia. &

tamen licet ſanguinem meum fundendo regnũ æternum ſibi parare intendant, dies ſuos quos quaſi æternaliter in illo regno deducere putabant, nec dimidiabunt ibi. Quia quadrageſimo ſecundo anno à Tito & Veſpaſiano euerſi & captiuati ſunt. Vel aliter quaſi dicat: Non eis proderunt eis inſtituta legalis? non ſcilicet, quia ſola ſigna inſiſtunt non ſignificata: ſed tamen ipſi dies ſuos, id eſt vitam ſuam in carnalibus obſeruantijs non dimidiabunt, id eſt nõ ita ſeparare poterunt, ut ipſæ carnales obſeruantiæ, quę ſunt ſigna à ſignificatis diuiſa, poſſunt eos ſaluare. Per imperfectũ enim, id eſt per ſola ſigna nunquam peruenient ad perfectum, id eſt ad ſaluationem ueram. Illi inquam damnabuntur. Ego autem & mei non damnabimur Domine pater, quia ego & mei in te tãtum ſperabimus.

IN PSALMVM LV.

ARGVMENTVM.

MAchabeorum ſupplicatio, quando in ultionem legis coniurantes tam præuaricatores ciues, quàm etiam hoſtes expugnare tentabant. Aliter uox Chriſti ad patrem. Item Arnobius: Si te tenuerint te allophyli, & à ſanctis cogitationibus te longè fecerint, clama ad Dominũ dicens: Miſerere mei Domine, quoniam conculcauit me homo, homo utiq; exterior. per te enim agit contra te per ipſum, tota die pugnant contra te inimici tui.

IN FINEM PRO POPVLO, QVI A ſanctis longè factus eſt, Dauid in tituli inſcriptione, cum tenuerũt eum allophyli in Geth.

EXPLANATIO.

IN Hebræo ita habet, Pro columba muta longitudinem David humilis atq; perfecti, cum tenuiſſent eum Philiſtijm in Geth. Columba muta & David humilis atq; perfectus Chriſtus monſtratur in paſſione. quod uerò noſtra translatio dicit, Pro populo, qui à ſanctis longè factus eſt, id eſt, pro comitibus David qui in Geth exulantes longè facti ſunt à Iudæa. In qua ſancta ſanctorum fuerunt, ſignificat pro Chriſti diſcipulis, qui tempore paſſionis eius ſcandalizati fuerunt, pſalmum eſſe cantatũ, pro quorum fide ne deficeret ipſe Dominus ſe rogaſſe teſtatur. David in tituli inſcriptiõe Dominus in paſſione ubi attitulatus eſt Rex eſſe Iudæorum. id eſt, omnium credẽtium & confitentium Deũ cum tenuiſſent eum Allophyli in Geth: cũ crucifixiſſent eum Iudæi, uel milites Pilati. Geth enim, qui interpretatur torcular, preſſuram crucis indicat. Poſſunt in columba muta uel in populo, qui à ſanctis longè factus eſt, cuncti fideles intelligi: qui ab æternis ſanctis exulantes cum Apoſtolo dicũt, Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. pro quibus David pſallere nõ ceſſat, ille uidelicet, qui ſedet ad dexteram Dei, qui iam interpellat pro nobis. Poteſt & ex perſona eccleſiæ dictus pſalmus accipi, quæ ſemper in ſeculo preſſuram pati non deſinit, diuerſis afflictionibus onerata. In prima ſectione pſalmi mater orat eccleſia, confidens ſe tamen ab inimicis eſſe liberandam. Sectione ſecunda enumerat paſſiones, gratias agens, quia de crebris ſit erepta periculis: nec ſe formidare mala, quæ celerrimè tranſeunt. Tertio loco in futura illa beatitudine laudes ſe dicit Domino iugiter cantaturam, qui tam de huius ſeculi aduerſitate liberauit.

COMMENTARIVS.

M*iſerere mei Deus quoniam conculcauit me homo.*] Titulus eſt talis: In finem pro populo qui longè factus eſt à ſanctis in tituli inſcriptione ipſi David, cum tenuerũt eum allophyli in Geth. Quod ſic exponitur: Hæc uerba referuntur in finem, id eſt ad Chriſtũ, qui totius laboris & intentionis noſtræ finis eſt. ſic locus ad quem tendit, finis eſt uiæ: quia ſicut hic uiuendi ſe dedit exemplum, ita in futuro promiſit ſe præmium. Et poſtquam ipſum præmium habebimus, nihil amplius quam quærimus, inueniemus. Verba dico dicta ab eccleſia pro populo, id eſt ut liberetur ab oppreſsione & conformatione illius populi, qui lõgè factus eſt à ſanctis per inſcriptionem tituli. Quis aut populus iſte ſit, titulus nobis oſtendit. In dominica paſsione ſcriptus eſt quidã titulus Hæbraicè, græcè & latinè trib. linguis quaſi tribus teſtib. confirmatus. hunc titulum cũ legiſſent Iudęi, Indignati ſunt, & Pilato dixerũt: Noli ſcribere regem Iudęorum, ſed quòd ipſe dixit, rex ſum Iudęorũ. Quaſi dicerent, ſcribe dixiſſe, nõ ipſum eſſe. Sed quia per ſpiritũ ſanctum erat prophetatũ, Ne corrumpas tituli inſcriptionem. Pilatus iratus dixit, Quod ſcripſi ſcripſi. Quaſi diceret neſciens, Non corrumpo ueritatem, ſi uos diligitis falſitatem. Et quia in titulo offenſi ſunt, & prius maledicto habuerunt, cum Pilatus diceret eis, Veſtrum regem crucifigam? & ipſi dicerẽt: Non habemus regem niſi Cæſarem, longè à ſanctis facti ſunt. Illi autem ſanctis appropinquant, qui & Chriſtum regem recognoſcunt, & habere concupiſcunt. Nec hoc ad illos, ſcilicet Iudæos referendum eſt, ſed & omnis populus terreno regno delectatus, Deũ regem ſpernens habere, à ſanctis longè factus eſt: ſed tamen in illis data ſunt primitius exempla, ut in illo populo eluceret, quod omnis populus caueret. Illi enim apertè Chriſtum contempſerunt, & regem Cęſarem elegerũt. Nec in hoc peccauerunt, quia Cæſarem elegerunt, ſed quia Chriſtum regem contempſerunt, quem adhuc multi in cœlo ſedantẽ, & ubiq; regnantem, nolũt habere regem. Et hi quoq; longè à ſanctis facti ſunt non corpore, ſed corde, & perſequũtur ſanctos. Contra hos uero confirmat nos pſalmus iſte, quia neceſſe eſt ut tales patiantur, quos non pateremur niſi prodeſſet. tentatio enim operatur probationẽ, probatio uero ſpem, & cætera. Et hoc eſt pro populo qui à ſanctis longè factus eſt, in tituli inſcriptione. Inſcriptione dico facta ipſi David non hiſtoriali, quia non legitſcriptus fuiſſe ei aliquis titulus, ſed myſtico ſcilicet tunc, cum tenuerũt eum allophyli in Geth. Iſtud quoq; non conuenit David hiſtoriali, quia legit quidem ad allophylos in Geth ciuitatem ueniſſe, ſed nõ legitur ab eis tentus fuiſſe: oportet ergo ut ad miſtycum David, id eſt ad Chriſtum referatur, quem uerè tenuerunt allophyli, id eſt alienigenę, uel potione cadentes: hoc eſt, Iudæi uiri alienigenæ, qui à ſanctis lõgè ſunt facti, & potione cadentes, id eſt irati ei pro loco & gẽte, & tenuerunt in Geth, quod interpretatur torcular ſiue preſſura. hoc eſt, tenuerũt eum in preſſura paſsionis, in qua botrus ille primitiuus, id eſt Chriſtus quaſi uua in torculari conculcatus expreſsit uinum illud dulciſsimum, de quo dictum eſt. Et calix meus inebrians quam præclarus eſt. Tenetur quoq; adhuc idẽ Chriſtus in corpore ſuo, quia neceſſe eſt ut quicunq; uolunt piè uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiantur. nec aſtringitur ad hanc uocem quiſquis eſt extra paſsionem. Et ideo timendum eſt ne ſimus longè à paſsione, & ſic ſimus longè à ſanctis. Attendendę ergo ſunt, immò concupiſcendæ tribulationes & perſecutiones. attendendi ſunt etiam hoſtes nos perſequẽtes, quia duos hoſtes patimur, alterum uiſibilem, alterũ inuiſibilem. hominem uidemus, diabolum non uidemus, hominem amemus, diabolum caueamus;

caueamus,pro homina oremos,& contra diabolō oremus & dicamua:Miſerera mai Dñа. Vox eſt corporis Chriſti otaotis liberari ab bis qui à ſanctia longè ſunt neeia conformetur, immò illi aoouertantur, & ſibi conſormantur:& dicit ita, Deua pater miſatere mei, dando mihi cooſtantiam,oe uincar ab allophylis, ual conſoimer eis.& opua eſt ut miſeteatis, quoniam homo tā illa ſcilicet qui figutalitar dicitur homo, id aſt diabolus (ut ibi, Inimicus bomo uenit & ſuperſaminault zizania) q̄ illa qui naturaliter aſt bomo, id aſt miniſtri diaboli,cōculcauarunt me. Ei bene dicit cōculcauarunt,quia ſicut uua pend ens io uite quaſi ſtarilia manet,qoia liquor in ea non apparet,cum autem in toiculati calcatur,dulcam expiimit liquotem : ſic eccleſis in totculari perſacutiōis poſita, exptaſsit plutima ſaoctorum martyrum egregia merita, ſcilicet q. ad tumulos eorom cæci illuminantur, ęgri ſenantur, dæmooisci curantur,& ſimilia. Cooculcauit mainquam homo,hoc modo ſcilicet, quia impugnans ma tribulauit me tote die,id eſt aſsiduè,uel toto conculcarionis tampore. Et quid per hominem accepeſit,exponit dicens:Conculcauerunt me dico tota dia inimici mei uiſibiles & inuiſibiles. Vel quare nunc dixarit pluraliter,q. priua ſingulariter, cauſam ſubdit dicena : Quoniam ballantea aduarſum me interius & exterius ſunt multi. Sad quæ cuta ? oulla ſcilicet, quia timebo ego ab eltitudina, id eſt proptar potentiam aliquam,uel ſuperbiam perſecutorum, cum ſic diei, id eſt tempotalis & tranſitoria? Vtiq; non timebo, immò ipſi tandem timebunt & pœnitebūnt, ſed inſtructuoſe: quia qui hic cor ſuum & aures ſuas obdurauerunt contra Dominum admonantem,non ibi obdurare potatunt contra ipſum iudicātam. Tantus enim erit terror ciua ſantentiæ,cui conterat omnam ſuperbiam eorum.& ibi æqnè timebit imperator,ſicut & piſcator. Illi inquam timabunt, ego uero (debetet dicere)non timabo,ſed ne præſumptuoſum ui deretur,ponit cauſam quere non timeat, ſcilicet quie ſpersbo in te, nihil præſumena da me: & quia in te ſpeisbo,ideo ſermonea meos nō in ma,ſed in te Deo laudabo,aſcribendo tibi non mihi,ſi uerū aliquid dicam.Quiſquis enim cognoſcit, nihil in ſapientia Dei uel fida poſſe uarū dicais, oiſi quod acceperit eb illo, qui eſt fons & origo totius uatitatis,ille ſermones ſuos laudabit io Deo, qui ſermonas & ſui ſunt & Dai. Dei ſunt,quia ipſa dedit:ſui ſunt, qs accepit,& perendo eos à Deo nō exiſtit uacuus.Et dicendo ſuos aſſe, ſed ab illo eccapiſſe,non axiſtit ingratus. In Deo ſperaui.Repetit quod prædixit.qoaſi dicat: Non ſolum ſperabo,ſad & prius ſperaui in Deo,& ideo nō timebo qoid faciat mihi caro.Nam qoid faciat mihi caio? Sæuiat quantū uelit caro, nihil faciet mibi, niſi quod poteſt caro.uua arem,cato conculcabit me, & uinum efficiat, & in epothecam cœleſtam transferat. Carnam ponit pro homioa,partē ſcilicet pro toto. ut ibi: Varbum caro factum eſt.id,eſt, homo fectua aſt.

Tota die uerba mea.} Exequitur facta carnis. Quaſi dicat:Ecce quid poſait caro. Nam illi qui intelligontur pat carnem,exacrabantur,id eſt abhominsbantur tote die, id aſt aſaiduè,uerba mea. Et quid mirum, ſi uatba mea execrsbantur,cum ta Daom io ipſis, quia in te laodata erant,exacrarantur? Non anim eſt diſcipulua ſupet magiſtrum,nec ſeruus ſuper Dominum.Execrabantur inquam oerbe mea, ita quòd omnes cogitationes, etiam non ſolū dicta, ſed & facta erant tandēteain malum,& aduarſum me.id eſt ad meā damnationam.Et tamen licat ita me exacrarentur, & omne malum in me cogitent:inhabitabunt, id aſt mecū aonoerſabuntur in ſacramentis fidei : & ita abſcondent ſe, id eſt inſidioſe & doloſe mecum egeiunt. ad hoc enim uenerunt,noo ut diſcaient, ſed ut habareot quod proderent & Improperarant.Da quib. Apoſtoloa: Subiotroierunt quidam falſi fratres explorara libertatem noſtram. Iotrat enim ut Titus, oc caueatur ut alienua. Abſcondent ſa inqoam ad hoc,ut inſidiantur mihi.Et ita reueta facient, quie ipſi obſeruabuoe calcanaum meum:id eſt, magne cautela inſidiantur calcaneo, id eſt lapſoi mao, ſcilicet ſi ual lebar in liogoe ut prodēt.Ita dico obſeroebunt,ſicut:id eſt,quēadmodum illi qui ſuſtinueiunt animam meam,id eſt qui odioſam habuarunt uitam meam, qoia grauis eram eis,etiam ad uidendum, propter quod insltioſius inſidiantur. Sed tu Domine tetribues eis, qui facies eos ſaluoa.id eſt,ſaluabis eoa tandē à carnia corruptiona, reſuſcitando eoa ad pœnam æternam non ad gloriam,quæ ſaluatio pro nihilo raputande eſt.Et meritò pro nibilo, quis tu confringes populoa illos, ſicut ſaluatos in ita tua.id eſt,tantus erit terror ſentētiæ,quam iratus dabit dicens eis: Ite meladicti in ignem ætarnum,quod ex toto confringetur & comminuetur eorom ſpes & ſuparbia. Illos inquam pro nihilo ſaluabia,ma autem ſaluabis non pro nibilo, ſed pro aliquo ſcilicet,quia annunciaui tibi uitam meam. Poteſt etiam ſaluario præcedens in bono accipi, ſic: Licet illi tam prsui ſint,tamen tu Deus facies illos ſaluoa,conuerſos & fidalas factos.Et boc aſt tibi pro nihilo, id aſt nihili pendens ſaluare eos, quia in uerbo ſolo ſaloas eos.nec laborss in ſaluando, licat noa obſtupeſcamus in uidando. Vel alitat,Facies aos ſaluoa pro nihilo,id eſt ſioa aliquo præcadanti merito aorū. Quid anim Paulua blaſphemus perſecurot & iniurioſus cum in uia oerbo proſtratus eſt & ſaluatus, attulit?Quid atiam latro attulit in iudicium,de iudicio in lignum,de ligno in paradiſum? Nihil utiq; prærei fidem,quā ille ei dedit,qui iuxta pependit,id eſt Chriſtus.& hoc modo ſaluoa eos fecias,quie in ira tua, id eſt mittendo eis tribulationea aliquaa,quaſi iratus, confringes,id eſt bumiliabis populos illos. Iraſceria enim & confringis, ſæuis & ſaluas, terras & uocas. Multi enim tribulstione contriſtati, fida ſunt raplati : quia ad hoc exagitat tribulario, ut uas euacuetur nequitiæ,& repleatur gratia.

Deus uitam meam.] Quia tales atiē pro nihilo ſaluas,ideo Deus annunciaui tibi uitam meā,non mihi:quia omnis uita aſcribēda eſt tibi,nō alicuius maritia. Paulos enim cum diceret,Quoniam ago blaſphamua perſecutot & iniurioſus miſericordiam ſum conſacutus,& cetera:uitam ſoā annunciauerūt non ſibi,ſed illi,id aſt Deo,ut ei ſcilicet crederetur, oō lucra ſua quęrens, ſed illius da quo ſubſequanter dicit: Chriſtue Ieſus mortuua eſt, ut omnea qui uiuont iam non ſibi oiuant,ſad ai qui pro omnibus mortuua eſt. Si argo uiuis,& non à te oiois,ſed quia ille ut uiuerea præſtitit,uitam tuam annuncia illi,non tibi, non iam tua lucra quęrens,ſed illius:quia da quiboſdam ſua lucra quærentibus,non illius,dictum eſt,Qoærunt quę ſua ſunt,non quæ Ieſo Chriſti. Et meritò ennunciaui tibi oitam meam, quia tu poſuiſti lachrymaa meas in conſpectu tuo.id eſt,exaudiſti me daprecantam,ſicut in promiſsione tua prædictō fuit,tunc cum propbete ſcilicet hoc ennonciauit. promiſiſti enim exauditurū te flantem.Credidi,fleui,axauditus ſum. hæc eſt autem ea promiſsio:In quacunq; die cōuarſus peccator fuarit, & ingemuerit,conuertam ma ad eum. Et aſt æquipollenter dictum :Ideo meritò oitam meam tibi annūcio,quia per te eſt qood uiuo. Et quia ego uitam à ta ſuſcapi,qoam habeo: ergo exemplo meo inimici mei conuartaotur,qui præcedera nitebantur retrorſum:non uero ut retrorſum maneant,& non proficiant,ſed ut ſequantur,& non præcedant. Ecca hic orat pro uiſibili hoſte,ut in titulo prædictum eſt. Et quaſi dicat,Rauera inimici mei conuertentur, & in illis conuerſia inuocabo te.& in quacunque die, id eſt in quacunque mentis puritate,uel in quotunq; tempore,in illis inuocauero te,cognoſcā in eiſdem: quoniam & Deus es, & Daus meus es. Et ecce qoaſi dicat : Experimento data eſt mihi fiducia,qoòd uerè in his coouertendis adhuc cognoſcam,quoniam iam in

prius coouerſis cognouite, & eſſe Deum & meum. magna ſcientia ſcire Daum ſuũ. Tuus enim eſt, quia tibi ſubuaoit, & à ſe alianum te non fecit. Er hæ ſunt magnæ cordia diuiriæ, & magnum lumen inteaioris hominis, Deum ſuum ſtire, Deum ſuum habare. hoc eſt, graria Deum colere, gratia Deum amare & laudare. quod eſt Deum uare inuocare. Quod aurem dixi, Cognoſcam in iſtis, quia cognoui in illia, non re conrurbet: quia uox eſt eccleſiæ, quæ & in præcedentibus inuocauit, & in futuris inuocabit.

In Deo laudabo.] Repetitio eſt propter cõuartendos, de quib. hic dictũ eſt. Ac ſi dicat: Sicut & in illia prioribus ſermones meoa in te Dao laodo, nihil da ma præſumens, eodem modo in his conoertandia nihil de me præſumam: ſed in te Deo patra laudabo uatbum meum tibi, non mihi aſcribendo: & in Domino filio, quia de ſeruitute noa tedemit. Laudabo eriam ſermonem meum, id eſt uerbum, & in Domino ſpiritu ſancto (debaret dicete) ſimilitet laudabo: ſed tanrum dicit quare, ſcilicer quia in Deo ſpiritu ſperaui, quæ cauſa communia eſt. Nam ſi ſperat in ſpiritu ſancto, ſperat in parra & filio, quorum una eſt maieſtaa & eſſentia. Speraui inquam in Dao, & ideo non rimebo quid faciar mihi homo. Nam quid faciat mibi homo? Sæuiat quantum uelit bomo, auferat aurum, argentum, auferat omne terrenum, tamen nil mihi faciet, quia uota mea mihi non auferat: hoc enim patrimonium eſt in corde incluſum, quod homo auferra nõ poretit: proferam da ara cordis laudis incenſum, de eellario eoofcientiæ bonæ fidei ſacramẽtum. Exigit anim Deua non hircũ, non uirulum, ſed exigit laudationem, & cũfeſſionam: id eſt fidem, quam nemo auferre poretir, ſi rũ eam nõ conrempſeria. Et hoc eſt q, dicit: Deus uota tua, id aſt ribi congrua & accepta ſunt in me, id eſt ſunt clauſa in corde meo, & ideo non poſſunt auferri. Vota dico quæ ſemper reddam ribi, & quæ illa ſunt uota dicit, ſcilicet laudationea.

Quoniam eripuiſti animam meam.] Idao meritò ta laudabo, quoniam eripuiſti iam io ſpe animã maam da morte, id eſt da actualibus peccatis grauioribus, & etiam aripuiſti itidem in ſpe pades maoe, id eſt affectionea meaa. de lapſu, id eſt etiam de actualibua minimis, ut oec labat in illia. Et ad boc me eripuiſti, ut demom perfectè placeam coram te Deo, ſcilicet in affectione ſanctorum: ego dico ens in lumine uiuentiũ. Lumen uiuentiom, lumen ſanctorum, lumen immortalium eſt, gratis Deum amare, colere & laudare. uel in lumine uiuentium, id aſt immortalitate, & in impaſsibilitate, ubi facie ad faciem uidebo.

IN PSALMVM LVI.

ARGVMENTVM.

ET hic Machabæorũ. uerùm incipiente iam uictoria lætabunda formatur oratio. Item uox Pauli poſt reſurrectionẽ. Item Arnobius: Cũ fugeris à facie principis huius mundi perſequentis te, ſicut Saul perſequebatur Dauid, ſpeluncam pete. id eſt, ita te cõſtitue, ut ab inimico tuo inueniri non poſsis, & tu quidẽ inimicum tuum inter manus habeas: ille uerò te nõ uideat. hoc enim eueniet, ſi ex toto corde dicas Deo, In umbra alarum tuarum ſperabo.

IN FINEM NE DISPERDAS DAuid, in tituli inſcriptione, cum fugeret à facie Saul regis Iſrael in ſpeluncam.

EXPLANATIO.

PEr finem Dominum ſignificat, qui nobis omniũ bonorũ perfectio reſtat: quia cum ad ipſum uenerimus, nihil ultra quærere opus habemus. Ne diſperdas Dauid, probibetur à Saule diaſperdi, qui à Domino fuerat præparatus ad regnum. In tituli inſcriptione. boc non Dauid, ſed Domino conuenit, ne uidelicet ſcriptus in paſsione titulus mutaretur, ſed quia Dauid Chriſti perſonam geſtat, boc nunc de ipſo dicitur, quod erat in Chriſti paſsione faciendum, ne diſperderetur Dauid de regno deputato: ſicut nec illa Domini potuit tituli inſcriptio cõmutari, cum fugeret à facie Saul in ſpelunca. Sicut Saulẽ fugiens Dauid in ſpelunca ſe condidit, ita Chriſti diuinitas eſt à perfidis Iudæis intra templum corporis abſcondita. Poteſt & ita dici, quia Dominus ad hoc uſq; paſſus ſit Iudæos, donec monumenti ſpeluncã intraret: maximè cum pſalmus bic non paſsionem tantũ illius, ſed & reſurrectionẽ decantet. Dominus Chriſtus in prima parte pſalmi orat, ſolicitus ſecundum bumanitatem, qua paſſus eſt. In ſecunda reſurrectionis ſuæ gloriam commemorat. In tertia laudes patri poſt reſurrectionem decantat. quæ membra Diapſalmatum quoq; interpoſitione diſtinguuntur.

COMMENTARIVS.

M*iſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea.*] Pſalmua iſte da paſſiona Dñi notatus, docet quantò noa diligera dabeamus, & quaota ſit perfecta menſura dilectionis, qoæ Deo placet, qua nulla maior eſt: quia ipſe de ea dicir, Maiotam charitatem namo habet quam ut animam ſoam ponat quis pro amicis ſuis. Hoc ipſe Dñs fecit, boc Apoſtoloa ſuoa docuit, hoc & nos per Apoſtoloa docuit. Et ſi quia attẽdens infirmitatẽ ſuam, deficit in præcepro, confirmatur in axemplo. Et aſt uox capitia, ita tamen ut non ſaparemus uocã corporis: quia noluit ſaparatim loqui, qoi noluit à corpora ſeparari. Iuxta quod dicit, Ecce ego oobiſcum ſum omnib. diebua, uſq; ad conſumationẽ ſaculi. Cuius titulus eſt: In finem oa corrũpaa Dauid, in tituli inſcriptione, cum ſugerar à facia Saul in ſpeluncam. Quod dicit ne corrumpaa Dauid, in tituli inſcriptione, non poreſt Dauid hiſtoriali adaprari, quia nullua titulua legitur ei ſcriptus, quem Saul corruperit, uel aliquis parſecutorum eiua. Et quia non inuanitur in hiſtoria, oportat ut inueniatur in allagoria. Legitur enim quidam titulua in paſsione Domini cõſcriptua, ut exprobraret fron res Iudæorum, qui manus ſuas à rage non abſtinuarunt. Quẽ titulũ Iudæi lagentes offenſi ſunt, & indignari talem ragem ſe babere, quẽ poſſent crucifigere, ad Pilatũ dixeruot, cui atiam Chriſtũ obtulerunt crucifigendũ. Noli regẽ ſcribare, ſad ſcribe ipſum dixiſſe, oõ eſſe. Sed quia propheratum erat, Ne corrũpaa tituli inſcriptionẽ, Pilatus iratus raſpoodit eis dicena, Quod ſcripſi, ſcripſi. Ac ſi diceret: Vt quid ſuggeritis falſitatem? ego noo corrũpo ueritatẽ. Horũ ſtulticiam prouidens ſpiritua ſanctua, immò ſæuitiam & inſaniam, admonet eoa per Propbetam ne corrumpar Dauid, id eſt, na pellera uelint uarũ Dauid. i. Chriſtũ de regoo ſibi deputato, ſubtrabando ſe ragimini aius, qui uere rex eorũ eſt (qa omniũ rex eſt) offenſi in tiroli inſcriptiona facta ipſi Dauid, cum ſugeret à facie Saul in ſpeluncam. hoc & hiſtoria habet, & allegoria. Fugit anim hiſtorialis Dauid, Saulem perſecutoram immitem & ingratum in ſpeluncam, in quã occultabaror, & terra regebatur. Fugit quoqua nuoc noſter Dauid in ſpeluncam, quando uerbom quod in principio erat apud Deũ, infirmitatem noſtrã induit, in qua ſe bia qui p Saul deſignanẽ. i. Iudæis occultauit. Oportebat enim eum ſic ut intelligerẽ uidari, quia ſi cognouiſſent, nunquam Deum gloriæ crucifixiſſent,

ſent. Quara Dominum noo cognouerunt? Quis terram oculis eorum ſubijciebat, & m ieſtarē ſuam terra contegebat: in qua terra, tantum potuit teneri, flagellari & crucifigi. Malè quærentibus terram oppoſuit, bene quærentibus uitam reſeruauit. Aliter quoque poteſt dici, fugiſſe ſcilicet, quia in tantum paſſus aſt ſe illis occultari, ut in cruce moraretur, & in ſepulchro poneretur. De quo ſepulchro ſurrexit incorruptus, ſicut Dauid de ſpelonca receſsit illæſus, occultans ſe inimicis, & manifeſtans ſe membris ſuis. Apoſtoli enim eius membra tractauerunt, quia eum ſurrexiſſe crediderunt. Titulus ſic conſtituitur: Hæc uerba referuntur in finem, propoſita ad hoc, ne tu aliquia corrumpas Dauid, offenſus in tituli inſcriptione facta cum fugeret Dauid. Nūc ad pſalmum accedamus. Vox eſt capitis (ut prædiximus) pro ſe & pro membris ſuis orantis. Orat pius magiſter, ut nos doceat orare: qui ideo paſſus eſt, ut nos pati doceret: & reſurrexit, ut nobis ſpem reſurgendi daret. & dicit ita: Deus pater miſerere mei, reſtituendo me immortalitati, & miſerere mei, id eſt, meorum nunc per interiorem reſurrectionem, quo uſque & per exteriorem. Et dignum eſt ut hoc facias, quoniam anima mea & meorum confidit in te ſolum, nihil præſumendo de ſe. Et non tantum nunc in te confido, ſed etiam ſemper ſperando in meis, in umbra alarum tuarum, hoc eſt, quia ſicut umbra maternarum alarū protegit pullos, ita tu proteges me in meis obumbraculum dando, ne ab æſtu iniquitatis ardeam. & tandiu ſperabo, donec tranſeat iniquitas, id eſt, quandiu mundus erit. Tranſijt iam iniquitas, quantum ad caput quidem & quoſdam ſanctorum, ſed tamen non perijt iniquitas. Nūc enim feruet iniquitas, & ſemper feruebit dō mundus erit: quia ſicut quibuſdam morientibus iniquis ſuccedunt alij iniqui, ita morientib. quibuſdam iuſtis naſcuntur alij. & ſic nunquam in hac uita deerit iniquitas perſequens, & iuſtitia patiens.

Clamabo ad Deum altiſsimum.] Quia ſperabo in Deo, clamabo ad Deum, ad quam merito clamandum: quia altiſsimus eſt, id eſt ſuper omnia eſt. Et tamen miſeriæ noſtrę proximus eſt, quia ſicut aſt Deus de longè, ita & de prope. Sicut enim alta & ſuperba à longa cognoſcit, ita humilia de uicino reſpicit, quia prope eſt Dominus his qui obtriuerunt cor. Clamabo inquam ad Dominum, & ipſe benefaciet & mihi & meis. Vnde ex perimento data eſt mihi fiducia, quia iam bene fecit mihi in meis. Si enim meis antequā eum cognoſcerent benefecit, mittendo mihi propiciatorem & conſolatorem, qui & moreretur propter peccata eorum, & reſurgeret propter iuſtificationem eorum, nonne exaudit me clamātem, id eſt iterum iſſe benefacientem? Vtiq; exaudiet.

Miſit de cœlo.] Benefecit inquam meis in me, & ut per me benefaceret, miſit diuinam potentiam ſuā de cœlo, & liberauit me hominē, aſſumens me de utero & immunem à peccatis faciendo: & aſſumens me de ſepulchro reſuſcitando me, per quod dedit iam diſpoſitione, & daturus eſt in re: conculcantes me, id eſt Iudæos, tribulantes me in opprobrium. Magnum enim opprobrium eſt, quod in ciuitate illa in qua magis ſæuierunt & ſuperbierunt, omne ius amiſerunt, & inde eradicati, & ubique diſperſi contemptibiles omnibus ſunt facti. Hoc etiam ad obprobrium pertinet, quod capſarij, id eſt librarij noſtri facti ſunt: qui portant nobis libros ſuos, ſicut ſolent ſerui poſt dominos. ipſi enim deficiunt portantes, Chriſtiani proficiunt legentes. Et ſimiles cæco qui lucidiſsimum ſpeculum portaret, in quo imago ſua alijs, & non ſibi eſpceret: quia ipſi portant libros, in quibus uultus eorum, ſcilicet quid eis promiſſum fuiſſet, nobis elucet, eis uerò non apparet. Maximum autem eſt opprobrium, quod illum quem ſe prorſus putauerūt deleuiſſe, audiunt ubiq; exaltatum eſſe.

Miſit Deus miſericordiam ſuam.] Miſit inquam Deus pater uerbum ſuum, ut me liberaret: miſit etiam ad alios liberandum me miſericordiam ſuā, id eſt me miſerijs aliorum compatientem, & miſericordiam exhibentem: & me ueritatem ſuam, id eſt uera docentē. Vel poteſt dici ad ſimilitudinē hoc legationis ita: Miſit Deus pater uerbum & me hominem aſſumpſit. Miſit quoq; miſericordiam ſuā, quia miſericorditer mecum egit: & ueritatem ſuam, quia uere promiſit. Miſericorditer enim impleuit, quo ueraciter promiſit, & eripuit animam meā. Dixit ſuperius, liberauit me. Ex hoc modo quaſi diceret: Liberauit me, quia eripuit animam meam, reſuſcitādo me de medio catulorum leonum, id eſt de medio Iudaici populi. A leonibus, id eſt principibus ad interficiendum me ſeducti. Per catulos enim minores, per leones uerò maiores intelliguntur: quia in mortem eius omnes conſpirauerāt. Maiores quippe eum interfecerunt, minores autem conſenſerunt. Et quid opus fuit ereptione? ideo ſcilicet, quia dormiui: id eſt, mortem ſubij, quæ mors potius dicēda eſt dormitio, quam mors: quia tam facile ab ea, uelut à ſomno ſurrexi, ego dico cōturbatus. Repugnare uidetur, quod & dormiret, & conturbatus eſſet: quia qui conturbatur, aut ſomno excitatur, aut ne in ſomnum uergat prohibetur. ſed hoc dicit quantum ad illos, qui per mortem quam iocundiſsimam habuit, conturbatum eum putauerunt.

Filij hominum.] Quaſi dicat: Qui te conturbauerunt? R. filij hominum cōturbauerunt me. hoc ideo determinat, ut oſtendat illos nō eſſe excuſabiles, qui ſe excuſabiles putauerunt dicentes Pilato: Nobis non licet interficere quēquā. Tale enim eſt, quaſi dicat ei propheta: Si non licet interficere, nec licet ad interficiendum tradere. Et quaſi dicat: Quomodo te conturbauerunt, qui nullum in te gladium ſtrinxerūt? dicit linguam eorum gladiū accipe, quia dentes, id eſt mordacia uerba eorum fuerunt arma, quantum ad conſilium, quod inuenerunt occultè. Et ſagittæ, quantum ad uolantia uerba, in accuſationē. & fuerunt gladius, quantum ad ſententiam, de morte cum dixerunt: Crucifige crucifige eum.

Exaltare ſuper cœlos.] Illi quidem putauerunt me tōturbaſſe, tu aūt Domine uerbū, in cruce homo, Deus in cœlo, exaltare me, hoīe exaltato, ſuper cœlos nō ſolō ſuper materiales, ſed ſuper oēs ordines angelicos. Et gloria tua. i. glorioſus tuus, ſcilicet ego glorificatus à te per immortalitatem & per incorruptionem, exaltetur non ſuper Iudæā ſolū, ſed ſuper omnem terram. Quod & factum eſt, cum per Apoſtolos in omnem orbem prædicatus eſt.

Laqueum parauerunt pedib. meis.] Neceſſe eſt ut me exaltes, quia ſunt qui deprimunt me. Namq; filij hominō parauerunt laqueum, id eſt impedimentum pedibus meis. Et accipe pedes, minus uel promiſsiones, quib. doctrina ueritatis procedit: uel ſanctos Apoſtolos, quibus ipſe pceſsit ad notitiā gētium. Et nō ſolū laqueō parauerunt mihi, ſed & animā meā & meorū incuruauerūt, id eſt incuruare & deprimere uoluerunt. Suam quidem, quando dixerunt, Dęmoniū habes, &c. Non eſt hic homo à Deo, & ſimilia. Suorum uerò, quando eos ſibi conformare uoluerunt.

Foderunt ante faciem meam.] Hoc inquā modo parauērunt mihi laqueū, quia foderunt foueā, id eſt parauerunt deceptionē & mortem mihi, quaſi neſcienti reputationē eorum: ſed tamē ante faciē meā fuit, id eſt, manifeſtum mihi cor eorum cognoſcēti fuit. Vel per foueā poſſumus accipere manifeſtā dānationis ſentētiā, quia in tantum eum neglexerunt, quòd ante faciā eius, id eſt in pręſentia dānare eum nō dubitauerunt, dicētes: Reus eſt mortis. Et inciderunt in foueā, quia quiſquis alij dānationē parat, prius ſe ipſum damnat. prius enim in ſe peccat, q̄ in alterō. Et ſemp felicior eſt triſtitia patientia, q̄ iniqua lętitia inferentis. Item: Oīs ſententia iniquè data, damnat auctorē ſuum. quod attinet ad poſteriorem de fouea ſententiam.

Digitized by Google

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & pſalmum dicam Domino.] Ipſi inquam parauerūt foueam, ego uerò patientiam: ipſi ad deprimendom, ego uerò ad patiendum. Quia paratum eſt cor maum in me, & paratum cor meum eſt in meis, & ideo ô Deus pater cantabo tibi in me & in meis corde & ore, & pſalmum dicam opere. Et ut pſallam & cantem, quaſi dicat: Morere ignominia mea, id eſt caro mea, in hoc quod mortalis, qood paſsibilia: & exurge ut gloria mea, id eſt, in immortalitate & impaſsibilitate glorificata. Exurge dico caro mea, ens pſalterium & cythara. Res una eſt, & continet duo muſica inſtrumanta: quia in ona carne Chriſti ſunt nobis exhibita duo diuerſa ſactorum genera, deſignata per duo diuerſa muſica inſtrumenta. Pſalterium nanque quòd à ſuperiori ſonat, ſigoificat miracula diuinitus nobia exhibita: cithara uerò, quod ab inſeriori ſonat, tribulationes & infirmitatea noſtaa in corpore Chriſti exhibitas ſignificat. Pſalterium ſonat, cæci uident, claudi ambulant, & ſimilia: cithara uerò ſonat, ſamem patitur, dormit & triſtatur, & ſimilia. Dico exurge. Et reuera ita erit, quia ego exſurgam. Et hoc ideo dicit, ut per hoc comprobet, oerbum perſonaliter ſibi coniunctum, patri coæquale & conſubſtantiale: quia enim pater & uerbum unum ſunt, & pater eum reſuſcitauit, & ipſe ſecundum uerbum ſe reſuſcitauit. Diluculo ponit ideo, uel ut notet tempus reſurrectionis, quæ mane ſacte eſt. Vel qoia ſicut diluculum poſt tenebres fugatas dicitur, ita tunc fugatis tenebris ioſidelitatis luceſcere cœpit lumen fidei & ueritatis.

Confitebor tibi in populis Domine.] Quia exſurgam, ideo Domine confitebor tibi in Pſalmis Iudaicis. Et Pſalmum dicam tibi, laudabo te per opera bona etiam in gentibua. Et meritò laudabo te, quia ego non ſolum dicendus miſericors, ſed ipſa tua miſericordia. Qui cum potens eſſem, miſer factus ſum, ut remedium conferrem miſerijs aliorum. Et qui ſum dicendus ueritaa tua, quia per me mundo omnia ueritas eſt oſtenſa. ſum magnificatus, id eſt, exaltatus uſque ad cœlos conſtituendoa, & uſque ad nubea conſtituendas. Et accipe per cœlum & per nubes, prædicatorea. Per cœlum uerò maiorea, ut Apoſtolos: per nubea uerò inferiorea. Vel aliter. Videtur conuenientius ut ueritaa referretur ad cœlos, & miſericordia ad nubea: quia cœli ſunt angeli, qui quanto altiores, & ueritati uiciniores: tanto perfectius ſine caligine uiſionis ſpem ueritatis intuentur & laudant dicentes: Sanctus, Sanctos, Sanctus. Nubes uerò dicuntur prędicatores propter tenebroſam carnam, qua teguntur, licet Dominus per eoa intonet minis, & coruſcet miraculis. Et quia in eis eſt miſeria, ideo indigent miſericordia. Quare ad nubea pertinere uidetur miſericordia, & ad cœlos ueritas. Et tamen ueritaa quidem præpollet in angelis, ſed Dominus dedit eam etiā nubibua. Et qoia angeli non indigent miſericordia, ideo Dominos miſericors hominum miſerias miſeratus, dedit eis miſericordiam, & per clarificationem reſurrectionis, & incorruptionis angelis eoa coęquauit. Et ideo dictum eſt rectè, Quoniam miſericordia Dei magnificata eſt uſque ad cœloa conſtituandos: quia per miſericordiam hominea facti ſunt cœli, id eſt, angeli, & ueritaa uſque ad oubea conſtituendas; quia prædicatoribua ueritatis coguitio ſuo modo data eſt.

Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua.] Vt populi & gentes confiteantur. Vel ut miſericordia & ueritas magnificentur, ideo tu Deus uerbum, homo in cruce, Deus in cœlo. Exaltare me quidem, exaltato ſuper omnea cœloa, & reliqua.

Repetitio eſt non ex neceſsitate narrantis, ſed affectione orantis.

IN PSALMVM LVII.
ARGVMENTVM.

CReſcente indies fama & uictoria Machabeorum, quidam ſe illis inimici fraudulenti admiſcebant, à quibus & Ionathas Simonque cum filijs ſunt interempti. hos ergo Pſalmus iſte redarguit. Aliter Propheta de ſenioribus Iudæorum dicit.

IN FINEM NE DISPERDAS David in tituli Inſcriptione.

EXPLANATIO.

NOmen finis & David in tituli inſcriptione Chriſtum in cruce deſignat, commoneturque Pilatus ne diſperdat ſcriptum titulum, qui regem Dominum declarabat. In prima narratione Dominus Iudæorum exprobrat nequitiam. In ſecunda retributiones eorum aptiſsimis comparationibus declarat. In tertia qualis fiat correptio iuſtorum de peccatorum ultione memoratur.

COMMENTARIVS.

SI uerè utique iuſtitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum.

Titulus eſt talis: In finem, ne diſperdas Daoid in tituli inſcriptione. Hæc referuntur uerba in finem propoſita, ne tu quilibet diſperdas Dauid, id eſt, ne diſsipes, quātum in te eſt regnum Dauid, ſubtrahendo te regimini eius, tu dico offenſus in tituli inſcriptione. Per titulū enim Dauid, id eſt Chriſtus obtinuit ſibi regnum in Iudæis, id eſt, in confitentibus. Verè autem confitentes ſunt, qui uera dicunt & faciunt. Quia ego aliter facit quam loquitur, ille qoantum in ſe eſt, corrumpit titulum: quia regnū Dauid, quem non uult imitari, à ſe repellit. Quiſquis enim manere in Chriſto ſe dicit, ambulare debet, ſicut & ipſe ambulauit, id eſt debet eum imitari. Poteſt autem in hoc pſalmo eſſe uox capitis uel eccleſiæ, aut quod commodios eſt prophetæ. propheta inter maledicentiom & adulantium peccata uel pericula uiuens, nec timens conuiciatorem, nec amans adulatorem: audiens uocem omoium, attendens labia omnium, attendens labia & diſſona corda: quia aliud perſtrepit in labijs, aliud in præcordijs celatur. Hortatur eos ne loquantur falſam iuſtitiam, ſed ueram iuſtitiam, & ipſam uti eſt loquenda, id eſt ut qood dicunt ore, probent & opere. Et dicit ita: Si loquimini, id eſt ſi uultis loqui iuſtitiam uerè, & uti uera iuſtitia loquenda eſt, uos dico qui filij hominum eſtis, id eſt, qui rationē habetis, & ideo qood bonum eſt, uelle debetis, iudicate rectè, id eſt quod iudicandum eſt iudicate, id eſt placeat uobis non tantum iuſtitia labiorū, ſed etiam factorum: quia ſi aliter agis quam loqueris, iuſtitiam quidem loqueris, ſed iuſtitiam non iudicas. Nullus enim adeò peruerſus & deuius, cui non ſit facile loqui de iuſtitia: quia ueritas naturaliter hoc hominibus inſeruit, Qood tibi non uis, alij ne feceris. Nec permiſſus eſt hoc aliquis ignorare etiam ante legem datam, ut eſſet unde iodicarentur, & quibus lex non eſſet data. Sed ne homines aliquid ſibi deeſſe conquererentur, ſcriptum eſt & in tabulis quod noluerunt legere in cordibus ſuis, ut per forinſecus obiecta, cogerentur ita ad ioteriora ſua, dicente ſcriptura: Redite præuaricatores ad cor. Quia enim te docuit ut nolles aliquem ad uxorem tuam accedere, aut

Digitized by Google

ders, aut aliquid ui uel furto tibi rapere, nonne cor tuum? Si ergo non ſolus uiuis inter homines, ſed potius es in humano genere, qui tecum natus eſt: Quicquid mali tibi non uis fieri, nolis facere alteri. Et quicquid boni tibi uis fieri, uelis impendere alteri. Sciendum eſt, quòd aliquis iuſtitiam uerè loqui poteſt, & non uti debet ut aliquis interrogatus, an fides, an pecunia dignior eſt: & quod iuſtum eſt reſpondere poteſt & uerè, ſi fidem præfert, & tamen non hoc faciet ut decet, quia ſi loquutus ſit citò, fidem pecuniæ poſtponet. Et ideo non eſt ſuperfluum utique ſic expoſitum. Poteſt & eſſe illatiouum, quaſi propheta ſic illis quos admonet diceret: Video quod omnibus uobis facile loqui de iuſtitia eſt, ergo ſi uultis eam loqui uerè, rectè iudicate.

Etenim in corde noſtro.] Ideo dico rectè iudicate, quia uos aliter facitis. Etenim operamini iniquitates in corde, id eſt uultis omne malum, & ſi non perficitis, non ideo remanet: qui non uultis, ſed quia iam non poteſtis. In hoc loco dicit beatus Auguſtinus: Quicquid uis & non potes, pro facto Deus habet. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Operamini inquam iniquitates in corde. Et utrum tantum in corde, & non in frequenti actu eſſet, ſed manus famulantur cordi ſuo, & ſequuntur cor ſuum. Cogitatur enim malum, & fit malum: aut ſi non ſit, non ideo remanet: quia nolumus, ſed quia non poſſumus. Et hoc eſt quod dicit: Manus ueſtræ concinnant, id eſt contexunt peccata, peccata ſuperaddendo iniuſticias, id eſt mala opera: quia ſicut in concinnis fit, ubi ſimili ſimile ſupponitur. de talibus per Eſaiam dicitur: Væ his qui trahunt peccatum ſuum ſicut longam reſtim. Et quòd tales concinnant iniquitates, inde non auctor, ſed ipſi ſunt accuſabiles: quia ipſi uel prorſus contemnunt in utero matris eccleſiæ regenerari, aut ſi ibi concipiuntur, non partum expectant, ſed aboriuntur. Vterus eccleſiæ ſunt præcepta ueritatis, uulua uerò eius perfecta horum eſt informatio. Et puer aliquis naſcitur in matris uiſceribus, & de uiſceribus. In uiſceribus quidem, cum concipitur: de uiſceribus uerò, cum per uuluam generatur. Sic aliquis concipitur in utero eccleſiæ, cum incipit ſtrui à ueritate: ſi autem perfectè informetur, quaſi per uuluam generatur. Si uerò cum adhuc lacte egeat, per ſuperbiam nolit eſſe magiſter, per abortum inde exit. quod faciunt hæretici. Sunt autem multi, qui nec uelint ibi concipi. Et hoc eſt quod dicit: Peccatores, id eſt legis tam ſcriptæ quam naturalis tranſgreſſores, alienati ſunt à uulua, id eſt à regeneratione perfecta. Alij autem quia nunquam eſſe, acceſſerunt: alij uerò & ſi acceſſerunt, ideo tamen à perfectione alienati ſunt, quia ab utero auulſi errauerunt, id eſt, qui antequam perfectè informarentur in utero, latera matris eccleſiæ grauiter errore ſuo concutientes, tanquam abortiui exierunt.

Et ideo locuti ſunt falſa, id eſt placent eis falſa: uera autem nec audire uolunt, quia illis furor eſt, id eſt, ira contra prædicatores ueritatis, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſerpentis dico, ſicut huius ſerpentis aſpidis, quæ nõ exaudiet uocem incantantium: & non exaudiet uocem uenefici incantantis. Sapienter ſolent Marſi aſpides incantando de tenebroſis antris elicere, de ueneno illarum nituntur facere quoddam antidotum: ſed quia ſcit ſerpens illa naturaliter ſe ad mortem prouocari, unam aurem terræ adiungit, atque cum cauda aliam obtrudit, & ſic incantatorem plerunque non audit. Prædicatores ſunt incantatores, qui ad hoc incantant, id eſt prædicant, ut hominem de tenebris erroris aut infelicitatis eliciant. Et ſapienter incantant, quia monent eos, ut de terrenis ad cœleſtia tendant. Per aſpidem uerò deſignantur illi, qui delectatione præſentium, quæ per aurem terræ applicatam intelliguntur, & recordatione præteritarum delectationum, quæ per caudam notantur, ita cor ſuum obdurant, ut præconia ueritatis non audiant, & in infidelitatis uel erroris ſui tenebris permaneant. Per ueneficum quoque prædicatores deſignantur, quia ſicut uenenum ui per uenas currit, ita ſermo eorum ad interiora ui ſua irrumpit.

Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum.] Ipſi quidem loquuntur falſa, Deus autem conteret dentes, id eſt, mordacia uerba eorum, in ore ipſorum, id eſt per propriam ſententiam ipſorum eorundem. Vnde dictum eſt: Comprehendam ſapientes in aſtutia ſua. quod tunc fuit factum, quando quidam cauſa reprehendendi quæſierunt à Domino, an liceret cenſum dare Cæſari, an non. Si enim diceret quia liceret, uocarent eum immiſericordem, qui plebem ſuam tributariam faceret: ſi uerò negaret, dicerent quia liceret, quia reus maieſtatis eſſet. ſed in aſtutia eorum Dominus eos comprehendit, quia per eorum ſententiam confutauit eos dicens: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Sic & muliere comprehenſa in adulterio, & pluribus locis alijs fecit. hic uerò ita accipiendum hoc eſt, Conteret dentes eorum in ore ipſorum, id eſt per ſua uerba propria faciet eos recognoſcere contradictiones eorum falſas eſſe. Quod ad minores referendum eſt, quod uerò ſequitur ad maiores, ſcilicet quia molas leonum, id eſt, manifeſtas contradictiones principum confringet, id eſt inefficaces faciet Dominus. Molæ enim maiores dentes ſunt, & ideo per molas grauior cõtradictio principũ, quæ factis etiam ſic intelligitur.

Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, intendit arcum ſuum donec infirmentur.

Hoc inquam modo molas leonum confringet Dominus, quia leones illi in rugitu ſuo deuenient ad nihilum, id eſt deficient, & hoc ita uelociter tanquam aqua decurrens deuenit ad nihilum. Eſt quædam aqua decurrens, torrens ſcilicet, quæ pluuialibus aquis creſcere ſolet, ſed breui uiatores impedit, quia citò deficit: ſic & iſtorum ſæuitia præcones ueritatis, qui ſunt uiatores ad patriam tendentes remoratur, parum tamen, quia citò euacuatur. Deuenient in quã ad nihilum, & hoc ideo, quia Dominus intendit eis arcum ſuum, id eſt minas ſuas de futura damnatione per ſcripturas & per præcones ſuos: nec ceſſabit intendere, donec ipſi in ſe infirmentur, id eſt recognoſcant infirmitatem ſuam, & confiteantur eam. Sicut ille uerè infirmatus eſt, qui proſtratus in uia dixit: Domine, quid me uis facere? nunc enim infirmum ſe cognoſcebat, qui ſe ſanum prius putabat.

Sicut cera quæ fluit, auferentur.] Id eſt, infirmati quippe ſaluabuntur: qui uerò non ſic infirmabuntur, damnabuntur: quia auferentur ſicut cera, id eſt, comparabiles facti ceræ, quæ adhibita igni fluit. Quia ignis uidelicet uitiorum uel incentiuorum, & totius prauæ concupiſcentiæ deuaſtat eos interius. Vnde nihil aliud eſt tota uita eorum, quam quædam defluxio à creatore ſuo. Sciendum quòd ignem gehennæ, qui duplex eſt quia alius eſt inferorum, qui nunc eſt: alius uerò eſt futurus, in quem ſcilicet tandem mittentur diabolus & miniſtri eius, præcedit quidam ignis occultus. Ignis ſcilicet incentiuorum, quã per traducem peccati nobiſcum naſcitur. Naturaliter enim in nobis eſt titillatio. Hunc ignem ſi quis intrauerit, & futurum uitabit. facile autem uitatur, ſi ſemper à nobis caueatur: quia facile eſt ipſum ſuperari, ſi uelimus colluctari. Si quia autem homo hoſtem negligat, & creſcere ſinat, poſtquam præualuerit, intellectum eius obſcurabit. Et ſic ſolem non uidebit illum de quo dictum eſt: Errauimus à uia ueritatis, & ſol nõ ortus eſt nobis. & hoc eſt q, dicit: Ideo dico quia ſicut cera auferent, quia ſicut ignis ſupra dictus ſupercecidit, id eſt ita in eos cecidit, q, ſuperior fuit. Et illo igne intellectũ ipſorum obſcurante, non uiderunt ſolem, id eſt non cognouerunt ſolem, ſcilicet iuſti-

ceriuſtitiæ. Et henc cæcitatem prius paſsi ſunt, quã ſpinæ ueſtræ intelligerent ramnum: proprius quam ramnus ueſtras intelliget ſpinas, hoc eſt, Taliter etiam hic occultè puniuntur, antequem ad manifeſte tormenta miſsitarum delectationum & uoluptatum perducantur. Ramnus herba eſt, quæ cum primo ſeties ſit mollis & delectabilis, deinde in aſperrimas ſpinas induraſcit. Per hanc uel caro ſignificetur, quæ nunc in peccatis delectet: uel ipſa peccata, quæ modo quidem ſunt dulcia & iocunda, tandem uerò producunt aſperrimas ſpinas, id eſt, producunt in æterna tormenta. ſic enim intelligendum eſt quòd ait: Priuſquam ramnus intelligat ſpinas ueſtras, non quòd rammis ſpine ſic intelligat, ſed quia cauſa erit, cur homines eas intelligant. Habet alia translatio competentius bene literam, ita ſcilicet: Priuſquam ramnus producat ſpinas.

Sicut uiuentes.] Supercecidit inquam ignis, & illis inquam ignis abſorbet eos in præſenti: eos dico non uerè uiuentes, ſed ſicut uiuentes, quia interius mortui ſunt.

Et abſorbet eos ſicut in ira.] Quod ideo dicit, quia hęc ira, id eſt uindicta Dei de illis eſt quaſi ſimilitudo illius grauis iræ, quam patientur in futuro igne gehennæ. uel quia Deus licet cum tales punit, patientibus iratus uideatur, non tamen ira cadit ſuper eum: quia de eo dictum eſt, tu Domine ſabaoth, omnia cum trãquillitate iudicas.

Lætabitur iuſtus.] Quaſi dicat: Quòd tales ſicut cera auferentur, & ab igne abſorbentur, permittit Deus ſuis non inutiliter hoc fieri: quia cum iuſtus uiderit, id eſt intellexerit uindictam de talibus ſumi, lætabitur non de illorum damnatione, ſed de ſua liberatione. Et meritò lętabitur, quia lauabit manus ſuas, id eſt mundabit opera ſua. in ſanguine peccatoris, id eſt in conſideratione damnationis peccatoris. Dicit enim Salomon quia flagellato ſtulto, ſapiens aſtutior erit. Et tunc homo, id eſt uerè ratione utens, dicit: Vtique, id eſt reuera ſi non ſolum reſeruentur æterna præmia iuſtis in futuro, ſed etiam in præſenti fructus eſt iuſto, ſcilicet ut iuſtus iuſtior fiat tunc. Vtique, id eſt reuera iniuſti non ſolum damnabuntur in futuro, ſed etiam Deus eſt dijudicans eos, id eſt damnans eos, ſcilicet ut iniuſtus iniuſtior fiat in terra, id eſt in præſenti habitatione.

IN PSALMVM LVIII. ARGVMENTVM.

HIc etiam Pſalmus in perſonam Machabeorum formatur. Item Arnobius: Quando domus corporis tui à principe huius mundi cuſtodiri præcipitur, ut capiaris & interficiaris gladio cuiuſcunque peccati, ex totis uiribus exclama: Eripe me de inimicis meis Deus meus.

IN FINEM, NE DISPERDAS DAuid in tituli inſcriptione. quando miſit Saul, & cuſtodiuit domum eius, ut eum interficeret.

EXPLANATIO.

PRincipium tituli ſæpius expoſitum eſt, ubi paſsio Chriſti & regnum eius inuiolabile deſcribitur, quando miſit Saul, & cuſtodiuit domum eius, ut eum interficeret: quando miſerunt principes ſacerdotum, & cuſtodierunt monumentum Chriſti, ut eum quaſi in morte ſeruarent, reſurgendi ianua precluſa. Primo ingreſſu Pſalmi orat Dominus ne ei inimici nocere præualeant. Secundo proſequitur quemadmodum in fine ſeculi conuertendi ſint Iudæi, & pro eis oratio mirabili pietate depromitur. Tertio quæ facturi ſint poſt conuerſionem, & ſe in ſanctis ſuis gaudere teſtatur. quæ partes diapſalmatis termino diuiduntur.

COMMENTARIVS.

ERipe me de inimicis meis, Deus meus.] Titulus eſt talis: In finem ne corrumpas Dauid, in tituli inſcriptione, cum miſit Saul, & cuſtodiuit domum eius, ut interficeret eum. Pſalmus iſte habet titulum de titulo, ſicut & duo ſuperiores: quia intitulatur, Ne corrumpas Dauid in tituli inſcriptione. Eſt quidam titulus in dominica paſsione ſcriptus, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum: Hebraicè, Græcè & Latinè. Hunc Iudæi legentes indignati ſunt, & Pilato dixerunt: Noli ſcribere, quia rex eſt: ſed ſcribe eum dixiſſe, non eſſe. Titulus enim (quaſi dicat) confirmat ipſum regem noſtrum, & nos regnum eius eſſe. & hoc modo titulum, quantum in ſe fuit, corruperunt, & regi contradixerunt. Sed nunquid, quia contradixerunt, dominationem eius euertere potuerunt? non utique, quia titulus uerè corruptus non eſt. Ipſum nanque occidendo potius regem fecerunt gentium, quem occiderunt: quia reſurrexit, & gentibus prædicatus eſt, & ſic factus eſt rex non ſolum Iudæorum, immò & gentium. quod autem additum eſt, Cum miſit Saul, & cuſtodiuit domum eius, ut interficerent eum, accipi poteſt & in Dauid hiſtoriali & in ſpirituali, quia & hiſtorialiter Saul miſit ad domum Dauid ut interficeret eum. Et regnum Iudęorum, quod per Saulem ſignificatur mortuo Chriſto, & poſito in ſepulchro. quod ſepulchrũ quaſi domus eius fuit ad cuſtodiendum ipſum, miſit cum diceret Pilato: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit, Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum, ne diſcipuli eum furentur, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis. Miſerunt itaque ut interficerent eum, non quantum ad caput (quod iam mortuum in illa parte, quæ poterat) ſed quantum ad corpus eius, quod eſt eccleſia, ſcilicet ut non reſuſcitaretur, & in eum non crederetur. Et ut mendacium dormientium cuſtodum præualeret, & mundus poſt eum non abiret. Sed ſicut Saul efficere non potuit, ut Dauid interficeretur: ita nec regnum mendacium Iudæorum hoc ualuit efficere, ut mendaciũ dormientium cuſtodum præualeret teſtimonio uigilantium Apoſtolorum. Poterat enim cuſtodibus illis dici, Si dormiuiſtis, neſciuiſtis: ſi autem uigilaſtis, quare furtum non prohibuiſtis? Eſt autem uox capitis à cuſtodibus illis per reſurrectionem liberari orantis, & nos ut liberemur ſuo exemplo orare docentis. Et dicit ita: Deus pater Deus omnium per naturam, meus autẽ & meorum per gratiam, eripe me & meos de inimicis meis uiſibilibus & inuiſibilibus. Inimici Chriſti diabolus & angeli eius & miniſtri eius fuerunt, & adhuc ſunt corporis eius: quod ſubſequenter notatur cum dicit, Et libera me ab inſurgentibus in me, & meos maximè. Semper enim prædicti hoſtes inſurgunt in nos, & illudere quærunt infirmitati noſtræ ſuggeſtionib. tentationib. & uarijs illuſionibus: ſed ſi uox noſtra uigilet, & ad Deũ clamet, ſine dubio liberabimur. Eripe dico Deus pater, me & meos de operantib. iniquitatem, id eſt uel de Iudæis operantib. iniquitatẽ ſpecialem, i. medici mortẽ. uel de omnibus quamlibet iniquitatem operantibus eripe meos, ne eis conformentur, & ſalua me & meos de uiris ſanguinum. Viri ſanguinum fuerunt, qui ſanguinem innocentem fuderunt, & qui clamauerunt, Crucifige,

crucifige

crucifige eum, cum Pilatus eligeniena lotis manibus dimittere eum uellet: & qui ſanguinem damnationis poſteris ſuis propinauerunt dicentes, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, & qui etiam in corpus eius ſeuierunt. Stephanum enim lapidauerunt, & plures alios occiderunt. Tales uiri ſanguinũ etiam in gentib. accipi poſſunt, quia & gentiles Chriſti perſecutores ſecundum corpus ſunt. Sed Chriſtus ab omnibus eripitur, & à præſentibus & à præteritis & à futuris. Primus quidem à præteritis, futurus à futuris, præſens à præſentibus.

Quia ecce ceperunt animam meam.] Ideo rogo Deus pater ut eripias, quia inimici ceperunt animam meã reputatione ſua dicentes, Perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat. uel ceperunt animam meam ſimpliciter, id eſt me interfecerũt. Et ceperunt animã meã, dum meos conformare ſibi putauerunt. Ecce (quaſi dicat) putauerunt quod ceperunt, & ipſi fortes irruerunt in me & in meos, tanquam debiles & infirmos. Fortes iſti poſſunt accipi diabolus & angeli eius, de quo dictum eſt: Dum fortis cuſtodit atrium ſuum & reliqua. Fortes etiam ſunt de terrena felicitate timentes, ut quidam de robore ſuo, quidem de gloria, quidam de diuitijs. De quibus dictum eſt: Qui ſperauit in me, d. ſ. & reliqua. Eſt adhuc aliud genus malè fortium maxime cauendum, eorum ſcilicet qui iuſtitiam ſuam ſtatuere uoluerunt, & iuſtitiæ Dei ſubditi eſſe nolunt. Tales fortes non uenit uocare Dominus, qui dicit: Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. & item: Non eſt ſanis opus medico, ſed male habentibus. Hi fortes Apoſtolis inſultabant dicentes: Quare magiſter ueſter cum publicanis & peccatoribus manducat? Iuſtos ſeipſosque, & illos iniuſtos deputabant. Hi quoque cum quidam quos miſerant ad comprehendendum eum, dicerent: Nunquam locutus fuit homo ſicut hic homo, dixerunt, Nunquid aliquis ſcribarũ uel phariſeorum crediderunt in eum? ſolus populus iſte neſciens legem. Quaſi dicat: In eum non niſi ſtulti credunt, nos uerò ſapientes ſumus, & in ipſum non credemus. Et hi fortes irruerunt in lapidem offenſionis, quia uiſus eſt eis agnus hœdus, & quia agnum ut hœdum occiderunt, ideo ab agno redimi non meruerunt.

Neque iniquitas mea.] Ipſi quidem in me irruerunt, ſed tamen nullum peccatum in me inuenerunt, quia neque iniquitas mea in actualibus, neque peccatum meum originale. Vel neque iniquitas mea in opere, neque peccatum meum in cogitatione. Eſt inde cauſa, nam ego cucurri, quia nulla carnis illecebra me tenuit, ens ſine iniquitate. Ipſe enim particeps factus eſt noſtræ infirmitatis, non noſtræ iniquitatis, ut ex eo quidem quod nobiſcum communicaret, iniquitatem meam deleret. Et ad hoc cucurri, ut diſtortos in malum dirigerẽ ad bonum, & direxi uerbo & exemplo, quantum in me fuit. Ipſi uerò me currentem ſequi non potuerunt, quia ueſtigia mea non cognouerunt.

Exurge in occurſum meum, & uide: & tu Domine Deus uirtutum Deus Iſrael.] Quaſi diceret; Quia cucurri, ideo Domine pater exurge mihi in occurſum, id eſt ueni mihi in auxilium, ut me currentem ſequatur: & uide, id eſt fac eos uidere curſum meum, id eſt fac eos intelligere, quicquid dico uel facio eſſe iuſtum. Nec ſit eis curuum apud me, quod eſt rectum: aut diſtortum, quod ad regulam ueritatis eſt directum. Vel aliter ſuperius dictum eſt: A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſque ad ſummum eius. Summus cœli pater eſt, quia ſuperior in ſpiritualibus omnibus eſt, in hoc ſcilicet, quia lux eſt per ſe, filius uerò lumen de lumine patre. Spiritus autem ſanctus eſt lumen procedens de luminib. huic ſummo Chriſtus, qui hic loquitur, erat æqualis ſecundum uerbum, quod non uidebatur propter carnis infirmitatem, & paſſionis tribulationem. Et ideo dicit, Domine pater, qui uidebaris iacere in paſſione & in infirmitate mea, exurge in occurſum meum, id eſt in æqualitatem meam, id eſt fac manifeſtum per gloriam reſurrectionis & aſcenſionis, quòd ſim tibi æqualis: & uide.i. fac uidere homines, quòd ſecundum hominem potui teneri, flagellari & occidi, nõ ſolũ hominẽ eſſe, ſed & Deũ & hominẽ. & tu domine pater etiã uirtutum, id eſt ſuperceleſtium exercituũ nunc reputatus Deus Iſrael, id eſt unius gentis tantum Deus, quia aliæ omnes idola adorant: intende, id eſt intentum te fac ad uiſitandum per gratiam tuam non ſolum Iudæos, ſed omnes gentes, ut impleatur quod per prophetam dictum eſt: Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ magis quam eius quæ habet uirum. Alius item propheta dicit: Extende palos tuos in dexteram & ſiniſtram, & tabernacula tua. Sequitur: Non miſerearis omnibus. Viſita inquam omnes gentes. Non autem de omnibus Iudæis ſiue omnibus gentibus his qui operantur iniquitatem, & in hoc perſeuerant. Quem planè hæc ſententia non terreat? Quis conſcientiam ſuam conſiderãs, non hanc contremiſcat? Si enim iniquitas omnis eſt peccatum, cum nullus noſtrum ſit ſine peccato: ſi nullius operantis iniquitatem miſerebitur, nullius noſtrum miſerebitur. Sed non fruſtra hoc dictum eſt. Nulla enim iniquitas parua uel magna manebit impunita. aut enim punietur ab homine pœnitente, aut à Deo iudicante. Si autem non uis ut ipſe puniat: præueni faciem eius in pſalmis & in confeſſione, id eſt, confitendo & bene operando, ut ait Pſalmiſta: Præoccupemus faciem eius, &c. & ita inueniet te operantem iniquitatem, & miſerebitur tui ita. Quis quã tum ad hoc quod concipiunt, pauci conuertentur. uel aliter; Eſt quædam iniquitas egregia, quam qui operãtur, eorum non miſerebitur, ſcilicet quando homines ita defendunt peccatum ſuum, ut illud quiuis etiam deuius & peruerſus iudicat nefandum. Vel ut ad alienũ ſummo bono, id eſt Deo imputant, & quicquid boni habent ſibi aſcribunt: quicquid uerò mali habent, Deo attribuunt dicentes, Niſi uellet nos Deus tales, non eſſemus. Accuſant etiam fatum, ſtellas, & ſimilia, uenientes per diſpendium ad Deum accuſandum, cum per compendium uenire poſſent ad Deum placandum. Excuſatur quippe peccator, & culpetur creator.

Conuertentur ad ueſperam.] Iſtud tam de Iudæis quam de gentibus poteſt intelligi. Nunc autem primum proſequamur de Iudæis, deinde ordine de gentibus pertinet prædicta egregia iniquitas præcipue ad Iudæos, adhoc defendentes ſe de morte medici. Continuabitur autem ſic: Dico ne miſerearis Iudæis iniquitatem defendentibus, & in ea perſeuerantibus. Quorundam autem qui nec perſeuerant, nec ſe defendunt miſerearis, ut conuertãtur. & ita erit, quia conuertentur ad ueſperam, id eſt ſerotina conuerſione. Debuiſſent enim in mane conuerſi fuiſſe, id eſt, medico præſente: ſed quia conuerſi non ſunt, quia medicum neceſſarium ſibi non putauerunt, quem crucifixerunt, conuertentur ad ueſperum, poſt eius reſurrectionem & aſcenſionem. quod ita factum eſt. Poſtquam enim uiros idiotas, id eſt Apoſtolos uiderũt tanta miracula facientes, tam mira loquẽtes, poſt ſpiritus ſancti miſsionem, tunc quidam ex crucifixoribus Chriſti peccatum ſuum cognoſcentes, uenerunt ad Apoſtolos dicentes: Quid faciemus uiri fratres? Et reſpondens Petrus dixit: Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti. Quaſi dicat eis: Sanguinem quem effudiſtis ſæuientes, bibite confitentes. Et de his primitus conuerſis hoc accipiendum eſt. Conuertentur inquã, & conuerſi patientur famem, id eſt auidi erunt uerbi Dei & gratiæ, entes ut canes, id eſt cognoſcẽtes ſe medico egere ſicut canes, id eſt gentiles immundi & idolatræ,

Istræ, qoia cognoſcent ſe, nec per ſuam iuſticiam nec per legem iuſtificatos eſſa: quia illum qui lux eſt legia & prophetarum, ſcilicet Chriſtum non intellexerunt in lege. Et hi talee conuerſi, ot & ipſi alios conuertát, circuibunt cioitatam, id eſt, fidelium correctionem, uel etiam totiue humani generie multitudinem, quæ ciuitae dicitur propter circunſtátiam Iudæorum, qui ubiq; diſperſi ſunt. Er acce (quaſi dicat) ad quid circuibunt? Scilicet ad hoc, quia loquentur, id eſt prædicabunt in ore ſuo in ore auido, id eſt ita conſtanter & impudantar, ſicut coouenit illie quorum os uerbi Dei famelicum eſt. & in labije eorum erit gladiue, de quo dictum eſt: Et gladine ſpiritus, quod eſt uerbum Domini. Eorũ dico dicentium ita, quis quantum ad hoc quod cupiunt, pauci conuertentur. Domine fruſtra laboramue, quoniam non eſt qui credat auditui noſtro. Nam quia noa audiuit, aut a ſcilicet audiẽdi? Nullue (quaſi dicant) noe audiuit.

Et tu Domine deridebis eos.] Quaſi dicat: Ipſi quidem dicent ſic, quaſi impoſaibila reputátes, quod poſſunt aliqui conuerti: & tamen tu Domine deridebia eoe, id eſt deriſione dignoe facies eoe: quia facile perficiee, quod impoſeibile illi reputabant. Namque deducea omnee gentee, id eſt aliquos de omnibue gentibue ad nihilum, in hoc quod erant gentes, id eſt gentiliter uiuentee. Verte enim impioe, & non erunt. Et hoc (quaſi dicat) facies per fortitudinem meam, id eſt meorum, id eſt per hoc quia conſtantee faciee meos in prædicationem: quorum fortitudo, quia ego in eis ſum, eſt mea. Fortitudinem dico, quá ipſi mihi cooſeruabunt: quia non referent aam ad ſe, ſicut fortes malè ſupradicti fecerunt, ſed referant eam ad ta tibi eam aſcribentes: quia quicquid boni habent ſiua in corpore ſiue in aoima, à te habent. Nam & ſi anima intelligat & diſcernat, non tamen à ſe habat, ſed eſt quędam regio immutabilia ueritatis, ad quam cum accedit, corroboratur, & illuminatur: cum uerò ab ea recedit, obſcuratur & obtenebratur & infirmatur. Saquit.

Quia Deus ſuſceptor meus es.] Meritò ad te referam fortitudinem meam, quia tu Deua ſuſceptor meua ea, & meorum, id eſt ſuſcepiſti me hominem per uerbum tuum de maſſa perdendorum, & meoe etiam ſuſcepiſti de medio malorum. Scio enim ubi eram, & unda me ſuſceperis, & quanta mihi dimiſerie: & ideo meritò es Deos maue & meorum, id eſt maritò gratis te amo, gratis te colo & laudo. Et conuertit ſe ad nos, ut & noe ipſum Deum noſtrum faciamue. Queſi dicat: Ideo dico quòd ſie Deue meue, quia miſericordia eius pręuenict iam & ſemper pręueniat meoa. Nihil enim attulimue ego & mei propter quod noſtri miſereretur, & noa iuſtificare, ſed ſola miſericordia eiue ſicut præuenit ma ut eſſem, ita etiam præueniat ma ut bonua ſim.

Deus oſtendit mihi.] Ideo etiam dico Deus meus, qoia Deua mihi facto in me & in meie. ſuper inimicos meoe, id eſt, collecto illie reiectie, electo illia repulſie oſtẽdit, id eſt oſtenſionem fecit, ſcilicet ut cognoſcerem diuitiae gratiæ eiue, per uaſa irę in uaſie miſericordię. Quaſi dicat: Conferat uaa irę uaſia miſericordiæ, collectue reiectie, electue reprobatia, & cognoſcar diuitiae gratiæ eiue, quaa oſtendit per uaſa irę in uaſia miſericordiæ. Ex perſecutione enim malorum cognoſcitur perfectio bonorum. Inimicoe in hac ſententia Iudæoa accipit: & quáuis (dicit) inimicoe eoe dixerim, tamen Domine ne occidae, id eſt ne occidi permittas eos corporaliter, ita ſcilicet ut traoſeant in ritua gentium. Quáuie enim à Tito & Veſpaſiano diſperſi ſiot, non tamẽ amiſerunt ritum ſuum: quia adhuc circunciduntur, & agnum immolát, & multa ſimilia faciunt. ideo dico ne occidas eoa corporaliter, ne illi populi, id eſt Iudæi prius unue populus, modo per diſpoſionem populi diuerſi, quando (pro aliquádo) obliuiſcantur mei, id eſt legie meæ: ſed ſemper ſeruent eam memoriam, & ſi non in uita. Et ſunt (quaſi dicat) capſarij meorum, ut apud ipſos habeát, unde alios inimicoa ſuoe conuincant. uel aliter, Nõ occidae eos corporaliter, ne quando illi qui ſunt olcaſter inſertus, obliuiſcantur populi illiue priue mei, id eſt ſemper attẽdant, quia naturalee rami fracti ſoot, & ſic non altum ſapiant: ſed timeant, ſcientes quia ſi Deus naturalib. ramis non pepercit, nec parcet olaaſtro.

Diſperge illos.] Na occidsa inquam eos, ſed fac eia q. merentur, ſcilicet diſperga illos per omnes gentes in uirtute tua Domine, quia præſumpſerũt de ſua uirtute, & depone eoa de gloria loci & gentie. Tu dico Domine protector meus, id eſt meorum in hoc, quia perſecutoribue illia auferee potẽtiam. Et quia protector ae, ideo Domina depone delictum orie eorum, & depone ſermonem labiorum ipſorum. Delictum accipe qood dixerũt, Non habemus regem niſi Cæſarem: ſermonee uerò labiorũ, Reus eſt mortis, & ſimilia. Quod totum Deue pater depoſuit, id aſt falſificauit, cũ Chriſtum reſuſcitauit, & regem non ſolum Iudęorum, ſed & gentium fecit. Saquitur.

Et comprehendantur in ſuperbia ſua.] Ac ſi dicat: Dico ut diſpergas, & depooe eos, & tamen quidam eorum in ſuperbia ſua inda in hoc, quod ſuparbè io medicum ſe arexerũt, & ipſum occiderũt: comprehendantur, id eſt recognoſcant nollum effectom inde ſubſecuturũ, nec aliquid ſibi relictum præter peccatum, & ſic humilientur, & peccatum ſuum confitaentur. Et ot comprehendaorur de execratione, id eſt de morte Chriſti, quem ipſi execrabilem & maledictum habuerunt, & comprehendantur, & de mẽdacio, id eſt de hoc qood per mẽdacium cuſtodum uitam raſurgentie deſtruere uoluerunt. & uerè comprehcodentur, quia in conſumatione, id aſt in perfectiona ennũciabuntur elija. ſicut enim ſuperbis prius impediuit, ne coo ſummarentur: ita humilitae non ualebit, ut perfectè conſumentur. Quia ubi ſuperabũdauit iniquitae, ſuperabundauit gratia. Et ideo anoonciabitur conſumatio eorum elije, ne quis daſperet de peccato ſuo, cum iſtis tãtum peccatum ſit indultum. Annunciabitur inquam io conſumarionẽ, & in conſumetione, quod in ira conſummationie, id eſt qood per irem, id eſt per uiodictã procedentem ex ira Dei, erit eie coo ſumatio iſta, quod ettendent diſperſioncm & cætera quæ patiuntur eſſe ex peccato, & confitebuotur ipſum peccatum. Annunciebuntur in conſumationa, quæ conſumatio erit de execratiooe & mendacio, id eſt quia attẽdeot quãtum peccatum fuerit execretio prædicta & mendacium, & quanto magie fuiſſe cognoſcunt, tanro grauios pœnitent. & erit etiam hæc conſumatio in ira, id eſt per iram ſcilicet, quia attendunt futuram iram. & ut eá uitent, cõſumabuntur: & conſumati iam non erunt, quod prius non fuerunt. Verta enim impioe, & non erunt. Et tunc uerè ſcient, id eſt cognoſcent, quia Deue dominabitur uerè Iacob. id eſt Iudæorum, ſicue & finium terræ, id aſt gentilium, id aſt intelligent Iacob non poſſe ſaluari per ſuam iuſtitiam, & ideo medicum neceſſarium eſſe ſibi & gentibue. Et quare addiderit de gentib. cauſam taddit: ſcilicar & gentes cõuertentur ad ueſperem, &c. Nunc ed primum Conuertentur redeamue, & de gentibue quæ de Iudæis lagimue, huc uſqua legamue: iuxta quod erit hæc cõtinuatio, Verè Dominue pater uiſitabit gentes, quia gentilee ad ueſperam, id aſt ſerò conuertentur. Sicut enim Chriſtue principaliter ad illos da domo Iſrael miſſue eſt, ſic & Apoſtoli ad illos miſai ſunt: ſed poſtquam ab illia repulſi ſunt, ed gentium conuerſionem ſe contulerunt, & ideo dicit, Ad ueſperam conuertentur. Nam ſi Iudæi ſtatim io prima prædicatione Apoſtolorum ad ueſperam conuerſi ſunt, multo megia geotilae qui longè priua conuerſi ſunt, ad ueſperam conuerſi aſſe poſſunt dici. Conuertantur inqoem, & conuerſi famem patientur, id eſt deſiderium alios conuertendi, & ſibi incorporandi habebunt in tantum, ut auidi canea cibi ſunt. Et quia adeò auidi erunt,

Digitized by Google

erunt, ideo & ipſi ſicut prius cōuerſi de Iudæis, circuibunt ciuitatem, & loquentur prædicationis uerbum in ore ſuo, id eſt auido & famelico, & in labijs eorum erit gladius, id eſt uerbum Dei, quo quidam interficientur ad fidem, quidam uerò ad mortem. Credentes quidem ad uitam, non credentes uero ad mortem. Et exequitur tantū de his qui interficiuntur ad mortem, quaſi dicat: Verè gladius mortificans fuit in labijs eorum, quoniam quis aure audiendi audiuit eos? Nullus ſcilicet quantum ad deſiderium eorum. Et tu Domine tandem deridebis eos, id eſt deriſibiles facies illos ſcilicet: quia aure audiendi non audient, quia deduces omnes gentes, Id eſt gentiliter uiuentes ad nihilum. Verè enim ad nihilum deducentur, quorum reſurrectio non erit ad gloriam, ſed ad ignominiam, & qui uero eſſe carebunt. Et quod ad nihilum deduces omnes gentes, hoc facies per fortitudinem meam & meorum, id eſt, per comparationem meorum: qui fortes, id eſt conſtantes erunt in fide & in uirtutibus. Iudicabunt enim ſancti nationes, non uerbis, ſed comparatione, ut alibi dictum eſt. Fortitudinem dico, quam ego in me & in meis cuſtodiam, relatam nō ad te, ſed ad me. cætera non mutantur, uſque Ne occidas eos. quod in hac etiam lectione ſimiliter cōtinuatur ut in ſuperiori, ſic ſcilicet: Quamuis ſint inimici mei, tu Domine ne occidas eos. & quam occiſionem accipiat, determinat, ſcilicet ne permittas, ut illi populi gentiles ſcilicet, quando (pro aliquando) ſcilicet cū annunciabor illis, obliuiſcantur populi mei, id eſt legis meæ. Vera enim interfectio animæ eſt, obliuiſci Dei ſui: & dicit ideo obliuiſci, quia naturaliter omnis homo habet cognitionem Dei.

Diſperge illos.] Quaſi dicat, Et ut non obliuiſcantur mei, ideo Domine prius illos præſumentes de ſua uirtute diſperge, in quo diſpergendi ſunt, ſcilicet in malo, in uirtute tua, & depone eos per humilitatem prius erectos per ſuperbiam: tu dico in hoc protector meus, id eſt meorum, ne talibus conformentur. Et quia protector es, ideo Domine depone delictum oris eorum, id eſt, ſermonem labiorum ipſorum, hoc eſt, facceſſare contradictionem eorum aduerſus ueritatem, & comprehendentur ipſi gentiles in ſuperbia ſua, id eſt recognoſcant ſe peccaſſe, quia præſumpſerunt de facultate ingenij, & de libertate arbitrij. & cōprehendantur de execratione, ſcilicet quod Chriſtianum nomen execrabile habuerunt: & de mendacio ſcilicet, quod creatorem creaturæ poſtpoſuerunt, affirmantes creaturam eſſe Deum, in quo mentiti ſunt. Et uerè comprehendentur, quia in conſummatione annunciabuntur. Gentiles etiam ſicut de Iudæis prius prædictum eſt, ipſi dico entes in ira conſumationis, id eſt in conſumatione futuri iudicij, per quod cōſumabuntur, & non erunt quod prius fuerunt. Et tunc ſcient, id eſt intelligent, quia Deus dominabitur etiam Iacob, id eſt, Iudæorum, tantorum ſcilicet præuaricatorum, quos prorſus repuliſſe uidebantur, ſicut & finium terræ, id eſt gentilium. Et uerè dominabitur Iacob, quia reliquiæ ex Iacob ſaluæ fient. nāque conuertentur Iudæi ad ueſperam, ſcilicet in antichriſti tempore, & conuerſi patientur famem ut canes, id eſt ita auidi erunt conuertendi alios, ut canes auidi ſunt cibi, & ideo circuibunt ciuitatem. Sciendum quod tribus modis uariari poſſunt Conuertentur iſtud. & primum ſcilicet, ut primum conuertentur accipiatur de Iudæis, & conuerſis primum, & in fine conuertendis. & iſtud de gentilibus. Vel illud de Iudæis primo conuerſis, & iſtud de fine conuertendis. Vel accipiatur de gentibus, & iſtud de Iudæis in fine conuertendis.

Ipſi diſpergentur.] Oſtendit ad quid Iudæi in fine conuertendi, uel ſecundum lectionem priorem gentiles conuerſi circuibunt ciuitatem dicens: Quia ipſi diſpergentur hac & illac ad manducandum, id eſt ad alios ſibi incorporandum. Si uerò non fuerint ſaturati multitudine credentium, effecti tædio præuaricatorum, & murmurabunt iſti ſcilicet Iudæi in fine, ſicut patres eorum prius in deſerto murmurauerunt. uel murmorabant gentiles, ſicut & Iudæi primo conuerſi murmurauerunt.

Ego autem cantabo.] Ipſi quidem murmurabant, ego autem ſaturabo eos: quia cantabo in eis fortitudinem meam, id eſt laudabilem in eis faciam conſtantiam à te datam: quia adeò conſtantes erunt, quod omnes uidentes laudabunt conſtantiam eorum, & conformare ſe eis ſtudebunt, & mane facto ſcilicet in iudicio futuro, quando uerus ſol illuceſcet, exultabo, id eſt exultanter annunciabo eis miſericordiam ſuam. Præmiis enim declarabont, quantam contulerim eis miſericordiam. Vel etiam in præſenti mane facto in eis, qui per ipſos conuertentur, exaltabo miſericordiā tuam: quia per hoc apparebit, quòd miſericorditer cum illo egeris.

Quia factus es inceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.] Ideo meritò tuam fortitudinem cantabo, & miſericordiam tuam exaltabo: quia tu es factus ſuſceptor meus & meorum, ut ſuprà dictum eſt, & es refugium meum & meorum cōtra omnem moleſtiam in die tribulationis, id eſt in præſenti uita, ubi ſcilicet opus eſt, quia imminent tribulationes & perſecutiones, & es adiutor meus in meis in perficiendo, ſcilicet quod faciam. Et ideo tibi pſallam bene operando, quia tu es Deus ſuſceptor meus. & ideo es Deus meus, id eſt ideo te facio Deum meum. Et meritò, quia tu es miſericordia mea, id eſt, quicquid boni ſum, per te ſum.

IN PSALMVM LIX.
ARGVMENTVM.

PEr occaſionem ſuæ uictoriæ Machabeorum quoque triumphans prædicit. Aliter uox Apoſtolorum, quando Chriſtus paſſus eſt.

IN FINEM PRO HIS QVI IMMVtabuntur, in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinā, cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percuſſit Idumæam in ualle ſalinarum duodecim milia.

EXPLANATIO.

IN finem in Chriſtum ſaluatorem dicit, his qui mutabuntur: illo utique modo quo Apoſtolus dicit, Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. qui qualiter ad hunc finem mutari ualeant, conſequenter exponitur. In tituli inſcriptione David in doctrinam. Tituli inſcriptione Ieſum Chriſtum, ſignificat regem. ſic ergo mutentur, ut deſerentes diabolum, regi Chriſto colla ſubmittant. in doctrinam addidit, ſcilicet Chriſtianā: quia non ſufficit Chriſtum regem credere, ſi non eius & doctrina ſeruetur. Cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Syriam Sobal. Hæc uictoriæ David, triumphum Chriſti de gentibus inſinuant. Quas igne ſuæ charitatis inflammando regno antiqui hoſtis, quem Adadezer ſignificat, eripuit: & ſuæ fidei tributarias fecit. qui enim Syria, quæ Hebraicè Aran dicitur, & interpretatur ſublimis, ſuperbiam gentilitatis inſinuat. Duas Syriæ gentes ſuccendit, qui gentilium facta pariter & dicta correxit, ut uni uero regi fidei & operis ſui tributa perſoluerent. & conuertit Ioab, & percuſſit Edom in ualle ſalinarum duodecim ualle ſalinarum, quæ Hebraicè gemela uocatur, infirmam terre-

namq; ſapientiam deſignat, quam & gentilium philoſophia, & Iudæorum pertinacia contra Chriſtum armatur: ſed utraque conuerſo Ioab, qui interpretatur eſt pater, id eſt inſtante diligentiæ fidei doctore percutitur. Poteſt ergo Gemela, quia Idumæorum regio eſt, ſaporem ſcientiæ & gentilis indicare, ſed melius de Iudæis in fine ſeculi credituris accipitur, uel propter duodecim milia ad numerum triumphum Iſrael uel propter nomen Edom, qui Iudæos ſæpe ſignificat. Vnde & ſub eius perſona de illa dicitur, Et maior ſeruiet minori. Populus ergo ille qui de priſcis erroribus mutatus ad fidem eſt, primo capite ſupplicat ut poſt afflictionem quam ſatis faciendo paſſus eſt, beneficijs nouatur reparetur. Secūdo interpoſito diapſalmate rogat ut poſt tribulationē quas pertulit, deducatur à Domino in munitiſſimā ciuitatem, petens auxilium ſibi de tribulatione concedi, quod ſoli Domino probatūr eſſe poßibile.

COMMENTARIVS.

D*Eus repuliſti & deſtruxiſti nos, iratus es & miſertus es nobis.*

Titulus eſt, In finem his qui commutabūtur in tituli inſcriptione, ipſi Dauid in doctrinam, cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriā Sobal, & conuertit Iacob, & percuſsit Edom in ualle Salinarum duodecim milia in hoc pſalmo. Vel in titulo huius pſalmi referuntur quædam uictorioſa Dauid, quæ ueniens in regnum poſt mortem Saulis perſecutoris ſui fecit, inimicos ſuos debellando, & eos tributarios faciendo. Nam & ante perſecutionem rex erat, quia in domo patris unctus fuerat, ſed ſoli Deo cognitus erat. Poſtea uerò manifeſto regno, & euidēter accepto, has gentes, de quibus titulus ait, debellauit. Sed quemadmodum propheticus ſpiritus in titulis pſalmorum ſolet ab expreſsione geſtarum rerum aliquantulum deuiare, & aliud quam hiſtoria inueniatur addere, ut per hoc doceat figuram magis inſiſtendam eſſe, quam allegoriam, ut ſuperius in quodam titulo dictum eſt, Dauid immutaſſe uultum ſuū coram Abimelech: cum hiſtoria dicat potius cum immutatum coram Achis rege Geth: ita & in hoc titulo aliquid additur, quo ad aliud moneamur, quia ubi fortia facta Dauid referuntur, nihil ſuccendiſſe legitur, quod tamen in hoc titulo maximè proponitur. Allegoriam ergo potius hic quam hiſtoriam inſiſtamos. Hæc uerba referuntur in finem, id eſt ad Chriſtum per quem omnis labor noſter finietur, attributa his quia uox eorum eſt, qui partim commutati ſunt, & commutantur, & de die in diem commutabuntur non iam culpanda mutatione, ſed laudanda. Duæ enim commutationes ſunt: altera laudanda, altera culpanda. Cōmutatio Adæ fuit culpanda, quę fuit de uita ad mortem, de iuſtitia ad iniuſtitiam, de delicijs paradiſi ad laborem exilij. Hæc autem cōmutatio, de qua hic agitur, eſt cōmutatio laudanda: quam & Apoſtolus commendat dicens, Fuiſtis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in Domino. Commutantur inquam in tituli inſcriptionem, id eſt per hoc quia conſcribitur eis titulus confirmans, & ipſos regnum eius & ipſum regem eis: quia iam tranſierunt de regno diaboli in regnum Chriſti, de poteſtate tenebrarum in regnum lucis, & commutantur ipſi Dauid in doctrinam, id eſt ut doceantur nouam uitam, ſcilicet non iam ſibi uiuere, ſed illi qui pro omnibus mortuus eſt. Quæ commutatio facta eſt, cum ipſe Dauid ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & cætera. Hæc commutatio facta eſt per ignem & per gladium ab illo Dauid, qui ut Euangelium teſtatur, in mundum attulit ignem & gladium, per ignem quidem non uiſibilem, ſed per charitatis amorem. Hic eſt ignis ille, de quo ipſe dicit: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, niſi ut ardeat? hoc igne ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal. Meſopotamia eſt pars Syriæ, & interpretatur eleuata uocatio: Syria uerò ſublimis, per quod ſignificantur uocati de Iudæis, qui prius eleuati erant à Deo per culturam unius Dei, & per leges, & per prophetas: ſed quia in his de ſe præſumebant, ſublimes etiam erant. Sobal quoque uana uetuſtas interpretatur, per quod idololatræ de gentibus deſignantur, quia nihil magis uanum eſt in uetuſtate, quam creaturam creatori præponere, & creaturam creatoris loco adorare, ſed tamen quia inter iſtos quidam maximè de nobilitate ingenij & libertate arbitrij, ut Plato & alij philoſophi, ſuperbiebant, ideo hi etiam Syria, id eſt, ſublimes erant. Sed Dominus hos utroſque utiliter ſuccendit igne dilectionis Dei & proximi, & ſic commutauit. Dicitur autem à quibuſdam, quòd per Meſopotamiam Syriæ intelligantur uocati tam de gentibus quam de Iudæis, & per uocationem eleuati, & ita eleuati, quòd ſublimes facti ſunt per ſpem: per Syriam uerò Sobal, uanæ uetuſtati maximè dediti, & tantum per uocationem ſublimes in ſpe facti. Sequitur.

Et conuertit Ioab.] Ioab interpretatur pater, uel inimicus. Et in hac commutatione conuerſus eſt ille, de quo dictum eſt: Vos ex diabolo patre eſtis. Qui idem antiquus hoſtis humani generis eſt, quia princeps mundi foras eiectus eſt. Vel inimicus conuerſus eſt, quando quiuis ex inimico amicus, ex impio pius, ex infideli fidelis factus eſt.

Et percuſsit Edom.] Hactenus de commutatione per ignem facta, nunc agitur de commutatione facta per gladium, nō per ferrum, ſed per prædicationem uerbum. Interpretatur autem Edom terrenus, & ex hoc magnas Deo gratias debemus agere, quòd percutere in nobis uerbum prædicationis ueterem hominē dignatus eſt, ut nouum indueremus. Et ſicut portauimus imaginem terreſtris, ita portemus imaginem cœleſtis.

In ualle Salinarum.] Salinæ ſunt lacunæ in quibus aqua marina cum mare refluit, in uſum ſalis retinetur. Et poteſt dupliciter hoc dici, ſcilicet uel percuſsit Edom, prius poſitum in ualle Salinarum, id eſt in depreſsione amaritudinum. Vallis enim depreſſus locus eſt, & in ſale quædam amaritudo intelligitur ineſſe. Et intelligitur per hoc utcunque peregrinatio à patria uera, quæ obnoxia eſt uarijs amaritudinibus uitiorum. Vel percuſsit Edom, ut eſſet in ualle ſalinarum, id eſt in humilitate ſapida. Vallis enim humilitatem ſignificat, & ſal habet ſaporem. Eſt uerò humilitas alia ſapida, alia inſipida. Si quis enim pro terrenis humiliatur, id eſt, tribulatur & anguſtiatur, ut mercatores ſolent facere, illa humilitas inſipida eſt. ſi quis uerò pro æternis laborat & tribulatur, ipſe ſapienter humiliatur. Percuſsit inquam Edom, & percuſſorum fuerunt duodecim milia. Millenarius numerus perfectus eſt, & ſignificat perfectionem in commutatis per hanc percuſsionem. Duodecim uerò, quod conſtat ex quatuor & ter in ſe multiplicatis, ſignificat milites illos, id eſt duodecim Apoſtolos & ſucceſſores eorum, per quos hæc percuſsio facta eſt. Quia uerò tria & quatuor ſimpliciter coniuncta ſeptem conſtituunt, per hoc ſignificatur ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti, per quam gladius, id eſt uerbum prædicationis in hac percuſsione eſt adminiſtratus, per quatuor quidem, quòd in quatuor mundi partibus ſit facta demonſtratur. Per tria uerò, quod maximè per cognitionem ſanctæ trinitatis. Nunc ad pſalmum ueniamus. Vox eſt ſalubriter percuſſorum, & utiliter ſucceſſorum à Dauid orantium, ut quicquid ſit de temporali ſaluatione æternam conſequamur ſaluationem, & ad idem orandum nos exhortantium atque dicentium: Deus pater, uel Deus uerbum,

uel

uel Deus trinitatis, nos ab amœnitate paradiſi per præuaricationẽ tuæ legis eiectos, & in ualle erroris malè locatos repuliſti quedam ui ab errore noſtro, & nos malè conſtructos in ueteri animoſitate deſtruxiſti bona deſtructione, ut educares in nouitate uitæ, hoc eſt in noua charitate & humilitate. Iratus es uetuſtati noſtræ, & miſerendo, nobis conferendo nouitatem.

Commouiſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt.

Hoc inquam modo deſtruxiſti nos, quia ſcilicet cõmouiſti terram, id eſt terrenitatẽ noſtram audito prædicationis uerbo. Interius per peccatorum conſcientiam, & conturbaſti eam exterius, etiam uſq; ad corporalem aſſlictionem per pœnitentiam. Ergo ſana in re, ſicut iam ſanaſti in ſpe contritiones eius, id eſt miſerias & tribulationes, quibus aſsiduè ipſa terrenitas noſtra conteritur intus, & exterius. Vnde Apoſtolus: Et ſi exterior noſter homo corrumpitur, interior tamen de die in diem renouatur. Et debes ſanare, quia commeruit, hoc eſt quod dicit, quia cõmota eſt. Sonat Euangelium, ſonat prædicationis uerbũ. quiſquis non commouetur, id eſt, non compungitur ſtimulis conſcientiæ, & ſtimulis pænitentiæ. Quiſquis pectus non tundit, non lachrimas, non orationes fundit, indignus eſt ſanari: quia primũ eſt ut peccata noſtra purgemus per conſcientiæ compunctionem & condignam ſatisfactionem, deinde ut patientiam habeamus contra tentationes. Quia dicit Salomon: Fili accedens ad diſciplinam, ſta in timore & tremore, & præpara cor tuum ad tentationes. Et Petrus ait: Oportet ut iudicium incipiat à domo Dei. Si autem à nobis initium, quis finis erit illorum qui Euangelio non crediderunt? Si iuſtus uix ſaluabitur, peccator & impius ubi parebunt? Et hoc eſt quod dicit.

Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos uino compunctionis.] Quod ſic continuatur, Ideo dico ſana contritiones, quia ſic opus eſt. nam tu oſtendiſti per te ipſum populo iam tuo ſcilicet, ſalubriter igne & gladio deuaſtato dura hic eſſe patienda. Magnas Deo agere debemus gratias, qui uult nos in præſenti pati dura & aſpera, ut in futuro ſint mollia & iocunda. Oſtendiſti inquam dura, & hoc ita feciſti, quòd potaſti nos uino compunctionis, id eſt quòd feciſti ipſam tribulationem compunctionis nobis eſſe tanquam delectabilem potum, & ita dediſti metuentibus te caſto timore populo tuo ſignificationem, id eſt, documentum: per hoc quia corrigis omnem filium quem recipis, ut per has tribulationes fugiant à facie arcus, id eſt à præſentia futuri iudicij. Et ita fugiant, ut perfectè ab illo liberẽtur dilecti tui, quos tu ſcilicet hic corrigis in exemplũ iuſti iudicij. Quiſquis enim hic tribulationibus gaudet, & cum Apoſtolo dicente, Non ſolum patimur, ſed & gloriamur in tribulationibus illis, arcum illum effugiet. Si quis uerò mauult hic delectari quam tribulari, arcum non effugiet: quia quibus illum Deus nunc differt, in futuro non differet. & è cõuerſo. Et ſicut in arcu quanto magis neruus retro trahitur, tanto grauius anteriora feriuntur: ita quanto magis Deus iudicium malis differt, tanto grauius eis tandem ſuperueniet. Quod autem dicit, A facie, id eſt à præſentia arcus: ideo dicit, quia tempus breue eſt, nec aliquid longum eſt putandum, quod habet exitum. & per hoc monet magis cauendum.

Dediſti inquã metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus, ut liberentur dilecti tui, ſaluum fac dextera tua.

Et ideo Domine ſeca, ure, flagelle, fac quicquid in præſenti tibi uidetur de me, & fac me ſaluum in dextera tua. Quaſi dicat: Non peto à te corporalem aliquam, uel temporalem ſaluationem, de illa ſit quod tibi placeat: ſed peto ut in futuro non inueniar inter hœdos ad ſiniſtram, ſed inter agnos ad dexteram. Et in hoc exaudi me. Ideo tantum fiducialiter dicit, Exaudi: quia plerunque ſancti uiri pro corporali liberatione rogant, ſed non exaudiuntur. quod non eſt ad inſipientiam eis, quia non exaudiuntur ad uoluntatẽ ſed ad utilitatem quotienſcunq; uerò pro æterna rogant ſaluatione, non poteſt eos Deus non exaudire.

Deus locutus eſt in ſancto ſuo: Lætabor & partibor Sichimã, & conuallem tabernaculorum metibor.

Verè ſaluus fiam in dextera. Nam Deus pater locutus eſt, id eſt, iam promiſit illam ſaluationem mihi ſancto ſuo, id eſt in illo in quo fallere non potuit. Deus enim erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians, promiſit inquam, & ſi non uerbis, effectu tamen, ſcilicet quia illum reſuſcitauit, & nos in eo reſurgere fecit, & nos conſedere ad dexteram maieſtatis in excelſis. Et quod ſequitur poteſt eſſe, uel uox Chriſti, in quo Deus pater loquutus eſt dicens: lætabor & partibor, & cætera. Vel uox eccleſiæ, quaſi diceret (quia Deus pater ſic locutus) Ergo lætabor, & partibor, id eſt lætanter partiar Sicimam. Sicimam propriè locus eſt, ubi Iacob redeunte in patriam Rachel uxor eius idola abſcondit, quæ furata eſt patri ſuo Laban. & per Sicimam deſignantur gentiles, apud quos erant idola quaſi abſcondita. quia ipſi ea ſeruabant & adorabant. ſed quia non omnium illorum eſt fides, ideo uel eccleſia uel Chriſtus partitur eos: quia partim aſſumit, partim relinquit. Vel aliter: Sicima interpretatur humerus, quem humerum partitur eccleſia: quia illos qui ſponte ſubeunt iugum Chriſti, quod non deprimit, ſed erigit, aſſumit. Illos uerò qui malunt ſe onerare terrenis, quæ pondus non ſubſidium ſunt, ut beatus Gregorius ait, relinquet. Et metibor, id eſt diuidam conuallem tabernaculorum. Iacob reuertens à ſocero ſuo Laban, poſuit tabernacula ſua in conualle Syriæ, ubi quieuerunt oues ſuæ. Vnde locus nomen accepit, ut conuallis, ſcilicet tabernaculorum Iacob diceretur. Deſignantur autem per tabernacula legalia inſtituta, quæ ad tempus poſita fuerunt: per oues uerò Iudæi, qui in ipſis delectabantur, & quieſcabãt. Quos partit eccleſia, quia quoſdã aſſumpſit, quoſdam autẽ reliquit. uel aliter. Per cõuallem humiles deſignantur, per tabernacula uerò eccleſiaſtica præcepta, in quibus quidam humiliter militant, quidam uerò non humiliter: quia explent quidem præcepta, ſed inde præſumunt & ſuperbiunt. Iuxta quod litera ſic exponitur: Partibor, id eſt in partem accipiam conuallem tabernaculorum, id eſt humiliter in eccleſiaſticis præceptis militentes, non humiliter uerò militantes repellam.

Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes, & Ephraim fortitudo capitis mei.

Verè partibor Sicimam & conuallem tabernaculorum, quia quoſdam accipiam. Nam Galaad eſt meus, & Manaſſes. Galaad interpretatur aceruus teſtimonij. Aceruus autem de imis creſcit ad unum. Et per hoc deſignantur creſcentes de uirtute in uirtutem, quouſque perueniant ad unum, id eſt, donec uideant Deum deorum in Syon. Et quia adeò in ſe coaceruant teſtimonium Chriſti, ut certent uſque ad effuſionem ſanguinis, id eſt martyres fiant. Martyr enim interpretatur teſtis. Manaſſes uerò obliuio interpretatur. Per quod intelliguntur illi, qui cum Apoſtolo eorum quæ retro ſunt obliuiſcuntur: in ea uerò quæ ante ſunt, id eſt in futura & æterna extenduntur. uel per Manaſſen intelliguntur illi, quicquid probroſum & ignominioſum pro Chriſto paſsi ſunt, uilipẽdunt & obliuiſcuntur. Vnde per Eſaiam dicitur eccleſiæ: Obliuiſcere ignominiæ uiduitatis tuæ. Quaſi enim uidua fuit eccleſia, dum Chriſtianum nomen in dedecore manſit. Sequitur.

Effraim fortitudo capitis ſui mei.] Effraim fructificatio interpretatur, per quod intelliguntur in bonis operibus fructificantes, quos eccleſia uocat fortitudinem capitis ſui, id eſt Chriſti ad ſimilitudinem. Sicut

. . bonum reclinatorium infirmi capitis quædam fortitudo, id eſt, recreatio eſt, ſic bene operantes ſunt fortitudo Chriſti, quia alij uidentes eorum opera bona, glorificant Deum. Illi uerò in quibus uulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, non ſunt fortitudo eius, ſed debilitas: quia non habet in his ubi recumbat. Vel aliter per Effraim intelligitur fructificatio illa, quæ proceſsit de grano illo in cruce mortuo, & in reſurrectione iuſtificato, id eſt ſeges ubique terrarum credentium, de quo dictum: Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum effert. Quæ ſeges eſt fortitudo capitis, id eſt augmentum & exaltatio Chriſti, qui caput eſt eccleſiæ. Ipſa enim infirmitas, id eſt mors Chriſti, ſumma fuit fortitudo: quia quod infirmum eſt Dei, fortius eſt omnibus hominibus. Et ſciendum quòd ſecundum quod uox Chriſti eſt, dicetur Effraim eſt fortitudo capitis mei, qui ſum caput.

Iuda rex meus: Moab olla ſpei meæ.] Effraim quidem eſt fortitudo mea, & Iuda, id eſt ille qui deſcendit de tribu Iuda, cui in figura Chriſti dictum eſt: Iuda benedicent te fratres tui. Ille inquam eſt rex meus, id eſt, regit me: quia prior paſſus eſt, & uerè obediens fuit. Et quia talem regem habeo, ideo Moab eſt olla ſpei meæ, id eſt, ideo etiam ſpero refici de abutentibus lege. Moab enim ex auo & ſorore contra legem natus eſt: & ideo Moab interpretatur abutens lege. Vel aliter: Quia mihi talis eſt rex, ideo feruentem iniquitatem non timebo, ſed potius Moab ena olla iniquitatis, eſt mihi olla ſpei: quia per ipſum potius ſpero proficere, quam deficere. Sicut enim bene lege utentium, bona ſunt opera, ſic male utentium lege, opera ſunt mala. Et hi perſequuntur eccleſiam Dei. Vnde per Ezechielem dictum eſt: Vidi ollam feruentem ab aquilone. Olla feruens ab aquilone, iniquitas feruens, ſuccenſa ab aquilone, qui dixit: Ponam ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. Quaſi dicat: Si ferueat illa iniquitatis olla, econtra flammeſcat ardor charitatis. Illa non tantum poterit perſequendo, quantum ego potero diligendo & patiendo.

Et præterea extendam calciamentum meum, id eſt, Euangelium meum, quod calciat & munit pedes interiores, id eſt affectiones, ſicut calciamentum munit pedes exteriores: uſque in Idumeam, id eſt uſque in deſperatiſsimos.

Idumea quippe interpretatur terrena uoluptas: & per hoc ſignificantur terrena appetentes, & eis maximè inhærentes. Et adeò extendo, quòd etiam alienigenæ, id eſt allophyli mihi ſubditi ſunt, ſcilicet ut reuereantur ſaltem me, qui nolunt proficere de me. Sæpè enim malis ſubiacent bonis non amore, ſed timore. Et ſciendum quòd ſi caput hæc loquitur, pauca de prædictis mutabimus. Quaſi dicat: Iuda eſt rex meus, id eſt, uerè confitentes, & ſe ipſos bene regentes ſunt reges mei, id eſt, reges meorum, regentes eos uerbo & exemplo, ut Petrus, Paulus & alij tales. Et ideo Moab eſt olla ſpei meæ, id eſt, ſpero etiam refici de abutentibus lege, id eſt, de præuaricatoribus conuerſis. & hoc ideo, quia ego extendam calciamentum meum: id eſt, notificabo incarnationis meæ ſecretum uſque in Idumeam, id eſt, uſque ad maximè terrenis deditos: & hoc in tantum, quòd etiam alienigenæ, id eſt, allophyli mihi ſubditi, ſcilicet non amore, ſed timore.

Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me uſque in Idumeam?

Volunt quidam quod in utraque lectione iſtud tantum uox corporis ſit, ſed nihil impedit, quin etiam uox capitis ſit uſque in finem reſpectu corporis: & ſic continuatur, Extendam inquam calciamentum meum, etiam in Idumeam, Quis autem deducet me, uel caput, uel eccleſiam, in ciuitatem munitam, id eſt in gentem adeò diffuſam & magnam? Multitudo enim populi, munimentum eſt ciuitatis. Quis deducet me dico uſque ad Idumæos, terrenis deditos & deſperatiſsimos? uel aliter: Quis deducet me in futuro in ciuitatem munitam, id eſt in cœleſtem Hieruſalem, quæ eſt ciuitas munita, ad quam nullus hoſtis accedit, & à qua nullus ciuis recedit? Quia & in præſenti deducet me uſque in Idumeam.

Nonne tu Deus qui repuliſti nos, & non egredieris Deus in uirtutibus noſtris. Da nobis auxilium de tribulatione: & uana ſalus hominis. In Deo faciemus uirtutem: & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos?

Id eſt, repuliſſe exterius & contempſiſſe uideris. Et ideo dico repuliſti, quia tu Deus, qui cum patribus egrediebaris: quia eo manifeſtis ſignis eis ederes, ut præſens eſſe intelligereris, non egredieris in uirtutibus, id eſt, in exercitibus noſtris exterius, ut corporaliter uincamus: ſed interius nos conſolaris & confirmas, & facis cœleſtem patriam amabilem, terrenam uerò deſpicabilem.

Et quia nobiſcum es interius, licet repuleris exterius, ideo Domine da nobis auxilium interius, quod ſit de tribulatione, id eſt, cauſam habeat tribulationem, id eſt, fac ut tribulatio, quam patimur exterius, ſit ad profectum, non ad defectum interius. Quod ideo dico, quia uana & inutilis eſt ſalus hominis exterius. & uerè debet quod rogo, quia nos fecimus uirtutem interius, id eſt, conſtantes & uictores erimus in te Deo. Verè enim Laurentius uicit, qui dixit: Aſſatus ſum, iam uerſa & manduca. Et conuertit ſe ad nos ad noſtram exhortationem, quaſi dicat: Et huius rei certitudinem per hoc habeo, quia ipſe Deus deducet ad nihilum, & hic & in futuro, tribulantes nos. Ecce Dei gratia ad nihilum redacti ſunt, nec apparent uſquam inimici eccleſiæ, niſi forte ebrioſi calicibus perſequantur, ſicut olim furioſi lapidibus eam perſequebantur. Ebrioſos accipe uel hac dulci uita, uel etiam uino inebriatos, quaſi calicibus eccleſiam perſequuntur, quia ſæpè ſanctis uiris inferunt & contradicunt.

IN PSALMVM LX.

ARGVMENTVM.

EX perſona populi in Babylone poſiti, & pro ſua libertate deprecantis Pſalmus iſte componitur, cui tamen ſpem nutrierat reuerſionis in patriam.

IN FINEM IN HYMnis Dauid.

EXPLANATIO.

IN hymnis Græcum eſt, & interpretatur in laudibus, quod totus Pſalmus Chriſti præconia perſonabit. In prima parte à finibus terræ deprecatur populus fidelis, ut eius audiatur oratio, quatenus in ſancta eccleſia perſeuerans alarum eius uelamine protegatur. In ſecunda gratias agit, quòd iuſtis hereditatem ſuam dedit, & nomen ſuum in æternam gloriam conſecrauit, ex qua re laudes ſe redditurum iugiter Domino pollicetur.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

EXaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.

Titulus eſt in finem, in hymnis, Pſalmus ipſi Dauid. Quid ſit in finem ſæpè dictum eſt. In hymnis uerò ideo appoſitum eſt, ut ſiue exultemus & lætemur, ſiue tribulemur & anguſtiemur, ille laudandus ſit, qui & in tribulationibus crudit, & in proſperis conſolatur homines. Et unus loquitur hic non per ſe, ſed per membra ſua: quis loquitur hic quaſi unus, non autem unus eſt, ſed tanquã unus, unitas hic loquitur. Omnes enim in Chriſto unus homo ſumus, huius autem hominis caput in cœlo eſt, membra uerò in terra laborant. Et qui laborãt uidere quid dicant. Vox eſt eccleſiæ orantis pro conſtantia in tribulatione & perſecutione, ut per hæc ad eundem finem, ad quem caput eius peruenit, poſsit peruenire. & dicitur: Deus pater exaudi deprecationem meam pro peccatis meis factam, & intende, id eſt intenſum te fac orationi meæ pro perſeuerantia finibus terræ.

A finibus terræ ad te clamaui dum anxiaretur cor meum: in petra exaltaſti me.

Ideo dico ut exaudias, quia ego clamaui ad te à finibus terræ. Quod poteſt accipi uel ſimpliciter, quaſi diceret, Ab omni parte terræ. Vel ut cauſa ſit, ac ſi dicat: Clamaui non ad aurum, non ad argentum, ſed ad te primum à finibus terræ, id eſt per illos qui ſunt fines terræ, quia omnem terrenitatem finiuerunt in ſe. Quis unus hic clamet à finibus terræ? niſi quia Chriſtus eſt unus, cuius poſſeſsio & hæreditas eſt ille, de qua dictum eſt: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ, hoc eſt corpus Chriſti, hæc eſt hæreditas Chriſti à finibus terræ clamat. Quare autem clamat dicit, ſcilicet dum anxiaretur cor meum. Neceſſe eſt dum in peregrinatione ſumus, tentationes & tribulationes patiamur, ſed tentatio noſtra profectum habet. Nemo enim ſibi innoteſcit, niſi tentatus: nec coronabitur aliquis, niſi uicerit. Vincere non poterit, niſi certauerit: certare uerò non poterit, ſi qui eum tentet hoſtem non habuerit. Clamaui inquã ad te, dum cor meum anxiaretur, tantummodo non uinceretur, ideo quia tu exaltaſti me ut uincerer in petra. Petra autem, ut ait Apoſtolus, erat Chriſtus, qui nos exaltauit: quia prior pro nobis & de noſtro noluit capi, teneri, flagellari & cędi, ut exemplum nobis daret uiuendi. de me enim ſibi infirmitas, de illo mihi fortitudo: de me ſibi ignominia, de illo mihi gloria: de me ſibi mors, de illo mihi uita: de me ſibi humiliatio, de illo mihi exaltatio.

Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

Exaltaſti me inquam, & deduxiſti me de uirtute in uirtutem. Deduxiſti inquam, quia dux meus: & per te, quia uia ad te, quia tu es patria mihi. Et uerè deduxiſti, quia factus es ſpes mea in Chriſto. Chriſtus enim eſt in hoc ſpes noſtra, quia paſſus eſt, mortuus, ſepultus eſt & reſurrexit. Quare in ipſo uidemus & laborem noſtrum & mercedem noſtram. Laborem quidem in paſsione, mercedem in reſurrectiõe: quia duas uitas habemus. Alteram, in qua ſumus: alteram quam ſperamus. Et ſi patienter toleramus illam in qua ſumus, perueniemus ad illam quam ſperamus: Non noueram, niſi hominem naſci & mori: reſurgere autem, & in æternum uiuere non noueram. Accepit ipſe quod ego noueram, & demonſtrauit mihi quod ego non noueram, id eſt reſurrectionem, & ſic factus eſt ſpes mea, & eſt mihi turris fortitudinis à facie inimici, id eſt à præſentia inimici, ſcilicet ne tela eius ad me perueniant. Inſidiantur mihi hæretici, inſultant mihi pagani & omnes mali, quaſi non ſit mihi locus refugij. ſed Chriſtus eſt mihi turris fortitudinis. Hæc turris exterius non apparet, ſed ſemper interius præſens eſt. Conſidera quicquid pateris, ille prior paſſus ſit, & quo fine. Ipſe enim paſſus eſt ut reſurgeret, quia tu quoq; eundem ſpera finem, & ſic turrim intraſti. Nec iam conſenties inimico, & tela inimici non peruenient ad te, immò tu iaculaberis in inimicũ tela tua, id eſt uerba bona quibus cor eius figas, & tibi eum coniungas.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula, protegar in uelamento alarum tuarum.

Quia factus es mihi ſpes & turris fortitudinis, ideo ego non perfuga uilis ero, ſed inhabitabo, id eſt ſtatorius habitator ero in tabernaculo tuo, id eſt, in militari domo tua, id eſt in eccleſiaſticis inſtitutis. in ſecula, id eſt, per multa ſecula. quod ideo dicit, quia tamdiu manebit eccleſia hæc, quouſque omnes filios colligat, & tantus ſit numerus filiorum, qui poſsit reſtituere numerum damnatorum angelorum. Vnde dictum eſt: Suſtinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum ueſtrorum. Inhabitabo in quam, & hoc nõ ope mea, non uiribus meis: ſed quia protegar in uelamento alarum tuarum. Magnus eſt æſtus huius ſeculi, quia multæ tribulationes iuſtorum: ſed tam magna eſt umbra alarum Dei (quaſi dicat) quod ab illo me protegit. has autẽ alas poſſumus accipere uel dilectionem Dei & proximi, uel uetus & nouum teſtamentum, uel miſericordiam & ueritatem. Miſericordiam quidem, in remittendo peccata: ueritatem uerò, in complendo promiſſa. uel etiam increpationem & promiſsionem.

Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam: dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum.

Verè proteges me, quoniam iam exaudiſti orationem meam factam pro perſeuerantia. tu dico in hoc Deus meus, id eſt quẽ ideo meritò gratis amo, colo & laudo. Et in hoc apparet, quod uerè me exaudiſti, quia dediſti iam ipſe, daturus tempore ſuo in re hæreditatem ſempiternam & ueram, & timentibus certo timore nomen tuum, id eſt hoc nomen Deus uel Dominus. Meritò autem hoc nomen Deus omnibus timendum eſt, ut ſicut ad creatorem creatura, ita ad ipſum ſe habeant. Item hoc nomen Dominus iuſtè timendum eſt omnib. ut habeant ſe erga eum, ſicut ſeruus erga dominum, ſubditus erga prælatum.

Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius uſq; in diem generationis & generationis.

Dabis inquam hæreditatem, & hoc modo dabis eam: quia adijcies dies regis, id eſt, dies iam datos regi noſtro Chriſto, dies ſcilicet immortales & æternos ſuper iuſtos dies noſtros mortales & tranſitorios: & annos eius adijcies ſuper annos noſtros, uſque dum perducas in diem, id eſt, in æternitatem. quæ dies eſt ſine fine, quia eſt dies ſine nocte, in diem dico generationis & generationis, id eſt ubi erit indeficiens generatio, in qua ſcilicet neque nubent neque nubentur. Et quæ non per lunam, ſed quę per ſolem ſignificatur, quia tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol. hęc autẽ præſens generatio per lunam ſignificatur, quia recipit augmentum & detrimentum. Annos autem regis ideo poſt dies poſuit, ut per hoc plus ſignificaret: ſed quia quicquid de ęternitate dicas, parum eſt quãtum ad ipſam ad hoc notandum, quod prius per dies & annos ſignificauerat, per diem unam ſine nocte, & ſine fine ſignificauit.

Permanet in æternum in conſpectu Dei, miſericordiam & ueritatem eius quis requiret?

Nobis inquam adijcies dies regis. Rex autẽ quid? Permanet ſcilicet in conſpectu Dei patris in æternũ. Et quandoquidem in ęternum cum patre permanet, quis ergo requiret ei miſericordiam & ueritatem,

ut ubi ipſe eſt, illic & miniſter eius ſit? Quaſi dicat: Difficile eſt ut quis hoc faciat. Vel aliter. Verè dabis hæreditatem timentibus te. Nam adijcies ſuper dies regis præſentes, alios dies regis, æternos ſcilicet. Et ſuper hos annos regis alios annos eius, eo uſq; dum perducas regem illum & regnum eius in diem generationis & generationis hoc eſt in æternitatem, ubi erit generatio & generatio, id eſt indeficiens generatio. Quod eſt dicere: Facies nos tales, ut Chriſtus noſter rex non ſolum in præſenti, ſed & æternaliter in nobis regnet.

Permanet in æternum.] Determinat quæ ſit generatio & generatio, illa ſcilicet quæ permanet in conſpectu Dei in æternum. Et quibus permanet? requirentib. ſcilicet miſericordiam & ueritatem ei, id eſt ad honorem eius. Quis eſt aût qui requiret? perfectus utiq; eſt. Miſericordia Dei eſt, quod nõ attendit merita noſtra, ſed bonitatem ſuam, ſcilicet ut & peccata nobis dimitteret, & uitam æternam nobis promitteret. Veritas uerò eius eſt, quia non fallit reddere illud quod promiſit. Et ſic miſericordia eius eſt in remittendo peccata: ueritas uerò in exhibendo promiſſa. Attendamus itaque bene miſericordiam & ueritatem, & nos eam faciamus. Miſericordiam quidem faciemus in egentes & in infirmos, & etiam in inimicos: ueritatem uerò faciamus, implentes quod in baptiſmeto promiſimus, ſcilicet ut præcepta ſeruemus, & ſic peccatum peccato nõ ſuperaddamus. Quod faceremus, ſi præcepta non ſeruaremus, quia peccato mendacij peccatum tranſgreſsionis adderetur. Quod autem dicit, Quis requiret ei, non ſine cauſa dicitur: quia multi requirunt miſericordiã & ueritatem in libris, ut ſciant in quo miſericorditer nobiſcum egit, & in quibus promiſsis non fefellit. Et ut etiam alios non caſtè ſed pro terreno lucro doceant. quidam enim ut Apoſtolus ait, Chriſtum non caſtè prædicant. Et bi tales miſericordiam & ueritatem ei non requirunt: illi uerò miſericordiam & ueritatem ei, id eſt ad honorẽ eius requirunt, qui ad hoc eam inueſtigant, ut & faciant eam, & doceant non pro terreno lucro, ſed ad proximorum utilitatem.

Sic pſalmum dicam nomini tuo, in ſeculum ſeculi, & reddam uota mea de die in diem.

Quaſi dicat: Quicquid alij faciant, ego miſericordiam & ueritatem tibi Domine requiram: quia dicã pſalmum, id eſt bene operabor miſericordiam & ueritatem & faciendo & docendo non mihi, ſed nomini tuo, id eſt ad honorem nominis tui, tendens in ſeculum conſecutiuum huius ſeculi, id eſt perſeuerando. Et ſic dico, pſalmum dicam nomini tuo, id eſt ad honorem nominis tui in ſeculum, ut reddam tibi uota mea: uota ſcilicet interiora, id eſt, me ipſum eundo de hoc die præſenti in diem futurum. Caſsiodorus in præcedenti uerſum planius, aliquantulum inſiſtit & dicit: Quandoquidem generatio prædicta æternaliter permanet in conſpectu Dei, ergo quis requiret ei miſericordiam eius & ueritatem eius? nullus ſcilicet: quia ubi nulla eſt miſeria, ibi non eſt quærenda miſericordia. Item ubi nulla unquam incurrit falſitas, non eſt requirenda, quæ ſemper ad eſt ueritas. Et quia nullus requiret ibi ueritatem & miſericordiam, ergo hic pſalmum dicam & cætera, id eſt, miſericordiam & ueritatem requiram, ut illic neceſſe requirere non habeam.

IN PSALMVM LXI. ARGVMENTVM.

VErba Machabeorum, quando ab Antiocho ſacrificare, & profanari cogebãt. Aliter uox Chriſti de paſsione.

IN FINEM PRO IDITHVN, Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

IDithun interpretatur tranſiliens, id eſt amatores ſeculi. Introducitur enim perſona militis Chriſti, qui & mundi deſideria reliquerit, & in Domino ſpe firmiſsima permanſerit. Tranſilitor iſte, quem diximus uitiorum, uidens mundum erroribus miſerijſq; pleniſsimum, in primo membro pſalmi animam ſuam Deo profitetur eſſe ſubiectam: quia per filium unigenitum munus ſalutare ſuſcepit, arguens eos qui ſolo nomine ſe dici deſiderant Chriſtianos. Secunda parte iterum animam ſuam dicit ſubditam Domino patri, quoniam per eius uerbum ſalutarem patientiam conquiſiuit, confirmans plebem confeſsione fideli, ut toto cordis affectu ſperare debeat ſemper in Dominum. Tertio membro errantes populos monet, ut in Domino magis quàm in caduca mundi iſtius felicitate confidant.

COMMENTARIVS.

NOnne Deo ſubiecta erit anima mea.] In finẽ pro Idithun pſalmus ipſi Dauid. Quid ſit in finem, notum eſt. Idithũ autem iuxta Hebraicam interpretationem, trãſiliens eos interpretatur. Quos eos? In imia ſcilicet remanentes, & hæc terrena appetentes. Pſalmus uerò, id eſt, laus iſta attribuitur ipſi Dauid, id eſt, capiti uel alicui membro digniori. Quod ſit dignum ita inſiſtere, ita tranſilire, ſicut oſtenditur in hoc pſalmo. Tranſiliens enim iſte qui hic loquitur, iam quoſdam tranſiliuit, quos deſuper deſpicit. Videamus ergo quo uſque & quos tranſilierit, & in quo loco poſitus ſit, id eſt ſub quo adhuc ſit quoſdam quãuis tranſiliuerit. De ſpirituali enim quodã & ſecuro loco intuetur, hęc ima reſpiciens ea non ut cadat, ſed ut pigros qui ſequuntur commoneat: & locũ quo iam tranſiliendo peruenit commendat. Ita enim ſuper aliquos eſt, ut ſit etiam ſub aliquo. Vnde primum uoluit nobis inſinuare ſub quo ſit tutus, ne quod tranſiliuit ſuperbiæ ſit, ſed profectus. In quodã ergo ſecuro loco poſitus ſic dicit: Nonne Deo ſubiecta eſt anima mea? Tranſiliens iſte fortaſſe in Euangelio audiuerat, Qui ſe exaltat, humiliabitur, & econuerſo. Et ideo timidus ne tranſiliendo ſuperbiret, alloquitur ciues quoſdam quos patitur. duæ enim ſunt ciuitates, ſicut & duo principes: Babylonia ſcilicet, & Hieroſolyma. harum ciues confligunt ſemper inter ſe: illi de uanitate, iſti de ueritate: illi de iniuſtitia, iſti de iuſtitia. Et prior fuit Babylonie tempore & ſi non dignitate, quia ut ait Apoſtolus: Nõ prius q. ſpirituale eſt, ſed quod animale. Et incepit Achan, qui ciuitatem eo in loco ubi ciuitas prius non fuit, ædificauit. Hieroſolyma uerò Iebuz. Iebuz eorũ ciuitas deſtructa fuit, & reædificata eſt: quia nemo pius niſi ex impio, nemo iuſtus niſi ex iniuſto. Sunt autem duæ ciuitates contrarię in præſenti permixtæ, dum graue premuntur à pelleis. Quod tranſiliens iſte qui loquitur hic attendens, Babyloniæ ciues quos patitur, alloquitur. quaſi dicat: Vos inſultando impedimentum paratis, uos perſequendo deijcere uultis, uos decipiendo ſeducere quæritis, uos adulando laqueos tetenditis: ſed nunquam ita memini ſuper quos ſim, ut oblitus ſim ſub quo ſim. Nonne anima mea eſt ſubiecta Deo? Certè quantumcunque tranſcendam, quantumcunque tranſiliam, nunquam contra Deum ero, ſed ſub Deo: nihil mihi, ſed ſibi totum attribuendo. Se-

curus

curus enim tranſiliam cætera, ſi ſub illo me contineo, qui eſt ſuper omnia. Et meritò anima mea ſubiacet Deo, quia ab ipſo eſt ſalutare meum: id eſt iuſtificatio mea. Nam & ipſe Deus meus, uere ab ipſo eſt ſalutare mihi: quia ipſe eſt creans me & recreans me. Nam ipſe Deus meus quia fecit cum non eſſem ut eſſem: & eſt ſalutaris meus, quia fecit ut iuſtus eſſem. ſuſceptor, id eſt defenſor meus contra irruentes & perſequentes. & ideo non mouebor amplius. Motus enim fui in Adam, motus fui in meipſo: ſed iam iam quaſi dicat, ab ipſo ita confirmatus ſum, quod amplius non mouebor. Quod de graui motu, ut de criminalibus intelligendũ eſt. Et hoc eſt idem, quod alibi dictum eſt: Non ueniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Vbi enim dixit, Nonne anima mea Deo ſubiecta eſt, ſuperbiam temouit à ſe: hic uero cum dicit, Non mouebor amplius, idem eſt ac ſi dicat, Manus peccatoris nõ moueat me. Quouſqua irruitis in hominem, quodoquidem ipſe eſt ſalutaris meus, & ſuſceptor meus. Quouſque ergo uos ciues Babyloniæ irruitis inſultando, perſequendo, adulando in me hominem, id eſt in me infirmum & fragilem? certè uſque quo poteſtis irruere in hominem, quis uos uniuerſi interficitis. hic alloquitur uniuerſaliter ciues Babylonię diſperſos, diffuſos, permixtos: & tam eos qui forinſecus ſunt, ſicut ſpinæ in ſepibus, quàm eos qui intus ſunt, ſicut zizania inter grana. Quaſi dicat, Quotquot eſtis ſeparati uel permixti omnes, nunc eſtis tolerandi, quandoque uero ſeparandi: quia uos uniuerſi interficitis tantum corpus quod eſt exterius, non quod eſt interius. irruitis inquam, inſtatis mihi enti tanquam parieti inclinato, id eſt facile uincibili ueſtra reputatione, ſicut facilis eſt ad ſubruendum paries inclinatus: & enti tanquam maceriæ depulſæ, id eſt non bene fundato in fide, & firmiter radicato in charitate. Vel aliter: Vos uniuerſi interficitis uos ipſos in me hominem irruendo, uos dico comparabiles: quia in innocentem irruitis parieti tanquam inclinato, & maceriæ tanquam depulſæ: quia ſicut parieti inclinato & maceriæ depulſæ, uicinus eſt lapſus, ita uos quia innocentem opprimitis, uicinos uos facitis lapſui.

Veruntamen precium meum cogitauerunt.]

Ego quidem ſic eos admonui, ſed tamen ipſi & ſi non dixerunt, quidam ſaltem cogitauerunt à me repellere precium meum, id eſt ad impatientiam me incitare uoluerunt: quæ ut ait Apoſtolus, neceſſaria eſt, ut reportemus promiſsionem: & ſic priuare me precio meo & remoueratione patientiæ uoluerunt. Et tamen ego cucurri per diuina præcepta ſi non aliquo impedimento implene ea, & hoc feci in ſiti, id eſt ſitiendo ut exemplo meo illos dirigerem, & in corpus meum traijcerem. Dicit beatus Auguſtinus, quia nos quando ſitimus, liquorem qui extra eſt per ſpiritum in corpus ſuum traijciunt. Quod Moiſes ſignificauit, qui iratus caput uituli conflatilis in ignem miſit, & deinde comminuit, & aqua conſperſit, & populo ad bibendum dedit. Per Moyſin namque Deus pater intelligitur, qui quaſi iratus populum malorum, qui caput uituli ſignificant, per ignem tribulationis plerumque, & per timorem futuri ignis admonet, & uerba prædicationis comminuit. Et per aquam baptiſmatis populo bibendum tribuit, id eſt in corpus fidelium traijcit, & ſic ſitim eius reſtinguit. hanc quoque ſitim mulier illa Samaritana, quæ prior Dominum ſenſit ſitientem, & Dominus bibit eam credentem. Nunc ad literam redeamus. Ego quidem ſitiebam illorum ſaluationem, ipſi uero ore ſuo mihi benedicebant, & corde maledicebant. Non ſolum enim hi qui gerunt fidei ſacramenta, & oderunt diuina præcepta, ſed etiã Iudæi uel pagani fidelibus ore benedicunt, quib. tamen corde cõtradicunt.

Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea: quoniam ab ipſo patientia mea.] Ipſi quidem inſtant mihi tanquam parieti inclinato, id eſt facile uincibili, & interficere me uolunt, & precium meum repellere cogitant, & cum ore benedicunt, corde maledicunt: ſed tamen tu anima mea eſto ſubdita Deo, ut à uera obedientia & patientia non recedas. Et meritò debes ei eſſe ſubiecta, quoniam patientia mea ab ipſo, ſi inter tribulationes & perſecutiones patiens eſſe queo, hoc nõ eſt ex me, ſed ab eo. Et uere ab ipſo, quia ipſe Deus meus, creãs me, & ſaluator meus recreans me: adiutor meus contra impugnantes & perſequentes, perducens me illuc, id eſt in cœleſtem Hieruſalem, unde amplius non emigrabo. Et uere eſt ſaluator meus, quia in Deo eſt ſalutare meum, id eſt omnis iuſtificatio & ſaluatio mea nunc, & ipſe tandem erit gloria: quia ab ipſo glorificabor reſurrectione, immortalitate & impaſsibilitate. Interim autem quid? Certè interim eſt Deus auxilij, id eſt præbet mihi auxilium contra manifeſtas oppugnationes eorum, qui foris ſunt, & contra ſubdolas locutiones falſorum fratrum. Et ideo meritò omnis mea ſpes eſt in ipſo qui eſt Deus.

Sperate in eo.] Ecce tranſiliens iſte qui hic loquitur, exequitur quod in titulo dictum eſt, ſcilicet alios ut eum ſequantur, & exemplo eius tranſiliant, admonet dicens: Quia ego Idithun ſpiritus in Deo, ideo omnis congregatio populi, id eſt omnes uos qui uero populo uultis aggregari, ſperate in eo, id eſt imitemini me, ut exemplo meo ſperetis in Deo. & effundite corda ueſtra coram illo, id eſt euacuate corda ueſtra unde ſunt plena, id eſt nequitia, ut impleantur unde ſunt uacua, id eſt iuſtitia. Vel effundite coram illo, ſcilicet confitendo peccata, quæ in cordibus ueſtris erant abſconſa deprecando & ſperando. & meritò debetis in eo ſperare, & coram illo effundere cor: quia ipſe cum ſit Deus, eſt adiutor noſter contra impugnantes & tribulantes, perducens nos in æternum, id eſt in æternam gloriam.

Veruntamen uani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, ut decipiant ipſi de uanitate in idipſum.

Ego quidem omnes de ſalute ſua ſic admonui, ſed tanquam ad quoſdam nihil profeci, quia ſunt uani, id eſt terrenis quæ uanitas ſunt dediti, & ſunt mendaces, ſcilicet beatitudinem ueram promittentes ſibi in uanitate, ubi nulla beatitudo eſt. & hoc ideo, quia filij hominum ſunt, id eſt imitatores ueterum parentum ſunt. Et ponit unã fraudem eorum pro cæteris, dicens: In ſtateris, ſubauditur agentes ut alios decipiant: ſed nihil eis hoc prodeſt, immò obeſt, quia ipſi decipiuntur, de hac uanitate tendentes in idipſum, id eſt in illam uanitatem, quæ ſemper eſt ipſa, id eſt manens, id eſt deducuntur per hanc uanitatem in æternas pœnas: quæ non ideo dicuntur uanitas, quia uerè malos puniant, ſed quantum ad remunerationem bonorum. Et quia quicquid à uero eſſe ſeparatum eſt, illud meritò quaſi nihil eſt. Vel aliter: Filij hominum ſunt uani, quia inhærentes uanis, & ſunt mendaces in ſtateris, ſcilicet quia in trutina ſe cũ alijs ponunt & compenſant, & mendaciter alijs ſe præferunt, uolentes ſtatuere iuſtitiam ſuã, uel ut ille Phariſæus fecit, qui dixit: Gratias tibi ago Domine, quia non ſum ſicut cæteri hominum, & cætera. & hoc ideo faciunt, ut per hoc decipiant alios, & per hoc augeant iniquitatem ſuam. Simulata enim æquitas, duplex eſt iniquitas. Ipſi dico qui quanquam de uarietate opinionum ſunt in diuerſo, tamen de uanitate omnes tendunt in idipſum. Quaſi dicat: Quanquã multiplices ſunt errores, tamen in hoc conueniunt, quod omnes ad uanitates intendunt.

Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere: diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.] Vos inquam filij hominum hactenus uani fuiſtis, & mendaces, amodo autem nolite ſperare in iniquitate. Poteſt quoque hoc referri ad bonos, quos prius admonuit dicens:

Digitized by Google

Sperate in eo,& reliqua. Quaſi dicat: Filij quidem hominum ſunt uani & mendaces,nos autem qui uerus uultis eſſe populus,nolite ſperare in iniquitate. Poſſumus autem iniquitatem uel hic uniuerſaliter accipere pro omni iniquitate, uel tantummodo in ambitione pecuniæ. Quia alibi dictum eſt: Omnis diues aut iniquus,aut hæres iniqui. Et diuidit illos quos in ſimul hic accipit,in duas partes, ſcilicet in pauperes & diuites. Et prius ponit de pauperibus,dicens ita: Vos pauperes nolite concupiſcere rapinas, id eſt iniuſtas alienarum rerum ſubreptiones. Damnoſum enim lucrum eſt,ut acquiras pecuniam, & perdas innocentiam. Namque quid rapias uides, à quo uero rapiaris non uides. Noli ergo rapere propter paupertatem tuã: quia qui fecit te,paſcet te. Si enim paſcit te latronem,paſcit te innocentem. Si paſcit te damnandum, multo magis paſcit te liberandum. Nolite ergo uos pauperes concupiſcere rapinas,& ſi diuitiæ affluant, id eſt ſi diuites eſtis, nolite diuitijs cor apponere. quod illi faciunt,qui malunt eas recondere,quam pauperibus erogare: & dum eas cuſtodiunt, ipſi interius à uera ratione & intellectu diffluunt. Et quicquid præter ſolam neceſsitatem retinuerunt, totum pauperibus rapuerunt. Vnde Apoſtolus ad Timotheum: Præcipe diuitibus huius ſeculi non ſublime ſapere,nec ſperare in incerto diuitiarum,& reliqua.

Semel locutus eſt Deus.] Ideo dico ut nec pauperes rapiant,nec diuites diuitijs cor apponant: quia tu Domine & damnabis malos, & remunerabis bonos. Quod eſt ubi dicit: Quia tu reddes unicuique ſecundum opera ſua: his quidem præmia, illis ſupplicia. Et præcedit utriuſque probatio. Quaſi dicat: Verè damnabis malos, quia tibi Domine eſt poteſtas puniendi tam maiores quam minores. Et uere remunerabis bonos,quia tibi eſt miſericordia. Poteſtatem itaque timeamus,miſericordiam amemus: nec ſic de miſericordia præſumamus, ut poteſtatem contemnamus: neque ſic poteſtatem timeamus,ut de miſericordia deſperemus,quia utrumque eſt in Deo & miſericordia & poteſtas. Poteſtate quidem humiliat ſuperbos,miſericordia exaltat humiles. Quod autem utrumq; in Deo ſit, Apoſtolus inſinuat dicens: Quod ſi Deus uolens oſtendere iram ſuam, & demonſtrare potentiam ſuam, tulit in multa patientia uaſa iræ, quæ deſtinata ſunt in perditionem. Ecce poteſtas. Sequitur miſericordia,ſcilicet ut diuitias gratiæ ſuę manifeſtaret in uaſis miſericordiæ. Nunc ad literam redeamus. Tibi inquam Domine eſt poteſtas & miſericordia. Et hæc duo audiui,id eſt intellexi: quia Deus ſemel locutus eſt. Hic mouet Auguſtinus quæſtionem dicens: Mirum uidetur quod dicit Deum locutum eſſe ſemel, & iſtum duo audiuiſſe. Non autem adeò mirum eſſe, ſi diceret & eum ſemel locutũ, & ſe unũ audiuiſſe. Sed tamen adhuc bene non eſſet, quia Deus & multotiens & multis modis locutus eſt. Locutus eſt enim Adæ, dicens ei: Adam ubi es? Cain quoq; dixit, Vbi eſt Abel frater tuus? Loquutus quoque eſt Abraham, Iſaac & Iacob & omnibus prophetis: nouiſsimè autem locutus eſt in filio ſuo. Sed quanquam multipliciter per ſubiectam creaturam ſit locutus,tamen apud ſe tantum ſemel locutus eſt: id eſt, unum uerbum tantum genuit de ſe, per quod facta ſunt omnia,& in quo ſimul ſunt omnia, in quo præſciuit quid facturus erat in creatura. Non enim neſciuit quod fecit. & in quo ſemel omnia diſpoſuit, quæ diuerſis temporibus diuerſa diſtribuit. Vſque ad hoc uerbum intelligendum dicit hic ſe tranſcendiſſe, & ibi multa audiuit, de quibus duo hæc quidem, mali ſcilicet damnabuntur, boni uerò remunerabuntur: quæ maxime neceſſaria preuidit,nobis proponit. Poteſt quoque pſalmus iſte legi in uoce capitis perſecutores ſuos Iudæos,ita alloquentis (quaſi dicat) Quid me quæritis interficere hominem? qui uera locutus ſum uobis. nõne anima mea potius erit ſubiecta Deo in obedientia perſiſtendo quam uobis? Erit utique. Et meritò,quia ſalutare meum,id eſt reſurrectio mea eſt ab ipſo. Et uere ab ipſo eſt, quia ipſe eſt & Deus meus creans me, & ſalutaris meus: quia me hominẽ per uerbum ſuum aſſumpſit, & immunem à peccato fecit. & eſt ſuſceptor meus uel de ſepulchro,uel contra irruentes & impugnantes. & ideo ſemel motus per mortem, & ſuſcitatus, non mouebor amplius. Semel enim reſurrexit Chriſtus, in æternum uicturus. Vel aliter. Motus quidem fuit in Adam quãtum ad maſſam,ſed non amplius mouebor, id eſt non etiam mouebor,quantum ad perſonam. Naturaliter enim,id eſt quantum ad communem naturam, motus eſt Chriſtus in Adam: ſed non eſt motus perſonaliter,quia peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius. Quouſque irruitis in hominem? quando quidem Deus ſalutaris meus eſt, & ſuſceptor meus, quare ergo quæritis me interficere? Nam irruitis in me,quem reputatis ſolum eſſe hominem, & quouſque irruitis? Certè quouſque poteſtis,quia uos uniuerſi interficitis me exterius non interius: uos dico irruentes mihi enti tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ,id eſt mihi prono ad mortem, & ſponte uenienti ad paſsionem, iuxta illud, Voluntariè ſacrificabo tibi. uel aliter, Vos uniuerſi interficitis me: uos dico irruentes mihi enti,tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ: quia ſicut aliquis qui in parietem iam inclinatum maceriem depulſam irrueret, opprimeretur: ita quòd uos in me qui in ruinam multorum poſitus ſum in Iſrael irruitis, ad ueſtram eſt oppreſsionem & damnationem. Vel aliter: Vos uniuerſi interficitis uos ipſos,irruendo in me pro loco & gente,quia eſtis in hoc mihi comparabiles parieti tanquam inclinato: quia ſicut parieti inclinato propinquus imminet lapſus,ita per mortem meam,per quã putatis locum & gentem retinere,uicinus uobis imminet caſus de eodem loco & gente, & etiam comparabiles eſtis maceriæ depulſæ, id eſt fragili muro; qui ſine cemento eſt: quia gluten charitatis & affectionis non habetis.

Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere,cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.

Ego quidem eos de ſalute ſua ſic admonui, ſed tamen ipſi & ſi non dixerunt, ſaltem cogitauerunt repellere preciũ meum, id eſt ad inobedientiam me ſuſcitare,& ſic precium ipſius obedientiæ, id eſt gloriam reſurrectiõis mihi auferre: ego uerò cucurri, quia nulla ſecularis illecebra me detinuit. & hoc in ſiti,id eſt ſitiendo illorum ſalutem,ut prius. cætera nõ mutantur,niſi ubi dicit: Quoniam ab ipſo eſt patientia mea. Quod tale eſt quaſi dicat: Ideo meritò anima mea Deo debes eſſe ſubiecta,quoniam patiẽtia mea, id eſt tribulatio,quam patior, eſt ab ipſo, id eſt ab ipſius diſpoſitione,non ab iſtorum infeſtatione: præterea quod inferius dicitur,ſcilicet Sperate in Domino omnis congregatio populi, ad ſolos Iudæos, in hac lectione referendum eſt.

IN PSALMVM LXII.

ARGVMENTVM.

EX perſona eorum canitur, qui meritis eminentiores in Babylone degebant.

PSALMVS DAVID cum eſſet in deſerto Idumææ.

EXPLA-

EXPLANATIO.

Pſalmus & Dauid frequenter indicant Dominum Chriſtum, frequenter eccleſiam: quia Chriſtus in membris ſuis eſt, & membra in ſuo capite continentur: quapropter eccleſiæ quæ in hoc pſalmo locutura eſt, meritò præpoſita ſunt uerba, quæ ſignificat Dominum ſaluatorem. Hæc igitur in deſerto Idumeæ, hoc eſt in huius ſeculi ariditate habitat, ubi ſitit & deſiderat Chriſtum. Vnde & Idumæa, in qua Dauid exulabat, terrena interpretatur. In prima parte pſalmi eccleſia deſiderat Domini uirtutem, optans omnium bonorum pinguedine repleri, ut eius digna poſſit laudibus inueniri. In ſecunda gratias agit, quia ſub uelamine alarum Domini mundi procellas euaſerit, inimiciſq; ſuis in inferiora terræ damnandis, regem Chriſtum in Deo patre cum ſanctis prædicat eſſe lætaturum.

COMMENTARIVS.

D*Eus Deus ad te de luce uigilo.*] Pſalmus ipſi Dauid, cum eſſet in deſerto Idumeę. Legitur in hiſtoria, quòd Dauid cum perſequeretur eum Saul, uenit ad Idumeos, & ibi aliquantulum latuit. Idumei autem populi ſunt, quorum regio eſt Idumea, quæ interpretatur terrena, uel ſanguinea. Et ſignificat præſentem uitam, quæ per ſe deſertum eſt: quia quantum in ſe eſt, nullum locũ habitationis habet: & inuia eſt, quia ſi non ueritatis uia per ſe eſt. & inaquoſa eſt, quia in ſe uera caret refectione. In qua neceſſe eſt ut patiamur multas tẽtatiões, tribulationes & perſecutiones. Et ideo dum in ea ſumus, ſemper ſitire & eſurire debemus: quia ſi ſenſeris te hic ſitientem, tandem ſenties te bibentem. Beati enim qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam uerè tandem ſaturabuntur. In hoc autem deſerto Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſitus, quicquid per ſe erat deſertum & inuium, habitabile fecit & peruium, & imbre ſpirituali reſperſit quod erat inaquoſum. docet & admonet nos quanta intentione, quanto ardore & deſiderio in præſenti defectu ſuſpirare debeamus illuc peruenire, ubi nulla miſeria erit, nec ullus defectus, & dicit ita: Deus pater qui cũ ſis Deus omnium per naturam, Deus meus & meorum ſpecialiter es per gratiam: ego uigilo non propter aliquod terrenum commodum, ſed ut perueniam ad te, ubi nullus eſt defectus. Et hoc nõ ex me habeo, ſed de luce, id eſt de tua illuminatione. Nota quod dicat Vigilo. Vigilare enim nihil aliud eſt, quam nõ dormire. Duæ autem ſunt dormitiones, ſomnus ſcilicet corporis: & ſomnus animæ. Quarum altera ſalubris eſt, altera mortalis. Somnus enim corporis ſalubris eſt & neceſſarius, quia niſi membra corporis ſomno corporis reficiantur, nequaquam diu poſſent ſuſtinere animũ uigilantem, & actionibus ſuis intẽdentem. Somnus uerò animæ mortalis eſt, quia ſomnus animæ obliuio Dei eſt. Ab hoc ſomno excitat nos Apoſtolus dicens: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Ipſe quoque Dominus noſter Chriſtus exemplo ſuo nos admonet hic, ut mores noſtri & uita noſtra ad Deum uigilent, ut alij dormientes per uigilias noſtras excitentur, & nobiſcum uigilent & dicant: Deus Deus meus ad te de luce uigilo. Quod autem ponit de luce, ad inſtructionem noſtrã facit, ſcilicet ut per hoc doceat, quòd nihil debeamus nobis attribuere, cũ ipſe Dominicus homo quòd uigilat, non ſibi, ſed Domino attribuat.

Sitiuit in te anima mea.] Vere uigilo ad te, tam anima quam & corpore. Nam anima mea attendens defectum quem patitur, ſitiuit, id eſt ſitim & magnũ deſideriũ habuit, ut per te quies ea, ad te eſſet in te: quia patria ea, in qua nullus defectus eſt. & etiam caro mea quàm multipliciter ſitiuit, id eſt propter multiplicem defectum ſuum, multiplex deſideriũ habuit. Plures enim defectus ſunt carnis quam animæ. & ideo, Quàm multipliciter, quantũ ad carnẽ appoſuit. nec ideo dicit carnẽ ſitiuiſſe, quòd caro ſitiret uel anima per ſe, ſed quia hoc quòd ipſa defectum utriuſq; attendit, cauſa fuit quare ſitiuit. Sitiuit inquam caro mea, & non cuilibet, ſed tibi. Quaſi dicat: Sitiunt alij hæreditatem, poſſeſſionem uel uxorem, pecuniam & ſimilia: caro uerò mea uel anima non ſitiuit niſi te, in qua uera refectio eſt. Promiſſa enim æterna beatitudo animæ eſt, in qua nullum ſentit eſſe defectum, & ideo ſemper ſuſpirat ad illam: carni uerò reſurrectio, immortalitas & impaſſibilitas ſunt promiſſa, & ideo meritò quoq; caro ſitit ad iſta.

In terra deſerta, inuia & inaquoſa ſic & in ſancto apparui, ut uiderem uirtutem tuã.] Quaſi dicat, ubi poſitus ſitiui tantopere? Ibi ſcilicet, ubi neceſſariò ſitiendum eſt: quia in terra, id eſt in hac terrena uita quæ per ſe erat deſerta. id eſt ſine omni uera habitatione, quouſq; Deus pater miſit in eam ueros habitatores, & conſortes id eſt ſanctos uiros, qui eam excolerẽt. & inuia erat, quo uſq; uia, id eſt Chriſtus deſuper ei miſſa eſt. & inaquoſa erat, id eſt omni uera refectione carebat, ſed per miniſtros ſpiritu ſancto repletos aqua refectiõis ueræ, id eſt ſpirituali doctrina perfuſa eſt. In hac inquam terra poſitus ſitiui, & in hoc ſancto deſiderio meo, id eſt in hac ſiti mea apparui tibi, ſicut uiderem uirtutem tuam, id eſt ita me præparaui, quod fui dignus apparere tibi per hoc, quia uidi, id eſt cognoui tuam uirtutem, hanc ſcilicet, quòd ſic ſitirem eſſe tuam non meam, & in hoc gloriam eſſe tuam non meã, id eſt te glorificandum eſſe non me.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper uitas: labia mea laudabũt te.] Ideo meritò ad te ſitiui, quoniam cũ multa ſint genera uiuendi, quę diuerſi diuerſa ſibi eligũt, ut hic mercandi, ille militandi, hic agrum colendi & ſimilia: tamen miſericordia tua illud inſtitutũ uiuendi, quod tu nobis dediſti non per merita noſtra, ſed per ſolam miſericordiam tuam: quia nulla merita inueniſti in nobis quæ coronares, ſed delicta quæ condonares. Quæ delicta ſi punires, uictus eſſes: ſed hoc pertinuit ad tuam miſericordiam, & maluiſti peccatores iuſtificare, quam punire, & de impio pium facere. Illud inquam inſtitutum uiuendi melius, & non parum, ſed ita ut ſit ſuper uitas, id eſt longè excedat omnia alia genera uiuendi. & ideo labia mea, id eſt meorum in futuro laudabunt te uera laudatione. Quaſi dicat: Quod laudabo te habeo ex te, non enim laudarent te labia mea, niſi præcederet miſericordia tua.

Sic benedicam te in uita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.] Laudabo inquam te in futuro, & etiam in præſenti benedicam te in uita mea, ſcilicet quam tu dediſti mihi. Nunquam ego elegi ſic. i. ut miſericordiam tuam ſemper attẽdam, non merita mea. Et leuabo, id eſt exaltabo manus meas in oratione & bona operatione, non propter gloriam meam, ſed in nomine tuo glorificando, ſcilicet ut alij uidentes bona opera glorificent nomen tuum. Quid autem oraturus, aut quid accepturus? Hoc ſcilicet, ut anima mea, id eſt, meorum repleatur, ſicut adipe & pinguedine. Adeps propriè eſt pinguedo illa, quæ circumdat inteſtina, per quam quia interior eſt, deſignatur bona conſcientia: pinguedo uerò quę in mẽbris exterius eſt, & ideo per pinguedinẽ ſignificãtur uirtutes & bona opera. Nõ enim orat iſta pro corporali pinguedine, ſed pro interiori ſcilicet, pro ſpirituali gratiæ abũdantia, ſine qua citò in bonis operib. deficit anima. uel fortè rogat pro futura pinguedine illa. i. pro futura gloria in qua oĩs noſtra peribit indigẽtia, quia præſens habebimus

quicquid

Digitized by Google

quicquid boni deſiderabimus. Rogo inquam ut repleatur anima mea pinguedine, & ſic os meum, id eſt os meorum in futuro laudabit te labijs exultationis, id eſt labijs exaltatiuis. Nunc enim uera nō eſt exultatio, quia labimur in peccatis, & ex caſu triſtamur. Gemitus & oratiões fundimus, poſtquam autem omnis noſtra peribit miſeria, non erit oratio, tunc demum ſola manebit uerè laudis exultatio.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti.] Ideo tādem uere laudabo te, quia nunc meditabor in te, id eſt omnis intentio mea erit in te in matutinis, id eſt bonis operib. per matutinum enim opera deſignantur, quia qui ſeduli ſunt ad operandum, in matutino ad opus ſurgunt. Item quia in matutino lux incipit apparere, per matutinum opera lucis, id eſt bona opera intelliguntur. Qui enim malè agit, odit lucem: qui uerò ambulat in luce, non offendit, qui non malè agit. & eſt præmiſſe probatio. Quaſi dicat: Si ſemper memor fui tui, etiam ſuper ſtratum meum, id eſt in tempore deſtinato quieti, quando minus uidebaris mihi neceſſarius: tunc uerè in matutinis, id eſt in labore, quo maximè tui indigeo, meditabor in te, id eſt tui memor ero. quod eſt à minori. Poteſt etiam per matutinum, quod tempus eſt laboris, aduerſitas deſignari: per ſtratum uerò, in quo quieſcitur proſperitas. & bene neceſſarium eſt quòd ſi memor fuit eius in proſperitate, memor etiam ſit in aduerſitate. Poteſt & aliter dici, ut ſit oſtenſio à pari. Quaſi dicat: Verè tandem os meum laudabit te, quia in matutinis, id eſt in reſurrectione quandocunque erit ſuum matutinum: quia reſurrectio mortuorum differt, ſicut ſtella à ſtella differt. Et ideo dicit, In matutinis pluraliter. Tunc inquam meditabor in te, id eſt omnis intentio mea erit in tua laude. Et hoc ideo, quia prius fui memor tui, ita ut eſſem ſuper ſtratum meum, id eſt carni & ſanguini non acquieſcerem, ſed infirmitatem carnis meæ ad ſeruitutem tuam compellerem. Et meritò tunc meditabor ego, id eſt meditabuntur mei in te, quia ſine te nihil poſſumus facere. Namque tu prius ad id promerendum fuiſti adiutor meus, id eſt meorum, & ſemper eris mihi adiutor, quia exultabo, id eſt exultabunt mei in uelamento alarum tuarum, id eſt in tua protectione, ut ad ſolam dicatur ſimilitudinem. Vel etiam per alas eius dilectionem Dei & proximi poſſumus accipere, uel utrumque teſtamentum, uel miſericordiam & ueritatem, uel minas & promiſsiones: & quia exultabo in te, ideo meritò anima mea & meorum adhæſit tibi, id eſt agglutinata eſt tibi uinculo charitatis, ita tamē ut ſit poſt te, id eſt uelit te ſequi, non præcedere. In qua adhæſione neceſſe eſt ut multa patiar mala. Sed quæ cura? nulla ſcilicet, quia dextera tua ſuſcepit me, & meos ad defendendum contra inimicos. Ipſi uero non ceſſauerunt, ſed quæſierunt animam meam & meorum non ad imitandum, ſed ad perdendū. & hoc in uanum, quia potius in hoc ſibi nocuerunt quā profecerunt. Quod maximè tamen ad caput referendum eſt, cuius animam Iudæi uerè in uanum perdere quæſierunt: quia per mortem eius, per quā ſe regnum retinere putabant, potius perdiderunt. Et ideo (quaſi dicat) animam meam quæſierunt, quia introibunt in inferiora terræ, id eſt locum & gentem ſibi prætulerunt, & cupiditate terram introierunt, ſed lōgè melius eſt ſuper terram ambulare, & ipſam conculcare, id eſt terrena deſpicere, quàm cupiditate ſuper terram ire: quia quiſquis perniciosè & contra ſalutem ſuā terrena appetit, terram ſibi ſuperponit, & in terræ interiora quaſi in cryptam quandam tenebroſam ſubit. Introibunt inquam cupiditate loci & gentis terram, ſed quid prodeſt eis? Nihil ſcilicet, quia tradentur in manus gladij, id eſt in poteſtatem Romanorum gladiatorum, Titi ſcilicet & Veſpaſiani, qui eos de loco & gente depellent. & hoc ideò, quia erūt partes, quaſi ſpecies quædam uulpium, quia aſſociabantur doloſe agentibus. Per uulpem enim, quæ aſtutiſsimum animal eſt, doloſitas deſignatur. Vnde in euangelio de quibuſdam dictum eſt, Vulpes foueas habent, uolucres cœli nidum: filius autem hominis, id eſt dæmones nidos habent in uobis, & ideo filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. Vel aliter: Tradentur in manus gladij, id eſt occidentur: & qui non occidentur, erunt partes uulpium, id eſt in partem & poſſeſsionem uulpibus, id eſt principibus, à quibus in captiuitatem ducantur, dabuntur. quod ita factum eſt. Vndecies enim centena milia in captiuitatem ducti ſunt, totidem quoque fame perierūt, totidemque interfecti eſt. Et deſignantur per uulpes terreni principes, qui maximè dolis reſpublicas augere ſolent. Vnde & Dominus de Herode dicit in euangelio: Dicite uulpi illi, quia non apprehendet prophetiam extra Hieruſalem.

Rex uero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.] Inimici quidem Iudæi damnabuntur, rex uerò lętabitur. id eſt ego abſolutè rex, quem ipſi contempſerunt, & regem uulpem, id eſt Cæſarem elegerunt: lætabor in Domino per reſurrectionem. Et non ſolum rex lætabitur, ſed & omnes qui iurant, id eſt qui cōfirmant ſe in eo eſſe, & uiuere, laudabūtur tandem & lętabuntur. uel è conuerſo. Magna enim laudatio cum dicetur eis: Venite benedicti patris mei. Et item: Euge ſerue bone & fidelis. Et qui laudabuntur pauci, non erunt, quia os omnium loquentium iniqua, id eſt, contra dicentium ueritati tandē obſtruetur, & iam obſtructū eſt, quia pauci nunc ſunt contradictores. Nam & Iudæi qui dum agnus occidebatur, clamauerunt: poſtquam leo fortis ſurrexit, obticuerunt. Sciēdum quia poteſt etiā pſalmus iſte totus legi in uoce uniuſcuiuſque perfectioris mēbri in corpore. Parua tamen differentia eſt, quia quæ de capite diximus, eadem & eodem ferè modo cuique perfectiori conueniunt, alijs in exemplo ſe ponenti, & ſic dicenti: Deus pater, Deus omnium per naturam, meus & meorū, cōſortium ſpecialiter per gratiam: ego uigilo ad te de luce, id eſt ſedulò. De luce enim prima ſurgunt, qui ſeduli ſunt in operibus. Vel aliter, Vigilo quidem ad te, & hoc non ex me eſt, ſed de luce, id eſt de tua illuminatione: & eſt quaſi dicat, Sicut multi orto iam ſole dormiunt corporaliter, & neſciunt adeſſe ſolem, quia non illuminantur à ſole: ita etiam multi Chriſto uero ſole iam orto, & ubique prædicato adhuc dormiunt, nec ipſum adeſſe ſentiunt, quia lumen interius nondum perceperunt. Ego uero ô Deus uigilo ad te de luce, id eſt quia interius percepi tuam lucem. Et oſtendit quo modo uigilo, ſicut & prius dicens: Sitiuit in te anima mea, & cætera. nec aliquid mutetur uſque dum dicit, Sic in ſancto apparui tibi. quod eſt dicere: Sitiui quidem ad te, & in hoc in ſancto deſiderio meo ſic apparui tibi, id eſt innotui, ut & tu innoteſceres mihi, ſcilicet ut in ſancto tuo, id eſt Chriſto uiderē, id eſt intelligerem non ſolum hominem, ſed etiam tuam uirtutem, id eſt omnipotentiam uerbi tui, & gloriam tuam, id eſt ſaluationem humani generis, per eum factam, quæ eſt gloria tua: quia ſicut de impijs pios, de ſeruis liberos, de damnatis feciſti in regnum aſſumptos. multi enim parum putant eſſe filium Dei inter homines apparuiſſe, quia in eo ſolum intelligunt hominem, non diuinam uirtutem. Item ubi dicit: Et in nomine tuo, & cætera. hęc tantilla eſt mutatio. Quaſi diceret: Sicut tu leuaſti manus tuas in cruce, ſic ego leuabo manus meas in oratione & opere pro glorificādo tuo nomine. Rurſus q, in uerſu penultimo dicit, Introibunt in inferiora terrę dicēs, in hac quoq; lectione quantū ad cupiditatē, et tradentur in manus gladij: non quòd exterius, ſed interius occidantur. & hoc ideo, quia partes uulpium, id eſt doloſe agentes erūt.

Rex

Rex uerò, id eſt ille qui ita ſe reget, ut talibus non cõformetur, lætabitur in Deo propter liberationem, & etiam omnes qui iurant ſe uiuere in eo rege.i. imitatores eius, lætabuntur & laudabunt. & non pauci erunt, ſed multi, quia os obſtructum eſt.

IN PSALMVM LXIII. ARGVMENTVM.

DE ſeipſo Dauid cecinit cum Saulis perſecutionibus laboraret. Aliter uox martyrum Chriſti.

IN FINEM PSALmus Dauid.

EXPLANATIO.

Tituli huius uerba Chriſtum ſignificant, qui per totum pſalmum de ſua eſt paſsione locuturus. Prima poſitione Dominus orat, ut à populi Iudaici timore liberetur, docens illos defeciſſe in inſidijs, ſe autem reſurrexiſſe ad gloriam. Secunda ſæuitiam deridet Iudæorum, quia magis ipſi conturbati ſunt de ſceleribus ſuis, quando reſurgente Domino eius eſt adnũciata fortitudo. Tunc enim lætitia iuſtorum, & rectæ fidei uirtus apparuit.

COMMENTARIVS.

E*Xaudi Deus orationem meam, cũ deprecor.*] In finem ipſi Dauid, hoc eſt, hæc uerba referuntur nõ ad hiſtoriam, ſed in finem attributa ipſi Dauid uel capiti: quia commendatur nobis in hoc pſalmo per uocẽ ipſius capitis, maximè paſsio eius, & etiam ſanctorũ martyrum, qui nequaquam fortes eſſe poſſent, niſi imitando eum, id eſt, Chriſtum qui prior fortis apparuit, & prior paſſus eſt. Neq; talia ſuſtinerent in paſsione, qualia ipſe paſſus, niſi talia ſperarent in reſurrectione, qualia ipſe demõſtrauit in ſe. Audiamus ergo uocem eius notiſsimã, quia hic etiam non tantum loquitur de ſe, ſed etiã de membris ſuis. Et eſt intentio eius in hoc pſalmo commendare nobis paſsiõem ſuam, ut in eo uideamus & laborem noſtrũ & mercedem noſtram. Laborem quidem in paſsione, mercedem uero in reſurrectiõe: nec in labore deficiamus, ut ad mercedem perueniamus. & dicit ita: Deus pater exaudi orationem meam pro meis à me factam, ut des eis conſtantiam & perſeuerantiam in tribulatione cum deprecor, id eſt quia uale pro eis precor. Hæc enim fuit ualidiſsima precatio, quando ſeipſum Deo patri pro nobis obtulit, in quo uerè mortẽ noſtram excuſauit, & uulnera noſtra ſanauit, & ut pro nobis exaudiret fecit. Et quia deprecor, ideo eripe animã meam.i. animam meã à timore inimici. Non rogat animam ſuorũ eripi ab inimicis, ne occidantur, quia multi occiſi ſunt: ſed rogat eripi à timore inimicorũ, ſcilicet non eos qui corpus occidũt, animam aũt non poſſunt occidere. Timeãt, ne ab eis deuorentur, ſed potius timeant eũ qui poteſt & animam & corpus mittere in gehennã.i. ſuo timori ſubdantur. Nõ ſint à timore liberi, ſed à timore inimici erepti: quia ſancti martyres exaudiebãtur & occidebantur, & tamen ab inimicis exuperabantur: multi uero timentes conſentiebant & uiuebãt, & ab inimicis abſorbebãt. Multi abſorpti & uiui abſorpti: multi uero mortui abſorpti. Qui enim Chriſtianã religionẽ putabant uanã eſſe, mortui abſorpti ſunt: qui uero prædicationẽ euangelij ueram eſſe, & Chriſtum filium Dei eſſe credebant, & tamen doloribus cedebãt & ſacrificabant, uiui abſorbebant. Illi quia mortui abſorpti, iſti uero abſorpti mortui. Neq; enim abſorpti uiuere potuerunt, quanquam uiui abſorbebantur.

Protexiſti me.] Ecce monet fideles ſuos ut conſtãtes ſint nõ ſolum uerbo, id eſt nomine, ſed exemplo proponẽdo quid paſſus ſit, & quid acceperit, ut & ipſi eadem ſuſtineant, & talia accipiant. quaſi dicat: Oro ut eripias me à timore inimici, & uerè eripias me, quia iã protexiſti diſpoſitione me ipſum à conuentu malignantiũ. Conuentũ malignantium uocat cœtum Iudæorum, qui uerè malignantes erant: quia freneticí medicum, qui uenerat infirmos eorum ſanare, cæcos illuminare, eorũ phreneſin curare, uolebãt interficere. Et non ſolum à conuentu malignantium Iudæorum protexiſti me, ſed etiam à multitudine omnium operãtium iniquitatem illam. hoc addit propter milites Romanos, qui & gentiles fuerunt, & cum Iudæis per cõſenſum illam iniquitatem operati ſunt. Quam eũe iniquitatem? hanc ſcilicet, quia exacuerunt linguas ſuas ut gladium.i. acutiſsima & uenefica uerba dixerunt & hi & illi, maximè tamen Iudęi ad me interficiendum. Non poſſunt ſe excuſare Iudæi, quin interfeciſſent Dominum: quia ſi nõ ferro interfecerũt, tamen ore uenenato. Ne intẽdas manus inermes, ſed os armatum, quia lingua eorum gladius acutus. Cum enim dicit eis Pilatus: Accipite uos eum, & ſecundum legẽ ueſtram iudicare eum: dixerunt, Nobis nõ licet quenquam interficere. Et ſi non licet occidere, licet ad occidendum tradere. Vtiq; non. Attamen iniquitatem ſuam in hominẽ iudicem refundere uoluerunt, ſed Deum iudicem fallere non potuerunt. Et factus eſt innocẽtior Pilatus comparatione illorũ, quia multa fecit ut liberaret eum à manibus eorum. Vnde etiam flagellatum eũ perduxit, ut uel ſic mitigaret ſæuitiam eorum. Sed poſtquam uidit eos in inſania rata perſeuerare, lauit manus ſuas, & dixit: Innocẽs ego ſum à ſanguine huius iuſti. Innocentem ſe dixit, ſed tamen quia conſenſit, reus fuit. Et ſi iſte qui coactus fecit reus fuit, multo magis rei fuerunt qui eum coegerunt, & qui uenenato ore Chriſtum interfecerunt, clamantes ſuper eum: Crucifige crucifige eũ. Vnde etiam inter euangeliſtas diſſenſio illa eſt, quod alter dicit hora tertia Dominum crucifixum, alter uero hora ſexta. Verè enim hora tertia fuit, quando apud Pilatum eũ accuſabant, & Barraban elegerunt: ipſum uero ſæuientes crucifigi poſtulauerunt. Quare euangeliſta reſpiciens ad eorum uoluntatem, dixit eum hora tertia crucifixum. Alter uero dixit, quia ſexta fuit hora, quando Pilatus pro tribunali ſedit, & tunc apparitores poteſtatis illum crucifixerunt, quem præuaricatores legis hora tertia crucifixerunt.

Et tunc illorum manus perfecit, quod prius iſtorũ lingua fecit, magis rei qui ſæuiẽdo clamauerũt, quanquam parendo adminiſtrabant. Exacuerunt inquam linguas, & intenderũt arcum, id eſt occultas inſidias parauerunt, uolentes quaſi neſcienter interficere, quẽ nihil latet in humano corde. Qui enim fecit hominẽ, ſcit quid ſit in homine. Deſignantur aũt per arcũ occultæ inſidiæ ideo, quia qui cominus gladio pugnat, apertè pugnat. Qui arcum percutit ut feriat, fallit. Audi rem amaram. Verè enim res amara quod illum uolebant interficere, quẽ uidebatur mortuos ſuſcitare, & talia facere. Ad hoc inquam intenderunt arcum, ut ſagittent immaculatum.i. ut interficiant illũ qui maculam nõ contraxit, quia peccatum non fecit, & quia adeò expers à macula fuit, quod etiam maculas noſtras terſit: & hoc in occultis quantum ad ſe, non quantum ad illum quem nihil poterat latere.

Subito ſagittabunt eum.] Quaſi dicat: Perficient uerè illud ad quod arcum intenderunt, quia ſagittabũt immaculatũ ſubitò.i. ex improuiſo, quantũ ad ſuã opinionẽ, & nõ timebunt.i. nõ obſtupeſcunt, quanq̃ ſagittent eum. timuit iudex, nõ timuerunt illi qui tradiderunt eũ iudici. Contremuit poteſtas, ſed non contremuit

eorum

Digitized by Google

eorum immaoitas. Ei hoc ideo, quia ſermonē nequā firmaueruot, quando repetito dixerūt, Crucifige erucifiga aum. Quia repetitiu, eſt confirmatiu. Et atiam quoniam unanimitet contra Pilatum clamaueiunt, Non habamus regem niſi Cæſatam. Item quoq; ſarmunem nequam, quando dixeruut: Sanguis eius ſupar nos & ſuper filius nuſtros. Et firmauerunt ſibi nō Domino, quia illum mors nun occidit, ſad illa mortem occidie: illus uaro iniquitas, quæ in eis uixit interfecit.

Narrauerunt.] Quia firmauaruot ſermonē, ideo orraueruot, id eſt ordinauerunt & diſpoſuerunt ut abſcondereot laqueus, id eſt ut abſconſe ſua reputationa omnia ſcienti dolus paraient, & adeo abſcunſe, quòd atiā dixerunt, Quis uidebir eus laqueos? Poterat autem eis dici: quia qui ſecit te, uidet te.

Scrutati ſunt.] Ideo putauerunt quòd nullus uideret laqusos, quia ſcrutati ſunt, id eſt cum magna diligentia finxerunt iniquitates, id aſt acerba & acuta conſilia. hęc ſcilicat, Non tradatur per nos, ſed pei diſcipulum. nun occidarut è nubis, ſed à iudica. Ita umnia ſaciamus, ut nihil fecere uideamut. Sed hæc ſimulata innocentia non fuit innocentia, quia ſimulata æquitas non eſt æquitas, ſad duplex iniquitas. Quæ ionocentia fuit, in gazuphylacium nolla mittere ſanguinis pecuniam, & mittere ſanguinem in conſciantiæ? Quippe cum traditur pœnitens facti, reiecit eis argenteos, dixerunt: Non licet eos mittere in carbanā, quia precium ſanguinis aſt. gazuphylacium uel carbanan atea quædam erat, ubi colligebantur quæ in uſum ſanctuarum mittebantur. Scrutati ſunt inquam iniquitates, ſed quid eis inde contigit? hoc ſcilicet, q̃ ſcrutantes ſcrutinia defecerunt, id eſt quanto acurius ſeioueniſſe illa acuta & acerba cōſilia putauerunt, tanto magis à luce ueritatis & æquitatis deficiebant, & in profunda malignorum conſiliorum damergebantur. habet anim quendam legem ſuam iuſticia, qua perfundit & illuſtrat animam. Aoima aotem à luce ſcaterens, quanto magis inuenit quid cootra iuſticiam faciat, tantu magis à luce rapellitur, & in tenebruſa demergitur: ſic & iſti quantu acutius quid cootra iuſtū faceiant, machinabantur, tanto plus à luca ueritatis defecerunt. Et io tantum daſecerunt, quòd etiam Deum quem ipſi non uidebāt, dulus ſuos uidere non potauerunt, dicentes: Quis uidebit homo.

Accedet homo.] Quaſi dicat: Ipſi quidem hæc omnia machinabantur quaſi inuito, quaſi nolenti: ſed iamá homo accedet, id eſt ego ſponte accedam ad paſsionem. Paſſus eſt homo ia teneti, flagellari, conſpui & crucifigi: quia noo potaret teneri, flagellari, cōſpui & crucifigi niſi homo. Ad has omnes paſsiones accesſit homo, ut liberaretur homo. Accedet inquam homo & cor altum, id eſt æternum in homine illo conſiliū etiam accedet. Quo modo autem acceſsit? Quia oculis ſolis illorum objiciabat bominem, intus tegens diuinitatem. Et ſic occiſus eſt homo, & exaltatus eſt Deus homo. Occiſus quidē ex Infirmitate, exaltatus uero ex maiaſtata. Et quo ebijt exaltatus? Vnde ſcilicet non receſsit bumiliatus, id eſt ad ſinum Dei patris redijt, unde per aſſumptæ carnis humilitationem nō receſsit. Habet noſtra translatio, Ad cor altum, quod ſatis congruè legi poteſt ſic: Ipſi inquam ſcrutati ſunt ſerutinio, & in bac ſcrutationa perficiēda accedet homo da minoribus ad cor altum, id eſt ad conſenſum principum, id eſt cooſentient maiores & mioores ad hæc aceiba cooſilia parficiēda. Val bomo ſimplicitar, id eſt perſecutor accedet ad cor altum, id eſt ad Chriſtum ut crucifigat eum. In quo uerè cor altū fuit, quia erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians, & ſic occidetur homo, & exaltabitur Deus homo, ut prius.

* *Sagittæ paruulorum.*] Ideo dico Deus homo exaltabitur, quia illi nihil effectum dederunt. Nam plagæ eorum factæ ſunt ſagittæ paruulorum, id eſt nihil eum læſerunt ſicut ſagittæ, quas paruuli de ſtipulis faciūt, nullum lædunt. Vel aliter: Solent pueri maximè ſagittas mittere io altum, ubi nullum lædunt, ſed ſæpè in ipſos recidunt, & eus iotecficiunt: ſic & Iudæi plagis ſuis Deum non læſerunt, ſed ſeipſos potius interfecerūt. Ei uerè nihil affectum daderunt, quia linguæ eorum infirmatæ ſunt ita, ut eſſent contra eus, nō pro eis. Quomodo? Quia ſcilicet crucifixo Domino & ſepulto dixerūt Pilato: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit, Poſt tres dias reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum uſq; in diem tertium, ne fortè ueniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis. & erit nouiſsimus error peiur priore. Tunc dixit illis Pilatus: Habatis cuſtodes, ite cuſtodite ſicut ſcitis. Cuſtodee poſiti ſunt. Venit tertia dies. Facta ſunt tanta mirecula, quòd atiam cuſtodes, ſi uera uallent dicere, poſſent eſſe teſtas. Sed auaricia quę captiuauit diſcipulum comitem Chriſti, captiuauit etiam militem cuſtodem ſepulchri. Dixerunt eis namq; Iudæi: Dabimus uobis pecuniæ quātum uultis, dicite quia uubis durmientibus diſcipuli eius furati ſunt eum. Et io boc factæ ſunt contra eos linguæ eorum, quia ueritatem reſurrectionis potiue confirmauerunt, cum eam per talas taſtes deſtruere putauerunt. Si enim durmierunt, nihil uiderunt: & ſi nihil uiderunt neq; audierunt, teſtas eſſe non potuerunt: quia officium teſtis eſt quæ uiderit uel audierit dicere. & linguis eorum ſic infirmatis Domino reſurgente, & etiam ubiq; prædicato & exaltato in maieſtate, qui prius damnatus fuerat in infirmitate. Omnes illi inter Iudæos qui uidebant eos, id eſt qui intelligebant duritiam eurdis eorum, ſecundum quam talia dixerunt potius quam ſecundum ueritatem, conturbati ſunt prius in mente, conſcientia peccati, ut illi qui accedentes ad Apuſtolos dixerunt: Quid faciemus uiri fratres? Quibus Petrus æquipollenter ait: Sanguinem qoem fudiſtis ſæuientea, bibite credentes. Plus inquam cōturbati ſuot. Et deinda inter eos omnis homo, id eſt uerè utens ratione, & intelligens quid meriti eſſeot in tanto facinore, timuit ualde futurum iudicium. Et in tantum timuit homo, ut non timeret uir homo, id eſt Iudæi qui poſtquam audierūt ubiq; Chriſtum prædicari, & mundū poſt ipſum ire, probibunt, ne quis loqueretur in eo nomine. Quibus Petrus ait, oel reſpondit, quòd magis oportet Deo obedire quam hominibus.

Annunciauerunt opera Dei.] Quaſi dicat: Chriſto iam exaltato in maieſtate, qui prius iudicatus fuerat in bumilitate. Et his conturbatis & timentibus ſancti Apoſtoli, & eorum conſortea erapti ab inimicorum timure, poſt certitudinem reſurrectionis & coofirmationem ſpiritus ſancti ſuper eos miſsi annunciauerūt opera Dei patris, bæc ſcilicet: quia oportebat eū qui multos filios adducturus erat in gloriam, auctorem eorum per mortem conſumare. & ideo annunciauerunt, quia tunc primum facta eius Dei ſcilicet intellexerūt. Et quæ facta, Qoia oportebat ſic pati Chriſtō? id eſt cum tanta manſuetudine, ot ſicut ouis ad occiſionem duceretur, & in tanta humilitate, ut neq; ſpecies neq; decor in eo appareat. Et ut tanta pacientia inſultantes ſibi in cruce ſuſtineret, ut de cruce non deſcenderet, in que moriandum erat propter morituros, & raſurgendum propter in æternum uicturos. Et poſtquam hæc intellexerunt iuſti illi qui prius triſtati ſunt, quando dubitauerunt, & ſpam ſuam perdidiſſa ſe putauerunt, lætati ſont: uelut illi doo priores iuſti, quorum oculos na eum agnoſcerent in uia tanuit. Poſtquam uero in fractiōe panis aum cognouerunt, lætati ſunt. Annunciata ſuot hæc cuidam alij duriori, qui priuſq̃ latus palparet, credere dubitauit. Poſtquam ueio manum ad latus miſit, lætatus eſt & dixit, Deus maus, & Dominus meus. Et non ſolum iſti iuſti lætati ſunt, ſed etiam omnis iuſtus lætabitur non in mundo, ſed in Domino: quia dictum aſt, Beati qui non uiderunt & crediderunt. & meritò ſperabit

in eo

in eo ſpe reſurgendi ſibi data. Et cum omnis iuſtus lęterut, omnes hi qui ſunt recti corde, id eſt quicqd pationtur hic ed exemplum eius, iuſtè raputant ſe pati, nec mormurando contradicunt eius uolootari. Hi inqoam dignè laudabuntur & hic & in futuro, & ſic lęrabuntur. Er ſi hi laudabuntur, apparet ergo quie diſtorri corde, ſcilicet qui nõ cor ſuum ad cor Dei apponunt, ſed potius cor eius ad cur ſuum diſtorquere uolunt, reuera damnabuntur.

IN PSALMVM LXIIII. ARGVMENTVM.

REditum populi de Babylone prædicit, ex perſona reuertentiũ loquens. Aliter uox Eccleſiæ ante baptiſmum.

IN FINEM PSALMVS DAuid, canticum Hieremiæ & Ezechiæ populo tranſmigrationis, quando incipiebant proficiſci.

EXPLANATIO.

QVia principia tituli iã nota ſunt, ſequẽtia paucis exponamus. Tranſmigrante in Chaldæam populo Iſrael, Prophetæ memorati prædixerunt eos poſt ſeptuaginta annos patriam redituros, euerſamq́; ab hoſtibus Hieruſalem meliore ſtatu reparaturos. Non ergo Hieremias & Ezechiel Pſalmum fecerunt, ſed quorum tempore iuxta hiſtoriam congruit, eorum nomine prætitulatur, quòd ab Eſdra factum plurimi auctores aſſeuerant, dicentes eum Pſalmis omnibus titulos indidiſſe, eosq́; hactenus incompoſitos, & pro auctoritate, à temporis diuerſitate diſperſos, in uolumẽ unum collegiſſe. Spiritualiter autem populus, qui Babyloniam deſerens, poſt captiuitatẽ ad Hieruſalem feſtinabat, illos reſpicit, qui poſt peccata priora mũdi iſtius confuſione damnata, ad Eccleſiam Chriſti uenire contendunt. quibus auctoritate patrum totus iſte Pſalmus aptandus eſt. Populus ille, qui ſeculi peccata deſerens, reuerſus eſt ad Dominum, primo ingreſſu Pſalmi auctorem ſuum liberatus, agnoſcens orationem ſuam, poſtulat exaudiri, definiens ſolum beatũ eſſe, qui ad eius meruerit atria peruenire. Secunda ſectione ſpem dicit Dominum omnium finium eſſe terrarũ diuerſas laudes, ipſius potentiam allegorica comparatione deſcribens, ſanctosq́; eius hymnica in ipſum exultatione gaudere.

COMMENTARIVS.

TE *decet hymnus Deus in Syon.*] In finem Pſalmus Dauid canticum Hieremiæ & Aggei & Ezechielis de uerbo peregrinationis, cum inciperẽt proficiſci. Secundum hiſtoriã Iſraeliticus populus de Hieruſalem ciuitate ſua captiuetus eſt, & in ſeruitutem Babylonię deductus, propheteuerat autẽ ſanctus Hieremias propbate populom poſt annum ſeptuageſimum de captiuitate rediturum, & rędificaturũ templum Domini, qood deſtructum erat, & ciuitatem quam deuictem ab hoſtibus planxerar. factum eſt randẽ iuxta ſancti uiri prophetiam, & magne pars populi de captiuitate reuerſa ciuitatem & templum, quod à Chaldæis deſtructum erat, reſtituit. Sed hæc quia in figure contingabant illis, ad noſtram autem correctionem ſcripta ſunt ut Apoſtolus ait, debamus & nos noſſe prius captiuitatẽ noſtram, & deinde liberationem. Dabemus cognoſcere Babyloniam, in qua captiui ſumus: & Hieruſalem, ad qoam ſuſpiramus ſecundom literem. hæ doæ ciuitates erant, Babylonis ſcilicet in Hieroſolyma, & Hieruſalem figuram gerebat cuiuſdam æternæ ciuitaris. Sed poſtquam euidentius prædicari cepit quæ ſignificabatur, neglecta aſt quæ ſignificabat, & reiecta eſt quæ umbra erat. Propterea etiam modo templum in ea noo eſt, quod conſtructum erar in figuram illius ueri templi, de quo dictum eſt: Soluite templum hoc dicit, &c. Quia ueniente ueritate receſsit umbra. Sed tamen adhoc io quadem captiuitate ſumus, quia dum in hoc corpore ſomos, peregrinamor à Domino. harum duarum ciuitatum oomina etiam ſecundum interpretationem ſunt notaoda. Hieruſalem namq; uiſio pacis interpretatur, Babylon uerò confuſio. In tandamos coofuſionis ciuitatem, ut intelligamus pacis uiſionem. Harum duarũ ciues ciuitatum ab exordio homani generis io ſimul currunt permixti, in fine uero ſaparandi. Inde etiam nuoc diſtioguuotur ciues Babyloniæ, & ciues Hieroſolymæ. has doas ciuitates doo feciuot amores. Hieruſalẽ quod facit amor Dei, Babylonem uero amor muodi. Interroget ſe quiſque qui amet, & inueniet unde ciuis ſit Dei. Si eſt ciuis Babyloniæ, extirpet cupiditatem, & planter charitatem: ſi uero ciuis aſt Hieroſolymæ, toleret captiuitatem, ſperet liberationem. Sub hac figura captiuitatis, & liberationis Pſalmus iſte cantatur, in cuius titulo ſunt doo hi Prophetæ Hieremias & Aggeus, & cantaot cum inciperent exire. Incipit aliquis de Babylonia exire, cum incipit amata. Multi enim latenter exeunt. Exitur autem iode non pedibus, ſad affectionibus. Exitur ſi qui prius confuſi erant, cupiditatem diſtingueotur charitate. Diſtincti enim nõ ſunt confuſi. Et quamuis corporaliter ſint permixti ſancto deſiderio, tamen ſunt diſtincti. Et ſi enim propter corporalem præſentiam nondum exiarunt, ſecundom tamẽ mentis affectum iam exire cœperunt. Audiamus ergo & cantemus, & deſideremus cuius ciues ſumus. Audiamus inquam & quæ gaudia nobis caotantur, & quomodo in nobis amor noſtræ ciuitatis reformatur, quam diuturna peregrinatione obliti ſumus. Rex etenim noſter mittit nobis ſacras ſcripturas queſi queſdam epiſtolas, io quibus informetur in nobis amor redeundi. hortatur autem nos, ut dicatur breuiter Pſalmus iſte, ut attendamus peregrinationis miſerias atq; laboram, & ſic ſemper ſuſpiremus ad patriam pleoariam, atq; ęternæ fœlicitate fruentem. Attendendum uero quod Hieremias excelſus uel altus interpretatur: & daſignantur per eum homines hæc infima contẽnẽtes, & alta, id eſt cœleſtia appetentes. Aggeus uero ſolennis ſiue feſtiuus Interpretatur: & ſignificat homines adeò prouectos, ut iam quietem non quærant, niſi tantum illic ubi gaudia ſunt ſina fine, & feſtiuitas eſt ſine intermiſsione. Ezechiel quoq; memoria Dei interpretatur, quod ideo additom eſt: quia quidem libri nõ Aggeum hebent, ſed Ezechiel. Titulus ſic exponitur: Hęc uerba referuntur io finem, quæ ſunt Pſalmus Dauid, id eſt fidelium, & determinat uterq;, & quid ſit Pſalmus, & quorum ſit: dicens quia eſt canticum, id aſt exultatiuus hymnus Hieremiæ & Aggei, id eſt illorũ duorum fidelium, quia per duos Prophetas ſignificantur. Et aſt cantatus de uerbo, id eſt da cognitione peregrinationis. quia enim cognouerunt exilij amaritudinem, ſitiunt ad patriæ dulcedinem, & ideo cantant, exhortantur alios ut idem attendant & idem ſitiant. Tunc dico cantatus, cum inciperent proficiſci non illi Prophetę, ſed ſignificati ab eis. Statim enim cum aliquis de Babylone ire incipit, & dulcedinem patriæ ſentit, ſic orare, ſic hymnire ei conuenit: O Deus hymnus in Babylone, non decete, id aſt noo decenter hymnitur tibi à Babylonijs: quia oon eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. ſed hymnus decet te io Syoo, id eſt decenter hymnitur tibi ab his qui ſunt in Syon, id eſt in pręſenti ſpeculatione. & tãdem integrè reddetur tibi uotum ab

eiſdem in Hieruſalem: quia qui nunc exultat Iacob in proficiſcendo, lætabitur Iſrael in perueniendo. Vel ſi patres ſequamur, utrumque ſcilicet Syon & Hieruſalem ad idem referemus. O Deus in Babylone organa ſuſpenſa habuimus, nec tibi hymniuimus: quis hymnus Babylonis non deceret. In Syon uero ſupercœleſti, ubi uera ſpeculatio eſt, decēter tibi hymnitur, quia nullum illic impedimētum, in qua quiddam magnū nobis promittitur, ſcilicet auctor pulcherrimæ ciuitatis illius uidendus. In qua quoque ſi non corpore ſumus, tamen mente ſumus: quia ut ait Apoſtolus, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. & ſi hic corpore inter Babylonios ambulamus, nō tamen ſecundum carnem militamus: & ſicut illic mente ſumus, ita etiam illic iā mente hymnimus. In Syon inquam tibi Deus decenter hymnitur, & in Hieruſalem, id eſt in eadem Syon, ubi perueniemus ad uiſionem, uotum quidem nunc ſit integrè tibi reddetur: quia perfectum tibi tunc erimus ſacrificium, quando ignis flagrantiſsimę charitatis nos totos arripiet in uſum ſuum.

Exaudi orationem meam.] Et ut ego ueniam & uotō reddam, ideo Deus exaudi orationē meā, dando mihi perſeuerantiā contra carnales cōcupiſcentias nos distrahentes, contra quas nō cōſentiendo certamus, quamdiu in hac uita ſumus. Exaudi dico, ut ueniam, ſicut uotum reddam: quia neceſſarium quidem eſt ut ueniam. Nam omnis caro ueniet, Chriſtus enim primitias carnis de utero uirginis aſſumpſit, & primitijs aſſumptis neceſſe eſt cætera ſequantur. Et ideo omnis generis caro, ſcilicet ſerui domini, docti indocti, ſenes pueri uenièt quidem ad iudicium: quia omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, ſed non omnes uenient ad te, ſcilicet ut tibi incorporētur, quia quidam ueniunt damnandi. Et ideo exaudi me, ut ueniam & uotū reddam, id eſt ueniā ſaluandus, non damnādus.

Verba iniquorum.] Ideo neceſſe eſt ut exaudias, quia uerba iniquorum, id eſt Babyloniorum præualuerūt ſuper nos, neceſſe eſt, ut in qua ciuitate aliquis naſcitur, diſcat & linguam & mores gentis: ſic & nos cōuerſando inter Babylonios & corū uanitatē, id eſt terrena amare didicimus: & quidam etiam eorum mendacium didicerunt, quia creaturā creatori præpoſuerunt. Et ita uerba eorum, id eſt praua doctrina Babyloniorum præualuit nobis, quia cōſenſimus: & ſuper nos, quia in pluribus, & tamen nō oppreſſerunt, quia tu Deus pater propitiaberis, id eſt per propitiatorē tuū propitius eris peccatis noſtris, quia etiam impietatibus. Hęc uerba ſatis oſtendūt, ad quem pertineat hęc propitiatio. Solent enim talia dici ſacerdotibus, quia ſacrificijs & orationibus Deum faciunt nobis propitium, ſcilicet ut inuenias eum cognoſcētem, & ueniā dantem. Sic & Deus pater miſit filium ſuum, qui pro nobis obtulit quod à nobis accepit. Ipſe ſacerdos & hoſtia, ipſe oblator & oblatio, & per hunc propitiatorem noſtri miſeretur.

Beatus quem elegiſti.] Propitiaberis inquam nobis per propitiatorem tuū, qui electus à uerbo tuo, & aſſumptus ſpecialiter eſt beatus. Et omnis etiam quem tu elegiſti iam diſpoſitione, per illum & aſſumpſiſti ad incorporādum, eſt beatus: quia habitabit tandem, id eſt manſorius erit in atrijs tuis ſupercœleſtibus. Atria enim aliquādo pro preſenti Eccleſia accipiūtur, aliquādo etiam atria quia ſolent ornari pro cœleſti habitatione, quæ ornatiſsima eſt, ut hic ponuntur.

Replebimur in bonis.] Quaſi dicat: Interim autem quid? Scilicet replebimur in bonis domus tuæ, debeter dicere: ſed quia ille unus de quo loquitur eſt multi, inter quos ipſe eſt, ideo dicit, Replebimur in bonis non Babyloniæ, quæ ſunt aurum, argentum, gemmæ & cætera pertinentia ad uanitatem, ſed in bonis domus tuæ. Domum & templum accipit hic uel ſupercœleſtem habitationem, quam & atrium uocauit. Cuius bona ſunt, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit. uel etiam domum uocat ad ſimilitudinem hominem Dominicum. Deus enim erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians. Et exponit quæ ſint bona illius domus, ſcilicet ſanctitas & æquitas: quia templum tuum uel ſupernum habitaculum uel illud templum, quod de ſe dixit: Soluite templum hoc, &c. eſt ſanctum, id eſt ſanctitate plenum, & eſt mirabile non in auro, non in argento & ſimilibus, ſed in æquitate: & pertinet ſanctitas ad religionem, æquitas uero ad iuſtitiam. Exaudi nos, quaſi dicat: Et eſt conuerſio ad Chriſtum: Et ut repleamur, ideo tu Deus ſalutaris noſter, id eſt qui teipſum dediſti ut nos ſaluares, exaudi nos, tu dico qui es ſpes omnium finium, id eſt in quo per fidem ſperant poſiti in omnibus finib. terræ: & ſi non ubique oēs, & poſiti in mari, id eſt in inſulis maris quantumcunque longè. uel aliter: Es ſpes omnium finium terræ, id eſt omnium illorum maximè, qui ſe fecerunt fines terræ, & etiam illorum qui ſunt in mari, id eſt qui adhuc hærent mundo, qui deſignantur per mare, & ideo ſunt longè. Nullum enim tam peruerſum genus eſt malorum, de quo aliqui non cōuertantur, & credentes ſperent.

Præparans montes.] Quaſi dicat: Per quod es ſpes omniū illorum? Per hoc ſcilicet, quia præparas montes, id eſt quia paras quoſdam montes, quoſdā præ alijs montibus. Mōtes ſunt ſublimes in terrenis, quos Dominus parat duabus de cauſis: ſcilicet ut per eos uel boni exerceantur, uel ut ab eis ſuſtententur. Præ his montibus parauit etiam quoſdam digniores mōtes, illos ſcilicet quos ſol oriens prius illuſtrauit, & per eos in conualles reluxit, id eſt Apoſtolos, per hoc factum eſt ut omnes fines terrę in eo ſperarent. Et inde dicit, præparans montes in uirtute tua non in ſua infirmitate. Ex te enim fortes, ex ſe debiles, ad quod faciendum potens fuiſti, quia accinctus es potentia. Alius eſt qui cingitur, alius à quo cingitur. Ita & hic homo accingitur, & à potentia diuina, id eſt à uerbo perſonaliter ſibi iūcto accingitur: tu dico qui per hos montes conturbas profundū maris: id eſt adeò grauiter, quòd etiam ab ipſo fundo commoueas mare. Mare uocat terrenos & ſeculares homines amaros uanitate, turbulentos procellis, prauis & peruerſis cupiditatibus ſe inuicem ut piſces deuorantes: profundū uero eſt cor eorum, & quicquid ab intimo conturbatur, grauius conturbatur. Sic & Dominus præconantibus Apoſtolis conturbauit terrenos de gentibus, adeò ut cor eorum à quo proceſsit omnis perſecutio illa, quam lingua uel manu exercuerunt in ſanctos, ita concuteret ut exinaniretur, quo plenum erat, id eſt iniquitate, & impleretur quo uacuum erat, id eſt æquitate. Et hoc eſt quod dicit, Qui conturbas profundum maris, & conturbando illud, conturbas etiā ſonitum fluctuum, id eſt ſonantes fluctus eius maris. hoc eſt facis ceſſare ualidas & minantes eorum contradictiones. Quomodo hoc facis? per hoc ſcilicet, quia gentes præconantibus Apoſtolis turbabuntur prius per peccatorum conſcientiam, & deinde timebunt, id eſt ualde obſtupeſcent etiam illi qui habitāt terminos, id eſt fines terræ, uel q inhabitādo ſe ipſos faciunt fines terræ à ſignis, id eſt propter miracula uiſa. Signis dico tuis, id eſt à te factis non ab alijs. iuxta illud: Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et hoc modo delectabis, id eſt delectabiles non laborioſos facies eis exitus matutini: & exitus ueſperi, id eſt cōtemptus mundanæ proſperitatis & aduerſitatis. Vt ſi fortè aliquis potens uolens te ad iniuſtitiam aliquam impellere, aliquod terrenum lucrum magnum tibi offert, ſed tu econtra attende Dominum dicentem tibi: Quam commutationem dabit homo pro anima ſua? aut quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, animæ uero detrimentum patiatur? Et item: Ego bonum tuum, ego diuitię tuę, nō mundus: ego promitto æterna, mundus tranſitoria. Et attendendo hæc & ſimilia, non erit tibi graue, ſed delectabile lucrum illud contemnere:

ſi uc-

Digitized by Google

ſi uero ille uidens promiſſa nihil ualere, minis & pœnis aliquibus tentet te uincere, attende hoc in corde tuo: Dominus meus præcipit mihi, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Et etiam ſecuritatem de corpore promittit mihi dicens, Et capillus de capite noſtro non peribit. Quare hunc nõ formidabo? Quid enim poterit mihi facere iſte, quod Dñs meus prior non paſſus ſit? Attẽde etiam multa ſimilia, & ſic delectabilis erit tibi aduerſitas, quam ille minatur contemnere. Deſignatur autem per matutinum proſperitas, propter lucis lætitiam: per ueſperum uero aduerſitas, propter noctis triſtitiam.

Viſitaſti terram & inebriaſti.] Hoc inquam, modo delectabilem facies eis matutino cõtemptum, & ueſperi: quia uiſitaſti iam diſpoſitione per gratiam terram, id eſt gentiles terræ inhærentes: & inebriaſti eam, id eſt compluiſti eam uerbo doctrinæ, adeò quòd inebriaſti eam præclaro calice tuo. Ebrietas felix, facietas ſalutaris: quę quanto copioſius ſumitur, tanto magis ſobrietatem mentis donare dignatur. Et multiplicaſti locupletare eã, id eſt multipliciter in ſpiritualibus donis locupletaſti eam: quia alij data eſt ſcientia linguarum, alij gratia ſanitatum, alij diſcretio ſpirituum, &c.

Flumen Dei repletum eſt aquis.] Quaſi dicat: Per quod inebriaſti, per quod eam locupletaſti? per flumen ſcilicet, id eſt per priorẽ populum de Iudæis credulum, à quo uelut à flumine riui doctrinæ in alios perfluxerunt. Quod flumen repletum eſt aquis Dei, non demergentibus, ſed reficientibus, id eſt doctrinis ſpiritualibus à Deo patre datis. Sed licet per flumen dicam hoc factum, tamen non flumen, ſed tu paraſti cibum, id eſt reficientem doctrinam illorum qui per terram deſignantur. Tu dico paraſti, quoniam præparatio eius eſt ita, id eſt per te ſolum fit, quia fit per gratiã quam nemo poteſt dare præter te ſolum.

Riuos eius inebria.] Quaſi dicat: Bonis principijs Domine bonos exitus iunge, ſcilicet inebria riuos eius terræ. Riui propriè ſulci ſunt in terra, quibus aqua manet. Hic autem per riuos intellige capaces ualidæ doctrinæ. Et eſt dicere: Scindatur Domine duritia cordis eorum uomere uerbi tui, ut fiant in eis riui, per quos aquæ uiuæ ad alios defluant: & hoc modo multiplica genimina, id eſt generationes eius terræ, ſcilicet ut per quoſdam credentes alij credentes fiant, & per illos alij ut ſic numerus fidelium augeatur: & uerè ita facias, ſcilicet riuos eius inebriabis, quia etiã germinans, id eſt quiſquis credere nunc incipiens lætabitur in ſtillicidijs eius fluminis, ſcilicet riuos eius inebriantis: per ſtillicidia autem lacteam doctrinam, aptam ſcilicet paruis accipe: de qua Apoſtolus: Non potui uobis tanquam ſpiritualibus, ſed tanquam carnalibus, & quaſi paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi, non eſcam. Sicut enim aliquis plantaria ſua rigans, quibuſdam ſcilicet quæ iam radices fuerunt riuos inducit, alijs tantum ſtillando humorem infundit: ſic Deus minores credentes lacte nutrit, maiores uero quaſi pane uel ualida doctrina paſcit. Poteſt etiam ita legi iſte uerſus, ut eius ſemper ad flumen referatur, & ut partes eius fluminis riui & germinãs accipiantur, & per riuos intelligantur, ut in alia ſententia capaciores: per germinãtem uero, minus capaces, in quos doctrina adhuc ab alijs inſtillatur.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.] Iſtud quomodocunque illud uarietur, eodem modo benedices, id eſt augmentum dabis coronæ, id eſt gloriæ anni benignitatis, id eſt fertilitatis tuæ. Cum dicit coronam, intellige uictoriæ gloriam. Coronabantur enim uictores ad gloriam, & ideo corona ponitur pro gloria: benignus uero eſt annus, fertilis annus. Incepit autem iſte fertilis annus, de quo agitur in ſecunda ſeminatione. Duæ enim factæ ſunt ſeminationes. Primum ſeminauerunt prophetæ in ſolis Iudæis, quod Apoſtoli meſſuerunt, quia per doctrinam Prophetarum ſancti Apoſtoli inſtructi ſunt. Vnde dictum eſt, Alij laborauerũt, alij meſſuerunt. Deinde autem illud idem ſemen purificatum ſecundo ſeminatum eſt in omnes gentes ab Apoſtolis, ſuper quod inimicus homo zizania ſeminauit, quia multas hæreticas doctrinas diabolus ſuperinduxit. Et in hac ſecunda ſeminatione cepit annus fertilitatis illius, de quo dictum eſt: Lætare ſterilis quæ non paris, & cætera durarur uſque in finem ſeculi: Benedices inquam, & te benedicente campi tui, id eſt humiles tui, id eſt credentes replebuntur uerbo, id eſt omni uirtutum plenitudine. Et hoc reſpicit ad humiles de Iudæis. Pingueſcẽt ſpecioſa deſerti, id eſt corda gentilitatis prius ſqualida ſentibus peccatorum, modo facta ſpecioſa ornamento uirtutum, pingueſcẽt in bonis operibus: & ideo colles, id eſt prælati eorum accingentur exultatione, id eſt plenariam habebũt exultationem. profectus enim ſubditorum magnum gaudium eſt prælatorum. Et non ſolum colles, id eſt prælati inferiores, ſed etiam arietes duces ouium, & alios in fide generantes, & ideo utroque cornu ferientes, id eſt ſupremi principes Eccleſiæ. Vt ſancti Apoſtoli & eorum ſucceſſores & Euangeliſtæ induti ſunt exultatione, id eſt plenariam iam habuerunt & habebunt exultationem: & hoc ideo, quia ualles, id eſt humiliores tandem his de illis abundabunt non hordeo hiſpido, id eſt carnali doctrina, ſed frumento delectabili, id eſt doctrina ſpirituali. Quanto enim aliquis humilior, tanto in ſpiritualibus ſublimior: Et clamabũt, id eſt omnem intentionem ſuam ad Deum dirigent & ſubditi & prælati. Et uerè clamabunt, quia dicent hymnum ſcilicet, Te decet hymnus Deus in Syõ. Nõ enim eſt clamare, niſi ſit hymnum dicere.

IN PSALMVM LXV.
ARGVMENTVM.

ET hic reditum populi deſignat uerum ex perſona illorum loquens, qui inter eos merita celſiores cum ſuperius carmen totius populi preces & uota contineat. Aliter uox Apoſtolorum ad populum.

IN FINEM CANTICVM
Pſalmi reſurrectionis.

EXPLANATIO.

APertus eſt titulus lætitiam Dominicæ reſurrectionis non ſolum Iudæis, ſed & gentibus inſinuans. Contra perſuaſionem Iudæorum, qui ſe dicebant ſolos ad beatam uitam præ omnibus pertinere, mater Eccleſiæ ſpem'generalis reſurrectionis interpoſitis tribus diapſalmatibus læta decantat. Primo *ordine hortans uniuerſitatem ut de Domini reſurrectione cõgaudeat, quæ cunctis erat fidelibus æterna præmia præſtatura. Secundo ordine inuitat omnes, ut ueniant ad Dei opera cõſideranda, quatenus una credulitas iungat, quos unum præmium expectant.* Tertio *iterum monet gentes, ut* Dominum *benedicant, qui nos licet diuerſis probet tribulationibus, tamen ad requiem ſuæ miſerationis adducit.* Quarto *ordine iterum inuitat uniuerſitatem ut cum monita exemplo liberationis ſuæ amplius cõfidat in* Domino, *benedicens eum, quoniam orationem eius exaudire dignatus eſt.*

COMMENTARIVS.

IVbilate Deo omnis terra.] In fine Pſalmus Dauid cantici reſurrectionis. Hæc uerba referuntur in finem, quæ ſunt Pſalmus Dauid, id eſt Abrahā, Moyſi, & aliorum de priori populo fidelium, attendentium per Euangelicam gratiam & ſpem reſurrectionis cōmunem gentium & Iudæorum concorporationem futuram: Pſalmus dico qui eſt cantici, id eſt lętitiæ non cuiuslibet, ſed reſurrectionis indeficientis. Quæ enim maior lętitia, quā cui nulla interuenit triſtitia? Agit enim Pſalmus iſte de reſurrectione, facta iam in capite futura in corpore: quia quicquid pręceſsit in capite, ſequitur & in corpore. & hæc eſt ſpes noſtra. Ad hoc enim credimus, ad hoc duramus, ad hoc perſeueramus in tanta malignitate huius ſeculi, conſolante nos ſpe, antequam ſpes fiat res. Spes autem erit res, cum & nos reſurgemus, & in cœleſtem habitum mutati æquales angelis erimus. hanc ſpem Iudæi ſibi promiſſam tenebant, & de bonis & quaſi iuſtis operibus multū gloriabantur, quod legem acceperant, ſecundum quā uiuendo & temporalia bona acciperent, & talia in futuro ſperabant, de qualibet hic gaudebant. Ideo etiam Saducæis reſurrectionem non credentibus reſpondere non potuerunt. Si enim talia in reſurrectione non ſperarent, in quęſtione Saducæorum non deficerent. Dominus autem promittens angelorum ęqualitatē, non carnis humanæ corruptionem, quæſtionem ſoluit, & ait: Erratis neſcientes ſcripturas neq; uirtutem Dei, in reſurrectione neq; nubent neq; nubētur, neq; incipiēt mori, ſed æquales erūt angelis Dei. nec quęrentur ſucceſſores, ubi non erunt deceſſores. Et quia Iudæi hanc ſpem promiſſam ſibi tenebant, ideo ſe ſolos ad beatam uitam reſurrecturos putabant, propter opus legis & iuſtificationem ſcripturarum, quas ipſi ſoli habebant, Gentes uero non habebant. Quapropter Pſalmus iſte agit contra pręſumptionē & ſuperbiam eorum, pro fide gentium ad eandem ſpem reſurrectionis uocaturum: & quia de immenſa & ineffabili lætitia Pſalmus iſte agit, ideo à iubilatione ſic incipit, Omnis terra, id eſt non ſolum Iudęi, ſed & uos gētiles per omnem terram diffuſi. Iubilate, id eſt erūpite in uocem gaudiorum, ſi non ſufficitis in uoce uerborum: & hoc Deo, id eſt ad laudem Dei, qui nos etiā ad ſpem reſurrectionis uocauit. Attende quomodo commendat uniuerſitatem Eccleſiæ, cum dicit: Iubilate omnis terra. Qui enim uult in parte eſſe, ut Aphricani uoluerunt, ille non uult iubilare, ſed ululare. Et quaſi dicat: Si iubilatis interius, ut Deus audiat pſalmum dicite, id eſt bene operamini exterius, ut proximus uideat, & exemplum accipiat: & hoc non ad laudem ueſtram, ſed nomini eius glorificando, ne ſitis de illis qui uoluerunt ſuam iuſtitiā, & iuſtitię Dei ſubditi nō eſſe. Et hoc modo iubilando, ſcilicet pſallendo, date & anima & corpore gloriā laudi eius, id eſt glorioſam laudem non nobis, ſed ei, id eſt Deo à quo habetis quicquid boni habetis.

Dicite Deo.] Alia poſitio eſt, & eſt dicere: Dicite ut intelligatis, & in te oſtendatis Deo, id eſt ad laudem Dei: Domine quam terribilia ſunt opera tua, id eſt quanto terrori habenda ſunt opera tua. Vnde terribilis? ſcilicet quia ex parte contigit cæcitas in Iſrael, ſcilicet ut plenitudo gentium intraret. Gaudete ergo gētes ſic, ut contremiſcatis. Attende ramos fractos propter elationem, & oleaſtrum inſertum propter bonitatem, & facti participes pinguedinis oliuæ noli ſuperbire. Rami fracti ſunt propter infidelitatem, tu autem fide iſta, noli altum ſapere, ſed time. Si enim naturalibus ramis non pepercit, nec tibi parcet. Potens enim Deus eſt illos iterum inſerere. Quod etiam factū eſt ita. Reſurrexit Dominus, multi crediderunt in eū. Et qui ante non cognouerant dum crucifigerent eū, crediderunt & cognouerūt. Donatus eſt ſanguis Domini homicidis, ut non dicam Deicidis: & ſanguinē quem per ſæuitiam fuderunt, per gratiam biberunt. Dicite etiam Deo ſic, ut intelligatis: Domine inimici tui Iudæi mentiuntur tibi, id eſt ad tuam gloriam. Nā mētientur in multitudine uirtutis tuę, id eſt ut multa potentia tua appareat. Aliter enim in hoc mendacio fuit, quam in alijs eſſe ſolet. Alia enim mendacia deprimere ſolent. Mendacium autem Iudæorum cōtra Dominū non fuit ad depreſsionem, ſed ad magnam uirtutis eius exaltationem. Ad hoc enim mētiti ſunt ut crucifigeretur, crucifixus eſt, mortuus eſt & reſurrexit. In quo potentia eius potiſsimum effulſit. Maius enim fuit mortuum reſurgere, quam non mori. Et alia ſigna quæ fecit, operatus eſt etiam per ſuos: iſtud uero ſpecialiter per ſeipſum tantum, & ideo maximū eſt aliorum omnium. Quod etiam ipſe Dominus oſtendit dicēs: Generatio mala & adultera ſignū quærit, & ſignum nō dabitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Quia ſicut Iona fuit in uentre ceti tribus dieb. & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terrę. Et ita cum interrogarent eum, Quod ſignū dabis nobis, quia hæc facis? Reſpondit. Soluite templum hoc, & cætera. Et in hoc mētiti ſunt ei, quia impoſuerunt ei: quia quod dixerat, Soluite templum hoc. Quod & mendacium fuit, quantum ad illos: quia hoc non dixerat, & tamen uerum fuit: quia ipſe Chriſtus uerè illud ſoluit: nam & ipſe ſe tradidit, & Deus pater eum tradidit, & Iudas eum tradidit. Iudas quidem magiſtrum prodidit auaritia, Chriſtus uero dedit ſe ex gratia. Iudas accepit pręmium nequitiæ, Chriſtus uero laudem habet gratiæ. In hoc quoque eodem mentiti ſunt ei, quando falſos teſtes, qui eum reſurrexiſſe negarent, conduxerunt: auctus eſt numerus mentientium, ut augeretur merces credentiū. Reſurgens Dominus diſcipulis apparuit, nō inimicis: crucifixus autem apparuit omnibus. Reſurgens uero Dominus ſolis fidelibus, ut qui uellent crederent, & ſpem reſurrectionis haberent. Poteſt & aliter iſte uerſus exponi, ut dicatur, Dicite Deo ut intelligatis: Domine quam terribilia ſunt opera tua, id eſt quanto terrori debet eſſe omnibus hominibus, maximè uero ingratis opera tua. Quæ opera? hæc ſcilicet, quòd rex angelorum factus eſt unus mortaliū. Et qui inuiſibilis eſt in ſuis, uiſibilis factus eſt in noſtris, & incōprehenſibilis uoluit comprehendi, & cætera talia. Hæc inquam opera tua uere ſunt terribilia. Sed tamē inimici tui Iudæi mentiērur in multitudine uirtutis tuę, id eſt in ſignis illis, per quæ oſtenderetur multa potentia tua: quia dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia & multa ſimilia. quod tamen erit tibi, id eſt ad gloriam tuam, quia cognoſcetur eorū falſitas: quæ quanto magis fuerit intenſa, tanto pollentior erit tua gloria.

Omnis terra.] Inimici quidē mentiuntur de te, non uenerantur te, & ideo Domine omnis terra, id eſt gentium terrenitas conuerſa adoret te, id eſt ueneretur te in mente, & pſallat tibi ore, & pſalmum dicat in opere. & hoc non ad laudem ſuam, ſed nomini tuo glorificando.

Venite & uidete.] Oſtendit quomodo debeant adorare & pſallere Domino. Venite uos gentes confitentes, relinquite illos mentientes, & uidete ſicut uidenda ſunt opera, ſcilicet Dei, ut credatis opera Dei, qui eſt terribilis in cōſilijs habitis ſuper filios hominum. Filius enim hominis terribilis eſt in conſilijs ſuper filios hominum, quia illi machinati ſunt acerba & fraudulenta conſilia, ſcilicet ipſum crucifigendi & interficiendi: ipſe uero excecandi & ſaluandi. Humiles quidem ſaluandi, ſuperbos excecandi. Et ad hoc excecandi, ut excecati humiliarentur, humiliati confiterētur, cōfitētes ſaluarent̃. Vel aliter, Terribilis eſt in cōſilijs ſuper filios hominū: quia cōſiliū q̃ illi machinati ſunt ad unius mortē, hoc ipſe cōuertit ad multorū ſalutē.

Qui conuertit mare in aridam: in flumine pertranſibũt pede: ibi lætabimur in ipſo.] Videte inquam opera Dei. Quæ uero ſunt opera illa? Hæc ſcilicet, quod ipſe conuertit mare, id eſt illos qui prius erant amaricantes ſalſitate, & turbulẽti prauis cupiditatibus, & per detractionem facti uelut piſces ſe inuicem comedentes, conuertit in aridam terram, id eſt fecit arabilem terram, & ſitientem dulcis aquæ, id eſt ſanæ doctrinæ: ut dicant, Anima mea ſicut terra ſine aqua ſitiuit ad te Domine. Et illi qui prius erant mare poſiti in flumine, pertranſibunt pede. Flumen eſt mortalis uita noſtra, quæ nulla ſtabilitate iuget, ſed ſemp in fluxu eſt. In hoc flumen peruenimus equitando, id eſt ſuperbiendo & præuaricando in primo parente: pertranſire uero huc flumen non poterimus, niſi pœnitendo, id eſt niſi nos humiliando. Eſt enim nobis data ſpes cuiuſdã reſurrectiõis, in qua nec in anima erit aliquid culpabile nec in corpore aliquid morabile. Sed ad hãc peruenire non poterimus, niſi illi animas noſtras humiliemus, & illum imitemur qui dixit: Gaudete quia ego uici mundum. Poteſt autem hunc aliquis fluuiũ ſibi & perturbare & linire. Si enim miſera anima raptetur cupiditatibus, quanto magis raptatur, tãto magis & flumen perturbat, & ſe in ipſum præcipitat. Stet ergo miſera anima uel in litore, uel ſaltem in flumine, nec raptetur fluctibus cupiditatis prauæ, & ſe humiliet ut quandoque ualeat enatare. & hoc eſt q, dicit: Qui prius erant mare poſiti in flumine per elationem pertranſibunt flumen pede, id eſt per humilitatem, & ibi, id eſt in tranſitu lætabimur non in nobis, ſed in ipſo, per nos enim contriſtati ſumus, quia per ſuperbiam noſtram lapſi ſumus: in ipſo uero lætabimur, quia per ipſum uero reſurgemus. In ipſo dicit, Quia & ſi ad tempus eſt humiliatus ex infirmitate noſtra, tamen dominatur non per aliud, ſicut multi dominantur per milites ſuos, ſed in propria uirtute ſua dominatur dominatione eunte in æternum: quia Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non amplius moritur. Nec hanc gratiam ſcilicet tranſitum ſuprà dictum, ſolis Iudæis conceſſit, qui tantum precium dedit, id eſt qui ſe ipſum obtulit: ſed etiam oculi eius reſpiciunt ſuper gentes, id eſt miſericorditer reſpexit gentes, quia conceſſit eis eandem gratiam, ſpem ſcilicet reſurrectionis. Quare qui exaſperat, id eſt Iudæi qui inuident hanc gratiam gentibus, & in hoc ſibi Deum exaſperãt, id eſt iram m faciunt dicentes: Quid profuerunt nobis opera legis, aut quid ualuerunt nobis ſcripta prophetarum? Ecce nobis Euangelium, & gentibus Euangelium. Ecce nobis ſpes reſurrectionis, & gentibus ſpes reſurrectionis, & ſimilia his inquam tales non exaltentur in ſemetipſis amplius, id eſt non præſumant de iuſtitia ſua uel de meritis ſuis: quia lex non eſt eis iuſtificatio, ſed præuaricatio. Et ideo in ſe ipſis humilientur recognoſcentes ſe pares gentibus, quia occluſit ſcriptura omnia ſub peccato, ut in illo qui in æternum dominatur, exaltentur.

Poteſt etiam ad gentes hoc referri, ut ſic dicatur, Ille inquam miſericorditer reſpexit gentes: illi uero de gentibus qui exaſperant eum, permanentes in infidelitate ſua, & hanc gratiam uocationis non attendentes non exaltentur amplius in ſemetipſis, id eſt non præſumant amplius de magnitudine ingenij, & libertate arbitrij: ſed in ſe infirmẽtur ut in ipſo exaltẽtur.

Benedicite gentes Deum noſtrum, & auditam facite uocẽ laudis eius.] Quia oculi Domini ſuper gentes reſpiciunt, ergo gentes benedicite Deum, uel etiam ita ſimpliciter continuari poteſt, Venite inquam gentes, & benedicite Deum, id eſt bona opera facite: quæ uidẽtes alij, glorificent Deum patrẽ ueſtrum qui in cœlis eſt. Deum dico ueſtrum, id eſt qui Deus eſt non Iudæorum tantum, ſed etiam gentium. hoc ideo priores illi perfecti, qui hic loquuntur, dicunt: ut per hoc doceant ſe uidiſſe per ſpiritum ſanctum gentes, ſicut Iudæos uocandas ad gratiam. Benedicite inquam, & facite auditam uocem laudis eius, id eſt facite humiliãdo uos in omnibus, ut alij audiant, id eſt intelligant, qua uoce uos laudetis Deum. Hęc enim uox eſt, quę uerè laudetur Deus, ut nihil ſibi aliquis attribuat nec de ſe præſumat: ſed omnia ad Deum referat dicens, Gratia Dei id ſum quod ſum.

Qui poſuit animam meam ad uitam: & non dedit in commotionem pedes meos.] Benedicite inquam gentes Deum, Deum dico, qui & nos & Iudæos, qui per nos iuſtificari ex lege non poteramus, ſicut & uos iuſtificauit. Quod ęquipollenter intelligi datur cum dicit: Deum dico qui animam meam ereptam ad mortem poſuit, id eſt humiliauit ad ueram uitam, & perſeuerantiam etiam mihi dedit, id eſt ſtabilem me fecit: quia nõ dedit pedes meos interiores, id eſt affectiones meas in commotionem, id eſt in aliquid q, uerè motus poſsit dici, ita ut commouerer, id eſt ut ſic mouerer interius, ut etiam mouerer exterius perducendo illũ ad actũ.

Quoniam probaſti nos Deus: igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.] Quaſi dicat: Vnde in te commotio? Ideo ſcilicet, quoniam multas patimur tẽtationes & tribulationes. Quare pateris? Quoniam tu Deus probaſti nos, id eſt in probationẽ duxiſti nos. & quomodo probauerit oſtendit, ſcilicet examinaſti nos igne, id eſt feruentiſsima tribulatione, & hoc ita ſicut examinatur argentum. Quaſi dicat: Igniſti nos, ſed nõ incineraſti nos. Igniſti nos nõ ut abſumeres, ſed ut purgares. Argentum examinatur, non ut abſumatur, ſed ut purgetur. Poteſt & alia ſimilitudo iam alibi dicta, ab argento examinato trahi. Sicut enim argẽtũ examinatum, tunſum non diſsilit, ſed in longum & in latum creſcit: ita qui perfectè tribulationis igne, pro fide recocti ſunt, tunſi ab inimicis nõ diſsiliũt, id eſt in charitate non deficiunt, ſed charitas eorum in latum extenditur: quia etiam uſq; inimicos porrigitur, in lõgum etiam per perſeuerantiam ducitur.

Induxiſti nos in laqueũ, poſuiſti tribulatiões in dorſo noſtro.] Oſtendit per partes probationem. Quaſi dicat: Verè examinaſti nos, quia hoc & hoc modo induxiſti inquam nos in laqueum, id eſt in catenas & in carcerẽ & in ſimilia, quibus caro quidem uinceretur, anima uero abſorberetur: & quibus non irretiremur, ſed expediremur. & poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, id eſt feciſti nos iocũdẽ omnium tribulationũ. Male enim erecti eramus, ſed tu nos incuruaſti, ut incuruati bene erigeremur. Præterea impoſuiſti homines ſuper capita noſtra, id eſt tantam poteſtatem hominibus prauis, id eſt tyrannis ſuper nos dediſti, ut etiam capitalem de nobis darent ſententiam. Tolerauimus enim ſuperiores, quos nouimus nobis peiores. Et hoc modo tranſiuimus per ignem aduerſitatis & tribulationis illæſi, quia non fregit nos aduerſitas: & ſic etiam per aquam tranſiuimus illæſi, id eſt per proſperitatem, quia non nos extulit proſperitas. non enim eſt tutum per aquã tranſire, quia facilè ſoluit proſperitate, niſi prius indurauerit integrè in tribulationis fornace. Teſta namque niſi prius conſolidetur, præ calore in aquam miſſa diffluit. Tranſiuimus inquam per ignem & aquam, & tu eduxiſti ab igne & aqua illæſos: & eduxiſti nos in refrigerium, id eſt ut refrigeratam habeamus conſcientiam. Gloria enim noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: & ab hoc refrigerio duces nos in feruentiſsimũ ignem, quia ego introibo in domum tuam ſupercœleſtem eas in holocauſtis, quia totus accẽdar igne flagratiſsimæ charitatis, ut ſim Deo holocauſtum. Holocauſtum enim interpretatur totum incenſum: & deberet dicere, Introibo in domõ tuã in holocauſtu. Sed quia iſte unus q hic loquitur, eſt in multis, ideo dicit, Introibo in holocauſtis, q a quiſq; erit ibi holocauſtũ, & ibi reddã tibi Deo uota mea. i. quę æquũ ut tibi reddã, ſcilicet hymnũ laudis. iuxta illud: Cũq; omni militia cœleſtis exercitus hymnũ glorię tuę canimus. ſ. ſ. d. Vota d. quæ labia mea interiora, id eſt labia cordis,

dis, quia tibi loquor, diſtinxerunt ab exterioribus operis, tibi eſſe offerenda. Et quæ etiam os meum exterius locutum eſt in tribulatione, quia nec tribulatio potuit mihi hic uota illa, id eſt laudem tuam extorquere. Ille Deum laudat in tribulatione, quem nõ frãgit tribulatio, ſed ſemper dicit cũ beato Iob citharœdo optimo: Dominus dedit, Dominus abſtulit. Sit nomen Dñi benedictum. Ideo autem dicit, In tribulatione mea, quia tribulatio utilis eſt & neceſſaria, quia facit hominem deuotiorem.

Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boues cum hircis. Reddam tibi inquam uota, & quæ uota? Scilicet offeram tibi holocauſta medullata, id eſt placentia. Pinguia enim holocauſta erant acceptabiliora, ſcilicet offeram tibi laudem integram, & charitatem intimam, quæ placent tibi. & hoc cum incenſo arietum, id eſt per orationem ſanctam pro me ab arietibus, id eſt à ſanctis patribus, qui nos in fide genuerunt, & per meam orationẽ non diſſentiens am à traditione ipſorum ſanctorum patrum: quę Deo ita eſt delectabilis, ſicut ſuauis eſt alicui odor incenſi. Verè enim Deo eſt gratum, quod quidem probatur ab auctoritate ſanctorum patrum non eſſe diſſonum. Offeram inquam holocauſta, & offeram tibi boues, id eſt magiſtros meos triturantes me. Et hircos, id eſt in peccatis fœtidos offeram tibi, non tantum per ſe hircos, ſed ita ut boues ſint cũ hircis, id eſt ut illi qui prius erant hirci à bobus ſint triturati, & ſic incorporati: quia hoc etiam tibi placet ſacrificium, ſi peccatores hic conuertantur, & bonis concorporantur. Nec te turbet quod dicit, Offeram boues & hircos: quia in illo priori populo qui hic loquitur, quaſi unus fuerunt & boues & hirci conuerſi. Poteſt etiam hoc totum de præſenti legi, ut ſic dicatur: Introibo tãdem in domum tuam ſupercœleſtem, & ut introeam, reddam tibi nunc interim uota mea, illa ſcilicet quæ labia mea interiora diſtinxerunt, id eſt diſcreuerunt, ſcilicet ut me accuſem, te laudem. Te Dominum dico, me ſeruum. Te me nõ indigere, me ſine te eſſe nõ poſſe, & ſimilia. Et quæ os meum exterius maximè locutum eſt in tribulatione, ubi oportet me deuotiorem eſſe. Tribulatione dicit mea, id eſt mihi utili & neceſſaria. Holocauſta mea diſtinxerunt inquam labia mea, uota tibi reddenda, & hæc diſtinguendo offeram tibi holocauſta mea, id eſt intima charitate intus referta, ut non te tantum amem in ſuperficie, ſed in intimo amore, & exterius ſaginata fide & ſpe & bona operatione. Pecus enim medullatum & interius medullis eſt plenum, & exterius ſaginatum. Et eſt quaſi dicat: Non debet eſſe uacuum & aridum, quod tuæ maieſtati eſt offerendum. Vacuum quidem à charitate, aridum uero à fide uel à ſpe. & hoc faciam uel cum incenſo arietum, ut prædiximus: uel quia quidam libri habent, Cum incenſu: quod ſignificat incendium. ita poſſumus dicere, Offeram tibi holocauſta mea cum incenſu arietum, id eſt incendendo & deſtruendo in me laſciuiam, quæ per arietem deſignatur: & offeram tibi boues cum hircis, id eſt & boues & hircos item cum incenſu, id eſt incendam in me curioſitatem & ſuperbiam, quæ per bouem deſignatur: & incendam in me peccatorum fœtorem, qui per hircum deſignatur. & hęc incenſa tibi offeram, quia hoc erit tibi delectabile ſacrificium.

Venite & audite, & narrabo omnes qui timetis Deum: quanta fecit animæ meæ.] Alia item gentium inuocatio, nec ſuperfluit toties uocari, cum quidam adhuc ſint pigri, multoties tamen uocati. Quaſi dicat: Venite natione longinquæ, benedicite Deum gentes: uos etiam omnes gentes qui timetis Deum caſto timore, uenite paſsibus fidei, audite aure audiendi, & narrabo uobis. Non eſt narrare, niſi prius ſit timere. Quid narrabo? Scilicet quãta bona fecit Deus animæ meæ. hoc priores de Iudæis, qui in hoc pſalmo loquuntur, non inuidentes Euangelicam gratiam & concorporationẽ gentib. ideo eis annunciant ut attẽtius ad fidẽ ueniant, & eandem quam & ipſi gratiam accipiant.

Ad ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea.] Narrabo inquam quãta fecit Deus animæ meæ, quia hęc duo mihi maximè fecit, ſcilicet quod qui prius clamabam ore non meo, iam clamaui ori meo. Et qui prius clamabam ad Iouem ſcilicet, & ad Saturnum, & ad cætera dæmonia: iam clamo ad ipſum uerum ſcilicet Deum. Ille non clamat ſuo ore, qui & ſi attentè ſatis agat, non tamen hoc agit pia intentione. Clamat uero ore ſuo cordi conſono aliquis, quando quod exterius agit uel loquitur attentè, ex pia procedit intentione. Et eſt breuiter dicere: Hæc duo præcipua bona fecit mihi Deus, ut & ad ipſum clamẽ, & ore meo clamem, id eſt intẽtiſſimè clamem. & ideo ad ipſum clamaui, quia eum exaltaui, id eſt omnibus præpoſui ſub lingua mea, id eſt in corde meo. Vel quia in eo præcipuè exultaui, quod propter libros quoſdam dicitur, qui habent Exultaui. Cor uero ideo ſub lingua eſſe dicitur, quia quaſi quoddam ſubiectum linguæ eſt. Prior enim cogitatio, deinde lingua, id eſt locutio. uel ideo etiam dicitur ſub, quia per ſe non poteſt patere cogitatio, ſed per linguam aperitur.

Iniquitatem ſi.] Verè eum exultaui ſub lingua mea, quia non fuit iniquitas in corde meo: talis dico quã ego aſpicerem, id eſt quæ mihi placeret. Non enim penitus iniquitatem denegare poſſumus, quia ſi dixerimus quòd peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. nec ille in cuius corde eſt iniquitas, Deum exaltat, uel in Deo exultat, uel ubi proximus deprimitur, nunquam Deus exaltatur. Nec duobus dominis poſſumus ſeruire, & ideo dicit, Iniquitatem non aſpexi in corde meo. Nam quaſi dicat, Si aſpexi, non Deum exaltaui, & ideo non exaudiet me Dominus: quia autem non aſpexi, propterea exaudiuit me Dominus ad ipſum clamantem. Et uerè exaudiuit, quia attendit uoci deprecationis meæ, id eſt intenſæ deprecationi meę pro peccatis factę. Vnde benedictus ſit Dominus, & reperit unde: quia non amouit orationem meã pro perſeuerãtia factã à ſe, & miſericordiam ſuã circa utrumq; ſcilicet circa deprecationem, & circa orationem non amouit à me: quia & peccata remiſit, & conſtantiam dedit.

IN PSALMVM LXVI. ARGVMENTVM.

HOc quoq; carmine reditus populi ex Babylone prædicitur, in quo iiſdem uerbis reuerſorum alacritas indicatur, quibus ut ſacerdotes populo benedicerent, lege ſcriptum eſt.

IN FINEM, IN HYMnis Pſalmus cantici Dauid.

EXPLANATIO.

HYmnus & canticum laudationem ſignificant, quæ ut Dõmino tantum Chriſto data monſtretur, præmittitur in finem. Poſt canticum reſurrectionis Propheta deprecatur, ut benedicti ad diuinam cognitionem deducamur, ad quam noſtra nõ poſſunt merita peruenire. Prima ergo parte fidelibus loquens, ſupplicat ut benedici eum ipſi mereatur à Domino, quatenus illuminati corde in cunctis gentibus Chriſtum Dominum prædicandum eſſe cognoſcant. Deinde conuerſos ad Dominũ prophetiæ ſpiritum confitendum illi dicit à populis, quia gentes iudicat in æquitate. Tertio eundem uerſum repetit, quem ſuperius dixit: hoc in myſteriũ adijciens, quia fructũ ſuum terra iã protulit, & ideo frequẽtato uerbo poſtulat nos debere benedici.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

D*Eus miſereatur noſtri, & benedicat nobis.*] Oratio Dauid ſancti uiri de primitiuo populo Patriarchę ſiue Prophetę, ſiue etiam ſancti Apoſtoli, prouidentes per ſpiritum ſanctum futurã eſſe concorporationem Iudæorum & gẽtium, & utriq; cõmunicandam Euangelicã gratiã, & reſurrectionis gloriã: orant in hoc Pſalmo, ut per totũ orbem illæ aliæ oues illuminentur uultu Dei ſuper eas, qui in eis propter idolatriam maximè obſcuratus fuerat, in unum quiddam aggregentur, & fiant unũ ouile, quia eſt unus paſtor. Exhortatur nos nõ de his qui extra ſunt, deſperemus, ſed ſemper pro ipſis ut intrent, & nobiſcũ intus ſint oremus, & ut eo qui ſic orãt imitemur: Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis. Dñs & pater noſter uerè agricola dicitur, iuxta q̃ Apoſtolus teſtatur dicẽs: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Ipſe colit nos, ut inhabitet nos tãquã ædificium ſuũ, & ſic miſereatur noſtri. Colit etiã nos tanquã agrum ſuum, tanquã uineam ſuã, ut multum fructum afferamus, & ſic benedicit nobis. Cantemus ergo hæc ei tanquã agricolæ colenti nos, dicẽtes nos non ſterili deuotione, non inani uoce, ſed uera corde: Deus miſereatur noſtri inhabitando nos, & benedicat nobis ut multũ fructum afferamus. Cũ Deus nos benedicit uel nos benedicim⁹ Deũ, nos egemus: ipſe uero nec benedictione noſtra augetur, nec maledictione minuitur. Sed qui ei maledicit, ille minuit: ſic & qui ei benedicit, augetur. Et eſt prior eius benedictio in nobis, conſequens uero eſt, ut nos eum benedicam⁹. Eius benedictio eſt quaſi pluuia, noſtra uero eſt quaſi fructus. Multis autẽ modis rogant homines ab eo ſe benedici. i. multiplicari. Alij enim in pecunia, alij in potentia: alij in gloria, alij in liberis: alij in agris, alij ſic, alij ſic. Et hęc benedictio datur etiã inimicis. Eſt uero alia benedictio, quæ reſeruatur ſolis amicis. Illa autẽ benedictio temporalis cõmoditas eſt cõmunis bonis & malis: quia dat & bonis & malis, & auferunt bonis & malis. Si enim ſolis bonis darẽtur, putarẽtur mali Deum tantũ eſſe colendũ propter illa bona. Si.n. ſolis malis darent, dubitarẽt infirmi credere, & adhuc minus capaces regni Dei, quia timerent hæc temporalia ſibi deeſſe. Item ſi ſolis bonis auferrẽtur. i. timor in infirmis eſſet: ſi uero ſolis malis auferrẽtur, putarentur ea uera eſſe bona, quorũ ablatione plecterentur mali: & ideo cõmuniter Deus dat & aufert ea bonis & malis. Bonis quidẽ dat, ut cõſoletur ipſos itinerantes: malis uero dat, ut per eos bonos admoneat, alia bona eſſe eis quærenda, quæ non ſint cum malis cõmunia. Cum dat ea bonis, non inde extollantur: & cum aufert, non frangantur. cum dat, habeant ea non ad damnationem, ſed ad conſolationem. Iſte autẽ qui hic loquitur, qua benedictione ab eo rogat ſe benedici? Nõ utiq; temporali, quã non pro magno habet, ſed illa alia quã ſeruat amicis, & quã dat ſolis iuſtis, ſcilicet ut illuminetur uultus eius ſuper nos, quia hunc ſolem cõmuniter illuminat ſuper bonos & malos: & hanc lucem cõmuniter uident etiã pecora cum bonis & malis. Sed hoc aliud lumen, q̃ ſolis iuſtis datur, ſcilicet quia beati mundo corde, quoniã ipſi Deũ uidebũt. ꝑ hoc rogat iſte qui hic loqtur, ſcilicet ut uultum ſuũ illuminet ſuper nos. i. oſtẽdat nobis uultum ſuũ. i. uoluntatẽ ſuam, quid nos facere uelit, ſcilicet ut quod latebat, nobis aperiatur, id eſt ueritas præceptorum eius: & q̃ erat, ſed abſconditum nobis erat, illuminetur ſuper nos. i. reueletur nobis, per quod idẽ q̃ prius expreſſius dicitur. Vel aliter, Illuminet uultum ſuũ ſuper nos. i. oſtendat nobis imaginem ſuã. Quaſi dicat: Impreſſiſti nobis Dñe uultum tuũ, feciſti nos ad imaginẽ tuam, feciſti nos nummũ tuũ. ſed non debet imago tua in tenebris remanere, & ideo mitte radios ſapiẽtiæ tuę, ut depellat tenebras noſtras, & uultus eius in nobis eluceat, id eſt recognoſcamus in nobis imaginem tuam. iuxta quod in Cãticis canticorũ, Si cognoueris temetipſam, ô pulchra inter mulieres, id eſt ſi attendis te ad imaginem Dei factam. Quaſi dicat: O pulchra, id eſt ô precioſa anima ſanguine agni immaculati redempta: attende quanti ualeas, cogita quid pro te datum ſit. Dicamus ergo & optemus, ut illuminet uultum ſuum ſuper nos. Verè uultus Dei, quem geſtamus, ſacra eſt in imagine ſua. Iniqui autẽ nolũt imaginẽ Dei in ſe attendere, ut uultus eius ſuper eos illuminetur, ſcilicet ut dicant: Illumina Domine tenebras meas. Ac ſi dicant: In tenebris peccatorũ ſum, radio ſapientiæ tuæ diſcutiantur tenebræ meæ, ut appareat uultus tuus: & ſi fortè per me appareat, deformis effectus reformetur à te, quod formatum eſt à te. Cantemus ergo Domino Deo noſtro, tanquã agricolæ, ut miſereatur noſtri & benedicat nobis, & illuminet uultum ſuum non quantum ad ſe, qui nunquam fuit ſine lumine: ſed quia uultus eius obſcuratus nebulis peccatorum noſtrorum, quaſi infra nos erat: ideo illuminet ipſum in nobis, ita ut ſit ſup nos, id eſt ut excellẽtia eius appareat, & ſic miſereatur noſtri. Quod bene diuerſum eſt à ſuperiori. In ſuperiori enim miſereatur prima accipitur miſeratio, quæ eſt in initio: in iſto uero intelligitur iam maior miſeratio, quia ſubditur poſt benedictionem, id eſt poſt fructum multiplicem. Quanto magis enim Deus dat alicui plura bona uel dona, tanto magis eius miſeretur.

Vt cognoſcamus in terra.] Ad hoc inquam uultus tuus ſuper nos illuminetur, & miſerearis noſtri, ut in hac terra, id eſt in hac Idumæa terra inuia & inaquoſa, in qua difficilè eſt inuenire uiam, cognoſcamus ergo uiam tuam, id eſt uiam ad te ducentem: illam ſcilicet uiam, quæ dicit: Ego ſum uia. Et ne aliquis in hac uia errare timeret, addit, Et ueritas. Itẽ ne timeret deficere, ſubdit: Et uita, ſcilicet in qua requieſces, & nõ deficies. Et quæ ſit illa uia, ſubſequenter exponit, ſcilicet cognoſcamus ſalutare tuũ, id eſt ſaluatorẽ tuum Chrĩſtũ non tantum in Aphrica, ſed in omnibus gentibus.

Confiteantur tibi populi Deus.] Quia optando dixit, Illuminet uultum ſuum ſuper nos, ut uiam cognoſcamus: ideo ut certos nos faciat ſe eſſe exauditum, hortatur nos ut confiteamur, quaſi iã cognita uia dicens: O Deus populi Iudaici confiteantur tibi peccatum ſuum, & confiteantur, id eſt laudent gloriam tuam, & etiam alij omnes populi, gentiles ſcilicet confiteantur iniquitatem ſuam, & miſericordiam tuam. Gentes enim ſuper miſericordia Deum honorare Apoſtolo teſte, accuſent ſe, glorificent te: reprehendãt ſe, laudẽt te. Inueniat te homo punitorem ſuũ, ut exhibeat ſe ſaluatorem tuum. Quare times confiteri? Noli timere confiteri, quia confeſſus ſaluaberis, tacitus damnaberis. Et quia hæc talis confeſſio non eſt ad pœnam, ſed ad ueniam, ideo ſubdit: Lætentur gentes quælibet, ſic confitentes interius, & exultent exterius, id eſt plenariam lætitiam habeãt. Quaſi dicat: Plangunt ante hominem iudicem confeſſi latrones, lætentur uero ante Deum confeſſi fideles. Et unde debet lætari, unde exultare? Ex ipſa ſcilicet confeſſione, quia ad hoc quæris confeſſionem, ut liberes humilem. & etiam propter iudicis dignitatem, quoniam tu, ſcilicet quẽ nullus fallit, nec pecunia corrumpit in iudicio, iudicas (pro iudicabis) tandem omnes populos in ęquitate, ſcilicet ut qui ſe punierunt, non punias: qui uero ſe non punierunt, illos tu punias. Et quia gentes diſtortè & prauè poti⁹ ex ęquitate illa iudicij poſſent habere cauſam triſtandi, quã lętandi, ideo cauſam pręmittit ad illud. Q. d. Ideo ex tã æquo iudicio tuo gentes debent lætari & exultare, quia tu in terra. i. in hac uita terrena, quæ plena erroribus eſt, ſic dirigis gẽtes ut iudicium quãuis ęquum, nõ oporteat eas timere. Et quia gentes directè iam in fide ambulantes, iã bona opera in Chriſto facientes, per hoc mare nauigãt, & marina aqua per minutiſſimas rimas atque cauer-

 nulas

nulss in nauim intrat, & ſentinā facit, ne nauim impleat, ne nauim opprimat, quotidia exhauriends eſt ſentina hæc orando, eleemoſynas faciendo, ieiunando, & puto etiam corde dicendo: Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos, &c. Quapropter agregius iſte orator & excellentiſsimos prædicator & hortator, uerſum quem ſuperius pro prima & difficili confeſſione poſuit, pro hac confeſaione ſecunda, quæ pertinat ad qootidianam ablotionem pedom repetit dicens: Confiteātur tibi populi Deua Iudaici, confiteantur tibi etiam populi omnes. Et debent cōfiteri, quia terra, id eſt uita noſtra, quæ prius plena ſpinis erat, & tribolos germinabat, dedit iam fructom ſuum, id eſt bena opera fecit humiliando ſe & cōfitendo. Quem qoidem fructum non dediſſet, niſi compluta à nobibus illis eſſet, da quibus dictum eſt: Mandabo nobibus meis, ne pluant ſuper meretricem illam. per quas nubes Dominus & tonat minis, & coruſcat miraculis, & compluit uerbis. Timeamus ergo eum per illas nubes tonantem ſiue coruſcantem. Excipiamos ergo comploentē, & ut terra ſemper fructū det, ideo benedicat noa, id eſt incrementum nobis Deus det pater.

Benedicat nos Deus noſter.] Id eſt filios factus particeps infirmitatis noſtræ, ot & nos fieremus participes gloriæ ſuæ. Banedicat nos etiam Deus, id eſt ſpiritus ſanctus cum patre & filio unus Deus. Solet etiam hoc ſic dici. Terra, id eſt caro noſtra, uirgo ſcilicet Maria dedit fructum ſuum, qoia genuit ſaluatorem & noſtrum & ſuum. Vnde benedicat nos Deus pater illius fructus. Beoedicat nos Deus noſter, id eſt ipſe fruct⁹. Benedicat nos Deus, id eſt ſpiritus ſanctus. Et in hac benedictione metuant eum omnes fines terræ, id eſt repleantur omnes fines terræ, metuentibos eum caſtè. Quod ita factum eſt, implauit Deus pater totum orbem filijs ſuis cohæredibus unigeniti ſui, & in regnum adoptatis. Vnum quidem genuit, ſed unum eſſe noluit: qoia multos fratres fecit ei non gignando, ſed adoptando.

IN PSALMVM LXVII.
ARGVMENTVM.

CVm aream teſtamenti poſt crebras migrationes, tandem Dauid ad ſe grandi exultationis ambitu transferret, carmen hoc cecinit, memorq́ itineris illius & transductionis quondam in heremo, quaſi ex perſona principum illius temporis pſalmū compoſuit. Ipſum uerſum in capite ponens, quē & Moyſes tūc, quoties in ſignum profectionis arca mouebatur, decantare ſolebat. Aliter Propheta reſurrectionem Chriſti, & poſteriores glorias adnunciat.

IN FINEM PSALMVS
cantici ipſi Dauid.

EXPLANATIO.

DAuid Dominum deſignat, quē & finis pronunciat longus pſalmus, & quinq; diapſalmatibus prænotatus, per quæ nos diuiſiones impreßimus. Totus autem pſalmus per myſticas ſimilitudines loquitur, qui ſacramentis Euangelicis plenus, & aſcenſionis Chriſti deſcriptione monſtratur eſſe præcipuus. Primo ingreſſu pſalmi Propheta dicit, quæ inimicis Domini accidant, uel quæ fidelibus in futura iudicatione contingant. Secundo uirtutes ſignificat, quas contulit populo Iudæorum, ac deinde dicit quemadmodum ex his perfecit Eccleſiam. Tertio per montis ſpeciem deſignat Dominum ſaluatorem, commemorans quæ beneficia præſtiterit Eccleſiæ, quando eam reſurrectionis ſuæ munere ſubleuauit. Quarto inimicorum Domini ſuperbiam conquaſſandam eſſe pronunciat, & conuerſiones & martyria ab utroq; ſexu, & ex peßimis dicit eſſe facienda, cum aduētus Domini mūdo ſaluatoris illuxerit. Quinto dicit in eccleſijs Dominū debere benedici, ubi Apoſtoli & Chriſtus ipſe prædicauit, ſupplicans ut dona quæ dedit fidelibus ſuis, conſeruare dignetur. monet etiam ut uelociter ad Dominum ueniant, qui in hoc mundo tāquam in Aegypto & Aethiopia commorātur. Sexto ingreſſu uniuerſitatē monet, ut pſallat Domino Chriſto, qui iam reſurrectionis ſuæ miracula patefecit, ac deinde pſalmum Dominica laude concluſit.

COMMENTARIVS.

EXurgat Deus, diſsipentur.] In finem pſalmus cantici ipſi Dauid. Hæc uerba referuntur in finem temporum, attributa ipſi Dauid, quæ uera ſunt pſalmus cantici. Canticum reſte beato Auguſtino propriè laus illa dicitur, quę ore profertur. Pſalmus uero modulatio illa dicitur, quę in muſico inſtrumento, quod pſalterium uocatur per pulſum neruorum & tactum digitorum conficitur. Accipitur autem canticum pro mētis intelligētia, ſcilicet quoniam bene anima in ſe agit ſanctè meditando & cogitando. quia dicitur, Et cogitatio ſancta ſeruabit te. Qnod ſoli Deo notum eſt, quia ipſe ſolus uidet cogitationes noſtras. Pſalmus quoque accipitur pro exteriori operatione, quæ proximis etiam innoteſcit. Qooniam uero hæc doo coniunguntur, ut canticum præcedat intelligenda eſt talis operatio, & talis laus, quæ pertinat ad internam aggratulationem, uelut hic eſt. Talem enim hymnum dicere, & ita cum Deo ſuo inſiſtera, procedit ex intima aggratulatione: quia ſancti de priori populo per ſanctum propheticum præuidentes Chriſtum futurum in carne, & pro nobis moriturum & reſurrecturum, aſcenſurū & ſpiritum ſanctum miſſurum: & ſic locum ſanctum Dei, id eſt Eccleſiam cōſtituendam aggratulantur de tali inſtitutione, & ſic hymnizant. Sic agunt cū Domino Deo ſuo, & hortātes nos ot etiam nos inde aggratulemur: qoia pertinet ad ſaloationem noſtram, & hymnum dicamus ut tandem ad uetam aggratulationem & laudationem ſine fine perueniamus. Vel ſi ut quidam uolunt, de futura reſurrectione hic agatur, dicemus: quia ſancti prædicti attendentes illam ueram reſurrectionis gloriam, hortantur nos ut nunc cantemus, nunc pſallamus, ut ad illam perducamur. Iuxta uero priorem intentionem tale eſt, qoaſi dicat: Veniat quod futurum eſt, fiat qood promiſſum eſt. Moriatur homo, & exurgat Deus & homo, & diſsipentur inimici eius: & factum eſt ita, exurrexit Chriſtus, qui eſt Deus ſuper omnia benedictus, & inimici eius Iudæi, in quo loco odium contra eum erexerunt, & ubi regem ſuum crucifixerunt, à Romanis debellati, & inde captiuati per totum orbē diſperſi ſunt. Et iam non oderunt eum quem non oiderūt, id eſt Chriſtum, ſed tamen timent quē præſentem habent, in ſuis in quibus ipſe apparet. & inde factum eſt quòd ſequitur, ſcilicet ut qui olim oderunt eum, modo fugiant à facie eius. Fuga enim propriè dicitur timor animi. Fugiunt eum namq; ſpiritualiter, non corporaliter. Quomodo enim corporaliter fugere poſſunt eum, qui ubiq; præſens eſt, & de quo dicitur: Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Fogiūt quidem eum non corpore, ſed animo: fugiunt eū non latendo, ſed timēdo, nec timent faciē illam quā non uideot, ſed timent illā quam præſentem habent, ſcilicet illam de quo dictō eſt: A modo uidebitis filium hominis uenientē in nubib. cœli. Qui enim pri⁹ per ſe ipſum locut⁹ eſt, loquetur per nubes, id eſt per præcones. Et hanc faciē eius,

ſcilicet

ſcilicet præcones, in quibus apparet & loquitur, & Eccleſiam eius totam timent Iudæi, quia & eis partim ſubiecti ſunt, & quia abhorrent omnem Chriſtianam religionem.

Sicut deficit fumus.] Diſsipētur inimici Iudæi, & deficiant ſicut deficit fumus. Fumus ab igne ſurgens in altum aſcendit, & ſic deficit: ſic Iudæi ab igne odiorum ſuorum in ſuperbiam elati ſuper Chriſtum clamauerunt, Crucifige crucifige eum. Et captu inſultauerunt, ac pēdentem irriſerunt. Sed unde uictores timuerūt, mox uicti euanuerunt, & ſic defecerunt, quia nihil effectum dederunt. Sequitur.

Sicut fluit cera à facie ignis, ita pereāt peccatores à facie Dei.] Licet iſtud in bonum de Iudæis poſsit accipi, hoc modo, Sicut pereant peccatores Iudæi, quod peccatores à facie Dei, id eſt per præcones. hoc eſt ſic diffluat duritia cordis eorum in lachrymis pœnitentiæ per ignē conſtantiæ ſanctorū martyrū, uel quorumlibet illorum de quibus eſt, ſpiritu feruentes Domino ſeruientes, ſicut cęra igni adhibita fluit. & hoc ſit dictū quantum ad quoſdam Iudæos, ſcilicet qui accedentes ad Apoſtolos dixerunt: Quid faciemus uiri fratres, & cętera. Iuxta quod ſequens uerſus ita ſimpliciter continuabitur, Et facti iuſti epulentur, & cætera. Liquet in quam, ita poſſe dici, tamē maximè uidetur eis minari hic æternum ſupplicium, ſcilicet ut quādo Dominus ueniet in maieſtate patris & ſanctorum angelorum, uelut ignis ad cremandum malos, & ad illuminandū bonos. In igne enim eſt & calor & ſplendor. tunc peccatores Iudæi in peccatis perſiſtentes, remoti à facie Dei. Tollatur enim impius ne uideat gloriam Dei, pereant in ęternas tenebras detruſi, ſicut fluit cęra adhibita igni. Et tunc iuſti ex oppoſito epulentur, id eſt de certa refectione gaudeant & exultent in conſpectu Dei. id eſt quia Deum facie ad faciem conſpiciēt & delectentur tunc, id eſt in lætitia ſine triſtitia. Nunc enim iuſti lætantur, ſed non ſine triſtitia. quia dicitur eis, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et alibi: Cum timore & tremore ueſtrā ipſorum operamini ſalutem. & ideo nunc non eſt uera lætitia, ſed tunc erit uera lætitia, quando nunquam amplius occurrit triſtitia. Poteſt etiam hic idem uerſus dici de præſenti, ſecundum priorem in bono ſententiam ſic: Peccatores facti iuſti epulentur, id eſt uerbo Dei tanquam dulci epulo reficiantur, & exultent in cōſpectu Dei, id eſt in corde: ubi cōſpicit eos Deus, & ab eis conſpicitur, & in hac lætitia delectantur. Vera enim lætitia eſt cognoſcere Deum. Poteſt quod à principio dictum eſt, non ſolum ad Iudæos, ſed ad omnes etiā inimicos referri, ut ſic dicatur: Moriatur homo, reſurgat Deus & homo, aſcendit & miſſo ſpiritu ſancto exurgat in noticiam gētium, & quicunq; inimici eius diſsipentur bona diſsipatione, ſcilicet ut ex inimicis fiant amici. Et qui oderunt eum, id eſt odientes Chriſtianum nomen fugiant à facie eius, ſcilicet fugiant à facie irati ad faciem placati. Et ſicut fumus in altum elatus deficit, ſic ipſi deficiant & comprehendantur in ſuperbia ſua. Qui autem id nolunt, ſcilicet peccatores in peccatis perſiſtentes ſic pereant, tandē remoti à facie Dei, ſicut fluit cęra à facie ignis. Et econtra iuſti epulentur, ut ſuprà dictum eſt. Tertio quoque modo ſeries hæc à principio legitur, ut totum ad nouiſsimam reſurrectionem referatur, & ſic dicatur: Moriatur quidem homo, & reſurgat Deus adhuc ut homo: tandem uero conueniet ad iudicium in maieſtate patris & ſanctorum angelorum exurgat, id eſt manifeſtè ſurgat & appareat omnib. uerus Deus, & diſsipentur inimici eius tunc, ſicut uerè grauiter diſsipabuntur, quia damnabuntur: & ita diſsipentur, ut à facie eius remoti omnes qui oderunt eum, fugiant, id eſt ſi non ſpe redeundi ab ipſo recedant. propriè enim fugere dicitur, quando reditus deſperatur. Et ideo plus dicit hic quam prius. Poſſent enim ad tēpus diſsipari, & iterum reſtitui, quare ſubiecit, Fugiant & deficiant tunc in ſuperbia ſua, ſicut deficit fumus. Verè enim deficiet, qui à uero eſſe ſeparabūtur, & peccatores repulſi à facie Dei. Tollatur enim impius ne uideat gloriam Dei, ſic pereant adhibito igne diſtrictæ ſententiæ, ſicut fluit cæra adhibito igni. Econtra autem iuſti epulantur, & cætera.

Cantate Domino.] Iſtud iuxta prædictas ſententias continuatur eodem modo ſic ſcilicet, Vt uos exultetis & delectemini & hic & in futuro, ergo cātate Deo, id eſt ad laudem Dei, & dicite pſalmum nomini eius, non ueſtro glorificando. Ille Deo cantat, cuius cor ſanctæ meditationi & cogitationi ſemper inuigilat: Pſalmum uero dicit, qui extrinſecus bona opera facit ad ædificationem proximi. Et quaſi dicat: Cantando & pſallendo facite ei iter in uobis & in alijs, id eſt præparate uiam Domino, ſcilicet ut per ſpecioſos pedes Euangelizantium peruia fiant ei corda credentiū. Ei dico qui aſcēdit ſuper occaſum, id eſt qui deuicit mundum, quia morte ſua deſtruxit omnem noſtrum occaſum, id eſt mortem noſtram. Vel aliter: Oriens dicuntur omnes illi, qui fidem acceperunt & bona opera faciūt: occaſus uero ſunt omnes illi, quibus uerus ſol iuſtitiæ occidit, quorū intellectus & ratio ſunt obſcurata, & ideo opera eorum mortua. Super hos Dominus aſcendit ita, quòd occaſum in eis ſuperat: quia hos etiam tales gratia ſua illuminat, & bona in eis facit opera. Talis enim Matthęus fuit, quem de teloneo Dominus aſſumpſit, & Paulus, quem ab Eccleſiæ perſecutione retraxit, & patronum Eccleſiæ fecit. & meritò aſcendit ipſe ſuper occaſum, quia illi eſt nomen Dominus ſpecialiter, quia dominator eſt omnium, & redemptor omnium. Dixit, iter facite ei. Et quia qui faciūt iter, multa mala patiuntur, quia omnes qui uolunt piè uiuere in Chriſto, neceſſe eſt ut perſecutionem patiantur, maximè qui ſic piè uiuere inſiſtunt, ut & iuſtè uiuant. piè quidem quātum ad Deū, iuſte uero quantum ad proximum. quem uerbo admonet & exemplo, ideo ſubdit, Exultate in conſpectu eius. Quaſi dicat: Et ſi exterius contriſtamini, tamen exultate in conſpectu eius, id eſt in interiori ueſtro, ubi ipſe conſpicit, ſpe ſcilicet gaudentes, & tribulationem patientes. Vos dico tamen exultate, quia turbantes uos non exultabunt, immò turbabuntur. quia portabit iudicium quicunque eſt ille, remoti à facie eius, id eſt Domini, eius dico patris orphanorū, id eſt qui cōſolatur orphanos, & qui eſt iudex .i. defenſor uiduarum. Orphanos uocat illos quos gladius uerbi Dei diuiſit à mundo quaſi patre, quaſi conſolatore, ita ut ſint ſeparati à ſocietate ſecularis ſpei. Per uiduas uero accipe plus, illos ſcilicet qui cū prius carnalibus eſſent dediti, iam penitus ſunt ab omni carnali delectatione ſeparati, ſicut uidua dicitur muliercula, quæ prius iuncta uiro, modo eſt à uiro uidua & diuiſa. Et ne hi tales quos uiduas & orphanos uocāt, uiderentur deſolari, oſtendit quòd non ſunt deſolati: quia ipſe conſolatur eos, faciendo ipſos locum ſuum ſanctum, & inhabitādo in eis. quod ſic dicit: Deus est in loco ſuo, id eſt in fidelibus ſuis, qui ſunt locus ſanctus ſuus, id eſt à ſe cōſtitutus. & per q́ cōſtitutus? per hoc ſcilicet, qđ facit eos unius moris, id eſt unanimes & ſibi conſentientes. iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Deus dico est in loco ſancto ſuo facit illos quos fecit unius moris, per hoc quia ſunt unius moris, in domo habitare, id eſt firmiter Eccleſiaſticis inhærere.

Qui eduxit uinctos.] Oſtēdit quomodo facit inhabitare, ſcilicet quia uinctos, id eſt ſedētes in tenebris & umbra mortis eduxit: quia uincula peccatorum ſuorum ſoluit, & hoc in fortitudine ſcilicet, ut qui prius ligati impotentes erant, ſoluti potentes ſint ambulare in uia præceptorū Dei. Et ſimiliter eduxit eos, qui exaſperant eos, in hoc ſcilicet, quia habitant in ſepulchris, id eſt, qui præeligunt habitare in corpore, id eſt in carnalibus delectationibus, & acquieſcere carni &

ſanguini

ſanguini & mortuis operibus in quibus potreſcũt & fœtent ſicut cadauera in ſepulchris. Vt ſint illi de quibus dictum eſt: Mortuo quaſi non ſit perit confeſsio. &, Computrueruntiumenta in ſtercore ſuo. &, Peccator cum ceciderit in profundum iniquitatis, contemnet. Illos inquam & hos etiam perditiſsimos educet Dominus, quia aliud eſt deſiderare iuſtitiã uelut uincti faciunt: aliud eſt impugnare iuſtitiam, quod eorũ eſt qui habitant in ſepulchris. aliud eſt à malo uelle liberari, aliud eſt malum defendere & nolle confiteri. Sed tamẽ Dominus qui mirabiliter hoc operatus eſt in corporibus, quia & mulierem decem & ſeptem annis languentem à ſua infirmitate ſoluit: & Lazarum iam quatriduanum de ſepulchro. Potens eſt mirabilius hoc operari in moribus, quia faciet & de uinctis & de ſepultis idoneos, quibus conſtruatur locus ſanctus eius.

Deus cum egredereris.] Conuertit ſe ad ipſum Dominum. Quaſi dicat: Verè educes uinctos & ſepultos, quia tunc cum egredereris in conſpectu populi tui, id eſt ut conſpiciaris à populo tuo, id eſt à te ſoluto & re ſuſcitato. Egreſſus Dei eſt, cum apparet in operibus ſuis, non quibuslibet, ſed illis qui nouerunt intueri opera eius nõ uiſibilia, ſed inuiſibilia, id eſt gratiã illã qua & ſoluit uinctos, & ſuſcitat ſepultos. Cum inquã egredereris, & cũ pertranſieris uel in deſertum uel iã ens in deſerto, id eſt in gentibus quæ gentes deſertũ erant, quia nec legem nec Prophetas acceperant. Cũ inquam hoc erit, tunc terra non dico mota eſt, ſed mouebitur, id eſt terreni ad fidem excitabuntur. Sed ideo præteritum ponit, quia quod futurum eſt, ita certum ſpiritui ſancto, ſicut quod præteritum eſt. Et ideo mouebitur terra, quia cœli, de quibus dictum eſt: Cœli enarrant gloriã Dei, diſtillauerunt (pro diſtillabũt) Euangelicam gratiam. Et hoc non à ſe, ſed à facie Dei, id eſt per illum, quia ita præſentialiter inhabitabit illos, ut facies eius in ipſas appareat. Et quia illi cœli ſunt etiam montes, ideo quos prius per cœli pluraliter ſignificauit, nunc ſingulariter per montem ſignificat dicens: Synai diſtillabit à facie Dei. Vel per Synai ſignificare poſſumus Paulum, per quem lex quæ data eſt Moyſi in monte Syna, gentibus principaliter eſt data. Quia etiam æmulator legis fuit, commodius cõuenientiã utriuſq; legis docere ualuit, quem ideo de alijs excepit dicẽs: Synai id eſt Paulus diſtillabit, quia plus laborauit. Vel ſi ad interpretationẽ recurramus, Syna interpretatur mandatum uel menſura. Et cœli illi diſtillauerunt Syna, id eſt mandatum: quia præcepta legis ſpiritualiter docuerũt. Poteſt & ſic dici, Cœli diſtillabunt Euangelicam gratiam, & hoc non ex ſe, ſed à facie Dei Synai, id eſt Dei legis, id eſt qui ſicut fuit dator legis, ſic fuit etiã dator benedictionis, id eſt gratiæ legem dedit, ut terreret, de humanis uiribus præſumentem: benedictionem uero dedit, ut ſaluaret in ſe ſperantem & credentem. Diſtillabunt inquam à facie Dei non cuiuslibet, ſed Dei Iſrael, id eſt, illius qui eſt Deus ueri Iſraelitici populi. ſed ſimiliter in omni ſententia prædicta dicetur.

Pluuiam uoluntariam.] Cœli inquam diſtillabunt & hanc pluuiam, id eſt Euangelicam gratiam, quam ipſi diſtillabunt nõ ex meritis noſtris, ſed ex bonitate tua datã. iuxta illud: Voluntariè genuit nos in uerbo ueritatis. Illam inquam pluuiam ſegregabis, id eſt ſeorſum dabis hæreditati tuæ, id eſt ſolis credentibus in te, non enim omnium eſt fides. Et quia dabis, ideo hæreditas illa infirmata eſt (pro infirmabitur) id eſt recognoſcet peccatum ſuum, & infirmitatem ſuã confitebitur: tu uero perficies eam in donis ſpiritualibus, quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilib. autẽ dat gratiã. Poſſunt quoq; tres hi prædicti uerſus ſimpliciter dici ad hiſtoriam ſic. Quaſi dicat: Educes inquam Domine uinctos in ſepulchris habitãtes. Et quod tales educeres, hoc præſignaſti tunc, cum filios Iſrael de Aegypto eduxiſti: quia cũ egredereris, i. cũ manifeſtè apparetes in cõſpectu populi tui, id eſt conſpectus à populo tuo in colũna nubis in die: in columna uero ignis in nocte. per quod præſignabant, quia præceſſurus erat ſuos in nube carnis, & in lumine diuinitatis, ſcilicet ut uerus Deus & uerus homo intelligeretur ab eis. Per hoc uero quod in die in nube, in nocte in igne eos præceſsit, deſignabatur q, terribilis apparebit peccatoribus qui per noctẽ deſignantur: iuſtis uero qui per diem intelliguntur, nõ apparebit terribilis, ſed mitis. terribilior enim res eſt ignis quã nubes. Cum inquã egredereris ſic, & cum pertranſires hac & illac, deducendo populum tuum per deſertum gentium, per q, deſignabatur eum paſsim per deſertum gentiũ prædicandum, tunc inquam terra mota eſt. Illic quidem mons Syna, hic uero gentilium corda. Et nimirum ſi terra infimum elemẽtum mota, quia etiam cœli illud ſuperius elementum quodam modo moti ſunt, quia diſtillauerunt manna, & hoc à facie Dei, id eſt per præſentiã & poteſtatẽ Dei non cuiuſcunq;, ſed Synai, id eſt illius Dei qui in monte Synai Moyſi locutus eſt, & legẽ dedit. A facie dico Dei Iſrael, id eſt illius qui uerè præerat Iſraelitico populo.

Pluuiam uoluntariam.] Diſtillauerunt inquam cœli manna, & hanc pluuiam uoluntariam, id eſt ex beneuolentia nõ ex meritis eorum datam, ſcilicet manna ſegregaſti tu Deus hæreditati tuæ. id eſt populo tuo: quia non ſic fecit omni nationi. Et ſegregabis eam adhuc quantum ad ſignificatum, id eſt quantum ad Euãgelicam gratiam, quam ſoli dabis hæreditati tuæ. & infirmata eſt ex pluuia illa hæreditas tua, quia præ tedio illi cœleſtia cibi murmurauerunt, deſiderantes cibos quibus in Aegypto uti cõſueuerant: tu uero perfeciſti eam hæreditatem. Videtur potius debere dicere, Tu percuſsiſti eam: quia in rei ueritate de murmurationibus, de omnibus illis qui educti erant de Aegypto non intrauerunt terram promiſsionis, niſi duo, quia prius omnes perierũt. Sed tamen licet non congruè ad pueros eorũ poteſt referri, in quibus perfecit hæreditatem illam: ſicut in Apoſtolis & in alijs, qui de eis electi ſunt. hic dicit beatus Auguſtinus, propter rationem prædictam non ualere hanc ſententiam ad literam: ſed quia hæc omnia in figuram illis contingebant, ideo allegoriam tantum hic eſſe inſiſtẽdam. Poteſt tamen in hac eadem ſentẽtia de litera ultimus uerſus ita legi: Cœli diſtillauerunt manna à facie Dei Synai. id eſt Dei qui in mõte Syna legẽ dedit. Quam pluuiam uolũtariam, id eſt legem quæ pluuia fuit, quia duritiam cordis eorum molliuit, & quoſdam fructificare fecit: & uoluntaria fuit, quia non ex meritis eorum, ſed ex benignitate tua data fuit. Illam inquam pluuiam & ſegregaſti, quantum ad literã, & ſegregabis, quantum ad ſpiritualem intellectum hæreditati tuæ. & infirmata eſt lex illa, quia infirmos fecit minando pœnam, non iuuando gratiam. Tu uero perfeciſti eam legem, quia quod impoſsibile erat legi ſecundum carnẽ, id eſt quod non poterat impleri ſecundum carnalem obſeruantiã, feciſti ut facilè impleretur ſecundum ſpiritualem intelligentiã. Vel ita infirmata eſt hæreditas tua per legẽ, quia ueniente mandato reuixit peccatũ: & quia per legem non fuit eis iuſtificatio, ſed præuaricatio. Tu uero perfeciſti eã hæreditatem, quia abundante peccato & multiplicatis infirmitatibus eorum accelerauerunt, ad medicũ ingemuerũt: orauerunt ut eo iuuante impleretur, quod eo iubente non implebatur.

Animalia tua.] Perfeciſti inquam hæreditatem, & in ea hæreditate habitabunt animalia, id eſt minores fideles, qui adhuc alendi ſunt. Animalia dico tua, non ſua: tibi ſubdita, nõ ſibi: libera ad te egentia, non ad te ſufficientia. Et ideo ibi habitabũt, quia tu Deus paraſti, id eſt paratũ feciſti pauperi, id eſt cuiq; interius ſe pauperanti & humilianti in hæreditate illa. Et hoc nõ in meritis eorũ, ſed in dulcedine, id eſt bonitate tua.

Dominus dabit.] Oſtendit quem apparatum fecerit, & con-

& coouertit ſe ad nos. Quaſi dicat: Verè Dominus paratum facit animalibus ſuis, quia cibaria miniſtrat aia hoc modo: quia Dominus dauit uerbum, id aſt doctrinam, qua cibentur animalia ſua euangalizantibus in uirtute multa. ual io fortitudine illa quae duxit uinctos, ſcilicet ut ambulent in uia præceptorum. ual in multa uirtute, id aſt in magna miraculorum exhibitiona. iuxta illud: Domino cooparàta & ſermoné cõfirmante ſequentibus ſignis. Dominus inquam dabit uerbum, qui eſt rex uirtutum dilecti, id eſt qui uirtutes, id eſt præcones illos dilecti, qui ſunt iam uirtutes, id eſt in præconando fortes, regit ad hoc ut ſint tales. Et accipe dilectum illum, de quo dictum eſt: Hic eſt filiua meus dilectoa. Dilacti dico non cuiuſcunq;, ſad ſpacialiter dilacti, & alacti diuidere (pro ad diuidendom) ſpolia ſpeciei domus. Spolia propriè uocantur, quæ ab hoſte auferõtur: ſpecioſa uero domus, aſt Faclaſia ot habetur in Euãgelio, Cũ fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quę poſsidet: ſi autam fortior illo ſuparueniens uicerit eum, arma eius auferet, & ſpolia diſtribuet, ſicut factum aſt. Venit dilectus iſte, id eſt Chriſtus in domũ fortis, id eſt in bumanom genos, qood inhabitabatur à forti diabulo per incarnationis myſterium, & dauicit fortem ipſum per incarnationis ſacramentum. Et bomo bumanitatis capit eum, quia illa credẽs eum hominem tantom manum in eum miſit, in quo nullum ius ſuũ inuenit, & ideo iure perdidit illos, in quos ius habuit. Et filios diffidentiæ, quorum infidalitate prius utebatur fortis ille ad implendam uoluntatem ſuam, & per quos propinabat alijs poculum mortis. Vaſa ſcilicet illa Dominus ai abſtulit, & peccatorum remiſſionem mũdauit, & donis ſpiritualibus ſanctificauit: & deinde diuiſit ea ad ſpaciem domus eius, id aſt ad ornamentum Eccleſiæ, quia alios quidem dedit Apoſtolos, alios Euangaliſtas, alios Propbetas, alios doctores & paſtores, & reliqua.

Si dormiatis inter.) Verſus iſte multipliciter manente, taman eodem intellectu conſtruitur. Vno quidem modo ſic, Dominus dabit uerbum euangelizãtiboa, uobis dico, qui ſpolia entes diuidimini per manifaſtationem ſpiritus, ad utilitatam ſpeciai domus: ſi uos dormiatis inter medios, entes columbæ deargantatæ. O uos ſpolia qui diuidimini par manifaſtationam ſpiritus ad utilitatem ſpeciai domus, ſi dormiatis inter medios cleros, tunc pennæ colombæ deargentatæ dealbabuntur in Selmon. Vel ita, O uoa qui diuidimini, & cætera. Si uos entes pennæ aolumbæ deargentaræ dormiatis iuter medioa cleroe, dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, tunc dealbabũtut in Selmon illi qui remiſsionem paccatorum per gratiam acceperunt. Vel ita: O uos qui diuidimini ad ornamẽtum domus, ſi dormiatis inter medios cleros, aritis pennæ columbæ deargentaræ. Intar bas autem conſtructiones hæc ultima & prima meliores ſunt, & ſecundum eos beatus Auguſtinus, & alij ſancti potiſsimum honc uarſum axponunt. Quod autem dicit, Inter madios cleros, Gręca poſitio eſt: quia quod Latinus dicit, Intar me & te, hoc Græcus dicit inter medium meum & tuum. Dicuot quidam duos cleros duo eſſe teſtameota, ut per idem quod efficitur, id q; efficiat, accipiatur. par teſtamentum enim datur hæraditas. Et cleronomia Græcè hæreditas dicitur: Cleronomos uero hæres. Cleros autem eſt ſors. Et ſora pro hęreditatis partes accipit. Vnde præceptũ eſt, ne Lauitis inter fratres daretur ſors, id eſt pars hæreditatis: quia da dacimis aliorum debebant ſuſtentari. Columba autẽ da qua hic dicitur, eſt Eccleſia, da qua in Canticis canticorum habetur: Vna eſt amica mea, columba mea, & reliqua. Vocatur autam Eccleſia columba propter innocantiam, & propter fraquentem gemitum, & propter multa ſimilia. Et hæc columba, id aſt Eccleſia, eſt deargentata, id eſt nitore diuini eloquij erudita. Cuius pennæ ſunt ſancti prædicatores, dicti pennæ duabus de cauſis: ſcilicet quia & prædicatione eorum gloria Eccleſiæ ſublimatur, & quia ipſi in altiora eleuantur. Vnde unus ex ais dixit, Siue mente excedimus Deo, & tamen compagini Eccleſię quantumcunq; ſublimatur cohęrent. Vnde ſubdit: Siue ſobrij ſumus uobis. dormitionem uero ſolet diuina ſcriptura pro morte accipere, ut ibi: Ego dormiui & ſomnũ cœpi, dormiui conturbatus. In hac autẽ ſententia dormitio ſimpliciter pro quiete, ut ſit dormire inter medios cleros, id eſt intar duos cleros auctoritatibus duorum teſtamentorum acquieſcare, & ſic documentorum aorum concordiæ dare, ſcilicet ut quando aliquid ax his profartur aut probatur, omnis contentio pacifica quiete finiatur. Et ſic uidemur admoneri euangelizantas uirtute multa, tũc ais dari uerbũ ueritatis, ut perfectè poſsint auangalizare, ſi duorum teſtamentorum authoritas ab eis non relinquatur. & erunt pannæ columbæ deargentatæ, quorum prædicationa gloria Ecclaſiæ ſublimetur. Et poſteriora dorſi aius columbæ erunt in pallore auri, poſtatiora dorſi eius intranſitiuè accipe illam partam dorſi, qua onus ſubigitur inter ſcapolas: ſcilicet, ut Gręcus habet: obi quædam aues, ut aquila pullos ſuos ſolent portare. Et eſt ea regio retro, quæ eſt circa cornubi alæ figunt radicem. Vnde per poſtariora dorſi hoc ſolum notatur, quia ſubit onus. Et per alas præcapta geminæ charitatis, per aurũ uero ſapientia, id eſt boni mores ſignificantur. Quæ ſapientia ad hoc pertinet, ut ſapiẽter onus ſubeatur, id eſt ſubeatur illud tantum onus, quod ſubeũdum eſt, ſcilicat iugum Chriſti, quod non deprimit, ſad erigit. Pallor autem auri uiror eſt auri, quia aurum natiuum habet ruboram, & ideo ſi pallor ei accedat, ax rubore & pallore conficitur uiror. Qui uiror deſignat charitatem, quæ ſemper uiret: quia de aa dictum eſt, Charitas nunquam excidit. per quam charitatem hoc efficitur, ut & præcapta geminæ charitatis facilè impleãtur. Et leua ſit onus, quod ſubditur: quia quod difficile aſt nolenti, hoc facile eſt amãti. Et poſtquam per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, charitas diffuſa aſt io cordibus noſtris, amãdo liberaliter facimus, quod prius timendo ſeruiliter faciabamus, & facti ſumus amici recti. Non enim uerus amicus recti eſt, qui ſi poſſet fieri, quod rectũ aſt, nollet iuberi. Eſt & alia ſententia, ſcilicet ut per duos cleros non duo teſtamenta, ſed duas hæreditates in ipſis promiſſas accipiamus. Vetaris enim taſtamenti hæreditas eſt terrena fœlicitas: Noui uero æterna immortalitas. & accipiatur hic dormire pro mori, ut ſuperius dictum eſt: ut ſit inter duos cleros dormire, ſic uitam inter duas hæraditates finire, ut naq; ardenter appetamus terrenã, & patiẽter expactam' ęternã. Nã qui ppterea Deo ſeruiũt, imo ſeruire noliũt, dũ in hac uita fœlicitatẽ quęrũt, ab iſtis ſomnus ablatus aſt, nec dormiũt. Inflãmantib. enim cupiditatib. agitati in flagitia & facinora propellũtur, & prorſus nõ quieſcũt deſiderando ut acquirant, metuendo ne perdãt. Qui autem audient me, ait Sapientia, habitat in ſpe, & quieſcit ſine timore. Optima anim mors eſt, ut in cupiditatum cohibitione à terranis, & in ſpe æternæ beatitudinis, homo uſque in finem perſaueraus, huius uitæ diem claudat extremum. & ſit dormire, id eſt uitam finire inter duos cleros, & ſi nondum in re, taman in ſpe æternæ beatitudinis habitare, & æternæ fœlicitatis cupiditate gaſcere. Sicut enim morientes ſunt pẽnæ columbæ deargentatæ, quia in reſurrectione rapientur obuiã Chriſto in aera, & ſic ſemper cũ Domino erunt. aut certè ideo ſunt pannę, quia quanto ſecurius, tanto ſublimius per eos Eccleſia diffamatur, & quaſi quibuſdam pennis excelſæ laudis attollitur. Et uerè ax quo tempore reualata aſt differentia duorum taſtamentorũ, ſancti Apoſtoli, & omnes electi huc uſqua ſic dormierunt, ut & terreni regni cupiditatem contemnerent, & cœleſtis ragni beatitudinem deſiderarent. Et quia tam bene dormierũt, ideo

Digitized by Google

ideo bis pennis uolitat Eccleſia, columbe deargentata, & laudibus extollitur: quia hac eorum fama poſteri ad imitandum inuitati, dum ſic dormiunt pennæ adduntur, quibus Eccleſia prædicatur & ſublimetur. Variatur quoq; quod ſequitur in hac ſententia, ſcilicet & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Per dorſum enim labor præſentis uitæ deſignatur, per poſteriore uero eius uita ſequens & merces laboris intelligitur. Quæ poſteriora erunt in pallore auri, id eſt in tanta lætitia & gloria, quæ omnem aliam excellit, ſicut aurum excellit omne metallum. & ſic per pallorem & aurum idem notabitur. Si autem diuerſa facere uelit ita dicens, Quia quãquam præſens uita eorum ſit in labore, poſteriora tamen eius erunt in auro, id eſt in regio decore. aurum enim ad ornamentum regium pertinet, quia coronæ inde fiunt. Et ita erunt in auro, q, in pallore, id eſt in uirore auri, hoc eſt in gloria indeficienti.

Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, niue.] Eritis inquam pennæ columbæ deargentatæ hoc tãdiu, dum cœleſtis diſcernet reges ſuper eam, hoc quantum ad poſteriorem ſententiam: quantum uero ad priorem ſic continuatur, Dominus dabit uerbũ uobis qui diuidimini per manifeſtationem ſpiritus ad ſpeciẽ domus, ſi dormiatis inter medios choros: dormiatis dico tãdiu, dum cœleſtis ille ſcilicet qui ueniens de cœlo eſt ſuper omnes. Vel qui aſcendunt non ſolum ſuper materiales cœlos, ſed & ſuper omnes ordines angelicos, id eſt dum Chriſtus diſcernit reges ſuper eam columbam. Reges accipit præcones ueritatis, ita ſe & alios regentes, ut non regnet iam in eis peccatum ad obediendum concupiſcentijs carnis: hos reges diſcernet Chriſtus ſuper columbam Eccleſiam, id eſt ſuper alios dando Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios ſic, alios uero ſic. Et ne putaretur quod hi reges ex ſe hoc haberent, quod ſic ſe regerent, oſtendit unde habeãt, ſcilicet ex hoc quia dealbabũtur, id eſt remiſsionem peccatorum accipiẽt, comparabiles niui facti. uel dealbabuntur niue, id eſt ſecundum niuem. uel poſiti in niue per candorem. iuxta illud: Si fuerint peccata neſtra rubra ut coccinum, quaſi nix dealbabũtur. & hoc in Selmon, id eſt per illũ qui intelligitur per Selmon. Selmon eſt mons Paleſtinę regionis, & interpretatur umbra. Vmbra autem ex duabus rebus fit, ſcilicet ex luce & interueniente corpore. & ideo per Selmon, id eſt per umbram deſignetur Chriſtus ex duabus naturis unitus. ſcilicet illa quæ in principio apud Deũ erat & in carne humana. Qui Chriſtus obumbraculum, id eſt defenſaculum per gratiam ſpiritus ſancti, & protectionem corporis ſui facit omnibus in ſe credentibus ab æſtu incentiuorum & carnalium concupiſcentiarum. Iuxta quod glorioſe uirgini dictum eſt, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſsimi obumbrabit tibi, id eſt obumbraculum contra carnales concupiſcentias faciet tibi. Quod uериſsime ſic fuit, quia ipſa non carnaliter concupiſcendo, ſed fideliter credendo Dominum concepit. Dixit quia in Selmõ dealbuntur, & quid ſit Selmon exponit dicens, quia eſt mons Dei. Ille ſcilicet mons, de quo dictum eſt: Et erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus Domini. & hic eſt lapis de monte exciſus ſine manibus complectentium, id eſt Chriſtus de Iudaico populo natus ſine manibus complectentium. Ipſe dico qui eſt mons pinguis ad corroborandos perfectos, & eſt mons coagulatus, miniſtrans ſcilicet coagulum, id eſt doctrinæ lac ad nutriendos paruulos. Ipſe uerè mons pinguis, id eſt plenus omnibus ſpiritualib. donis. Et quia ſicut in Euangelio legitur, alij dixerunt hũc montem, id eſt Chriſtum Iohannem Baptiſtam, alij Iohannem, alij Hieremiam, alij unum ex Prophetis. monet nos Propheticus ſpiritus ne alios montes huic monti comparemus, quia & ſi alij montes coagulati ſunt, qui enutrire paruos poſſunt, hoc non eſt ex ſe, ſed ex hoc monte. Et dicit ita, Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos huic monti comparabiles? Vtiq; non debetis, quia mons iſte talis eſt, in quo ſpecialiter bene placitum eſt Deo, nũquam male placitũ. Quod beneplacitum, ſcilicet habitare ita, ut perfectè eſſet in eo. In eo enim ut Apoſtolus ait, habitabit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id eſt integrè & plenariè. Et ideo qa dicit, dico eũ ſpecialiter in hoc monte habitare, quia per iſtum habitauit in alijs. Nõ iſte Dominus, id eſt mons iſte principaliter habitauit in alijs montibus, perducendo eos in ſe finem, & per iſtum etiam Deus pater habitauit in illis.

Currus Dei.] Ideo etiam alios montes huic monti comparare nõ debetis, quia alij ſunt currus huius qui eſt Deus. Illi enim portant ut currus, iſte per eos portatur ad notitiam hominum, qui currus multiplex eſt in decem milibus. finitum pro infinito. Currus iſte accipitur in omnib. prædicatoribus ueri, à tẽpore gratiæ uſq; in finem ſeculi: & ideo ſubdit, quod non tamẽ eſt in decem milibus, ſed etiam mille milia in curru illo. & ſi triſtantium exterius, quia multæ tribulationes iuſtorum, tamen lætantium interius. & unde lætantiũ? ſcilicet quia Dominus eſt in eis. Quomodo in eis? ſcilicet in Sinai, id eſt in mãdato non quocunq;, ſed in ſancto mãdato. Licet enim triſtetur in portando, tamen lætatur in mandato complendo. Qui dedit eis uelle, dat & pro bona uoluntate perficere. Mandatum enim ſanctum uocat legem, de qua Apoſtolus: Lex quidẽ ſancta eſt, mandatum ſanctũ & iuſtum, bonum.

Aſcendiſti in altum.] Ideo inquam in curru illo ſunt milia lætantium, qui prius erant milia plorantium: quia cœpiſti captiuitatem, ſcilicet uel mortem qua captiui tenebamur, morte tua captiuaſti. id eſt deſtruxiſti, uel cœpiſti captiuitatem, id eſt nos homines qui pri⁹ captiuati per præuaricationẽ Adę ſub iugo peccati & mortis fuimus, & ita captiuitas diaboli eramus: nos inquã cœpiſti hæreditatem tuam, quia principe illo deuicto, fœlici & libera captiuitate nos captiuaſti, ſcilicet ut qui prius ſerui eramus peccati, & liberi iuſtitiæ, ſerui eſſemus iuſtitiæ, liberati à peccato. & ſic aſcendiſti in altum, ſcilicet ad dexterã patris, ubi nos tecum conſedere feciſti, & inde dona ſpiritualia hominibus miſiſti: in quibus quia tu eras uelut in membris tuis, eadem dona quæ dediſti accepiſti. Eſt quædam alia ſententia, quæ ad hanc ſententiam plenius accedit, ſcilicet Dedit dona hominibus, quæ tamen in nulla tranſlatione habetur. ſed ut ait beatus Auguſtinus, poſuit eam ex ſua auctoritate Apoſtolus. Poteſt tamen ſimpliciter ſic dici, Accepiſti dona in hominibus non alia ab ipſis, ſed ipſos homines. Et tunc ſequens uerſus erit oſtenſio, quos acceperit, ſcilicet nõ credentes. Secundum uero priorem ſententiam ita continuabitur: Verè cœpiſti captiuitatem, nam accepiſti non credentes Deum uerum, ſcilicet Deũ inhabitare mentes hominum, id eſt curare humana, per q gentes intelliguntur, quæ uerè Deum mortalia curare ignorabant, quia creaturã creatori præponebant. uel ſi de Iudæis accipiatur, ita dicetur: Accepiſti etiã deſperatiſsimos, ſcilicet non credentes Dominum Deum, id eſt uerbũ patris, quod & Deus eſt, quia creator & Dominus, quia redemptor: inhabitare, id eſt in homine Chriſto habitare. hoc enim Iudæi potiſsimũ & negant, qui adhuc ſunt & negauerunt. Vel ita accepiſti, etiam Iudæos iuſtificantes ſe, & ſuperbos qui nõ credebant Deum habitare in gentibus, quas immundiſsimas deputabant, & ideo omnino concorporationem non poſſe fieri confirmabant.

Benedictus Dominus.] Attendens Propheta, q̃a Deus & prædictum currum in ſe finem perducit, & captiuitatem noſtram liberam feliciter per ſuam gratiã ſemper eduxit, erumpit in laudem, & dicit: Benedictus Dominus die quotidie, id eſt ita in hac die, ut omni die. habet quædam tranſlatio, De die in diem: ſed dicit beatus Auguſtinus, ſcilicet die quotidie, quia magia

Digitized by Google

gis accedit ad uerbum, quod in Hebræo habet. & ut apertius fiat, punit unde benedictus, ſcilicet quia faciet nobis proſperũ iter.i.& curſũ in finem perducet & captiuitatẽ noſtrã ſemper feliciter educet ille, qui eſt Deus ſalutariũ.i. ſaluationum noſtrarum & interius & etiam exterius: & ſi nondũ in re, ſaltem in ſpe, ipſe dico Deus noſter.i. factus mortalitatis noſtræ particepe, ut nos diuinitatis ſuę faceret participes. Et quia Deus noſter, ideo Deus faciendi nos ſaluos. nullus alius enim ſi ipſe non ſaluaret, ſaluare nos poſſet. Et ne aliquis diceret, Cur ergo perimur? cur morimur? ſubdit, Et Dñi Dei exitus mortis. quaſi dicat: Quid miſera mortalis conditio indignaris? quid conquereris? non habes indignari, ſed conſolari. Vt enim patienter ſuſtineas, non ſolum tribulationes, ſed etiã mortem habes conditionem, per hoc quia Domini Dei di co ſpecialiter & abſolute Domini eſt exitus mortis: quia non tantum tribulatiões pertulit, ſed etiam per mortem mundum exiuit.

Veruntamen Deus cõfringet.] Quaſi dicat: Licet dicam Dominum mortuum eſſe, non tamen humana ſuperbia & carnalis arrogantia præſumat de impunitate peccatorum: quia & ſi mortalis eſt, tamen omnipotens eſt, quia Deus, & ideo confringet non ſolum minores inimicorum ſuorum Iudæorum, ſed etiam capita, ſcribas ſcilicet & Phariſæos. Vel capita inimicorum, aerias poteſtates poſſumus accipere, ipſos inimicos inſtigantes. Vel etiam per capita reſupina ceruicoſitas erigentium ſe Iudæorũ deſignatur. Et dicit pluraliter, capita, quia duo capita contra Dominũ ſe erexerunt. Non enim caput exterius inſultantes cõcuterent, niſi prius interius caput in eum concuſiſſent. Et ideo dicit: Dominus confringet capita, id eſt elationẽ & ceruicoſitatem inimicorum ſuorum, & in bono & in malo: quia quorundam ita ut humiliati ſaluentur, quorundam in æternas tenebras præcipitati dãnantur. Confringet etiam uerticem capilli, id eſt nimiam elationem perambulantium, id eſt perſeuerantiũ & delectantium ſe in delictis ſuis, ubi potius eſſet gemẽdum. Accipe autem hic alios & alios inimicos prius quidem in carne ſæuientes, hic uero diuinitatẽ ipſam lacerantes, id eſt hæreticos. q notatur per hoc, quia ibi capita poſuit: hic uero uerticem capilli, qui ſupra caput eſt, ponit. Eſt autem uertex, capillorum ſublimitas, quam quidam retorquendo capillos parant, ut erectum caput habeant. Sic & hæretici non ignorantia, ſed quadam arrogantia magiſterium ſuper alios ſibi uſurpant. Eſt & alia ſententia Caſsiodori, ſcilicet ut per capillos, qui gentiles ſunt, uiles & tenues ſententias: per uerticem uero uerſutiam quandam in eiſdem intelligamus. Solent enim hæretici uiles ſententias proponere, & in eiſdẽ uerſutè & ualde ingenioſe agere. Poteſt quoq; uerſus iſte totus legi de aerijs poteſtatibus, & ſic Confringet in malo tantũ accipiet hoc modo: Dñs & ſi mortalis, tamen quia Deus confringet capita inimicorũ ſuorum.i. damnabit nõ ſolum minores dæmões, ſed etiam capita.i. maiores. Sunt enim in malignis angelis ſicut & in bonis. alij minores, alij maiores. Inimicorũ dico perambulantium uerticem capilli circuientium, & ſummitatem capilli, qui facile mouetur ſi non aliquo ſenſu noſtro. hoc eſt inſenſibiliter nos decipiendũ. Quare maximè cauendi ſunt, & hoc faciunt in delictis, id eſt ut perſuadeant nobis delicta. Quæ delicta quia eis incitantibus ſunt, ſunt non tantum noſtra, ſed & ſua.

Dixit Dominus, Ex Baſan conuertam.] Iuxta primam ſententiam, in qua homines inimicos accepimus eſt, hic oſtendit, quomodo confringat inimicos Dominus, & ait hic de altera confractione, ſcilicet de bona tantũ: in fine uero aget de altera, id eſt de mala. Secũdum hoc uero quod inimicos tantũ aerias poteſtates accepimus, nõ ita uerſus iſte continuat: ſed ad illud quod ſupra dictũ eſt, ſcilicet quia proſperum iter faciat nobis. Quaſi dicat: Verè Dominus proſperum iter faciet nobis.i. de captiuitate nos educet, quia Dominus dixit, ſiue in Prophetis ſiue in diſpoſitione ſua hoc: Ego conuertam uel conuertar ex Baſan, & conuertam in profundũ, ſiue in profundũ maris. Baſan interpretatur confuſio uel ſiccitas. Et illos qui in peccatis cõfuſi ſunt, uel ualde inde erubeſcunt ad ſe conuertit Dominus, uel ipſe ad eos conuertitur: iuxta illud, Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad uos dicit Dominus. Vere enim publicanus ille de peccatis confuſus erat, qui nec oculos ad cœlũ leuare audebat, & ideo iuſtificatus in domũ ſuam deſcenderat. Item illos qui ſicci.i. qui non ſe iuſtificant, nec aliquid ſibi aſcribũt, ſed gratiam ſemper ſitiunt, conuertit Dominus: Pingues uero.i. ſuperbos & arrogantes non cõuertit, ſed auertit. Et ſunt cauſa confuſio, uel ipſa ſiccitas, quare cõuertat. unde dicit: Conuertam quoſdã ex Baſan.i. propter Baſan. Conuertã etiam exiſtentes in profundo maris, uel tandem in profundũ maris, per noticiã meam conuertã, quos ibi inuaniam. Profundum maris deſperatiſsimos accipit, illos ſcilicet de quibus dictum eſt: Peccator cum uenerit in profundum iniquitatis contemnet.

Vt intingatur pes tuus.] Singula ſingulis redde. Verè Dñs conuertet ex Baſan, nam in tantum cõuertet, ut fiant pedes in membris tuis: illi ſcilicet pedes, de quibus dictũ eſt, Quam ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacẽ. Et euangelizantes current uſq; ad ſanguinis effuſionem, hoc eſt q dicit: Vt pes tuus intingatur ſanguine. rurſus dicas: Vere Dominus conuertet in profundum maris, quia in tantum conuertet quot ex illis inimicis tuis erit lingua canũ tuorũ.i. erunt linguoſi canes. Non illi de quibus Apoſtolus ait, Videte canes, uidete malos operarios: ſed tui canes, canes ſcilicet laudabiles, non deteſtabiles: canes fideles pro domo Domini cõtra inimicos latrantes. Canes loquaces, non mordaces: quia hi canes nõ in dentibus, ſed in lingua cõmandantur. Sunt enim & alij canes, canes ſcilicet muti, non ualentes latrare. Et conuertit ſe ad nos, quaſi dicat, Nemo deſperet de Dñi miſericordia, q ab hoc ſcilicet q inimici deſperatiſsimi fiant tales canes, eſt ab ipſo.i. p eius gratiã & miſericordiã.

Viderunt ingreſſus tuos.] Quaſi dicat, Per quid cõuerſi ex Baſan erunt pes tuus, & conuerſus ex conuerſi ex profundo maris lingua canũ tuorum? Scilicet quia uiderunt ingreſſus tuos ô Deus.i. attenderũt pręcones .i. alios ingreſſus, & illis ſe conformauerunt. uel uiderunt ô Deus ingreſſus tui uel tuos.i. cognouerunt itinera tua, ſcilicet cum quanta humilitate in hunc mũdum ueneris, & quæ operatus ſis, Ingreſſus dico Dei mei.i. creatoris mei, in hoc q uerbum: & regis mei, in hoc q homo. qui ſcilicet Deus eſt in ſancto.i. uel in loco illo ſancto, quem cõſtituit de his quos per gratiam & miſericordiam ſuam, & de uinculis peccatorũ eduxit, & de ſepulchro ſuſcitauit. uel in ſancto ſanctorũ.i. in homine dominico, in quo ſpecialiter fuit. Vnde Apoſtolus: Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians.

Præuenerunt Principes.] Quomodo uiderũt ingreſſus tuos, per principes ſcilicet.i. per Apoſtolos qui pręuenerunt.i. præceſſerunt alios. Vel ſecundum eam ſententiam, ubi per ingreſſus pręcones accepimus, ita dicatur, Viderunt in quã greſſus tuos.i. præcones tuos, inter quos principes præuenerunt coniuncti pſallentibus.i. cum multis alijs à ſe conuerſis: qui ſunt pſallentes, id eſt per bona opera quaſi uiſibili inſtrumẽto Deũ laudantes. Ipſi dico in honorabili officio poſiti, ſcilicet in medio iuuencularũ tympaniſtriarum tanquam pręcentores, omnia præuidentes, omnia diſponentes. Iuuenculas nouellas uocat eccleſias noua gratia decoratas, & à ſanctis Apoſtolis conſtitutas, quas eaſdẽ uocat tympaniſtrias. Tympanũ enim ex ſicco corio fit extento. Et illæ Eccleſiæ ſunt tympaniſtriæ, quia carnem ſiccant.i. macerant, & intentione meditationis bonæ & operationis ſanctæ Deũ laudant, &

ne aliquis hoc audiens intenderet ad luxurioſos choros, ut oſtendat quid uocet iuuencula, ſubdit: In Eccleſijs benedicite. Quaſi dicat, Vos conuerſi ex Baſan & conuerſi ex profundo maris benedicite per bona opera Deo creatori & Domino redemptori in Eccleſijs, i. in ſocietate Eccleſiarũ uos præcedentiũ benedictione hauſta de fontibus Iſrael, i. tali benedictiõe, id eſt quæ non diſſentiat à traditione ſanctorũ Apoſtolorum, qui ſunt fontes Iſrael, id eſt à quibus ueri Iſraelitæ doctrinam ueritatis hauſerunt.

Ibi Beniamin.] Inuitat eos ad ſocietatem Eccleſiarũ, commendãs conſortes & duces, quos ibi habebunt. Quaſi dicat: Ideo in eccleſijs benedicere debetis, quia ibi eſt Beniamin i. Paulus de tribu ſquiſsima Beniamin natus, adoleſcentulus, id eſt nouiter aſſumptus, & in hoc exceſſu mentis. id eſt tunc quando percuſſus in uia à Domino mente ita exceſsit, quod nec uidit aliquid, nec audiuit. uel eſt in exceſſu mentis, quia tantæ eſt perfectionis q, mente Deo excedit. Iuxta quod ipſe dicit: Siue mente excedimus Deo. Vel etiã quia uſq; ad tertiũ cœlum in extaſi tantò raptus fuit, quòd neſcierit utrum in corpore an extra corpus factum ſit hoc. De hoc Beniamin dictũ eſt, Lupus rapax mane cõmedit prædam, ueſpere diuidit ſpolia. quod ſic intelligendum eſt: Paulus manè in prima ætate ſua prædam cõmedit, quia perſecutor eccleſiæ fuit: neſpere eũt. i. poſt conuerſionẽ ſpolia diuiſit, quia quos uerbo prædicationis diabolo rapuit, in diuerſa officia eccleſiæ diſpertiuit. Poteſt & ita dici, quia cũ mane fuit ei, id eſt cũ lumen fidei recepit, tunc quaſi prædam cõmedit: quia ab illo quã perſequebatur ut hoſtẽ, quaſi in gratiam ſpiritualem accepit. iuxta illud: Regnũ cœlorum uim patitur, & uiolenti pectore rapiunt illud, & ſpolia illa, id eſt eandem gratiam quaſi ui ab hoſte captã diuiſit in ueſpera. id eſt inter gentes quę quaſi ueſperum erant: quia ueri ſolis luce carebant. Poteſt aũt ſi ad interpretationẽ nominis aſpiciamus, uerſus iſta largius accipi, ut ſic dicat: Ibi eſt Beniamin. i. omnis potiorẽ partem, id eſt dexterã petens. Beniamin enim filius dextræ interpretatur. Beniamin dico adoleſcentulus. i. gratia innouatus, & in exceſſu mentis poſitus, ſcilicet ut ſe hominem excedat in ſe Deũ, eorum quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus. Præterea duces optimi ſunt ibi. nã duces eorum in eccleſijs, ſcilicet exiſtentium, ſunt principes de tribu Iuda, de tribu Zabulon & de tribu Nepthalim, ut dicamus ſanctos Apoſtolos de his tribub. tantũ aſſumptos. quod auctoritate aliqua nec poteſt refelli nec confirmari. Si uero interpretationes nominũ attendamus, aliter dicemus. Iuda enim interpretatur confeſsio. Et principes confeſsionis ſunt ſancti martyres, primatum in eccleſia obtinentes, quorũ præcipua uirtus eſt confeſsio. Sed quia pro hac confeſsiõe multa eos pati oportet, ideo neceſſe eſt ut munitũ locũ intrẽt. i. Zabulon. Zabulon enim interpretatur habitaculũ fortitudinis. & ſignificatur per Zabulon Chriſtus, qui eſt eis turris fortitudinis, ſcilicet ſi et tandant & qd ipſe paſſus ſit, & quid acceperit, ſcilicet gloriã immortalitatis & impaſsibilitatis, & ſperent eãdem mercedem. tunc namq; conſtantes facti ſunt alijs, quibus exemplo ſunt principes Zabulõ, id eſt principes fortitudinis. Et quia per hoc ſequitur laudatio cœleſtium gaudiorum, ideo ſunt & principes Nepthalim. Nepthalim quippe dilatatio mea interpretatur. Poſſumus quoq; intelligere per Iudam fidem, per Zabulon ſpem, per Nepthalim charitatẽ. Meritò enim duces aliorum ſunt, qui fide in pura principes ſunt. & qui in ſpe certa, quæ facit hominem fortẽ, ne deficiat in tribulatiõe. & qui in uera charitate, qualis ille princeps fuit, qui in ipſa paſsione pro inimicis dixit: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et quia (quaſi dicat) & tales ſubditi, & tales prælati in eccleſijs ſunt: ergo uos cõuerſi expugnatis & uictis ex Baſan, & de pfundo maris benedicite Deo in excelſis. Et ut hoc à multis fiat, ô Deus bonis principijs bonos exitus iũgas, ſcilicet manda uirtutem tuã. i. notifica hominib. illũ qui eſt uirtus & ſapientia tua. Chriſtus enim Dei uirtus, & Dei ſapientia. Vel ut quidam libri habent, Manda uirtuti tuæ. i. cõmenda & impone hoc uirtuti tuæ, ut ſe notificando ſic te benedici faciat. Manda inquam docendo, & confirma uiuendo, ſubaudis in gentibus hoc. i. gratiam illam quam iam in nobis primitiuis operatus es, tu dico incipiens à templo tuo, quod eſt in Hieruſalẽ. i. à populo credente in te, qui pertinet ad Hieruſalẽ. A Iudæis enim ſalus proceſsit, quia inde & electi Apoſtoli & ipſe Chriſtus ſecũdum carnem natus fuit. Et uere mandabis & confirmabis, quia reges offerent tibi munera. Poteſt & in fine prioris uerſus fieri diſtinctio, et deinde dici ut prius, quod uere mandabis & confirmabis: quia reges uenientes à templo tuo in Hieruſalem. i. ſancti Apoſtoli electi de Iudæis offerent tibi munera. Quæ uero munera? Gratioſe quidẽ & acceptabilia, ſcilicet ſeipſos & ſecum alios conuerſos.

Increpa feras arundinis.] Offerent inquam reges munera. Sed quia multi beſtialiter his muneribus obſtrepent, Chriſtianũ ſcilicet nomen habentes, à fide uero diſſentientes. i. hæretici. ideo Domine increpa, per quos habes increpare, ſcilicet per præcones tuos feras illas. i. beſtiales illos, quæ feræ ſunt arũdinis: quia feritatem exercent in arundinẽ. i. in ſcripturam ſacrã, quam prauè interpretando diſsipant. Ecce quod efficit (pro eo quod efficitur) ſcilicet arũdo pro ſcriptura. Vel ſi contentum pro continente accipiamus, ſcilicet arundinem pro luto: quia arundo loca diligit lutoſa, tunc dicemus, quia illi ferè ſunt feræ arundinis, immergentes ſcilicet ſe, & inuoluentes in luto ut ſues: quia ueras & ſanas ſententias contemnentes, in falſum & erroneum intellectum ſe demergunt. Vel feræ illæ ſunt arundinis. i. comparabiles arundinib. quia ſicut arundo facilè uento agitatur, ita ipſi facile omni uento doctrinæ circumferuntur. Sequitur.

Congregatio taurorum.] Ideo dico ut increpes feras, quia multæ erunt feræ. Nam erit congregatio taurorũ. i. erunt multi tauri ceruicoſi, & indomitam ceruicem habentes. i. hęretici in uaccis populorum. i. inter ſeductibiles animas de populis cõuerſantes, quę eos ſequuntur ut uaccę tauros. Vel in uaccis bubalorum, id eſt inter hæreticas animas, ſicut uaccæ bubalorum . i. ſylueſtres uaccæ ſunt conuerſantes. Non enim aggrediuntur ſtabiles in fide, & fortes, ſed infirmos & ſeductibiles. unde Apoſtolus: Penetrant domos, & captiuas ducunt mulieres, oneratas peccatis, quę ducuntur uariis deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquã ad ſcientiam ueritatis peruenientes. Et q, tales tauri erunt, hoc Deus utiliter ſuis faciet, ſcilicet ut ij excludant. i. manifeſtos faciant eos, ſcilicet excluſores, qui probati ſunt in argento. i. in diuino eloquio. Vnde Apoſtolus: Oportet eſſe hæreſes, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant. Excluſores in argentaria arte dicũtur, qui de maſſæ confuſione formam alicuius uaſis ſciũt reddere. Similiter in diuina ſcriptura excluſores dicũtur illi, quibus tantum ingenium datum eſt, ut quod obſcurum & ambiguum eſt, ſub certum intellectum poſsint redigere. Poteſt etiã dici, quod ad hoc permittet tauros illos eſſe, ut qui probati ſunt in argẽto. i. in diuino eloquio excludant eos. i. eliminent illos malos. & hoc ſit eis ad gloriam. Vel ut illi tauri excludãt eos à uaccis, qui probati ſunt in argento.

Diſsipa gentes quæ bella.] Ita dico increpa feras, ut diſſipes gentes illas quæ uolunt bella, id eſt quæ potius ſtudent contentioni quam correctioni. Gentes uocat illos eoſdem, quos feras uocauit, id eſt hæreticos non propter nationum diuerſitatem, ſed propter ſectarum uarietatem. alij enim fuerunt Donatiſtæ, alij Nicolaitæ, alij Ariani, alij Sabelliani, & plures alij. Et uere diſsipabit gentes tales. nam per legatos recõciliationis & æternæ pacis, id eſt per præcones ſan-

ctos

ctos hoc fecies. Qui legeti ueniēt ex Aegypto & Aethiopia. Talis legatoe apoſtolus fuit, qui dixit, ꝓ Chriſto legetione fungimur, tanquam Deo exhortanta per nos. Obſecramus uos pro Chriſto, reconciliamini Deo. Aegyptus interpretatur tenebrę uel afflictio, Aethiopis uero nigra. Et deſignantur per hæc duo gētiles, qui & tenebræ erant, id eſt obſcuratum intellectum habebant: & afflicti cæcitate erent, quia creaturam creatori præponebant, & denigrati pelle Aethiopum, id eſt nigredine peccatorum erāt, à quibus uesè quia gentes prędictas diſsiparent uenerunt legati, ut Auguſtinus, Ieronymus, & ſimiles alij. Et quomodo ex Aethiopis ueniant legati exponit, ſcilicet quis Aethiopis præueniet Deo, id eſt ad honorē Dei. manus eius, id eſt uindictam futuram ipſius Dei. quod aſt dicere: Aethiopia præcedet uindictam Dei credēdo, & cum crediderit, uenient ex ea legati. Poteſt & aliter hoc intelligi, quis dicit beatus Auguſtinus, q, Eius in Hebræo refertur hic ad femininum, id eſt ad Aethiopiā. iuxta quod ſic dicetur, Aethiopis ad hærendo Deo per fidem pręueniet in hoc manus eius, id eſt ſuas proprias manus. hoc eſt opera ſua, quia ex fide iuſtificabitur, cum non poſsit per opera iuſtificari. Vnde Apoſtolus: Arbitramur per opera legis hominē non iuſtificari, ſed per fidem. Abraham enim credidit Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Et priuſquam iuſtificaretur, uenient legati ex ea ut prius.

Regna terræ.] Præuidens Propheta & Iudæorum & gentium uocationem, communiter hortatur utroſq; dicens: O uos Iudęi uel gentes gratis uocari, & de terra regnum facti, cantate ſanctè meditando Deo patri: pſallite bene operando Domino filio. pſallite etiam Deo ſpiritui ſancto, Domino dico pſallite, qui aſcendit, & cætera. Poteſt & hoc totum ad filium tantum referri, ut ſic dicamus, Cantate Deo filio, ut Deo, id eſt creatori ueſtro: pſallite ei ut Domino, id eſt redēptori ueſtro: pſallite ei etiam ut Deo, id eſt reſuſcitatori ueſtro, qui uos conreſuſcitauit, & ſedere fecit ad dexteram patris, quod innuit cum dicit: Qui aſcēdit ſuper cœlum cœli. Vel quis materialiter in illud cœlum aſcendit, cuius ipſe agnus lumen eſt, quod eſt ſuper noſtrum cœlum, quod eſt in medio aquarum, & ex ipſis aquis conglutinatū. Vel qui aſcendit ſuper ſeipſum, qui eſt cœlum altorum cœlorum. Quomodo? Quia carnem humanam inquam, etiam eſt cœlum, id eſt ſummum illorum, de quibus dicitur: Cœli enarrant gloriam Dei. Illam inquam exaltauit ſuper ſeipſam, quia cum natura eius eſſet tendere ad ima, fecit tendere ad ſumma, ipſe dico tendens ad orientem, id eſt ad patrem qui ortus eius eſt. iuxta illud: A ſummo cœlo egreſsio eius, & cætera.

Ecce dabit uoci ſuæ.] Ideo dico cantate nunc, & pſallite, quia ſi nunc non cantaueritis, tandem plorabitis. Namq; ille qui ueniens iudicandus, dedit uoci ſuę uocem infirmitatis: ueniens iudicaturus, dabit uoci ſuæ uocem uirtutis. Et qui uenit ut agnus humilis, rugiet ut leo terribilis, cum dicet ſuis: Venite benedicti patris mei: alienis uero, Diſcedite maledicti in ignem æternum. Et ecce, quaſi dicat: Proximum eſt ut hoc faciatis. Tempus enim breue eſt, nec longū eſt putandum, quod habet exitum. Et quia & futurum hoc eſt, & iam imminet, ergo cantate, pſallite: & ſic date & in proſperis & in aduerſis gloriam uerā & gratiā Deo: quem meritò glorificare deberis, quia magnificentia, id eſt magnifica gloria eius erit ſuper Iſrael, id eſt ſuper omnes illos qui modo laborant, ad hoc ut ſint Iſrael, id eſt uiri Deum uidentes: quia hos omnes glorificabit immortalitate & impaſsibilitate. Et uirtus eius, id eſt potentia eius apparebit euidenter in nubibus: quia tantæ dignitatis nubes illæ, id eſt ſancti Apoſtoli erunt, quod comparatione ſua alios iudicabunt. Et ut oſtendat quas nubes hic accipiat, ſubdit: Mirabilis Deus. Quaſi dicat: Verè magnificentia eius erit in Iſrael, & uirtus eius in nubibus: quia Deus erit

mirabilis in ſanctis ſuis, id eſt in remuneratione ſanctorum ſuorum: Deus dico, Deus Iſrael, id eſt uirorū Deum uidentium. In quo uero mirabilis? In hoc ſcilicet, quia ipſe plebi ſuæ modo infirmæ, modo inualidæ dabit tandem in corpore uirtutem: quia dabit ei corpus configuratum corpori claritatis ſuæ: & dabit ei fortitudinem, id eſt conſtantiam in mente, ut amplius non patiatur defectum: quia tunc inimica deſtruetur mors, nec ultra locus erit peccato. Et quia difficilem pſalmum ad intelligendum, & prolixū tandē Deo adiuuāte peregimus, inde benedictus Deus.

IN PSALMVM LXVIII. ARGVMENTVM.

MAchabeorum perſonis cauſiſq; conueniens aptatur oratio. Aliter legendus ad lectionem Ionæ Prophetæ, & ad euangelium Iohannis. uox Chriſti cum pateretur.

IN FINEM PRO HIS QVI commutabuntur, Dauid.

EXPLANATIO.

IN finem ad Chriſtum reſpicere nullus ignorat, qui atteſtante etiam Euangelio ſuam in hoc pſalmo narraturus eſt paſsionem, qua commutabuntur credentes, exuentes ueterem hominē, & induentes nouum. per totum pſalmum ex forma ſerui loquitur Chriſtus. Primo capite deprecatur, ut ſaluus fiat à patre, quoniam gratis à Iudæis eſt odio habitus. Secundo poſtulat à parte membrorum, ne decipiatur ſpes fidelium, in eius reſurrectione confiſa, omnia ſe dicens æquanimiter ſuſtinuiſſe, quæ ingerebant iniqui. Tertio precatur ut ipſius oratio exaudiatur, quatenus de luto iſtius ſeculi eius conuerſatio immaculata liberetur ſcire, dicens Dominum quantis inimicorum appetatur inſidijs, ut uſq; ad paſsionis exitum machinato diſcrimine perueniret. Quarto uirtute præſcientiæ ſuæ, quæ cōtingere poterant inimicis uentura pronunciat. Quinto à forma ſerui ſe pauperem profitetur, unde & laudes ſe dicit redditurum paternæ clementiæ, hortans fideles ut in Domino confidant, qui eccleſiam ſuam de mundi iſtius aduerſitate liberauit, & ſanctis ſuis in ta perenni felicitate proſpexit.

COMMENTARIVS.

S*Aluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ.*] Præſens pſalmus attribuitur ipſi Dauid, .i. canticū: quia ſunt in hoc pſalmo uerba expreſſa, quæ in paſsione eius ſunt completa. ut, Dederunt in eſcam meam fel, & ſimilia. Et dicuntur pro his qui commutabuntur. commutatio alia in deterius, alia in melius. Adam enim & Eua in deterius mutati ſunt: qui uero ex Adā & Eua Chriſto cohæſerunt, in melius mutati ſunt. Et commutationem in deterius iniquitas fecit, commutationem uero in melius, Chriſti miſericordia præſtitit. huius commutationis in melius cauſa eſt & ipſa paſsio, id eſt tranſitus Chriſti: quia niſi ille tranſiſſet qui deſcēdit, ut nos liberaret uel ſubleuaret, nullo modo nos qui decideramus, tranſire poſſemus. Fit autem tranſitus iſte de mundo ad cœlum, de terrena uita ad cæleſtem, de mortali ad immortalem, de corruptibili ad incorruptibilem, de labore ad æternam requiem. Cauſam ergo cōmutationis noſtræ, id eſt ipſam Chriſti paſsionem, noſtramque in tribulationibus uocem in hoc pſalmi contextu audiamus, cognoſcamus, ingemiſcamus: & audiendo, cognoſcendo, ingemiſcē-

 do com-

do cõmotemur, & cõmutati cum capite noſtro dicamus, Saluum me fac Deus. hortatur aũt nos caput in hoc pſalmo, ut per eius paſsioné & mercedem attendamus noſtrã quoq; paſsionem & mercedem, & ſic compatiamur, ut & glorificemur. Si enim cõparimur, & conglorificabimur. Et orat ſic pro ſe & pro membris ſuis: Deus pater ſaluũ me fac, reſtituendo me immortalitati. Saluos fac & meos, nũc interim interiori reſurrectione, quouſq; etiam exteriori. Et neceſſe eſt ut ſaluos eos facias, quoniam aquæ intrauerunt uſq; ad animam meam. Aquæ dicuntur hic turbæ Iudaici populi, quantũ ad ipſum caput: quantũ uero ad membra, dicuntor aquæ etiam quicunq; perſecutores Eccleſiæ. Quod autem dicit, Intrauerunt aquæ, ad ſimilitudinem dictom eſt. Sicut enim aqua paulatim intrat, donec nauim ſommergat & inuoluat: ſic Ipſi Iudæi paulatim inuoluentes ſe latenti odio, deinde cõſilium iniendo cum diſcipulo, tandem etiam manifeſtè oppugnãdo, & ſuper eum clamando Crucifige eũ, intrauerunt, id eſt præualuarunt uſq; ad animam nõ imitandam, ſed demergendam & deſtruendam eorũ reparationem. ſic & de membris ſuo modo dicea.

Infixus ſum in limo.] ideo aquæ præualuerunt mihi, quia ego ſum infixos in ꝓfundo limo. Homo ſactus à Deo de limo, per præuaricatiooem uero factus eſt profundus limus. profundos quidem propter multiplices pœnas peccati. In hoc limo profundo infixus ipſe fuit, quia humanam naturam ſuſcepit. Et ideo dicit: Infixus ſum in limo profundo. & ideo non eſt mihi ſubſtantia, id eſt ſubſiſteotia aliqua, ut per me poſſim dimerſus ab aquis illis ſubſiſtere, niſi tu reſuſcites me.

Veni in altitudinem maris.] Infixus ſum inqoam in profundo limo, & hoc non ex aliqua neceſsitate, quia ego ueni ex propria uoluntate non ex coactione in altitudinem maris, id eſt aſſumpſi humanitatam altè propter pœnaa peccari amaricantem. Idem enim in hac eſt limos profuodus, & maris altitudo. Poſſunt & aliter hi doo uerſus non incongruè exponi. Quaſi dicat: Infixus ſum in limum profundi. id eſt terra tradita eſt in manos peccatorum. Homo ut prędiximus factus eſt de limo, ſed per præuaricationem factus eſt profundus limos. Quiſquis uero præter originalia peccata immergit ſe in actualia, quanto plura cõmittit, tanto profundiorem hunc limum reddit. hunc limum protrahẽtem ad aliquam iniquitatem, ſi quis contemnit, limum ſuum aurum facit, quia tandem in cœleſtem habitum mutatos ęqualiter fit angelis Dei. In hoc limo profundo infixus eſt Chriſtus, quia corruptio naturæ non ſolum per originalia, ſed etiam per actualia fuit cauſa, quare infixus fuit. Et ideo dicit: Infixus ſum in limo profundi, id eſt hęſi ibi, quia captus ſum, cęſus, flagellatus, crucifixus. & hoc ideo, quia nõ eſt ſubſtantia in me, id eſt quia nõ oſtendi eis diuitias diuinitatis meæ, ſed formam paupertatis humanæ. ſubſtantia enim pro diuitijs poni ſolet. Diuitiæ enim ſunt in hoc, quia non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, cui uere æqualis, coęternus & cõſubſtantialis ſecundum uerbũ eſt. Paupertas uero eius in hoc fuit, quia ſe ipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, habitu inuentus eſt ut homo. Qua paupertate diues fuit, quia nos multis diuitijs repleuit. Cũ enim diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt, ut nos paupertate ſua ditaret. Vel aliter: Subſtãtia dicitur quicquid à Deo creatum eſt, & homo creatus eſt à Deo ut ſubſtantia, id eſt ut digna eſſet. Et ſi ea ſubſtantia manſiſſet, quã Deus genuit, infixus non eſſet. Sed homo lapſus eſt per iniquitatem, quæ iniquitas non eſt creatura: q a non eſt natura, quã Deus creauit, ſed corruptio naturæ, q̃ ipſe homo in ſe fecit. Ab Adam o iniquitas uenit, & non eſt ſubſtantia, quia non eſt iniquitas à Deo facta. Nam non eſt facta, quia omnia per ipſum facta ſunt, & omnis creatura à Deo facta. Laudat eũ non q; ſenſum habeat laudandi, ſed quia materiã præbet laudandi. Nullum aũt uitiũ materia eſt laudandi Deum, quare iniquitas non eſt creatura, & ideo dicit, Infixus ſum in limo profundi: & hoc ideo, quia nõ eſt ſubſtantia. i. quia non inueni in homine ſubſtantiam quam feceram. Veni in altitudiné maris. Infixus ſum inquam, ſed non ex aliqua neceſsitate, quia ego ſponte ueni in altitudinem maris. i. in hanc uitã amaricantem pœnas peccari, ita tamen ut in alto mari eſſem. i. in eo loco qui minus cõmoueretur, ſcilicet ut & ſi cõmouerer pœnis peccati, nõ tamen uſq; hoc ſumpſi peccatum. Mare enim & ois etiam aqua, in qua parte altior eſt, minus cõmouetur. Vel ueni in altitudinem maris. i. inter illos, qui maximè amaricantes erant, ſcilicet inter Iudæos. Et ideo tempeſtas. i. contradictio & furor illius populi non ſolũ merſit me, cum ſuper me ut crucifigerer, clamarét: ſed etiam demerſit me adeo, ut me ſepelirent.

Laboraui clamans rauce.] Ipſi quidem demerſerũt me, ego uero monui eos de ipſorũ ſalute, & ſic laboraui clamans ad eos, quomodo clamauit ille de quo dictũ eſt quòd nõ reſpondit eis uerbum. & de quo Eſaias, Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & dũ ita tractaretur, non aperuit os ſuum. Sed licet in paſsione nõ clamaret, prius tamen clamauit multũ dicens: Vę mundo. Et uæ uobis ſcribæ & Phariſæi, qui habetis claues ſapientiæ, nec uos intratis, nec alios intrare permittis, & multa talia. & ideo dicit: Laboraui clamãs. Sed tamé quaſi dicat, nihil profeci: quia fauces meæ, .i. uoces meæ raucæ factæ ſunt, quantũ ad effectum: quia ſicut uox alicuius rauci confuſa èſt, & non auditur: ita uerba mea ab eis non intelligebant nec audiebantur. Et nimirũ ſi aduerſarija fauces meæ raucuerunt, quia oculi mei. i. illi qui mihi adhærebant, & in corpore meo oculi erant. i. Apoſtoli defecerunt. Vt illi duo qui dum oculi eorũ tenerentur in uia, ne eũ agnoſceret, dixerũt: Nos ſperabamos quòd ipſe redempturus erat Iſrael. & ideo defecerunt, dum ſpero in te Deũ. i. quia nullum miraculum feci, nullam potentiã meam oſtẽdi: ſed tantum ſpem meam in te Deo fixi, non de croce deſcendendo, ſed te remuneratorem expectando. Poteſt etiam Defecerunt oculi mei ſimpliciter eſſe deſcriptio mortis. Q. d. Nõ ſolũ fauces raucuerunt, ſed etiam oculi mei defecerunt. i. in mortem datus ſum. In morte enim oculi deficiont. Et ideo defecerunt, dum ſpero in Deo meo, ut prius.

Multiplicati ſunt.] Quia fauces meę raucæ factę ſunt, Ideo illi qui oderunt me gratis. i. ſine omni cauſa, multiplicati ſunt & in ſuis & in meis: quia unus etiam de duodecim acceſsit eis ſuper capillos capitis mei. i. infiniti facti ſunt. Finitum enim accipit̃ pro infinito. Vel quia capilli capiti adhærent, & ipſum ornatum poſſimus per capillos accipere, amicos ei qui caput eſt adhærentes: ut ſit æquipollenter dicere, Plures longè facti ſunt reſiſtentes mihi, quàm fauentes. Vnde inimici mei confortati ſunt. i. præualuerunt, & audaciã contra me acceperũt: inimici dico, qui perſecuti ſunt me iniuſtè. Et uerè iniuſtè, quia nihil iniuſtius quam uelle illum occidere, qui uenit ſe ſaluare. & tunc ſcilicet confortatis inimicis & ſoluebam quæ nõ rapui. i. pro peccato pœnas pertuli, qui peccatum nõ cõmiſi, q; eſt dictum ad ſimilitudinem, ſcilicet quaſi aliquis aliquid rapiet, & alius qui ſine culpa eſſet illud ſoluerunt. Adam enim & Eua inobedientiam commiſit, pro qua Chriſtus qui peccatum non fecit, pœnas luit.

Deus tu ſcis.] Q. d. Exolui quidem quæ non rapui, tu aũt Dñe noſti quare hęc fecerim: quia tu ſcis inſipientiam meã. Quomodo dicit inſipientiã eſſe ſuam ille, in quo uera eſt ſapiẽtia. Chriſtus enim Dei uirtus & Dei ſapientia, & tamen nihil magis ſimile inſipientiæ, quoniam q; ille qui uno uerbo oẽs inimicos ſuos poſſet deſtruere, paſſus eſt ſe capi ab eis, flagellari & occidi. Sed hęc inſipientia ſumma erat ſapientia, quia q; ſtultũ eſt Dei, ſapientius eſt hominib. Ad hoc enim permiſit ut ille manus in eum mitterat, qui nihil ſuũ in eo

Digitized by Google

in eo inuenit, ut perderet illos in quibus uerũ ius habuit. Et ideo dicit, Inſipientiam meam non uerã, ſed q̃ homines reputant inſipientiam: illam tu ſcis. i. approbas, à quo omnis inſipientia abeſt non cognitionem, ſed dignationẽ: quia ſcis non eſſe inſipientiam, ſed ueram ſapientiam. Et delicta mea non uerè, ſed reputatione illorũ, ſ. quorum ego non cõmiſſor, ſed ſuſceptor ſum: ita tamen ut in me delicta nõ ſuſcipiam, ſed pœnas pro ipſis luam, illa inq̃ delicta non ſunt abſcõdita à te, à quo omne delictũ eſt abſconſum dignatiõe. Et ideo non erubeſcant in me non reſuſcitato, illi qui expectant te reſuſcitatorem per me reſuſcitatum, ô Dñe Dñe dico, qui non tantũ Dñs es hominum, ſed etiam uirtutum ſupercœleſtium. Et ita dico nõ erubeſcant, ut non confundant. i. ut ſuſibiles ſe non intelligãt, attendentes ſuper me hominẽ. i. intelligentes in me ſuper egenum & pauperem. Vel ſi ſupra memoratiuũ uel facere dicas, non confundantur ſuper me. i. de me non reſuſcitato illi qui quærunt te per me ô Deus Iſrael. plus eſt confundi quam erubeſcere, tamen quia qui confundit, illius conſcientia remordetur. Sic & iſtorum qui intellexerunt ſuper egenum & pauperẽ conſcientia remordent, ſi Chriſtus non ſuſcitaretur de hoc, quia dixit eis: Creditis in Deum, & in me credite, & crediderunt. Poſſet enim eis dici: Vbi eſt ille in quem credebatis? Vbi eſt ille de quo præſumebatis? & ſimilia.

Quoniam propter te.] Ideo dico ne permittas erubeſcere uel confundi expectantes & quærentes te per me: quoniam ego ſuſtinui opprobrio nõ propter me, ſed propter te. Opprobriũ eſt quod obijcit ab inimico. Vt Chriſto obiectum fuit, Dæmoniũ habes & ſimilia. & omnia qui peccator eſt, patitur opprobrium propter ſe: quia cauſam opprobij habet in ſe. nec hoc magnum eſt. Si quis uero propter Deũ patitur opprobriũ, magnum quid facit, quia certũ hoc eſt præmiũ. Et Chriſtus patienter tulit opprobrium non propter ſe, quia peccatum non fecit: ſed propter Deũ, ſcilicet quia eius præcepta ſeruauit, ad hoc ut quod ipſe in quo nihil fuit, patienter paſſus eſt, nos in quibus multa ſunt pati doceret. Et ideo dicit, Suſtinui Domine opprobrium nõ propter me, ſed propter te, & etiam cõfuſio operuit faciem meam, id eſt plenaria confuſio fuit mihi, non ſecundum rei ueritatem, ſed ſecundum illorum opinionem. Talia enim dixerunt ei, unde meritò confunderentur, ſi in eo eſſet. ut, Alios fecit ſaluos, ſe ipſum ſaluũ facere nõ poteſt, & ſimilia. Eſt autem confuſio propriè remordens cõſcientiã culpa.

Extraneus factus ſum.] In tantum confuſio cooperuit me, q; factus ſum fratribus meis, id eſt cognatis meis ſecundum carnem de eadem tribu uelut extraneus, & filijs matris meæ. i. etiam omnibus de quacunque tribu nutritis lacte matris meæ Synagogæ. i. in eiſdẽ legalibus inſtitutis ſum factus ut peregrinus, quia & hi & alij alienauerunt me à ſe ſicut extraneum & peregrinum. Poſſumus quoque ſi uolumus per fratres in fide cognatos, id eſt fideles, prius accipere. Deinde per filios matris generaliter omnes ad Synagogam pertinentes intelligere.

Quoniam zelus domus.] Id eſt, quoniã pia indignatio, quam habui de domo tua, orationi dedicata, quã fecerant domũ negociandi, & ſpeluncam lattocinandi comedit me. i. incitauit me, ut tale quid facerẽ, in quo maximè eos offendi, ſicut in euangelio legitur. Vel aliter: Zelus domus tuæ. i. indignatio de hoc, quod cũ deberent ſe præparare tibi domũ ornatam, potius parauerunt in ſe domũ negotiationis. i. auariciæ & domum latronũ. i. inſidiarum & fraudũ. Illa inquã indignatio comedit. i. cõcitauit me, ut eos redargucrem, & iniquitatem eorũ non celarem, & ideo opprobria illorũ olim in deſerto per patres ſuos exprobrãtium, quando dixerunt: Nũquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Et item ante uitulum conflatilem: Iſti ſunt dij tui Iſrael, & cætera. Vel utrunq; etiam de præſenti poteſt dici ſic: Opprobria iſtorũ exprobrantiũ tibi per me, quia qui me ſpernit, te ſpernit. Illa inquã opprobris ceciderunt ſuper me. i. effectum dederunt ſuper me, quia me uiderũt, & me inuenerunt. Vel etiam poteſt dici, quia opprobria ſcilicet qui eum blaſphemum & dæmoniacum & ſimilia uocauerunt, uenientia ſuper eum ceciderunt, quia eo reſurgente falſa apparuerunt.

Et operui ieiunio.] Zelus inquã domus tuæ comedit me. Et in ieiunio illo, cũ nullum ſcilicet inuenirẽ, quo me reficerẽ, operui animam meã. i. oſtendi me eis per aliquam uindictam manifeſtã. Vel in ieiunio illo operui animam meam, tamen fuit ieiunium illud, quod quaſi pallium uelauit & preſſit undiq; animã meam. Et hoc ſcilicet, quod talibus nõ conſenſi, & à talibus ieiunaui, factum eſt mihi opprobriũ. Ideo enim mali opprobria inferunt bonis, q̃a boni nõ cõſentiunt eis.

Et poſui ueſtimentum meum.] Operui inquam animam meã, & inſuper ueſtimentũ meum, quo ueſtitur diuinitas mea, ſcilicet cilicium. i. humanã carnem poſui (pro oppoſui) eis in quã ſæuirent. Cilicium ueſtis hiſpida eſt, quæ ex pilis caprarum & hœdorum fit, & ſignificat hic carnem Chriſti. & per pœnas peccati cõpungebar, & quaſi de pilis caprarũ erat: quia in ſimilitudinem carnis peccati uenit, & ſi non in carne peccati. Vel poteſt ſimpliciter dici ſic: Propoſui eis ueſtimẽtum. i. carnem meam ut cilicium. i. tanquam aliquem uilem & deſpectum, quem diſsiparẽt habitũ. & ideo factus ſum illis in parabolam. i. in ſimilitudinem. i. ut cui maledicerent, & dicerẽt: Sic tibi fiat, ſicut illi factũ eſt. Vel aliter: Poſui ciliciũ ueſtimentũ meũ. i. quoſdã de illis qui prius erant in peccatis hiſpidi, ſicut ciliciũ mihi incorporaui, & ſic ueſtimentum meum eos feci. iuxta illud: Viuo ego dicit Dominus, & his omnibus uelut ueſtimẽto ueſtieris, & ideo etiã factus ſum illis in parabolam, ut idem ſit parabola, quod opprobriũ. hoc enim q; tales ſibi aſſumeret, im̃pperauerunt ei dicentes, quia cũ publicanis & peccatorib. mãducaret.

Aduerſum me.] Factus ſum illis inquam in parabolã, & hoc ſcilicet ut maioribus & minoribus. Nam qui ſedebant in porta. i. maiores qui in porta. i. in publico more antiquo iudicabant, qui maximè deberent iudicare pro me, maximè loquebantur aduerſum me, & per maiores etiam intellige & minoribus. uel aliter, Qui ſedebant in porta. i. ſcribæ & phariſæi, qui claues ſcientiæ habebant, & in ſcientia legis & prophetarũ, quæ porta eſt ad ueritatem ſibi acquieſcebant, ſed tamen nec ipſi intrabant, nec alios intrare permittebãt. Tales inquam erant qui loquebantur aduerſum me. & præterea omnes qui bibebant uinum, ſcilicet erroris, uinum impietatis. Vel uinum terrenæ cupiditatis, ſcilicet inebriati amore loci & gentis. hi inquam omnes pſallebant in me, id eſt pſalmum & cantilenam fecerant ſibi de me. uel aliter: Illi inquam loquebantur contra me. Qui uero bibebant uinum calicis mei, .i. qui attendebant dulcedinẽ futurã de paſsiõe mea, ſicut ſancti Apoſtoli & ſanctæ mulieres, illi pſallebant in me. i. gaudebant de potentia mea.

Ego uero orationem meam.] Inimici quidẽ deridebant me, ego Domine pater fudi pro eis orationem meam ad te dicens: O Deus nũc tempus eſt beneplaciti tui implendi, ut perficias ſcilicet mundo gratiam uiſitationis tuæ: & hoc in multitudine miſericordiæ tuæ. i. in tua multiplici miſericordia, q̃a in nobis multiplex eſt miſeria. & quia tempus eſt, ideo Domine exaudi me in ueritate ſalutis tuæ, id eſt dando ueram ſaluationem mihi & meis à te promiſſam. Veritas enim accipienda eſt in promiſsione, miſericordia uero in peccatorum remiſsione.

Eripe me de luto.] Ita dico exaudi me, ut eripias me, id eſt meos de luto, id eſt de conſortio lutoſorum, id eſt peccatorum, ita ut ſi cohærent corpore, non tamen infigantur mente, id eſt non conſentiant eis. Et qualiter roget eos eripi, exponit dicẽs: Libera me,

id eſt meoa ab his qoi oderunt me. & hoc ita, ut libsrea eos da profundis aquarum, id eſt de profunda ioiquitate populorum, ſcilicet ur non conformentur illis in profunditate iniquitatis ſuæ. Et exaquitur hanc liberationem. Quaſi dicat: Sic rogo liberari meoa de profundis aquarum ut tempeſtas, id eſt ſeditio & furot iniqui populi non demergat me, id eſt non deprimat meoa, ut conſentiant eis. Aut ſi demerſerit nō abſorbeat me profundum, id eſt interim non demergantur mei, ut ueniat in profundum illud, da quo dictō: Peccator cū uenerit in profundum uitiorum, cōtemnet. Aut ſi uenerint in profundum, ſaltem non urgeat ſuper eos puteus illa os ſuū claudere. quod ad ſimilitudinē dictum eſt. Super illum enim, quaſi puteus os ſuum claudit, cuius oa profunditas uiciorum à confeſsione claudit, & in illo non eſt ſpes redeundi. Si qs uero poſitus in profundo reſipiſcit, & clamat pro peccatis ſuis dicens, Peccaui, Domine miſerere: ſuper illum puteus os ſuum non claudit, quia eſt de illis de quibus dictum eſt, De profundis clamaui & cætera. & ideo Dominus eos educit. Illos uero qui non confitentur peccata ſua, defendunt, non educit. Non eſt enim liberator, ubi tu es defenſor: ſis ergo tu tuus accuſator, ut ille dignetur eſſe tuus liberator. Exaudi me Domine, ut nō urgeat os ſuum puteus ſupar me, ideo Domine exaudi me & meoa, quoniam tempus eſt, quia præceſsit tribulatio, & ideo iam benigna, id eſt ſuauis & dulcis eſt miſericordia tua. Sicut enim pluuia dulcis eſt in ſiccitate, ita miſericordia in tribulatione. Quaſi dicat: Differebas exaudire, ut dulce eſſet cum ſubuenires. ſed iā dulcis eſt miſericordia tua, & ideo exaudire nō differas. Iam enim tribulatio peruenit ad certum modū calamitatis, & ideo adſit miſericordia tua, ut exhibeat opus bonitatis. Benigna inq̄ mihi & meis eſt miſericordia tua, & ideo tu qui prius deſpexiſti propter multitudinē iniquitatum, reſpice nunc & meoa ſecundū multitudinem miſerationum tuarum. Et qui prius auertiſti te à liberto & ſuperbo, modo nō auertas faciem tuam à puero tuo. i. à me & à meis humilibus ſeruis tuis. Exaudi me & meoa uelociter. i. indilatē, quoniam tribulor ego, tribulant̄ & mai. Quod eſt dicere: Ideo ne differas exaudire, quia iam præceſsit in me & in meis tribulatio, quæ fecit ut grata ſit exauditio. Et qualiter exaudiri roget, exequitur dicens: Intende animæ meæ. i. animæ meorū, & libera eam occulta liberatione. Duę ſunt tribulationes iuſtorū: una occulta, & alia manifeſta. Occulte fit per inimicorū excecationem, manifeſta uero propter conuerſionem. Tres enim pueri de camino ignis manifeſtè ſunt liberati. & hoc factum eſt propter Nabuchodonoſor, qui poſtea credidit & confeſſus eſt. Septem uero Machabei occultè ſunt erepti, & hoc propter Antiochum tyrannum magis excęcandum. de hac utraque liberatione hic agitur. Et ideo poſtquam dixit, Intende animæ meę, & libera eam, quod pertinet ad occultam liberationem: ſubdit de manifeſta dicens, Eripe me caput manifeſtè reſuſcitando, me ſcilicet & meoa, etiam manifeſtè eripe propter inimicos meos & meorū conuertendos. Et ideo dico ut eripias me & meos, & manifeſtè propter inimicos, ut cōuertantur: quia tu qui omnia noſti cognitione, ſed nō dignatione ſcis per dignationē quanto improperium, & quātam confuſionē & reuerentiam patiamur ego et mei ab inimicis. Ego enim patior impꝑperia ad magnam meorum utilitatem, mei quoque patiuntur improperia, id eſt ad proximorum exhortationē. Et ideo tu qui ignoras quidquid maligne fit, non cognitione, ſed dignatione, ſcis hoc per indignationem. Improperiū eſt quod obijcit inimicus. Et fuit improperiū in capite, quod dixerunt ei: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, & ſimilia. In membris uero improperium erat quod dixerunt eis, quia crediderunt in crucifixum, & in mortuum & ſimilia. Vnde quidam ex eis ſciens potius ſibi gloriam eſſe, quam ignominiam, dixit: Mihi abſit gloriari niſi in Domino noſtro Ieſu Chriſto, & cætera.

Cōfuſio uero eſt culpa remordēs conſcientiam, q̃ nullo modo in capite uerè accipi poteſt, niſi per illorum reputationē. In quibuſdam uero membris, ut in credentibus de Iudæis uere fuit: quia eorum uerè remordebatur conſcientia, cum dicebatur eis: quia crediderant in eū quē crucifixerunt. Reuerētia aūt eſt, quæ facit ingenuā frontē etiam de falſi criminis obiectione erubeſcere. q̃ itē in capite non fuit. Nihil enim eſt erubuit, q̃ ut talia pareret uenit: ſed tamē ipſi talia obiecerūt ei, q̃ ſi alij etiā falſo obijcerent, eſſent rubori.

In cōſpectu tuo ſunt oēs qui tribulāt me.] Ideo dicit te ſcire improperiū meum, quia oēs qui tribulant me in cōſpectu tuo. i. oīa tribulatio mea procedit ex diſpoſitione tua, nec ago ſubterfugi eam: quia cor meū, id eſt anima mea expectauit improperiū, quia & prꝗuidet illud, & prædixit: & ut ueniret, pertulit. Præuidit quippe illud cum diſcipulis dixit: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur, &c. Nollet etiam naſci, ſi nollet pati. Quia ideo duo quæ noueramus accipit, ſcilicet naſci & mori, ut tertiō quod non noueramus, id eſt reſurrectionem & æternam uitam demonſtraret nobis. Expectauit inquam cor meum impropetium, & expectauit miſeriā, ſcilicet ut inferentes improperium recognoſcerent in ſe miſeriā, & inuenirent in me miſericordiam. Et ſuſtinui qui de hac miſeria ſimul, id eſt mecum cōtriſtaretur, & non fuit qui contriſtaretur. Triſtes enim erant ſancti Apoſtoli, triſtes erant & ſanctæ mulieres eum ſecutæ: ſed hoc pro carnali affectione, ſcilicet quia timebant perdere ſpem & ſolacium, quod in ipſo habebant. Solus autē Dominus quaſi de re publica, id eſt de cōmuni miſeria hominū triſtabatur, de qua uellet ut multi ſecum contriſtarentur, & contriſtando proficerent, & ſic eum conſolarentur. Profectus enim ſubditorum & medendorum, ſolacium magnum eſt medicorum & prælatorū: ſed nullus erat qui hæc attenderet, & ideo dicit, Suſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inueni. Et ſic dederunt fel in eſcam meam, quod dederunt nō eſcā, ſed potius erat: ſed tamen in eſcam datum fuit. Acceperat enim Dominus eſcam, quia paſcha cum diſcipulis ſuis comedit, in qua ſacramentum corporis ſui cōmendauerat. Super hanc dulcem eſcam unitatis, ſcilicet corporis Chriſti & charitatis Chriſti, quam etiam cōmendat Apoſtolus dicens: Vnus panis, unum corpus nos omnes in Chriſto ſumus. Iniecerunt Iudæi fellitō potū. i. ſeipſos quos ab unitate corporis eius diſcerpſerunt. Et adhuc quicunq; diſsipant unitatē & charitatē, & contradicunt euangelicæ ueritati, uel q̃ male uiuendo ſcandalizāt eccleſiam, ſuper illā eſcam fellitū potum propinant. Sed qd fit eis, idem ſ. q̃ tunc Dñs fecit, quando cū guſtaſſet, noluit bibere. In quo ſacramentō hoc deſignauit, quia tales guſtandi quidē ſunt, & ferendi non bibēdo. i. nō ſunt nobis incorporandi. Dederent inq̄ in eſcam meā fel, et in ſiti mea potauerūt me aceto: quia cū ego ſitirē eorū nouitatem, ipſi propinauerunt mihi acerbā uetuſtatē. Et hæc menſa. i. talis præparatio menſæ eorū fiat eis in laqueū. i. impedimentū, non expedimentō corā ipſis. i. ipſis ſitientibus eā, & nō intelligentib. Quod enim corā eſt, uidet̄ & intelligitur. Multi noſcūt malitiam ſuā & nequitiam, ſed tamen pertinaciter in ea pſeuerant. Et hi pnicioſe in ſeipſos agunt, quia uiui in infernū deſcendūt. Tales iſti erant de quib. hic dicit̄: Fiat eorū menſa in laqueū ipſis ens corā, & hoc nō iniuſtè, ſed in retributionē. i. iuſtè, ſ. quia promeruerunt. Et fiat in ſcandalū. i. in offenſionē, uel ipſis eiſdē qui quanto magis ſcientes in malo pſeuerant, tāto magis offendunt̄. Vel poſteris ſuis quib. hoc petierūt, dicentes: Sanguis eius ſup nos, & ſup filios noſtros. nō tamen q̃ obfuerit eis hęc imprecatio, ſed imitatio. Vel aliter: Menſa eorū. i. utrūq; teſtamentū, q̃ principaliter fuit eis propoſitū, ut ibi

ut ibi uelut in mēſa reficerent, fiat eis in laqueū: quoniam irretient corā ipſis, ſubaudit propoſitę gentib. ſ. adducantur in æmulationē, uidētes gratię ſibi prius oblatam communem gentibus factā. Quod fit ei ad confuſionem, & hoc non iniuſte, ſed in retributionē, id eſt iuſte: & fiat etiam eis in ſcandalum, ut prędictū eſt. Ad hoc quoq; obſcurentur oculi eorū ne uideant, &c. Poteſt & præcedens uerſus in bono legi hoc modo. Dederunt inquā mihi fel in eſcam & potauerunt me aceto. Et talis menſa eorum, id eſt parata ab eis, fiet in laqueum coram ipſis, id eſt, in conſpectu eorū recognoſcant, ſcilicet quòd menſa illa fit eis laqueus confuſionis: & fiet eis in retributionē, ſcilicet ut quæ patiuntur, ſe propter illam pati intelligant: & fiat eis in ſcandalum, ſcilicet ut per illud Deum ſcādalizaſſe recognoſcant, & ſic conuertantur & pœniteant. quibus uerò non fiet hoc, eorum oculi obſcurentur ne uideant. Quaſi dicat: Quia nimis prius aperuerunt oculos ſuos, ut uiderēt q̄ uidendū non erāt, ſcilicet qualiter omnia dicta de Chriſto in lege & prophetis peruerterent: ideo non obſcurent oculi eorū, ne uideant quod eſt uidendum, ſcilicet ne nouam gratiā intelligant. Et ut non uideant, incurua Dñe ſemper dorſum eorum, ſcilicet nunquam ad ſuperiora erigantur: ſed quia ipſi ſe in terrena curuauerūt, quia locū & gentē præpoſuerunt innocētiæ, ideo Dñe ſemper eos plus & plus incurua. Incurua quidē non excæcando, ſed nō iuuādo: nō uulnerādo, ſed nō ſanando. Incuruare enim Dei oō in male faciēdo, ſed in nō ſubueniēdo.

Effunde ſuper eos iram.] Quaſi dicat: Præter hanc occultam uindictam amplifica ſuper eos iram tuā Domine, per exteriorem etiam uindictā. Quod ergo profuit Caiphæ, quod dixit: Si dimittimus eum ſic, uenient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. nihil utique. Non enim eum dimiſerunt, immò interfecerunt, & tamē Romani uenerunt, & locū & gētē eorum deſtruxerunt. Et ideo dicit nō odio imprecantis, ſed præſcientia prophetantis: Effunde Domine ſuper eos iram tuā, & furor iræ tuę, i. grauis uindictę tua comprehendat eos quantumcunq; diſperſos, ſcilicet ut ubiq; contemptui habeantur.

Fiat habitatio.] Quaſi dicat: Ita dico ut effundas irē tuā ſuper eos, ut habitatio eorum, id eſt ciuitas illa, q̄ prius inhabitauerūt, & in qua maximè ſæuierunt, fiet deſerta quantū ad eos. & nō ſit qui inhabitet. id eſt q perſeueret in tabernaculis eorū .i. inſtitutis ad tēpus eis datis. Qđ ita factū eſt, quia & ciuitas eorū ab eis euacuata eſt, nec eſt inter eos q inſtitute legalie ſeruet.

Quoniam quem tu percuſſiſti.] Quaſi dicat: Meritò irē tuā ſuper eos effundes, quia perſequuti ſunt tribulatione quo ad potuerunt, illū quē tu percuſsiſti .i. me. Percuſsit Dominus in Adam & Eua omne humanū genus mortalitatis & paſsibilitatis uulnere, cū dixit: In quacunq; die de ligno ſcientiæ boni & mali guſtaueritis, morte moriemini. De hoc percuſſo Chriſtus carnem accepit, & ideo dicit: Perſecuti ſunt quem tu percuſsiſti, & ſuper dolorem uulnerum meorum, & ſuper triſtitiam quam ego habui de uulneribus, id eſt de peccatis meorū addiderunt, quia mortem mihi accelerauerunt. Aliter: Super dolorem uulnerum eorū ſeruorum prophetarum, ſcilicet prius ad uineā miſſorum addiderūt, quia me filium interfecerunt. Aliter: Super dolorem uulnerum meorū in me ipſo addiderunt uel mendaciū, quo reſurrectionē meam negare uoluerunt. uel addiderunt, quia manus etiam in Apoſtolos & in familiam meam iniecerunt.

Appone iniquitatem.] Quaſi dicat: Ipſe & ſe malum modo addiderunt. Et tu Domine appone, nō excæcando, ſed nō iuuādo ſuper iniquitatē eorū aliā iniquitatem. Iniquas ſpecialis eorum eſt, quod neq; attendunt iuſtitiam hominis, neq; quātū peccatū ſit iuſtū hominem interficere. Superbene iniquitatem aliā apponetur, ut nō modo iuſtū hominē interficiēt, ſed & Deum. Vel appone iniquitatē ſuper iniquitatē, i. iniquis patribus, iniquos filios ſuperadde. Vel ſuper iniquitatem de morte mea appone aliā iniquitatē, ſcilicet ut in incredulitate pſeuerēt, & ſic nō intrēt, id eſt, non uiuant in hac uita, quæ introitus eſt ad ſupernā: in iuſtitia tua .i. in operibus iuſtificatis fidei tuæ.

Deleantur de libro uiuentiū.] Nō in q̄ intrent in iuſticia, ſed potius deleantur de libro uiuentiū. Non ideo dicit de libro, ut illic aliquis liber ſit, ſed ab humana ſimilitudine tractum eſt. apud homines enim quia labilis memoriæ ſunt, neceſſariū eſt ut libri habeātur, quibus mens humana recordationis ope ſubleuetur. Hic uerò diuinæ mens liber accipitur, cui nihil præteritū excidit, nec aliquid futurū nouum ſit, ſed oīa præſentialiter ſimul aſpicit. & eſt dicere: Deleantur nunc de libro uiuentium, id eſt manifeſtum in præſenti eorum infidelitas facit, quod à memoria in qua maximè ſe poſitos putant, exciderint non cognitione, ſed dignatione. & in futuro non ſcribantur cum iuſtis, i. non participent beatitudinē cum iuſtis. Qui enim nō participāt hic fide, nō participabūt illic beatitudine.

Ego ſum pauper.] Illi inquam non ſcribētur, ego autem & mei ſcribemur: quia ego in me & in meis ſum pauper, id eſt mihi nihil attribuens, & ſum dolēs ego quidē pro meis. iuxta quod Eſaias de ipſo ait: Qui p nobis dolens uulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Mei autem ſunt dolentes pro miſeria ſuæ mortalitatis & paſsibilitatis. Et quia ſum paup & dolēs, ideo ô Deus uera ſalus tua æternitatis ſcilicet & impaſsibilitatis ſuſcepit me & meos iā diſpoſitione, & ſuſcipiet in re. Et tūc laudabo & in me & in meis nomen Dei cum cantico. i. cū lætitia ſine triſtitia, & magnificabo eū in laude, id eſt laudabo ipſum Deum in magnifica laude, id eſt, in uera & indeficienti laude. Beati enim qui habitant in domo tua Dñe in ſecula, ſ. laudabunt te. Poteſt quoq; in his duob. uerſib. ſimpliciter cōtinuatio & cōſtructio talis fieri. Q. d. Illi nō ſcribantur, ego aūt laudabo in me & in meis nomen Dei cum cantico: & hoc id. o, quia ſum pauper & dolens. Vnde ô Deus ſalus tua ſuſcepit me.

Et placebit Deo.] Laudabo inquam in futuro uerè & æternaliter in me & in meis. Et illud ſacrificium laudis, ſcilicet uituli illi labiorum placebit Deo, ſuper uitulum nouellum producentem cornu & ungulas, id eſt, gratius erit Deo quam aliquod præſens ſacrificium. In lege enim talis uitulus iubebatur offerri, qui & produceret cornua, id eſt iam haberet producta cornua, & productas ungulas. Et quiſquis perfecte inſtructus eſt, & in laude Dei opulentus, debet habere cornua, id eſt rationem & intellectum, quibus aduerſarium quemque, id eſt hæreticum in certamine uentilet. & debet habere uitulum, id eſt rationes ſolidas quibus terram, id eſt pigros in laude Dei excitet. Nouimus enim uitulos pubeſcentes, & in taurinam audaciam grandeſcentes, hoc facere. Aliquis aſt uitulus nouellus, quia gratia innouatus. contradicit ei aliquis hæreticus, Habeat cornua quibus uentilet eum. Nam contradicit ei aliquis, ſed abiectum uiuit, & terrenum ſapit. Habet ungulas quibus fodiat eū, & ſuper hūc talem uitulum placebit Deo, id eſt acceptabilior & placabilior quam iſte uitulus erit laus illa Deo, quem offeremus ei ego & mei, poſtquam uera ſalus eius ſuſcepit me & meos de paupertate in diuitias, de triſticia in læticiā in angelorū ſocietatē, ubi nec aduerſarius erit uentilādus, nec piger excitand9.

Et hoc (quaſi dicat) uideant, id eſt attendant pauperes nil de ſe præſumentes, & lætentur, non triſtentur de hac paupertate ſua. Et cōuertit ſe ad ipſos pauperes dicens, Quærite Deum. Quaſi dicat: Video quia quæritis panem, & alia talia propter illud quod indignius eſt, id eſt, propter corpus: quærite ergo Dñm propter illud q̄ dignius eſt, & uerè uiuet anima mea.

Quoniam exaudiuit.] Ideo dico ut pauperes lætent, quoniā Dominus & exaudiuit & exaudiet pauperes: diuites autem non exaudiet, & oō deſpexit, neq;

deſpiciet uinctos ſuns, id eſt præceptis ſuis aſtrictos. Vel aliter: Serui fugitiui ſumus, & Deum offendimus, & ipſe compediuit nos compedibus mortalitatis & paſsibilitatis. Illi autem uincti eius ſunt, qui & ſe uinctos recognoſcunt, & compedibus ſuis non fomenta, ſed tantum quibus alleuientur adduut, id eſt, qui tantum neceſſaria ad ſolatium itineris quærunt, ſuperflua autem quibus opprimerentur negligunt: & hos tales neque deſpexit neq; deſpiciet Dominus. Et quia Dominus & pauperes exaudit, & uinctos non deſpexit: ergo laudent illum cœli, id eſt cõplutores, & terra bene culta de Iudæis, & mare, id eſt gentiles maximè prius amaricantes. Et laudent eum omnia reptilia non uolatilia, entia in eis, ſcilicet in terra & in mari, id eſt omnes uerè humiles & non arrogantes, & ſuperbi de Iudæis ſiue de gentibus laudent eum. Et ideo meritò debent laudare eum, quoniam Deus Syon ſaluam faciet, id eſt quia congregabit in unum quid, ſcilicet in fide diſperſos Iſrael. Vnde dictum eſt: Reſtituã principes eius ut prius, & ſic faciet Syon, id eſt eccleſiam de Iudæis ſaluam, uocando & iuſtificando. Syon monticulus fuit adiunctus templo Hieroſolymitano, & ideo per Syon eccleſia de Iudæis intelligitur. Saluam faciet Deus inquam Syon, & ciuitates Iudæ, id eſt collectiones ad uerè uiuendũ uidens, id eſt humilitet confitentium de gentibus. Iudas enim confeſſor interpretatur, ædificabũtur in fide & in bonis operibus. Et ædificatæ inhabitabunt ibi, id eſt in Syon concorporabuntur credentes de Iudæis & gentib. & ita inhabitabunt quòd acquirent eam, ſcilicet Syon hæreditari (pro ad hæreditatem) quia erit eis uelut hæreditaria habitatio & hic & in futuro. Et ideo dico, quia erit eis hæreditas: quia ſemen ſeruorum eius, id eſt quia imitatores omnes fidei Abraham & Iacob & aliorum priorum ſeruorum eius, id eſt Dei qui faciet Syon ſaluam. Illi inquam poſsidebunt eam Syon & hic & in futuro. Et ne hic ſemen eorum filios eorum ſecundum carnem acciperemus (non enim ut Apoſtolus ait, qui ſecundum carnem, filij ſunt: ſed ſecundum ſpiritum, hi in ſemine reputentur) ideo determinat quod ſemẽ hic accipiat, dicens: Et qui diligunt ad imitationem illorum priorum ſeruorum nomen eius, id eſt Dei, ſcilicet hoc nomen Dominus: quia ſponte ſe ei ſubijciunt. Illi inquam habitabunt in ea Syon & hic & in futuro. Et ſi hi tamen qui diligunt nomẽ inhabitabũt, ergo apparet quia qui non diligunt, quatientur foras, & damnabuntur.

IN PSALMVM LXIX. ARGVMENTVM.

IN diſcrimen regni ſalutiſq; deductus à filio, Pſalmum hunc orationis uice compoſuit. Aliter uox Chriſti uel eccleſiæ ad Dominum. Item quod titulus ſcriptus eſt, In rememoratione quod ſaluum fecerit eum Dominus, ſuperioris Pſalmi mentionem facit, ubi ait: Saluum me fac Deus.

IN FINEM PSALMVS DAVID, in rememoratione, quòd ſaluum me fecit Dominus.

EXPLANATIO.

Finis & Dauid, ut ſæpè dictum eſt, ſignificant Dominũ ſaluatorem: ad quem diriguntur hæc uerba fideliũ: quia totus hic Pſalmus ex perſona martyrum dicitur in rememoratione uel ſuæ liberationis uel præmij futuri. Congruum quippe fuit, ut quomodo in ſuperiore Pſalmo paſsionem reſurrectionemq; ſuam Dominus expoſuerat, poſt caput loquerentur & membra paſsiones & ipſas ſuas & poſteriores glorias edicentes. Martyrum confeſſorumq; populus, qui multiplici quidem, ſed felici clade laborabat. Prima poſitione Dominum deprecatur, ut à perſequentium periculis liberetur, & irriſiones eorum irritas faciat, quatenus conuerſi dicta ſua ſalutariter erubeſcant. Secunda parte ſupplicat, ut magnificans Dominum exultet turba fidelium, quoniam ipſe pauperes egenoſq; ſuos iuuare & liberare dignatur.

COMMENTARIVS.

D*Eus in adiutorium meum intende.*] In finem pſalmus Dauid in rememorationem, eo quòd ſaluum fecit eum Dominus. Vox eſt in hoc pſalmo cõtribulatorũ, id eſt ſanctorum martyrum inter paſſiones periclitãtium, ſed de capite ſuo præſumentium. Audiamus ergo eos, & cũ ipſis dicamus, & affectu cordis, & ſi non ex ſimilitudine tribulationis. Illi enim iam coronati lætentur, nos adhuc tribulamur: quia aduerſarius noſter biformis eſt. In impetu eſt leo, in inſidijs draco: tentare non ceſſat, inſidiari non ceſſat. Clamemus ergo, & cum ipſis dicamus:

Deus in adiutorium meum intende, &c.] Hæc uerba referuntur in finem, quia ſunt pſalmus attributus Dauid, id eſt ſanctis martyribus: pſalmus dico cantatus in rememorationem, id eſt in recordationẽ. Et quia recordatio alia eſt de præmio, alia de ſupplitio: alia de damnatione, alia de ſaluatione, ideo determinat, unde ſit illa recordatio, ſcilicet eo quòd Dominus iam ſaluum fecit eum, id eſt unumquemque talem Dauid in capite ſuo per ſpem ſcilicet: quia iam in ipſo per ſpem nos conreſuſcitauit, & ad dexteram maieſtatis conſedere fecit. Hortantur autem nos ſancti martyres, qui hic loquuntur, ut exemplo eorum in tribulatione non deficiamus, ut ad idem præmiũ perueniamus, & dicunt ita: Deus in adiutorium meum intende. Diuinum auxilium nobis ſemper eſt neceſſarium, maximè eſt autem in tribulatione inuocandum, & ideo admonent nos ſancti martyres, ut quiſque noſtrûm in tribulatione poſitus inuocet Deum, & dicat: Deus in adiutorium meum intende, intenſum te fac in adiutorium meum. Et quia poſſet adiuuare, & tamẽ ad hoc faciendum non accelerare, ideo dicit, Feſtina ad adiuuandum me.

Confundantur & reuereantur.] Dolet ſanctus uir animam ſuam quæri à malis, non ad imitandum, ſed ad opprimendum: & ideo orat & dicit, Confundantur & reuereantur. Vbi ergo præceptum illud Euangelij, Orare pro perſequentibus & calumniãtibus uos. Et item, Diligite inimicos ueſtros, benefacite eis qui oderunt uos? Vbi etiam exemplum pij magiſtri, qui docuit non ſolum inimicos diligere, ſed & pro ipſis orare, dicens pro perſequẽtibus ſuis in ipſa paſſione: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciãt. Non utique diſſentit iſte ab illo, quia hoc orat ut illi qui prius ſanctos ſuos incarcerabant, flagellabant, necabant, unde glorificabantur, confundantur, id eſt, confuſibiles ſe recognoſcant, & ſic reuereantur, id eſt, extimeſcant, & nobiſcum pectora tundant. Talem enim uindictam iam acceperunt ſancti ab inimicis ſuis, quia Paulus ille qui acceperat literas à principibus ſacerdotum, ut iret in Damaſcum, & quoſcunque uiros Chriſtianæ religionis inueniret, uinctos perduceret in Hieruſalem: uoce diuina uerè audita in uia confeſſus eſt de conſcientia ſua, & reueritus de tanta immodeſtia.

Et proſtratus eſt ad obediendũ; qui prius inflãmatus fuerat ad perſequendũ, uertantur retrorſum. Hic

diſtinguit

Digitized by Google

diſtioguit tempora tribulationis & perſecotionis eccleſiæ. prius enim fuit impetus perſequétium, modo remanſit maleuolentiæ tantū cogitantiū. Et pro iſtis rogat, ut qui prius præcedere uolebant, & eſſe magiſtri, auertantur ita ut ſint retrorſum: ſicut ille fuit cui eſt dictum, Vade retro ſatanas. ſcilicet non præcedāt ut prauas uias ſuas doceant, ſed retro ſint, ut bonas diſcant. Illi dico, qui uolunt mihi mala, id eſt, qui malè uiuunt in mente ſua, & in luxuriis nutriunt corda ſua.

Auertantur ſtatim.] Quia duplex eſt perſecutio eccleſiæ: alia ſcilicet uiolenta, alia fraudulenta. Fraudulenta uerò duas partes habet, maleuolentiam ſcilicet, & adulationem, & ſæpè plus nocet lingua adulatoris quam manus perſecutoris: ideó pro his dicit, Auertantur ſtatim, id eſt, ſine omni mora erubeſcentes de nequitia ſua, illi qui dicunt mihi euge euge, id eſt qui me laudant ut decipiant. Nam cur me laudāt, potius laudent illum, à quo habeo quicquid boni habeo. Dicit ſapientia, quia probatio auri & argenti ignis: probatio autem uiri eſt os laudantium eum. Si enim nō cedit adulationibus, ſi non acquieſcit blandicijs, perfectè excoctus eſt igne tribulationis. Et ſic bonus erit & introitus eius & exitus eius. Iuxta quod Apoſtolus dicit: Fidelis Deus, qui non patitur uos tentari ſupra id quod poteſtis (ecce introitus) ſed faciet cū tentatione etiam prouentum, ut poſsitis ſuſtinere (ecce exitus) Introitus enim eſt tentari, exitus nō cedere. hoc oleo adulationis ſolunt hæretici impinguari caput ſuum, ut Donatus, qui diſcipulis ſuis audire uoluit, Dux bone, dux præclare & ſimilia. Ille uerò oleum hoc non appetijt, qui dixit: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt? Aut nūquid in nomine Pauli baptizati eſtis?

Exultent & lætentur.] Auertantur inquam illi & illi, & illis aduerſis exultent exterius, & lætentur interius, id eſt, plenariam lætitiam habeant, fundati in te non præſumentes de ſe, id eſt omnes qui quærunt te prius quærentem ſe. Non enim te quærerent, niſi gratia tua præuenti eſſent. Vel etiam de eiſdem poteſt dici ſic: Omnes illi auerſi & erubeſcentes exultent & lætentur in te, qui quærunt te: quærentem ſe, & nihil ſibi aſcribant, ſed dicant ſemper magnificetur Dominus, nunquam ſeruus. Errantem uocauit magnificetur Dominus, peccatorē iuſtificauit, magnificetur Dominus. Iuſtificatum coronauit, magnificetur Dominus. Hoc inquam dicāt illi qui diligunt ſalutare tuū, id eſt, ſaluatorē tuum. Et quicunq; uerè diligunt ſaluatorem, diligunt ſe ſanatos eſſe, & cognoſcent ſe egenos, & medicum fuiſſe ſibi neceſſarium.

Ego uerò egenus & pauper ſum.] Illud inquam dicant de Domino, hoc uerò dicat quiſq; de ſeipſo: Ego ſum egenus, id eſt iodigens alieno auxilio, quia uideo etiam legem in membris meis repugnantem legi mētis meæ. Et ſum pauper, id eſt eſuriens & ſitiens, & mihi adhuc inſufficiens: & ideo tu Deus, qui ſolus potes, adiuua me, & ita dico adiuua me, ſcilicet eſto adiutor meus, contra legem contrariam in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & liberator meus de implicamentis huc ſeculi. Et ut ſis adiutor & liberator, ideo Domine ne moreris, id eſt fac mihi nō lōgum uideri expectare promiſſum tuum præmium, quia ſi non habuero tolerantiam, ero ſimilis illis qui in deſerto defecerunt, & redierunt mente uidere, quę iam exiuerant corpore. Et ero immemor tui dicentis: Mementote uxoris Lot, quæ egreſſa de Sodomis in uia defecit: ſed mutata in ſtatuam ſalis ut te condiat, ſcilicet ut te doceat, ne & tu in uia deficias, ſed ſemper ad patriam intendas. Et ſi moram fecerit, expecta eum, quia ueniens ueniet: & non tardabit. Nemo enim mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus erit regno Dei.

Si autem pſalmus iſte in uoce capitis ut quidā uolunt, legatur, tunc hi duo uerſus ita exponūtur, Quaſi dicat: Exultent inquam & lætentur omnes quærentes te, & dicant: Semper magnificetur Dominus. Vt autem mei talia dicerēt, ego factus ſum uerè egenus, & uerè pauper, ut exemplo meis ſum: & ideo ô Deus adiuua me, & ita adiuua me, eſto ſcilicet adiutor meus in perficiendo obedientiam, & liberator meus ab inimicis. Et ideo Domine ne moreris, id eſt, ne differas meam reſurrectionem in commune omniū reſurrectionem.

IN PSALMVM LXX. ARGVMENTVM.

PRædicit ea quæ erat populus in Babylone paſſurus, & hæc ad emendationem uentura, ſimul etiam reditum promittēs. Aliter uox Chriſti ad patrem.

PSALMVS DAVID FILIORVM Ionadab & priorum captiuorum.

EXPLANATIO.

Hieremias propheta refert Ionadab fuiſſe Dei ſacerdotem, qui filijs ſuis præceperit non bibere uinum, neq; in domibus, ſed in tētorijs habitare, eoſq; magnam obedientiæ huius apud Dominum gratiam comperiſſe, qui nunc pro fidelibus ac deuotis ponuntur. Vnde & Ionadab interpretatur Domini ſpōtaneus, qui dicere poteſt: Volūtariè ſacrificabo tibi. Cum quibus & priores captiui ſimul lachrymas fundūt, id eſt, qui prius captiuari, poſtea redimi meruerunt, qui peccando captiui, ſed pœnitendo redempti ſunt, Et de abyſſo terræ iterum reduxiſti me. Introducitur perſona generalis, quæ peccatorum captiuitate liberata diuinis mandatis adhærebat, prædicans nobis Chriſti Domini eximiam charitatem, quæ nullis meritis præcedentibus gratis ſemper impenditur. Hæc in prima parte pſalmi ab humanis iniquitatibus iugiter ſe petit debere liberari, ut Domino gratias referre mereatur. Secundo loco ſupplicat, ne in ſeneƈtute eius beneficijs priuetur, cuius auxilio in iuuentute protecta eſt. Tertio loco dona eius enumerans, iugiter ſe agere pollicetur.

COMMENTARIVS.

I*N te Domine ſperaui.*] In omnibus diuinis ſcripturis cōmendatur nobis gratuita gratia Dei, quæ gratis nos liberat. hanc cōmendat Apoſtolus, & ideo meruit habere inimicos Iudæos, de litera legis & de iuſtitia ſua præſumentes. Hæc etiam maximè commendatur nobis in hoc pſalmo, ideo ut tota ſpes noſtra ſit in ipſo, nihil quòd de nobis quaſi de proprijs uirib. præſumamus, ne noſtrum facientes, quod ab ipſo eſt, & quod accepimus amittamus. Cuius pſalmi titulus eſt: In finem pſalmus ipſi Dauid filiorum Ionadab, & eorum qui primi captiui ducti ſunt. Commēdatur nobis ex prophetia Hieremiæ iſte Ionadab, quia ſacerdos Dei fuit: qui præcepit filijs ſuis ne biberent uinū, nec in domibus reſiderent, ſed habitarēt in tabernaculis. Q̃d præceptum illi diligenter ſeruauerunt, & ideo à Deo benedici meruerunt: non q̃ Dn̄s præcepiſſet ne uinū biberent, ſed quia præcepit ut filij patribus in Domino obedirent. Quare illi præcepto patris tanq̃ ſi domini eſſent, obedierūt, & ideo benedici meruerunt. Vnde per horum obedientiam redarguit propheta ille Iſraelitici populi inobedientiam, tanquam à minori dicens: Quia ſi iſti obedierunt præcepto patris, multo

Digitized by Google

multo magis debēt illi obedire præceptis creatoris. Cum enim expediat animæ obedire Deo ſuo, expediat filio obedire patri, ſeruo domino, uxori marito: nonne multo magis expedit homini obedire Deo creatori ſuo? Vtique ſic eſt. Quare quia illi Iſraelitici ſcilicet non obtemperauerunt præcepta Domini, ideo meruerunt in Babyloniam captiuari. quod prædixit eis propheta dicens, ut præparent ſe ad captiuitatem: quia non poſſet aliter eſſe quin captiuarentur, quæ inobedientes Domino Deo ſuo extiterunt. & ideo dicitur in titulo filiorum Ionadab, & eorum qui primi captiui ducti ſunt. Et per iſtorum obedientiam culpata eſt illorum inobedientia: & non ſolum illorum inobedientia, ſed etiam omnis inobediētis, etiam primorum parentum culpatur per horum obedientiam. Captiuitas enim in Adam & in Eua deſignata, per iſtorum primorum captiuitatem facta eſt per inobedientiam: ſub qua captiuitate adhuc tenemur, quia & ſi iam ſpe liberati ſumus, non tamen in re: quia adhuc expectamus redemptionem corporis noſtri. Huius captiuitatis meminit Apoſtolus dicens: Condelector legi Dei ſecundū interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me deducentem in legem peccati & mortis. Quomodo autem per quid de hac captiuitate poſſet aliquis liberari, ſubſequenter ipſe Apoſtolus determinat dicēs: Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum data. Et quia ſola gratia poteſt nos de captiuitate liberare, ideo tāto pere cōmendatur in hoc pſalmo, ut nihil de nobis præſumamus, ne & quod accepimus amittamus. Interpretatur aūt Ionadab, ſpōtaneus Dei. Ille uerò eſt ſpōtaneus Dei, de quo dictum eſt: Voluntarie ſacrificabo tibi, & ſimilis, id eſt Chriſtus. Huius filij ſunt imitatores eius, id eſt quicunq; pura & libera mente ſeruiūt Deo. Quibus præcepit ne biberēt uinum, id eſt ne inebriarentur delectatione terrenæ felicitatis. Vnde quidam oſtendit ſe non inebriatum dicens, eorum quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus ſemper intentionem ſequor ad palmā ſupernę uocationis, & præcepit eis ne in domib. reſiderent, id eſt ne putarent ſe hic habere manentē ciuitatem, ſed futurā ſemper inquirerent. Præcepit quoq; ut in tabernaculis habitent, id eſt ut intelligant nihil aliud eſſe hanc uitam niſi miliciā, & ſemper parati ſint dimicare contra hoſtes periculoſiſsimos. Quorum ſæuitiā meminit Apoſtolus dicens: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, id eſt aduerſus uiſibiles hoſtes, ſed aduerſus principes & poteſtates a.m.r.t.b. contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtib. Titulus ſic exponitur: Hæc uerba referuntur in finem temporū, quæ ſunt pſalmus attributus ipſi Dauid, uel prophetæ, uel cuilibet perfectè & uerè obedienti, qui ſunt pſalmus filiorum Ionadab, & eorum qui primi captiui ducti ſunt: quia & cōmēdat eorum obedientiā, & uituperat iſtorum inobediētiam. Per hoc enim quia ſanctus uir qui hic loquitur, unus per ſe ſiue unus in multis repreſentat in ſe filiorū Ionadab obedientiā, laudat eam, & ſic per contrarium uituperat primorū captiuorum, & omnē inobedientiam. Ponunt uerò quidā authores ſimpliciter hunc titulū ita: Pſalmus iſte eſt filiorum Ionadab, id eſt attribuitur omnibus uerè & perfectè obedientibus: & nō ſolum eſt illorū, ſed etiā omniū qui primi captiui ducti ſunt, id eſt omniū ſe captiuos in Adā attendentium. & ſic per filios Ionadab & per primos captiuos eoſdem accipimus. Aliter enim nō poſſet pſalmus iſte eſſe captiuorū, ut ipſi in eo agerēt. Quomodocunq; aūt uarietur, iſtud ratum maneat, quòd quiſquis hic loquitur, gratiam gratis nos liberantem per totū hunc pſalmum ſyllabatim ferè cōmendat. Vnde ſic incipit. Q.d. Dn̄e Adā ſperauit in ſe, & ideo cōfuſus eſt æternaliter: ego autē non ſpero in me, ſed & ſpero nunc & ſemper ſperaui in te, id eſt in gratia tua gratis liberante, & ideo etſi cōfundar ad tēpus ex captiuitate Adæ, id eſt ex pœnis peccati, nō confundar tn̄ in æternum confuſione eunte. i. nō confundar æternaliter: & ut in æternū nō confundar, ideo Dn̄e libera me nunc, ne deficiā in tribulatione, in tua iuſtitia. i. quod non ſum de illis qui iuſtitiam ſuā ſtatuere uolunt, & iuſticię tuæ non eſſe ſubiecti: ſed ſatago in tua iuſticia exequenda, & de illa tantum præſumo, non de mea. Et tādem perfectè eripe, & ut tandem eripias, inclina non ut alios ad humilem, medicus ad ęgrotantem aurem tuā ad me, & ſalua me, id eſt iuſtifica me per gratiā, qui non poteram ſaluari per meā iuſtitiā. Et poſtquā iuſtificaueris me, eſto mihi in Deū protectorē, id eſt ſis mihi Deus protector & clypeus, ne perueniant ad me tela inimici. Et ſi peruenerīt, ut nō noceāt, ſis mihi locus munitus. Si enim excelſus locus in terra facit eſſe ſecurū, ut ille ſecurus fuit, qui in altiſsima ſpecula poſitus, regē prętereuntē cum toto exercitu ſuo contēpſit: multo magis in Deo poſitum, qui fecit cœlum & terram, facit eſſe ſecurum. Ideo inquam ſis mihi Deus protector, & locus munitus, ut in fine uerè ſaluū facias me.

Quoniam firmamentum.] Ideo dico ut tu ſis mihi locus munitus, quoniam tu es firmamentum meū, per te enim & ex te eſt q; contra tentationes aliquas ſum firmus: ex me uerò ſum infirmus, & tu es refugium meum. Fugi enim ab irato, fugiam ad placidum. Fugiens factus ſum infirmus, refugiens ero confirmatus.

Deus meus eripe me.] Hactenus egit pro inteſtino bello, ſcilicet quod patimur ab hoſte interiori, id eſt à lege contraria in noſtris. Et quia timet ne ille interior hoſtis cōcitatus ab exteriore ſæuior fiat, ideo etiā pro exteriori orat dicens: Deus meus eripe me de manu peccatorū. i. de poteſtate peccati, id eſt hoſtis exterioris, ſcilicet ne inſidiādo iniquitate perſuadeat, ne ſæuiendo ad conſenſionem perducat. Et accipit hic peccatorem pro quolibet tranſgreſſore tam ſcriptæ legis quam naturalis. Vnde ſubdiuidit illum dicens: Et eripe me de manu agentis contra legem ſcriptam, & de manu cuiuslibet iniq. i. ſine ſcripta lege iniqua agentis, p quod trāſgreſſorē naturalis legis accipe.

Quoniam tu es patientia.] Ideo dico ut tu me eripias, quoniā tu Domine es patientia mea, id eſt à te hoc ſolo habeo, quod aliquo modo patiens ſum cōtra peccatorē uel iniquū. Et ideo per te ſum patiens, quia tu Domine es ſpes mea à iuuētute mea, id eſt ex quo innouatus cepi ſperare in te: & armaſti me contra diabolū, ut in procinctu exercitus fui armatus fide, ſpe, cæteriſq; donis dimicarem contra hoſtes ſpirituales & inuiſibiles. Et non ſolum à iuuentute es ſpes, ſed etiam confirmatus ſum, id eſt cōfirmationem, quāta potuit haberi habui in te ex utero matris meæ. i. ex quo primum cœpi informari in inſtitutis eccleſiæ, & ex quo fui egrediens de uentre matris meæ. i. ex quo perfectā in eiſdē inſtitutis habui regenerationē. & ideo uerè es protector meus, id eſt clypeus meus contra tela inimici. Vterus accipiuntur hic prima rudimēta fidei ut exorciſmus & pręſignatio, quę catechumenis fit: egreſſus uerò de uētre, uera regeneratio per baptiſmū & fidei inſtructionē. Iuuētus uerò adhuc plus ipſa, ſcilicet integra innouatio, quando iam perfectè armatus fide, ſpe, charitate & cęteris donis uelut iuuenis ad bellum.

In te cantatio mea.] Quia protector meus es, ideo Domine cantatio mea aliorū ſit in mundo, & in his quæ ad ipſum pertinent: cantatio autem mea. i. omnis gloria & exultatio mea erit tamen in te ſemper, id eſt & in tēpore ſpei. id eſt in præſenti & in futuro, ubi facie ad faciē uidebimus. Et quia in te ſolo cantatio mea eſt, ideo ſum factus multis, id eſt diſperſis nō ad unū tendētibus (hoc eſt malis) tanquam prodigium. i. uelut monſtrum. His enim qui non credunt eſſe aliena bona niſi pręſentia uidentur boni, qui hęc cōtemnunt,

&

& ea tamen quæ non apparent, appetunt eſſe quaſi monſtrum. Vnde dicit Apoſtolus: Quis ſi in hac uita tantū ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Factus ſum inquam multis tanquam prodigium, id eſt uelut monſtrum, & tamē ab illis non eſt mihi timendum: quia tu es mihi adiutor fortis contra illos infirmos, non ualentes ſcilicet occidere niſi corpus.

Repleatur os meum.] Vt ſemper cantatio mea in te ſit, ideo os meum interius, quod fuit plenum laude tua, quamdiu in abundantia uirtutum manſit homo: euacuatum uerò eſt per præuaricationem, repleatur, id eſt perfecte impleatur laude tua, ad hoc ut in me ipſo cantē ſancte cogitādo & operando gloriā tuā, id eſt, iuſtificationem tuam, ſcilicet quod de impio piū, de damnato feceris in regnum aſſumptum. & ut cantem magnitudinem tuam, ſcilicet cū non eſſem, quia feciſti ut eſſem: quia ſalutem dediſti, cum peccarem: quia ignouiſti, cum conuerſus eſſem: quia adiuuiſti, cum perſeuerarem: quia coronaſti, & hoc faciam nō tantū in die ſine nocte, ſed tota die, & in die & in nocte. Naturalis enim dies continet & diem & noctem, & accipitur hic pro proſperitate & aduerſitate. Ille enim quaſi in die tantum cantat, qui ſolummodo in proſperia Deum: in nocte uerò, id eſt in aduerſitate non laudat, ſed uituperat. ut ille de quo alibi dictum eſt: Quod cum bene feceris ei, benedicet tibi. Ille uerò & in die & in nocte cantat, qui & in proſperitate, & in aduerſitate laudat Deum, dicens: Dominus dedit, Dn̄s abſtulit. ſit nomen Domini benedictū. Deſignetur autem hic utrinque & dies & nox per potiorem partem, id eſt per diem: quia dies non debet ſeruire nocti, ſed potius nox ſequi diem. Tunc enim quaſi dies ſeruit nocti, quando Deus qui adorandus & laudandus eſt, pro ſolis æternis bonis colitur & laudatur pro temporalibus bonis, quæ pertinent ad noctem. quod nō debet fieri. immò nox debet ſequi diem, ſcilicet ut quicquid de his temporalibus habemus, in laude Dei diſtribuamus.

Ne proijcias me.] Et ut ſemper cantem gloriam tuā, ideo ne proijcias me, id eſt ne facias me uideri proiectum à te in tempore ſenectutis, id eſt in hac præſenti uita, quæ eſt tempus ſenectutis, id eſt tempus captiuitatis & tribulationis propter ſenectutem, id eſt primi parentis uetuſtatem. & deſcribit tempus illud dicens: Cum defecerit uirtus mea, id eſt quia nihil de uirtute mea præſumo, ſed ſolummodo de gratia tua ſpero. Et ideo Domine ne derelinquas me. Ille uidetur proiectus eſſe à Deo, & derelictus, qui facile labitur, nec reſiſtere ualet aliquibus tribulationibus.

Quia dixerunt.] Ideo neceſſe eſt ne derelinquas me, quia inimici mei (oēs .n. impij inimici ſunt pijs) dixerunt, id eſt ſtatuerunt non ad ſuam utilitatem & poteſtatem, ut putauerunt: ſed mihi, id eſt ad meam utilitatem. & prius quam ponat quid dixerint, determinat quos inimicos accipiat dicens: Et qui cuſtodiebant, id eſt captione obſeruabant animam meam, id eſt non ad imitandum, ſed ad opprimendum fecerūt conſilium contra me, conuenientes in unum, ſcilicet dicentes, Deus dereliquit eum, id eſt non eſt Deo cura de talibus. perſequimini ergo & comprehendite eum, quia non eſt aliquis qui eum de manibus noſtris eripiat. multi perſequuntur, qui non comprehēdunt: illi uerò ita perſequuntur ut comprehendant, qui eos quos perſequuntur deuorant. Videntur hęc uerba & quædam quæ adhuc ſequuntur, ad caput pertinere, ſed tamen familiarius ad nos referuntur, quia quod talia dixit, hoc fecit ex noſtra infirmitate, non ex ſua maieſtate. & ex eo quod factus eſt ꝑpter nos, non ex eo quod id erat, quo perfecit nos.

Deus ne elongeris.] Inimici quidē dicunt quod Deus me dereliquerit, & non ſit qui eripiat: tu autē Deus ne elongeris à me, ſicut uerè non elongaberis: quia prope eſt Dominus his qui obtriuerunt cor. Deus meus dico, qui prius deſpexiſti me propter inobediētiam, reſpice me nunc tendens in auxilium meum, id eſt, dando mihi patientiam: illis uerò qui me perſequūtur, & comprehendere uolunt dando ueram confeſsionem. Quod ſic dicit, Cōfundantur, id eſt remordeat praua conſcientia mentem eorum, & deficiant in intentione ſua, praua detrahentes animæ meæ, id eſt uolentes animam meam deuorare, & ſic detrahere ei pennas, id eſt uirtutes quibus debet ad alta uolare. tractum enim ab auibus ne auolēt, quibus pennę detrahuntur. cum interim dico confundantur, ut operiantur confuſione & pudore, id eſt ut plenaria confuſio de prauis operibus eorum, & pudor de modeſtia amiſſa ſit eis qui quærunt mihi mala, id eſt qui quærunt me deuorare. Ego autem non dicam quòd ſemper ſperem, quaſi quod dubium ſit optando, ſed certificatus per gratiam tuam, non præſumendo de uirtute mea: dicam affirmando, quia ſemper ſperabo in te. & ideo ſperabo, quia adijciam ſuper omnem laudem tuam. Quam laudem adijciat, aut ſuper quam adijciet? Si in uoce capitis, ut quidā de hoc toto pſalmo uolunt legatur, tunc ita dicetur: Quia laus Dei erat in diſcretione elementorum, & in ordinatione tēporum, & in compoſitione omnium creaturarum, & in regimine earum: ſed nondum laudabatur in reſuſcitatione alicuius humanæ carnis, & hanc laudem addidit laudi eius Chriſtus primus inter mortuos ſuſcitatus. Si uerò in uoce corporis, ſicut hactenus proceſsimus hoc dicatur, tunc dicemus quis laus Dei eſt quòd hominem cum non eſſet, creauit: quod rationalem eum fecit, quod liberū arbitrium ei dedit, quod in delicijs paradiſi eum poſuit: quod præceptum ei dedit, & certam mortem, ſi illud tranſgrederetur, uēturam eſſe prædixit. Nihil non fecit, id eſt omnia fecit, quæ facienda erāt in homine: ſed miſer homo prę uaricando lapſus eſt, & facta eſt in eo quaſi maſſa perditionis totius generis humani. Hanc maſſam Deus ſi totam perderet, nullus diceret quod iniuſtus eſſet: quia iuſte hoc faceret, & ideo in hoc etiam laus ſua eſſet. Et ecce multiplex laus eius, ſed ſuper hanc omnem laudem alia adhuc laus additur, cum de impio ſit pius, & de damnato in regnum aſſumptus. Et hęc eſt laus illa de qua dicit, Adijciam laudē ſuper omnē laudem tuam. Et aſſequitur hoc oſtendens. Quaſi dicat: Hoc modo adijciam tibi laudem ſuper laudem, quia os meum interius & exterius annunciabit, id eſt repræſentabit dictis & factis & cogitationibus iuſtitiam eſſe tuam non meam, id eſt hoc quod iuſtificatus ſum, eſſe ex gratia tua, non ex meritis meis & tota die uel in aduerſitate & proſperitate. uel tota die, id eſt aſsiduè annūciabit ſalutare eſſe tuum, id eſt ſaluationem gratiæ tuæ: meam uerò eſſe damnationē. Secundum uerò quod uox capitis eſt, quod pręcedit dicetur hic: Os meum, id eſt meorum. Sententia autem non mutabitur.

Quoniam non cognoui literaturam.] Id eſt, ideo os meū annunciabit iuſtitiam eſſe tuam, & non meam: quoniam ego nō cognoui literaturam, id eſt nō pręſumo iuſtificari de litera legis. ſicut illi faciunt, qui ſoli literæ legis inſiſtunt, & à gratia reſiliunt, nō attendentes literæ legis gratiam eſſe ad uictimam, & neceſſariam eſſe gratiam adiuuantis, ut impleatur præceptum iubentis: quia ſi per te præſumendo de uirtute tua incipias & deficias, erit tibi lex litera puniens, non ſaluans. Lex enim ſine gratia eſt litera occidens, & ualet tantum ad conuincendam iniquitatem, non ad dandam ſalutem. Non cognoui inquam literaturam, & ideo non introibo amodo non in potentia legis, ſed in potentia Domini, id eſt inſtituam amodo uiuere non ſecundum literam legis impotentem iuſtificare, ſed ſecundum gratiam Domini potentem iuſtificare, & ſic ô Domine memorabor iuſticię tuę ſolius, id eſt in memoria ſemper habebo, quòd iuſticia iuſtificatio ſit tua, qui non meritis ſupplicium reddidiſti,

ſed

ſed gratiam impertiſti,ot ſolios tui ſit,& nõ ſerui,qui legem dedir. Si enim ur ait Apoſtolus, data aſſet lex quæ poſſet iuſtificare,uerè ex lege eſſet iuſticia. Sed hor non eſt, quia concluſit omuia ſuh peccato Scriptura.

Deus docuiſti me.] Quaſi dicat: hor ut memorem luſtiociæ tuæ ſoli docuiſti me tu Deus ex iuuẽtute mee, id eſt ex quo conuerſus ad re iunouatus ſum à te,qui factus ſum à te. Et qoomodo docuiſti? boc modo ſcilicet, quia ego attendens priorem uitam meam, uideo quid debeant mihi, & quid acceperim pro eo quod debebatur mihi. Debehatur mihi enim pœna, & data eſt mihi greria: dahehatut mibi gehenna, & dara eſt mihi ſpes æternæ uitæ. Docuiſti inquam ex iuuentuta, & uſque nunc etiam doces me: quia adhuc regis me, qui in uia poſuiſti ma. & ideo uſque nunc pronuurio mirabilia tua, & ſemper prouuncia bo ea ſaocte meditaudo, & bena operando eſqua in ſenectam & ſenium benedico mirabilia. Quæ enim maiora mirabilia, qoam mortuos ſuſcitare? Si anim mortui non eſſemue, non diceret nobis Apoſtolue, Surge qui dotmis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Deue. Omnes anim peccatores & ſi uiui ſunt exterios, mortui tamen interiue. Et corpus quando reſuſcitatut, mundo redditur:anima uerò ſibi redditur. Corpue qnoqua ſuſcitatum poteſt uiuere ſine ſuſcitatore ſuo, anima autem nou poteſt:quia cum ſint duæ uitæ.una corporis,altera animæ.ſicut corpue nequit uiuere ſine gratia, ita anima nequit uiuare ſine gratia per quam reſuſcitatur. & idao dicit, Vſq; nũc etiam doces me: quia oullo modo aoima ſibi reddita ſine ragimine gratiæ poſſet uiuere. Et poteſt referri quod hic dicitur ad unumquamqua perfectum, & ſic per ſenectam & ſanium accipiamue uel ſimpliciter ſinam uitæ, uel ſarundum grçcos poſſumus accipere per ſenectem motum grauitatem:per ſeniũ uerò integram parfectionam. Apod oos utrunq; hoc à ſene dictum eſt, & pro eodam accipitur: apud græcos uerò ſenacta pro grauitate illa morũ, quę eſt poſt uiriſem ætatẽ accipitur: & tales graues presbyteros eppellanr. Senium uerò decrepitam ętatem accipiũt, & decrepitos geruntas dicunt. Si uerò hic loquitur ſolis unus, qui ſit in multis, id eſt eccleſia, tunc aliter oporter nos hæc tempora diſtinguere, ſcilicet ot per iuuentutem eccleſiæ accipiamue tantum tempus illud in quo ſancti Apoſtoli fuerunt, & multipliciter ſangnis ad letamen eccleſiæ,id eſt ſanctorum martyrum fuſus eſt. Per uirilam uerò ætatem, præſentem ſtatum intelligamus:per ſenectam uerò & ſenium,tẽpus ultimum aute ſinam ſeculi, tempus Antichriſti. Pronunciabo inquam mirabilla tua uſqoa in ſenectã & ſeniũ,& ut poſsim ô Deus,na derelinquas me,doner annunciam ego eccleſia per præſentes & perſequantes eorum. uel ego perfectus ennũciem per me & per ſucceſſores meos,brechium tuum,illud ſcilicet da quo dictũ eſt: Brachium Domini cui reueletũ eſt? Id eſt filium tuum per quem gratuita liberatio oobis data aſt, annunciam generationi omni,quæ ueutura eſt. Quia præuidit ſpiritue ſanctos quoſdam hæreticos furoros,qui affirmarent, & ſaquantibus ſuis perſuadaraor ſtatum eccleſiæ breui duraturũ. redarguit illos per prophetam æquipollẽter diceodo: Eccleſiã quem diu generatio erit, non defuturam. & ſic ſideles premunr,nequandoqua talibus cradant.

Potentiam tuam.] Expouit quod brachium accipiat. Quaſi dicar:Non derelinquas ma inquem,douac ennunciẽ brechium tuum, ſcilicet donec aununciem potentiam tuam,id eſt gratiam tuam facientem nos potentes ad reſiſtendum rentationibus.Et iuſticiam tuam, id eſt eandem gratiam nos ioſtificãtem. & ſic idem ſunt potentia & ioſtiria. Si uerò Caſeiodorum ſequamur,diuerſificare ea poſſumus,ſcilicet ot potẽtiam accipiamue in modo iuſtificando:iuſticiam uerò taodem in diſcernendo. Annunciabo inquam potentiam tuam & iuſtitiam tuam: ego dico tendens uſque ad altiſsima magnalia,id eſt uſq; in ſopercœleſtes creaturas altiſsimas,indignitate qoãtum ad nos, ques tamen tu feciſti hoc quod ſunt. De his magnalijs ideo apponit,ne putaramue gratiem ad ſolos hominas pertinere,cum etiam pertineat ad ſupercœleſtes ſpiritue:quia & hoc quod ſunt, & quod bene uiount,id eſt quod in ueritate perſiſtunt,eſt ex gratia. Sequitur.

Deus quis ſimilis tibi.] Quaſi dicat:Quandoquidẽ per potantiam tuam non ſolum terrena, ſed etiam ſuper cœlaſtia perſiſtunt,quis ergo ſimilis tui?nullue utiq;. Malo argo ſuo paruerſe uoluit tibi aſsimilari primos ille apoſtata angelue, qui bene noluit tibi aſsimilari & homo ſecundus. Quotidie enim Deus nos uocat ad bonam ſimilitudinem ſuam dicens: Eſtote miſericordes,ſicut ego pater oeſter miſericors ſum. & inuitat uos ot diligamus inimicos noſtros, & eis hene faciamus:quia ipſe pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Sed in hoc noluit ſibi aſsimilari ille. Sed quia Deus eſt bonum ſe ipſo contentum, & poteſtas per ſe ſub nulla ene poteſtate, in hoc uoluit ei peruerſe aſsimilari primos illa qui dixit:Ponam ſedem meam ad aquilonẽ, ot eſſet poteſtas contra poteſtatem illam non ſub illa. & ideo euanuit iu cogiratione ſua,& cecidit de loco iu æternas tenehras. Huic malo ſuo miſer ille ſecũdus conſenſit,qui ſibi Deus eſſe, & de ſuo nu tu pendere uoluit. Receſsit enim ab imperatore, & diuertit poſt deſertorem. Legem dedit imperatot, fraudem ſuggeſsit deſertor. Credidit miſer homo quod ſuaſit diabolus, & inuenit quod minatus eſt Deus: quia morte multatue eſt. Et hoc aſt quod dicit: Quantas oſtendiſti mihi. Quod ad literã ſic cõtinuatur, quaſi diceret:Quãdoquidẽ nullue aſt tibi ſimilis,ergo malo meo in Adẽ uolui tibi peruerſe aſsimilari: quia tu pro peruerſitate illa oſtendiſti mihi tribulationes, & quantas multas,ſcilicet & malos. Tribulationas uocat hic omues pœnas peccati,quare qoædam uidentur dulces non attendentibus eas,ot comedere & bibere,& ſimilia. Hic uerò qui attendit eas, uocat eas malas. & eſt dicere: Quia peruerſe uolui tibi aſsimilari,ideo multaſti me magnis & infinitis tribulationibue, & tameu irreuocabiliter: quia tu conuerſus deita ad miſericordiam uiuificaſti me iam interius in re & exterius etiam in ſpe. & ideo dico uiuificaſti, quia reduxiſti iterum animã meam de abyſsis terre,quod dupliciter poteſt dici. Quando enim homo de terra factue eſt, tũc terra de uilitate ſua in quiddam dignũ edocta eſt: cum uerò homo præuaricator factue eſt, tunc terra in uilitatem ſuam redacta eſt. Inde cũ aſſumeretur à uerbo illo quod io principio erat apud Deum reducta eſt. Cecidit item quodam modo,cũ caro aſſumpta mortua eſt: reducta uerò aſt eadẽ carne reſurgente,& ſic iterum,id eſt his redocta eſt. In hac autem ſententia per abyſſum, uilitatem terræ accipe. Vel aliter:ideo dico uiuificaſti me,quia io terra,id eſt his reduxiſti me de abyſsis terræ, id eſt de profunditate uitiorum. Primo enim aduxit nos, cum natura noſtra à uerbo aſſumpta eſt. Caſus item fuit in ipſa morte. Inde reduxit nos per reſuſcitationem ſuam, in quo ſpes reſurgendi uobis date eſt. Reducet nos etiam,cum bæc ſpes implebitur,id eſt cum nos reſuſcitabimur. Et ſic erit & tanta, id eſt, geminata reductio.

Multiplicaſti magnificentiam tuam.] Qoomodo inquã me uiuificaſti? ita ſcilicer,quia multiplicaſti magnificentiam tuam,id eſt magnificam potẽriam tuã, quia non tantum indulgentiam cõfers, ſed filijs etiã quos ad hæreditatem paras, miſericorditer flagella adhibes, & ſicut cõuerſos ab ira ad miſericordiã cõſolaris io mente interius,conſolaheris uerò & exterius.

Nam & ego confitebor tibi.] Ideo dico conſolatus es me,quia hoc mihi contuliſti iam: quia etiam in præſenti laudabo te in ſpiritus uiuificatione, & carnis mortificatio-

Digitized by Google

mortificatione. Quod ſic dicit: Nam & ego ſicut cepot meum confitebor tibi ô Deus, id eſt laudabo ueritatem tuam uel promiſsiones in me cōpletas. Vel ueritatem tuam confitebor, id eſt laudabo uera præcepta tua implendo ea tibi.i.ad honorem tuum, & hoc in uaſis pſalmi. Vas pſalmi, ut beatus Auguſtinus ait, eſt inſtrumentum pſalmi, pſalterium ſcilicet, quod quia deſuper ſonet, ſignificat uiuificationē ſpiritus, quæ deſuper eſt. Et eſt dicere: Confitebor tibi in uaſis pſalmi, id eſt in ſpiritualib. operibus ſicut in ſancta cogitatione & oratione. Poſſumus etiam ſecundum Caſsiodorū in uaſis pſalmi intranſitiuè accipere, ut ſit idem ac ſi dicat: Confitebor tibi in uaſis, quæ ſint uaſa, id eſt in talibus canticis, in quibus ita & pura & incorporea ſit laus Dei, ſicut in aliquo uaſe bono manet infuſus liquor incorruptus. Quæ tamen laus pertinet ad ſpiritus uiuificationē. Vel etiā per uaſa pſalmi poſſum' accipere ſpirituales animas, in quibus laus Dei nō acceſsit, ſed bene ſapida eſt ſicut liquor in bono uaſe. Cōfitebor tibi inquā ô Deus in uaſis pſalmi, & pſallā tibi in cithara.i. in ſanctis operibus ad carnis mortificationē pertinentib. ut eſt manum pauperi porrigere, infirmos & incarceratos uiſitare, & ſimilia, laudabo te ô ſanctus, ſanctus dico Iſrael.i. qui ſanctificas omnem uirum intendentē ad hoc, ut uideat te. Iſrael.n. uir uidens Deum interpretatur. Et per citharam, quæ ab inferiori ſonat, non incongruè carnis mortificatio deſignatur.

Exultabunt labia mea.] Nunc inquam confitebor tibi in uaſis pſalmi, & pſallam in cithara: tandem uerò exultabunt integrè labia mea interiora, tunc ſcilicet dum cantauero tibi, id eſt, cum uerum & indeficiens canticum ſoluam tibi. Beati enim qui habitant in domo tua Domine in ſecula ſeculorum, laudabunt te. Et quia dicuntur etiam labia interiora, ideo ad exponendum quæ labia acceperit, ſubdit: & eadem anima mea exultabit tunc in laude tua ideo, quia tu eam redemiſti, redimes ab omni tribulatione uel mutabilitate. Nec ſolum animam redimes, ſed & corpus redimes à corruptione per incorruptionem: quia lingua mea, lingua ſcilicet corporis meditabitur iuſtitiam tuam, id eſt in omni intentione conſentiet animæ in repræſentando iuſtificationem tuam, quod erit laus tua. quod eſt dicere, Tunc non retrahet caro per corruptionem aliquam animam à laude tua, ſed conſentiet ei: quia totus abſumar flagrātiſsimo igne charitatis in holocauſtū, quod erit tota die, id eſt in futuro, quando erit dies ſine nocte, tunc ſcilicet quando econtrario illi qui modo quærunt mihi mala, uolentes me deuocare, fiunt confuſi & reueriti, id eſt grauiter remorſam conſcientiam habebunt, & ualde erubeſcentes erunt dicentes: Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam, &c.

IN PSALMVM LXXI. ARGVMENTVM.

HIc Pſalmus non ſimpliciter in Salomonē, ſed propter communem populi proſperitatem, quæ erat cū regis felicitate cōiuncta, & in Salomonem canitur. Aliter uox eccleſiæ de Chriſto ad Dominum.

PSALMVS IN SALOMONEM.

EXPLANATIO.

SAlomon interpretatur pacificus, ſignificans Dominum Chriſtum, de quo dicitur, Imperij & pacis non erit finis. Per totum pſalmū propheta loquens aduentū Chriſti præcinit. In prima parte uerba facit ad patrem, iudiciū filio petēs ad populos iudicandos, quod tamen prædeſtinatū ante ſecula noſcebat. ſecunda in iudicio Domini filios pauperum ſaluandos, & humiliandam diaboli dicit eſſe ſuperbiā. nam & ipſum quoq; uirginis partum per ſimilitudines exponit. Tertia refert quæ bona contigerint de ſpiritu ſancto, & Maria uirgine nato Dño Chriſto. Quarta ab omnibus regibus dicit adorandū, quia humanum genus à diaboli poteſtate redemit. Quinta pronunciat, quoniam humanis oculis uiſum firmamentum fuit credentium, & profectus ſine dubietate iuſtorum. Sexta æterno Domino totius mundi conſenſu laudes perhibet eſſe ſoluēdas. Septima hymnum Domino Chriſto mundiſſima deuotione perſoluit.

Bedæ tom. 8.

COMMENTARIVS.

D*Eus iudicium tuum regi da.*] Hæc uerba referuntur in Salomonem, nō filium Dauid prophetæ, ſed in uerum pacificum, id eſt in Chriſtū. Salomon enim interpretatur pacificus. Et ille uerè pacificus eſt, per quem mediatorē accepta remiſsione peccatorū recōciliati ſumus Deo. Dicit enim Apoſtolus, quia cū adhuc peccatores eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortē filij eius. Ille quoq; uerè pacificus eſt, qui fecit utraq; unū, ſoluens medium parietem, ut duos conderet in ſe in unū nouum hominē, faciens pacē. Quod uel de duobus parietib. eccleſiæ poteſt accipi, qui cōiuncti ſunt in uno angulari lapide.i. in Chriſto, ſoluto medio obſtaculo quo ſeparabātur, id eſt carnali lege. uel etiā de iſta & de ſuperna eccleſia, quā Chriſtus reconciliauit ſoluto muro, quē inter eas peccata erexerant. & multis alijs modis poteſt Chriſtus pacificus oſtendi, non ſecūdum eam pacem quam mundus quærit & diligit: ſed ſecundum eam pacē de qua propheta dicit, Dabo uobis ſolatium uerum, pacē ſuper pacem, ſcilicet ſup recōciliationis pacem immortalitatis. Quod autem in hoc pſalmo propheta ita apertè exponit occultū eius aduētum & manifeſtum: hoc facit ad cōuincendam duritiē illius populi, quē per ſpiritū propheticū præuenit contradicturū oīa illa quæ de eo in lege & prophetis & pſalmis ſcripta erant, & ut exhortetur eos, ut ſic recognoſcāt eius occultū aduentū, ne tandē experiantur manifeſtū. & dicit ita: Deus da iudiciū tuū regi. quod eſt dicere: Dñe pater, mitte illum quē miſſurus es, ut aſſumpta humana natura des illi regi iudicium tuum, id eſt iudicium certum & prouidum, quod ſcilicet falli nō poteſt ut humanum iudicium. Pater enim non iudicat quēquā, ſed omne iudicium dedit filio, quia filius hominis eſt. Ex ipſa enim humanitate habet Chriſtus iudicare, quia nouus homo noua præcepta dedit mundo. Quæ qui ſeruauerint, in bonum iudicabuntur: qui uerò ea cōtempſerint, in malum. Et ualde iuſtū eſt ut qui homo factus eſt propter homines, ipſe etiam iudicet homines. Sequitur.

Et iuſtitiam tuam filio regis.] Alijs uerbis idem quod prius dixit, repetit. Idem enim rex eſt, & filius regis. Rex quidē eſt ſecūdū humanitatē, filius uerò regis eſt ſecūdum diuinitatem. Et cū dicit, Da iuſtitiā tuā filio regis: idem eſt ac ſi dicat, Da ei iuſtū iudicium tuum. Nec ſuperuacuæ ſunt huiuſmodi repetitiones, quia multū ornatur diuinū eloquiū, & neceſſariæ ſunt in pſalmis, & in eo genere ſermones, quo concitandus eſt affectus animi.

Iudicare populum tuū.] Da inquā regi iudiciū tuū, ſcilicet iudicare (pro ad iudicandum) populum tuū.i. ad diſcernendum oues ab hœdis in iuſticia. Et quos uocet populū eius, determinat dicens: Et iudicare populos tuos in iudicio. Iudicium ſimpliciter poſitum, ut beatus Auguſtinus dicit, pro iuſto iudicio accipitur ut hic. Quod autem dicit, Pauperes tuos, ad differentiam dicit: quia ſunt quidam pauperes non ſui, illi ſcilicet qui & ſi exterius ſunt pauperes, per cupiditatem tamen in mente ſunt diuites.

Digitized by Google

Suſcipiant montes.] Quaſi dicat: Et ut rex ille iudicet populum tuũ, ideo montes, id eſt ſancti Apoſtoli qui ſunt montes, ſanctitate eminentes, uirtute præpollẽtes: ſic loquendo ut per eos alij fideliter inſtruantur, ſic uiuendo ut alij ſalubriter eos imitentur. Illi inquã montes ſuſcipiãt pacem, illam ſcilicet pacem de qua Apoſtolus dicit, Chriſti legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos, obſecramus uos pro Chriſto reconciliamini Deo, hoc eſt, ſuſcipiant prędicationẽ reconciliationis populo, ſubaudit ennunciãdam. Vt qui aura audiendi audierint, iudicentur in bonũ: qui uerò non audierint, in malum. Et colles, id eſt inferiores ita ſe ad ipſos habentes, ſicut colles ad montes. ut Lucas & Timotheus ad Paulum ſuſcipiant iuſtitiam, ſcilicet ut per ſoam obtemperẽt aothoritati illorum, ſicut iuſtum aſt. Ipſam enim obedientiam uocat iuſticiam. Vel aliter: Montas, id eſt prælati & ſuperiores in eccleſia ſuſcipiant pacem & concordiam faciendã in mundo uel in populo. Maximè enim ad prçlatos pertinet uigilãti attentiona cõſulere paci, id eſt concordiæ, ne ſchiſmata fiant. & ideo montes ſuſcipiant pacem & colles ſuſcipient, id eſt, inferiores obediendo ſequantur authoritatem illorum, ſicut iuſtum eſt.

Iudicabit pauperes populi.] Da inquã iudicium regi, & uerè dabis: qui rex ille tandem iodicabit, id aſt diſcernat ad bonum ueros pauperes de populo primitioo, & quia etiam iudicabit malos, ideo determinat quomodo iſtos iudicabit, dicens: quia nõ tantom ſaluos faciet illos priores pauperes, ſed etiã filios. i. quoſcunque ueros imitatores illorũ pauperũ, faciet ſaluos æternaliter, & ideo humiliabit calumniatorẽ. Calumniatorẽ uocat hic diabolũ, qui fraudulenta & nequitia ſua nititur ſemper confringere, unde fratres accuſet. Vnde alibi dicitur accuſator fratrum, & qui maxima dolo accauſam noſtrã eſſe apud iudicẽ cam proulum atq; benignũ. Qui uerè tunc humiliabitur, quia abſorpta morte, quando amplius peccato non erit locus, tunc peribit poteſtas eius.

Et permanebit cum ſole.] Et humiliabit inquã calũniatorẽ, & illo humiliato cũ tradiderit regnũ Deo & patri, tunc permanebit æternaliter cum ſole. i. cũ paterna claritate. & permanabit ante lunã, id eſt in cõſpectu eccleſiæ, ut inde eccleſia ſe reficiat illic, unde hic lucebat. Lunam cõparat hic eccleſiæ, quia ſicut luna nõ habet lumen à ſe, ſed recipit illod à ſole: ita eccleſia lucem non habet, niſi recipiat eã ab illo qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mondõ. Ante lunã dico generationis generationũ. i. quæ erit generatio compoſita ex omnibus generationib. hoc ſecũdum quandam tranſlationem, iuxta aliam uerò dices, quod uerè parmanebit ante lunam: quia permanebit generatione in generationum.

Deſcendet ſicut pluuia in uellus.] Quaſi dicat: Qui ſic oenier manifeſte iudicaturus, prius ueniet occultè iudicandus: quia deſcẽdet ſicut pluuia io uellus, & aſt ſciendum quod in duobus præcedentib. uerſibus de futuro dictum, de præſenti quoq; poteſt dici ſic: Dñs tãdem iudicabit ueros pauperes populi, & etiã in præſenti faciet ſaluos iuſtificãdo, & ipſos pauperes & filios pauperũ, id eſt imitatores illorum, & humiliabit calumniatorem: quia dabit ſuis eam gratiam, ut unde calumniator machinabatur criminari eos ſcilicet, quod non gratis colerent Deum, ſicut beatum Iob, quando dixit: Nunquit Iob gratis colit Deum? Vnde potius ipſe humilietur uictus in hoc, quia illi contra eius uoluntatem gratis colunt Deum. Vel aliter. Humiliabit calumniatorem per ſacramentum incarnationis ſuæ, ſcilicet quia ille extendendo manũ ſuper illum, ubi nihil ſuum inuenit, alios io quibus ius habebat amittet. Et ſaluos faciẽdo ſuos, & calumniatorem humiliando permanebit cum ſole, id eſt quãdiu ſol orietur & occidet, id aſt omni tẽpora. Et nimirum ſi permanebit cum ſole, quia eſt ante lunam, id eſt ante omnia tempora. Similiter poſſet dicere ante ſolẽ, ſed gratia uariandi orationem: quia prius ſolem poſuerat, hic lunem poſuit. permanebit in luã etiã in generatione & generatione, id eſt in præſenti generatione, ubi eſt generatio decedeos, & generatio ſuccedens, & ſic multæ generationes.

Deſcendit ſicut pluuia.] Saluos faciet inquã filios pauperum. Et ut ſaluos faciat eos, deſcendet ſicut pluuia in uellus, id eſt naſcetur de intamerata uirgine. Sicut enim pluuia penetrat uellus, & cadit inde ſine uillorum aliqua ſciſsiona: ſic & Dominus uterum uirginis intrauit & exiuit ſine ulla integritatis corruptione.

Et deſcendet ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.] Idẽ dicit per aliam ſimilitudinem. Sicut enim lenis pluuiæ guttæ ſtillãtur ſuper terram occultè: ita Dominus natus eſt de uirgine ſine ſtrepitu maritalis copulæ. Aliter quoq; ſi ad hiſtoriam reſpiciamus. Eo enim tempore quo Dominus per iudices populum rexit, præcepit Gedeoni, ut contra Madianitas pugnaret, promittens ei uictoriam: ille uerò uolens fieri ſibi promiſsionis certitudinem, in nocte uellus ſuper aream extendit, & petijt hoc ſignum ſibi dari, ut uellus complueretur, & area ſicca maneret. & factum eſt ita. Sequenti etiam nocte idem uellus extendit, & petijt ut ſiccũ uellus maneret, & area complueretur. hoc quoque ei commiſſum aſt, & ſic de uictoria certus factus eſt. Per uellus deſignatur Iudaicus populus, quod ſicut uellus ab oue aufertur: ita à lege & gloria loci & gentis erat extirpandus. Et Dominus deſcendit primò, ſicut pluuia in uellus: quia prius populum illum ſpirituali gratia perfudit. Inde enim matrem ſibi elegit, inde ſanctos Apoſtolos aſſumpſit, inde & præconũ Euãgelicæ ueritatis incepit. Et deinde deſcẽdit ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram: quia prędicantibus ſanctis Apoſtolis, contradixerunt eis Iudæi, prohibẽtes ne quis in eo nomine loquaretur. Et ſic uellus ſiccum remanſit, & terra quæ circa erat, compluta eſt: quia gratia Iudæis eſt ſubtracta, gentibus eſt propoſita. Tunc enim ſancti Apoſtoli in uiam gentium abierũt, & in ciuitatẽ Samaritanorũ, quæ prius prohibitum fuerat, introierũt dicẽtes: Vobis primò oportabat loqui uerbum Dei: ſed quoniã repuliſtis illud, & indignos uos iudicaſtis, ecce cõuertimur ad gentes.

Orietur in diebus eius.] Deſcendit inquam Dominus, & in diebus eius iuſticia, prius occulta, & in lege nõ apparens. Orietur, id eſt manifeſtabitur. Iuſtus enim ex fide uiuit. & orietur abundãtia pacis, ſcilicet ut & inimici diligantur. & hoc tam diu erit, donec luna auferetur, id eſt donec adſcripta morte omnis defectus mortalitatis ab eccleſia auferat. Vel ſecũdũ aliã trãslationẽ ita dicemus: Donec luna. i. prȩſens eccleſia quę nũc cõparat lunę ꝓpter defectũ, extollat ꝑ gloriã immortalitatis & impaſsibilitatis. Tũc. n. amplius inimicus diligẽdus nõ erit, quia nec inimicus erit. Et præterea dominabit rex iſte à mari uſq; ad mare, id eſt ab oceano occidentali uſq; ad oceanum orientalem. Et unde incipiet? ſcilicet incipiet à flumine. i. à Iordane, qui fluuius eſt Iudęę, unde præconiũ ueritatis incepit. & dominabit uſq; ad terminos orbis terrarũ, quia in omnẽ terrã exiuit ſonus aorom, & in fines orbis terrarum. Et per hoc ita etiã ſimpliciter expoſitum manifeſtè oſtendit, quod hæc (ut Iudæi putant) in Salomonẽ hiſtorialẽ referenda ſunt. Poteſt aũt myſticè intelligi quod dicit: Et dominabit à mari orientali uſq; ad mare occidentale. Per mare enim orientale Iudæi ſignificantur, qui & ſi amari in moribus erant, unum tñ Deũ colebant: per mare uerò occidentale gẽtiles intellige ſignificari, quibus occiderat oĩs cognitio ueritatis. Per flumen quoq; terrenos principes accipe, in mundanas amaritudines ſemper influẽtes, ſicut flumẽ in mare. & eſt dicere: Dominabunt à mari oriẽtali uſq; ad mare occidẽtale. i. obtinebit dominiũ & de Iudæis & de gentib. & dominabitur à flumine uſque ad terminos orbis terrarũ; quia illos qui prius flumẽ

etant

erant, faciet terrã ſtabilem & bene cultã. & non ſolũ terrẽ, ſed etiã orbẽ terrarum. i. adeò perfectos, ut ſint etiam termini orbis terrarũ, id eſt in tantum extinxerunt in ſe omnẽ terrenitatẽ, ut iam uix etiã in aliquo angulo eius ſint.

Coram illo procident Aethiopes.] Dominabitur inquam rex iſte, & illo dominãte Aethiopes. i. denigrati in peccatis, & deſperatiſsimi in gentib. procident corã illo, id eſt, humiliabunt animas ſuas illi, & tñ inimici eius Iudæi lingent terrã. i. terrena magis q̃ ipſum diligẽt: quia maluerunt innocentiã perdere, q̃ locũ & gentẽ amittere. Vel aliter. Inimici eius. i. cõtradictores eius lingent terrã. i. diligẽt terrena, ſapiẽtes. i. hæreticos, & magis placebit illis illorũ errorẽ imitari, q̃ ueritati eius cõformari. Ecce duæ ſentẽtię in malo. ſunt aliæ duæ in bono, ut ſic dicas: Procident inquã Aethiopes corã illo. & qui prius fuerent inimici eius, terrã lingẽt. i. nõ ſolũ ſe humiliabunt, ſed ipſam etiã humilitatẽ ualde tãquã aliqd dulce cupient. Vel aliter. Inimici eius. i. quilibet prius aduerſantes eis, lingent terrã, id eſt diligẽt humanitatẽ, etiã ſtudebũt imitari humilitatẽ.

Reges Tharſis.] Ideo Aethiopes procident corã illo, quia reges Tharſis & inſulę offerent ei munera. q. nõ incongruè de tribus regib. magis poteſt accipi, quam tñ ad literã. Myſticè uerò ſic intelligiĩ. Tharſis interpretatur exploratio gaudij. Et illi q prius in terrenis gaudium explorabant, ubi nõ eſt gaudẽdum, immò dolendũ: facti reges illicitos ſcilicet motos in ſe ipſis bene regentes, offerent munera gratioſa, ſcilicet ſeipſos & alios à ſe conuerſos. Tharſis quoq; ut Hieronymus dicit, contẽplatio interpretatĩ, q. ſatis itẽ congruit: quia reges illi qui in uera ſunt contẽplatione, uerè offerent ei munera ſupra dicta. Et inſulę etiã offerẽt ei munera. Inſulę ſunt illi, q adeò pfecti ſunt, ut poſiti in ſalo huius ſeculi, licet undiq; fluctus tẽtationũ eos aſsiliãt, tñ ſtabiles maneãt, uelut in mari inſulæ.

Reges quoq; Arabũ & Saba adducẽt ei dona.] Arabia interpretatur cãpeſtris, & eſt regio, in qua oĩa aromaticæ ſpecies reperiuntur. & intelliguntur per reges Arabũ tales regentes ſe de gentib. qui de ſylueſtrib. & ſpinoſis cãpeſtres & frugiferi facti, Deum omniũ uirtutũ odoramentis oblectant. Saba uerò interpretatur incenſa, & eſt regio thurifera, per q̃ intelliguntur illo igne ſuccenſi, quẽ Dominus uenit mittere in terram, & uult ut ardeat. i. ſpiritu feruẽtes, Dño ſeruiẽtes, & in bonis morib. tanquẽ thure Deũ oblectãtes. Poteſt etiã in malo hoc dici ſic: Reges Arabũ. i. gẽtiliũ reges, cãpeſtres & inculti. & Saba, id eſt incenſi igne incentiuorũ adducent ei dona, ſenctos ſcilicet martyres interficiendo, qui Domino uelut dulcia ſacrificia erunt.

Et adorabunt eum.] Quaſi dicat: Non ſolũ reges Tharſis & alij magni reges munera offerent, ſed etiã omnes reges, id eſt quicunq; ſe regentes, cognoſcẽtes q ſe regunt, ab illo ſe habere. adorabunt, id eſt ualde uenerabuntur eum. Et uerè adorabunt, quia omnes gẽtes, id eſt aliqui de omnibus gentib. ſeruient ei, caſto ſcilicet timore. Ipſum enim ſeruire, erit adorare.

Quia liberabit pauperẽ à potente.] Ideo meritò adorabunt eum, & ſeruiẽt ei: quia ipſe & liberauit eã, & liberabit pauperẽ, id eſt populũ uerè humilẽ à potẽte, id eſt à ſupra dicto calumniatore: qui nõ ex ſua uirtute potens eſt ſuper nos, ſed ex noſtra infirmitate. præuaricando enim infirmati, & ſub peccato uenondati ſumus & prępotentẽ ſuper nos eũ fecimus. Liberauit inquã pauperem, & neceſſe erat ut liberaret pauperem: cui (pro quia) ei non erat adiutor, quia neque philoſophus neq; angelus aut archãgelus poterat ei ſubuenire ut liberaretur, præter ipſum ſolũ de quo dictum eſt: Dum medium ſilentiũ tenerent omnia, &c.

Parcet pauperi & inopi.] Q. d. Quomodo liberabit pauperem? an ita ut placeat ei illius peccatum? Non, ſed potius deſtruetur peccatum: quia ipſe parcet remittẽdo peccatũ pauperi. i. humilianti ſe ei ſicut pauper ſolet diuiti. & inopi. i. illi qui eſt ſine ope, & reputat gratiũ ſibi neceſſariã eſſe. Et tandẽ faciet ſalues æternaliter animas pauperũ. Et hoc ideo, quia hic redimet animas eorum ex uſuris. i. ex ſupplicijs peccatorũ, quę tandẽ debẽtur malis, & per hoc liberabit à ſupplicijs, quia redimet ab iniquitate. i. quia cauſam aufert ſuppliciorũ. i. peccatũ. Suppliciũ aũt ipſum ideo uſura dicitur, quia plus mali contingit inueniri in ſupplicio, q̃ delectañois in peccato. Solũ enim corpus ab homicida hic occiditur, ipſe uerò qui hoc facit, illic corpore & anima dãnatur. uel q. generalius eſt. Cũ peccatũ alicuius ſit momentaneũ, ſuppliciũ erit æternũ. Redimet inquam animas pauperum ex iniquitate. Et nomen eorũ. i. redẽptorum, ſ. hoc nomen Chriſtianus quantumcunq; ſit mundo deſpicabile, tamen erit ualde honorabile corã illo. i. in conſpectu illius, cũ dicet eis: Venite benedicti patris mei, poſsidete paratũ uobis regnum à conſtitutione mundi.

Et uiuet & dabitur ei.] Deſcendet inquã Dñs, & dominabitur à mari uſq; ad mare. Et occiſus ex infirmitate, uiuet ex maieſtate: quia reſurget, & mors illi ultra nõ dominabitur. Vel uiuet uera uita, quia immunis à peccato erit in ſe, etiam in ſuis, iuxta illud: Sicut me miſit uiuẽs pater, & ego uiuo propter patrẽ: ita & qui manducat me, uiuit propter me. Quodcũq;. n. peccatum ſiue paruũ ſiue magnum, mors animæ eſt. Et quia uiuet, ideo dabitur ei de auro Arabiæ. i. de pręcipuis philoſophis gentium quidã cõuertentur ad eũ: ut Dionyſius Areopagita, & plures alij. Aurũ. n. Arabiæ præcioſius eſt, quã aliud aurũ. Et per aurum ſapientia deſignatur, per Arabiã uerò gentilitas. Et q. ſemper adorabunt. ut iſtud ſcilicet, Adueniat regnũ tuũ. q. nos quotidie oramus. illud erit de ipſo. Quis. n. ſciret, quid maximè deberet orare, niſi ille ueniſſet, q prior docuit deſpicere terrena, & deſiderare cœleſtia? Nullus utique. Vel aliter: Semper adorabunt de ipſo quantum ad corpus perficiẽdo. hoc. n. orant ſancti uiri deuotiſsime, ut corpus Chriſti, id eſt numerus electorum cõpleatur. Vnde etiã in alia trãſlatione habetur, Adorabunt pro ipſo. & benedicẽt ei. i. multiplicabuntur in uirtutib. & bonis operibus, quod erit benedicere ei. Sẽper enim ſiue ipſe nos benedicat, ſiue nos benedicamus eũ, nos multiplicabimur: ipſe uerò nõ augeĩ noſtra benedictiõe, nec minuiĩ maledictiõe. Et hoc faciet tota die. i. in aduerſitate & in pſperitate. q. n. nõ ſolũ in proſperitate, ſed in aduerſitate Deũ laudet, illi etiã nox eſt dies, & ſic ſemp in die Deũ laudat.

Erit firmamentũ in terra in ſummis montiũ.] Ideo meritò benedicẽt ei, quia ipſe in terra cõuerſando inter illos, propter quos ſuſcepit terrã, erit firmamentum. i. confirmatio ueritatis. in ſummis mõtium. i. in prophetis, qui plura de eo promiſerunt. Quodquot enim promiſsiones ſunt, in ipſo ſunt. i. perfectę. & ipſe de ſe dicit: Oportebat impleri quęcunq; ſcripta ſunt in lege, & in pphetis & pſalmis de me. Summos mõtium uocat pphetas, non q. digniores Apoſtolis ſint, ſed quia priores tẽpore fuerunt. Erit inq̃ firmamẽtũ & fructus eius ſuperextolleĩ ſup Libanũ. Libanus eſt mõs, ubi cedri arbores altiſsimę & odoriferę, & imputribile lignum habentes, creſcunt. Fructum eius ad ſimilitudinẽ intelligere poſſumus. Sicut enim fructus ſanctorum Apoſtolorum ſunt ab ipſis cõuerſi, quib. ipſe dixit: Ego poſui uos ut eatis, & fructum afferatis. &c. ſic & ſancti Apoſtoli quos ipſe uocauit, fructus eius ſunt. Et eſt dicere: Fructus eius ſuperextolletur ſuper Libanum. i. ualde extolletur ſuper omne huius mundi excelſum, iocundum & pręcioſum. Vel quia Libanus candidatio interpretatur, per Libanum intelligiĩ Iudaicus populus, qui quaſi candidatus inter gentes propter cultum unius Dei, & legẽ erat. In quo etiã populo illi candidiores erãt, qui plus alijs æmulatores paternarum traditionum, ſicut Paulus fuit, exiſtebãt. Et tamen fructus eius ſuperextolletur ſuper hunc etiam Libanum, quia ſancti Apoſtoli longè digniores illis quantũcunq; legis æmulatores ſint, erunt.

lotum. Et ut intelligant quod ideo Deus ſubtraxerit eis hæc nõ oera booa temporalia, ut inquirerent alia uera bona & æterna, noo quæ in illis nõ erãt, ſed quę in illis latebant. Et dicit ita, ſiue correctorũ quilibet, ſiua perfectorũ illis ſe aſſotiantium: Deua Iſrael ueri, quã bonus eſt, i. quã iocundus eſt his qui ſunt recto corde. Diſtortis autem corde ſolis, qoi uel putant eũ iniuſtõ eſſe, uel mortalia non curare: aſt peruerſus, nõ quod oerè peruerſoa ſit Deus, ſed qñ tu peruerſua, tũc peruerſua tibi uidetur. Et non eſt tibi bonua. i. nõ eſt tibi iocundus, immò iniocuodua. ſicut neq; mel iocundum aſt febricitanti palato, neq; clarua ſol lippiẽti oculo: quia lux, quę uegetat ſanõ oculũ, reuerberat infirmum: & quæ homo illuſtrat, illum excruciat.

Mei aũt penè moti ſunt pedes.] Quaſi dicat: Rectis qdẽ corda bonua eſt Deus, ego autẽ prius eram diſtorto corde, & ideo mihi bonus non erat. Nam pedea mihi penè moti ſunt, & greſſua mihi penè effuſi ſuot. Pedea pertinẽt ad lapſum: quia pedib. labimur: greſſus oerò pertioent ad errandum. Et pedea accipit hic affectiones, greſſua uerò operationẽ: quia pedea nõ ex toto moti, ſed penè moti ſunt. & greſſua non ex toto effuſi, ſed penè effuſi ſunt: quia cogitabat quidẽ & piã affectionem, quã io Deum, & ſi pio carnalib. habeat mutare, & opera ſeruitutis eiua in dæmoniorũ cultũ trãaferre: ſed reſipuit: & ideo dicit, Pedea mei penè moti ſunt, & greſſus mei penè effuſi ſunt. Q. d. Cadebam, ſed nondum cecideram: ibã, ſed oondum ierã.

Quia zelaui.] Ideo greſſua mei penè effuſi ſunt, quia ego zelaui, id eſt indignatiooem habui, faciendo me ſuper iniqooa, id eſt iuſtificando me, & in hoc præferendo iniquis: & inde zelaui, quia uidi pacem, id eſt, fęlicitatem peccatorum, ſcilicet quòd ipſis eſſent omnia pro oelle ſuo.

Quia non eſt reſpectus morti eorum.] Ideo zelaoi uidẽs pacẽ peccatorum, quia morti, cum ſit malũ meritum eorum, non eſt tamen reſpectus: quia ounquam reſpicit eoa. Et in plaga eorum, id eſt ſi aliquando plagantur, non eſt ibi firmamentũ, id eſt ſtabilitaa: quia ſi interdum euenit eoa aliqoa triſtitia mori, ſuccedunt læta. uel in plaga eorum eſt firmamẽtum. i. non laxatur plaga eorum, ſed firmatur. i. cõſolidatur. Aliter quoq; hunc totũ uerſum legere potes, ut ſit oſtenſio, q. fœlicitaa non datur hic peccatorib. ad ſaluationẽ, ſed ad dãoationem. Q. d. Zelaui inquã, uidens pacem peccatorum. Qoare autem datur eis pax illa? Ad perditionem utiq; ipſorum. nã datur eis ideo, qoia morti eorum non aſt reſpectus: qoia mors ais debita ounquã uertit ſe ab eis, ut aliquando reſpiciat eos. ſed ſemper reſpicit eos. i. iam cooclamatum eſt de aia, & in plaga eorum non eſt firmamentũ: quia ſemper laxatur plaga, id eſt confoſio ipſorum.

In labore hominum non ſunt.] Eadẽ contiouatio eſt ſecundũ utramq; ſententiã. q. d. Iode apparet quòd nõ eſt reſpectus morti eorũ, quia nulla medicina eis adhibetur. Nã noo ſunt per ſeipſos in labore aliquo oerorum hominũ, ſcilicet ut oigilent uel ieiunent, oel aliqoid tale faciaot. & prærerea non flagellaotur, neq; unqoã flagellabũtor cum ueris hominib. ab illo: quia flagellat omnẽ filium quẽ recipit. Et quia nec per ſe laborant, nec à Deo flagellaotur, ideo tenoit eoa quaſi quiboſdam manibus ſuis ne aufogerent. Et propterea operti ſunt, id eſt ex toto inuoloti ſunt quaſi quodam pallio iniquitats contra proximum, & impietata contra Deũ. Iniqoitate uel impietata dico ſua. i. ex eorũ oitio eis ionata. neq;. n. ſobriè in ſe uiuont, qoia ſuperbiũt, neq; iuſtè in pximum, neq; piè in Deum.

Prodijt quaſi ex adipe iniquitas.] Operti ſunt ioquã iniquitate, & hoc non ex neceſſitate aliqua: quia iniquitaa eorum prodijt ooo ex ſiccitate, ſed qoaſi ex adipe. Si quia enim pauper egeſtate coactua furtum oel latrocinium cõmittit, illiua iniqoitaa pdijt quaſi ex ſiccitate: ſi quis uerò aboodaos & potens aliquid rapiet, huius iniqoitas nõ pcedit ex ſiccitate, ſed qoaſi ex adipe, id eſt ex arrogantia & præſumptione. Trãſierunt etiã metas humanitatis, uel regulam iuſticiæ, tendentes in affectum cordis, id eſt cupientes implere omne deſideriom praui cordis ſui. Cogitauerunt nãq; nequitiam, & ipſam etiam locuti ſuot, ut alijs pſuaderent eam: & hoc non tantum apud familiarea ſuos, ſed etiam locuti ſunt iniquitatem in excelſo, id eſt in publico, ot uniuerſaliter perſuaderent eam. Et ad hoc appoſuerunt oa ſuum in cœlum, id eſt contra cœlum, quia in Deum blaſphemias dixerunt. Vel poſuerunt oa ſuum in cœlo, id eſt in authoritate, ſcilicet ot dicta eorum ſic authentica tenerentur, quaſi cœleſtia eſſent. Vel poſueront oa ſuum in cœlo, id eſt in diſpotatione de futuris, quæ pertioet tantum ad cœlũ: quia dixerunt, Hoc & hoc faciemus, hoc autem dimittemus. Et lingua eorom cum eſſet in terra, id eſt, in ſtabili loco poſita, tranſiuit terram, id eſt ſeipſam loquendo talia quæ nihil ad eam. Vel tranſiuit alioa terrenos ultra communem facultatem præſumẽdo.

Ideo conuertetur populus meus hic.] Quaſi dicat: Ideo tã diligenter eorum damnationem per pacem eis conceſſam notaui, ut hic populus meus qui uult mihi cõſors eſſe & mihi cooformari, cõuertatur, ſicut uerè cõuertetur, ſcilicet ut qui prius putabat Deum iniuſtũ eſſe, aut mortalia non curare: qoia hæc tẽporalia ſubtraherat amicis, & daret ioimicis: modo econtrario ſentiat, & poſtquam conuertentur, tunc dies pleni inuenientur in eis, per effectum ſuum ſcilicet. Quia illud quod ille docuit, qui in plenitudioe temporis uenit, id eſt contemptus terrenorum, & amor cœleſtiũ erit in eis. Vel conuertentur hic in præſenti, & tandẽ diea pleni, id eſt æterni inuenientur in eis. Et neceſſe aſt ut conuertantur, quia auerſi erant. Nãq; dixerunt, q. aut Deua neſciret omnia, aut ſi ſciret, tunc uel iniuſtua eſſet, uel mortalia non curaret, hoc eſt quod dicit: Dixerunt, Quomodo poteſt hoc eſſe? Verũ quidẽ uulgo dicitor, ſcilicet q. Deus ſcit omnia, cum ſubtrahat booa amicis, & det ea inimicis? Vtiq; oel illud uerum non eſt. Aut ſi eſt ſcięntia in excelſo, ſic dicitur tũc (qoaſi dicãt) aut iniuſtua eſt, aut mortalia nõ curat.

Ecce ipſi peccatores.] Quaſi dicat: Ecce cur talia dicãt, ideo ſcilicet, quia illi obtinent reputatione eorũ præmium iuſticiæ ſuæ. Nam illi qui ſunt peccatores, & tamen abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias pquibos illi Deum coluerunt, & ſe iuſtificauerunt. Ecce turpis oenditio uendere iuſticiam ſoam pro terrena pecunia. Et dixi, Illi inqoam conuerſi illud dixerunt, & ego etiam dixi: Ergo ſine caauſa, &c. Quod ſicut à principio poteſt dicere, uel aliquis iam correctus reſpectu prioris ſtatus, oel etiam aliquis perfactus & intelligẽs, in perſona tamen illorum. & eſt dicere: Quandoquidem alius obtinet præmium iuſticiæ meæ, ergo ſine cauſa, id eſt, ſine utilitate iuſtificaui cor meum, id eſt cogitationes meas, & ſine cauſa laui manus meas, id eſt mundaui opera mea, ut eſſam inter innocentes. & ſine cauſa foi flagellatus, id eſt flagella ſoſtinui tota die, id eſt aſsidoè. & tamen caſtigatio mea eſt in matutinis, id eſt non differtur caſtigatio mea, ſed ſemper quaſi eſt in forib. ut in onoquoq; mane me inuadat. Illorum autẽ caſtigatio aot ſera, aut nulla eſt.

Si dicebam.] Hoc inqoam dixi: Et tandem dicebam, Domine ſi narrabo alijs ſic, ſcilicet te iniuſtum eſſe, oel te non curare mortalia: quia temporalia bona aufers amicis, & daa eis inimicis. Ecce magnum inconueniens incurram, hoc ſcilicet, qoia reprobabo, id eſt ſeparabo à me nationem, id eſt, omnem generationem filiorom, id aſt, alectorum tuorum præcedentium, Abrabam ſcilicet & Iacob, & aliorum talium: quia nollus illorum eſt qui mecum in hoc cõſentiat. Et in hac difficultate poſitus cogitabam ut cognoſcerem, id eſt cogitabam cognoſcendum eſſe: uel ut dicit beatus Auguſtinus, Propoſui ut cognoſcerem. Quid cogooſcerem? Scilicet te iuſtum eſſe, & mor-

talia curare, & tamẽ terrena bona amicis ſubtrahere, & inimiris tribuere. Sed hoc cognoſcere labor eſt, id eſt, difficultas quædam poſita ante me uolentem illud inueſtigare, donec me ſaciam ante te. Vel hoc cognoſcere me laborantem me, id eſt maior me, donec intrem uel in ſanctuarium Dei, id eſt, in mentem meam faciendo ipſam ſanctuarium Dei, uel in ſanctuarium Dei, id eſt in ſecretam diſpoſitionem Dei. uel in ſanctuariũ Dei, id eſt in ſacras ſcripturas, ſcilicet ubi certæ rationes de his omnibus dantur. Et tandiu eſt mihi labor, donec intrem in nouiſsima eorũ, id eſt, donec menta percurram ad futuram damnationem, & pœnas malorum: & in illis nouiſsimis exiſtens, intelligam quod nunc non intelligebam, ſcilicet Deum iuſtum eſſe, & mortalia curare, & tamen hæc bona amicis ſubtrahere, & inimiris dare. Quia ad hoc dat ea inimicis, ut ſi quod bonum fecerint, per ea remunerentur, & ut tanto grauius in futuro damnentur.

Verum tamen propter.] Dixit, Et intelligam in nouiſsimis eorum. per quod innuit, quia in futuro damnabuntur. Sed tamen (quaſi dicat) hic etiam damnantur, quia tu Domine poſuiſti eis dolos. Quos dolos? ſcilicet ut interius excæcati æterna bona omnibus propoſita relinquant, & temporalia quæ fallunt eos, appetant. Et hoc factum eſt eis propter dolos eorum, id eſt malo merito ſuo, ſcilicet quia quantũ in eis eſt doloſe agunt. Poteſt & aliter hic idem uerſus aliquamulum ſuperius continuari. Quaſi dicat: Peccatores inquam obtinuerunt diuitias, in quo putant bene ſerum agi: ſed tamen in hoc eodem malè agitur cum ipſis, quia tu Domine poſuiſti eis dolos propter eorum dolus, ut prædictum eſt. Et in hoc poſuiſti eis dolos, quia deiecisti eos dum alleuarẽtur, id eſt quia ipſa eorum eleuatio in terrenis eſt eorum deiectio, id eſt, damnatio. proſperitas enim ſtultorũ perdet eos.

Quomodo facti ſunt in deſolationem.] Hoc inquã modo deieciſti eos, quia facti ſunt in deſolationẽ, id eſt quia præcipitati ſunt, iam diſpoſitione in æternã damnationẽ. Et quomodo, id eſt quã inopinatè hoc eis cõtigit & ideo dico facti ſunt in deſolationẽ, quia ſubitò defecerunt iam diſpoſitione, etiã perierunt: & hoc non ex iuſticia tua, ſed propter iniquitatem ſuam. Et ita dico defecerunt & perierunt. uelut ſomnium ſurgentiũ periit: q licet multas diuitias dormiendo ſomniauerunt, ſurgentes tamen nihil inueniunt in manibus ſuis. Sic & iſti in hac uita quaſi in ſomno ſunt, cũ uerò tandẽ de hoc ſomno educentur & uigilabunt, nihil inuenient in manibus ſuis: quia cũ interierit homo, non deſcendet cum eo gloria eius. Nihil enim, ut ait Apoſtolus, in hunc mundum attulimus, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Et uerè peribũt, quia tu Domine rediges in ciuitate tua imaginẽ ipſorum ad nihilum. Sicut enim ipſi in ciuitate ſua imaginem tuam. id eſt rationẽ tua & intellectũ redegerunt ad nihilum, cõparabiles facti iumentis inſipientib. ſic & tu imaginem ipſorũ, id eſt imaginem ſuperbiæ, & totius nequitiæ, quã in ſe ipſis fecerunt te diges ad nihilum in ciuitate tua ſupercœleſti, id eſt, in ſocietate ſanctorum: non quòd ipſi ibi ſint, ſed qa eum ibi eſſe deberent, inde exeluſi a uero eſſe ſeparabuntur, & ſic ad nihilum redigentur.

Quia inflammatũ eſt cor meum.] Ideo meritò ad nihilũ rediges eos, quia aliis etiam occaſionem peccandi dederunt. Nam cor meum inflãmatum illorum exemplo deſidario terrenorum. & renes mei, id eſt delectationes meæ quę deberẽt eſſe ſpirituales, mutatę ſunt in carnales. & ſic ego qui aliquid deberem eſſe, redactus ſum ad nihilum, id eſt ad hoc ut terrena tantum appeterem, quæ nihil ſunt. & neſciui, id eſt neſciens factus ſum. Et quia neſciens fui, ideo & ſi apud illos ſatis prudens uiderer & ſapiens, tamẽ apud te factus ſum ut iumentum, id eſt irrationabilis & inſipiens, dum ea quæ nihil ſunt appeterẽ, & quanquã appeterẽ, tamen ego ſemper fui tecũ: quia non hęc à dæmoniis, ſicut idolatræ faciunt, peto, ſed à te ſolo peto. Et ideo tu adiuuiſti me, ne penitus caderẽ: quia tenuiſti manum meam faciendo eam dexteram, id eſt feciſti ut opera mea prius ſiniſtra, id eſt peruerſa fierent dextera, id eſt bona. & me eductum de tenebris erroris deduxiſti. i. de uirtute in uirtutem prouexiſti. Et hoc non in meritis meis, ſed in uoluntate tua, & ſuſcepiſti me iam diſpoſitione, & tandem ſuſcipies me cũ gloria. Poſſunt & aliter duo ſuperiores uerſus legi. Quaſi dicat: Ipſorum quidẽ imaginem rediges ad nihilum, meam autem non rediges ad nihilum: quia cor meũ deſiderio tui eſt inflammatum: & renes mei, id eſt, delectationes meę prius carnales, mutatæ ſunt in ſpirituales: & ego redactus ſum ad nihilum, id eſt pro nihilo me reputaui, quòcum ad ea quæ prius inſtitui. & tamen uenialiter peccaui, quia neſciui, id eſt neſcius prius fui. Nunc autem factus ſum apud te ut iumentum, id eſt ſicut ſubiugale manſuetum & humile, cui ſemper ſcilicet onus tuum ſuaue & leue ſit. Et ideo ego ammodo ſemper ero tecum, quia nunquam caro me retrahit à uoluntate tua. Et meritò ſemper ero tecum, quia tenuiſti manum meam faciẽdo eam dexteram, ſicut ſuprà dictum eſt.

Quid enim mihi eſt in cœlo.] Verè tandem ſuſcipies me cum gloria. nam quid eſt mihi paratũ in cœlo? Vtiq; magnum aliquid. Gloria ſcilicet illa quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nõ aſcẽdit: & tamen quid ego miſer uolui ſuper terram? Vtiq; uile quiddam. hoc aũt (quaſi dicat) cõtigit ex defectu meo in anima & corpore. Per præuaricationẽ namq; Adæ multipliciter prius defecit caro mea & cor meum, id eſt corpus meum & anima mea. Nunc autem es Deus cordis mei, &c. Vel aliter. Q. d. Prius quidem utile quiddã uolui ſuper terram, nunc aũt iã defecit caro mea & cor meum à ſe, ut proficerẽt in te. Et tu Deus es cordis mei, id eſt es ille quem cor meũ diligit ut Deum. & es pars mea in æternum. Eligant enim alij partem quam uelint in mundo, ego te ſolũ partem hęreditariam mihi eligam in cœlo. Quia ecce, ideo meritò te Deum partem aſſumo, quia omnes illi peribunt, qui elongant ſe à te, id eſt qui non te partem aſſumunt. Et uerè peribunt, quia tu iam perdidiſti diſpoſitione omnem illum, qui fornicatur recedẽdo abs te. Illi fornicantur à Deo, qui ipſum non caſtè colunt: quia non propter ſeipſum, ſed propter aliud eum colunt.

Mihi autem adhærere Deo *bonum eſt.*] Fornicantes inquam abs te perdidiſti, me autem nõ perdidiſti: quia ego nõ fornicatus ſum abs te. Quoniam mihi eſt bonum, id eſt mihi uidetur utile & iocundum, tandẽ tibi Deo adhærere. Et ut tunc adhæreã, pono nunc interim ſpem meam, in te Domino redemptore & Deo creatore: ita ut annunciã omnes prædicationes tuas, id eſt, omnes laudationes, quibus tu es prædicandus annunciem. dico Syon filiæ, id eſt eccleſiæ, quia extra eccleſiam non eſt locus uerę prædicationis, quæ eccleſia propter uirtutum ornamenta, & filiorum fœcũditatem filiæ comparatur. & hoc in portis, id eſt, in publico, uel in uirtutibus.

IN PSALMVM LXXIII.

ARGVMENTVM.

MAchabeorum & pericula narrantur, & preces connectuntur.

INTELLECTVS ASAPH.

EXPLANATIO.

IDeo intellectus in titulo prænotatur, quia duplex captiuitas ſequitur, corporalis & ſpiritalis. Vna quæ templo deſtructo

deſtructo in Babyloniam duxit, altera quæ fide ſubuerſa erro rum confuſione ſubiugauit. hunc pſalmum Hieronymus contra Chaldeos cantatum putat Caßiodorus contra Romanos, Arno bius contra Philiſtijm, quando Oſni & Phinees ſacerdotibus interfectis arca Dei capta eſt. Synagoga per totũ loquitur pſal mum. In prima ſectione deplorat, cur traditi fuerint gentibus, ita ſanctuarium Domini inimicorũ profanaſſet audacia, memo rant quorundam Iudæorũ cor impœnitens, Domini prouocaſſe cenſuram, ex quibus tamen in fine ſeculi conuertendos eſſe pro phetat. Secunda dicit aduentu Chriſti ſuperſtitiones & iniqui tates hominum fuiſſe deſtructas, enumerans diuerſa eum feciſſe magnalia, inter quæ petit & Iudæis errantibus ſubueniri. Tertia rogat ut memor promißionum ſuarũ ab interitu ſemen eri piat Abrahæ, & ad ipſam aſcendat ſuperbia hoſtium, qui ſe ma niter extulerunt.

COMMENTARIVS.

V*T quid Deus repuliſti in finem.*] Intelligens Aſaph loquitur in hoc pſalmo: qui aut iam ſæpè diximus, phrenetici Iudæi non cognoſcentes tempus uiſitatiõis, & timentes perdere illud q acceperãt, occiderunt illũ qui dederat. Sed quid factũ eſt eis? Perdiderunt etiam terrena, & ubi ipſum occiderunt, ibi ipſi occiſi ſunt. Et quoniam metuẽtes perdere terram, datorem uitæ occidunt, ideo eandem terram occiſi perdiderũt. Et in eodem tempore quo ipſum occiderunt, ut ex ipſo tempore admonerentur cur talia paterentur. Quando enim ciuitas Iudæorum conuerſa eſt, paſcha celebrabant, & in multis milibus tota illa gens ad huius uenerant feſtiuitatis celebrationem. Vbi Deus per non bonos, ipſe tamen bonus: per non iuſtos, ipſe tamen iuſtus, & iuſtè iste uindicauit in eos, ut multa milia perimerentur, & ciuitas euerteretur. Hoc plangit intellectus Aſaph in hoc pſalmo, & in ipſo planctu uelut intellectus, id eſt intelligens diſcernit terrena à cœleſtibus, noua à ueteribus, ut ſciat per quæ tranſeat, quid expectet, quid relinquat, quibus inhæreat. Loquitur aũt propheta in hoc pſalmo, ut Aſaph, id eſt ut congregans, ſcilicet ut alios de populo illo aggreget ſibi in hoc intellectu ut diſcernat terrena à cœleſtibus, & terrena poſtponant cœleſtibus: & terrena poſtponant, cœleſtibus inhæreant. Et deplorat hic hiſtorialem ſubuerſionẽ illorum à Romanis & Tito & Veſpaſiano factã: quia tempus uiſitationis non cognouerant ad conuincendam eorum duritiem, ſcilicet ut qui medicum præſentem recognoſcere noluerunt, per rem manifeſta mala admoniti, ſaltem abſentem recognoſcant. Sic ergo incipit O Deus ut quid repuliſti nos, id eſt propter quid feciſti nos à defenſione tua uideri repulſos? Repuliſti nos in finem repulſionis, id eſt omnimoda & irrecuperabili repulſione. Cum enim ſic tribulabant, tot milia occidebantur, tot in captiuitatem ducebant, uere ab eo repulſi uidebãtur. Vt quid dicit iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ. i. ſuper illos quos tu elegiſti prius, & pauiſti legalib. & propheticis ſcriptis, ſicut pius paſtor oues ſuas paſcit? certè quaſi dicat, ideo repuliſti, & ideo iratus es: quia nos terrenis inhærebamus, & te paſtorem non agnoſcebamus.

Memor eſto congregationis tuæ.] Quaſi dicat: Et ut non repellas in finem, memor eſto congregationis tuæ ab initio, id eſt etſi iſti indigni ſint, ut eorum memor ſis, memor eſto ſaltem Abraham, quẽ prius liberaſti educẽdo de urbe Chaldeorum, à quo populus iſte quem congregaſti & elegiſti, carnaliter proceſsit, ut per ipſum aliquando liberes. Memor eſto dico congregationis tuæ, quam tu poſſediſti inter alias gentes, dando ei legem & præcepta. Non enim ſic omni nationi feciſti. Per hoc quia dicit, Congregationis tuæ, & quem poſſediſti: attrahit ſibi auditorem populum, ſcilicet illũ cui loquitur, & enumerat hic plura Dei beneficia prius illi populo cõceſſa, ut per hoc inducat eum ad alia conferenda.

Redemiſti uirgam hæreditatis tuæ.] Ideo etiã memor eſſe debes congregationis tuæ, quia tu redemiſti uirgam hæreditatis tuæ, id eſt tu liberaſti de Aegyptiaca ſeruitute hanc hæreditatem tuam per uirgam, id eſt per multa miracula facta à Moyſe in uirga. habet enim hiſtoria, quod cum Moyſes eſſet apud Iethro ſocerum ſuum, Dominus apparuit ei, & præcepit ei, ut rediret in Aegyptũ, & reduceret inde populum ſuũ. Cui dubitanti, an per eum fieri poſſet, dedit ei Dominus hoc ſignum, præcepitque ei ut uirgam, quam manu tenebat, in terra proijceret. proiecit & in colubrũ uerſa eſt. Cumq; ille expauiſſet, præcepit ei Dominus ut ſerpẽtem per caudam caperet. Cæpit, & mox uirga in ſe redijt. Et per hanc uirgã poſtmodum fecit Moyſes illa omnia ſigna, quibus Iſrahelitícus populus de Aegyptiaca ſeruitute eſt eductus. Deſignabatur aũt per uirgã in ſerpente Chriſtus in morte, q Apoſtoli extimuerunt: quia uidentes eũ mortuũ dubitauerunt, ſed Dominus præcepit eis, ut caudã caperent, id eſt non mortẽ, ſed illud quod ſequebatur, id eſt reſurrectionẽ conſiderarent, & ſic liberi à timore eſſent. Poteſt etiã per fluxum ſerpentis deſignari fluxus noſtræ mortalitatis: quã ne nos timeremus, præcepit Dominus Moyſi caudam capere, id eſt præcepit nobis ſemper finem illum attendere, quando in cœleſtem habitum cõmutati, æquales erimus angelis Dei. Vel aliter, Redemiſti uirgam hæreditatis tuæ .i. liberaſti de ſeruitute hanc hæreditatẽ tuã uirgæ cõparabilem, ſcilicet quia multa miracula feciſti per eam, ſicut Moyſes per uirgam prædictam. Vel redemiſti eam ad hoc, ut eſſet tibi hæreditas menſurata uirga, id eſt propriè tua hæreditas. Vel ut eſſet tibi uirga hæreditatis, id eſt directa hæreditas. Ponitur enim uirga pro directione. Et quia ſecundum has duas ultimas ſententias uidetur uirga hæreditatis ad oues de gentibus pertinere, quas prædicantibus Apoſtolis in hæreditatem maximè accepit: determinat ſubſequentibus de quibus agat. ac ſi dicat: Quæ aũt illa hæreditas? ſcilicet mons Syon, id eſt Iudaicus populus, qui habitauit in mõte Syon hiſtorialiter. Mõs Syon dico, in quo habitaſti per legalia inſtituta, tu dico eras in eo: quia tam manifeſtis ſignis cũ illis egiſti, ut præſens in eo eſſe intelligereris.

Leua manus tuas.] Ecce intelligẽs Aſaph pro inimicis orat, ac ſi dicat: Memor eſto noſtri Dñe, memor eſto etiam inimicorũ noſtrorum, ſcilicet leua manus tuas, .i. exerce potentiã tuã in .i. contra ſuperbias eorũ, per quos nos repuliſti, & iram tuã ſuper nos oſtẽdiſti. Leua dico non ad malũ, ſed ad bonũ, ſcilicet perducẽdo eos in finẽ .i. in Chriſtũ, q finis eſt ad iuſtitiã omni credenti. Vel leua tendens in finem leuationis .i. tantũ leua, quantũ opus eſt ut leues, ſcilicet adeò credant & ex perſecutorib. & inimicis imitatores fiant & amici. Et in quib. dominabatur ſuperſtitio, in eis præualeat religio. Ne aũt te turbet quod nullus ex gentibus illis Romanis, per quos euerſio illa facta eſt, nullus cõuerſus eſt. non enim hoc impedit, quia tamen hæc oratio in poſteris cõpleta eſt: & quaſi dicat, opus eſt leuatione, quia populus ille erat inimicus creaturã, ſcilicet q colit creatori præferẽs. Malignatus eſt .i. malignè egit multa in ſancto .i. in templo ſubuertendo, & ſacerdotio perimendo, & in cæteris quæ ſancta tua fuerant. Et quanta malignatus eſt? nefandiſsima ſcilicet. Et ideo dico quanta, quia pœnitentia malefacta eorũ ſecuta non eſt, immò gloriati ſunt, id eſt pro gloria nefas ſummũ habuerunt, qui oderunt te in medio ſolennitatis tuæ, id eſt in cõmuni, & ſumma tibi inſtituta ſolennitate. In paſcha enim Iudæi undique collecti in Chriſtũ ſæuierunt, in paſcha quoq; ſimiliter perierũt.

Poſuerunt ſigna ſua.] Oſtendit in quantum uictores inimici gloriati ſunt, ſcilicet in tantũ quod poſuerunt ſigna ſua non tua, id eſt aquilas, dracones, uexilla, quæ

ſuæ uictoriæ stant ſigna, poſuerunt ſuper ſummũ locũ ciuitatis ſiue templi, ſicut ſolent ſtatuæ poni in exitu uiarũ, id eſt in triuijs uel quadriuijs, ut à plurib. uideant. & hoc ideo, quia non cognouerunt. Quid non cogoouerunt? ſcilicet uictoriam illam non ex ſua eſſe uirtute, ſed ex noſtra iniquitate: nec attenderunt quia eſſent inſtrumenta tui irati, non regnum placati. facit enim Deus ſicut homo. homo filiũ uerberat quolibet ſarmento, deinde ſarmentum proijcit in ignem, filio uero ſeruat hæreditatem: ſic & Deus per malos caſtigat bonos, & per temporalẽ poteſtatem damnandorum exercet diſciplinam liberandorũ. Vel aliter: Poſuerunt ſigna ſua, & non cognouerunt hoc eſſe ſuper ſummo, id eſt ex diuina diſpoſitione non ex ſua uirtute, ſicut in exitu apparuit. Nunquam enim tam pauci tot milia & in tam munito loco poſſent ſuperare, niſi diuina diſpoſitione.

Quaſi in ſylua lignorum.] Exeqoitur ea quæ inimicus in ſancto malignatus eſt. Nam exciderũt ianuas eius, id eſt ſancti templi ſecuribus ſuis quaſi in ſylua lignorũ, id eſt ita ſine omni reſpectu ſicut arbor inciditur in ſylua ſub nulla cuſtodia poſita, ſed in uſum tantũ lignorũ deputata, & hoc fecerunt tendentes in idipſum .i. unanimiter, uel perſeueranter. & deiecerunt ea, id eſt templo appẽdentia, uel eam. i. ſanctam ciuitatẽ in ſecuri & aſcia. Hęc duo ponit pro omni genere inſtrumentorum. Ad hoc qooq; incenderunt igni ſanctuarium tuũ. i. ipſum templi ſecretarium, quo area teſtamenti & alia ſacro ſancta continebant. Et polluerunt ſtabulis equorum ſuorũ, & multis modis alijs tabernaculum exterius nomini tuo dedicatum, quod ſolũ erat in terra. Et dixerunt in corde ſuo, id eſt firmiter propoſuerunt non ſolũ illi Romani, ſed cognatio eorum. i. etiã alij eiuſdẽ cognitionis .i. gentilis, ſicut Nabuchodonoſor, qui prius eos captiuauerat, & alij perſecutores. His inquam dixerunt ſimul, id eſt oẽs boe tnum: Faciamus oẽs dies feſtos, qoos iſti dicunt eſſe Dei quieſcere, id eſt ceſſare à terra protſus excluſos. Hic Dei poſitum eſt, quantũ ad Aſaph, non quantum ad illos. Poteſt etiã uerſus iſte referri ad ipſos Iudęos. Quaſi dicat: Aſaph intelligens de eis, quia inimicus tante malignatue eſt in eos, ideo excæcati dixerunt in corde ſuo, non pauci ex eis, ſed cognatio eorum ſimul, id eſt omnes boc dixerũt, Faciamus omnes dies feſtos Dei à terra. Quandoquidem Deus repolit nos & patit nobis dominari inimicos, ergo & nos ſubtrabamus ei cultum ſuum quantum in nobis eſt.

Signa noſtra non uidemus.] Ecce iuſta cauſa repulſiõis. Quaſi dicat: Vt quid Deus repuliſti nos? meritò ſcilicet, quia terrenis inhærebamus, & te paſtorẽ non agnoſcebamus. Nã non uidimus, id eſt non attendimus ſigna noſtra, id eſt ſigna de uiſitationis tẽpore nobis data iam eſſe cõpleta. Quæ tamen uidere potuimus, quia iam non eſt propheta. Ecce unũ ex ſignis, quod ideo maximè ponit, quia in alijs omnib. captiuationibus præter hanc nouiſſimam fuerunt ſemper aliqui prophetæ, qui eis reditum de captiuitate prædicerẽt, & liberationem promitterẽt, fuerunt aũt & alia prædicta ſigna de tempore uiſitationis, ſcilicet quod nec rex eſſet nec ſacerdos: quia non eſſet unctio. iuxta illud: Cum uenerit ſanctus ſanctorum, ceſſabit unctio. Quæ omnia tunc ceſſauerũt, quia erant umbra. Et ueniente ueritate, neceſſe eſt ut tollatur umbra. Non attendimus inquam ſigna noſtram, & omnia malo merito noſtro non cognoſcet nos amplius, id eſt non ultra reſpiciet nos ut defendat ab inimicis. Dicit beatus Auguſtinus iuxta tranſlationẽ ſuam literã ſic, Et nos nõ cognoſcet adhuc: & ſubiũgit, Si aũt tu nõ cognoſcis, nunqd ipſe cognoſcit te? Vtiq; cognoſcit, qa iã uenit.

Vſq; quo Domine.] Hoc dicit intelligens Aſaph de gentibus, præuidens quæ aliæ oues illi adducant: & conuertit ſe ad Deũ. Quaſi dicat: Nos quidẽ ô Deus merito noſtro amplius non cognoſces, illas aũt alias oues quo uſq; differes? hoc eſt quod dicit, O Deus inimicus. i. gẽtilis populus uſquequo. i. quamdiu perſequendo & conculcando nos. & aduerſarius ſcilicet populus q̃diu irritabit. i. ad iram te prouocabit. per nomen tuũ, id eſt per laudẽ tuam & gloriam, cui contradicit. Erit ne hoc in finem? Vtiq; quaſi dicat, nõ erit in finem: quia uere illæ aliæ oues adducent. Et quando quidẽ hoc facies de inimicis, ot quid .i. propter quid Dñe auertis manũ. i. nos qui prius fuimus manus tue nõ ſiniſtra, ſed dextera: quia per nos multa bona operatus es. Quare inq̃ auertis nos de medio ſinu tuo. i. quare ſubtrahis nobis protectionem tuã faciẽdo nos ita uideri immũdos, ſicut manũ emiſſam de ſinu? Erit hoc in finẽ? Hic mittit nos ad hiſtoriã. habet enim hiſtoria, quando Dñs ſignum q; prędiximus, Moyſi in uirga oſtendit, hoc etiã aliud ſignum ei dedit. Præcepit ei ut manũ de ſinu educeret, eduxit, & ecce leproſa apparuit. Itẽ præcepit ei ut eam in ſinu reduceret. reduxit, & ecce ſimilis reliquæ carni fuit. In quo deſignatum eſt, quia cũ quiſquis de ſinu Dei, id eſt de fide, ſpe, charitate egreditur uelut hæretici & ſchiſmatici, ſtatim repletur lepra peccati: ſi quando uero pænitens redierit, mox ſanitatem recipit.

Deus aũt rex noſter.] Nos inquam dicimus, quia Deus nos auertit: ipſe aũt potius iã ad nos uenit, & nos uocauit. Nos quia Deus rex noſter factus p humilitatem ante ſecula, exiſtens per maieſtatem in medio terræ, id eſt in populo noſtro Iudaico undiq; gentib. circũdato, eſt operatus ſalutem. Quam ſalutem ut cõtemnerent homines terrena, & appeterent cæleſtia.

Tu confirmaſti in uirtute tua.] Exequit quomodo ſalutem ſit operatus. Quaſi dicat: Verè tu Domine ſalutẽ es operatus, quia ſicut cũ populum tuũ de Aegypto educeres, mare diuiſum utrunq; quaſi murũ cõfirmaſti, & aquas in medio ſiccaſti: ita mare, id eſt amarum fluxũ uitiorum in nobis cõfirmaſti, nõ tamen ſic ut uitia manerent, ſed ne ita ut prius per uitia difflueremus, & hoc feciſti nõ in meritis noſtris, ſed in uirtute tua. i. per potentẽ gratiã tuam. Et ſicut in aquis maris milites Pharaonis, qui uenerant ad deuorandũ populũ tuũ, ut dracones ſubmerſiſti, & capita .i. principes illorũ ita hic in aquis baptiſmatis contribulaſti, id eſt eſt contriuiſti & debilitaſti nõ ſolũ dracones, id eſt inferiores dęmones diſtributos ſingulis ad accuſandũ, qui ſpiritualiter uolunt nos deuorare ut dracões, ſed etiam capita illorum. i. illos qui illis inferioribus præſunt. Et plus etiam feciſti, quia congregaſti in eiſdem aquis capita draconis. i. illos ſummos dęmonum, qui principant ſub ipſo Satan, qui ſupremum caput eſt, & ipſum etiam Satan dediſti populis Aethiopum. i. illis qui prius erant denigrati in peccatis, nunc aũt ſunt p gratiam dealbati ſicut ſancti Apoſtoli & alij prædicatores ueritatis. Illis inq̃ dediſti ipſum Satan in eſcam, ſcilicet ut corpus eius. i. malos ei tanquam capiti adhærentes comedant. i. uerbo prædicationis ſibi conforment, & in ſe traijciant. Vnde cuidam illorum de hac eſce dictum eſt: Macta & manduca. Macta quidem in eis quod ſunt, & traijce eos in corpus tuum.

Tu diſrupiſti fontes & torrẽtes.] Per hoc inq̃ dediſti dracones in eſcam populis Aethiopũ, quia diſrupiſti fontes & torrentes. Petra enim in deſerto bis uirga percuſſa rupta eſt, & inde emanauerũt aquę dulces & largiſsimæ. Petra aũt bis uirga percuſſa, eſt Chriſtus duplici ligno crucis crucifixus, de quo emanauit aque abondas & larga doctrina, quæ ſola dulcis in huius uitæ deſerto. p hanc facti ſunt quidã fontes aquæ uiuæ ſalientis in uitam æternam, & quidã torrentes. Quia eũt in fontib. iugis aqua eſt, per fontes accipe præcipuos doctores uerbo & exemplo docentes: quia horũ doctrina ſtabilis eſt. Per torrẽtes uero accipe illos, qui etſi uerbũ ueritatis non implent opere, nõ tamen abſtinẽt ſe à prędicatiõe, qui citò deficiunt ut torrentes. Vel econuerſo per torrentes poſſumus accipere illos, in quib. impetus doctrinę eſt i. maiores: p fontes uero minores, ſcilicet à quib. paulatim doctrina fluet

Quod

Quod aũt dicit, Diſrupiſti fontes & torrentes: dupliciter dici poteſt, ſcilicet diſrupiſti .i. emanare feciſti fontes, uel fontes ipſos & torrẽtes diſrupiſti .i. queſi per diuerſos riuos ſparſiſti & ſiccaſti flouios Ethã. Etham interpretaẽ fortis ſiue robuſtue, per quem intel ligitur malè fortis ille, qui ex ſe fortis eſſe uoluit, & dixit: Ponam ſedẽ meam ad aquilonẽ. De hac mala fortitudine poculum mortis primis parentibus propinauit, quando eis perſuaſit ut ipſi per ſe fortes & dij ſibi eſſe uellent. Ab hoc quoq; diuerſi proceſſerunt fluuij, diuerſæ ſcilicet hęreſes & errores, quos Deus dicauit per fluuios ſuos & torrentes. Poteſt etiã torus uerſus ad Etham referri, ut ſic dicamus: Verè dediſti draconẽ populis in eſcã, quia tu diſrupiſti .i. deſtruxiſti fontes Ethem. fontes dico equę ſalientis in damnationẽ ęternam: & torrentes & fluuios, quę ſimiliter in malo accipias, ita ut de minori ad maius aſcendas.

Tuus eſt dies.] Quaſi dicat: ſiccaris fluuij Ethẽ, facti ſunt quidam dies, quidam nox, & ſimilia. & hoc non per ſe, ſed ꝑ te: quia dies eſt tuus, & nox eſt tua. Dies ſunt ſpirituales, illi q ſpiritualia ſpiritualib. prædicãt, Vt ille q dixit: In principio erat uerbũ, &c. Nox uero ſunt illi qui eorum carnalia carnalibus annuncianr. Nox fuit Paulus cum dixit, Nihil iudicaui me ſcire inter uos, niſi Chriſtum tantum, & hunc crucifixũ: dies uero cum dixit, Sapientiẽ loquimur inter perfectos.

Tu fabricatus auroram et.] id eſt, unũquemq; in uirtute incipientem lucere. Lux enim prima eſt aurora. Et tu fabricatus es ſolem, id eſt quemlibet adeo perfectõ, ut in alijs diem faciat. Tu etiam feciſti omnes terminos terrę, id eſt ex dono tuo eſt quicũq; faciunt ſe fines terræ. Et tu feciſti æſtatem, id eſt omnes ſpiritu feruentes, Dño ſeruientes. & uer uirtutũ flore uernantes, ſiue nouellos. Tu dico inquam plaſmaſti ea, id eſt omnia prędicta. Ex te enim ſolo habent q. ſunt. Et quia plaſmaſti ea, ideo Dñe ut cõſerues ea, memor eſto huius dicti: quia inimicus, id eſt Iudaicus popul⁹ improperauit .i. multa improperia intulit tibi Dño .i. etiam tibi uiridi ligno, uocando te filium fabri, uiolatorem legis, & ſimilia. & ſic populus ille inſipiens, id eſt non prouidens ſibi in poſterum, incitauit nomen tuum, id eſt ad iram te prouocauit per nomẽ tuum, q de terra penitus auferre uoluit. Et quandoquidẽ tibi uiridi ligno hoc fecerunt, quid facient in arido? cõ ſtat quia multo minus parcent arido, cũ non pepercerũt tibi uiridi ligno. Ergo Dñe ne tradas beſtijs, id eſt perſecutoribus quibuslibet, beſtialẽ ſenſum habentib. animas cõfitentes, id eſt qui ſe humiliant & confitentur peccata ſua tibi. animas dico pauperũ tuorum ne obliuiſcaris. Quaſi dicat: & ſi terra .i. corpora tradunẽ in manus peccatorũ, animas tamen pauperum .i. humilium tuorũ ne obliuiſcaris, ut deuocẽtur. aut ſi obliuiſceris, ne obliuiſcaris in finem, id eſt ita ut nõ amplius reſipiſcant. Humanum enim eſt peccare, diaboli cum perſeuerare. Et ne obliuiſcaris tuorum pauperũ, ideo Dñe reſpice miſericordiã exhibendo omnib. intendentibus teſtamentũ tuũ, ideo omnib. qui cæleſtia & æterne promiſſa appetũt. Et ideo dico illos reſpice, quia intendentes in teſtamentũ ſerui .i. appetẽtes terrena deſpicis. Quod innuit cũ dicit, quia repleti ſunt iniquitatum illi qui obſcurati .i. excæcati interius ſunt à domibus terræ, id eſt quia corda eorũ terrena ſapiũt. & ſemper terrena ſapiunt, & ſemper terrena appetunt, nec unquã ad cæleſtia ſe erigunt: unde quaſi uulpes inferiora terræ intrant.

Ne auertatur humilis.] Ita inquam dico ut reſpicias, ne ille qui uerè eſt humilis auertaẽ, id eſt deuocetur, cum ei improperabitur q, in mortuũ hominẽ credant, immò ſerpentem per caudam accipiat. id eſt gloriam reſurrectionis attendat, & ſic Chriſtũ non hominẽ tantum, ſed & Deũ uerum intelligat. ille dico factus confuſus ſi auertatur, uel factus confuſus ex conſcientia peccatorum. Et ideo non debet auerti, quia pauperi, id eſt ille qui ſibi eſt inſufficiens, & ideo habet ſe erga te humiliter ut pauper erga diuitem, & inops, id eſt ille qui reputat gratiam ſibi neceſſariam. Hi inquã uerè humiliando te, & bene operando laudabunt nomẽ tuum. Et quia hi laudabunt te, ergo Deus qui uidebaris iacere, exurge uel hic in notitia hominũ. uel exurge tandem ad remunerandum in iudicio, et iudica, id eſt diſcerne cauſam tuam, id eſt fidem tuam, hoc quidem moraliter dando conſtantiã his qui in te credũt, tandem uero etiam localiter. Quaſi dicat: Ne fruſtra Domine ſit quod in te credidi, uo peream quia credidi, quod non uidi. Nõ fallat me ſpes mea, accipiam q credidi. Iudica inquam cauſam tuam, & memor eſto improperiorum tuorum ſeruorum, ſcilicet ne eis præualeant. Improperiorum dico eorum quæ ſunt uenientia tota die, id eſt aſſiduè ab inſipiente populo perſecutorum, qui non ſibi proſpicit in poſterum.

Non obliuiſcaris.] Quaſi dicat: Ita dico memor eſto improperiorũ, ut non obliuiſcaris uoces inimicorum tuorum, id eſt improperia illata tuis ab inimicis, quæ ſunt uoces, quia manifeſtè in his tibi contradicunt. Sed ſicut ſuperbia eorum qui oderunt te, in tuis ſemper aſcendit, id eſt magis & magis augetur: ita econtra uindicta tua augeatur.

Eſt & alia lectio in hoc pſalmo à principio, ſi quis non hiſtorialem, ſed moralem inſiſtat deſtructionem per illam ſignificatam. Et dicat, quia intelligẽs Aſaph, id eſt propheta deplorat in hoc pſalmo cæcitatẽ Iudęorum, qui tempus uiſitationis non aduerterunt ad conuincendam duritiam eorũ, ſcilicet ut ſi præcedere noluerunt, ſaltem poſtquã populus prius incognitus ſeruit, per ęmulationẽ adducti ſequerentur qui præceſſit. Et ita dicit, O Deus, ut quid nos repuliſti excæcando nos, ut non aduerteremus tempus uiſitationis? Repuliſti in finem, ſcilicet uſq; in finem illum, quando reliquiæ ſaluæ erunt. Vel in finẽ repulſionis, id eſt omnimoda repulſione? Vtiq; non, quia furor tuus habitus ſuper oues paſcuæ tuæ, id eſt ſuper nos quos prius legalib. & propheticis ſcriptis pauiſti, ſicut pius paſtor oues ſuas paſcit: eſt iratus, id eſt citò uelut ira tranſiet. ita enim breuis furor eſt. Memor eſto congregationis tuæ, ne in finẽ nos Deus repellas, ſed memor eſto cõgregationis in hoc quod tuę .i. ſi non palearũ, memor eſto ſaltẽ granorũ, congregationis dico, quã tu poſſediſti ab initio: quia nuſquã defuerũt q reputandi eſſent in ſemine. Quare debes memor eſſe illorũ, ideo etiam debes eſſe memor congregationis: quia tu redemiſti ſanguine filij tui uirgã hęreditarie tuæ .i. hęreditatem uirga menſuratam, id eſt tibi propriam. uel talem hæreditatẽ, quæ eſſet uirga hæreditatis, id eſt directa hæreditas. quaſi dicat: & tantũ preciũ pro ſolis gentibus dediſti? quæ aũt illa hæreditas? ſcilicet mons Syon, id eſt uiuentibus ſublimes, & futura tantum ſpeculãtes, tam de Iudęis quam de gẽtibus. Mons Syon dico, in quo habitaſti, uerſans in eo per fidem & operationẽ. In illis enim prioribus quaſi per umbram habitaſti.

Leua manus tuas.] Quia poſſediſti congregationem, quia redemiſti hæreditatẽ: ergo Deus leua manus potentiæ tuę in ſuperbias eorum, ſuper quos furor tuus iratus eſt, ſcilicet qui ſuperbè contra te locuti ſunt, dicentes: Non habemus regem niſi Cæſarẽ. Et hunc neſcimus unde ſit, & ſimilia. Leua dico, in finem eos perducendo. Vel in finẽ leuationis .i. quãta leuatiõe opus eſt ut prius. Et opus eſt ut leues. nã quãta malignatus eſt inimicus ille Iudaicus populus in ſancto tuo, ſcilicet in ſancto ſanctorũ. Ceperunt enim, ligauerũt, conſpuerunt. ſpinis coronauerunt, &c. talia in eũ fecerũt. Et ideo dico quanta, quia illi qui oderunt te odiendo illum qui dixit: Qui diligit me, diligit & illũ qui me miſit. gloriati ſunt, id eſt gloriationem ſibi fecerũt ea quæ in ſancta ſanctorum malignati ſunt in medio ſolennitatis tuæ. ſcilicet quando potius intẽdere debeſſent ſolennitati. Et uere gloriati ſunt, quia poſuerunt ſigna: ſigna dico ſua .i. ſuæ uictoriæ ſigna, ſcilicet milites, cuſtodes, & ipſum etiam lignũ crucis. Et non cognouerunt

Digitized by Google

nouerunt hoc eſſe ſuper ſummu.i.non ex ſua uirtute, ſed ex tua diuina diſpoſitiune.iuxta illud:Nun haberea in me puteſtatem, niſi daſuper tibi datum fuiſſet. ſicut in exitu ipſo,id eſt in reſurrectiune appatuit.

Quaſi in ſylua lignorũ.] Nũ ſulũ in ſanctu ſancturũ ma lignati ſunt,ſed etiam in eius mẽbra:quia exciderunt ianuas eius.i.illos per quus ingreſſus eſt ad aum, ſcilicet ſanctoa Apoſtulus, ſecuribus.i.grauiſsimis tribulatiunibus,& hoc in idipſum,id eſt unanimirar,quaſi inciderent aliquid in ſylua lignorũ,id eſt aliquem de grege damnaturũ & inuribum. Et deiecerũt ea, id eſt appendentia,huc eſt minures ad ipſum ſanctum ſanctorum pertinentes,in ſecuti & alcia.Per ſecutim intellige muleſtias, per aſciam ueru quæ magis cauat blanditias: quia ſæpè plus nocet lingua adulaturis q̃ manus perſecuturis. Sanctuarium aũt tuum .i. ipſum Chriſtum incanderunt igni.i.ipſum Chriſtum incenderunt igni.i.feruentiſsima tribulatione.& tabernaculũ numinis tui,quod ſulũ erat in terra.i. tabernacularres tibi de priuti populu polluerunt reputatiune ſua,quam curpura eurum deuurãda beſtijs & auib. pruiecerunt.uel pulluerunt deijciendo illud in terrã, quanũ ad quuſdam quus deuucauerunt , & dixerũt in curde ſuu : Cugnatiu nuſtra ſimul,id eſt umnes in hoc cunuenerunt,ut Chriſtianum numen prorſus deſtruerent dicentes, Faciamus quieſcere umnes dies feſtos Dei à terra. Dies accipit euangelicæ ueritatis luce clarus,feſtos ueru in quibus Deus ita delectatur ſicut homines delectari ſolent in feſtiuitatibus, uel feſtos,id eſt dignè feriantes Deu.

Signa noſtra non uidimus.] Vt quid inquam Deus repuliſti nos? ideu ſcilicet,quia nus non uidimus ſigna noſtra,ut ſupra dictum eſt:quæ tamẽ uidere putuimus, quia non eſt prupheta: & quia ſigna completa ſunt, ideu Deus nun cugnoſcet nus amplius in diſciplinatu Muyſi.poſtquam enim ueritas uenit, non cognoſcet nus amplius in umbra.

Vſque quo Deus.] Dico quia Deus amplius non cognoſces nus in umbra. Vſq; quo aũt Deus in hac cæcitate manebimus, id eſt uſq; quu Deus inimicus iſte pupulus Iudaicus imprupcrabit tibi,uucãdu te mutuũ latrunẽ,& ſimilia.Et uſq; quu, id eſt aduerſarius irritabit ta per nomẽ tuũ,quod deſtruere uult de terra? Erit hoc in finẽ? Vt quid dicu auertis, id eſt permittis nos uideri auerſos nus dexteram manũ tuam,de mediu ſinu,id eſt de fide tua & præceptis tuis,erit hoc in finem? Deus autem rex nuſter,nos quidem ſigna uiſitationis nun attendimus,Deus aũt rex nuſter operatus eſt ſalutẽ uerã in medio terræ,id eſt in corde gentilium,huc eſt, aliæ illæ oues iam gratiã ſuſceperunt. Ergo q.d. Aſaph curtige te,& ſi noluiſti præcedere,ſaltem quud præceſſit ſequi enitara:& cõuertit ſe ad ipſum Deũ,oſtendẽs quomodo ſalutẽ operatus ſit cũ dicit.

Tu confirmaſti in uirtute tua mare.] Quod ibidem cum & cæteris ſequentibus in hac ut in priori lectione dicitur,quia mare hic ad gentes refertur.

Sciẽdũ quoq;,quia nõ defuerũt qui hunc pſalmũ ad primitiuam eccleſiã referrent, quos imitando Dominus: quia intellectus Aſaph.i. prupheta deplorat in huc pſalmo perſecutiunẽ martyrum de primitiua eccleſia,quã & ab internis & ab externis hoſtibus paſsi ſunt,non tã pro illurum tribulatione, quam pro perſequentiũ cæcitate.& dicit ira ſe illis aſſociando : O Deus ut quid repuliſti nus,id eſt quare permiſiſti nos uideri à te repulſos & abiectos, dũ ſic ab inimicis tribulamur. Et ut quid iratus eſt.i.uidetur iratus furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ.i.ſuper nos quus tu in ſcripturis tuis reficis, ſicut pius paſtur oues ſuas paſcit? Ne repellas nus inq̃ Deus,neq; iraſcaris ſuper nus,ſed memor eſto cõgregationis tuæ aggregãdo nubis oẽs illos quos præuidiſti nobis aggregandos. Congregationis dico,quam tu poſſediſti admixto. iuxta illud: Qui in ipſo nos elegit ante mundi cõſtitutionem. Et quam etiam tu redemiſti precioſo ſanguine filij tui.

ut eſſet tibi uirga hæreditatis , id eſt directa hæreditas,quæ hæreditas eſt mons Syon, ut ſupra dictũ eſt. In quo habitaſti ens in eo per fidem & operationem.

Leua manus tuas.] Hoc inquã modo dico memor eſto cõgregatiunis,ut leues manus tuas in ſuperbias eorũ per quos uideris nus repuliſſe.i.in ſuperbias perſecuturũ,perducendo eas in finẽ. Vel leua in finẽ leuatiunis, quantum upus eſt,ut leues ſcilicet interim,ut qui prius fuerant præceſſores,fiant ſubſecuturcs,& perſecutores fiant prædicatores.Et ideo dico leua in ſuperbias,quia quãta. i. quẽ ſuperba & quã crudelia malignatus eſt inimicus.i. perſecutor populus in ſancto populu tuu demuliendo. Et gluriati ſunt.i.glorioſos ſe putauerũt, unde potius igouminiuſi erãt illi qui uderunt te.i.udiũ exercuerũt in te in medio ſolennitatis tuæ .i. in illis uiris qui erant cõmuniter nota umnib. ſulennitas tua.Mediũ enim accipiť pro cũmuni: quia q̧ mediũ eſt,æqualiter accedunt ad oẽs,& recedũt ab omnib.Solennitas aũt Dei uera ſunt illi, qui nũ ſolũ præteritam uitã ſuam damnant , ſed ſemper ſe peccatores fuiſſe recogitãt,& ſic cauti ad futura ſunt,& digne Deo feriant. Poſuerũt etiam ſigna ſua dico ſigna ſcilicet diuerſus cruciatus & inaudita genera turmẽturũ adinuenerunt contra ſanctus martyres,in quib. ita quaſi in prupheris gloriabanť, & nõ cugnuuerunt huc eſſe ſuper ſummu.i.de diuina diſpoſitiõe, quę uoluit ut ſanguis ſancturũ martyrũ effunderat, quu ſeges eccleſiæ impinguata pullularet,& centiplicatum fructum afferret ſicut in exitu,id eſt in cõuerſione & incorpuratione perſecuturum apparuit.

Quaſi in ſylua lignorum.] Exequiť quanta malignatus eſt inimicus,ſicut & prius, ſcilicet quia exciderunt ianuas eius ſancti templi.i.illos per quus ingreſſus erat in illud cunſurtium quaſi in ſylua lignorũ.i. quaſi aliquus inutiles & infructuuſus. Et deiecerũt ea,id eſt appenditia.uel eam ciuitatem in ſecuri & aſcia. Quia ſanctuarium,id eſt perfectiores incenderunt igni. Et totum tabernaculum nominis tui polluerunt in terra ſicut prius.Sequens quoq; uerſus non mutatur.

Signa noſtra non uidimus.] Q. d. Vt quid Deus repuliſti nos? ideu ſcilicet ut capiti nuſtru aſsimilaremur. Quia nun ne uidimus ſigna nuſtra & ſigna tribulationis & perſecutionis nuſtrę in capite nuſtru? Eius enim tribulatiu ſignum fuit noſtræ tribulationis. Nam quæcunq; reſtant paſsionũ in curpore Chriſti uportet perfici.Et nun ſulum tribulatiunẽ nuſtram in ipſu capite uidemus,ſed & mercedem:quia propheta ſingularis & præcipuus.i.Chriſtus iã nõ eſt ut prius, quia eſt immortalis & impaſsibilis factus. Vnde Apoſtolus:Et ſi Chriſtũ cugnuuimus iã ſecundum carnem, non cognouimus.Et quia & quid pati & quid ſperare debeamus in ipſo uidimus:iam amplius nõ cognoſcet nus in diſcipulatu Muyſi , non enim terrena inſiſtamus, & in delicijs carnalibus ſimus.

Vſque quo Deus.] Ecce quomudo intelligens Aſaph magis cunduler cæcitati perſequentiũ, quam tribulatiuni ſancturũ martyrũ. Quaſi dicat:Dico quia non cugnoſces nus amplius in delicijs. Vſq; quo aũt ô Deus improperabit tibi inimicus , id eſt quamdiu patieris cęcitatem inimicis nos perſequentibus, & ut quid auertis manum tuam, id eſt quamdiu patieris etiã nos uideri immũdos & abiectos,dũ ab illis tribulamur,& illi nobis non incorporantur? Erit hoc in finem?

Deus aũt.] Nos quidẽ dicimus q̧ Deus auertit nos, quia tribulamur: ipſe aũt per hoc putius recipit nos, quia iam operatus eſt ſalutem per ſanctos martyres ſuus in medio terræ,id eſt in corde gentium. Effuſo enim ſanguine ſanctorum martyrum ſeges Eccleſiæ impinguata pullulauit,& centiplicatum fructũ fecit. Et oſtendit quomodo uparatus eſt ſalutem per illus dicens:Tu confirmaſti per illos mare, ita tamen ut cõfirmatio illa non ex eis eſſet,ſed in tua uirtute,qui dixiſti:quia ſine me nihil poteſtis facere. Cætera non mutantur.

IN PSALMVM LXXIIII.

ARGVMENTVM.

POſt uictoriã de Senacherib, ex totius populi perſona redduntur officia uotaq; gratiarũ.

IN FINEM, NE CORRVMPAS, Pſalmus cantici Aſaph.

EXPLANATIO.

Aſaph ut ſæpè diximus, interpretatur Synagoga, illa utiq; quæ credidit, non quæ obſtinata permanſit. Nam poſt reſurrectionem Domini confeſſa legimus multa milia Iudæorũ, quos Aſaph iſte nunc admonet, ne fidem ſuam corrumpat in finem, id eſt in Dominum ſaluatorem. Primo ingreſſu fideles Iudæi dicturos ſe omnia eius mirabilia profitentur. Secundo rex ipſe loquitur Chriſtus, iuſtitiam ſe iudicaturum promittens, cũ tempus generalis reſurrectionis aduenerit. Commonet etiam ne quis audeat aliquid contra diuina mandata præſumere, & eum poſſit æterna pœna torquere.

COMMENTARIVS.

COnfitebimur tibi Deus, confitebimur.] Pſalmus iſte affert medicinam humilitatis contra tumorem elatiõis, hoc agens ut nec quiſquã ſuperbus de ſe præſumat, nec aliquis humilis de Domino deſperet: ſed in quocunq; ſtatu terum homo in hac uita ſe egerit, non ſit ei refugium niſi Deus: nec ſit ei gaudiũ, niſi in promiſsis eius. Cuius titulus eſt, In finem ne corrũpas, Pſalmus canticum uel cantici Aſaph. Pſalmus iſte relatus in finem temporũ, qui eſt canticum: quia talẽ inſiſtit operationẽ, quæ pertinet ad ſpiritualẽ gaudium, ſcilicet confeſsionẽ ueram, inuocationem & narrationẽ. Canticum dico attributũ Aſaph, id eſt uerè cõgregatori, illi ſcilicet qui diſperſos Iſrael per fidem cõgregauit, hoc intendit & hortatur ne corrumpas. Quid eſt ne corrumpas? Hoc eſt, ut tu quiſq; quod promiſiſti ſoluas. Promiſiſti enim Deo in bapriſmate, quod diabolo & omnib. pompis eius abrenonciaris: & hoc ne corrumpas eundo in finem, ut beatus Auguſtinus uult, id eſt attendẽdo eius promiſsionẽ. Illuc enim animus dirigitur, & quicquid in præſenti occurrit, totũ tranſiliat, ut ad finẽ perueniatur. Nec eſt timendũ ne aliquis potentum corrumpat promiſſa eius, ſi tu tua non corrumpis. Ipſe enim non corrumpit, quia uerax: potentior nõ corrumpet, quia nullus potentior eſt. certi ergo de promiſsis eius cantemus, unde incipit pſalmus. Pro nobis enim caput noſtrum hæc loquitur: O Deus cõfitebimur tibi, hoc eſt, humiliabimus nos, & peccata noſtra tibi perfectè cõfitebimur: quia multotiens hoc faciemus, & ſic nomen tuũ inuocabimus. Q. d. Noli inuocare niſi confitearis, ſed prius cõfitere, & ſic inuoca. Cõfeſsio enim mundat templũ, quo ueniat inuocatus. Quod aũt iterato ponit, Confitebimur: ideo facit, ne te pœniteat eſſe confeſſum. Sæpius enim cõfiteri iudici homini parat mortẽ, ſæpius uero confiteri Deo iudici parat ſalutem: ſecurus ergo confitere, quia bonus eſt cui cõfiteris, ut pſalmiſta ait: Cõfitemini Dño quoniã bon⁹ eſt. Bonus eſt, quia cõfitenti ignoſcit. Fac ergo cõfitendo ꝓpitiũ, quẽ tacendo non facis neſciũ. Venire uero nõ uult uocatus, ſi tu fueris elatus. Elatus ſi fueris, confiteri non poteris. Ergo humiliare & confiteri, & ſic uere inuocabis nomẽ eius: quia faciendo te ſeruũ repræſentabit in te hoc nomen Dñs. Qui uero ſuperbit, hoc nomen Dñs in ſe non oſtendit, imò æqualis uel maior uult uideri.

Narrabimus mirabilia tua.] Confitebimur inq̃, & inuocabimus, & deinde narrabimus mirabilia tua. Quæ mirabilia? Scilicet diſpoſitionẽ antiq̃, reparationẽ nouam, felicitatem æternã. Quid mirabilius, q̃ mortuorum ſuſcitatio? Oẽs enim iniqui, etſi uiuunt corpore, mortui tamen ſunt mente. Alioquin nõ diceret eis Apoſtolus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit tibi Chriſtus, & eſt ordo uidendus. Confitẽs namq; euacuauit ſe à malis, inuocans repleuit ſe bonis, narrãs eructuat, quibus ſe impleuit. Narrabimus inquam mirabilia tua. Et poſt narrationẽ ego præcipuus ſcilicet inter confitentes, inuocantes & narrantes, iniuſtè iudicatus iudicabo iuſtitias: gratias miſericordiæ eius qui prius uoluit narrare, q̃ iudicare. Si enim prius iudicaret, nullũ liberandus inueniret. Audiamus ergo eum narrantem, quia ſicut tempſerimus narrantem, experiemur iudicantẽ. Nunc enim in tempore miſericordiæ donat præcepta confitenti, in tempore uero iudicij, nulli parcet cõtemnenti. Quiſquis ergo uult non timere tunc punitorem, amet nunc donatorem. Sequitur.

Cum accepero tempus.] Accepit tempus non ille à quo ſumus creati, ſed ille per quẽ ſumus reparati. Ille non accepit tẽpus, à quo homo aſſumptus cõmutatus eſt in melius: accepit tempus ut filius hominis: gubernat tempora, ut filius Dei. Et ſicut accepit tempus naſcendi, moriendi & reſurgendi: ita accepit iam diſpoſitione, & accepturus eſt tandem tempus iudicandi. Accipiamus ergo & nos nunc tempus iuſtitias faciendi, ut nõ timeamus in tempore iudicandi. Quod autem dicit, Iudicabo iuſtitias: tripliciter dicitur, ſcilicet uel iudicabo iuſtitias, id eſt iuſtè iudicabo, uel illos qui emphaticè ſunt dicendi ipſa iuſtitia, digne iudicabo, id eſt ſeorſum ſeparabo ſicut ſanctos Apoſtolos, uel ſeparabo iuſtitias ab iniuſtitijs.

Liquefacta eſt terra.] Opus eſt ut iuſtitias iudicẽ, quia tale quod eſt admixtũ, quod neceſſe ſit ſeparare. nam quod terra liquefacta eſt, id eſt terreni cõcupiſcentijs carnis dediti, diſſoluti ſunt: quia quid aliud uita taliũ eſt, q̃ quædã diffluxio à creatore ſuo? Sicut enim charitate ſuperiorum animus conſolidatur, ita cupiditate terrenorum diſſoluitur, & omnes qui habitant in ea. Si terram pro terrenitate accipimus, tũc dicemus: quia illi maximè liquefacti ſunt, qui habitant in ea, id eſt qui magis delectantur in ea. Si uero terram ita accipias, ut ſit continens pro contento, tunc ſimpliciter erit oſtenſio, quare dicat terram liquefactam, propter homines ſcilicet qui habitant in ea. Sequitur.

Ego confirmaui columnas eius.] Columnas terræ uocat illos, ſuper quos terra in ſe diſſoluta ædificata conſolidatur, ſcilicet ſanctos Apoſtolos, ſuper quos ædificiũ illud fundatum eſt. de quo dictum eſt: Dei ædificatio eſtis, Dei agricultura eſtis. Hæ columnæ quodã terræ motu nutauerũt, quia in morte Dñi dubitauerunt & deſperauerunt dicẽtes, Nos putabamus q, redempturus eſſet Iſrael: ipſe uero reſurgens eos confirmauit, quia mortem eis non eſſe timendam demõſtrauit, oſtendendo timentib. nec ipſum corpus in morientib.

Dixi iniquis.] Confirmaui inq̃ columnas, & per illas columnas dixi iniquis hoc: Nolite agere deinceps iniquè. Iniquos ideo dicit, quia nullũ æquũ inuenit, oẽs enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et delinquentib. poſt hoc dictum. Delinquere eſt, datõ præceptũ præterire, illis inq̃ dixi: Nolite exaltare cornu. Q. d. Si feciſtis iniquitatẽ p cupiditatem, nolite defendere eã per elationem. Qui enim iniquitatẽ facit, iniquus eſt: qui uero eam defendit, et iniquus eſt & ſuperbus. & q̃d cornu dicat, ſubſequẽter determinat, ac ſi dicat: Nolite dico extollere cornu ueſtrũ in altum, & humiliare cornu Dei in imum. ſed potius cornu noſtrum frangatur, ut cornu Dei in nobis exaltetur. Cornu noſtrum eſt de præſumptione & de elatione: cornu uero Dei ſunt uirtutes, quæ alta petunt ut cornu, & per has uentilatur inimicus. Et nolite loqui iniquitatem aduerſus Deum, quod ille facit, qui Deo ſubtrahit rega

homi

Digitized by Google

num ſuum dicens: Quomodo putatur Deus regere mortalia, quomodo creditur curare ea quę ſunt in terre? Vtiq; ſi curaret ea, non tot mali abondarent felicitatibus, nec tot boni opprimerẽtur laborib. Ille quoque iniquitatem loquitur aduerſus Deum, qui quando aliquid patitur, iniuſtè ſe illud pati dicit. Et ſic illũ cuius iudicio hoc patitur, iniuſtum aſſerit, ſe enim iuſtificat, & Deum damnat.

Quia neque ab oriente neq; ab.] Quaſi dicat: Ideo non debetis facere uel loqui iniquitatem, quoniam iudex eſt futurus iniquitatis ueſtræ. ſed ille iudex neq; ueniet ab oriente tantum, neq; ab occidente tantum, neq; tantum à deſertis montibus: quoniam Deus eſt, .i. ubiq; præſens eſt. ubiq; publicus, ubiq; occultus. Neq; enim ueniet de diuerſis locis, ſed eſt in cordib. ueſtris. Et talis erit ibi, qualis & tu futurus. Si bonus, adiutor: ſi malus, punitor. Nulla ergo fuga reſtat, niſi fugere ab irato ad placatum. Deſertos montes uocat auſtralem & ſeptentrionalẽ plagam, quare altera propter frigus, altera propter calorem deſerta eſt. Et ſunt montes, quia ſunt eminentes partes, hoc ad literam. Allegoricè quoq; prędictę partes accipi poſſunt, ut ſic dicatur: Ideo non debetis loqui iniquitatem, quia iudicium de ueſtra iniquitate futurum eſt. Non autem humanum quod poſſit falli, quia iudex ueſter neque erit ab oriente, id eſt de illis hominib. qui ſunt oriens, neq; de illis qui ſunt occidens, neq; à deſertis montibus: quoniam Deus iudex totũ ueſter erit, cuius iudicium falli non poterit. Oriens homines illi uocantur, qui lucem iuſtitiæ perceperunt: quibus uero ſol iuſtitiæ nondum illuxit, occidens dicuntur. Deſerti autem montes ſunt hæretici, qui ſe montes faciunt uſurpatione magiſterij, ſed tantum deſerti ſunt, quia inutiles & infructuoſi ſunt.

Hunc humiliat, & hunc exaltat.] Deus inquam iudex ueſter eſt. Quid autẽ facit iudex ille? hunc ſcilicet, iactantem merita ſua humiliat, ſicut illum qui dicebat: Domine gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri hominum, & reliqua. per quem deſignatus eſt populus ille qui iuſtitiam ſuam ſtatuere uoluit, & iuſtitiæ Dei nõ eſſe ſubiectus. Hunc autem alium, ſcilicet clamantem uulneret, & humiliatorem ſe exaltet, ſicut illũ qui nec oculos ad cœlum leuare audebat, per quẽ gentilis populus de meritis non præſumens eſt deſignatus. Et ideo hunc exaltat, hunc humiliat: quia quaſi dicat, ſimilis eſt præpotenti pincernæ, qui in domo imperatoris habet poteſtatem hunc, & hunc potandi. Namque calix eſt in manu Domini, quo potat quemcunque uelit. Calicem uocat ſententiam diſtricti iudicis, qui calix eſt plenus mixto, quia continet & remunerationem bonorum, & damnationem malorũ. Et tamen eſt uini meri, quia in neutra parte nihil niſi qui merum, id eſt iuſtum ſit fit. Et hũc calicem inclinauit prius ipſe in hoc uas, id eſt in remunerãdos bonos. & ex hoc uaſe in aliud uas, id eſt in damnandos malos: uel econuerſo prout ſibi placuerit. Et quamuis inclinaret, tamen non ita factum eſt in hoc calice, ſicut ſolet fieri in alijs: quia fex eius quantumcunq; inclinaretur, non eſt exinanita, id eſt non eſt effuſa: quia ibi nulla fex erat, ſed ſolum merũ, ut prædiximus. Et tamen bibent de calice illo prout conueniens erit, omnes peccatores terræ, id eſt quicunq; terreni præuaricatores: qui ut ita dicam, fecereo potu tantum digni uiderentur. Vel aliter: Calix eſt ſcriptura tota ueteris teſtamẽti, in qua latet ſpiritualis intellectus, uelut in fece carnalium ſacramẽtorum. Et inde eliquatur merum uinum, id eſt ſpiritualis ille intellectus. Vnde ille de quo dictum eſt: Qui ſe humiliat potatur, immò inebriatur. Iuxta illud: Calix Domini inebriãs quam præclarus eſt. Feces autem reſederunt ibi, unde potatur ille de quo dictum eſt: Qui ſe exaltat. Quod eſt dicere: Ideo humiliat hunc & hunc exaltat, qui potẽs eſt. Namque calix prædictus eſt in manu, id eſt in poteſtate Domini. Calix dico uini meri, id eſt continens ſpiritualem intellectum, tanquam uinum merum. Et eſt tamen plenus mixto, id eſt carnali intellectu, qui eſt quaſi mixtum, id eſt turbulentum uinum. Et hunc calicem inclinauit prius ipſe in hoc uas, id eſt in ſuperbum Iudaicum populum, & infudit ibi mixtum. Et ex hoc uaſe inclinauit in hoc aliud uas, id eſt in humilea de gentibus, & infudit ibi merum. Sed quãquam etiam hoc inclinaſſet, tamen fex eius non eſt exinanita, ſed reſedit potius fex: quia remanſerunt Iudæis & litera & carnales obſeruantiæ, & hoc modo bibẽt de calice illo omnes peccatores terræ humiles quidẽ, & peccata ſua cõfitentes merum: alteri uero, & qui ſe iuſtificant, mixtum. Et ſicut bibentes mixtũ euaneſcũt, ita bibentes merum proficient. Vel aliter: Calix id eſt ſcriptura ueteris teſtamenti eſt in manu Dñi, in quo calice eſt uinum merum, id eſt ſimplex & litera uel intellectus, quantum ad Iudæos, qui ſola carnalia inſiſtunt: plenus uero mixto eſt, quantum ad nos qui per carnalia aſcendimus ad ſpiritualia. Et hunc calicem inclinauit in hoc uas, id eſt in primitiuum populum Eccleſiæ, & infudit ibi mixtum. Et ex hoc uaſe in hoc aliud uas inclinauit: quia per ſanctos Apoſtolos & alios primitiuos mixtum, & in poſterioribus de gentibus infudit. Sed quãquam & in hos inclinaſſet, fex tamen eius non eſt exinanita: quia adhuc remanſerunt quædam uiliſsima carnalia, ut quod Iudæi pueros circumcidunt, & alia talia faciunt. Quæ uero maiora ſunt legis, prætermittunt, & de hac fece bibent omnes peccatores terræ inhærentes: non quòd omnibus ſint obſeruantiæ carnales, ſed ſicut illi qui in obſeruantijs illis delectantur, quaſi de fece bibũt: ita quæcunq; in aliquibus carnalibus delectantur, quaſi cuiuſdem fecis participes ſunt. Ego autẽ & mei (quaſi dicat) de fece illa nõ bibemus. Vel ſecundum priores ſententias dicas: Ego autem & mei ſeorſum bibemus, quia ego annunciabo & dictis & factis in me & in meis, quod annunciãdum eſt in hoc præſens ſeculum. Et tandem uere cantabo Deo Iacob, id eſt Deo poſterioris populi. Beati enim qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Et tunc confringam omnia cornua peccatorũ, id eſt conteram & adnihilabo omnem elationem & potentiã peccatorũ & per me & per meos. Iudicabunt enim ſancti nationes, & dominabuntur populis. Et extra cornua iuſti, id eſt uirtutes & dona ſpiritualia iuſtorũ exaltabuntur, quia æterna gloria coronabuntur.

IN PSALMVM LXXV. ARGVMENTVM.

VT ſuprà. Aliter uox Eccleſiæ ad Chriſtũ.

IN FINEM IN LAVDIBVS Pſalmus Aſaph, canticum ad Aſſyrios.

EXPLANATIO.

Aſſyrij dirigentes interpretantur, qui iam fidei regulis docti rectis ſemitis ambulare contendunt: hos alloquitur Aſaph laudes Domini mirabili uarietate decantans. quidã codices habent Canticum contra Aſſyrium, ubi intelligitur contra diabolum pſalmum hunc ſub perſona Sennacherib regis Aſſyrij cantatum. Contra eum enim notus factus eſt in Iudæa Deus in Chriſto, mundum concilians ſibi. Aſaph in prima parte dirigentes, id eſt fideles alloquitur Iudæos, deſignans ubi nomen Domini factum ſit uirtutum declaratione notiſſimum. Secunda dicit admiranda quæ geſſerit. Tertia omnes deuotos admonet, ut Deo terribili munera offerre non deſinant, quæ ſpiritum principiſ ſalutari emendatione purificat, quæ partes Diapſalmatum ſunt interpoſitione diuiſæ.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

Notus in Iudæa Deus.] Titulus eſt talis, In finem in laudibus, pſalmus Aſaph, canticum ad Aſsyrios. Hæc uerba referuntur in finem, & ſunt pſalmus attributus Aſaph, id eſt prioribus fidelib. uolentibus ſecum colligera alios de populo ſuo, quos præuideront ſuperbos, & duræ ceruicis fore. Qui pſalmus accipiẽdus eſt in laudibus, quia magna uerè Dei laus eſt, quod bumiles reſpicit, & ſuperbos contemnit. Quod notatur in hoc pſalmo, & eſt canricum: quia cum exultatione & iocũdiiate magna cantat hoc Aſaph ad Aſsyrios. Aſsyrij dirigeotes interpretatur. Et illi ſe dirigere putant, qni iuſtitiam ſuam ſtatuere uolebant, & iuſtitiæ Dei noo eſſe ſubiecti, & qui non de re gloriabantur, ſed de nomine. Quare hæc cantantur ut ſint uiri Aſsyrij, id eſt ut uerè oon diſtortè ſe dirigant, ſcilicet ut de ſua iuſtitia non præſumant, ſed iuſtiriæ Dei ſe ſubijciant: & quid ſit uera Iudæa & uetus Iſrael attẽdant, & ſe talea exhibeãt, qui nõ falſo de nomine, ſed uerè de re glorientur. Solent enim inimici Domini omnibus noti Iudæi, maximè in hoc pſalmo gloriari, & gentibus inſultare, quaſi eis ſolis notus ſit Deus, & nullis alijs: qnandoquidem Propheta tãto anta tempore dixit, Notus in Iudæa Deus, &c. Sed ſi attendant quæ ſit uera Iudæa, & quis ſit uerus Iudæus, concedimus eis q. uerè in ſola Iudæa notus ſit Deus. Vera enim Iudæa eſt Chriſti Eccleſia, credens in eum regem qui uenit de tribu Iuda per Mariam uirginẽ. De quo Apoſtolus ſcribẽa ad Timotheum ait: Memor eſto Dominũ Ieſom Chriſtũ reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid ſecũdum carnem. De Iuda enim Dauid, & de Dauid Chriſtus, quem iſti regem negaoerunt, & Cæſarem regem elegerunt. Quare uera Iudæa eſſe deſierunt, & ideo non glorientur amplius quod in eis notus ſit Deus. Item uerus Iudæus eſt non in manifeſto, ſed in occulto: nõ in circumciſione carnis, ſed cordis: nõ in litera, ſed in ſpiritu. Quia multi ſancti patres habuerũt & circumciſionẽ carnis propter ipſam fidem, à quibus iſti degenerãtes remanſerunt in carne Iudæi, in cõrde uero Pagani, ideo quoque non glorientur quòd ſibi notus ſit Deus. Seqoitur.

In Iſrael magnum nomen eius.] Verè enim in uero Iſrael nomẽ Dei per opera bona magnificatur. Quis autem ſit uerus Iſrael, ipſe in Euangelio aperit dicens: Ecce uerus Iſraelita, in quo dolus non eſt. Si autem ipſi doloſi ſunt & mendaces, quomodo in eis nomen Dei magnum eſt? Iudæa enim confeſsio interpretatur, Iſrael uero uir uidens Deum. Et tu aliquia quãdiu peccata tua per bumilitatem non confiteris, quodã modo eum Deo rixaris. Quãdiu enim quod Deo diſplicet laudas, non ne cum eo litigas? Ergo bumilia te & confitere peccata tua, & tunc eris Iſrael, id aſt uir uidens Deum. & ſi nondum ex ſpecie, tamen ex fide. Et ſicut prius diſplicebas ei per diſsimilitudinem, ita & nunc placebis ei per ſimilitudinem. Et ſic tandem fiet in te quod ſcriptura teſtatur, ſcilicet In pace factus eſt locus eius: quia relinquetur tibi bellum, non tamẽ contra te in te ipſum: ſed etiam contra ſpiritualea nequitias, ſcilicet ut ſi ſurgat in te ira uel aliquis illicitus motus, non ſint membra tua inſtrumenta iniquitatis ad iniquitatem, qui eſt pax uera. Vera enim pax eſt, litigium habere cum uitijs, concordiam cum moribus optimis. Et in hac tali pace eſt locus eius, quia incolit Deus talea. babiratio autem eius, id eſt certus locus eius, quod per habitare, quod frequẽtatinum eſt, notatur, eſt in Syon, iuxta illud: Veniemus & manſionem apud eũ faciemus. Venit enim Deus ad multos per fidem & confeſsionem, ſed non ibi facit manſionem: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. In Syon uero, id eſt in illis qui poſtponunt præſentia, & contemplantor futura, uerè facit manſionem: quia permanet in eis. Fac ergo tu aliquis te ipſum in Syon, & eris eius habitatio.

Ibi confregit.] Ecce ſigna habitationis eius. Quaſi dicat: Verè habitat in Syon. Nam ibi confregit, id eſt humiliauit potentias. Et exequitur illas potentias, ſcilicet confregit ibi arcum, id eſt occultam contradictionem. & ſcutum, id eſt uanæ præſumptionis protectionem. & gladium, id aſt manifeſtam impugnationem, & ſic omne bellum.

Illuminans tu mirabiliter.] Facit apoſtrophã ad ipſum Deum. & Tu eſt magnificè efferendum. Quaſi dicat: Tu Deus qui in Iudæa notus es, & magnus in Iſrael. Tu qui ſolus per te es, ſine quo nullus alius eſt. deberet dicere: Terribilis futurus es, quod poſterius ſequitur: ſed præmittit prius humilitatẽ eius dicens: Tu es illuminans à montibus æternis. Montes æternos uocat Apoſtolos, qoos ſol iuſtitiæ prius illuſtrauit, eleuans eos ad æternitatem. Et per eos cõualles, id eſt alios inferiores illuminauit, & hoc mirabiliter, id eſt in mirabilibus ſignis doctrinam eorum atteſtando. iuxta illud: Domino cooperante, &c. Vel mirabiliter in hoc, quia ſatis mirabile fuit quòd poſt tantum lapſum Deus miſertus eſt hominis. Tu inquam illuminaſti à montibus æternis, & te illuminante omnes inſipientes corda turbati ſunt. Prędicata eſt enim uita æterna futura, & ſapientes excęcari ſunt: quia cõtempſerunt uitam præſentem, & dilexerunt ſequentem. Inſipientes uero turbati corde ſunt, quod primo obſtupuerunt: ſed non ſunt excitati, quia in ſomnum ſuum reciderunt. Somnus uero eorum eſt cæcitas cordis, & amor terrenorũ. & ipſi dormierunt ſomnum ſuum, id eſt quieuerunt & delectati ſunt in dilectione terrenorum: quia præpoſuerunt temporalia æternis. Et quid eis inde? hoc ſcilicet, quòd ipſi qui ſunt uiri diuitiarum: quia quod uirium habent eſt in terrenis tantum diuitijs acquirendis, nihil inuenerũt in manibus ſuis, id eſt comparabiles facti ſunt uiris aeternos diuitiarum ſomniantibus, qui euigilantes nihil inueniunt in manibus ſuis: quia ita & ipſi tandem cum à ſomno, in quo nunc ſunt, exurgent, nihil in manibus ſuis inuenient.

Ab increpatione tua Deus.] Quaſi dicat: Vnde hoc q. dormierunt ſomnum ſuum? ex iuſto ſcilicet iudicio tuo ô Deus Iacob, qui facis ut qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc. Bene dicit Deus Iacob, quia Iacob dedit præſentia pro futuris, edulium ſcilicet lenticulæ pro primogenitis, & ideo meritò à Deo increpantur iſti, qui præſentia præponunt, & futura contemnunt. Et miro modo uidetur ponere increpationem. Increpatio enim ſtrepitum habet, & ſtrepitus excitat. Sed increpatio Dei tanti ponderis eſt, quod nõ excitat, imò obdormire facit. Nec ſolum (quaſi dicat) dormierũt illi prædicti, ſed & omnes qui aſcẽdunt equos apoſtaſiæ, id eſt primi parentes, & alij omnes qui per ſuperbiam à Domino apoſtatauerunt, malè dormitauerũt.

Tu terribilis es.] Facta interpoſitione ponit illud ad qood orationem ſpectare prædiximos. Quaſi dicat: Tu inquam notus in Iudæa Deus, qui primo bumilis apparuiſti, adfuturus es in iudicio terribilis. & quis tunc reſiſtet tibi? Nullus utiq;, quia non magis Imperator quam paſtor. Et boc ideo, quia ex tunc, id eſt ex illo tempore apparebit ira tua. Nunc enim dum uindictam nondum exerces, & quaſi latet ira tua. Et ideo uidetur ut aliquis tibi reſiſtere poſsit, q. tunc nõ erit.

De cælo auditum feciſti.] Futurus es inquam terribilis, & hoc tuum iudiciũ feciſti, id eſt facies tu ueniens de cœlo in maieſtate iudicis auditum, id eſt notũ per Euangelicam tubam dicentem: Surgite qui iacetis in monumentis, uenite ad iudiciũ. & tunc terra tremet, id eſt illi qui malunt nunc eſſe terra, quam fieri cœlum, trement tunc: & quieſcent tunc nõ à pœnis, ſed à peccatis, qui nunc quieſcere nolunt. tunc dico cum Deus exurgant pro exurget in iudicio, id eſt ad hoc ut malos dijudicet & dãnet, quod eſt tractum à ſeueris

& iratis iudicibus, qui quando ſeuerius & aſperius in aliquem iudicare uolunt, ut hoc etiam habitu demonſtrent, ſurgunt. Nec ſolum contra malos exurget in iudicio, ſed etiam ut ſaluos faciat omnes manſuetos terræ, id eſt omnes illos qui frementes equos apoſtaſiæ non aſcendunt, ſed manſuetam terram ſe fecerunt. Pręterita pro futuris prophetico more poſuit, qa ſpiritui ſancto ita nota ſunt futura quaſi præterita. Vel aliter: Ex tunc ira tua. Quaſi dicat: Quandoquidē in iudicio nullus tibi reſiſtere poterit, malo ergo ſuo uoluerunt reſiſtere tibi Iudæi dicentes: Nō habemus regem niſi Cæſarem. &, Nolumus hunc regnare ſuper nos, & ſimilia. Nam ex tunc ex quo hoc præſumpſerunt, ira tua apparuit in eis. Ex parte enim cęcitas contigit in Iſrael, ut plenitudo gentium intraret. & hoc tuum iudicium, id eſt hanc tuam uindictam de illis feciſti auditam, id eſt notam de unoquoque cœlo, id eſt per unumquemq; Apoſtolum. Et tunc ita, id eſt gentiles prius terreni timuerunt & quieuerunt à malis operibus, cum Deus exurgeret in iudicio, id eſt cum manifeſtum fieret eis Deum ſurrecturũ tandem ad diiudicandum malos, & ſaluandum bonos. Item aliter, Ex tunc ira tua. Q. d. Quia tu tantus es, cui aliquis nō poterit reſiſtere in iudicio: ergo malo ſuo reſtitit tibi primus miſer parens, qui de ſuo nutu uoluit pendere. Nam ex tunc ira tua in eo & in omnibus poſteris eius apparuit, quia multaſti eos innumerabilibus pœnis peccati. Et hoc tuum iudicium feciſti auditum, id eſt notificaſti maximè de principali cœlo, id eſt per filium tuum, qui eſt cœlum cœlorum. deinde etiam per alios cœlos. Vnde terra omnis bene culta tam de Iudæis quàm de gentibus timuit, & quieuit à malis operibus. Sequens uerſus ſicut proximè dictum eſt, non mutabitur.

Quoniam cogitatio hominis.] Ideo inquam mãſuetos terræ ſaluabis, quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, &c. quod dupliciter poteſt dici. Quãdo enim homo malè actam uitã ſuam cogitat, & damnat, tunc Domino laudabilem confeſsionem facit: quando uero, quæ cogitauit ad actum perducit, ſcilicet quando ſe ipſum pro præteritis peccatis punit orando, ieiunãdo, & ſimilia faciendo, tunc reliquiæ cogitationis diē feſtum agunt Domino: quia ille attendens aſperitatē ſatisfactionis, feriatur à peccatis. Vel aliter: Cum homo recogitat ſe peccatorē fuiſſe, & agit gratias Deo uiuificatori & redemptori ſuo: tũc confitetur ei, quia hoc eſt confeſsio, id eſt laus eius. Et reliquię cogitationis, id eſt recognita pernicies præteritorum criminum poſt effuſas lachrymas, & aſsiduam cordis contritionem diem feſtum agit Domino: quia huiuſmodi recordatio reddit hominem ad cætera cautum, & ſic à peccatis feriatur.

Vouete & reddite Domino.] Quaſi dicat: Et ut uos ſaluos faciat. uouete Dño & Deo noſtro, id eſt redēptori & creatori ueſtro, q. uouēdum eſt. i. uos ipſos. Quiſq́s enim cogitat quid bene uoueat, ſeipſum uoueat, ſe ipſum offerat. Hoc enim exigitur, hoc debetur. Vouete inquam, & quæ uoueritis reddite. Malum enim eſt uouere, & non reddere. Non tamen ideo non eſt uouendum, ſed & uouendum eſt, & reddendũ. Et quodam modo ex noſtro eſt uouere, & ex eius eſt reddere. & quaſi dicat, Vouere debetis & reddere: quia omnes qui in circuitu eius ſunt, id eſt omnes appropinquantes & adhærentes ei, non uacuis manib. uenient, ſed afferent munera, id eſt ſeipſos uouebunt & reddent. Afferent dico cui afferenda ſunt, ſcilicet terribili, id eſt ei qui cum nunc ſit humilis, futurus eſt terribilis. & miti ſcilicet ei qui aufert ſpiritum principum, id eſt ſpiritum elatum, & dat ſpiritum manſuetum. Terribili dico non tantum apud pauperes, ſed etiam apud reges, id eſt quoſq; potentiſsimos terræ. Vel qui eſt terribilis & ſi non apud diſtortos, tamē apud reges terrę, id eſt apud illos qui bene regunt ſuã terrã.

IN PSALMVM LXXVI.
ARGVMENTVM.

PRædicit ea quę erat populus in Babylone paſſurus, & qualiter pro his ipſius liberè querimoniã facturus, ſicut & in ſeptuageſimo ſecundo pſalmo. Aliter uox Chriſti ad patrē.

IN FINEM PRO IDIthun Pſalmus Aſaph.

EXPLANATIO.

Aſaph congregatio bonorum, Idithun tranſilitor ſecularium, finis proficientium Chriſti intelligitur. Totus ergo pſalmus hic à fideli congregatione canitur, quæ uitia iſtius ſeculi glorioſis paſsibus tranſiliens ad illum finem peruenit, cui nihil poteſt ſimile reperiri. Sed ſciendum eſt, in Hebræo per Idithun, non pro Idithun haberi: ut ſignificet non pro eo, ſed per eum pſalmum fuiſſe cantatũ, & quod ſequitur, Pſalmus Aſaph, in ueris exemplaribus non haberi. Aſaph iſte, quem diximus uitiorum tranſilitorem, in prima narratione pſalmi ad Dominũ clamare teſtatur, & tribulationibus ſuis eruditum eſſe teſtatur. In ſecunda cogitationes enumerat, quæ ſolent pulſare in hoc mundo corda laborantium. Tertia beneficio diuinitatis in meliorem ſenſum ſe aſſerit permutatum, ut operam potentiamq́; Dei fixa mente cogitaret, quibus rebus aſsidua cognoſcitur exercitatione profeciſſe. Quarta proſequitur quemadmodũ per Dominum ſaluatorem facta ſint in populis diuina miracula.

COMMENTARIVS.

V*Oce mea ad Dominum clamaui.*] Hæc uerba referuntur in finē, & ſunt pſalmus Aſaph, cãtatus ad Idithun. Idithun interpretatur tranſiliens. Eloquitur in hoc pſalmo tranſiliens congregatio, quia Aſaph cōgregatio interpretatur, pro Idithun, id eſt exhortãs nos ad hoc, ut & nos tranſilientes ſimus, id eſt & hæc ima omnia contēnamus, & ad ſumma intendamus. quæ autem ſint tranſilienda, quo uſq; ad finem illũ perueniatur, ubi nihil quod trãſiliamus habebimus, cōtextus pſalmi demōſtrat. Etenim tãdiu tranſilire debemus quicquid impedit, quicquid irretit, quicquid ligat, quicquid animũ onerе aggrauat, donec ad id perueniatur quod ſufficit, & ultra quod nihil ſit, infra quod omnia ſunt, & ex quo omnia ſunt. Quiſquis ergo pſalmi huius animã uult ſentire, imitari atq; tenere, carnalia omnia deſideria tranſiliat, ſeculiq; huius pompam & illecebrã calcet, nihilq́; aliud ubi conſiſtat eligat, niſi illũ in quo ſunt omnia. In quibus etiam omnibus ipſe tranſiliendo laborat, donec ad uerum finē perueniat. Quia uero intēdit in hoc pſalmo Aſaph hortari nos ut tranſiliamus, mox qualiter tranſiliendũ ſit, inſinuat: ſcilicet ut clamemus ad Dominum non propter aliud, ſed propter ipſum Dominum. Multi enim clamant ad Dominum pro adipiſcēdis cōmodis, & pro uitandis incōmodis, pro ſoſpitate ſuorum & multis alijs. Poſtremo etiam pro ſalute corporis, quę patrimoniũ eſt pauperis. Sed hi tales non tranſiliunt. Vix autem aliquis eſt qui clamet ad Dominum propter Dominum. Magnus enim eſt trãſitus, quare ſic nos trãſilire docet & dicit: Ego clamaui ad Dominum: & quia multi dicunt, Domine Domine, & non faciunt quæ præcipiuntur, ideo addit, Voce mea. Ille enim uoce ſua clamat ad Dominũ, cuius uox conſona cordi eſt, ſcilicet ſi & quod deſiderandum eſt, ſcilicet Deum corde deſiderat, & uoce rogat. Si uero aliud quodlibet in corde optet & poſtulet,

ſtulet, nõ clamet uoce ſua: qole uox eius cordi nõ aſt conſona, quia huiuſmodi nõ aſt cordatus. Poteſt etiã ſimpliciter hoc dici, Voce mea clamaui, id eſt uoce trã ſilientis. Et ne uideretur quod propter aliud clamaret ad Dominum, quem propter ipſum, repetit. q. d. Clamaui dico uoce mea ad Dominũ, propter ipſum Deũ tantum, nõ propter aliud. Et non fruſtra, quia ipſe intendit, id eſt intẽſum ſe fecit mihi. Quiſquis enim ad Dominum clamet propter Dominum, ille ſe in tẽdit: qui uero propter aliud, illi ſe non intendit.

In die tribulationis meæ.] Oſtendit qualiter clamendũ ſit ad Dñm. Q. d. Hoc inquã modo clamaui ad Dñm, ſcilicet quia ex quiſiui Deũ manib. meis, id eſt operib. bonis in die tribulationis, id eſt in hac uita, quæ aſt tribulatio: quia nihil eſt niſi tentatio, & eſt dies quantum ad uitam bonorũ: quæ dies uocatur reſpectu uitæ malorum, quæ ſola nox eſt. Et tamen quia hæc eadem uita bonorum, quæ dies dicẽda eſt propter bona opera, quæ ipſi faciunt: nox quantum ad uitam futurã, in qua angelis æquales erimus, id eſt q, uocauit diem, uocat noctam. Q. d. Dixi quia exquiſiui Deum in die, imò dicã quia exquiſiui eum in nocte, id eſt in hac præſenti ignorantia. manib. factis uel habitis cõtra eum, id eſt operibus factis nõ ad aſpectum hominum, ſed ad eius aſpectum, & non ſum deceptus, quia in firma ſpe iam teneo quod quæſiui.

Renuit conſolari.] Et quia nõ ſum deceptus, uel quia Deum exquiſiui ſolum, id eſt anima mea renuit cõſolari in his terrenis. & hoc ideo, quia memor fui Dei. i. æternorum. & in illis tantũ delectatus ſum, & hoc nõ ad horam, ſed exercitatus ſum, id aſt continuam exercitationem habui in eis. Exercitatio enim, eſt ſuſcepti actus continuatio. Et adeò in eis exercitatus ſum, q, ſpiritus in hoc q, erat meus. i. uoluntas complacendi mihi in terrenis, defecit in me, & ꝑfecit in me ſpiritus meus tuus. i. uoluntas complacendi mihi in ęternis.

Anticipauerunt uigilias oculi mei.] Ideo defecit ſpiritus meus, quia oculi mei anticipauerunt uigilias, id eſt cõparabilis factus ſum anticipanti uigilias: quia ſicut ille q anticipat uigilias, ſtudioſus fact⁹ eſt in opere ſuo, Ita ego ſtudioſus effectus ſum in exercitatione illa. Et tamen turbatus ſum ex humana infirmitate, quia putaui me inſufficientem eſſe ad illam exercitationem. Et illam turbationem non ſum elocutus, ut culpé in auctorem refunderem dicãs, quòd me talem tam infirmũ feciſſet: ſed patienter tuli eam tacendo & attendẽdo me pati illam iuſto iudicio. Dicitur hoc & aliter in parte, ſi Defecit ſpiritus meus, accipiatur propriè. Q. d. Delectatus inquã ſum & exercitatus in æternis, & in illa exercitatione defecit ſpiritus meus, quia nõ ſufficiẽs fuit ad illam. Et hoc ideo, quia oculi mei anticipauerũt uigilias. i. comparabiles facti ſunt anticipãti uigilias: quia ſicut ille qui aſſiduè anticipat uigilias, lippus fit: ita oculi mei interiores, ratio ſcilicet, & intellectus per peccatum primi parentis lippiẽtes & caligantes facti ſunt. & ideo turbatus ſum. i. turbationẽ & timorẽ ex hac infirmitate habui. Ea tamen nõ ſum locutus illam turbationem ſicut prius.

Cogitaui dies antiquos.] Non ſum inquã locutus, ſed potius attendi & malum meritõ meum, & dignitatẽ quãtã in primo parente mihi cõceſsiſti. hoc aſt q, dicit: Cogitaui, id eſt in memoria habui dies antiquos, id eſt lapſum primi parentis, per quem tempus antiquum & oſtus, id eſt inutile factũ eſt. Semper enim ſi Adam non peccaret, dies noua & una eſſet. & etiam habui in mente annos æternos, id eſt dignitatẽ illam, in quam primi parentes creati ſunt: per quã ſi in præcepto perſtitiſſent, ad ueram æternitatem peruenirẽt. Et non ſolum in memoria eam habui, ſed etiam meditatus ſum cum corde meo, id eſt attẽtiſsimè, & hoc in nocte, id eſt etiam interrupta quiete. uel in nocte. i. in hac præſenti ignorantia ſum meditatus in ea, ut uiderẽ qualiter dignitatem illam amiſſam poſſem recuperare: & nõ tamẽ ad horã meditatus ſum, ſed exercitabar in illa meditatione, & ſic ſcopebam ſpiritum meũ. Quaſi enim exaſperatus erat ſpiritus meus amore terrenorum, ſed ego ſuſpirando ad dignitatẽ amiſſam, & cœleſtia deſiderãdo ſcopabam, id eſt planabã ſpiritum meũ. Scobs, ſcobis ferrum eſt, quo piſtoriæ uaſa purgantur. unde ſcobere dicitur. Poteſt etiã iam hic legi, ſi forte in aliquibus libris inueniatur, Scopabam, uel ſcrobebã. Nunquid in ęternũ Scrobebam in quam ſpiritum meum dicens ita: Deus qui iam proiecit, id eſt porrò à facie ſua iecit hominẽ ſemel ꝑpter tranſgreſsionem, nũquid proiecit eum in æternum, id eſt irrecuperabiliter? Nõ utiq;. Aut nunquid Deus iratus non apponet adhuc, ut complacitior ſit? Q. d. Poſuit la iam placatum quantum ad quoſdam, quos & ante legem & ſub lege ſuſcepit: & non ne adhuc apponet ut complacitior nobis ſit, nos etiam ſuſcipiendo? faciat utiq;. Aut ipſe qui iã abſcidit miſericordiã ſuam per primã culpam, an abſcindet eam in finem. i. æternaliter? ſcilicet abſcindet eam à generatione præſenti, tendando in generationem ſequentam: ut ſicut abſcindat eam ab hac generatione carnali, ita etiã abſcindet eam ab illa generatione ſpirituali? Non utiq;. Aut Deus cui propriũ eſt miſereri, an obliuiſcetur miſereri, ſcilicet ut nunquam amplius miſereatur? Vtiq; nõ ſed poſtquam iratus fuerit, miſericordiæ recordabitur. Aut continebit miſericordias ſuas in ira, id eſt an præcludet ira eius miſericordiam? certè non. Imò (quaſi dicat) miſericordia eius præcludet iram.

Et dixi.] Q. d. Tantum quidem meditando de dignitate amiſſa in Adã, & exercitando me in illa meditatione, iam tranſiliui ut intelligerem, non præcludi miſericordiam ab ira. Et tamẽ dixi: Nunc cœpi, id eſt ego miſer pro incipiente habendus ſum. Cum enim conſummauerit homo, tunc incipiet: quia nihil in humanis rebus perfectum. Et q. d. Hoc dixi lapſum primũ attendendo. Et hæc mutatio, ſcilicet quòd de perfectione tanta quam in primo parẽte in abundantia uirtutum poſito habui, in hanc imperfectionem cecidi ut conſummatus, quantum ad humanam exiſtimationem pro incipiente habẽdus ſim. Dexteræ excelſi, id eſt mihi illata propter peccatum primi parentis, ad dexteram illius qui ſatis me deiiceare & multare potuit, quia abſolutè eſt excelſus.

Memor fui operum Domini.] Q. d. Cognoui quidẽ me nunc primũ, cum cõſummatus uidebar incępiſſe, ſed tamen non deſtiti. & hoc ideo, quia fui memor operum Domini, id eſt quia attendi quantam dignitatẽ Deus in primis parentibus operatus ſit, ad quam ut aſpirarem, deſiſtere nolui. Et ideo memor fui illorum operum, quia memor ero mirabilium tuorum, id eſt quia ſemper debeo ô Domine, memor eſſe mirabiliũ tuorum factorum ab initio. Mirabilia accipit idẽ hic quod opera: ſcilicet dignitatem primorum parentũ. Quid erit mirabilius quam quòd Deus de tam infima materie, ſcilicet de terre fecit cœlum, id aſt homines cœleſtibus creaturis, id eſt angelis æquales? Nihil utique.

Et meditabor in omnib. operibus tuis.] Quia memor fui, & ſemper memor eſſe debeo mirabiliũ tuorum, ideo Domine meditabor in omnib. operibus tuis implendis, id eſt quę tu fieri iubes: & hoc non tantum ad horam, ſed exercebor in adinuentionibus non meis, quæ ſunt inebriari, ſcortari, & ſimilia: ſed in tuis adinuentionibus. Adinuentiones eius idem accipe, quod opera de quibus dictũ eſt: quod adinuenit omnem uiam ſcientiæ, & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael electo ſuo. Sed tamen (q. d.) quantũcunq; mediter uel exercear per me, nihil ſtit: quia nullus per ſe peruenit ad te. Nam ô Deus uita tua, id eſt uia ducens ad te, eſt tãtum in ſancto ſanctorum, id eſt in Chriſto. Aliter quoq; ſupradicta partim dici poſſunt, ut reincipiamus ab Et dixi, Scobebam inquit ſpiritum meum dicens, Nunquid in æternum proiiciet Deus, &c. Et tandem dixi: Nunc cœpi, id eſt nunc primum incipi

quod quæſiſ, hoc ſcilicet qa hæc mutatio, hoc eſt q. non præcluderur ab ira miſericordia, ſed potius ira a miſericordia: hæc inquã mutatio arit dextræ excelſi, id eſt fiet per Chriſtum, qui eſt dextra Dei patris. de quo alibi dicitur: Et brachiũ Domini cui reuelatum eſt? Per ipſum enim ſolum hoc factum eſt, ut ira in miſericordiam conuerteretur. Et ideo dico, Nunc cœpi: quia modo demũ memor fui operũ Domini.i.illorũ operũ quę Dñs pater operatus eſt per illã dextrã ſuã. Et ideo memor fui operũ, qa memor fui ab initio mirabilium tuorũ, factorũ ab initio quorũ memor ero, id eſt ſemper memor eſſe debeo. q. eſt dicere: Quia attẽdi ſigna ab initio præcedẽtia, & per ſigna ſignificata. Mirabilia enim accepit ſigna, opera uero ſignificata. Et quia (q.d.) ſic memor fui operũ, quę per illũ es facturus, tamẽ Dñe ut me illi conformẽ, meditabor in omnib. operib. implendis nõ meis, ſed tuis, id eſt quę tu iubes impleri. Et exercebor in adinuentionib. non meis, ſed tuis, ut prius.

Deus in ſancto uia tua.] Q. d. Quæ autem illa opera, quæ illæ adinuentiones? Scilicet uia tua in ſancto ſanctorum nobis exhibita. Quicquid enim dicendum, quicquid faciendum, quicquid etiam cogitandum, in illo nobis eſt propoſitum, & poſſumus iam dicere, uel ipſum qui ut alibi dictum eſt, fuit nobis liber miſſus, ad cuius exẽplar cõſcriberemur. Vel opera & præcepta in ipſo nobis exhibita. Viſis his omnibus quæ Deus pater in ſancto ſuo eſt operatus, cum quodam ſtupore & admiratione ſubdit: Quis Deus magnus, &c. Q.d. Quandoquidẽ omnis uia tua in ſancto illo erit nobis propoſita, quis ergo Deus ita magnus eſt ſicut Deus noſter, id eſt Emanuel noſtræ naturæ particeps? Et conuertit ſe ad eum dicens: Tu es Deus qui facis mirabilia. Quid enim mirabilius quam uiuificare mortuos. hoc eſt de impijs facere pios, de damnatis in regnum aſſumptos? Et quæ mirabilia faciat, ſubſequenter oſtendit dicens: Tu feciſti uirtutem tuã notam in populis, id eſt notificaſti populis quid poſſes: & hoc modo manifeſtaſti, quia redemiſti populũ tuũ reſuſcitando eum de morte interiori in brachio tuo, id eſt per fortitudinem tuam. Et determinat quẽ populum, ſcilicet filios Iacob redemiſti, & Ioſeph. Per filios Iacob, qui unus de tribus Patriarchis fuit, Iudæos accipit: Ioſeph uero poſitum eſt hic, quantum ad interpretationem. Interpretatur enim augmentatio. & ſignificat hic gentilem populum, quo Eccleſia augmẽtata eſt. De gẽtibus enim dictũ eſt: Alias oues habeo, quę nõ ſunt, &c. Poſſunt quoq; ſupradicta ut per ſancta non mutetur, ad patrẽ referri, quaſi diceret: Quandoquidem Deus pater uiam ſuã in ſancto ſuo nobis proponit, quis ergo magnus ſicut Deus noſter, id eſt nobis propitius mittendo ſaluatorem ſuum? Et conuertit ſe ad eum dicens: Tu es Deus qui facis mirabilia, ut ſupra. Et uerè facis mirabilia, quia feciſti uirtutẽ tuã notam in populis, id eſt quia notum feciſti ſalutare tuum. Chriſtus enim Dei uirtus, & Dei ſapientia. & in brachio tuo, id eſt in uirtute illa, quæ eſt brachium tuum, redemiſti populum tuum, ſcilicet filios Iacob & Ioſeph ut prius.

Viderunt te aquæ Deus.] Oſtẽdit quomodo redemit eos, ſcilicet notificando ſe eis. & accipit per aquas eoſdem quos per filios, Iacob ſcilicet, Iudaicum populũ. Et eſt dicere: O Deus, aquæ, id eſt Iudaici populi uiderunt te, id eſt cognouerunt te. & uidentes te timuerunt, id eſt quaſi ſteterunt in fluxu ſuo. Mittit nos ad hiſtoriam quod aquę diuiſæ ſunt in mari. Sicut enim quando Moyſes uirga mare percuſſit, aquæ illę quaſi diuinam potentiam præſentã ſentientes, diuiſæ ſteterunt: ita aquæ iſtæ potentiam Dei cognoſcentes ſteterunt, quia à fluxu uitiorum & carnalium concupiſcentiarum ſe compeſcuerunt. Aquæ inquam uidentes timuerunt, & abyſſi etiã turbatæ ſunt. Abyſſus eſt profunditas aquarum. Et accipit hic per abyſſos gentiles propter profunditatem uitiorum, uel etiã ꝓpter profundum intellectũ, qui fuit in quibuſdã eorũ. Et ne in parte tantũ turbatas accipiemus abyſſos, dicit q. in uniuerſitate potius ſit accipiẽdus, quia multitudo ſonitus aquarũ turbata eſt. Per multitudinẽ ſonitus aquarum accipe multitudinẽ contradicentium gentilium, qui & factis & dictis acriter ueritati primo contradixerunt. Et ideo (q.d.) aquę timuerũt & turbatę ſunt abyſſi, quia nubes, id eſt prædicatores tui uerbis terrã complentes uocẽ dederunt. & ideo etiã abyſſi turbatæ ſunt. Enim (pro quia) ſagittæ tuæ, id eſt Euangelicæ ſententiæ tuæ à nubibus dictæ, trãſeunt hac & illac per totum mundũ. In omnem enim terrã exiuit ſonus eorũ. Et ideo etiã turbatæ ſunt, quia uox tonitrui tui, id eſt cõminationis tuę à nubib. data trãſit in rota, id eſt per rotam, hoc eſt per mundũ qui uolubilis eſt ut rota. Non ſolum enim nubes illæ æterna præmia promiſerunt, ſed æterna ſupplicia cõminatę ſunt dicentes: Væ mundo à ſcandalis, & ſimilia.

Illuxerunt coruſcationes tuæ.] Coruſcationes uocat uel idem q. uocem tonitrui dixit, uel miracula per prædicatores exhibita, iuxta illud, Dño cooperante, & reliqua. Quod uero rotã prius uocauit, nũc orbẽ terræ dicit. Et quia (q.d.) & coruſcationes illuxerunt, & quia hoc factum eſt, ideo cõmota eſt terra Iudaica & contremuit, id eſt cum illa etiam alia terra gentilis tremuit, & ea contremiſcente uia tua, id eſt Chriſtus, qui uia eſt ad te, eſt cognita in mari, id eſt in gentib. prius uitiis amaricantibus. Et ſemitæ tuæ, id eſt præcepta tua ſunt cognita in aquis, id eſt in populis multis. Nũc per ſemitas præcepta quælibet accipiuntur. Si uero prius per uiã præcepta accipias, tunc per ſemitas ſtrictiora tantum præcepta accipias. In mari inquam cognita eſt uia tua, & tamen ueſtigia tua non cognoſcẽtur in terra. In terra enim ueſtigia apparent, in mari uero non apparent. Et per cultã terram Iudæa deſignatur, quæ legem acceperat: per mare uero gẽtilitas, cui nullus cultus impenſus erat. Et in Iudæa quidem ueſtigia fuerũt, quia ibi Chriſtus corporaliter apparuit, & prædicauit: ſed Iudæi ueſtigia non cognouerunt, quia Chriſtum qui uerum ueſtigium Dei patris erat, non adorauerunt.

Deduxiſti ſicut oues populum tuum.] Non cognoſcentur inquam ueſtigia tua in terra, ſed tamen deberent ibi cognoſci, quia deberent eſſe memores tuorũ beneficiorũ. Nã tu deduxiſti, id eſt de Aegypto in terrã promiſsionis duxiſti per deſertum illum populũ tuũ in manu, id eſt in ducatu Moyſi & Aarõ, ſicut quilibet pius paſtor oues ſuas deducet. Poteſt etiã uerſus iſte ad præcedentis uerſus principium continuari ita: In mari, in quã cognita eſt uia tua & ſemitę tuę in aquis, quia tu deduxiſti, id eſt pauiſti ſicut pius paſtor oues ſuas populum uerè tuũ, id eſt populum gratiæ in manu, id eſt in potentia Moyſi & Aaron non hiſtorialis, ſed ueri Moyſi & Aaron. Moyſes enim interpretatur aquaticus, Aaron uero mõtanus. Verus ergo Moyſes & uerus Aaron ille eſt, qui & ſalutifera aqua doctrinæ nos potauit, & corda noſtra ad ſumma erexit, id eſt Chriſtus filius Dei.

IN PSALMVM LXXVII.
ARGVMENTVM.

VIrtutis ſtudia, legiſq; cuſtodiam Propheta populo cõmendans, hunc pſalmũ cõpoſuit. In quo monet, ut Deum reuerenter metuãt, qui ſanctiones legis ſuæ beneficiorũ largitate præuenerit, ut hi qui iã erant obnoxij, facilius ſubderẽtur. Poſtremò hortatur, ut ſeruent intenta mente concordiam.

Aliter uox Chriſti de Iudæis.

In-

INTELLECTVS ASAPH.

EXPLANATIO.

ASaph diximus ſynagogam, id eſt collectionem interpretari: ſed quia intellectum præmiſit, fidelem hic ſynagogam loqui poſſe declarauit. In prima parte Pſalmi duo tantum uerſiculi perſonæ Domini mancipantur, ut reuerentia creſceret doctorum, quibus ipſe rex poſuiſſet initium. Secũda parte latius loquitur Aſaph, imputãs Iudæis quòd Domini beneficijs ingrati corde prauo eius iuſſa contẽpſerint. Tertia enumerat quãta munera Deus Iſraeli præſtiterit, nec tamẽ ille murmurare deſierit. Quarta dicit qualis in eis uindicta, prouenerit qualiterq; ſit miſeratione Domini mollita ſententia. Quinta propter murmurationes eorum uindicatum in eis eſt, ſed iterum ad ſupplicationẽ Domini, cognoſcentes eius magnalia redierunt. Sexta denuò illi doloſe loquuti, & errores ſolitos ſunt ſequuti, nec tamẽ eos miſericordia Dei ut meruere, diſperdidit. Septima dicit quomodo Dominum cõcitarint in deſerto, cũ tamen propter ipſos Aegyptus fuerit adflicta. Octaua beneficijs Domini relatis Iudaicæ obſtinationis culpa ſubiungitur. Nona ultio grauiſſima ſubſequitur, ita ut populo captiuato tabernaculum Selom abiecerit, poſteaq; montem Syon & Dauid regem, de cuius ſemine Chriſtus ſalutaris medicus adueniret, elegerit.

COMMENTARIVS.

A*Ttendite populus meus legem meam.*] Pſalmus iſte cõtinet ea quæ in ueteri populo geſta narrantur. Recentior autẽ & poſterior populus admonetur, ut caueat ne ingratus ſit beneficijs Dei, eiuſq; in ſe prouocet iracundiam, cuius obedienter & fideliter debet ſuſcipere miſericordiam: ne (inquit) fiant ſicut patres eorum generatio praua, &c. Hæc pſalmi huius intentio, hæc utilitas, hic fructus uberrimus. Quæ autem in pſalmo dicuntur, quamuis perſpicua & aperta uideantur: tamẽ quia titulus eius eſt, Intellectus Aſaph, quærunt fortaſsis lectorem non ſuperficiem intẽdentem, ſed interius intelligentem. Præterea ideo etiam talem lectorẽ quærere uidentur, cum in pſalmo dicatur: Aperiam in parabolis os meũ, loquar propoſitiones. Parabolæ enim ſunt ſimilitudines rerum, quę his rebus de quibus agitur, aliquid comparatur. Vt hic agitur de manna, & mannæ comparatur ille panis uiuus, qui de cœlo deſcendit. & ſic per cætera. Propoſitiones uero quę Grecè problemata dicuntur, ſunt quęſtiones aliquid in ſe dignum ſolutione continentes. Loquitur ergo intelligens Aſaph in hoc pſalmo, quia nõ defuerunt de illo populo qui intelligerent habentes fidem, quæ poſtea reuelata eſt non ad legis literam, ſed ad ſpiritus gratiã pertinentem. Non enim ſine fide fuerunt, qui eius in Chriſto reuelationem & præuidere & alijs prænunciare potuerunt. Audiamus ergo pſalmũ non tanquẽ Iudæis, ſed tanquam nobis cantatũ. Nobis enim potius iſta cantãtur, cũ Apoſtolus dicit q, hęc omnia in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtrã. Quia ſi pœnæ illæ erãt cauendæ, multo maiori diligentia uitandæ ſunt ab illis ſignificatæ. Quẽadmodum enim in bonis qua ſignificantur, multa digniora ſunt, quam quæ ſignificant: ita & in malis neceſſario ſunt grauiora ſignificata quã ſignificantia. Quod autem Apoſtolus uocat figuras, pſalmiſta uocat parabolas, non habentes fidem in eo quod contigerũt: ſed in his rebus quib. rationabili cõparatione cõferuntur. Pſalmũ ergo audiamus, & legem Dei attẽdamus non ſecundũ q, in ſuperficie ſonat, ſed quod myſtica actione ſignificat. ad hoc enim intelligens Aſaph nos inuitat ita: Populus meus. i. uos omnes qui mihi uultis eſſe conſortes, & eſſe de populo meo, cuius pars ego ſum, id eſt de intelligẽte populo. q. d. qui eſt Chriſtus iungatur mihi. Vos inquã attẽdite, id eſt interius conſiderate legem, quam ego ſcio eſſe meã, ſpiritualiter eã intelligendo & complendo, ut & uos faciatis eã ueſtram. Legem accipe ſcripturã ueteris teſtamenti. Et qualiter debeat attẽdere, dicit: ſcilicet inclinate. i. humiliate aurem ueſtrã in uerba oris mei. i. ad intelligendum legis uerba. quę loquetur uobis os meũ. i. os intelligentis. Ille enim uerò attendit legem, qui ſe humiliat ut eam & intelligat & compleat.

Aperiam in parabolis.] Ideo (quaſi dicat) aurẽ inclinare debetis, quia non ſine re loquar uobis. Nam aperiam os meum in parabolis, aliud dicendo & aliud interius ſignificando: & loquar uobis propoſitiones, quæ propoſitiones & parabolæ ſunt ab initio, id eſt ſumuntur à ueteri teſtamento, quod eſt initium ipſarum parabolarum & propoſitionum: finis uero eſt nouum teſtamẽtum. Vetus quidem teſtamentum initium eſt, quia ibi ſunt ſigna: nouũ uerò finis, quia ibi ſunt ſignificata. Vel aliter: Loquar parabolas & propoſitiones exiſtentes ab initio, non ab illo initio, quo cœlũ & terra facta ſunt: ſed (q. d.) ab initio huius cõgregationis. i. ex quo Abraham de Vr Chaldeorum eductus eſt. Ibi enim incœpit hæc cõgregatio, & ex tunc fuerunt propoſitiones & parabolæ. Quid autẽ ſint parabolæ & propoſitiones, iam ſupra dictum eſt. Sciendum autẽ q, idem poteſt eſſe parabola & propoſitio diuerſo reſpectu. Nã ſcilicet comparatio eſt parabola, ſecundũ uero quod aliquid in ſe cõtinet dignum ſolutione, eſt propoſitio. Et dicitur parabola & res, quæ alij rei confertur, per quandam ſimilitudinem, & oratio quæ ipſas res confert.

Quanta audiuimus & cognouimus ea.] Ideo loquar parabolas & propoſitiones, quia nos multa in parabolis & propoſitionib. audiuimus prophetata priorib. & cognouimus ea cõpleta poſterioribus, & quanta infinita ſcilicet. Et ideo dico audiuim*, quia patres, id eſt priores noſtri annunciauerũt nobis ea factis, dictis & ſcriptis. Factis, ſicut Abraham in filij ſui immolatione, Abel in morte ſua, & multi alij ſimiliter. Dictis & ſcriptis, ſicut Eſaias, & alij prophetæ. quidã etiam annunciauerunt nobis multa per ſuam damnationem.

Non ſunt occultata à facie eius.] Q. d. Quia ipſi narrauerunt nobis, ideo non ſunt occulta, ſed cognita: quia etiã completa à nobis filijs. i. poſteris eorum exiſtẽtib. in generatione altera. Quę eſt generatio altera, niſi cui eſt regeneratio facta? Altera enim de duabus dicitur. Et hæc reſpectu carnalis, quæ præceſsit rectè dicitur altera. Nota q, Aſaph intelligens dicit ſe eſſe in generatione altera. Quicunq; enim de priori populo legẽ ſpiritualiter intellexerunt & impleuerũt in hac generatione altera, quæ nunc eſt per fidem fuerunt.

Narrantes laudes Domini.] Patres inquam narrauerunt nobis, ipſi dico narrãtes laudes Dñi, id eſt illa in quib. meritò Dñs laudandus eſt. Et uirtutes eius. i. & in quib. apparet potentia eius, & mirabilia eius, id eſt & quæ dignæ ſunt admiranda. Mirabilia dico quæ fecit. i. quæ ipſe operatus eſt. Eandẽ rem accipit per hęc tria, ſcilicet ſcrutationẽ teſtimonij, & cõſecutionem legis, uel poſitionem, ſicut ſequẽs uerſus innuit. Quæ lex mirabilis eſt, ſi non ſecundũ ſigna, ſed ſecundũ ſignificata accipiatur. Et ideo etiam mirabilis, quia illos qui eam implent, mirabiles facit.

Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob.] Dico quia mirabilia fecit, & hoc dico propter ſcrutationẽ teſtimonij in Iacob, & poſitionem legis in Iſrael. Lex naturaliter data eſt primo homini, quando dictum eſt ei, De iſto comedas, de iſto non comedas. ſed lex illa ſopita fuit in eo per inobediẽtiam, ſuſcitata eſt autem poſtea, id eſt confirmata per ſcripturam. Poteſt etiam ipſa ſcriptura quodãmodo dici ſuſcitata, quia ſicut mors dicitur pallida, eo q, faciat pallidum: ita & ſcriptura poteſt dici ſuſcitata, quia ſuſcitauit peccatũ. Quod teſtatur Apoſtolus dicens: Veniente mãdato reuixit peccatum.

earum. Neſciebam enim concupiſcentiam eſſe peccatū, niſi lex diceret, Non concupiſces. Et uidetur exigere litera, quia dicit: Suſcitauit teſtimonium. Ipſa enim ſcriptura dicitur teſtimonium, inquantū aliquid probat. his quippe, quando ea legitimè utuntur, eſt teſtimonium damnationis. Et quamuis etiam legitimè utentibus teſtimonium ſit liberationis, tamen quantū ad malos, dicitur potius teſtimonium: quia cōtra malos teſtimonium maximè eſt neceſſarium. Dicitur eadem ſcriptura lex, inquantum prohibet aliquid, uel iubet. Et poteſt ita legi uerſus iſte, ut per Iacob accipiamus minus quam per Iſrael: ſcilicet per Iacob intelligamus proficiſcentes, & carnaliter intelligentes, & nondum uidentes: per Iſrael uero, quod interpretatur uir uidens Deum, intelligamus peruenientes, id eſt ſaluti uiciniores, & ſpiritualiter intelligentes. Item per teſtimonium minus quam per legem accipiamus, quia eadem ſcriptura dignior eſt in eo quod lex eſt, quam in eo quod teſtimonium. Per ſuſcitauit quoq; minus, quam per Poſuit. Et dicatur: Suſcitauit Dominus ſcripturam legis, ut eſſet teſtimoniū damnationis, ſcilicet in Iacob, id eſt in proficientibus tantū, non peruenientibus. Et poſuit eandam ſcripturam in legem Iſrael, id eſt ut eſſet lex, id eſt prohibitio. Attēde quod hic poſuit, ibi ſuſcitauit. Poſita eſt, quia in iſtis firmiter eſt: ibi uero tantum ſuſcitata, id eſt parum commota fuit, quia non firmiter eis inhæſit. Et in iſtis dignè eſt lex, id eſt prohibitio, quia nō tantum ceſſatur à peccatis timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. Vterq; enim & qui timore pœnæ, & qui amore iuſtitiæ à furto ſe abſtinet, habet ſimilem manum, ſed non ſimilem animum. Similes enim ſunt in opere, ſed diſsimiles in uoluntate. Poteſt etiam hic idem uerſus ſimpliciter exponi, ut per Iacob & Iſrael & per legem & teſtimonium, idem accipiamus hoc modo: Suſcitauit Dominus teſtimonium, ut eſſet in Iacob, id eſt in populo Iudaico. Et quid uocet teſtimonium, exponit dicens: Et poſuit legem in Iſrael. Iſrael ſimpliciter accipe ſine interpretatione. Poſuit tamen hic etiam notātes, ſcilicet quia graue iugum, legem uidelicet peccatoribus impoſuit. Lex enim ut ait Apoſtolus, non eſt poſita iuſtis, ſed iniuſtis: quia iuſtus nō ſub lege eſt, ſed in lege.

Quanta mandauit patribus.] Suſcitauit inquā teſtimoniū, & poſuit legē, & in ea lege quanta infinita, ſcilicet mandauit patrib. noſtris, id eſt prioribus noſtris nota facere, i. ut nota ea facerent filijs ſuis. i. poſteris ſuis. Quidam uero nota fecerunt, quidam non. Illi enim qui ſpiritualiter ea intellexerunt & impleuerunt, illi bene nota ea fecerunt, alij uero nec cognouerunt, nec nota ea fecerunt. Nota inquam facerent, ad hoc ut generatio altera, id eſt ſpiritualis cognoſcat, quod non cognouit prior generatio carnalis. Et ut ſciamus quid uocet generationem alterā, dicit: quia illa generatio erunt filij illi qui naſcentur, non iam corporaliter, ſed ſpiritualiter. & ita quod exurgeret, id eſt q. corda furſum ad æterna erigerat, non uero ad terrena ueluti illi priores ſe deprimerent. Et iſti etiā narrabūt ueria filijs ſuis, id eſt imitatoribus fidei ſuæ, hoc ſcilicet, ut ponant iſti ſicut & illi in Deo ſpem ſuam, id eſt ut nolint ſtatuere iuſtitiam ſuam, & iuſtitiæ Dei non eſſe ſubiecti: ſed tantum ſperent in iuſtitia Dei, quia per iuſtitiam factorum nullus ſaluabitur, ſed per ſolam iuſtitiam fidei. Et narrabunt etiam eis ut non obliuiſcātur operum Dei, id eſt ne ſint ingrati beneficijs Dei, & ſua opera magnificent, imò obliuiſcantur ſuorū operum, & magnificent opera Dei: ut nō prouocent eius iracundiā, ſed concilient miſericordiam. Et exquirant data eius miſericordia, non tantum ad ſciendum, ſed ad faciendū. Hęc inquā omnia faciant, ne fiant abominabiles Deo, ſicut carnales patres eorum. Qui ſcilicet patres fuerūt generatio praua & exaſperans Deum, & in quo eſſent generatio praua dicit: ſcilicet in hoc quia fuerunt diſtorta generatio, quæ non direxit cor ſuum. Ille enim non dirigit cor ſuum, qui q. praue intelligit, non corrigit: & q. bene intelligit, in actum nō perducit. Et in hoc fuit generatio illa exaſperās, quia ſpiritus eius non eſt creditus cum Deo. id eſt quia nō habuit fidē, quę fides impetrat, quod lex imperat. Cū enim ſpiritus Dei cooperatur ſpiritui noſtro, tunc q. lex iubet, impletur. quod fieri nequit niſi credendo in eum, qui iuſtificat impium. Habere autem ſpiritū creditum cum Deo, eſt credere ad aliquod bonum opus ſe non ſufficere ſine ſpiritu Dei cooperante. Et hoc eſt credere in Deum, hoc eſt fidem habere. id eſt credendo Deo adhærere, bona operanti ad bene cooperandum. Illi autem non habuerunt ſpiritum ſuum creditum, id eſt cōmiſſum cum Deo, cum quo quiſquis ei adhęret, unus ſpiritus efficitur: quia putauerunt ſe ad iuſtitiam ſufficere, ſine ſpiritu Dei cooperante.

Filij Ephrē.] Q.d. non ſolum minores inter illos fuerunt praua generatio, ſed & filij Ephren, id eſt à quib. maximè ſperabatur bonum, & qui alijs pręlati erant, ſicut Ephren prælatus fuit fratri ſuo maiori in benedictione aui ſui Iacob. In qua pręlatione quid aliud uidebatur de ipſo Ephraim promittere Iacob, quā uirtutē & omne bonū? Nihil utiq;. Et ideo filij Ephraim poſitum eſt hic ad deſignandum illos, de quibus magis ſperabatur, qui tamen facti ſunt praua generatio. quod tam accipiendum eſt in hoc poſteriori, quam in illo priori populo. Et in quo etiam hi ſint praua generatio, oſtēdit: quia quaſi intendentes arcū, & mittentes non arcum, ſed ea quæ promittuntur arcu, id eſt quaſi armis ad bellum præludentes, in die belli cōuerſi ſunt. id eſt tempore certaminis in pedes ſe dederunt. Quod eſt dicere: Simulabāt opus legis exterius, quod non amabant interius. dixerunt enim: Quæcunq; præceperit nobis Dominus, faciemus. Et nihil tamen inde fecerunt, & ſic quaſi tempore certaminis ceſſerunt. Similiter quiſquis nunc dicit Domine Domine, & in tempore tentationis recedit, nec facit quæ præcipiuntur, quaſi in die belli cedit. Promiſsionem enim obedientiæ non probat auditio, ſed tentatio.

Non cuſtodierunt teſtamentum Dei.] Cauſa eſt quare in die belli conuerſi ſunt, ideo ſcilicet, quia nō cuſtodierunt teſtamentum Dei, id eſt non attenderunt ueras & æternas promiſsiones Dei. nec obſeruauerūt eas, ſed uilius quiddam, id eſt terrena elegerūt, & noluerunt ambulare in lege eius. id eſt & ſi quandoq; aliquid de lege ſeruauerunt, non hoc fecerunt ex uoluntate bona, ſed timoris coactione. Et præterea obliti ſunt benefactorum eius, id eſt ingrati extiterunt beneficijs Dei ſibi collatis. & obliti ſunt mirabiliū eius, quæ oſtendit eis, id eſt coram eis fecit. Mirabilia accipit mala, quæ hoſtibus eorum exhibuit. Ideo dico obliti ſunt mirabilium, quia fecerunt quædam mirabilia coram patribus eorum. Patres accipit hic non illos qui fuerūt generatio praua & exaſperās, ut prius: ſed Moyſen & Aaron, qui patres dicūtur, & cauſa honoris, & ſimilitudine curæ. Licet enim Dominus in Euangelio dixerit, Nolite uobis uocare patrem ſuper terram: non tamen uoluit auferre hoc nomen à conſuetudine humanæ locutionis, ſed id uoluit ut gratiā ſpiritualis regenerationis nō aſcriberemus alicui ſanctitati uel poteſtati, ſed ei ſoli per cuius miſericordiam fit. Quare non incongruè Moyſes & Aaron hic patres dicuntur. Et coram his patribus, id eſt ipſis aſtantibus, ipſis etiam facientibus & atteſtantibus fecit mirabilia, de quib. hic agit in terra Aegypti, & determinat locum, ſcilicet in campo Thaneos. Thanis enim eſt ciuitas Aegypti, apud quā decem illę plagæ factæ ſunt, quas Dominus Pharaoni per Moyſen immiſit. Similiter & coram patribus noſtris ſpiritualibus, id eſt ipſis uidentibus & etiam facientibus, facit Dominus mirabilia ſpiritualiter in nobis, & in bonū & in malum in Aegypto, id eſt in hac uita, quæ ignorātia eſt & tentatio. Et ideo per Aegyptum rectè deſignatur: quia Aegyptus interpretatur tenebræ uel tribulatio,

Digitized by Google

bolatio, dum adhuc exiſtimus in campo Thaneos, id eſt in planicie humilis mandati. Campus enim planiciem ſignificat. Thanis uero interpretatur humile mādatum. & In hac uita datur nobis plane, id eſt manifeſtè humile mandatum, ſcilicet ut diſcamus hic humiliari, ut tandem mereamur cum illo exaltari, qui pro nobis & per nos in hac Aegypto uoluit humiliari.

Interrupit mare.] Sciendum quod mirabilia, de quibus maximè loquutus eſt, ad preſens differt, & beneficia poſterius ei collata prius refert. Quod ideo facit, ut eorum ingratitudinē aggrauat, qui cū pro ſolis mirabilibus, quæ in hoſtes eorū fecit, ſatis grati eſſe deberent: tot inſuper beneficia acceperunt, & ingrati tamen fuerunt. Et ſi hæc ſunt parabolę, ut Pſalmus teſtatur ſuperius, debemus attendere nō tantum quid in ſuperficie ſonant, ſed quid myſtica actione ſignificēt. Quæcunq; enim bona uel mala in eis uel in eorū hoſtibus contigerint hiſtorialiter, eadē in nobis fiunt ſpiritualiter. bona quidem per gratiā, mala uero per Iuſtitiam. Attendamus ergo ea, ne ſimus ingrati beneficijs Dei, & ponemus ſpem noſtram nō in nobis, ſed in eo: & timeamus eū caſto amore non ſeruili, ne fiat in nobis quod factum eſt in eis, ſcilicet ut ſimus generatio praua & exaſperā. Literam ſic continua hic: Ecce in quā in Aegypto mirabilia, & poſtea contulit eis hæc beneficia, ſcilicet quod cum ueniſſent ad mare rubrum, & propter ſequentes hoſteſ dubitarent, interrupit, id eſt diuiſit eis mare, & perduxit eos iam ad aliud litus ſecuros ab hoſtibus. & eis trāſeuntibus ſtatuit, id eſt ſtabiles fecit aquas maris quaſi ui collectas. hoc hiſtorialiter illis. Fit etiam idem ſpiritualiter nobis. Aqua enim baptiſmatis rubricata, id eſt uelut mare rubrum facta ſanguine Chriſti, qui admiſcetur ei per ſignacula crucis, diuiditur ab alijs ſimplicibus aquis: quia iam eſt aqua non tantum lauandis corporibus, ſed mentibus apta. Et per hāc aquā in qua ſatanæ & pompis eius abrenunciamus, & fidem ſuſcipimus, traducit nos in ſecuritatem cœleſtis patriæ Dominus ſi non re, tamen in ſpe: atque omnes hoſtes inſequentes nos, id eſt omnia uitia tam actualia priora quam originalia ibi extinguuntur. & per eandam renunciationem & fidem aquas concupiſcentiarum & uitiorum fluidas & labentes, ſtabiles facit, ſcilicet ut non ſicut prius, amplius diffluant in nobis.

Et deduxit eos.] Perduxit eos inquā ad aliud litus, & de illo loco duxit eos per deſertum in nube diei, & tota nocte illuminatione ignis, hoc eſt præcedendo eos in die in columna nubis, quæ eos protegeret à calore: & in nocte in columna ignis, quę iter oſtenderet eis. Similiter & nos poſt tranſitum ſupra dictum deducis in hoc deſerto, & in hac uita in protectione nubis, id eſt humanitatis Chriſti, per quam quid aliud factum eſt nobis, quam quoddam umbraculum ab æſtu incentiuorum? Ipſe enim prior paſſus eſt, ut nos pati nō haberemus: & reſurrexit, ut candē ſpem haberemus. & ſic factus eſt nobis obumbraculum & turris fortis, ut alibi dictum. Dicitur autem caro Chriſti ideo nubes, quia in ea malos diuinitas latuit: bonis uero affulſit. & fuit talis nubes, quæ eſſet diei, id eſt dies quia clara fuit, & ſine nebula peccatorum. Vnde dictum eſt, Aſcendit Dominus leuem nubem, & ingredietur Aegyptum, & confringet omnia idola Aegypti. Et tota nocte, id eſt in tanta hac ignorantia deducit nos in illuminatione ignis, id eſt illuminando nos ſpiritualibus donis ſuis. Per ignem autem in quo & ſplendor & calor eſt, hoc notatur: quia illuminabit bonos & hic & in futuro, & tandem cremabit malos.

Interrupit petram.] Aliud beneficium, ſcilicet quia in eremo inaquoſe interrupit petram Dominus à Moyſe hic uirga percuſſam, & aquarum tanta copia affluxit (uelut in multa abyſſo) ut adaquari poſſent. Et hoc modo adaquauit eos: quia eduxit aquā de petra, & non paruam aquā: ſed eduxit aquas tanquam flumina, id eſt largiſſimas aquas. Quod ſic ad nos pertinet. Petra in eremo hic uirga percuſſa, eſt Chriſtus duplici ligno crucis crucifixus: in cuius paſsione uelum templi ſciſſum eſt, quia omnia quæ prius occulta erāt, reuelata ſunt. & petræ ſciſſę ſunt, quia lapidea cordà fidem ſuſceperunt, quam fidem largiſsimæ aquæ ſecutæ ſunt. Illę aquæ ſcilicet, de quibus ipſa dicit in Euangelio: Qui in me credit, flumina de uentre eius fluent, &c. hoc eſt ſecuta ſunt ea abundantiſsima ſpiritualia dona.

Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in iram concitauerunt excelſum in inaquoſo.] Tot quidē beneficia à Domino præſtita ſunt eis, & tamen ipſi adhuc peccare ei appoſuerunt. Et ideo (quaſi dicat) dico appoſuerunt peccare, quia prius poſuerunt. Nam cum excitauerunt prius excelſum, id eſt Dominum in iram, dubitando de eius potentia in inaquoſo, id eſt in arido loco, ſcilicet magis in ariditate mentis quam uentris. Pleni enim erant uentres, ſed uacuæ mentes. Et in quo appoſuerunt, ſubdit: ſ. in hoc, quia cū ueniſſent ad locum ubi nec fieri aliquid potuit, nec ſatum fuit, tentauerunt Deum in cordibus ſuis: quia petebant non credendo, ſed tentando, aliud ſcilicet in ore, aliud habentes in corde. Sic inquam tentauerunt dico, ut peterent eſcas animabus ſuis. id eſt utilitati non ſpiritualitati ſuæ. Et nos ſimiliter apponimus peccare in inaquoſo, ſi poſtquam per miſericordiam Dei ſpiritualia dona accepimus, ita aridi ſumus ut bona quę poſſemus agere, prorſus omittamus, & in hac ariditate ad iram eum prouocamus. Apponimus poſtea peccare, ſi tentamus eum, quærentes ab eo non uera, ſed falſa bona: quaſi ipſe quid petendum ſit neſciat, cum de ſolis ueris bonis dicat: Petite & accipietis, &c.

Et malè locuti ſunt de Deo: dixerūt, Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?] Exequitur quomodo tentauerunt Deum, ſcilicet quia malè locuti de Deo detrahētes ei, quia dixerunt: Nunquid poterit Deus parare menſam, id eſt aliquam refectionem in hoc deſerto? & quaſi dicat eis, Aliquis poterit, quia quod æquè fuit impoſsibile, facit dando aquas de petra: dicunt ad illud deſtruendum, Quoniam percuſsit petram, & aquas aduxit. Nunquid etiam poterit dare panem in hoc deſerto, aut parare menſam, id eſt refectionem aliquam populo, quamuis eum dicant ſuum? Vtique non poterit, quia (quaſi dicerent) illud aliquo modo poſsibile fuit, iſtud uero eſt impoſsibile. Allegoricè pertinet hoc ad illos, qui poſtquam cognoſcunt & intelligunt uerè Chriſtum mortuum eſſe pro noſtra ſaluatione, & baptiſmum etiam ualere ad noſtram ſaluationem: dubitant tamen an ipſe in hoc deſerto, id eſt in hac uita ſanguine & corpore ſuo nos poſsit reficere. Et quaſi dicant ita: Quoniam Deus percuſsit petram, id eſt quoniam Dominus pro nobis mortuus eſt, & inde fluxerunt aquæ (ut ſupra dictum eſt) nunquid etiam poterit dare panem, id eſt poterit nos in deſerto huius uitæ corpore & ſanguine ſuo reficere? Quaſi dicant: Hoc eſt impoſsibile. Per panem in myſterio accipe alterum tantum ſacramentum, ſcilicet corpus: per menſam uero utrumque. Tales fuerunt illi de quibus legitur, cum diceret Dominus, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis uitam in uobis: ſcandalizati fermè ſeptuaginta duo abierunt retrorſum dicentes, Durus eſt hic ſermo, quis poterit eum audire? Nunquid abſciſſurus eſt particulas de carne ſua, & daturus nobis ad comedendum, &c.

Ideo audiuit Dominus.] Illi quidem tentantes dubitauerunt, & ideo Dominus audiuit eos: audit etiam nos cum de eo dubitamus, & tamen diſtulit pœnam, ut prius ſatiaret infidelem eorum concupiſcentiam. & oſtenderet ſuam potentiam. Quod & ſi quis diligēter ſequentia conſideret, aptiſsimè ad nos poteſt referri. Et quid diſtulerit dicit, hoc ſcilicet quod ignis accenſus eſt, id eſt mentis excæcatio facta eſt in Iacob, i. in minoribus, i. in dubitātibus, ſcilicet hiſtoriali

ter hoc & in illis fuit, quod ignis in caſtra eorum uenit. Et ira Dei deſcendit in Iſrael, id eſt in maioribus. Sæpè enim per humanã compaſsionẽ maiores adeò minoribus condeſcendunt, ut condignã correctionẽ uitijs eorum non adhibeant, deputãres potius quod peccẽt, humanæ infirmitati. Et ideo ira Dei, id eſt mẽtis excæcatio pariter inuoluit eos: quia non ſic cõpati debcrent teſte beato Gregorio, qui dicit: Compaſsionem naturæ debemus, uitijs uero diſtrictionẽ. Hiſtorialiter etiam hoc in illis fuit, quia Aaron uerè nimis cõpaſſus eſt eis, quando ſatis faciens prauę uoluntati eorum, uitulum conflarilem fieri permiſit, & inde irã Dei meruit, ſcilicet ut non introduceret illum populum ſuum in terram promiſsionis.

Quia non crediderit.] Ideo inquam ignis accenſus eſt in Iacob, quia non crẽdiderunt in Deo. i. dubitauerũt de Deo: & ideo nec ſperauerunt in ſalutare eius, id eſt deſperauerunt de ſaluatione eius.

Et mandauit nubibus.] Ecce propter quid diſtulit pœnam, ſcilicet ut prius impleret infidelem eorum concupiſcentiam: quia mandauit nubib. deſuper uenientibus pluere, & aperuit quaſi ianuas cœli.

Et pluit illis manna ad manducandum.] Quod autẽ dicit, mãna determinat, ſcilicet dedit eis panem cœli, id eſt panem miſſum de cœlo. Nã panem angelorũ manducauit homo. hoc uerè habet hiſtoria, quòd illi populo murmuranti Deus pluerit manna. Manna uero tale, quod fuit quidẽ omnẽ cibum eis ſapuit. & interpretatur manna, quid eſt hoc? Non autẽ ideo manna panẽ angelorũ dicit, q, eo utantur angeli: ſed quia quaſi de eorum regione. i. de ſuperiorib. deſcẽdit. Vel ideo etiã manna panem angelorum dixit, quia ſignificauit uerum illum panẽ qui de cœlo deſcendit, quo reficiũtur angeli. Habet quoq; hiſtoria q, mãna, quia cõfuſi ſaporis erat, cœpit eis eſſe tædio. & cęperunt deſiderare ſapidiores cibos, & tunc Deus cibaria alia miſit eis pręter manna in abundantiã. & hoc modo miſit eis: Tranſtulit auſtrum, uentum illum calidum de cœlo ad terras, & induxit etiam Aphricum illum collateralẽ eius, uentum non in eius, ſed in ſua uirtute qui facit eum eſſe. Et in impetu illo uentorũ pluit ſuper eos carnem ſicut puluerẽ. i. abundanter. & hoc exponit, ſcilicet pluit ſuper eos ſicut arenam maris. i. copioſiſsimè uolatilia pennata. Sunt enim etiam quędam uolatilia non pennata, ut papiliones. & uolatilia illa, ſcilicet coturnices ceciderunt in medio caſtrorum eorum, & circa tabernacula uſq; ad cubitum, ut hiſtoria refert. & inde non ſobriè manducauerunt, ſed ſaturati ſunt quidã eorum nimis. i. uſq; ad uomitum. & hoc modo attulit eis Dñs deſiderium eorum, ſcilicet repleuit infidelem concupiſcentiam eorum. Et uerè attulit, quia non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Et quia nimis ſaturati ſunt, ideo cum adhuc eſcæ eſſent in ore ipſorum, ſtatim ira Dei aſcendit ſuper eos. i. ultio diuina oppreſsit eos. Similiter & Dominus mandat nubibus. i. prædicatoribus ſuis. & aperit ianuas cœli. i. aperit corda eorum ad intelligẽtiam ueritatis: & per illos pluit nobis illud uerum manna, quo reficiuntur angeli. q, deſcendit de cœlo, ut panem angelorum manducaret homo, ſcilicet notificando nobis hiſtoriã incarnationis Chriſti ſui, & myſteriũ ipſius incarnationis, & præterea notificando nobis eum in ſacramentis altaris. Poſtquam autẽ hoc totum per miſericordiã eius percipimus, ſi adhuc altiora uelut cibum ſapidiorẽ quærimus, ut notitiam de diuinitate eius, & etiam de myſterijs altioribus: tunc Dominus non aquilonem, qui frigidus eſt, ſed Auſtrum & Aphricum meridionales uentos & calidos. i. lucentes & feruentes ſpiritus prędicatorum tranſfert de cœlo, ubi audiuerunt ſecreta, quæ non licet homini loqui, ad terras: quia facit eos condeſcendere nobis, ut & nos cum ipſis coaſcendamus. Et per illos pluit nobis carnes & pennata uolatilia. i. illa, ſapidiora & altiora notificat nobis, ſicut puluerem, & ſicut hoc modo. Per puluerẽ qui minutiſsimus eſt, intellige ſubtilitatem ſententiarum: per arenam uero, copioſitatẽ: per mare, quod ſalſum eſt, ſapiditatem: quia & ſi non omnibus, quibuſdam tamen ſunt ſapor uitæ ad uitam. Poſſumus etiã per puluerem uilitatem, & per arenam accipere ſterilitatem in eiſdem, quantum ad malos. Et uolatilia illa cadunt & in medio tabernaculorum noſtrorũ, & circa tabernacula. Illa quidem in medio, quæ à proprijs prælatis addiſcimus: illa uero circa, quæ ab extrinſecis. Si autẽ nos reficimur eis, non ad ſobrietatem, ſed ad ebrietatem: ſcilicet ſi nimis altè uolumus ea indagare, & ſapere plusquam oportet ſapere, ut inde ſuperbiamus, & magiſtri erroris efficiamur. ecce cũ adhuc quaſi eſca in ore ſit, ſtatim ira Dei aſcendit ſuper nos, quia mentis cęcitate multamur. Beatus Auguſtinus hanc allegoriã ſatis urbanè & propriè inſiſtit, ita dicens: Pluit ſuper illos manna, & qui illud dedit tentanti ſynagogę, non denegabit illud credenti Eccleſiæ. Qui enim ſic potuit tentantiũ corpora reficere, poteſt & non tentantiũ, id eſt credentium paruolam fidem carne editis uocum ſignis, & per aerem tranſcurrentibus, tanquam uolatilibus pennatis paſcere: non tamen ab aquilone uenientibus, ubi frigus & caligo pręualet, id eſt eloquentia, quæ huic mundo placet. ſed tranſlatis Auſtro & Aphrico, qui calidi uẽti ſunt, de cœlo. Quò? ad terras ſcilicet, ut paruuli in fide terrena audientes, nutriantur ad capiẽnda cœleſtia. Si enim non credent terrena, non credent & cœleſtia. iuxta illud Dominicum: Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo ſi cœleſtia dixero uobis, credetis? Auſter ille de cœlo, ubi audiuit arcana, quæ non licet homini loqui, uerè ad terras tranſlatus fuit, cum dixit: Non potui uobis loqui tanquam ſpiritualibus, ſed tãquam carnalibus. Tanquã paruulis in Chriſto lac uobis potũ dedi, non eſcam. Per Auſtrum autẽ & Aphricũ intellige feruentes & lucentes ſpiritus prædicatorũ, qui ultra ueniũt ad nos, & apportant uerba diuinitus miſſa, ut quiſq; colligat ea, & in tabernaculo & circa tabernaculum ſuum, & adoret Deum in loco ſuo.

Et occidit pingues eorum.] Q. d. Hoc modo aſcendit ſuper illos, quia occidit ex eis impinguatos, id eſt nimia ſaturatione hiſtorialiter in corpore. Occidit nimis doctrina eius impinguatos in mente, & electos Iſrael impediuit, ita ſcilicet ut nõ poſſent illis prodeſſe, quibus paterno affectu uolebant ſuccurrere. Quid enim prodeſt humana miſericordia, ubi præſens eſt diuina uindicta? Vel etiam ita eos impediuit, quia nimis compatiendo non hoc uerrant diſtrictionem uitijs, ut & ipſi cum eis paterentur. Velut ſæpè prophetæ cum alijs in captiuitatem ducti ſunt, non tantum in exemplum iuſtitiæ, ſed & patientiæ. In exemplum quidẽ iuſtitiæ, ut alij ſcirent: quia ſi non parcit filijs, nõ parcet ſeruis fugitiuis. In exemplum uero patientiæ, ut illorum exemplo patiẽter mala tolerare diſcerent. In omnibus hęc prædicta mala intulit eis Dominus, & in his omnibus à Domino correcti peccauerunt tamen adhuc: & ideo peccauerunt, quia non crediderunt in Deum, attendentes in mirabilibus eius, quoniam admonere deberent. Mirabilia uocat beneficia, & pœnas eis illatas, quantum ad ea quę ſignificabant.

Et defecerunt.] Quaſi dicat: Quia non crediderunt in mirabilibus, ideo uanitati ſtuduerunt, id eſt terrenis rebus. Et in ea uanitate defecerunt dies eorum & anni eorum cum feſtinatione: quia proſtrati ſunt una die uiginti tria milia, & perierunt à ſerpentibus & alijs uarijs morbis. Quod autem dicit, Cum feſtinatione, non ideo dicit quòd anni ad mortem feſtinarent: ſed quia ipſi non corrigebantur, ſed ſemper in peius detrudebantur, ideo uidebantur quaſi feſtinare ad interitum. Similiter cũ dies omnium noſtrûm ad æternitatem creati ſunt, ſi nos uanitati ſtudemus, ipſi certè ab æternitate deficiunt: & cum de die in diem peccam⁹, & nõ corrigimus, tũc anni noſtri ad æternitatẽ

creati

creati feſtinant quaſi ad interitum uel ad nihilum.

Cum occideret eos, quærebant eum.] Defecerunt inquã anni eorum, quia Deus occidebat eos: & cum occideret eos, quaſi quærebant eũ, non occiſi, ſed alij timẽtes occidi. Et hoc modo quærebant, quia reuertebantur non corde, ſed ore ad Deũ, à quo prius abierant, & diluculo, id eſt quaſi ſtudioſe reuertebantur ad eum. & tunc rememorati ſunt, nõ tamen uerè: quia hoc tantũ modo aut propter aliqua cõmoda adipiſcenda aut in cõmoda deuitãda fecerunt. Rememorati ſunt inquã, quia Deus adiutor eſt eorũ, id eſt quia ſine Deo nihil ualeant facere poſſent, & quia redemptor eorum eſt. i. quia redemit eos de Aegyptiaca ſeruitute: & ideo dilexerunt eum tantũ in ore, nõ in corde. Ore enim honorabant, quam corde contemnebant. Et lingua ſua mentiti ſunt ei, dicentes: Quæcunq; præcepit Dominus, faciemus, citò autem fecerunt, & obliti ſunt.

Cor autem eorum.] Dilexerunt eum (inquã) tantum in ore, cor autẽ ipſorum non erat rectum cũ eo. Illius aũt cor rectũ eſt cum Deo, qui Deũ quærit tantũ propter Deũ. Iſti uero nõ propter ipſum, ſed propter alia quærebant Deum. Et quia cor eorum nõ erat rectum cum Deo, ideo nõ ſunt habiti fideles, imò infideles in teſtamento, id eſt in promiſsionib. eius, quia nõ fideliter attẽderũt quæ Dñs promittebat, ſcilicet æterna & cœleſtia, ſed ꝓ his elegerunt terrena & trãſitoria.

Ipſe autẽ eſt miſericors.] Illi quidẽ tales erãt, quod & mẽtiti ſunt ei, & cor rectum cum eo nõ habuerunt, unde penitus deſtrui promerebantur. Ipſe autẽ eſt eis miſericors. quia nõ penitus deſtruxit populum illũ, propter prolis ſucceſsionem: quia quidã poſteri eorum credituri & perfecti futuri erãt, ſicut ſancti Apoſtoli & multi alij, & quia naſciturus erat de ſemine eorũ Chriſtus. Et propitius fiet peccatis eorũ, nõ illorum quidẽ peccãtium & in infidelitate perſiſtentium: ſed quorũdã qui ex eis cõuertentur, ut prædiximus. & propter hoc nõ penitus diſperdidit illos. Sciendũ quod ex hoc loco peccatores, quidã impunitatem peccatorum præſumpſerunt aſſerere, dicentes quod etiam ipſi tales eſſent, quales iſti fuerunt: tamen Deus miſereretur eorum, quia hic dicitur, Ipſe autẽ eſt miſericors & propitius fiet peccatis eorum, non attendentes, quia patientia Dei ad pœnitentiam nunc adducit, in futuro uero nullius mali miſerebitur.

Et abundauit.] In hoc quidẽ miſericors ais fuit, quia nõ penitus eos diſperdidit. & abũdauit in miſericordia, id eſt adhuc abundantiore miſericordiã eis exhibuit, ſcilicet ut auerteret iram ſuam, ſcilicet ut etiã eis unigeniti filij ſui ſanguinem condonaret: uelut illis qui accedentes ad Apoſtolos dixerunt, Quid faciemus uiri fratres? Quib. reſpondens Petrus ait: Pœnitentiã agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrũ in nomine Domini. Quo circa nõ accendet etiã omnem irã ſuam, ut omnino deleat populum illum propter prolis ſucceſſionẽ, ut ſupra diximus. Et ideo quoq; non accendet, quoniã recordatus eſt nunc quia caro ſunt: non quod obliuio cadat in Deum, in quẽ nullum cadit uitium: ſed quia prius quãdo proſternit eos, uidebaẽ quaſi oblitus infirmitatis eorũ. Nũc uero cũ parcit eis, uidetẽ quaſi recordatus eſſe, quia caro ſunt, id eſt quia de infirma materia ſunt. & ideo quod peccant ex infirmitate eſt, & recordatus eſt etiam, quia ſunt ſpiritus uadens, id eſt pronus ad peccãdũ & nõ rediẽs per ſe ſcilicet, ſed per Dei tantum miſericordiã. Perdere enim ſe homo poteſt, ſaluare uero ſe non poteſt. Vnde Salomon de uia iniquitatis dicit: Omnia qui ambulet in ea, non reuertetur. Et ſciendũ, quia ſicut ex ſuperiori quidẽ aſſumpſerunt occaſionẽ impunitatis, ita etiã ex hoc dicto alij quidã aſſumpſerunt ſibi occaſionẽ deſperationis.

Quotiens exacerbauit.] Repetit eandem infidelitatẽ eorum, quã ſupra cõmemorauit. & hac de cauſa repetit, quia uult addere plagas illas, quas Dñs Aegyptiis propter eos inflixit, ut tanto magis appareant ingrati: quia debebant utriuſq; recordari, ſcilicet & beneficiorum ſuorum & malorum propter eos hoſtibus illatorum. Et ſic continuatur: Verè ſunt caro & ſpiritus uadens, quia ſi tales non eſſet, totiens Dominum nõ exacerbarent. Nam quotiens, uſq; in infinitũ exacerbauerunt eum in deſerto. hoc eſt concitauerunt eum in iram in inaquoſo non tam in uentris ſiccitate, quã in mentis ariditate. Et hoc modo cõcitauerunt eum, quia conuerſi ſunt ad eum dicentes: Quæcunq; præceperit nobis Dominus faciemus. & tamẽ ſtatim tentauerunt eum, in quo apparet, quia uerè non ſunt conuerſi. Milites enim Chriſti non ſunt oretenus. Et hoc modo exacerbauerunt, id eſt exacerbatum ſibi reddiderunt ſanctum Iſrael, id eſt illum qui ſanctificat omnẽ Iſrahelem, id eſt omnem uirum uidentem Deum. uel ſanctum Iſrael. i. quẽ ipſi debebant ſanctificare in ſe, ſi eſſent uerè Iſrael. Similiter & nos cõuertimur dicẽtes Dñe, & ſtatim Deum tentamus: quia tẽpore tentationis recedimus. & ſic Deum quẽ potius placare debemus, exacerbamus. Ideo inquã, ſanctum Iſrael exacerbauerunt: quia recordati manus, id eſt potẽtiæ eius oſtenſæ in die, qua redemit eos de manu tribulantis Pharaonis. Dicit Caſsiodorus quod tribulatio, & ea quæ dolent, maximè in memoria haberi ſolẽt. Iſti uero nec tribulationis recordati ſunt, quare multo minus beneficiorum, & ideo nimis ingrati fuerunt.

Sicut poſuit in Aegypto.] Redemit eos inquam, ſicut reuera tunc redemit eos, quando poſuit ſigna ſua in Aegypto. Vel manus eius recordati non ſunt oſtenſæ, ita ſicut tunc oſtenſa eſt, quãdo poſuit, id eſt firmiter & euidenter locauit ſigna ſua in Aegypto. Signa uocat plagas Aegyptijs inflictas, ꝓpterea quia aliud ſignificauerunt: & ideo ſtatim ſigna illa uocat prodigia, & locũ determinat dicens, Et prodigia ſua in campo Taneos. Prodigia enim dicũtur quaſi porrò agẽtia. Et plagæ illæ fuerunt porrò agentes, id eſt ſignificantes ea quæ ſpiritualiter in nobis fuerint. Et incipit enumerare ſigna illa dicens, Et conuertit flumina eorum in ſanguinẽ: & imbres etiam eorum propterea, ne de his uel de illis biberent. hiſtorialiter hoc uerè factum eſt, quod flumina ſanguinolenta facta ſunt, & piſces mortui. & quod ipſi ciſternas foderunt, & ibi etiam ſanguinem inuenerunt. Similiter etiam nunc his qui ſequuntur populum illum, & in Aegypto, id eſt in tenebris eſſe uolunt, conuertit Dñs flumina in ſanguinem, id eſt doctrinam ſacræ ſcripturæ facit eis inſipidam & impotabilem, ſcilicet ut de cauſis rerum non ſpiritualiter, ſed carnaliter ſentiant: & quod ſpiritualiter factum eſt, carnaliter intelligant. Et hoc eſt conuerti quod ſapidũ erat in inſipitatẽ, ſicut ecõtra aqua quæ ſine ſapore eſt in uinum. i. in ſaporẽ mutatur, cum litera legis ſpiritualiter intelligitur. Per imbrẽ uero, qui eſt aqua deſuper ueniens, altiora in ipſa doctrina, quæ maximè ſpiritualiter eſſet intelligenda, ſignificantur.

Miſit in eos cynomiam, & comedit eos.] Cynomia eſt muſca canina, ualde canes infeſtans, per quã (ut ita dicã) canini mores deſignantur, quibus ita conſumuntur interius uolentes deuorare populum Dei, ut nec parẽtibus ſuis aliquem exhibeant honorem. Cum tamen Dominus in Euangelio præcipiat, Honora patrem & matrem ut ſis longæuus ſuper terram. Ranam quoque miſit Dñs in Aegyptum, & diſperdidit eos. Per ranam loquacitas deſignatur, quæ diſperdidit Dominus perſecutores & malos: quia ipſi intendentes uaniſsimæ loquacitati, deficiunt auctoritate. Et dedit fructus eorum, ſcilicet Aegyptiorum ærugini. Aerugo eſt tinea uel rubigo, occultè nocens. quod in ſpicis ſatis euidens eſt. Et deſignatur per æruginem occulta ſuperbia in malis ſcilicet, quando plus ſuperbiunt quam debebant: & exiſtimant ſe aliquid eſſe, cũ nihil ſint, per quod deſtruitur fructus eorum, quẽ ipſi ex intelligẽtia & ratione debebant facere. Omnis enim homo naturaliter ex intelligentia, & ratione hoc habet, ut fructum Deo reddat, id eſt bona opera faciat.

Et

Et labores eorum dedit locuſtæ.] Locuſta ore lædit, quæ rodit. per quā nequitia illa in malis deſignatur, quod ipſi bonis operibus proximorum detrahunt, uel etiā falſum teſtimonium contra proximū dicunt. Et huic locuſtę dantur labores eorum, quia dum bona opera aliorum deſtruunt principalia, ſi quid ipſi boni fecerunt deterunt: quia nemo prius peccat in ſe, quam in alterum. Poteſt etiam iuxta aliam ſimilitudinem per locuſtam inſtabilitas malorum intelligi, ſcilicet quia ad tempus credunt, & in tēpore tentationis recedūt.

Et occidit in grandine uineas eorum.] Per uineam compunctio, id eſt compaſsio erga proximum deſignatur. quæ deberet tanquam uinum nobis eſſe delectabilia: & per quam etiam terū noſtrarū debemus obliuiſci. Alibi enim dicitur, Potaſti nos uino compunctionis. Hæc uinea grandinatur in malis tunc, quando ipſi per rapacitatem aut depręđationem, aut quolibet alio modo deuaſtant bona aliorum. Lōgè enim plus ſe ipſos deuaſtant interius, quam illos exterius.

Et occidit moros eorum in pruina.] Morus eſt arbor, quę facile pruina læditur: pruina uero eſt frigidus quidam ros nocturnus, & deſignat latens odiū, ſcilicet quando tenebris ſtultitiæ ueluti nocturno frigore dilectio proximi congelaſcit in nobis. Per quod morus, id eſt fructus dilectionis proximi quicunq; eſſe deberet, in nobis perit. Rectè ergo per morū, cuius fructus rubicundus eſt, dilectio proximi deſignatur: quæ in tantū ualere debet in nobis, ut animā pro fratrib. ponamus, & ſanguinem effundamus. Tenebræ ſtultitiæ quas prędiximus ſunt, nolle imitari illum qui animam ſuā uoluit pro omnibus ponere: ſicut econtra ipſum imitari, eſt quaſi lumen ſapientiæ. Vel aliter. Pruina anticipat fructus, etiam priuſquā in ſolia uel in flores producātur. per quod deſignatur nequitia illa malorum, quæ ita anticipat omne opus bonorum proximorū dehortando, deuocādo, ut nihil in eis boni fiat. Iuxta hanc uero ſententiam morum pro quocunque fructu accipias.

Et tradidit grandini iumenta eorum.] Hoc uero hiſtorialiter factum eſt, quòd grando percuſſit iumenta Aegyptiorum. Per damnum autem iumentorum, pudicitiæ damnum intelligitur. Iumenta enim non niſi ad fœtum coeunt, & ideo commodè per iumenta deſignatur pudicitia. Vel aliter: Quia iumēta dicūtur à iuuando, poſſunt per iumenta uxores deſignari, quę ſunt adiumentum: etſi nō uirginalis caſtitatis, tamen coniugalis. Hæc autem iumenta quaſi grandinantur, cum ipſæ uxores uileſcunt uiris, ſicut econtra uxorib. ſępè uiri. Tradidit enim illos De⁹, ut Apoſtolus ait, in reprobum ſenſum, ut uiri relicto uſu fœminæ, & fœminæ relicto naturali uſu maſculi, faciant quæ nō cōueniant, &c.

Et tradidit poſſeſsionem eorum igni.] Poſſeſsio noſtra eſt interior homo: iuxta illud, In patientia ueſtra poſsidebitis animas ueſtras. Hæc poſſeſsio traditur igni, quādo mens noſtra immaniſsimæ iracūdię furore uaſtatur. ſicut enim per patientiam conſeruatur, ita per impatientiam deuaſtatur. Sciendū quòd ſicut in Exodo decem plagę Aegypti enumerātur, ita & hic. Tres tantum ibi enumerantur, quæ hic non ſunt: ſed pro illis aliæ tres hic ponuntur, non ad hiſtoriam, ſed ad allegoriam. Quarum una hæc eſt, ſcilicet quòd poſſeſsio tradita ſit igni. Alia uero eſt, Occidit moros eorum in pruina. tertia. Et dedit ęrugini fructus eorum. Et hoc eſt uſitatum in hac ſcriptura, alterum pro altero propter allegoriā ſæpè ponere. taliter enim ſuperius pro Achia poſuit Abimelech.

Miſit in eos] Q.d. Hęc omnia prædicta intulit Dominus Aegyptiis, & hoc taliter fecit, ſcilicet, q. prius miſit in eos indignationem. deinde iram, demum tribulationem. hoc eſt quod dicit: Miſit in eos iram indignationis ſuæ conſecutiuam, & determinat quo ordine ſcilicet, prius indignationem, & poſt iram & ſic tribulationem. Et hanc immiſsionē fecit per angelos malos, iræ ſuæ miniſtros. Indignationem quippe miſit ſtatim, quando non conſenſerunt, primo admonitu, ut dimitterent populum ſuū: quando uero ſuperbire magis cœperunt, tunc cōtumacia promeruit irā. Secuta deinde induratio, ſecuta & tribulatio. Accipe aūt in primo flagello indignationem, in ſecūdo quod grauius fuit, iram: tribulationem uero in aliis omnib. Similiter & nos cū peccamus, mittit Dominus indignationem, id eſt mentis excęcationem. deinde iram, id eſt grauiorem excęcationē. nouiſsimè uero tribulationem, quando in profundum iniquitatis præcipitamur. Angelos malos non dubium eſt uocari illos, quib. æternus ignis paratur: per quos Deus non ſolum dānat malos, ſed etiā probat pios, ut beatū Iob. Veruntamen illam poteſtatem habent in malos, aliam in bonos. In bonis enim nihil operari poſſunt niſi permiſsi: in malis uero, quia iam in ius & arbitrium eorū uenerunt, quidlibet agere poſſunt, etiā non permiſsi: ſicut aliquis ruſticus alienum bouem nō exercet, niſi quando ab illo cuius eſt, permittitur: ſuum uero exercet ſecundum quod ſibi placet. Boni quoq; angeli poteſtatem habent corporaliter, etiā nocendi malis hominibus. Tres enim angeli, quos Loth in hoſpitio recepit, boni fuerunt, per quos tamen Sodomæ ſubuerſio facta eſt. Quod autem boni angeli bonis hominibus corporalē aliquā lęſionem intulerint, nō legitur.

Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ.] Oſtēdit quomodo immiſsionem prædictam per angelos malos fecerit, ſcilicet quia fecit ſemitā iræ ſuæ. tādiu enim quaſi ſemita irę Dei fuit, dum iniquitatem illorum occulta eius æquitas puniuit. Poſtquam uero per angelos malos in manifeſta ſecreta duci eos permiſit, ut in euidentiſsimos peccatores euidentiſsimè uindicaret, tunc ſemita ſtricta facta eſt lata uia. Et ideò uiam fecit, quia non pepercit à morte animarū eorum reorū. Vel aliter: Quaſi ſemita iræ Dei fuit, quam dixi illos in exteriorib. bonis percuſsit: quādo uero ipſos eoſdem percuſsit, demergendo eos in morte. Ecce ſemitam uiam fecit. Et ſecundum hoc quod ſequitur, eſt determinatio, quo modo fecit ſemitam uiam, per hoc ſcilicet: quia cum prius percuſſiſſet eos in exterioribus, tandem non pepercit à morte animarum eorū, id eſt grauiſsima morte eos interfecit. Minus enim dicendo plus ſignificat. Et iumenta eorum concluſit in morte, quia ipſos cum equis & curribus demerſit in mare. Similiter in nobis quaſi ſemitæ iræ ſuæ uiam fecit, quando de grauibus peccatis in grauiora ſemper permittit præcipitari. Et non parcit nobis à morte animarum, dando nos tandem in profundum iniquitatis, & in æternas tenebras mentis: & nobiſcum iumenta noſtra in morte concludit, quia pudicitiam nobis omnē in nobis perire permittet.

Et percuſsit omne primogenitum ab homine uſq; ad pecus.] Vt hiſtoria refert in terra Aegypti. Et prætereà percuſſit primitias omnis laboris eorū, id eſt omnis primitiua in agreſti labore. Velut fœnū, hordeum, linum, & ſimilia, non in terra Ieſſen, ubi erant filii Iſrael, ſed in tabernaculis Cham, id eſt in terra hoſtium. Tabernacula Cham idem accipe, quod terrām Aegypti. Dicit enim Auguſtinus & Caſſiodorus, quòd etiam fuit pater Chanaan, cuius poſteritatem terram illam poſſediſſe cōſtat. Poteſt autem per animalium primogenita intelligi uel fides, ſine qua omne bonum opus inutile & incaſſum eſt. uel dilectio Dei & proximi, in quibus pendet uniuerſa lex & Prophetæ. uel etiā iuſtitia, quæ principalis & ſocialis uirtus eſt: quia per eam totum genus humanum in naturali ſaltem ſociatur. Per primitias uero laboris, ſignificantur pręcipua in noſtris actibus, ſicut quæ prædicta ſunt, præcipua ſunt in uirtutibus. Quę omnia percuſsit Dn̄s. i. ad nihilū deducit non in terra Iſrael, ſed in terra Aegypti. i. in his q & populū eius perſequuntur, & magis tenebras q̄ lucē diligūt. & qui ſunt tabernacula Chā. i. in quib. regnat diabolus. Cham. n. callidus interpretatur. Qui s

autem

Digitized by Google

autem callidior quã uerſipellis ille ſerpens antiquus? utique nullus.

Et abſtulit ſicut oues.] Quaſi dicat: Ita percuſsis & deſtructis ouibus abſtulit de medio illorum Dominus populum ſuum, quem ſcilicet inter omnes gẽtes ſpecialiter ſibi elegerat. Sicut bonus paſtor oues ſuas educit de periculis. & in deſerto, id eſt per deſertum perduxit, id eſt ad ſecuritatem eos, ſicut paſtor gregẽ deduxit. Aufert. & nos Dñs, ſi ſumus populus ſuus, id eſt obedientes præceptis ſuis de poteſtate, & ſpiritualium & corporalium hoſtium noſtrorum, paſcendo nos ſpiritualibus ſacramentis, ſicut pius paſtor oues ſuas paſcit, & in deſerto, id eſt in hac uita, quæ deſertum eſt reſpectu futuræ uitæ, ad ſecuritatem per ſpeciem nos ducit. tanquam gregem factos, id eſt in unum cor & animam unã, congregatos. Et deduxit eos in ſpe terræ promiſsionis: deducit & nos in ſpe. ſpe enim ſalui facti ſumus. Et non timuerunt illi ſis inimicos ſuos: non timemus & nos inimicos noſtros, quia ſi Deus pro nobis, quis cõtra nos. Et ideo illi hoſtes à latere incurrentes uel occurrentes non timuerunt, quia mare operuit omnes ſubſequentes. Eodẽ modo poſtquam in mari, id eſt in baptiſmate omnes ſubſequentes hoſtes noſtri, id eſt omnia originalia & actualia deſtruuntur, ſi cauti eſſe uolumus, inimicos amplius non timebimus. Et induxit eos de Aegypto, eductos in montem ſanctificationis ſuæ, id eſt in Hieruſalem poſitam in mõtanis, ubi ipſi ſanctificati ſunt per ſacrificia, & per alia inſtrumenta eis data. hiſtorialiter enim Aegyptus in ualle eſt, Hieruſalem in montanis. Et ideo dicit, Induxit eos in montem: montem dico quem non gladius eorum, ſed dextera, id eſt potentia eius acquiſiuit eis: quia tam manifeſtis ſignis cum eis agebat, ut præſens eſſe intelligeretur. Similiter & nos eductos de conualle erroris & tenebrarum per fidem & gratiam baptiſmatis induxit iam ſpe, & ſi nondum re in montem ſanctificationis ſuæ, id eſt in cœleſtem Hieruſalem, ubi uerè ſanctificamur per ueram confeſsionem, id eſt laudem Dei, quia tunc nouiſſima mors deſtruetur. Quem montem non merita noſtra acquiſiuerunt, ſed eius dextera, id eſt filius eius ſanguine ſuo nobis illum acquiſiuit.

Et eiecit.] Induxit eos inquam, & eiecit à facie eorũ gentes, quę terrã illam occupauerant, ſcilicet Ethæos, Eueos, Pherezeos, Iebuſeos, & alios. Et deinde diuiſit terrã tribubus in funiculo diſtributionis, id eſt in menſurata & æquali diſtributione. Solet enim funiculo diſtribui hæreditas, & hoc ſorte, id eſt per ſortẽ. Similiter poſtquam induxit nos per ſpem in cœleſtẽ Hieruſalem, eiecit gentes, id eſt gẽtilium errores, hoc eſt ſpiritus immundos, qui præerant nobis à facie noſtra interiori, id eſt ab anima. Et diuidit nobis quaſi in funiculo diſtributionis, id eſt ad menſurã pariter nobis terram, id eſt cœleſtem patriam. Quia in domo patris mei manſiones multæ ſunt. uel terram illam de qua paſcimur, id eſt ſpiritualia dona diuidit in nobis: quia unuſquiſq; proprium donũ habet à Deo ad menſuram ſuam.

Et habitare fecit tribus Iſrael.] Hiſtorialiter in tabernaculis eorum, id eſt gentium eiectarum à facie eorum. Eodem modo tribus Iſrael, id eſt illos omnes qui ad hoc tendũt, ut Deum quẽ non uident fide uideant, & ſpem fecit iam habitare per ſpem in tabernaculis eorum, id eſt in locis cœli, unde eiecti ſunt præuaricatores angeli, quæ quodammodo tabernacula dici poſſunt, quantum ad ipſos qui ad tempus ibi fuerunt.

Et tentauerunt & exacerbauerunt.] Induxit eos inquã in montem, & eiecit gentes à facie eorum: & tamen adhuc tentauerunt petendo non credendo: ſed tentauerũt Deum, quamuis excelſum. Et hoc ideo, quia non cuſtodierunt teſtimonia, id eſt præcepta eius. Et auerterunt ſe ab eo, & non ſeruauerunt pactum, id eſt promiſsiones quas fecerunt ei dicentes: Quæcunq; præceperit nobis Dominus, faciemus. quemadmodum etiam fecerunt patres eorum, non quod Moyſes & Aaron, & alij boni: ſed de quibus prædictum eſt, Generatio praua & exaſperans. Et ideo dico non ſeruauerunt pactum, quia cõuerſi ſunt in arcum prauũ. Arcus enim prauus eſt, qui cum intenditur, ut per eum aliquid mittatur in hoſtẽ remittitur, q, nihil per eum mittitur: tales & illi ſunt, qui quaſi intenſi fuerunt, promittendo ſe omnia facturos, quæ præciperentur: & mox remiſsi facti ſunt, quia nihil fecerunt. Vel ita: Si aliquis ita prauus arcus eſſe poſſet, quod cũ (pro aliquo) deberet agere mittendo telum in hoſtem, potius contra ipſum ageret retorquendo telum in eum. Illi arcui eſſent ipſi comparabiles, qui cũ pro Deo deberent agere, pactum eius implendo: potius contra ipſum egerunt, aliud pactum contra eum recipiendo. Et concitauerunt eum in ira, ſacrificando ſinguli in collibus ſuis, & prouocauerunt eum ad iram in ſculptilibus ſuis. Quiſque enim eorum idolum ſibi ſculpſit, & aliquem umbroſum & delectabile collem elegit, ubi ipſum adoraret, & ei ſacrificaret. Eodẽ modo & nos, poſtquam etiam iam ſpe in terra promiſſionis, id eſt in cœleſtem patriam peruenimus, adhoc Deum tentamus, petentes ab eo quæ non eſſent petenda. Et exacerbamus eum, quia teſtimonia, id eſt præcepta eius non cuſtodimus. Et auertimur ab eo, conuertentes nos ad alium. Et non ſeruamus pactũ, id eſt promiſsionem, quam in baptiſmate ei fecimus, ubi quaſi pactum cum eo inſtituimus, promittentes nos in eum credituros, & mũdo eum omnibus pompis eius abrenunciaturos. Et ideo dico quòd pactũ non ſeruamus, quia conuertimur in arcum prauum. Nam cũ pro Deo agere debemus, potius cõtra ipſum agimus. Vel quamuis intẽdimur ut arcus multa promittendo, ita tamen remittimur ut nihil faciamus. Et in collibus, id eſt in timore & elatione mentis eum in ira concitamus, quia inobedientes ſumus. Et deinde quiſq; noſtrũm ſibi ſculpſit, quaſi idolum quod adoret: qa alius eligit Veneri inſeruire, alius auaritiæ: alius hoc, alius illud. Et in hoc potiſsimum ad iracundiam eum prouocamus.

Audiuit Deus, & ſpreuit.] Illi quidẽ Deum in collibus & in ſculptilibus ad iram concitauerunt, & hoc & illud fecerunt. Et Deus audiuit, id eſt cognouit illud, & ſpreuit Iſrael non qui nunc eſſet, ſed qui debuit eſſe: quia dedit eum in hoſtium poteſtate. & ualde, id eſt nimis redegit eum ad nihilum, ſcilicet ut nulli hoſti reſiſtere poſſet. Similiter quando nos Deum in collibus, id eſt in mentis elatione concitamus: quia anima Deo loquitur, audit illud Deus, & ſpernit nos qui deberemus eſſe Iſrael, dando nos in poteſtatem hoſtiũ interiorum, & ualde redigit nos ad nihilum, ſcilicet ut nullis uitijs reſiſtere ualeamus.

Et repulit tabernaculum.] Quod erat in Sylo, permittendo illud ab allophylis capi, & arcam, &c. quæ in ipſo erant abduci. Tabernaculum ſuum dico, ubi ipſe habitauit non uerè, quia non in templis manufactis habitat Deus: ſed quòd per quandam figuram ibi habitauit, hoc fecit ut eſſet in hominibus, id eſt propter homines. hoc fecit ſcilicet ut ipſi attẽderent ad quid tabernaculum factum eſſet: & quid ea quæ in ipſo erant ſpiritualiter ſignificarent, & tales ſe prępararẽt, qui ſanctũ Dei tabernaculum eſſent. In ſanctis enim hominibus dignè habitat Deus, unde Apoſtolus: Tẽplum Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Quia autem homines illud non attenderũt, nec ſe tabernaculũ Deo fecerunt: ideo Dominus meritò repulit, & tabernaculum Deo fecerunt, & ipſos. Per tabernaculum illud Eccleſiaſtici inſtituta ſignificantur, Sylo autem interpretatur conuulſio uel abreptio. Et in Sylo, id eſt in illis qui ab ipſo ſe auellunt & abrumpunt, repulit illud tabernaculum, id eſt Eccleſiaſtica inſtituta, quantum ad hoc quòd facit eis inutilia. Tabernaculum ſuum dico, ubi ipſe non uerè habitat, ſed propter homines ſicut & in priori ſententia.

Et tradidit

Et tradidit.] Exequitur repulſionem tabernaculi, dicens: Quia Dominus tradidit uirtutem eorom, id eſt illud in quo ipſi confidebant, & uictores erant, arcam ſcilicet teſtamenti tradidit in captiuitatem, ut captiuus duceretur à Philiſtæis. Et pulchritudinem aorum, id eſt eandem arcam, in qua ſibi complacebant, tradidit in manus, id eſt in poteſtatem inimici populi. Et ideo mox concluſit, id eſt undiq; claudi & affligi permiſit Dominus popolum ſuum in gladio inimicorum, & hæreditatam quæ debuit eſſe ſua, quaſi ſpreuit quando conculcari à cunctis permiſit. Nãq; ignis, id eſt furor hoſtilis comedit iuuanes, id eſt conſumpſit & abſtulit bellatores eorum. & uirgines eorum in captiuitatem ductæ, non ſunt lamentatæ pro hoſtili timore. metuebat enim ſibi quiſq;. Sacerdotes quoque illorum Ophni & Phinees filij Heli ceciderunt in gladio Philiſtinorũ, quia ab eis occiſi ſunt. Quod audiens pater illorum, de ſella ſua ſuper limen cecidit, & fractis ceruicibus mortuus fuit. Et tanta clades oppreſſit eos, quòd uiduæ eorum non plorabuntur funerali more, propter metũ hoſtium. Similiter quoq; ſi nos Eccleſiaſtica non attendimus ſacramenta, ut dignum tabernaculum Deo præparemus: ſed potius ab eo nos abrumpimus, concitando eum ad iram in collibus & inſculptilibus, ipſe tradit uirtutem noſtram in captiuitatem, id eſt fidem & cætera Eccleſiaſtica inſtituta, per quæ nos fortes & uictores hoſtium eſſe daberemus, permittit captiuari, id eſt aoferri à nobis, à diabolo & à miniſtris eius, per quos ſæpè quidã deuocantur. & pulchritudinem noſtram, id eſt illa eadẽ in quibus nobis complacere deberemus, tradit in manus, id eſt in poteſtate inimici diaboli. Et poſtquam ſic gratia eius nos deſerit, tũc undiq; claudit nos: quia undiq; conſurgunt tentationes, uodiq; uariæ illuſiones, & hoc per gladium, id eſt per uictorem deuaſtationem factam ab inimico. & ſpernit nos, qui debuimus eſſe hæreditas ſua: quia patitur nos à quibuslibet uitijs ſuperari. Iuuenes enim, id eſt laſciuos, & irreligioſe ſe habentes conſumit ignis incentiuonim, uel furor iræ Dei. Tales enim erãt de quibus Apoſtolus dicit: Video quoſdam inordinatè ire inter uos. Et uirgines, id eſt ſteriles in bonis operibus non lamentantur. Nam ſacerdotes, id eſt prælati, qui deberẽt eis compati, & eas lamentari, lapſi ſuot per gladium interiorem, ſcilicet quia interius deſtituti ſunt omni uirtute. Et oiduæ, id eſt Eccleſiæ ab eis uiduatæ non plorabuntur, quia non relictus eſt aliquis bonus qoi ploret eas. Omne nãq; caput languidũ, & omne cor merens à planta pedis uſq; ad uerticem. & non eſt ſanitas in eo.

Et excitatus eſt.] Nullus hoc de Domino noſtro auderet dicere, niſi ſpiritus ſanctus talia de eo annũciaret, poteſt tamen per quandam ſimilitudinem de eo dici. Quaſi enim dormire uidetur, quando non tam citò ſubuenit, quam citò neceſſariò uidetur ei qui patitur: ſicut tunc quando populo illi cum ſic captiuaretur, cum ſic concluderetur, ut ſuprà dictum eſt, non ſubueniebat. Quaſi uero cum quodam furore & impetu excitatos eſt, quando cũ tanta potentia & maieſtate illos liberauit, & hoſtes eorum tam grauiter percuſſit. Et ideo dicit: Dñs prius tanquam dormiens, excitatus eſt à uino, tanquam potens crapulatus, id eſt quaſi cum furore eſt excitatus: ſicut ille qoi à ſomno uini excitatur, non qualiſcunq;, ſed potens aliquis crapulatus, id eſt bene cibatus, de quo conſtat quia multum bibit, & ideo cum maiori furore exurgit. Similiter quaſi dormire quantũ ad nos uidetur Dominus, cum permittit de uitio in uitium nos præcipitari. Quando uerò cum iam penè in profundum iniquitatis cecidimus, nos reuocat, quaſi uidetur excitari.

Et percuſſit.] Verè Dominus excitatus eſt cum furore, quia inimicos populi ſui, & per hoc ſuos, ſcilicet Philiſtijm percuſſit in poſterioribus plaga turpi: quia mures corroſerunt anos eorum. Et in hoc opprobriũ ſempiternum dedit illis, quia in nullam ſa amplius gẽtem uindicauit ita. Eodem modo perſecutores & deuocatores ueri populi ſui, id eſt populi gratiæ percutit in poſterioribos, qoia dat eos in reprobũ ſenſum, ut poſteriora quæ potius reputanda ſunt ut ſtercora, præponant anterioribus, contra Apoſtolum dicentẽ: Eorũ quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus. Et inde dat illos in ſempiternom opprobriũ, id eſt in æternas pœnas inferni, quæ eis erunt ſempiterno dedecori. Sciendum quòd cum Philiſtei captiuam abduxiſſent arcam Domini de Silo, poſuerunt eã in templo ſuo iuxta idolum eorum Dagon: mane autem inuentos eſt Dagon ceruicibus fractis, & manibus & pedibus truncatis ſuper limen templi. Qoibus comparantur illi qui accepta nouitate retinent uetuſtatem adhuc, nec integrè uolunt eam deponere: ſed tamẽ nihil eis prodeſt, quia deſtruetur uetuſtas. Omnia autem tranſiliunt, uerbum autem Domini manet in æternum.

Et repulit.] Id eſt inimicos qoidẽ percuſſit, & ad liberationem populi repulit tabernaculum, id eſt non elegit tribum Ioſeph, & non elegit tribum Ephraim, quæ aliquid uidebantur eſſe ſecundum humanum iudicium, & propter generis nobilitatẽ, & propter nominum interpretationem. Ioſeph enim augmẽtatio interpretatur, Ephraim uerò fructificatio. Quã quam tamen in illis non eſſet augmẽtum uerum, uel fructificatio uera, ſed potius elegit tribum Iuda, quæ tamen ad eius aſpectũ aliquid uidebatur, quia humilis erat, & in ignem: quia Iuda Zelphæ ancillæ Liæ filius fuit, & in oomine, quia Iuda interpretatur, confeſsio uero pertinet ad humilitatem. Myſterium autem tale eſt, quia infirma & ſtulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & perdat ſapientia. Et ſciendum, quia tribum Iuda elegit Deus propter Dauid, per quem populum ſuum ab hoſtibus liberauit: Dauid uero elegit propter uerum Dauid. Elegit inquam Deus tribum Iuda, id eſt humiliter cõfitentem. & determinat quid per tribũ Iuda accipiat, ſcilicet elegit montẽ Sion, id eſt elegit illos qui ſunt mons, id eſt firmi in fide, & ſublimes in uirtutibus, & ſunt Sion, id eſt contemnẽtes præſentia, & ſpeculantes futura, quos ſingulariter diligit. Videtur ad allegoriam hic tãtum ſe transferre, ut per hoc innuat ſupradicta etiam allegoricè accipiẽda eſſe. Poſſumus tamen hiſtorialiter etiam dicere, quia elegit montem Sion, id eſt Hieruſalem, in qua erat monticulus Sion.

Et in illo monte Sion ædificauit ſacrificium ſuum, ſicut unicornium.] Hiſtoricè dices, quia ædificauit templum ſuũ ita mundum, ſicut eſt habitaculum unicornium. Vnicornis enim eſt animal caſtiſsimum. Vnde etiam nõ capitur niſi per ueras uirgines, quia ad eas uenit, & caput in gremium earum ponit & obdormit. & dicitur habere mundiſsimom habitaculum. Allegoricè autẽ dices, quia ædificauit ſacrificium, id eſt ſanctam Eccleſiam ſuam, ſicut ſacrificium unicornium, id eſt in quo non ſunt niſi unicornes, id eſt illi qui in præſenti ſingulariter uolunt eſſe in ſpe, non multipliciter in re. Vnicornis enim unum cornu habet, & per illud unũ quid aliud ſignificat, quam illud unum de quo ſupradictum eſt: Vnam petij à Domino, ſpes ſcilicet una? Aedificauit ſacrificiũ dico in terra, quam fundauit in ſecula, id eſt in his tantum qui bene culti ſunt doctrina præceptorũ, & fundati in fide ipſius æternaliter. huc hiſtorialiter de terra illa non poteſt dici, niſi quantũ ad ſignificatũ, aut niſi ſecula, ut ſæpè ſolet, accipiemus temporaliter.

Et elegit Dauid.] Elegit inquam tribum Iuda, & de illa tribu elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium, quia de paſtorali cura ouiũ tranſlatus eſt ad regnum hominum. Et dicit idem alijs uerbis, ſcilicet accepit eum de loco, qui eſt poſt fœtantes, id eſt aſſumpſit eum de paſtorali officio. Elegit etiam uerum Dauid ſeruum ſuum, quantum ad humanitatem,

Digitized by Google

manitatem, non quantum ad diuinitatis ęqualitatē. De eo enim uerè dictū eſt: Inueni Dauid filium Ieſſæ uirum ſecuodum cor meum. Et ſuſtulit, id eſt exaltauit eum transferendo de ouibus ad alias oues, id eſt de Iudæis ad gentes. Iuxta illud: Vobis primū oportebat loqoi uerbū Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos uos iudicaſtis, ecce conuertimur ad gentes. Accepit eum dico de loco illo qui erat poſt fœtántes. Quaſi dicat: Non prius translatus eſt de ouibus ad oues, quam in illis priorib. ouibus multas fœtas fecerit: alios ſcilicet in fide generantes, & lacte nutrientes, quas ante ſe ſicut paſtor minabat. Prius enim duodecim Apoſtolos & alios ſeptuaginta duos, & multos alios & per ſe & per illos ibi elegerat. De his fœtis in Canticis canticorum dictum eſt: Dentes tui ſicut greges detonſarum, aſcendentium de lauacro. quę omnes pariunt gemellos, & nō eſt ſterilis in eis, quod iā alibi expoſuimus. Paſcere Iacob. Ad hoc inquam elegit Dominus Dauid hiſtorialiter, ut paſceret Iacob, id eſt nouum populum uerè ſeruum ſuum. Sicut enim per Eſau prior & uetus populus intelligitur, ita per Iacob poſterior & nouus. Et quia de Iacob fit Iſrael, ſcilicet ut ſicut nunc fide, ita tunc uideat ſpecie. Et tūc uerè erit hæreditas Dei, ideo ſubdit: Et paſcere Iſrael hęreditatem ſuam. Tunc enim uerè paſcet eos, quādo erit oīa in omnibus. Et ipſe pauit eos in innocentia cordis ſui. Paſtus ille nihil aliud fuit, niſi dulcis & ſalubertima illa doctrina, quæq; eos innocentiam ueram docuit. Vera autem innocentia eſt, quæ nec ſibi nec alteri nocet. Poteſt enim eſſe quòd aliquis nolli extra noceat alteri, & tamē innocens in corde non ſit: quia cogitat ſæpè malum, quamuis nō perficit. Et deduxit eos de uirtute in uirtutem intellectibus manuum ſuarum reparandis, id eſt, ut reſtitueret in eis intellectū illum, quem manus, id eſt potentia ſua in primo parente fecit, quando in abundantia uirtutum eum poſuit. Vel deduxit eos de uirtute in uirtutem in intellectibus manuū ſuarum, id eſt in intelligibilibus operibus ſuis. Illa enim operata ſunt uerè intelligibilia, quæ non tantum uerbis docentur, ſed & factis. hoc ipſe fecit, quia de eo dictum eſt: Primum quidem ſermonem feci de omnibus quę cæpit Ieſum facere & docere. primum enim fecit quam docuit, & ideo uerè intelligibilis doctrina fuit.

IN PSALMVM LXXVIII.
ARGVMENTVM.

IN perſona Machabeorum canitur, qui ſub Antiocho Epiphane patrias leges mœniaq; patre Mathatia auctore, ultimis coacti malis defendere aggreſſi ſunt. Aliter uox Apoſtolorum, paſsionē Chriſti. Aliter anima pœnitens contra peſsimos uicinos, id eſt dæmones Deo ſupplicat.

PSALMVS ASAPH.

EXPLANATIO.

Pſalmus iſte ſicut ſeptuageſimus tertius lamentatione plenus eſt, qui futura tempora uelut præterita deplorat, & propter duritiam cordis ſuæ genti grauiter adſligendæ pietatis ſtudio precatur Chriſtum Dominum ſubuenire. Aſaph ſub figura fidelium populorum per totum loquitur pſalmum. In prima parte numerans quanta temporib. Antiochi pertulerit Hieruſalem populus Iudæorum, ut Machabeorum liber inſinuat. Secunda Dominum rogat, ut ſupra potentes inimicos iram ſuā effundat, & peccatis ſeruorum ſuorum dignetur eſſe propitius. Tertia prophetiæ ſpiritu populo poſtulat uindicari non peremptionis uoto, ſed correptionis ſtudio. Arnobius hunc pſalmū tale argumentum fecit, ſeptuageſimus & octauus pſalmus apicem anteceſſoris ſui ſecutus, lamentum ſimul Dauid cum oratione effundit. Cuius hiſtoria dum præteritam Philiſtinorum cædem explanat, prophetia futuram Nabuchodonoſoris commemorat.

COMMENTARIVS.

DEus *uenerunt gentes in hæreditatem.*] Pſalmus Aſaph. Deplorat in hoc pſalmo Aſaph ſiue propheta ſiue quilibet perfectus de priori populo deſtructiōem ciuitatis, & templi factam à gentibus, transferendo illos in ſe qui tunc futuri erant, quando hæc eueniebant. Solent autem in orationibus Deo dici, quæ uindicans facit. Et deinde petitio adiungi, ut iam miſereatur & parcat. Eodem modo & hic dicuntur, à quo prædicuntur tanquā ab eis prædicerentur, quibus contigerunt. Et ipſa deprecatio eſt prophetatio. Dicitur autem tanquam præteritum, quod in ſpiritu uidebatur futurum. Et incipit ita: O Deus gentes uenerunt, id eſt uenient in hæreditatem tuam. Si in hac prophetia populus ille prior accipiatur, mirum uidetur, quomodo hæreditas Dei dicatur, cum & lapidem angularem interficiendo eū reprobauerunt in eum reſurgentem, aſcendētem, & ad dexteram Dei patris conſedentem, uiſis tot ſignis & tot miraculis credere in eum nolunt. Sed tamen non eſt mirū, quia ut ait Apoſtolus, non repulit Deus plebem ſuā. Si paleas repulit, grana non repulit. hinc enim uirgo Maria fuit, hinc beatus Ioſeph pædagogus eius, & Ioſeph ab Arimathia, & ſancti Apoſtoli & plures alij. Et quantum ad hæc grana dicit: Venerūt in hæreditatem tuam. hanc hæreditatem non moriēs pater ſibi reliquit, ſed ipſe filius mirabiliter morte ſua eam acquiſiuit. In hanc hæreditatē gentes peruenerunt non credendo, ſed perſequendo: uoluntatem eam delendi, & omnino nomen eius de terra diſperdendi. Sequitur.

Polluerunt templum ſanctum tuum.] Scilicet templū nō marmoribus conſtructum, nō lignis ædificatum: ſed illud ſanctum templum tuum, dę quo dicitur, Templum ſaoctum Dei, quod eſtis uos. hoc templū polluerunt, quando tormentis uel blanditijs aliquos de uocare potuerunt. Attende quia ideo ſemper Tuum & ad hæreditatem & ad templum apponit, ut comparet & infeſtationem inimicis, & beneuolentiā auditoris his pro quibus loquitur. Et poſuerunt Hieruſalem non terreſtrem, ſed illam quæ ſurſum eſt, id eſt Eccleſiam, quæ eſt mater noſtra, in cuſtodiam pomorum, id eſt fecerunt eam ſimilem cuſtodiæ pomorū. Cuſtodiam enim pomorum tugurium illud dicitur in horto, ubi ruſticus nocte iacet, uel iacēs poma ſua ſeruat, donec matureſcant, collectis autem pomis relinquit deſertum: ſimiliter collectis ſpiritibus ſanctorum Apoſtolorum & aliorum ſanctorum martyrum de Dominico horto in cæleſtem Hieruſalem, mēſam tanquam multū ſuauibus & dulcibus pomis remanſit ipſe Dominicus hortus, id eſt Eccleſia quaſi deſertus & deſolatus.

Poſuerunt morticina.] Quaſi dicat: Collectis ſurſum ſpiritibus quid fecerunt de corporibus? Scilicet poſuerunt morticina, id eſt cæſa corpora ſeruorū tuorum extra, ut eſſent in eſcam uolatilibus cæli. Et dicit idē alijs uerbis, ſcilicet poſuerunt carnes ſanctorū tuorū eſcam beſtijs terræ hoc ad literam. Poteſt & allegoricè dici ſic: Poſuerunt morticina, id eſt corpora ſanctorum tuorū multis cruciatibus eſcas uolatilibus cæli, non quod ipſi hoc intenderent, ſed ita factum eſt, ex diuina diſpoſitiōe, quod uolatilia cæli, q, illi quorum mens in cælis eſt, reficiantur in illis, attendentes eorū

patientiam & ſortitudinem, ut iam per pœnam eorũ non tantum terreantur, quantum per gloriam ad imltandum excitentur. Carnes uero ſanctorum tuorum ſimpliciter poſuerunt eſces beſtijs terræ, quia & ipſi & alij beſtiales terræ non aliud quam ſimpliciter ſola corpora cæſa attendentes, refectionem quandam qoaſi in ſordibus abſterſis meia habebant.

Effuderunt ſanguinem ipſorum.] Poſuerunt inquã ſanctorum carnea beſtija terræ, & hoc non in uno loco tantum fecerunt, ſed in pluribua: quia effuderunt ſanguinem ipſotum tanquam aquam abũdanter & ſine reſpectu incircuitu Hieruſalem, id eſt per totam gentilitetem, quæ ondiq; circumuallauit eos.

Et non erat qui ſepeliret.] Quia tantus erat timor perſecutorum, qoòd nullua niſi furtim faceret, audebat ſepelire corpora ſanctotum. Vel non erat qui tantam patienriam ſanctorum ſepeliret, Id eſt in corde reconderet. Vel aliter: Effuderont ſanguinem ſanctorũ tenquam aquam, id eſt ad lauationem multorum, ſicut aqua ſolet effundi ad lauationem: noo quòd ipſi boc intenderent, ſed ex diuina diſpoſitione hoc factõ eſt, ut ipſa effuſio ſanguinis ſanctorom ualeret ad emundationem multorum, ſcilicet qui eos imitati ſunt. Et tamẽ non erat aliquis de Ipſis effundẽtibos, qoi ſepeliret, id eſt qui tantam ſanctorom patienriam in ſuo corde reconderet. Et ideo, (quaſi dicat) facti ſumus opprobrium, id eſt adeò uiles, ut iam alijs pro opprobrio obijcerent hoa uicinis noſtris. Nos autem uicinos accipe, uel alios de eodem populo, uel quoslibet perſecutores de propinqois gentibua, in hoc licet uicinoa malos, quia cruciabant eos. Satis enim alicui uicinus eſt, qui oculum ei aufert.

Et ſumus facti ſubſannatia & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.] Vel remotis gentibus, ſi per uicinoa priue propinquoa gentes accepiſti, uel ſi uicinos tantum in eodem populo notaſti, tunc hic per circuitum quaſcunq; gentas intelligas. Subſannationem autem refert tantum ad illum contemprum, qui exprimitor per naſi corrugationem: illuſionem uero ad irriſoria nerba.

Vſque quo Domino.] Queſi dicat: Videris quidem ô Domine iratus nobis, quia ſic cruciamur, quia ſic contemnimur: oſq; quo autem iraſceris, id eſt quam diu hanc iram in nobis exercebis? an in finem? Et zelus, id eſt indignatio, quam nunc oſtendis in nos, accendetur uelut ignis ſolitua, ſcilicet ut ignis incinerans, en uelut ignis purgans? Vtique (quaſi dicat) ut purgans, non ut incinerans. Et tamdiu ira tua & zelus tuus manebit, quamdiu neceſſariũ nobia erit ad uindictam iniquitatis, & ad exactionem caſtitatia. hoc eſt, tamdiu pateris à perſecutoribus nos cruciari & derideri, donec & perfectè oindicetur, qosa fecimus iniqoitatea, & perficiatur in nobis caſtitas, ſcilicet ut amplius anima noſtra legem Dei ſui non contemnat, & fornicando ab eo diſpereat.

Effunde iram tuam in gentes.] Hoc poteſt legi uel in bono oel in malo. Si autem in malo legamus, dicemua quia dicitur non optando, ſed prophetando: ſicut ſæpè etiam dicitur non imperando, ſed enunciando. ut, Accingere gladio tuo, & ſimilia. Et eſt quaſi dicat: Nobis Domine ne iraſcaris in finem: effunde autem iram tuam, id eſt pleneriam iram tuam mitte, & hic & in futuro: in gentes quę hoc metuerunt, id eſt quę nomen tuum noſcere noluerunt. Et non ſolum in minores, ſed etiam in regna, id eſt in principes illarum gentium, qui nomen tuum non inuocauerunt. Videtur hoc eſſe contrarium euangelicę illi ſententiæ: Seruua qoi ſcit uoluntatem Domini ſui, & non facit, digna plagis uapulabit multis: ſeruus uero qui neſcit uoluntatem Domini ſoi, & facit digna plagis, uapulabit paucis, quia hic dicitur quòd ſuper gentes neſcientes maior erit Dei. ſed non eſt contrariũ, quia euangelium agit tantom de ſeruis. Et multum diſtat inter ſeruoe uoluntatem Domini ſui neſcientes, & tamen in familia eius, & domo uiuentes: & inter inimicoa uoluntatem eiua ſcire nolentes, nec eum inuocantes, & inſuper in ſeruis eius eum oppugnantes.

Quia comederunt Iacob.] Ideo debea iram tuam in gentes effundere, quia comederunt Iacob, id eſt delectationem magnam habuerunt deuocando & perſequẽdo illum, quem tu tanti facis, ſcilicet Iacob, id eſt nouum populum primitiuum. Et deſolaoerunt locum eius, uel Hieruſalem: quia omnes qui ibi fuerũt, occiderunt. uel locum eius, id eſt ſtabilitatem fidei deſolauerunt. Tonc enim uerè locus ille fuit deſolatus, quando aliqui ſunt deuocati. Nota quod cum multa nomina ponere poſſet, in quibus forſitan uel auditorem offenderet, aut cum adeò placeret, quod nomen tanti patriarchæ à Deo dilecti & à Deo Domino augmentati ſatia rhetoricè poſuit, ſcilicet ut per hoc maiorem inuidiam in perſecutotes, & beneuolentiam pararet in auditore.

Ne memineris iniquitatum noſtrarum.] Quaſi dicat: In inimicos effunde iram, nobia autem impende miſericordiam, ne memineris ſcilicet iniqoitatum noſtrarum, &c. Poteſt ut ſopra diximua, ſuperior ille uerſus ſcilicet Effunde iram tuam, accipi in bono, ut ſic dicatur: Effunde Domina iram tuam in gentes, id eſt notifica futuri iudicij plenariam iram gentibus, quæ te non cognouerunt: & in regna, quæ nomen tuom nõ inuocauerunt, ut ſaltem timore illioa iræ conuertentur. Et opus eſt eis ut hoc facias, qa comederũt Iacob &c. Et hoc modo ne memineris iniquitatũ noſtratũ. Si enim illos non conuerteres, oſtendendo eis iram tuam, uidentes perſecutionem & deuocationem illorum, qood iniquitatum noſtarum memo res. Iniquitatum dico antiquarum, id eſt iam ex longo præteritarum, cum etiam nec per unam horam ceſſamua ab his. uel iniquitatum noſtrarum, id eſt quas à patribos contraximos, qoibus ſcilicet iam non debetur correctio, ſed damnatio, niſi adſit gratiæ tuæ miſeratio. Scriptum eſt enim, quia aoima quæ peccaoerit, ipſe morietur. Et uiſitabo peccata patrum in filios, uſque in tertiam & quartam generationem. Vnde conſtat quòd ſi filius quilibet imitator fuerit paternæ iniquitatis, ipſa etiam peccata patrum ſuper eum redundabunt. quod quidam etiã de originalibus poſt baptiſmum quoque dicunt. Aiunt enim quòd & originalia & actualia præcedentia taliter in baptiſmate remunerantur, ſi quæ ibi promittuntur, ſeruentur: ſi autem aliquis ibi ſole tantum uerba dedit, & ad uomitum relabitur, reus erit eorum quę remiſſa fuerãt. Ne memineris inquam iniquitatum noſtrarum, ſed miſericordiæ tuæ antiquæ anticipent nos cito, Id eſt ante lapſum, hoc eſt, antequam deuocemur, oel ante futurum iudicium. Et ideo dico ut miſericordiæ tuæ nobis ſubueniant, quia diffidimus de meritis. Nam facti ſumus pauperes, id eſt inſufficientes nobis ipſis nimia & in anima & in corpore: quia caro ſumus, & ſpiritus uadens & non rediens, ut ſopra dictum eſt. Et ideo ô Deus adioua nos ad bonum perficiendum, tu dico qui es ſalotaria noſter, id eſt per cuius ſoliue gratiam ſaluamur, non per merita noſtra. Cum dicit Adiuua, non eſt ingratus gratiæ, neque tollit arbitrij libertatem. habet enim accipere ex libertate arbitrij, & ideo rogat adiuuari. Adiuua inquam, & libera nos ô Domine à præteritis peccatis noſtris, propter gloriam nominis toi, & propitius eſto peccatis noſtris futuris, non propter merita noſtra, ſed propter nomẽ tuum glorificandum.

Ne forte dicant in gentibus.] Ideo rogo ut propitius ſis peccatis, ne fortè hoc cõtingat, ut aliqui in gentibus, id eſt inter perſecutores noſtroa, dicant inſultando nobis, Vbi eſt Deus eorom? Si enim tu non propitiatus eris peccatis noſtris, & nos propter peccata ipſa deuocatemur, tunc certè perſecutores dicerent, quòd aut Deus noſter in quo ſperamus, nõ eſſet, aut de nobis non curaret. Hoc autem ne cõtingat, ultio ſanguinis,

Digitized by Google

nis,id eſt ſumpta de ſanguine ſeruorum tuorum, qui effuſos eſt,facta io oationibus,id eſt in gentibus perſecutoribus,uel etiam in re, quantum ad interioicem excæcationem.uel facta tantum diſpoſitiune,quantum ad futuram damnationem : ilia inquam ultio quæ non apparer oculis eorum, iuxta illud:Cęterum neſcit ſe puniri impius , niſi cum apertè luit nolens, qui perpetrauit uolens. Innoreſcat cutam oculis noſtris interioribus, id eſt manifeſtetur nobis, ut tanto fortiores ſimus, & conſtantiores. Et nunc quidem non optando,ſed prophetando dictum eſt. Poteſt & optando in bono ſic dici: Vltio ſanguinis ſeruorũ tuorũ,qui effuſus eſt, facta in nationibus innoteſcat nobis,ita ut ſit coram oculis noſtris,hoc eſt,ut cito uideamus ſic iudicatum eſſe in perſecutores noſtros, ut qoi erant inimici, ſint amici : & blaſphematores,ſint laudatores. Et hoc modo introeat,id eſt appareat introiſſe & receptus eſſe in conſpectu too, gemitus cōpeditorum, id eſt gemitus illorum qui attendunt ſe in compedibus mortalitatis poſitos eſſe. Vel gemitus compeditorum, id eſt illorum qui lætati ſunt,& inhæranr in compedibus præceptorum tuorũ. Præcepta enim Dei compedes dicuntur. Vnde Salomon dicit,Inijce pedem tuum in compedem. hoc eſt applica affectionem tuam ad Dei præcepta, ſcilicet ut non ex coactione, ſed ex cordis affectione ea compleas.

Secundum magnitudinem brachij tui.] Quaſi dicat : Ita dico introeat ad te gemitus compeditorum, ut hoc etiam facias,ſcilicet poſsideas, non tantum mortificatos,ſed etiam filios, id eſt imitatores eorũ : hoc eſt ſanctorum martyrum,qui uere mortificati dicuntur, quia nō tantũ ſeipſos interius mortificabant,ſed etiã exterius ab hoſtibus mortificabantur. Et tu Domine poſside illos filios,ſecũdum magnitudinem brachij tui, id eſt ſecundum quòd magna eſt potentia tua, ſcilicet ut non tam deterreant eos pœnæ illorum, quantum incitent eos ad imitandum coronæ ipſorum. Et uicinis noſtris, id eſt perſecutoribus noſtris redde ô Domine improperium, quod exprobrauerunt tibi Domine per nos,ſcilicet ut ſicut ipſi nomen tuum in nobis deſtruere uoluerunt,ita ipſi deſtruantur & hic & in futuro. Redde eis (dico) improperium in ſinu uel occultè, quia ipſi ignorant utrumque, ſcilicet & ſe hic excæcari, & tandem in æternum damnari . uel in ſinu,id eſt firmiter,ſicut illud quod habetur,firmiter habetur. Et hoc ſeptuplum, id eſt & in corpore & in anima. Septenarius enim numerus conſtat ex ternario & quaternario. Et ternarius quidem pertinet ad animam, propter tres principales uirtutes ipſius animæ,ſcilicet iraſcibilitatem, concupiſcibilitatē & rationabilitatem. Quaternarius pertinet ad corpus, propter quatuor elementa,ex quibus conſtat. poteſt etiam in bono dici ſic : Redde uicinis noſtris improperium ipſorum,quod exprobrauerũt tibi : Id eſt hoc quod nomen tuum in nobis delere uoluerunt, redde perſecutoribus noſtris in ſinu eorum,id eſt in anima, & hoc ſeptuplum, id eſt per ſeptiformē gratiam ſpiritus ſancti,ſcilicet ita redde eis ut illuminatis cordibus eorum ſeptiformi gratia ſpiritus ſancti idem opprobrium, quod exprobrauerũt tibi in nobis, ipſi patiantur ab alijs.

Nos autem populus tuus.] Illis quidem improperium redde,nos autem quibus ipſi improperabāt, & quos deuocabant, qui ſumus populus tuus, tibi ſubditus, & qui ſumus oues paſcuæ tuæ, id eſt quos tu pauiſti ſpiritualibus doctrinis & ſacris inſtitutis. Nos inquam non dico cōfiteamur tanq̃ dubium ſit, ſed pro certo dico : quia confitebimur tibi, quia à laude tua non deſiſtemus. Per hoc præſens ſeculum, & tandem uerè & æternaliter annunciabimus laudē tuam in generatione & generationem, id eſt in futura generatione, quæ erit generatio, id eſt indeficiens generatio.

IN PSALMVM LXXIX.
ARGVMENTVM.

ET hic Machabeorum preces reſonant, ut Dominus conſueta beneficia non ſubtrahat. Aliter uox Apoſtolorum de Eccleſia ad Dominum.

IN FINEM PRO HIS QVI commutabuntur, teſtimonium Aſaph,Pſalmus.

EXPLANATIO.

CVm primi tituli uerba iam nota ſint, reſtat ut teſtimoniũ Aſaph quid ſignificet,inquiramus. Iſte Aſaph ante trepidus,ante ſollicitus, qui pro ſynagogæ peccatis pſalmis prioribus exorauit,tanta nunc præſumptione completur, ut iam cōmutatis in melius teſtimoniũ conuerſationis reddat. dicit enim de primo Saluatoris aduentu,qui hominem uiciatum ad ſalutis dona perduxit , translatamq́; de Aegypto uineam potentiæ ſuæ radice ſolidauit. hoc eſt, quis dicit teſtimonium pro his qui immutabuntur. Aſaph iſte, quem titulus præcinuit, commutatum. In prima ſectione Domini deprecatur aduentum. Secunda teſtatur,quemadmodũ uinea,quæ eſt eccleſia, tota ſit orbe dilatata. Tertia incarnationis eius beneficio, per ſimilitudinē uineæ uiſitari deprecatur eccleſiam, ſeq́; Domino poſtulat adhærere.

COMMENTARIVS.

QVi regis Iſrael intende.] Pſalmus iſte cantatur de aduentu Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,& de uinea eius:cantat autem eum Aſaph illuminatus atque correctus. Et eſt titulus eius,In finem pro his qui commutabuntur. Quo modo commutabuntur ? Vtique in melius. Et ait: Teſtimonium ipſi Aſaph, ſubaudit attributũ. Teſtimonium utiq; ueritatis, teſtimonium bonum, hoc deniq; teſtimonium confitetur Chriſtum & uineam,id eſt caput & corpus,regem & plebem,paſtorem & gregem: & totum omnium ſcripturarum myſterium,id eſt Chriſtum & eccleſiam, & cōcludit pro Aſſyrijs. Aſſyrij interpretantur dirigentes. Etenim Aſaph hunc pſalmum, id eſt hoc teſtimonium Ieſu cantat pro omnib. his qui cōmutabuntur in melius, maximè tamen pro illis malè ſe dirigentibus, qui iuſtitiam ſuam ſtatuere uolunt,& iuſtitiæ Dei nō eſſe ſubiecti,ſcilicet ut amplius non ſint generatio praua & exaſperans: quia non direxarunt ſe,ſed dirigant ſe in uiam ſalutis æternę. Audiamus ergo quid in hac prophetiæ ſpiritus inſinuet, ita dicens Aſaph.

Qui regis Iſrael intende.) Quaſi dicat: Tu cuius arbitrio omnia creantur & gubernantur, maximè tamē regis Iſrael,id eſt illos qui ſunt uiri uidentes te Deum nũc fide,tandē uiſuri ſpecie: tu inquam (quaſi dicat) prius remiſſus eras,quãdo ſub nube carnis latebas, intende id eſt fac te nobis intenſum, reuelando nobis diuinã potentiam tuam, & lumen gratiæ tuæ. Tu dico qui deducis per deſertum huius uitæ Ioſeph, id eſt populum deſignatum per Ioſeph, paſcendo eum ſpiritualibus inſtitutis atq; myſterijs tanquam ouas, intende. Inuocatur ut ueniat, expectatur ut ueniat, deſideratur ut ueniat, ergo dirigentes inueniat. Ipſe autem Ioſeph eſt ouis. Et intellige per Ioſeph fideles de gentibus iuxta nominis interpretationem : per Iſrael uero fideles de Iudæis audito Ioſeph tanquam nominis interpretatio multum iuuet. ſignificat enim augmentum. Et illud utique granum cecidit in terram mortificatum, ut reſurgeret multiplicatum, id eſt ut auge-

retur populus Dei: tamen attendendum eſt nobis, q; in ipſo Ioſeph contigit. A fratribus quippe eſt uenditus, à ſuis inbonoratus, apud alienigenas exaltatus: & intelligamus in cuius grege eſſe debeamus, cũ his qui iam diriguntur ſe, ut lapis ab ædificantibus reprobatus, fiat in caput anguli, tenens duos parietes è diuerſo uenientes, in angulo tamen conuenientes. Sequitur.

Qui ſedes ſuper Cherubin.] Cherubin plenitudo ſcientiæ interpretatur. habet autem ille ſcientię plenitudinem, qui habet charitatem: quia plenitudo legis eſt charitas. Ne ergo per multa diſtrahamur, ne per multa uagemur, ſi uolumus habere ſcientiæ plenitudinẽ, habeamus charitatem. Quid enim neſcit, qui charitatem ſcit? Vtiq; omnia ſcit, quia Deum ſcit. Sciptum eſt enim, quia Deus eſt charitas. Et eſt dicere: Tu qui ſedes ſuper Cherubin, id eſt qui ſedes in illis qui ſunt Cherubin, ut ſuperius. anima enim iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Manifeſtare. Quaſi dicat, Errauimus quia te paſtorem nõ agnouimus: & ideo manifeſta te nobis, ut amplius non erremus. Manifeſtare dico, ut ſis coram, id eſt ut appareas Effraim, Bẽiamin, & Manaſſe. Videntur maius quiddam hæc nomina alterum altero notare, ſed tamen eoſdem ſignificant, uel ſcilicet illuminatos & correctos. interpretantur autem ſic: Effraim fructificatio, Beniamin fili' dexteę, Manaſſes obliuio. Et reuera his qui fructificantes ſunt in bonis operib. & qui filij dextræ ſunt, id eſt qui potiora inſiſtunt, & qui eorum quæ retro ſunt obliuiſcuntur: in ea uero quæ ante extenduntur, manifeſtatur Dominus, quia magis & magis ab eis cognoſcitur.

Excita Domine potentiam tuam, & ueni.] Quaſi dicat: Et ut manifeſteris, ideo Domine excita potentiã tuam, quæ prius ſopita erat cum à diſcipulo tradereris, cum flagellareris, crucifigereris, & pendenti in cruce dicerent: Si filius Dei es, deſcende de cruce. Tunc enim nihil ualere uidebaris, quia prę ualuit tibi perſecutor, quod præfiguraueras in luctaute Iacob & angelo. Angelus enim à Iacob uictus eſt, ſed quia uoluit: ſicet tu à Iudaico populo uictus es, quia interſectus, ſed quia uoluiſti. unde & dixiſti, Non haberes in me poteſtatem, niſi tibi datum eſſet deſuper. Et ſic Iacob angelum uictum tenuit, & ab eo benedici rogauit, qui & benedixit ei: & quodam modo maledixit, quia latitudinem femoris eius tetigit, & claudicare eũ fecit: ſic & populus Iudaicus te uictum in parte tenuit, & benedictionem in genere fidelium accepit, claudicationem uero in genere infidelium. Nunc ad literam redeamus.

Excita potentiam tuam.] Quaſi dicat: Mortuus es ex infirmitate, reſurge in uirtute. Quod quantum ad cognitionem referendum eſt, & hoc modo ueni in notitiam noſtram, ad hoc ut facias nos credentes in te ſaluos. Omnis enim qui credit in ipſum, non confundetur.

Deus uirtutum conuerte nos.] Quaſi dicat: Et ut nos ſaluos facias, ideo ô Deus non ſolum hominum, ſed etiam uirtutum ſupercæleſtium, tu conuerſus ad nos, qui prius auerſi eramus, conuerte nos ad te. Et ut cõuertas, oſtẽde nobis faciem tuam, quam nube carnis obtexiſti: quia non uidebaris ipſe, quando præcedebas in cruce, quod iam factum eſt. Quia nõ cognouit Aſaph Dominum in terra præſenté, miracula facientem, morientem: poſtquam uero ſurrexit à mortuis Dominus, & aſcendit, tunc eum agnouit, & compunctum corde hoc teſtimoniũ de eo dixit. Illi uero quibus hoc teſtimonium dicit, id eſt Aſſyrij quomodo agnoſcent? Quia oſtendet eis faciem ſuam, & ſalui erunt. Et eſt (quaſi dicat) Obtexiſti faciem tuam, & ægrotauimus: oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

Domine Deus uirtutum.] Oſtende inquam faciem tuã. Nam uideris quaſi iratus, quamdiu differs oſtẽdere: ſed ô Dñe Deus etiam ſupercæleſtium uirtutũ, quo uſque iraſceris ſuper orationem, id eſt quamdiu hæc ira tua erit, ſuper orationem: quia facit ut effectum nón habeat oratio ſerui tui? Quaſi dicat: Si iraſcebaris inimicis, iraſceris adhuc ſeruis tuis. Conuertiſti nos, & agnouimus, & adhuc iraſceris? Planè utique iraſceris, ſed non ut iudex dominando, ſed potius ut pater corrigendo. Planè iraſceris, quia ſcriptum eſt: Fili accedens ad ſeruitutem patris tui, ſta in timore & tremore, & præpara animum tuum ad tentationẽ. Ne putemus irã Dei tranſiſſe, quia conuerſus eſt: tranſijt, ſed ne in æternum puniat. flagellat autem, & nõ parcit: quia corrigit omnem filium quem recipit. Si ergo flagella detrectas, quomodo recipi deſideras? flagellat enim omnem quem recipit, qui nec proprio filio ſuo pepercit, & in hoc eſt ira eius. Orationem autem de qua dicit, accipe illam, quæ proxime præcedit, ſcilicet oſtẽde faciem tuam, & ſimiles in pſalmo. Cui orationi uidetur præualere ira, quam diu ab inimicis flagellamur & affligimur. Et cum dicit, Quo uſque iraſceris ſuper orationem ſerui tui, ita accipe. Quaſi dicat: Quam diu certè neceſſarium erit nobis.

Cibabis nos pane lachrymarum.] Quaſi dicat: Verè iraſceris nobis. Nam cibabis nos pane lachrymarum, id eſt reficientibus lachrymis. Ponit idẽ per aliam ſimilitudinem, Et dabis nobis potum in lachrymis. Panẽ lachrymarum & potum lachrymoſum uocat tribulationes & flagella, quæ ſancti in hac uita doloribus plena patiuntur. In quibus dat eis Dominus panem & potum, id eſt integram refectionem, ſcilicet ut nõ ſolum tribulentur, ſed etiam glorientur in tribulationibus: ſciẽtes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, &c. & dat eis in menſura, id eſt prout ferre poteſt eorum fragilitas, ſcilicet ut erudiantur, non opprimantur. Et ut non deficiant, ſed proficiant, quia ut ait Apoſtolus, Fidelis Deus qui nõ patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cũ tentatione etiã prouentum, ut poſsitis ſuſtinere.

Poſuiſti nos in contradictionem.] Hoc inquam modo cibabis & potabis nos in lachrymis, quia poſuiſti nos in contradictionem uicinis noſtris, id eſt tales nos feciſti, quibus contradiceretur à uicinis noſtris de eodem populo. Et inimici noſtri, id eſt perſecutores de gentibus ſubſannauerũt nos, dicentes: Qui ſunt iſti colentes mortuum, credentes in crucifixum? hoc uerè factũ eſt. Poſtquam enim ſurrexit & aſcendit Dominus, prædicabatur noua uita, reſurrectio uera, res quidẽ incredibilis, ſi tei incredibili miracula fidem faciebant. Contradicebatur à multis, ſed contradictor uincebatur, & ex contradictore fidelis efficiebatur. tamen flamma erat multa, id eſt tribulatio erat multa. Et ſancti martyres pane lachrymarũ cibati, & lachrymis potati: ſed in menſura, hoc eſt quantũ quiſque ferre poſſet, ſcilicet ut per menſuram tribulationum ſequeretur corona gaudiorum.

Deus uirtutum conuerte nos.] Poſuiſti nos inquam cõtradictionem & ſubſannationem, ne autem per hoc auertamur à te ô Deus uirtutum, conuerſus ad nos conuerte nos, &c. Repetitio non ex neceſsitate narrantis, ſed affectione orantis.

Vineam de Aegypto tranſtuliſti.] Hactenus de aduentu ſaluatoris egit, ſcilicet quo cottidie uenit in notitiã: nunc autem agit de uinea eius. Et incipit à principio, prima enim gens, ut Auguſtinus dicit, Iudęa eſt principium huius uineæ. Et eſt quaſi dicat: Conuerte nos inquam Deus, & bonis principijs iunge meliores exitus. Namq; bene cœpiſti, quia uineam tuam tranſtuliſti, per carnales patres & etiam per quoſdam ſpirituales, de Aegypto ubi opprimebant ſeruitute tranſtuliſti. Et eieciſti à facie eius gentes, quæ promiſsionis terram occupauerant, & plantaſti ibi eam.

Dux itineris fuiſti.] Præcedens uerſus tantum ad literam accipit, iſte uero ad utrũq;, ſcilicet etiam ad myſterium, Nam ſicut præbuit illi plebi carnaliter ducatũ in lumine nocturno & umbraculo diurno: ita etiã huic uineæ ſpiritualiter præbet ducatũ, illuminando eum

Digitized by Google

eum ſpiritualibus donis ſuis, id eſt in ignorantia huius uitę, & obumbrãdo eam ab incentiuis uitiorum in nubis protectione, id eſt per myſterium incarnationis ſuæ. Et factus eſt ipſe uia, qui de ſe dixit, Ego ſum uia & ueritas & uita: quia niſi ipſe uia eius eſſet, aliter quod ſequitur eſſe nõ poſſet, ſcilicet quod ipſe totam terram impleuiſſet. Et tranſit hic ad myſteriũ tantum, cum dicit.

Et plantaſti radices eius.] Radices huius uineæ uocat Patriarchas, quos plantauit per fidem in poſteris eorum ſpiritualibus, & in quibuſdã etiam carnalibus. Et hoc modo impleuit terram, non per carnalem prolem, ſed per ſpiritualem. Et umbra eius, id eſt umbratica dicta de uinea hac operuerunt montes. Montes uocat hic prophetas uirtutibus eminentes, qui montes operti ſunt, id eſt obſcuri & nebuloſi facti ſunt: quia umbraticè, id eſt myſticè multa de hac uinea dixerunt.

Et arbuſta eius operuerunt cedros.] Arbuſta uocat minores propheras: cedros uero ſublimes & potentes in ſeculo. & eſt dicere, Quia non ſolum maiores Prophetę pręfuerũt huic uineæ, ſed etiam arbuſta, id eſt minores Prophetæ operuerunt cedros, id eſt in tantum ſupercreuerũt umbris cedri, id eſt ſublimibus mũdi, ut operirent, id eſt humiliarent & inuoluerent illas cedros, & facerent cedros mundi cedros Dei, ſicut & in Paulo & Dionyſio factum eſt. Præterea hæc eadẽ uinea extendit palmites ſuos uſq; ad mare. Palmites uocat illos quibus ipſe Dominus dixit, Ego ſum uitis, uos autem palmites. hoc eſt ſanctos Apoſtolos, qui principaliter ab ipſa uite proceſſerũt: quia à Domino electi fuerunt. Hi palmites extenſi ſunt uſque ad mare, id eſt uſq; ad gentilium amaritudinem: quia in omnem terram exiuit ſonus eorum.

Et propagines eius ſunt extenſæ, uſq; ad flumen.] Propagines uocat regeneratos in fide per palmites. Ex palmite enim fit propago, quæ propaginea extenſæ ſunt uſq; ad flumen: quia per illorũ exemplum & admonitionem, etiam illi qui flumen erant, & qui maximè in amaricantes fluctus huius ſeculi influebãt, facti ſunt propagines. Et hoc modo, ſcilicet per Prophetas, tũ per palmites, tum per propagines factum eſt hoc, q̃ hæc uinea totã terram impleuit.

Vt quid deſtruxiſti maceriam.] Deflet hic Aſaph corporalem deſtructionem eius populi, quem prædiximus principium eſſe uineæ, ſed non ſine ſpe: quia loquitur ut in titulo prædictum eſt, de directiõe. Et ſi ſic in paleis, non ſic agendum erat in granis. Et eſt, q.d. Quandoquidem ô Dñe eduxiſti uineam illam de Aegypto, & eã plantaſti, ut quid ergo deſtruxiſti maceriã eius? Non hoc dicit illuminatus atq; correctus Aſaph tanq̃ neſciens. Sciebat enim eam neceſſario deſtruendam, quia interminatus erat ei Dñs per Eſaiam dicens: Deſtruã maceriã eius. Et adijcit quare. Expectaui enim ut faceret uuam, & fecit labruſcam. Expectaui ut faceret iudiciũ, & fecit iniquitatẽ. Sed pro Aſſyrijs hoc dicit, ut & deſtructionem hanc & cauſam attendant: & ſic ne quid ſimile incurrant, caueãt. Cauſa enim deſtructionis hæc eſt, quia cõtra cultorem ſuum, ſuperba extitit: quia ſeruos miſſos ad ſe ad exigendã mercedem coloni occidit, quia ipſum hæredem eiecit & interfecit. Qui tamen eiectus plura poſſedit: quia ex parte contigit cæcitas in Iſrael, ut plenitudo gentiũ intraret. Et accipe maceriam eius uineæ, munitiõem eius, ſcilicet regnum & ſacerdotiũ, & maximè protectiõé Dominicã, qua magis q̃ per aliud aliquid tuti erãt. ut quid inq̃ deſtruxiſti maceriã eius, & cur uindemiant eam oẽs qui prætergrediunt̃ uiam? hoc dictũ eſt ad ſimilitudiné. Sicut enim ſi qua uinea ſecus uiã ſit, & maceria eius diruta ſit, à quibuslibet pertranſeuntibus uindemiat̃: ita uineam illã munitione eius deſtructa uindemiauerunt. hoc eſt, in diuerſas partes diſtraxerunt Antiochos & multi alij, tandẽ uero principes Romani. Prætergredientes aũt uiã dupliciter poteſt accipi, ſcilicet uel ueram uiam. i. Chriſtum nõ agnoſcentes: uel à uia uerè regnandi deorbitantes, hoc eſt temporaliter regnantes.

Exterminauit eam aper de ſylua.] Quaſi dicat: Nõ à quibuslibet prætergredientibus uiã uindemiata eſt, ſed ab illis quos ipſi maximè immundos putabant: quia aper exterminauit eã. Nihil enim Iudæis magis immũdum uel contrariũ quã porcus: aper aũt eſt porcus. Et intellige per aprum Veſpaſianũ gentilem: quia nulla maior immunditia quam gentiliũ, qui creaturã creatori præpoſuerunt. Et eſt dicere: Aper ueniens de ſylua. i. de gentilitate, quę inculta erat: quia nec legẽ nec Prophetas acceperat, exterminauit. i. extra terminos ſuos poſuit uineam illã: quia qui non occiſi ſunt, aut fame perierunt, aut captiui ducti ſunt. Et ſingularis. i. Titus filius Veſpaſiani, ferus. i. crudelis & ſuperbus depaſtus eſt. i. depaſtam habuit eam uineã: quia iſte maximè deſpoliauit & uaſtauit eam. Patre enim Veſpaſiano Romam regreſſo, iſte in obſidione remanſit, & tandem ciuitatem cepit, & funditus euertit.

Deus uirtutum.] Quaſi dicat: Si ſic agendũ erat in paleis, non ſic Dñe agatur in granis: ſed ô Deus uirtutũ conuerte ad nos, ut ſic conuertas nos. Et qui prius uidebaris deſpexiſſe uineam iſtã in illis carnalibus patribus, reſpice eam miſericordi affectu de cœlo cœlorum. i. per hominẽ Dominicũ, ſcilicet mittendo ei quẽ miſſurus es. Et uide. i. præ oculis illã habe, ut plenariè eius miſerearis. Et ita uiſita per gratiam tuã uineam iſtam, tanq̃ languidam & impotentẽ, per ſe ſurgere. Et perfice eã merito & numero, nõ inſtitue aliã: quia ibi (q.d.) uerũ ſemẽ Abrahę eſt. Ibi ſemẽ illud, in quo benedicent̃ oẽs gẽtes. i. radix illa in qua inſertus oleaſter ponat̃: perfice eam dico, quę non habet ex ſe eſſe, ſed ex te: quia eam plantauit dextera tua. Et ita dico perfice, ut ſit fundata ſuper filiũ hominis, id eſt Chriſtum. Dicit enim Apoſtolus: Fundamentũ aliud nemo ponere poteſt, pręter id q̃ poſitũ eſt. i. Chriſtus. Filium hominis dico, quẽ tu ſpecialiter confirmaſti inter oẽs tibi. i. ad tuũ honorem. Adam quidẽ in abundantia uirtutũ poſuiſti, ſed nõ confirmaſti, q̃a labi potuit.

Incenſa igni.] Vere perficies eam, quia incẽſa igni & ſuffoſſa peribunt in ea ab increpatiõe uultus tui. Vultus Dei patris eſt ipſe Chriſtus, ſplendor & figura ſubſtantiæ eius, ut ait Apoſtolus. Vel eriã ſancti prædicatores, in quib. apparet uultus eius: hic aũt uultus Dei, quid aliud increpat niſi peccata? Per eius utiq; increpationem peccata noſtra peribunt. Fiunt aũt peccata omnia quæ ſponte cõmittimus, aut malo amore, aut timore malo: ſicut econtra omne opus bonum aut fit bono amore, aut bono timore. Vt ſi aliquis uelit nos inducere ad hoc, ut falſum teſtimonium contra proximũ dicamus, aut aliquid tale, promittit nobis multa: quibus ſi delectamur & cõſentimus, ecce malo amore, id eſt cupiditate praua accenſi peccamus. Si autem gratia Dei tunc nos inſpiramur, & cogitamus illud q̃ ipſe propoſuit nobis, exemplificandum ſcilicet: Quid prodeſt homini ſi totũ mundũ lucret̃, animæ uero ſuæ detrimentũ patiatur? Ecce per hanc Dominicam increpationem effectus mali amoris, id eſt peccatum in nobis perit. Tunc ille uidens promiſſa ſua contemni, forſitan ad minas ſe cõuertit, & minatur nobis non tantum expulſionem, ſed ipſam etiã mortem. Quod ſi tunc territi ei conſentiamus, ecce timore malo humiliati peccamus. Si aũt tunc gratia diuina interi⁹ roboremur, & quod ipſe exemplandũ propoſuit in mente habeamus: ſcilicet Nolite timere qui corpus occidunt, animam aũt non poſſunt occidere. & reſiſtimus, & non peccamus. Melius eſt enim ut aliena iniquitas perimat carnẽ noſtram, q̃ iniuſtitia propria perimat animam noſtram. Et quantumcunq; mũdus promittit nobis iniuſtis, multo plus dabit Deus iuſtis, cum dicit: Venite benedicti patris mei, &c. Et quantumcunq; mundus minatur nobis iuſtis, multo plus minatur Deus nobis iniuſtis: quia dicturus eſt,

Ita maledicti in ignem æternũ. Et hoc eſt q. dicit: Incenſa igni, id eſt peccata ardore prauæ cupiditatis cõmiſſa & ſuffoſſa, id eſt illa etiam peccata, quæ per humiliationem mali timoris cõmittuntur. Et ideo ſuffoſſa dicũtur, quia murus qui ſuffoditur, humiliatur. utraq; inquam hęc genera peccatorũ peribũt ab increpatione per uultum tuum facta, ô Deus. hæc quidem ſententia beati eſt Auguſtini & aliorum cõplurium. Caſsidorus uero incẽſa igni eodem modo accipit, ſcilicet peccata illa quæ ardore mali amoris fiunt: ſuffoſſa uero ea peccata uocat, quæcunque per inſidias aut per dolum quaſi in foſſa fiunt.

Fiat manus tua.] Quandoquidem tam utilis eſt increpatio tua, fiat ergo manus tua ô Domine, id eſt ſemper adhæreat correctio tua ſuper uirum conſtituendum, id eſt ut conſtituatur unus uir perfectus, id eſt Chriſtus, caput ſcilicet & corpus. Super uirum dico dexteræ tuæ, id eſt in quo apparebit dextera, id eſt potentia tua. Et quem uirum accipiat, determinat dicens: Et ſuper filiũ hominis. Omnes enim portantes imaginem filij hominis, quaſi unus filius hominis cũ ipſo ſunt. Quem filium hominis confirmaſti quidem principaliter in capite: ſecundario uero etiam in membris tibi, id eſt ad tuum honorem. Vel aliter, (quaſi dicat) Et ut perficiatur uinea plantata à dextera tua, & ut pereant in ea incenſa igni & ſuffoſſa: ergo Domine fiat manus tua, id eſt protectio tua ſuper uirum dexteræ tuæ, id eſt ſuper omnẽ illum qui hoc uirium quod habet exercet in dextera, nõ in ſiniſtra. Et ſpecialiter, fiat manus tua ſuper filiũ hominis, qui eſt caput eorum. Non enim dedit ei Dominus ſpiritũ ad menſuram. Super filium hominis dico, quẽ tu cõfirmaſti tibi, ut ſupra dictum eſt.

Et non diſcedemus à te.] Fiat manus tua inquam ſuper uirum dexteræ tuæ, & ſuper filiũ hominis. Et ita nos qui prius diſceſsimus à te, cum te propter aliud colebamus, nõ amplius diſcedemus à te, colẽtes propter te: quia tu nos mortificatos interius in peccatis, uiuificabis nos, in ſpiritualib. donis. Et ideo deinceps nomen tuum tantũ, & non aliud inuocabimus. Vt autem hoc fiat, Domine Deus uirtutum conuerſus ad nos, conuerte ad nos, &c.

IN PSALMVM LXXX.

ARGVMENTVM.

REditum populi de Babylone prædicens, omnes ad gratiarũ prouocat actionẽ. Torcularia aũt titulo prænotauit, quibus uel ipſi afflicti, uel eorũ ſunt hoſtes attriti. Aliter uox Apoſtolorũ ad Pentecoſten. Itẽ Arnobius in ſeptuageſimonono pſalmo uinea reparatur, & in octuageſimo pro torcularib. agitur: Exultate Deo, quia reſurrexit uinea eius. ſurrexit enim, quẽ exterminauit incredulus populus. Ipſum utiq; exterminauit, qui dixit: Ego ſum uitis uera.

IN FINEM PRO TORCVLArib. Pſalmus ipſi Aſaph quinta Sabathi.

EXPLANATIO.

QVinta ſabbathi, eſt quinta dies à ſabbatho, quæ à gentilibus dies Iouis, à nobis quinta feria uocatur, in qua dixit Deus, Producant aquæ reptilia animarũ uiuarum, & uolatilia uolantia ſub firmamento cœli: myſticè ſignificans diuerſæ uirtutis uiros ex aquis baptiſmatis eſſe naſcituros. Tituli ergo huius intentio talis eſt, ut in finem deſignet Dominũ Chriſtũ: pro torcularibus, eccleſiam perſecutionib. examinatam: Aſaph, congregationẽ: quinta ſabbathi, baptiſmũ. Vnde colligitur pſalmum in eccleſia Domini de regenerata cõgregatione eſſe locuturũ. Hic enim Aſaph ad hiſtoriam quidẽ loquitur Iudæis, ſed melius ſpiritualiter intelligitur à populo Chriſtiano. In prima parte pſalmi loquitur Aſaph fidelibus, ut per organa diuerſa muſicorum perſonent laudes Domino pro perceptis ſæpè beneficijs. In ſecũda uerba ſunt Domini, comminantis ne idola colant, ſed ipſe ſolus adoretur, qui remunerare ſoleat. In tertia Aſaph reloquitur, arguens infideles cur fallaces extiterint, quibus dona Domini ſint copioſè collata.

COMMENTARIVS.

E*Xultate Deo adiutori noſtro.*] Titulus eſt talis, In finem pro torcularibus quinta ſabathi, pſalmus ipſi Aſaph: qui ſic exponitũ. Hæc uerba referuntur in finẽ, quę ſunt pſalmus cantatus ipſi Aſaph. i. Dominicæ congregationi pro torcularib. in quinta ſabbathi. In torculari ſunt duo, pondus ſcilicet, & preſſura: & de preſſura duo procedunt, oleum ſcilicet & amurca. Oleum ſcilicet in apotheca recondendũ, & amurca in plateis cõculcanda. In quinta uero ſabbathi creauit Deus omnia reptilia aquarũ: quia quinta die dixit, Producant aquæ omne reptile animarũ uiuentiũ. Per reptilia aũt creata de aqua ſignificant oẽs aqua baptiſmatis regenerati. Quorũ quidem alij dignè uiuunt ſacramento baptiſmatis, & hi deſignantẽ per oleum. Alij uerò indignè uiuũt ſacramento baptiſmatis, qui per amurcam intelliguntur. Et hi cõmuniter ſunt Dominica congregatio, cui propheta pſalmũ iſtum cantat pro torcularib. quinta ſabbathi. i. ꝑ preſſura intẽdens & appatẽdat: quia neceſſe eſt oẽs qui piè uolunt uiuere in Chriſto, pati perſecutionem. Preſſora dico ſeparante res ſignificatas per res creatas in quinta ſabbathi, hoc eſt eos ipſos, quibus iſta cantantur. Qui enim dignè uiuunt ſacramentũ baptiſmatis, non ſubterfugiunt hic tribulati, quia non ſolũ affliguntur interius, ſeipſos abnegantes: ſed etiam apud aquã contradictionis, ut pſalmus dicit, probantur. i. exterius affliguntur. Qui uero indignè uiuunt ſacramento baptiſmatis, illi quidem malunt hic delectari q̃ tribulari. Et hoc modo per preſſorem in præſenti ſeparantur: in futuro uero penitus ſeparabuntur, quando oleum in apothecam Domini cam eliquabitur, amurca uero æternaliter conculcanda eijcietur. Ecce lumen pſalmi audiuimus, intremus, audiamus, gaudeamus, timeamus, fugiamus, appetamus. Quia hæc in pſalmo inueniuntur. Alloquitur autem propheta prius oleum, dicens ita:

Exultate Deo.] Q. d. Circa uos ſunt qui exultant mũdo deceptori & deſertori ſuo, quidã etiam uẽtri Deo ſuo: uos aũt ô uerè Dominica congregatio exultate Deo. i. cũ omni lætitia aggratulamini Deo, non mundo, Deo dico adiutori noſtro. Cum dicit Adiutori noſtro, nec ingratus eſt gratiæ, nec tollit arbitrij libertatem. Iubilate etiam Deo, qui uerè Deus eſt Iacob, poſterius nati. i. populi gratię. Q. d. Quod poteritis explicare, clamate: quod uerò non ualetis explicare, iubilate. Iubilus enim tanta mentis lętitia eſt, quam tamen non ſufficit explicare uerbis. Ecce quam manifeſtè ad preſſuram, de qua titulus agit, inuitat cũ dicit: Exultate Deo, iubilate Deo. Qui enim uerè Deo exultat, tribulati non detrectat, immò deſiderat, ut ad eum cui exultat, perueniat.

Sumite pſalmũ.] Q. d. Et ut uerè exultetis, & iubiletis Deo, ſumite pſalmũ, & date tympanum. Apoſtolus quaſi reprehendens & dolens dicit in quodam loco: quod nemo cõmunicauerit ei in ratione dati & accepti. Quid aũt ſit cõmunicare in ratione dati & accepti, alibi apertè exponit dicens: Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, nunquid magnũ eſt ſi noſtra carnalia metamus? Vtiq; nõ ſimiliter. & hic dicitur: Sumite pſalmum, & date tympanũ, hoc eſt, accipite ſpiritualia, & date carnalia. Pſalmus enim qui de ſuperiorib. eſt, pertinet ad ſpiritualia: tympanum uero quia de ſicco corio fit, ſignificat carnalia. Et eſt dicere: Si auidi eſtis in ſpiritualibus ſuſcipiendis, deuoti ſitis in carna-

carnalibus erogantium. Quaſi dicat: Accipite uocem noſtram, exhortationem noſtram: ſuſcipite doctrinam noſtram ſanctam, & date manus ueſtras, hoc eſt, facite bona opera. Quod ideo facere debetis, quia pſalterium iocundum eſt cũ cithara. hæc ſunt duo diuerſa inſtrumenta, quia pſalterium ſonat de ſuperiori, cithara uerò de inferiori. Et doctrina uerbi Dei deſuper eſt, quia cœleſtis eſt. Quare tale eſt, ac ſi dicat. Si expectatis à nobis talia, non ſitis pigri ad facienda noſtra carnalia, hoc eſt operib. ueſtris uerbo Dei reſpondete. Quia pſalterium iunctum cum cithara, eſt iocundum, id eſt ſuaue melos reddit Deo.

Buccinate in neomenia tuba.] Solitus fuit Iſraeliticus populus feſtiuitatem facere, & tubis buccinare in neomenia, id eſt in noua luna. Neon enim interpretatur nouum, mene autem luna. Deſignatur autem per lunam innouatam, noſtra mortalis & defectiua uita, p gratiam renouata. Et eſt dicere: Et ut dignè Deo exulteris, buccinate ergo tuba in neomenia, hoc eſt apertius & elatius & fiducialius nouam uitam prædicate, non timentes ſtrepitum ueteris uitæ. Et determinat quam neomeniam accipiat dicens: Buccinate inſigni die ſolennitatis ueſtræ. Inſignis dies eſt totum tẽpus gratiæ, quod & ſolennitas eſt ſummæ lætitiæ, ſcilicet diſpoliationis antiquę, reparationis nouæ, fęlicitatis æternæ.

Quia præceptum in Iſrael eſt.] Ideo debetis buccinare tuba in neomenia, quia hoc eſt præceptum Iſrael. Sicut enim præceptum fuit carnali Iſrael carnaliter, ita ſpirituali ſpiritualiter: & ſi illi, multo magis iſti. Et illud præceptum non eſt negligendum, quia neglectum eſt, & iudicium Deo Iacob attributum. Nam ſi negligitur ab aliquo, inde ſequitur, ut Deus Iacob iudicet, id eſt damnet eum. Cũ enim carnalis Iacob propter carnale pręceptum neglectum damnabatur, multo magis ſpiritualis ſi ſpirituale pręceptum negligat, damnabitur. Et ideo hoc præceptum eſt iudiciũ Deo Iacob, ſicut etiam omnia alia: quia quicũq; per legẽ peccauerunt, per legẽ iudicabuntur. Et uerè ei eſt iudiciũ, quia ipſe de ſe dicit: Ego in iudiciũ ueni in mũdũ.

Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud.] Hoc ideo addit, ut determinet: quia hic non agit de carnali præcepto, quod illi populo factum eſt. & dicere: Illud idem pręceptum quod factum eſt Iſrael, poſuit Dominus ut eſſet teſtimonium in Ioſeph. Teſtimonium quidem damnationis neglectum, teſtimonium uerò liberationis cuſtoditum. Per Ioſeph uerò qui augmentum interpretatur, intellige priores omnes per fidem ad auctos, de quibuſcunq; uel quicunq;, ſiue de Iudæis ſiue de gẽtibus. Qui Ioſeph cum exiret de terra Aegypti, audiuit linguam quã non nouerat. Sicut enim Apoſtolus illa de Ioſeph & alijs fratrib. propagatus, poſtquam de terra Aegypti exiuit, & per mare rubrũ tranſiuit, linguam quam non nouerat audiuit, quia legem accepit: ita & iſte ſpiritualis Ioſeph poſtquam de terra Aegypti, id eſt de tenebris peccatorum trãſeũdo per aquam baptiſmatis rubricatam ſanguine Chriſti exiuit, linguam quam nõ nouerat, id eſt nouitatis pręcepta audiuit, ut ſciret ubi iam cor habere deberet, ſcilicet non in terrenis, ſed in cœleſtibus. Et per illã linguam diuertit ille qui teſtimonium poſuit dorſum eius ab oneribus, hoc eſt ipſum quaſi multis oneribus ſarcine peccatum incuruatum erexit. Et à quibus oneribus cum diuertiſſet, oſtendit dicens: Quia manus eius ſeruierunt in cophino. cophinus eſt uas ſtercorarium, & ideo per cophinum concupiſcentię carnales intelliguntur. Et eſt dicere: Manus eius ſeruierunt in cophino, id eſt opera eius fuerunt in expletione carnalium concupiſcentiarum & carnalium deſideriorum. quod uerè ſeruitus erat: quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et ab his oneribus, id eſt ab his mortuis operibus liberauit illeeum qui dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Ipſe dico dicens ei ita.

In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te.] Recognoſcat ſe quiſq; conſcientię, ſi deuotè per mare rubrum tranſierit, ſi cum fide linguam quam non nouerat audierit: attendat tribulationem ſuam, quia uerè tribulatio magna premi peccatorum ſarcina, quia conſcientia releuata lætatur. Ecce baptizatus es, & conſcientia tua quæ heri premebatur, hodie gratulatur, & liberatus es in tribulatione. Memento enim tribulationis tuæ antequam ad baptiſmũ accederes, quid ſolicitudinũ in corde gerebas, quid ieiuniorum promittebas, quid lachrymarum & orationum internarum, piarum, deuotarum exhibebas. Ecce omnes hoſtes tui occiſi ſunt, id eſt, omnia peccata tua deleta ſunt. Et hoc modo, quia in tribulatione inuocaſti me, liberaui te. Et te liberaro, exaudiui te In abſcondito tempeſtatis, ſcilicet nõ in tempeſtate maris, ſed cordis. Neceſſe eſt autem, ut poſtquam aliquis exauditur in abſcondito tempeſtatis, probetur apud aquã cõtradictionis. Et ideo ſubdit, Probaui te apud aquã contradictionis, poſtquã enim credideris, & per mare rubrum tranſieris, & exauditus fueris in abſcondito tempeſtatis, & uiam Dei carpere cœperis: ecce reſtat adhuc aqua contradictionis, quia tunc inſurgũt multi exagitantes te: multi deuorãtes te, tunc minis, tunc blanditijs. ſed tu nõ erubeſcas prædicare, quod potes defendere. Non erubeſcas etiam inter blaſphemos prędicare, quod credidiſti. Si enim exauditus es In abſcondito tempeſtatis, corde creditur ad iuſticiã. Si autem probatis apud aquam contradictionis, ore confeſsio fit ad ſalutem. Hæc autem aqua ferè exiccata eſt in hoc tempore. Tempore uerò ſanctorum Apoſtolorum & aliorum iuſtorum eccleſiæ fluxit abundantiſsime. Quãdo enim Samſon petebat ſibi uxorẽ ab Allophilis, hoc eſt Chriſtus ſol eorum (quod Samſon interpretatur) per prædicatores ſuos petiuit ſibi ſponſam eccleſiam de gentibus: tunc leo frendens occurrit ei, ſed factus eſt inter manus eius uelut hœdus caprarum, id eſt tanquã languidus peccator, & in ore ipſius mortui poſtea mel eſt inuẽtum, quia principes gentium prius contradicentes & frementes, poſtquã conuerſi ſunt, leges & inſtituta pro Chriſtiano nomine, quod prius impugnabant, protulerunt.

Audi Iſrael.] Quæ a principio pſalmi huc uſque dicta ſunt, ad oleum pertinuerunt: quæ autem ſequuntur, magis timenda ſunt & cauenda: quia ad amurcã pertinent, audienda tamen ſunt. Vt qui uideatur ſe eſſe oleum, gaudeat: qui autem adhuc periclitatur, ne amucca fiat caueat. Et ſic continuatur. Oleo quidẽ dixit: In tribulatione inuocaſti me, &c. amurcæ uerò dicit hæc quæ ſequuntur: Populus meus audi. Populum ſuum uocat, non quod obtemperaret iuſsionibus ſuis, ſed quia initiatus ſibi erat ſacramento baptiſmatis, & alijs ſacramentis: & quem populum ſuum accipiat, determinat dicens, Iſrael uidens Deum fide & ſi non ſpe, audi me, & conteſtabor te, id eſt, cum alijs teſtem adduco, uel habeo huius rei, ſcilicet quod ſi audieris me, id eſt, ſi obtemperaueris meis præceptis, & ea intenderis diligenter, Deus recens, id eſt, fabricatus ex tempore Deus. Non erit in te, id eſt, in corde tuo: ut cognoſcas me uerbum patri coæternum & conſubſtantiale. homo enim recens, uerbum autem erat in principio apud Deum Ipſi coæternum. & ideo non cogitabis falſum Deum. Si enim falſum Deum cogitaueris, nunquam fictum Deum adorabis. Et hoc eſt quod ſequitur, Neque adorabis Deum alienum.

Referendum eſt tam ad idola interiora quã ad exteriora. diuerſi enim diuerſos fabricauerũt ſibi deos & exterius & interius. Sed quanquam uarietas eſſet in errore, identitas tamen erat in uanitate: quod Samſon ſignificauit, quando uulpeculas multas per caudas colligauit, & faces ardẽtes ipſis caudis ligauit, ut comburerent ſegetes Philiſtinorum. Vulpes ſunt hæretici quaſi in cauernis, & inſidiantes ut uulpes.

De his uulpibus in Canticis canticorum dicitur: Capite nobis uulpeculas paruas. tunc enim uulpeculas, id eſt hæreticos capitur, quando de errore conuincitur. has uulpeculas Sãſon, qui interpretatur ſol eorũ, id eſt Chriſtus in cauda colligauit: quia in opinione diſſentiunt, in fine tamen conſentiunt, id eſt in uanitate. Et quamquã ſit in errore uarietas, in uanitate eſt identitas. Et ignem adhibuit, id eſt errorem, quo alios decipere poſſet, adiecit. Vt comburerent ſegetes, id eſt opera deſtruerentur nõ amicorum, ſed Philiſtiinorum, id eſt inimicorum, quos eis conceſsit ut eos deuocarent, & ſibi conſociarent.

Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.] Ideo ſi me audieris, non erit in te Deus recẽs: quia ego ſum, id eſt quia mihi propriè conuenit, non fiet uel erit: ſed ſum propter æternum & incõmutabilem ſtatũ. Cur ergo (quaſi dicat) uis adorare quod non eſt? De omni enim recedente Deo poteſt dici, quia non eſt: quia fuit, quando non fuit: & erit, quando non erit. Et ideo Deum alienum non adorabis: quia ego qui ſum Dominus Deus tuus redẽptione, Deus tuus creatione. Et (quaſi dicat) Et quia ſum, ergo ſuper omnia. Sed tamen quid tibi temporaliter præſtiti? multum quidem. Quia eduxi te de terra Aegypti, omnes quotquot credimus, de terra Aegypti, id eſt de tenebris ignorantiæ educti ſumus, & per mare rubrum tranſiuimus, & linguam quam non noueramus audiuimus. Non ergo Deo ſimus ingrati, nec obliuiſcamur Deum manentem, ut fabricemus recẽtem. Sequitur.

Dilata os tuum, & adimplebo illud.] Quaſi dicat: Anguſtias patitur cor tuum propter falſum Deum, ſed quia ego Dominus tuus & Deus ſum, dilata ergo os tuũ, credendo, amando, prædicando, confitendo: & ego adimplebo illud. Interius os quidẽ adimplebo fide & dilectiõe, exterius uerò cõfeſsione & prędicatiõe.

Et non exaudiuit populus.] Quaſi dicat: Ego quidẽ ſic eos uocaui, ſic admonui, & tamẽ populus meus qui debuit eſſe meus, nõ audiuit uocem meam, id eſt nõ obtemperauit ſanctis iuſsionibus meis. Ecce quomodo fluit amurca. Et ideo dico nõ audiuit, quia nõ intẽdit. Quis? cui? Iſrael mihi. ô infœlix anima, cur nõ intendis illi à quo es creata, reuocata, à peccatis abluta, & in ſpecie deducta.

Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum.] Ecce congrua, ecce ultio diuina. Ipſi inquam nõ audierũt me, & ego rependi eis quod iuſtũ fuit, ſcilicet dimiſi eos ſecũdum deſideria cordis eorum. hoc eſt traditi ſunt in reprobũ ſenſum, ut faciãt quę nõ conueniunt, quapropter ibunt, id eſt cadent & fluent in ſuis adinuentionibus, non ſtabunt in meis.

Si populus meus audiſſet me.] Nunc quidẽ quia me non audierunt, dimiſi eos. Si autem populus meus qui debuit eſſe, audiſſet me. Et quid ſit audire eum, exponit dicens: Si Iſrael ambulaſſet in uijs meis, hoc eſt, ſi delectaret ſe in pręceptis meis, ego humiliaſſem inimicos eorũ & intrinſecus & extrinſecus, pro nihilo reputãdos forſitã. Iſtud forſitan nõ dubitatiuè ponit, ſed cõminatiuè, quantũ ad illos qui oſtenderunt ſe dubitare de eius potentia, per hoc effectum: quia non audierunt uocem eius, ſicut & nos ſeruo rebelli comminãdo dicimus, Forſitan adhuc apparebit, quod ego ſim Dominus tuus. Et quod dixit, Humiliaſſem inimicos eorum: ut euidentius ſit, ęquipollenter repetit dicens: Et ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meã. Tribulantes enim uocat eoſdem, quos prius inimicos. Miſiſſam autem manum meam ſuper illos, idem eſt quod humiliaſſem.

Inimici Domini.] Ecce regreditur prophetãdo (quaſi dicat) Dominus quidẽ ita & ita illi populo loquutus eſt, ſermo autem eius non cepit in eis, quia cum deberent eſſe amici, facti ſunt inimici, peiores exitierũt omnibus alijs inimicis: quia cum alij inimici nihil promiſerunt, ipſi mẽtiti ſunt: quia promiſerunt, & in factis fefellerunt. Melius enim eſt nõ promittere, & fallere. Et quia hoc fecerunt, ideo meritò tempus eorũ erit in ſecula. Eclypſis eſt cum dicit, Tempus eorum. Vult enim intelligi, quod tempus dãnationis & perditionis eorum erit in ſecula, id eſt æternaliter damnabũtur. Habẽt quidam libri eorum, In ſeculo. iuxta q̃ ſic dicitur: Quia inimici Domini mentiti ſunt ei, ideo tempus eorum, quod ipſi appetunt, id eſt delectatio eorum erit mihi in hoc præſenti ſeculo. unde ſequitur: quia citò in æternum damnabuntur. Et meritò, quia ille quem fefellerunt, omnem humanitatem & miſericordiam eis impendit.

Quia cibauit illos ex adipe frumenti.] Id eſt, ex intima medulla frumẽti, quia refecit eos myſterio ſuæ incarnationis, & alijs interioribus doctrinę ſanctę myſterijs. Et etiam ſaturauit eos melle manante de petra, petra autem erat Chriſtus. Per mel uerò quod pontificatum obtinet dulcedinis, intellige cognitionẽ æterni uerbi. Et eſt dicere: Quia uſq; ad ſaturitatem, id eſt plenariè imbuit eos cognitione etiam uerbi, quæ excellit omnem ſcientiam.

IN PSALMVM LXXXI. ARGVMENTVM.

CVlpantur hi qui declinant in malitiam, & inter iurgantes æqui iudices eſſe diſsimulant. Aliter uox eccleſiæ de Iudæis.

PSALMVS ASAPH.

EXPLANATIO.

ASaph indicat Synagogam, qui Dominum ſaluatorem corporea quoq; præſentia meruit intueri. Aſaph contra Iudæos de Chriſti aduentu per totum loquitur pſalmum. In prima parte commonens eos, Deum in eorũ medio conſtitiſſe, ideo nõ debere illos conſortium ſuſcipere peccatorum. In ſecunda admonet ut intelligant ipſum eſſe Chriſtum, qui in aſſumptione carnis pauper & egenus eſſe uidebatur. In tertia dicit eos honoratos, ut filij Dei fierent, ſed ipſos in mortis laqueos ſuo uitio corruiſſe.

COMMENTARIVS.

D*Eus ſtetit in Synagoga.*] Pſalmus Aſaph. Fideles de priori populo præuidẽtes per ſpiritum tempus uiſitationis & Dominicæ incarnationis: exhortantur poſteros ſuos in hoc pſalmo, ne ita iniuſtè iudicent, & deprauent cauſam hæredis, ſicut fecerunt ſerui ad uineam premiſſis. Et manifeſtè oſtendũt eis in hoc pſalmo, in primo uerſu tempus uiſitationis & Dominicæ incarnationis: quia ſtare, ſedere, ire, & huiuſmodi, ſitus corporalium rerũ tantum ſunt, non incorporalium. Et eſt dicere: Deus deorum, id eſt per quem omnes illi qui nõ per naturam, ſed per gratiã Dei fiunt, deificantur. Ipſe quidẽ inuiſibilis in ſuis, factus uiſibilis in noſtris. Stetit (pro ſtabit) in Synagoga. Synagogam ideo ponit, quia de gente illa natus fuit. Inde Dauid, de Dauid Maria, de Maria uerò Chriſtus. Et bene dicit Stabit, quia peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Non autem (quaſi dicat) ocioſe ſtabit: quia Ipſe ſtans in medio, id eſt in aperto. Iuxta illud: Poſt hęc in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Vel in medio, id eſt in communi: quia uenit non tantum propter ſalutã Iudęorũ (quãuis ipſi ſoli de gratia præſumerent) ſed etiã propter omnium ſaluationem. Deus inquam ens in medio diiudicat Deos, id eſt diſcernit illos qui ſe faciebant deos, alios aſſumendo, alios repellendo. Ipſe dico ita dicens eis: Vſq; quo iudicatis iniqui-

tis iniquitatem? Quaſi dicat: Si iudicaſtis iniquitatē uſq; ſub aduentum illius, qui lux eſt cordis, an adhuc etiam iudicabitis? Et item: Dedi legem, uos autem reſtitiſtis. Seruos ad uineam miſi, alios contumelijs affeciſtis, alios eieciſtis & occidiſtis. Nunquid etiam hæreditatē occideritis? hoc dixit maioribus. Vos ſubditi uſque quo tacendo, non reſiſtendo facies peccatorum ſumitis? id eſt, uultis imitari prælatos illos peccatores uelut innocentes? Qui enim uult alicui aſsimilari, quaſi faciem illi induere quærit: ideo hoc dicit plebi, quia in Euangelio dicitur, quod maiores timebāt plebem. Vnde conſtat quia plebs mortem Chriſti poſſet prohibere. Et quiſquis quod prohibere poteſt non prohibet, uerè conceſſum præbet.

Iudicate egeno & pupillo.] Vos maiores non debetis iniquitatem contra Chriſtum iudicare, neque uos minores conſentire: quia nōnne ipſe pro nobis eſuriuit, pro nobis ſitiuit uelut egenus? & qui in cœlo erat ſine matre, nōnne pro nobis in terra uoluit eſſe ſine patre ut pupillus? Et nōnne ad uos clamauit & clamabit: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde? & nōnne qui diues erat, in ſe pauper factus eſt, ut nos paupertate ſua ditaret? Iudicate ergo uos maiores egeno & pupillo, id eſt ad honorem illius propter uos egeni & pupilli, & illum propter humilem & pauperem iuſtificate, id eſt iuſtum credite, iuſtum prædicate. Non uos ipſos propter uos tantum diuites & ſuperbos, hoc inquam facite maiores: uos autem minores eripite quædam in illum propter uos pauperem, & liberate illum propter uos egenum de manu peccatorum principis. Timebant enim plebem, ut dictum eſt. Et ſic adeò reprehendendi, qui tacendo & non reſiſtendo conſenſerunt, quod fiet illis qui ipſum nefas perpetrauerunt.

Neſcierunt neq; intellexerunt.] Vox eſt Aſaph. Quaſi dicat: Dominus quidē illis & maioribus & minoribus ita locutus eſt, nō autem cepit ſermo eius in eis, quia ipſi neſcierūt, id eſt neſciētes fuerunt. Si enim cognouiſſent, nunquā Dominum gloriæ crucifixiſſent. Neq; intellexerunt. i. non intelligētes in opera eius iuerūt: quia ſi intelligerent, non Barrabā liberari peterent, Chriſtum uerò crucifigi. Et ideo non intellexerunt, quia ambulant in tenebris, id eſt quia delectantur in luco & in gēte & in alijs terrenis, quæ ſunt cauſa quare tenebroſi, id eſt neſcientes ſint. Non inquam intellexerunt, ſed tamē intelligere potuerūt: quia tam manifeſta ſigna in eius paſsione data ſunt, per quæ ſatis potuit ipſum eſſe Deum. Quod quia cum hæc dicerētur, futurum erat, futurū quoq; enunciat dicens: Omnia fundamenta terræ mouebuntur. Quādo enim tota terra per terræmotum concuſſa eſt, tunc etiam fundamenta eius mota ſunt. Vel aliter: Ipſi quidē non intelligent, ſed tamen poſſent: quia alij te motiores hoc intelligent. Nam omnia fundamenta terræ, id eſt omnis ea in quibus terreni fundantur, ut dignitates, diuitiæ, poteſtates & ſimilia, mouebūtur, id eſt à multis contemnentur. prædicata enim noua uita & reſurrectione etiam cōtempta eſt felicitas terrena. Vel aliter, Ipſi ambulant in tenebris: quia malūt perdere innocentiam quā gentem & patriam, Sed tamen nihil eis proderit, quia omnia fundamenta terræ illius mouebuntur, id eſt auferētur ab eis à Roman. principib.

Ego dixi.] Item uox Domini illos alloquentis. Et ſic continuatur: Deus inquam in medio dijudicat deos, dicens eis ita: Ego ſolus ad hoc potens & idoneus dixi uobis, quia dij eſtis, id eſt dij poteſtis eſſe, ſi feceritis quæ ego præcipiā uobis. Et omnes, ut nullum excipiam, poteſtis eſſe filij excelſi: filij quidē per adoptionem, & dij per gratiam.

Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de principibus cadetis.] Quaſi dicat: Ego quidē cœleſtia uobis promiſi, & ad ſumma uos uocaui, uos autem in infima deſcenditis: quia in uos minores moriemini in anima per deceptionem maiorum ſicut homines, id eſt, primi parentes per deceptionem diaboli mortui ſunt, & uos maiores cadetis per primam elationē, ſic ut unus de principib. id eſt de angelis, qui principes hominum ſunt, quos regunt: per propriā elationem cecidit, cum dixit, Ponam ſedem meam ad aquilonē, & ero ſimilis altiſsimo.

Surge Deus.] Ecce loquitur Aſaph in perſona ſua, (Quaſi dicat) Ipſi quidē malunt deprimi ad ima, quā uocari ad ſumma: tu autem Deus fac quod tuum eſt. Morere, ſcilicet inter manus iniuſte iudicantium: & exurge ut Deus ad iudicādum. Morere quidē ex infirmitate, & ſurge in uirtute, & iudica terram, id eſt damna illos terrenos, non tantum exterius diſsipando, ſed interius excæcando. Et uerè ita facies, quādo tu illis repulſis hæreditabis, id eſt hæreditatem obtinebis in omnibus gentibus. Ex parte enim cæcitas in Iſrael contigit, ut plenitudo gentium intraret. Vel aliter: Surge Deus, & terram illam quæ tumuit contra te, cum te damnaret, cum te crucifigeret, iudica, id eſt humilia in parte, ut qui prius uoluit præcedere, ſequatur. Et uerè ita erit, quoniā tu per illos humiliatos per totum mundum ad prædicandum ſparſos hæreditabis in omnibus gentibus. In omnem enim terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū.

IN PSALMVM LXXXII.

ARGVMENTVM.

Contra gentium perfidiam deprecatur, quæ Machabeorum gloriam inuidentes, religioſe cepta deſtruere cum totius populi interitu conabantur. Aliter uox eccleſiæ ad Dominum de Iudæis & de uitijs hominum.

CANTICVM PSALMI Aſaph.

EXPLANATIO.

Canticum pſalmi eſt, cum organo præcinente ſubſequentes & æmula organo uox oris auditur, canentis modos pſalterij modulis imitata uociferis. Quia uerò canticum myſticæ diuinæ ſapientiæ contemplationem, pſalmus autem qui manibus fit, operis perfectionem demonſtrat: canticum pſalmi meritò uocatur, cum bonorum operum efficientiæ, ſcientia & doctrina coniungitur. Iuxta id quod dictum eſt, Deſideraſti ſapientiam, ſerua mandata, & Deus præbet illam tibi. Cuius rei exemplum in Centurione Cornelio mirificè claruit. Quid uerò pſalmus cantici ſit, quidue ſignificet, in undetriceſimo pſalmo iam dictum eſt. Aſaph qui multa iam ſuperius de Domini incarnatione prædixerat, nunc in primo membro de aduentu eius ſecundo dicturus eſt, expetens, ut quomodo in fine ſeculi inimici eius per Antichriſtum nimis erigendi ſunt, ipſum citò debeat uenire iudicium, ne grauiſsimi hoſtis diuturna licentia cūctam uaſtare poſsit eccleſiam. Secundo membro in eos per ſimilitudines quaſdam nominum ſupplicat, uindicari correptionis uoto, non maledictionis inſtinctu.

COMMENTARIVS.

D*Eus quis ſimilis erit tibi: ne taceas, neque compeſcaris Deus.*

Canticum, id eſt, hæc aggratulatio eſt pſalmi, id eſt, laudis Aſaph: quia Aſaph in hoc pſalmo, id eſt, in hac laude, quæ uerè laus Dei eſt, quia

deſtructio

deſtructio maligni exercitus per ipſum facta hic commemoratur. Cantat, id eſt, aggratulatur. non enim defuerunt de populo illo qui intelligerent habentes fidem, quæ poſtea reuelata eſt. hi ergo per ſpiritum præuidentes, quod ille qui prius per infirmitatem ueniens occultus: quia iudicandus multis aſsimilari uoluit, in tantum quod etiam cum iniquis reputatus fuit. Et quia multa obprobria tulit, & nobis patientiam reliquit, ſic tandem ſit manifeſtè uenturus, quod nullus etiam piorum ei aſsimilabitur. Et tunc ſit nos iudicaturus, & ab obprobrijs cunctis liberaturus. hæc inquam præuidentes aggratulantur, & ad idem nos exhortantur, & cantant, ita dicentes: O Deus ueniẽs occultus, etiam cum iniquis reputatus fuiſti: cum autem ueneris manifeſtus, quia etiam piorum erit tibi ſimilis utique nullus, quia tunc etiam angeli trement. Ne ergo tunc taceas, neque compeſcaris, tu qui uerè apparebis Deus, ſicut prius feciſti, cum ob debatis infirmus. Quandiu enim in infirmitate poſitus fuit, præcepta quidem dedit, ſed à uindicta tacuit. Potentiam quoque ſuæ diuinitatis compeſcuit, quando carnem in quam ſæuirẽt, inimicis oppoſuit. Niſi enim ſe compeſcat, quando caperetur, teneretur, crucifigeretur. Illo.n. reſpondente, Ego ſum: illi qui eum quærebant, retrorſum abierunt & ceciderunt. Cum autem uenerit in manifeſto, tunc utiq; non tacebit à uindicta, nec reprimetur eius potentia.

Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.

Quia duo præmiſit, duo etiam reddit. Quaſi dicat: Ideo ne taceas tunc, quoniam inimici tui prius non tacuerunt, ſed ſonuerunt contra te & tuos. ideo potius ponit Sonuerunt, quam Tacuerunt: quia tacere nõ dicitur niſi poſt locutionem. quod autem irrationabiliter dicitur, non eſt dicendum locutio, ſed ſonus. Et ideo ne compeſcaris tunc, quia qui oderunt te, extulerunt caput, id eſt, nimis ſuperbè erexerunt ſe contra te & tuos. Nunc caput pro mente accipitur. Si autem ad nouiſsima tempora hoc referre uelimus, per caput Antichriſtum accipere poſſumus. De quo dicit Apoſtolus: Quod extollitur ſuper omne, quod dicitur, aut quod colitur Deus. Et ecce (quaſi dicat) quomodo ſonuerunt, quomodo caput extulerunt: ſcilicet quia conſilium malignauerunt, id eſt, malignum conſilium inuenerunt ſuper populum tuum, & ideo conſiliati ſunt, quia prius cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos. Quid autem ualuerunt aduerſus illos qui dicere nouerunt: Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Nihil utique.

Dixerunt uenite.] Malignauerunt inquam conſiliũ, & poſt cõſilium dixerunt alter ad alterum, Venite & diſperdamus de gente noſtra eos deſpectione. Quaſi dicat: Viles, abominabiles, & ita diſperdamos q, nõ memoretur, id eſt quod nec in memoria ultra habeatur, hoc nomen Iſrael ſecundum fidem, non ſecundũ carnem, id eſt Chriſtianum nomen.

Quoniam cogitauerunt unanimiter.] Ideo hoc dixerunt oẽs, quoniam prius unanimiter, id eſt, oẽs hoc cogitauerunt. Et quia omnes cogitauerũt, ideo ſimul, id eſt omnes diſpoſuerunt teſtamentum, id eſt pactũ prædictum ſcilicet: Venite diſperdamus eum, &c. Teſtamentum enim non ſolum uocatur illud quod ualet mortuis cõteſtatoribus, ſed etiam quodcunq; pactum quod homines paciſcũtur inter ſe. Diſpoſuerũt inquã teſtamentum, & hoc aduerſus te & tuos. Qui autem hoc fecerunt? tabernaculum ſcilicet, id eſt militiæ Idumeorũ, & Iſmaelitæ cũ cęteris ſequentib. Ecce collectio maligni exercitus, qui populũ Dei perſequitur. Per interpretationes ergo nominũ, quãta malitia ſit ſingulorum uideamus. Idumea interpretãtur ſanguinei, ſiue terreni. Per Idumeos itaq; intelliguntur illi, qui non ex Deo, ſed ex ſanguinibus & ex uoluntate carnis, hoc eſt qui non ſpiritualiter, ſed carnaliter nati ſunt, & concupiſcentijs carnis, & terreno deſiderio dati ſunt. Iſmaelitæ uerò obedientes ſibi interpretantur. Obedientes autem ſibi qui rectius dici poſſunt, quam qui quicquid carnalis animus ſuggerit, implere ſatagunt. Sequitur.

Moab & Agareni, Gebal & Amon & Amalech & alienigenæ cum habitantibus Tyrum.] Moab interpretatur ex patre: quia per abuſionem legis ex auo & ſorore natus eſt. Dicitur etiam abutens lege, & ideo per eum abutentes lege tam naturali quam ſcripta intelliguntur. de quibus patet, quòd uerè utentibus lege ſunt contrarij. Agareni interpretatur proſelyti, uel aduenæ. Proſelyti autem dicebantur, qui de gentilitate in ritus Iudæorum conuertebantur: & intelliguntur per iſtos illi, qui occaſione nocendi alieno & aduenticio animo in populo Dei conuerſantur.

Gebal uana uallis interpretatur. Vallis eſt humilitas ſuperba. quidã enim humilitatem exterius ſimulant, & ſuperbiam in corde geſtant, in quibus multiplex eſt iniquitas: quia ſimulata iniquitas, duplex eſt iniquitas. Amon populus mœroris, uel populus turbidus interpretatur: & ideo per Amon illi intelliguntur, qui de amiſsione temporalium nimis contriſtantur, aut de adeptione nimis inflantur. Amalech lingens terram interpretatur: quare per Amalech terrena appetentes & amantes deſignantur. Alienigenas pro Philiſteis uel allophilis poſuit, qui interpretantur potione cadentes: per hos ergo intelliguntur illi, quos ebrietas carnalis delectationis penitus infatuauit, & excedere ſe fecit.

Tyrus Hebraicè dicitur Sor, & Sor interpretatur tribulatio uel anguſtia. Poſſunt ergo per Tyrum accipi illi, de quibus Apoſtolus dicit: Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malũ. habitantes uerò Tyrum illi dicuntur, qui ſtudioſi & perſeuerantes in operibus tribulationis & anguſtiæ ſunt.

Etenim Aſſur uenit cum illis.] Ideo hi omnes aduerſus te Domine teſtamentum diſpoſuerunt, quia principẽ malum habuerunt. Nam Aſſur uenit cum illis ut dux eorum. Per Aſſur populũ illum intelligere poſſumus, qui perſecutor Iſraelitici populi fuit. iuxta illud: Virga furoris mei Aſſur. Ipſe uerò non intellexit. Intelligitur diabolus, qui operatur in filijs diffidentiæ, tanquam in uaſis ſuis ad oppugnandum populum Dei. Dicitur autem à quibuſdam, quòd Aſſur affligẽs uel elatus interpretatur. Authoritatem uerò huius interpretationis nõ audiuimus. Sequitur. Et facti ſunt omnes quos Aſſur adduxit, filijs Loth in adiutoriũ: quia ſunt inſtrumenta filiorum Loth, id eſt filiorum declinationis. Loth enim declinans interpretatur. Et declinatio à ueritate angelos apoſtatas quaſi generauit, qui malis hominibus utuntur, uelut armis ad infeſtandum populum Dei corporaliter, quem & ipſi perſequuntur ſpiritualiter.

Fac illis ſicut Madian.] Hoc dicit non optando Aſaph, ſed prophetando: non orando, ſed prædicendo. Q.d. Prædicti omnes aduerſum te & populum tuũ uenerunt: tu aũt Domine fac illis ſicut feciſti Madian, ſcilicet ut ſicut Madian à carnali Iſrael deſtructus eſt, ita & ipſi à ſpirituali Iſrael, id eſt à populo tuo deſtruantur & pereant, ſicut Iabin & Siſara perierunt.

Madian interpretatur declinans iudicium. Declinantes autẽ iudicium ſunt, uim rationis non attendẽtes: & ideo irrationabiliter agentes, ut qui creaturam creatori, terrena æternis proponũt, & hi tales meritò deſtruunt. Siſara quidã princeps Madianitarũ fuit, q eum fugiens in tugurio cuiuſdam mulierculę lateret, & obdormiuiſſet, illa clàm eum clauo & malleo acceſsit, & terræ affigens interfecit. Interpretatur autem Siſara excluſio gaudij: & intelliguntur per eum tantum hi qui gaudium in terrenis quærunt, uerum autem gaudium à ſe excludunt.

Iabin quoque princeps Madianitarum in torrente

Ciſon

Digitized by Google

Ciſon interfectus fuit: & interpretatur Iabin ſapiens. Qui uerò ſapiens? ſcilicet ille de quo Apoſtolus: Vbi ſapiens, ubi ſcriba? hoc eſt ſapiẽs in generatione ſua, qui potius dicendus eſt inſipiens: quia prudentia carnis mors eſt. Per torrentem uerò ſiccitas intelligitur: quia torrens propriè dicitur locus, ubi aqua prius fluxit, modo eſt ſiccus. Ciſon autẽ duritiem eorum interpretatur. ſiccitatem autẽ ſequitur duritia. Et hi qui carnaliter ſapiunt, id eſt, ſicci ſunt, quia doctrina Dei non irrigantur: & ideo duri, id eſt, immiſericordes ſunt, in hac ſiccitate & duritie ſua pereunt. Sequitur.

Diſperierunt qui prædicti ſunt in Endor.] Endor hiſtorialiter quidam fons eſt, ubi plures de Madien perierunt: & interpretatur fons generationis. per Endor itaq; ſignificantur illi, qui in fonte generationis, id eſt in carnali genitura ſua permanent, & ad gratiam regenerationis non accedunt, qui omnes meritò diſpereunt. Sequitur.

Facti ſunt ſcilicet diſpereuntes in Endor, & alij prædicti ut ſtercus terræ, id eſt, ſicut ſtercus quod putreſcit in terra. Quia computruerunt uelut iumenta in ſtercore ſuo. uel facti ſunt ut ſtercus, id eſt, uelut putredo terræ: quia nihil niſi carnalis fœcunditas proceſſit ab eis. Aedificia enim extexerunt, opes multas collegerunt, & ſimilia quæ carnis tantum ſunt, ſtuduerunt facere. Vel aliter, Facti ſunt ut ſtercus bonæ terræ, id eſt bonam terram fœcundam fecerunt, quia pro eorum damnatione boni ſtudioſiores & cautiores effecti ſunt. Iuxta illud: Lætabitur iuſtus cum uiderit uindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

Pone principes eorum ſicut Oreb & Zeb, & Zebee & Salmana.] Quia facti ſunt ſtercus terræ, ideo Domine pone (pro depone) principes eorum ſicut depoſuiſti Oreb & Zeb & Zebeę & Salmana. Oreb interpretatur ſiccitas: & ideo per Oreb intelliguntur ſicci, id eſt, ſteriles in operibus bonis, qui ſunt ſine aſperſione affectionis & charitatis. Zeb lupus interpretatur: per lupum uerò rapaces intelliguntur, qui ut ait Apoſtolus, regnum Dei non poſsidebunt. Zebee interpretatur uictima lupi. hoc ſunt illi in quibus maximè delectatur diabolus, & qui cibus ſunt ſerpentis. Serpenti enim dictum eſt, Terram comedes. Salmana umbra commotionis interpretatur. Hoc ſunt illi qui aliquando ſub umbraculo quodam eſſe, & à uicijs ceſſare uidentur, ſed ſtatim relabuntur in ea: quia ita inſtabiles ſunt uelut umbra à uento commota. Ad tempus enim credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Omnes principes eorum qui dixerunt: Hæreditate poſsideamus ſanctuarium Dei.] Ita dico ut deponas principes illorum, ut & omnes & ſicut rotam eos pones. hoc eſt quod dicit: Omnes principes illorum ſcilicet ſuperiorum, qui dixerunt, id eſt qui hoc dicere præſumpſerunt: Poſsideamus ſanctuarium Dei, id eſt populum Dei qui ſe ſanctum fecit pro hæreditate. hoc ipſum deuocemus, & nobis conſociemus, ut doctrinis noſtris tanquam eum excolamus: illos inquam omnes Deus meus, pone ut rotam & ſicut ſtipulam ante faciem uenti. Rota à poſterioribus ſurgit, & in anteriore deprimitur. ſic & hic dicitur: Pone illos in rotam, id eſt, ita creſcant in terrenis, quæ poſteriora dicuntur, ut ipſum incrementum ſit eis ad deiectionem, & ad defectum in anterioribus, id eſt in æternis: proſperitas enim ſtultorum perdet eos.

Stipula quoque quæ leuis eſt & arida, facile tollitur à uento: ſic & hic dicitur non optando, ſed prophetando: ut illi ſicut ſtipula ante faciem uenti, id eſt facile omni uento doctrinæ circunferantur, & ad omnes tentationes ſint inconſtantes.

Sicut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma, comburens montes: ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.

Quaſi dicat: Hæc inquam facias illis in præſenti: in futuro autem perſequeris illos in tempeſtate tua, & turbabis eos in ira tua. Tempeſtatẽ dicit uim magnam illam diſcretionis, quæ in illa magna tritura ſeparabit grana à paleis, agnos ab hœdis. Ira uerò eſt iſte ratio uindictæ, quæ quanquam patientibus irate uideatur, ipſe tamen non iraſcetur. quia de eo dictum eſt: Tu Domine Sabaoth omnia cum tranquillitate iudicas. Perſequeris inquam & turbabis ita, id eſt, cum tam ualida ui, ſicut ignis ille ualidus eſt, qui comburit ſyluam, & ſicut flãma illa quę comburit montes. Vbi enim ignis maiorem materiam habet quam in ſylua, ibi ualidior eſt. Item flãma in altioribus locis, ubi uentus præualet, maiores uires habet. Vel aliter: Perſequeris illos, & turbabis ita fortiter, ſicut meritò eos debet turbare ignis, id eſt furor tuus, q cõburit, id eſt punit in eis ſyluã, i. ſterilitatẽ. loca enim ſylueſtria ſunt ſterilia. Et ſicut flãma, i. ira tua cõburens in eis mõtes elationis. Quod eſt dicere: Ita grauiter punies eos, ſicut meritò puniendi ſunt illi, qui ab omni iuſtitia ſunt uacui, quod per ſyluam notatur: & qui omni ſuperbia ſunt repleti, quod per mõtes intelligitur.

Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.] Dico quia perſequeris & turbabis eos in futuro. Quoſdam autem qui reſpicere uolunt, imple facies eorum ignominia, hoc eſt infamia. hoc eſt, fac eos recognoſcere quam infames fecerint eos apud te peccata, ut pœniteant. Et uerè facies, quia ô Domine conuerſi ad te, qui prius quęrebant nomen ſuum, quærent nomen tuum propter ſe tantum, non propter aliud. Qui autem (quaſi dicat) id nolunt, erubeſcant tandem uerè dicentes: Nos inſenſati æſtimabamus uitam illorum inſaniam, &c. Et conturbentur per diſtrictam ſententiam conturbatione eunte in ſeculum ſeculi, id eſt æternaliter, & in illa turbatione confundantur, id eſt confuſibiles ſe recognoſcãt, & tamen in eadem confuſione pereant. Pœnitebunt enim, ſed infructuoſe: & ideo (quaſi dicat) hæc eis contingant, ut qui nunc cognoſcere nolunt, ſaltem tunc cognoſcant, quia hoc nomen Dominus tibi ſoli propriè conuenit. In te enim ſolo uerum eſt dominium, quia tu non indiges ſeruo, ut pſalmiſta teſtatur dicens. Bonorum meorum non indiges. Et cognoſcant etiam, quia tu ſolus es altiſsimus, id eſt potẽtiſsimus in omni terra tam damnando quam ſaluando. Non enim impotentior es in damnatione malorum, quam in remuneratione bonorum.

IN PSALMVM LXXXIII.

ARGVMENTVM.

REuerſos de Babylone prædicit quaſi loca omnia circuire, ac recordari priſcæ ſolennitatis, deſideratorumq́; per multos annos locorum, uix aliquando poſſe conſideratione ſatiari. Aliter uox Chriſti de eccleſia.

IN FINEM PRO TORCVLARIbus filijs Choræ, Pſalmus.

EXPLANATIO.

TRes pro torcularibus, id eſt, ſanctæ eccleſiæ paſſionibus Pſalmi titulantur, octauus, octuageſimus, & octogeſimus tertius, ubi octonarius & octogenarius numerus ſpem futuræ reſurrectionis cum denario uitæ æternæ ſignificant, quæ eccleſiam poſt preſſuras quaſi cella uinaria poſt

Digitized by Google

poſt torcular exceptura eſt. & hic eſt finis ille beatiſsimus, qui cunctis quæ pro torcularibus ſunt, præſcriptionibus inſeritur. quod autem octogeſimus tertius extremus eſt pſalmus, qui pro torcularibus prænotatur: hoc oſtradit in uiſione ſanctæ trinitatis reſurrectionem eccleſiæ conſecrari, quando uidebatur Deus deorum in Syon. Filij Choræ, filij crucis ſunt, ut ſupra dictum eſt: uel ſicut Arnobius exponit, cum in priore pſalmo confuſi fuerint, & experierint qui occupare uolētes ſanctuarium Dei, dabant faſtidium charitatis cæterarumq; uirtutum impedimenta gignebant: regnante in nobis Domino, qui eramus filij Choræ præuaricatoris. hoc malo patre à terra deuorato Dei filij efficiamur: & qui ante ignem alienum à Deo libidinis & auaritiæ ferre cogitauimus, nunc igne amoris diuini ſucenſi dicimus: Quam amabilia ſunt tabernacula tua Domine uirtutum! hunc Arnobij ſenſum uidetur iuuare, quod primo, ſecendo & tertio loce, ubi filij Choræ præſcribuntur, intellectus ſimul adnectitur. ſed & ipſo tertio loco quaſi diligentiori examinatione correptis Choræ filijs, ita ſcribitur, Pro his qui commutabūtur filijs Choræ ad intellectum. Filij Choræ in prima fronte pſalmi inæſtimabile ſibi deſiderium demonſtrat eccleſiæ. Secundo modo beatum eſſe profitentur, cui Dominus præſtat auxiliū, eumq; ad confeſſionis facit gratiam peruenire. Tertio multo præſtantius dicunt eſſe, in domo Domini abiectum habitare, quam peccatorum tabernacula, cum quibuslibet mundi honoribus introire.

COMMENTARIVS.

Quam dilecta tabernacula tua.] Pro torcularibus filijs Choræ pſalmus. Intitulatur pſalmus iſte pro torcularibus: ſed quia nihil ſequitur in pſalmo de torculari uel de lacu, aut de cæteris inſtrumentis uiſibilium torcularium: uult nos ſpiritus Dei quærere & intelligere alia torcularia. Quid ergo in uiſibilibus torcularibus fiat recordemur, ut quomodo idem fiat in ſpiritualibus, id eſt in eccleſije Dei recognoſcamus. Vua pendet in uite, & oliua in arbore, pro quibus duobus fructibus ſolēt torcularia parari. Et dum uua pendet in uite, & oliua in arbore, fruuntur libero aere. Nec ante expreſsionem eſt uue uinum, aut oliua oleum. Sic ſunt homines, quos Deus prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, qui præcipuè in paſsione magnus botrus eſt expreſſus. Iſti ergo homines antequam accedant ad ſeruitutem Dei, fruuntur in hoc ſeculo delicioſa libertate, tanquam uua libero aere dum pendet in uite. Sed quia ſcriptum eſt, Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſticia & tremore & timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Quiſquis ad ſeruitutem Dei acceſſerit, recognoſcat ſe ad torcularia ueniſſe. Contribulatur enim, conteritur, comprimitur, exuitur carnalium deſideriorum integumentis tanquam uinum à uinaceis. Sed quia hoc non fit niſi depreſſura, ideo eccleſia præſentis temporis dicuntur torcularia. additur in titulo, Filijs Choræ: quia qui ſunt in torcularibus, filij ſunt Choræ. Choræ enim interpretatur, caluus. Caluus enim dicitur Chriſtus, in loco caluariæ crucifixus: & filij Chriſti dicuntur imitatores paſsionis, ergo torcularia ſunt Chriſtianorum. In torcularibus autem, id eſt in preſſuris cōſtituti, ad hoc tribulamur & ad hoc conterimur, ut obliuiſcamur amorem mundanorum, & deponamus amorem rerum terrenarum: & attendamus peregrinationem, tribulationem, tentationem & multiplicem laborē: & incipiamus quęrere requiem quæ non eſt huius uitæ, id eſt, requiē ſine fine & ſine labore. In preſſuris ergo conſtituti hanc uocem edamus, & deſiderium noſtrum præmittamus dicentes:

Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.

Tabernaculum aliquando dicitur pręſens eccleſia, & proprie: quia in ea ad tempus militatur. aliquando etiam ponitur pro cœleſti aula, ubi ſine fine militatur, & habitatur, uelut hic. Et eſt dicere: Domine etiam uirtutum ſupercęleſtium, aut uirtutum, id eſt exercituum per uim agentium. Tabernacula tua ſuperna quam dilecta, id eſt quam dulcia ſunt, & quam iocunda? Iſte qui hic loquitur, iam erat in quibuſdam tabernaculis Domini, ubi erat tribulatio, anguſtia & & preſſura: & deſiderabat, ſuſpirabat, & quodā modo per eius ale deſiderium diffluebat in illa tabernacula, ubi nulla eſt preſſura. Et ideo ſequitur: Anima mea concupiſcit, & concupiſcendo deficit à ſe, ut proficiat in te ita, quod pertingat in illa atria Domini: atria, ubi nulla eſt preſſura. Nam & uua deficit à ſe in torculari in uinum, de torculari in lacum: de lacu in cellarium, ubi in magna quiete ſeruatur. Et hic deſideratur, ibi capitur: hic ſuſpiratur, ibi lætatur: hic gemitur, illic gaudetur.

Et ſicut metuendū eſt, dum uua eſt in torculari, ne à feris uel ab auibus commedatur: ſic iſte qui hic loquitur, in triſtitia erat & magno timore, dicens: Concupiſcit & deficit anima mea. Nondum enim habebat, quod ſiderabat, ſed tamen nō ſine gaudio erat. Gaudebat enim in ſpe, & ſi nondum in re. Sicut ait Apoſtolus: Spe gaudentes, in tribulatione patientes, cum omni patientia expectantes. Toleretur namq; quod differtur: quia cum uenerit, non auferetur.

In quo autem gaudio eſſet, ſubſequenter oſtendit dicens: Cor meū, id eſt anima mea, quia iā in uanitate eam non accipio, & caro iam mea: quia non concupiſcit aduerſus Chriſtum, attendentes multiplicē defectum ſuum, exultauerunt, id eſt, exultando per ſpem iuerunt in Deum uiuum, id eſt, in illum diuinum habitum immortalitatis & impaſsibilitatis, ibi nulla miſeria, nullus defectus, & ubi uerè uiuit. hic enim non uerè uiuit, ubi una tantū hora naſcendi, cæteræ moriendi.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum, ubi ponat & pullos ſuos.

Duobus præmiſsis, duo alia reddit in ſimilitudinibus auium. Et animam dicit paſſerem, propterea quia paſſer querula auis eſt, & cauta à laqueis, & exercet ſe in pennis. Et anima quæ hic ingemiſcit, attendendo triſticiam & laborem peregrinationis, & cauet ſibi à deceptionibus diaboli, non acquieſcendo concupiſcentijs carnis. Et quæ exercet ſe in pennis, quibus ad alta tollatur, id eſt in uirtutibus huius uitæ, ſcilicet in fide, ſpe, charitate. huiuſmodi inquam anima auolando de terra, & in cœleſtibus conuerſando, inuenit ſibi ibi domum, in qua ſemper maneat, & omnem miſeriam ſuam finiat.

Turturem uerò comparat carni, quia ſicut turtur pro cātu gemitum habet: ita ad carnem propter multiplicem, & infinitum defectum ſuum pertinet ſemper ingemiſcere. Cui turturi dat pullos, quia carnis eſt opera miſericordiæ facere: ut nudum ueſtire, eſurientem paſcere, infirmum uiſitare, & cætera talia facere. Iſti autem pulli non uſquequaque ſunt ponēdi, ne conculcentur & pereant: ſed in nido, id eſt, in fide & ſocietate catholicæ eccleſiæ. Extra quam ueri ſacrificij locus non eſt, quia & pagani ſæpe faciunt opera miſericordiæ: ſed quia non habent nidum, ideo conculcantur & pereunt opera eorum. In huius carnis operatricis perſona ponit Apoſtolus mulierē quandam, cum dicit: Adam non eſt ſeductus, mulier autem eſt à ſerpente ſeducta eſt. poſtea uerò conſenſit ei Adā, & ſeductus eſt. Sic & mulier noſtra, i. caro noſtra decipitur à ſerpente, quādo per incentorē diabolū commota titillatione, quæ in nobis eſt, carnalia

desiderii

Digitized by Google

deſideria & illiciti motus inſurgunt. Quibus ſi mens & ratio conſenſerit, ecce uir etiam ſeducitur: ſi autem ratio carnalia deſideria refrenauerit, & illicitos mot⁹ bene texerit, & uxorē ſuam ſub iure ſuo habuit: quia caput mulieris uir, uiri uero caput Chriſtus, ut ait Apoſtolus. Ecce mulier, id eſt caro incipit pullos habere, id eſt opera miſericordiæ facere, & ſic ſaluatur. Quod Apoſtolus ſubſecutus oſtendit, cum dicit: Saluabitur autem per filiorum generationem. Quod autem pulli illi non uſquequaq; , ſed in fide & ſocietate catholicæ Eccleſiæ ſint ponendi, oſtendit cum dicit: Si perſeuerauerit in fide & dilectione cum ſobrietate. Vt autem habebimus, unde pullis noſtris nidum colligeremus, Dominus noſter fœno carnis indutus ad nos deſcendere dignatus eſt: quia hæc eſt fides uera, ſcilicet uerbum incarnatum, paſſum, mortuum & reſuſcitatum, & cætera talia. In qua fide pulli noſtri non pereunt, ſed proficiunt. Et notandum quòd animæ propter manentem manſionem in cœlo domum dat, carni uero dat nidum, qui ad tempus tamen inhabitatur, deinde deſeritur: quia & fides & opera miſericordiæ quam caro facit, temporalia ſunt. Cum enim uenerit ſpecies, peribit fides, nec opus erit miſericordia, ubi nulla erit miſeria. Litera aūt ſic legitur. Quaſi dicat: Verè anima mea & caro exultauerunt in Deum uiuum, quia anima mea ens paſſer, inuenit ſibi domum: & caro mea ens turtur inuenit ſibi nidum, ubi reponat pullos ſuos. Et (quaſi dicat) quæcūq; & caro talis eſt, exultanter tranſijt in Deum uiuum. Qui ſit autem nidus ille, de quo dicit, proſequitur dicens:

Altaria tua Domine.] Altare locus eſt, ubi ſuperponūtur uota noſtra, ut Deo ſint acceptabilia. Et ideo altaria ponuntur pro fide, quæ in nobis debet præcedere, & poſtea ſuperædificati bona opera, alioquin ingrata & inutilia. Litera ſic legitur: Turtur inquam inuenit nidum, ſcilicet inuenit altaria tua, id eſt fidem tuā & cætera Eccleſiaſtica inſtituta. O Domine etiam uirtutū, rex meus & Deus meus, id eſt qui me regis ad hæc altaria inuenienda, ſicut & creas me.

Beati qui habitant in domo tua.] Iſte qui hic loquitur poſitus in preſſuris, & ſuſpirās in illa tabernacula, ubi nulla erit preſſura, cum quodam ſtupore & admiratione dicit: Beati uerè & ineffabiliter beati ſūt Domine ſunt, pertingentes in atria tua, ubi nulla preſſura, nulla miſeria. Et notat duplicem beatitudinem illorum, ſcilicet & in habendo & in agendo. In habendo quidem, cum dicit: Qui habitant in domo tua ſupercœleſti, in qua ſcilicet & manſio æterna & lætitia ſine triſtitia. Quia nullus ibi pauper, nullus miſer: nullus infirmus, nullus egenus. Deniq; nullus niſi ſumma fœlicitate repletus. Agendi uero beatitudinē notat, cum dicit: Laudabūt te in ſecula ſeculorum, id eſt æternaliter. Ne dubites ne poſsis illum laudare, quem non poteris non amare. Inſatiabilis eſt pulchritudo, & ideo amor ſine tædio.

Beatus uir.] Quaſi dicat: Non ſolum beati in patria, ſed etiam beati in uia & in militia. Nā omnis ille eſt beatus, & tantum uir, id eſt uiriliter agens niſi fœmina, cuius auxilium eſt abs te, id eſt quem tu adiuuas. Nam per auxilium tuum diſpoſuit aſcenſiones, id eſt gradus non corporales, ſed in corde ſuo, id eſt ſpirituales. & hoc in ualle lachrymarum, id eſt in præſenti uita, quę lachrymoſa eſt & miſera. Ibi enim lachrymatur, ubi ſeminatur: ibi lætatur, ubi colligitur. Aſcenſiones dico in illum locum perducentes, quem ipſe Deus poſuit, propoſuit omnibus petendum. Quē ſcilicet locum oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit. Vel aliter: Diſpoſuit aſcenſiones in ualle lachrymarum in loco ſcilicet illo, quē ipſe miſer homo præuaricando ſibi poſuit, id eſt fecit. Vel etiam quem Deus poſuit quaſi ad ſtadium omnibus, ſcilicet ut in eo cū uitijs & ſpiritualibus inimicis cōfligeremus. Milicia enim uita hominis ſuper terram. Aſcenſionis uocat uirtutes agendæ uitæ neceſſarias, ſcilicet fidem, ſpem, charitatem. Et has etiā quatuor principales uirtutes, ſcilicet prudentiam, iuſtitiam, tēperantiam, fortitudinem, & quæ ſub illis ſunt. prudētia eſt, qua diſcernimus inter bonum & malum. iuſtitia eſt, qua cuiq; tribuimus, quod debemus. Vt ſicut ait Apoſtolus: Nemini quicquam debeatis niſi uos inuicem diligatis. Temperantia eſt, qua libidinē & omnes carnales concupiſcentias refrenamus. fortitudo uero eſt, qua aduerſa tolleramus. Et hæ uirtutes præſentis tantū ſunt uitæ, non futurę. Non indigebimus prudentia, ubi nulla incurrerūt mala: neq; iuſtitia, ubi nihil fit iniuſte: nec temperātia uel fortitudine, ubi cōcupiſcentia nulla, aduerſitas nulla.

Etenim benedictionem.] Oſtendit quomodo ille cuius eſt auxilium à Domino diſponere potuerit, aſcenſiones ſcilicet, quia adiutus eſt à ſubleuāte gratia. Nanq; lator legis dabit benedictionē. hoc eſt Dominus qui dedit legem deprimentem, dabit & gratiā ſubleuantem. Lex ideo dicitur deprimens, quia nō potuit ſaluare, ſed peccata tantum oſtendere. Vnde ait Apoſtolus: Si.n. data eſſet lex, quæ poſſet uiuificare, uerè ex lege eſſet iuſtitia. Potuit etiam lex peccatum demonſtrare, ſed non potuit auferre, quod idem Apoſtolus oſtendit dicens: Occaſione enim accepta peccatum per mandatum, operatum eſt in me omnem concupiſcentiam, & reliqua. Et ita lex quidem producebat infirmos, ſed non ſanabat eos. Sicut & quinq; porticus illæ circa probaticam piſcinam infirmos quidam producebant, ſed nullum ſanabant. Aqua quinq; porticibus cincta, eſt gens Iudęa quinq; legalibus libris cōcluſa. In hanc aquam deſcendebat angelus Domini de cœlo, & turbabat eam. Et quiſquis unus prior deſcendebat in turbatā aquam, ſanabatur. Similiter angelo magni conſilij deſcendente de cœlo, aqua, id eſt gens turbata eſt in tantum, quod etiā phrenetici medicum occiderunt. Intelligitur autem per aquam illam turbatā paſsio Chriſti, quæ facta eſt ex turbatione illa. In cuius paſsionis humilitatem, ſi quis credendo deſcēderit, & unus fuerit nō diuiſus: quia Eccleſia nō habet ſchiſma. Ille uerè per fidem, id eſt per gratiā ſanabitur: quia non poterit ſanari per porticum, id eſt per legem. Et ideo dicitur gratia ſubleuans, quam gratiam uocat benedictionem, quia contulit multas uirtutes. Alij enim datus eſt ſermo ſcientiæ, alij prophetiæ, alij linguarū genera, &c. Et quaſi dicat: Quid autem eis per illam benedictionem? Reſpondet. Multum quidem, quia per eam ibunt de uirtute actionis, quæ non eſt una, ſed multiplex, ut ſupra dictum eſt, in uirtutem contemplationis, id eſt uſq; ad contemplandum Chriſtum, qui eſt Dei uirtus & Dei ſapientia: per quam unam uirtutem, alias etiam uirtutes cōtemplationis habebunt, ſcilicet charitatem perfectiſſimam, ut æternaliter Deum laudent, & immortalitatem, & impaſsibilitatem & ſimilia. Et in quam uirtutem ibunt, determinat dicēs: quia uidebitur in Syon ſupercœleſti Deus Deorum, id eſt Chriſtus Chriſtianorum. Qui dedit filios Dei his qui credunt in nomine eius.

Domine Deus uirtutum.] Iſte qui hic loquitur ex recordatione gaudiorum rediens ad ſua ſuperiora, ſcilicet ad torcularia: quia uidit quod iam præceſſerit ſpe, & ubi adhuc ſit in re. Et quia adhuc eſt tempus orandi, nondum laudandi: & tempus gemendi, nondum gaudendi, ideo orat & dicit: Domine Deus etiam uirtutum, exaudi orationem meam, percipe dico etiam auribus, id eſt ita eam audias, ut per effectum te eam percepiſſe attētiſsime oſtēdas: tu qui es Deus Iacob, faciens de proficiſcētibus peruenientes. Quaſi dicat: Tu Domine qui feciſti de Iacob Iſrael, fac de me proficiſcentem ut uideam Deum Deorum in Syon.

Protector noſter.] Exaudi inquā orationē meā Deus Iacob, tu dico Deus protector noſter, id eſt qui nos in uia protegis non tam lumine nocturno, quam etiam obumbraculo diurno. Aſpice nos per miſericordiam,

& qui priue deſpexiſti nos in facie noſtre, reſpice in faciem Chriſti tui, id eſt reſpice in nos, io quibus iam appater facios Chriſti tui, ut facias nos de Iacob Iſrael, id aſt ut ſimus uideotes Deum Deorom in Syō.

Quia melior eſt dies unus.] Ideo oro ut facias de Iacob Iſrael, quia dies quæ ſemper eſt una in atrijs tuis ſupercœleſtibus, dies ſcilicet ſine fine: quia ſine ortu & occaſu, quæ nec præcedit uc heſterna, urgetur craſtina, eſt melior ſuper milia, id eſt longè plus quam multa milia dierū noſtrorū. Appetunt miſari homines milia dierum, contemnant milia dierum, & appetant unam diem: quia una dies melior eſt multis milibus dierum.

Elegi abiectus eſſe.] Et quia una dies melior eſt, ideo ut pertingerem ad illam unam diem, elegi abiactus, id eſt humilis & deſpectus eſſe in domo Dei mei, id eſt in præſenti Eccleſia, quæ dicitur etiam per ſimile ſicut & tabernaculum, magis quam habitare, id eſt quam diuitijs abundare, & regnare in tabernaculis, id eſt in ſatietate peccatorum: etiam ſi ibi poſſem habitare, id eſt perpetuo manere. Intellexit iſte qui hic loquitur iſtud quod in Euangelio legitur, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur. Et uidit humilitatem præcipuum & altiſsimum gradum aſcendendi ad ſumma diuina, quia aliter in diuinis eſt quā in humanis. In humanis quippe quiſquis uult ad alta aſcendere, oportet ut non deprimat, ſed extollat ſe quantum poteſt: in diuinis uerò quantum quiſq; humiliorem ſe facit, tanto magis ad alta proficit. Et quia hoc iſte uidit, ideo humiliari & abijci elegit potius quam aliquid mundanō. humilia enim tu te, & dicet tibi ille qui te inuitauit: Amice aſcende ſuperius.

Quia miſericordiã & ueritatem.] Ideo elegi ego eſſe abiectus, quia Deus diligit dare abiectis & humilibus miſericordiā & ueritatem. Et primo quidē miſericordiam dat peccata remittendo, ueritatem uerò dabit in remuneratione, quando ſcilicet credentibus, quæ promiſit reddet. Quod autem hoc ordine miſericordia & ueritas accipiēda ſit, Apoſtolus in ſe ipſo oſtendit dicens: Ego qui prius fui blaſphemus & perſecutor, iniurioſus, miſericordiā cōſecutus ſum: ut in me primo oſtenderet Dominus Ieſus Chriſtus omnē longanimitatem in eos qui credituri ſunt ei in uitam æternam. Quis ergo dubitet quæcunque peccata ſibi poſſe remitti, cum tanta ſcelera Apoſtolo uideat eſſe remiſſa? poſtea uero iam propinquus paſſioni dixit, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in ille die iuſtus iudex. Quaſi dicat: Dedit iam miſericordiam, reddet & coronam, quia dator eſt indulgentiæ, debitor uero coronę. Nō quod aliquid debeat, ſed quia ipſa promittendo debitorē ſe fecit. Et uerè (quaſi dicat) diligit Deus ueritatem dare tandē, quia poſt datam miſericordiam dabit gratiam, id eſt perſeuerantiam: & ſic tandem dabit gloriam, id eſt coronam, immortalitatem & impaſsibilitatem.

Non priuabit bonis eos.] Verè dabit gloriam, quia nō priuabit à ueris bonis, imò multipliciter ditabit eos Deus. qui ambulāt, id eſt qui in præſenti delectant. & ſpōte ſua ſunt in innocētia. Vera. n. innocētia eſt, quę nec ſibi nocet, nec alteri. Et quia bona illa inexplicabilia ſunt & inenarrabilia, ideo cum ſtupore & admiratione exclamat, Domine uirtutum, beatus uerè & inexplicabiliter eſt homo ille. qui ſperat in te, id eſt qui abijcit & humiliat ſe, totam ſpem ſuā & omnē laborem ſuū ponendo in te.

IN PSALMVM LXXXIIII. ARGVMENTVM.

ET hic quoque reditus quaſi ex perſona ipſius populi, rogans ut edicta regalia de reuerſione captiuorum diuinæ gratiæ acceſsione firmentur. Aliter uox Apoſtolica ad nouellum populum.

IN FINEM FILIIS Choræ, Pſalmus Dauid.

EXPLANATIO.

H*ic pſalmus de primo Saluatoris aduentu loquutus, illorū perſonæ congruit, qui ſincera ei mente crediderunt. In prima parte pſalmi Propheta Domino breuiter gratias agit, quoniam de illa antiquitate Iudaicæ nationis peruenit populus ad culturam Domini ſaluatoris. Secunda refert, quemadmodum iram ſuam Dominus in populo Iudæorum mitigare dignatus eſt, expectans aduentum Chriſti, in quo humana cæcitas fidei lumen accepit. Tertia parte ad ſeipſum uerba conuertit, & propheticæ ſpiritu incarnati uerbi prædicat aduentum.*

COMMENTARIVS.

B*enedixiſti Domine terram tuam.*] In finē filiis Chorę: hæc uerba referuntur in finem, id eſt in Chriſtum, ad quem ſi tendimus, nō aberrabimus: quia ipſe ueritas eſt, ad quam feſtinamus: ipſe uia eſt, per quam currimus. Proponuntur autem filijs Choræ, id eſt filijs Caim, nō ut eum irrideamus: ſed ut cum eo ploremus. Inſenſati quidam pueri caluum irriſerūt, & à beſtijs deuorati ſunt: irriſerunt & phrenetici Iudęi illum caluū, qui in loco Caluarię crucifixus eſt. Nos autem ſi in ipſum credimus, filij eius ſumus. Nobis autem pſalmus iſte cantatur, qui inſerimur filijs Choræ. Filij enim ſponſi, id eſt calui ſumus. Ille quippe ſponſus iam dedit ſponſę ſuæ arram, ſcilicet ſanguinem ſuum, quo nos redemit: & ſpiritum ſanctum, quo nos locupletauit, interim in hac peregrinatione adhuc reſeruans nobis occultas diuitias ſuas. Cantat autem propheta tanquā præteritum, quod per ſpiritum ſanctum præuidebat futurum: quia & quod futurum eſt, in Dei diſpoſitione iam factum eſt. Et cantat de primo aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, commendando nobis illum, ut attendamus quam innumera beneficia & dona, & quantam gloriam Deus pater nobis contulerit, illum mittendo, & pro nobis uictimando: ut non ſimus ingrati, & idoneos nos pręparemus tantis beneficijs. & dicit ita: Domine, maledixiſti terram, id eſt humanam naturam in primo: benedixiſti autem eam in ſecundo, factam tuam, id eſt à uerbo tuo aſſumptam. Et benedicendo auertiſti captiuitatem à Iacob. Quāquam per Iacob ſignificetur populus ille, qui in terrā promiſsionis inductus eſt, & qui ſæpè prius propter peccata ſua captiuatus eſt & liberatus: tandem uero quia phrenetici medicum ſuum occiderunt, captiuati, & per totū mundum diſperſi ſunt. plerunq; tamen & uerus poſterior populus, id eſt populus gratiæ per Iacob deſignatur, quia Iacob dedit præſentia pro futuris. Et quia dictum eſt, quòd maior ſeruiet minori. & item: Non enim qui ſecundum carnem, ſed qui filij promiſsionis ſunt, reputantur in ſemine. Quæ omnia propriè pertinent ad poſteriorem populum. In huius ergo deſignatione Iacob hic ponitur, & accipitur hic captiuitas. Nulla inquam ille tantum po-

pulus

Digitized by Google

pulus captiuus tenebatur, ſed illa inquam totum humanum genus per præuaricationem primi parentis ſub principe diabolo captiuum tenebatur, uenūdatum ſub peccato: à qua captiuitate liberauit iã Dominus quodammodo Iacob, remittendo peccata, & tandem uerè liberabit. Quod autem adhuc in captiuitate ſimus, Apoſtolus oſtẽdit dicens: Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem, uideo autẽ aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuum me ducentem, in legem peccati & mortis. Quis autem ſit liberator ab hac captiuitate, exclamens oſtendit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, & hoc per Ieſum Chriſtum. Per hunc enim mediatorem auerſio iſta captiuitatis, de qua hic dicitur, facta eſt. Agnoſcamus ergo captiuitatem noſtram, confiteamur captiuitatem noſtram, & liberabimur. Qui enim non intelligit hoſtem, non inuocat libertatem, & ſic non liberabitur. Remiſiſti iniquitatem, auertiſti inquam captiuitatem hoc modo, ſcilicet quia iniquitatem, id eſt peccatum plebis tuæ, quod cauſa fuit captiuitatis, remiſiſti. Quaſi enim intenſum erat peccatum, cum & ipſo peccato & pœnis peccati opprimebamur: remiſſum uero eſt, quando ipſum peccatum per fidem & donatum fuit, & ſola pœna peccati remanſit. Et ita dico remiſiſti, quia operuiſti per fidem omnia peccata eorum & actualia & originalia. Non ut non uideres ea, qui uides omnia: ſed ut non punires ea. Et ideo dico operuiſti peccata, quia omnem iram tuam, ſcilicet & iram in actualia, & iram in originalia mitigaſti, per hoc ſcilicet, quia non in æternum punies. Manet autem ira, quia flagellas omnẽ filium, quem recipis: & ita dico mitigaſti, quòd conuertiſti te ab ira conſecutiua indignationis tuæ. Quaſi indignatio Dei fuit, quando Adam manum ad illicita extendit. Quam indignationem ſecuta eſt ira, id eſt multatio pœnæ. Et ſicut uita prior Adæ æterna fuit conditione, ſcilicet ſi non peccaret: ita poſtquam peccauit, ira Dei fuit ſuper eum æterna conditione, ſcilicet ſi non reſipiſceret. ab hac ergo ira auertit ſe Dominus, ſcilicet in æternum, ſi pœniteret.

Conuerte nos Deus.] Quo modo qui prius dixit Auertiſti, dicit nunc Conuerte nos Deus, & auerte iram tuam? Sed nulli hoc inconueniens uideatur. quia enim per ſpiritum uidit futurum, ideo prænunciauit futurum: quia uero adhuc factum nõ erat, ideo nunc orat ut fiat dicens ita: O Deus tu conuerſus ad nos conuerte nos, quia es ſalutaris noſter, cui⁹ ſola ſaluamur gratia, non per merita noſtra: & conuertendo nos auerte iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum.] Verè auertes iram tuam. Nam in æternum non iraſceris nobis, & nunquid iraſceris? Vtique non. Ex ira Dei mortales ſumus, & ex ira Dei in terra in egeſtate & labore panem noſtrum manducamus. hoc enim audiuit, quando peccauit: quia in Adam omnes moriuntur. Ille Adam nos eramus, & quod ille audiuit, ſecutũ eſt & nos. nõ enim eramus adhuc nos, ſed in illo eramus. Et ideo quicquid illi euenit, hoc ſecutum eſt nos ut moreremur. in illo quippe omnes fuimus. Ea enim peccata parentum non pertinent ad filios, quæ faciunt iam natis filijs. Iam enim filij ad ſe pertinent, & parentes ad ſe: ideoque ſi nati filij tenuerint malas uias parentum ſuorum, neceſſe eſt ut portent & merita eorum. Si autẽ ſe mutauerint, & parentes malos imitati nõ fuerint, incipiũt iã habere ſuum meritum, & non meritum parentum. Vſque adeò autem ſi te mutaueris, non obeſt tibi iniquitas patris, ut nec ei obſit, ſi te immutauerit. Et quia omnes in Adam fuimus, & quicquid illi euenit, ſecutum eſt & nos ut moreremur. Ideo quicquid caro noſtra ad hanc mortalitatem accepit, ab illo deduxit: fragilitatem ſcilicet carnis, tormentum laboris, uinculũ mortis, laqueos tentationis. hæc enim omnia in carne noſtra portamus. Et hæc eſt ira Dei, quia eſt uindicta Dei. Quoniam autem futurum erat ut noui efficeremur credẽdo, & immortalitas noſtra in reſurrectione abſumeretur, & nouitas totius hominis per Chriſtum reformaretur: ideo propheta qui per ſpiritũ hoc præuidit dicit, Nunquid in æternum iraſceris nobis? Vtiq; non. Aut extendes iram tuam, ſcilicet ut non æternaliter punias, à generatione carnali in ſpiritualem generationem? Vtique non. Carnalis enim generatio mortalis fuit propter iram. Iſta uerò, id eſt ſpiritualis, immortalis eſt in ſpem per miſericordiam. Et quia nos nihil habebamus per quod nobis poſſemus conferre conuerſionem, ubi ipſe reuocaret nos auerſos, nos fugitiuos: ideo propheta oſtendens non ſolum uiuificationem noſtram, ſed etiam beneficium conuerſionis attribuendum ei eſſe dicit: Deus tu conuerſus. Quod ſic continuatur: Verè non extendes iram tuam in hanc generationem, quia tu Deus conuerſus ad nos, non nos ad te, conuertes nos, & ſic uiuificabis nos interius & etiam exterius per ſpem. Et ideo plebs iam non tua, ſed ſua meritò lætabitur in te, & bono ſuo lætabitur in te, quæ prius malo ſuo lętabatur in ſe. Quærendo enim gaudia in ſe, omnem luctum inuenit de ſe. Quiſquis ergo ſecurè uis lætari, non lęteris in auro uel argento, uel in prędijs aut etiã in claritate huius lucis: ſed in illa luce lętare quæ de ſe dicit, Ego ſum lux mundi. hoc enim dicens uocat te, uocatum conuertit, conuerſum ſanat, tibi ſanato liberatorem tuum oſtendit.

Oſtende nobis Domine.] Et ut lætentur in te, ideo oſtẽde, id eſt notifica nobis Domine in præſenti illum, qui non ſolum miſericors, ſed ipſa miſericordia emphaticè eſt dicẽdus: quia multa per eum exhibita eſt mundo miſericordia. Felix illa cui Dominus oſtẽdit miſericordiã ſuam. Non enim poteſt amplius ſuperbire, quia dum oſtenditur ei miſericordia, docetur intelligere nihil ſe boni habere, niſi ab illo quod eſt omne bonum, noſtrum: illud utiq; bonum, quod nemo auferre poteſt, ſi tu tibi non auferas. Quicquid enim corpore poſsides, poteſt tibi aliquis auferre: Deũ aũt, quem corpore poſsides, nemo poteſt tibi auferre. Oſtende nunc (inquam) nobis miſericordiã tuam, & tandem da nobis uidendum ſalutare, id eſt ſaluatorẽ tuum. Q. d. Nouimus Chriſtum tuũ, uidemus Chriſtum tuum, non ſicut illi uiderunt qui eum crucifixerunt: ſed ſicut angeli uident & gaudent. Da ergo nobis ſalutare tuum. Dediſti iam hominẽ hominibus, da Deum dijs. Arroganter uidetur dictum de nobis quòd ſimus dij. Si propheta non dixiſſet, Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes. Filij quippe Dei ſumus, & ſi nondũ re, tamen ſpe. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ uidetur, non eſt ſpes. Quod enim uidet quis, quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. Quid expectamus? ut permanendo in fide uideamus quod credimus. Iuxta quod Ioannes Euangeliſtá dicens: Chariſſimi, filij Dei ſumus, ſed nondũ apparet quod erimus. Cum autem apparuerit, ſimiles ei erimus, & uidebimus eum ſicuti eſt. Et ipſe Dominus in Euangelio: Si quis me diligit, ſermonem meum ſeruabit, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum. Manifeſtauit iam quidẽ carnem carni, ſed non diuinitatem. Et ideo carnem carni manifeſtauit, ut cor fide mundaretur, & illud impleretur: Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt.

Audiam quid loquatur.] Oſtende inquam miſericordiam tuam, & ego in quantum potero, idoneum me exhibebo, id eſt cohibendo me ab omni ſtrepitu ſeculari, ut audiã, id eſt ut intelligã quid Dominus loquatur in me per ueritatem, id eſt per rationem intus mihi præſidentem. Et ideo dico, ut audiam quid in me loquatur, quoniam uerè loquetur mihi per ipſam rationem, hoc ſcilicet, pacem hic, & pacem tandem ſuper pacem uenturam per miſericordiam ſuam ſuper plebem ſuam. Ad hoc uenit miſericors ille, ut credẽ-

res in eum, & hic pacem in conſcientia ſoa haberent, ſcilicer litigiom cum uitijs, cõcordiam com moribus optimis, & tandem haberent pacem ſuper pacem, id eſt perfectam pacem, in quá non ualebit oppoſitum. De qua per Eſaiam dicitur: Dabo uobis ſolarium uerum, pacem ſuper pacem. Quod Propheta per ratiomem à ſpiritu ſancto illuminatam, oidit futurum, & ideo dicit ad noſtram exhortatiooem: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, ot & nos cohibeamus nos à ſtrepitu ſeculari, ut idem audiamus.

Et ſuper ſanctos ſuos.] Hic diuidit plebem prędictam, ſcilicet & in Iudęos & io gẽtes: & uocat Iudæos ſanctos, id eſt iuſtificatos, quaſi propter legem & prophetica ſcripta, & culturam ueri Dei. Et eſt dicere: Dixi pacem uenturam in plebem ſuam. Venier autem hęc pax, & ſuper ſanctos ſuos, id eſt Iudæos ſi conuertantur ad cor: & prætereain omnes eos qui conuertuntur ad cor, hoc eſt in gentiles. Quamuis enim Iudæi auerſi eſſent à corde, quia Dominum non propter ſe, ſed propter terrena colebant: gentes tamen magis auerſæ à corde erant, quia etiam creaturam pro creatore colebant, & ideo quaſi magis neceſſarium erat gentibus quam Iudæis conuerti ad cor. Et eſt in Iudæis cõuerti cor, cognoſcere Deum propter ſe colendum, noo propter aliud: in gentibus uero eſt conuerti ad cor, ut reſculpendo quaſi cor ſuſi recognoſcaot creaturam inferiorem creatore, nec adorãdam loco eius. Et ut per hæc uiſibilia aſcendat ad contemplandam inuiſibilia ipſius, ſicut ait Apoſtolus.

* * * *

Verumtamen propè timentes eum.] Quaſi dicat: Pax quidem communis erat Iudæis & gentibus, ſed tamen ille per quem dabitur, propinquior erit Iudæis: non quod gratia eis uicinior ſit, ſed quia carnem ex eis accepit. Et hoc eſt quod dicit: Verumtamen ſalutare, id eſt ſaluator ipſios, ſcilicet Domini, per qoem ſaluatorem pax dabitur, erit prope timeores eum. Timentes Dominũ uocat Iudæos, quia & ſi timerent eom non propter ſe, ſed propter terrena: tamen hæc noo à dæmonijs ut gentes, ſed ab ipſo ſolo petebant. Prope autem eos ideo fuit, quia iode patriarchæ & prophetæ: inde ſanctum puerum, in quo benedicẽdæ ſont omnes gẽtes: inde uirgo Maria, ibi natus eſt Chriſtus, & nutritus: ibi prędicauit, & miracula fecit. Et de hac etiam gente dixit: Nũ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt, domus Iſrael. Exponit aotem propheta qualiter prope accipiat. Quaſi dicat: Dico eſſe prope ut gloria, id eſt ut glorioſus ille per quem omnis glorioſus glorificabitur, inhabitet in terra noſtra, id eſt carnem accipiat de gente noſtra, & ibi inhabitet, iuxta illud: Verbum caro factum eſt, & habitaoit io nobis.

Miſericordia & ueritas.] Habitabit inquam in gloria, in nobis: & in hac gloria, id eſt in hoc capite glorioſo obuiauerunt (pro obuiabunt) ſibi miſericordia & ueritas, id eſt in ipſo tanquam in angulari lapide conueniunt duo parietes Eccleſiæ e diuerſo uenientes, in uno tamen angulo conoenientes. Per ueritatem accipit illos quibus credita ſunt eloquia Dei, ſcilicet Iudæos, & qoibus promiſsiones per carnalia factæ fuerant, hoc eſt Iudæos: per miſericordiam uero illos, in quib. operata eſt gratia ſola miſericordia, non aliqua merita, id eſt gentes. Noo tamẽ quod aliquib. ex meritis gratia ſit data, ſed quia uidebatur in Iudęis propter legis obſeruationẽ, quaſi aliqua præceſsiſſe merita, Gentibus uero nihil ſaluatione dignum ineſſe uidebatur. De quibus Apoſtolus: Gentes autem ſuper miſericordiam honorare Deum. Obuiauerunt ſibi tamen hi duo parietes io illo angulari lapide, quaſi dicente capite: Illos uerſos, illos reuocare mihi fugitiuos. Inueniant me quærentem ſe, qui noluerunt me quærere. Per quod autem hoc factom eſt? Per hoc ſcilicet, qa iuſtitia & pax hæ duæ uirtutes oſculatæ ſunt ſe, id eſt conuenerunt io eis Iudæis & gentibus. Multi oderunt iuſtitiam, & uolunt pacem habere: ſed neceſſe eſt ut ſi quis iuſtitiam impugnat, pacem nõ habeat. Sunt enim hæ duæ uirtutes quaſi duæ ſorores, quia altera non uult uenire ſine altera. Si quos ergo iuſtitiam offenderit, pacem non habebit: quia non ueniet pax, ſi non præcedat iuſtitia.

Veritas de terra.] Ideo ioqoam iuſtitia & pax in eis conuenerunt, quia de terra de qua prius orta eſt falſitas, hoc eſt de ipſis hominibus, de ipſis nunc orta eſt ueritas, id eſt confeſsio peccarorum uera. Quod autẽ ueritas ad confeſsionem pertineat, Ioannes Apoſtolus oſtendit dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſedocimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Si autẽ confiteamur, ipſe fidelis & iuſtus eſt, & dimittet nobis peccata, & emundabit oos ab omni iniqoitate noſtra. Et quia (qoaſi dicat) ueritas de terra orta eſt, ideo iuſtitia proſpexit nos de cœlo, id eſt de Deo, hoc eſt, iuſtificatio cœleſtis data eſt nobis, tanquã ſi diceret Dominus: Parcamos huic homini, quia ipſe non parcit ſibi. Ignoſcamus ei, quia ipſe non ignoſcit ſibi. Coouerſus eſt ipſe ad ſe puniendum, conuertar ego ad eum liberandum.

Etenim Dominus dabit.] Ideo dico iuſtitiam proſpexiſſe de cœlo, quia à nobis eſt omne malum. Inde uero nobis eſt omne bonum. etenim (pro quia) Dominus dabit benignitatem. Cum tu enim aliqibus peccata tua confiteris & punis, quodam modo ſimilis ei efficeris: quia incipis odire quod ipſe odit, & diligere quod ipſe diligit, & mox ipſe benignitatem, id eſt hanc ſuauitatem & lenitatem dabit tibi, ut tu qui prius delectabaris iniuſtitia, delecteris iuſtitia: & qui prius gaudebas in furtis, modo gaudebis in eleemoſynis: qui prius in rapinis facieodis, modo in tua dando: qui prios in ludis, modo in hymnis, & ſic per cætera. Dabit inquam Dominus benignitatem, & ita terra, id eſt caro noſtra dabit fructum ſuum, id eſt faciet bona opera, ſcilicet opera miſericordiæ. & propterea dico dabit, quia iuſtitia, id eſt hoc q, oos confitemur & punimus peccata noſtra, quæ prima eſt hominis iuſtitia, ambulabit ante eum, id eſt ante Dominum præparando uiam ei. & in uia, id eſt poſtquam talis uia ei præparabitur, tunc ponet in nobis greſſus ſuos, id eſt cooformabit nos ueſtigijs ſuis. Quaorũ enim ad hanc perfectionem, præcedit eum iuſtitia prædicta. Nam ipſe præcedit alio modo, quia principiom eſt omnis bonę actionis & cogitationis noſtrę. Poſſunt quę prædicta ſunt ab Oſtẽde nobis miſericordiam tuam, partim alio modo legi, tanquam ſi ſic dicat propheta: Et ut plebs tua lętetur in te, ideo Domine oſtẽde nobis miſericordiam tuam, & da nobis ſalutare tuum, id eſt mitte ſaluatorẽ nobis quem miſſurus es, & ego in quantom potero, idoneum me tantis beneficijs exhibebo ab omoi ſtrepitu exteriori, ut audiam quid loquatur in me per ueritatem iotus mihi poſsidentem Domious Deus, id eſt quid exigat à me pro tantis beneficijs. Et ideo dico quid loquatur, quoniam uerè loquitur, id eſt exigit à me uerá pacem, ſcilicet litigium habere cum uitijs, & concordiam cum moribus optimis: pacem dico oenturam ſuper plebem, id eſt quantũ exiget etiã ab omni plebe ſua. Et quæ ſit illa plebs dicit, ſ. ueniet per auxilia ſuper ſanctos ſuos, ab ipſis ſanctificatos, & maximè in eos q cõuertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum.] Dico quia in omnes qui cõuertuntur ad cor, erit pax: ſed tamẽ ſalutare, id eſt ſaluatio ipſius uera erit prope perfectè timẽtes eũ timore caſto. Perfectè aũt timentes eum ſunt, quib. etſi ipſe creator diceret, Ecce poſsidete æternaliter hæc ueſtra bona: tamen nõ illa ei præferent, quia potius propter ſe ipſum eom timerent, quam propter illa: tales uero non ſuot omoes ad cor conuerſi. Et ideo bene ſeparatim dixit: Salutare ipſius eſt prope timentes eum. Et ad hoc eſt ibi, ut gloria immortalitatis & impaſsibilitatis: quæ in Adam non inhabitauit, quia non perſeuerauit, tandem inhabitet etiam in terra, id eſt in carne noſtra. Io qoa gloria, miſericordia & ueri-

Digitized by Google

tas obuiauerunt ſibi, id aſt obuiabunt ſibi: quia tunc Daus ueraciter implebit, quod priua miſericorditer promiſit. & hoc ideo, quia iuſtitia & pax hic antaoſculatæ ſunt ſe, id eſt oſculabûtur ſe in hominibus. Et proptarea oſculabuntur ſe, quia ueritas, id aſt ille qui non ſolum uerus, ſed emphaticè ipſa ueritas eſt dicendus, ortus eſt de terta, id eſt de uirgine Maria. & per illum dabitur hominib. iuſtificatio cœleſtis, quam comitabitur pax uera. Et uerè par illũ dabitur iuſtitia, quia Dñs pater per eum dabit benignitaté, id eſt peccatorum remiſsionem, & ſpiritualis gratiæ ubertaté. & ſic da terta noſtra dabit fructum ſuum. Poſſunt & hi duo uerſus in hac lectione légi, ſicut & in priori. Et uerè terta noſtra dabit fructom, quia iuſtitia. i. ille qui nõ ſolum iuſtus, ſed ipſa iuſtitia eſt dicendus, ambulabit ante eum, id aſt ante Deum patrem, conformãdo nos ſibi, & ſic faciẽdo uiã ei in nobis. Et per hãc uiam accedẽdo ad nos ponet greſſus ſuos, id eſt perfectè cõformabit nos affectionibus ſuis, & uolũtati ſuæ.

IN PSALMVM LXXXV.
ARGVMENTVM.

IPſe Dauid in anguſtia poſitus orat. Poteſt & Ezechiæ conuenire, ab Aſſyrijs obſeſſo. Aliter uox Chriſti ad patrem.

ORATIO IPSI DAVID.
EXPLANATIO.

D*Auid ſignificat Dominum ſaluatorem, ſiue quia interpretatio eius manufortis ac deſiderabilis habetur, ſiue quia ex eius ſtirpe carnem ſumpſit, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Per totum pſalmum orat Dominus Ieſus Chriſtus, in prima ſectione dicens, quæ ipſi tantum probantur aptari. Secunda pro membris ſuis, quorum ipſe caput eſt, humilius deprecatur. Tertia ex ſua iterum perſona reloquitur, quod ad eum ſpecialiter pertineat.*

COMMENTARIVS.

I*Nclina Domine aurem tuam.*] Oratio Dauid. Dauid filius Dauid ſecundum humanitatem, Dominus autem & creator Dauid ſecundum diuinitatẽ orat in hoc pſalmo in perſona Dauid ſerui, & ex perſona ſerui. Cum enim unus Chriſtus ſit caput & corpus, quiſquis in corpore Chriſti orat, quia unum q; cum ipſo eſt, in perſona eius orat. Orat autẽ præſatus Dauid pro reſurrectione ſua exteriori, & pro ſuorum nunc interim interiori, tandẽ uero exteriori: nõ q; ipſa neceſſe habeat orare, ſed ut nobis det formam orandi, ſicut & exemplũ uiuendi. Et dicit ita: O Dñe inclina aurem tuã ad me, tanquã ad humilem, tanquã ad miſericordia indigentẽ. Q. d. Nõ erigo ego ceruicem, inclina tu aurẽ. Intelligo enim te ſurſum, me deorſum: te in altitudine, me in humilitate. Inclina inquã aurẽ, & exaudi me, id eſt per effectum oſtende q; exaudieris me. Et debes exaudire, quoniã ego ſum inops in me & in meis. i. reputo inſufficientẽ, & miſericordia indigẽtẽ: & ſum pauper. i. humilis. Diuitẽ. n. & ſuperbũ Deus nõ exaudit. Ne tamen putet aliquis q; illos qui habent aurũ & argentum, non exaudiat Deus. Abraham enim & Iacob & Dauid multa poſſederunt, quos tamen Deus exaudiuit, quia pauperes eius erant. Omnis enim ille qui abijcit illud, unde poſſet ſuperbire, & qui illud contẽnit in ſe q; poſſet eũ inflare, uerè eſt pauper. De talib. enim pauperib. dicit Apoſtolus, ſcribẽs ad Timotheũ: Præcipe diuitib. hui⁹ ſeculi nõ ſublima ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarũ: ſed in Deo uiuo & uero, qui præſtat nobis ſufficienter omnia ad fruendum.

Cuſtodi animam meam.] Q. d. Ita dico exaudi me, ut cuſtodias aĩam meã, ne ab obediẽtia recedat. Animã. n. Adæ non cuſtodiſti, & ideo in obedientia nõ permãſit. Et ideo dico ut cuſtodias animã meã, quoniã ſanctus ſum. Forſitan uidetur alicui hoc illi ſoli conuenire, qui peccatum non fecit, & qui ſolus omniũ peccatorũ eſt non cõmiſſor, ſed dimiſſor: ſed certè cõuenit etiam membris ſuis. Indignũ enim eſſet tã digno capiti, membra niſi ſancta coaptari. Aliter autẽ ipſe ſanctus eſt, aliter nos. Ipſe. n. ſanctus ſanctificãs, nos aũt ſancti ſanctificati. ſicut ait Apoſtolus: Sed hęc fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. & ſi quis mẽbrorũ de ſe dicat, quoniã ſanctus ſum, nõ hoc erit ſuperbia elati, ſed confeſsio nõ ingrati. Cuſtodi inquã aĩam meã, & ut cuſtodias, ſaluum fac propter perſeuerãtiã me ſeruũ tuũ, ſperantem in te, non præſumentẽ de ſe. q; facere debes, quia es Deus meus: nõ ego ſum mihi Deus, id eſt ex tuo nutu pendere nolo, nõ ex meo, ſicut uoluit miſer Adã. Miſerere ergo mei, id eſt meorũ Dñe reſuſcitando eos nunc interius, tandem uero exteri⁹. Et debes miſereri, quoniã ego clamaui. i. ita te miſſe operatus ſum in eis, tendens ad te non ad aliud pręmiũ. & hoc tota die. i. aſsiduè. Et ut miſerearis, lętifica animã ſerui tui, quæ uidetur contriſtata ab inimicis, reſuſcitando me exterius. Et ideo dico lętifica, quoniã ô Domine, ego non depreſsi ad terrena, ſed leuaui animam meã non contra te, ſicut Adam, ſed ad te eam leuaui: quia omnẽ intentionẽ meã ad te direxi. Et meritò ad te, quoniã tu Dñe ſuauis es: quia apud te lætitia ſine triſtitia, & omnis ſuauitas: in terra uero omnis acerbitas. Et es mitis, quia portas nos, dum perficias nos, ſcilicet donec cor noſtrũ inueniamus ut oremus. Inſurgunt enim nobis uariæ illuſiones & phantaſmata, quæ cor noſtrum impediunt, ne digne de te cogitet uel oret: ſed patientia tua tandiu nos ſuſtinet, quo uſq; nos reſipiſcamus, & ad cor redeamus, & ſic te oremus. Et es multæ miſericordiæ, quia ubi noſtra abundat iniquitas, ſuperabundat gratia tua. Et quia etiam tua dona in nobis remuneras, quia das nobis uelle, & pro bona uoluntate perficere, & ſic æternaliter gaudere. & hoc facis omnibus inuocantibus te, id eſt qui te, non aliud uocant in ſe.

Auribus percipe.] Et quia multæ miſericordiæ es, ergo Dñe percipe aurib. id eſt oſtende in effectu te percepiſſe aurib. orationẽ meã factam pro perſeuerantia meorũ, & intende uoci deprecationis meæ, factę pro peccatis meorum. hic affectus magnus orantis notatur. Tale enim eſt cum dicit, Percipe auribus. Ac ſi diceret: Infige aurib. tuis, ut inde non recedat, orationem meã. Et reuera infigit ipſa in auribus ſuis orationẽ noſtrã, ſi nos in cordibus noſtris infigamus legem ſuã.

In die tribulationis.] Et ideo debes percipere orationẽ meã, & intẽdere deprecationi meæ pro meis: quia ego clamaui in eis ad te in die tribulationis, id eſt toto tẽpore peregrinationis. Quandiu enim in hoc corpore ſumus, à Dño peregrinamur. Nullus ergo Chriſtianus putet ſe ſine tribulatione eſſe, quia & ſi circũfluãt ei omnia temporalia bona, tamẽ acriter tribulatur, q; ipſa peregrinatio eſt magna tribulatio. Et cuicunq; tribulatio non eſt grauis, illi patria non eſt dulcis. Si aũt attendamus quã ſit miſera peregrinatio, tota die erit tribulatio: quod tandiu erit, donec in patria ſit exultatio. Clamaui inquam ad te Dñe in tẽpore tribulatiõis: & hoc inde apparet, q; tu exaudiſti me. hic enim effectus manifeſte declarat me clamaſſe ad te.

Non eſt ſimilis tui.] Et meritò ad te clamaui, quia nõ ſolum in ſimulachris dęmoniorũ, quę homines ſtulti faciunt & uenerantur pro dijs, ſed nec etiam in dijs (gratia tua deificatis) eſt aliquis ſimilis tibi in poteſtate: & non aliquis angelorum uel hominum, qui ſit ſecundum opera tua, quia tu ſolus nullo adiutus facis quicquid facis: alij uero omnes quicquid agunt, per te agunt. Et quia tu talis es, ideo oẽs gentes quaſcunq; feciſti, id eſt creaſti in operibus bonis, uenient ad te paſsib. fidei. Et qui prius ueniebant Ieruſalẽ ad orandum, modo adorabunt coram te, unuſquiſq; in

conſcientia ſua, ubi te præſentem hebet. Omni enim conſcientiæ bonæ præſens eſt Deus. Et qui prius glo rific uerunt nomen ſuū, modo glorificabunt per bona opera nomen tuum. Et meritò, quoniā tu ſolus es magnus, implens ſcilicet omnem locum, quia ubiq; præſens es: alij uero omnes parui ſunt. Et tu ſolus es faciēs mirabilie, id eſt reſurrectionē interius mortuorum, & humani generis reparationē. Et ideo tu ſolus hæc facere potes, quia tu ſolus uerè es Deus.

Deduc me Domine.] Et quia tu ſolus es uerus Deus, qui facis mirabilia, ergo Dñe deduc, id eſt de uirtute in uirtutē duc me. i. meos poſitos in uia tua. i. poſitos in corpore meo, qui ſum uia tua. i. ad te perducens. Et ingrediar ego in meis. i. uiuant mei in hac uita, quæ ingreſſus eſt ad futurā. in ueritate tua. i. in ueritate præceptorum tuorū. Poſſumus etiā per uiā accipere præcepta, ut quod ſequitur (ſcilicet ingrediar in ueritate tua) ſit determinatio uiæ. Ingrediar inquā in ueritate tua, & lætetur per ſpem cor meū, ita tamen ut timeat nomen tuum. Nondum enim eſt lætitia ſine triſtitia, cum autē hoc mortale induet immortalitatē, & mors nouiſsima deſtruetur, tunc demū erit lætitia. Nondū eſt plene ſecuritas, quia nondum eſt perfecte iocunditas. Si autem nulla iocunditas eſſet, deficeremus: aut ſi plene ſecuritas eſſet, malè exultaremus. Et ideo cū dicit, Lætetur cor meum, ut timeat: rogat ut & lætitiam Dñs tribuat, & etiam timorem incutiat. Quoniā & alibi dicitur: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et Apoſtolus ait, Cū timore & tremore ueſtram ipſorum ſalutem operantes.

Confitebor.] Et uerè deduces meos, quia etiā in præſenti confitebor tibi in meis, in toto corde meo, id eſt ita ut nullum angulum cordis excipiam. & in æternū, id eſt in æterna uita, quæ futura eſt, glorificabo nomē tuum. Beati enim qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me.] Et ideo meritò confitebor tibi nunc, & glorificabo nomē tuum in æternum in futuro: quia miſericordia tua magna futura eſt ſuper me, & ſuper meos. Et oſtendit quæ ſit illa miſericordia, ſcilicet, quia tu iam eripuiſti diſpoſitione, & eripies in re animā meā ex inferno inferiori. Eſt quędā cœleſtis regio angelorū, in qua eſt uita ineffabilium angelorū gaudiorū, ubi immortalitas & incorruptio uigent, & ubi omnia per donum & per gratiam Dei immutabiliter permanent: & hæc dicitur ſuperna regio. Et eſt alia regio, ubi caro & ſanguis, & omnis mortalitas uiget, ſpes fragilis & omnia caduca & fluxa. Et hęc comparatione illius dicitur inferna regio, uel infernus. Et meritò, quia locus mortuorum plenus. Corpus enim mortuum eſt propter peccatū, ut Apoſtolus ait. Non mortuū quod ſit, uel ab anima ſeparatum: ſed & ſi corpus noſtrum ſit animatum, tamen tot plenis peccati eſt affectū, quod eſt quaſi mortuum ad cōparationem illius corporis, quod futurū eſt in nobis, quando in cœleſtem habitum cōmutabitur. Huius inferni comparatione infernus inferior poteſt dici, cōmuniter locus ille quo poſt hanc uitā deſcendunt animæ ſiue æternaliter damnandæ, ſiue tēporaliter puniendę. Ad hunc utrumq; infernum miſit Dominus parce filium ſuum, undiq; nos liberans: ad ſuperiorem quidem naſcendo, ad inferiorem moriendo. Sanctiſsima enim illa anima à diuinitate ſeparata illuc deſcēdit, ut ſuos inde deduceret, qui detinebantur in tenebris: & qui ibi non remanſit, ſed inde cum triumpho rediit. iuxta illud: Quia non derelinques animā meā in inferno, &c. Et ideo dicit: Eripuiſti animam meam ex inferno inferiori. Poteſt etiam quantum ad mēbra accipi hoc modo, ut in locis pœnalibus ſuperiorem & inferiorem locum tanquam ſuperiorem & inferiorem infernū intelligamus: & accipimus ſuperiorem locum, ubi ſancti uiri Abraham ſcilicet, & Lazarus in ſinu eius, & alij ante aduentum Domini in quiete quadam ſeruabantur: inferiorem uero locū intelligemus, ubi ſuperbie diuitie erat damnata, cum alijs æternaliter puniendis. Et quod ille locus ſuperior eſſet, iſte inferior, hoc Euangeliſta teſtatur dicens: Eleuans autem oculos diues cum eſſet in tormentis, uidit Abraham à longe, & Lazarum in ſinu eius. Non enim oculos eleuare, niſi quod ſurſum erat aſpiceret. Et eſt dicere ſecundam hanc ſententiam: Eruiſti animam meam, id eſt meorum. & ſi quidem in ſuperiorem infernum ad tempus purgandi uacatis illis liberaſti. A quibus niſi liberarentur, uerè illuc pręcipitarentur, tunc etiam eos inde eruiſti. Sicut aliquis diceret medico, Liberaſti me de morte, nō quòd mortuus eſſet, & ille eum reſuſcitaſſet: ſed quia dedit ei potionem aliquā, quam niſi dediſſet, mortuus eſſet. Solet & alia ſententia hic dici, ſcilicet ut utrumq; infernum in hac uita accipiamus. Superiorem quidem infernum in actualibus, inferiorem uero in criminalibus. Sed non oportet ut ſæpe etiam dicatur, quia in ſuperiori quodam comprehenderunt. Et dicit in hoc loco beatus Auguſtinus: quia quicunq; horum prædictorum ſiue ſit ſiue non ſit, credet, nemo tamen putet eum temerarium affirmatorem, ſed uerbi Dei fidelem perſecutorem.

Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me.] Ideo dico quia tu eripies animam meam & meorum ex inferno inferiori, quia cogar ego & cogentur & mei illuc deſcēdere. Nam ideo Deus iniqui Iudæi inſurrexerunt, id eſt inſurgent ſuper me, ut depriment me. Inſurgent etiā iniqui, id eſt quicunq; perſecutores praui in ſuos, quia quæ reſtant paſsionū Chriſti, neceſſe eſt ut compleat in corpore ſuo. Et non ſolum (quaſi dicat) iniqui de minoribus Iudæis inſurrexerunt ſuper me, ſed etiam Synagoga potentium, id eſt cōgregatio ſuperborum principum, quæſierunt animam meam non ad imitandum, ſed ad perdendū. Et non propoſuerunt te in conſpectu ſuo, id eſt non conſiderauerūt te in me, ſed me tantum hominem, uel non propoſuerunt te in cōſpectu ſuo, ſcilicet ut mihi innocenti parcerent. Tunc enim Deum ante oculos cordis haberent, ſi attenderent ipſum eſſe innocentem hominem, aut nō ſolum hominem, ſed & Deum. & ſic ei parcerent.

Et tu Domine.] Ipſi inquam inſurrexerūt ſuper me, & ideo tu Domine Deus miſerator in exhibitione, & miſericors in affectione. Patiens, quia patientia tua nos ducit ad pœnitentiā. Et multæ miſericordiæ, quia non ſolum remittis peccata, ſed etiam remuneras in nobis tua dona. & uerax in promiſsionibus tuis. Tu inquam talis & telis reſpice in me, quem putant deſpexiſſe me, & miſerere mei reſuſcitando, da imperiū tuum, id eſt iudiciariam poteſtatem tuam mihi puero tuo, id eſt ſeruo tuo. Pater enim non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio, quia filius hominis eſt. Et eſt dicere: Qui prius apparui contemptibilis, apparebo terribilis: qui ueni iudicandus, ueniā iudicaturus: qui oſtendi in paſsione patientiam, oſtēdam in iudicio potentiam. Da inquam imperiū puero tuo. & ut des ſaluum fac per perſeuerantiam me filium nō ſerui tui, ſed ancillæ tuæ ſolius, ſcilicet illius quæ angelo reſpondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Et poſtquā me feceris per perſeuerantiam, fac mecum, id eſt fac in me ſignum in Iona oſtenſum. iuxta illud: Generatio praua & adultera ſignum quærit, ſed non dabitur ei ſignū, niſi Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas, &c. hoc eſt dicere, Reſuſcita me. Quod ſignum eſt in bono, uel futurum eſt multis in bonum, id eſt ad ſaluationem. Mecum ideo ponit, quia & Deus pater eum reſuſcitauit. quod teſtatus eſt dicens: Soluite templum hoc, & poſt triduum reædificabo illud. fac inquam mecum ſignum, ut qui oderunt me, uideant, & confundantur nunc ſalubriter & utiliter, qui cōfundendi erant perniciosè & inutiliter. Quid inquam uideant? hoc ſcilicet, Quoniā tu Dñe adiuuiſti me ne deficerē in tribulationa, & conſolatus es me reſurrectione.

Digitized by Google

IN PSALMVM LXXXVI.

ARGVMENTVM.

PRæcaptis decē tribubus Aſsyrij, quamuis obſiderent Hieruſalem, non tamen debellare potuerunt. Aliter uox Apoſtolica de Eccleſia.

FILIIS CHORAE PSALmus cantici.

EXPLANATIO.

Filij Choræ fidelibus ſignificat Chriſtianis, quibus propheta ciuitatem Dei prædicat, ut eis tantæ gloriæ maior audiatur affectus. Aliter omnes penè pſalmi, qui filijs Choræ titulantur, lætitia pleni ſunt, non enim ſecuti iniquitatem patris, alienum à Deo ignem libidinoſum adſumunt, ſed hoc amantes quod diligit Dominus, de ciuitate Dei glorioſa loquuntur. In prima parte propheta loquitur ad fideles, cœleſtem prædicans ciuitatem. Secunda Dominus Saluator eam diuerſorum nominum alluſione credituram eſſe pronunciat, increpans Synagogam, quare ipſa non cognouerit Deum, cui fides gentium deuota crediderit. Tertia parte propheta uno uerſu futuri ſeculi beatitudinem tangit, quæ partes diapſalmatum quoq; ſunt interpoſitione diſcretæ.

COMMENTARIVS.

F*Vndamenta eius in montibus.*] Pſalmus, id eſt hæc operatio, conſtitutio ſcilicet ciuitatis, de qua hic agitur. Quæ operatio aſt cantici, id eſt pertinet ad ſpirituale gaudium: quia omnib. qui ad hoc intendunt, ut in illo ædificio ſint, ſpiritualiter eſt inde gaudendum: proponitur filijs Choræ, id eſt Chriſti. Vt ſi ueri ſunt filij, ſatagant in contextu illius ædificij poni. Cantatur enim & commendatur nobis quędam ciuitas in hoc pſalmo, cuius ciues ſumus inquantum Chriſtiani ſumus. Et à qua peregrinamur, quandiu mortales ſumus, & ad quam peruiam eius tendimus: quæ quaſi dumeris & ſentibus interclusa, non inueniabatur, donec rex ipſius ciuitatis ſe nobis fecit uiam, ut perueniremus ad eam. In Chriſto ergo ambulantes, & adhuc peregrinantes, & deſiderio ſuſpirantes, cuiuſdam ineffabilis lætitiæ illius ciuitatis, ſic cantemus ut deſideremus: & uideamus quam ardentes amatores illius ciuitatis illi erant, à quibus nobis ſunt hæc prædicta atque cantata, & quanto affectu ab illis nobis ſunt cō mendata. quem affectum fecit eis timor ciuitatis, amorem autem ſpiri- us ſanctus infundit eis. hoc ergo ſpiritu repletus ſeruens quidam ciuis, qui de deſiderio & amore illius ciuitatis multa ſecum uolue bat, & interius meditabatur, in hanc uocem erumpit, quaſi de ea aliquid ad quod eius poſſet referri, prę dixerit. Quando autam de ea non dixit, qui de ea ex quo cognouit, corde non tacuit. Vtique ſemper de ea dixit. Et eſt, quaſi dicat: Mira quidem & ineffabilia de ciuitate illa ſunt dicenda: ego autem hoc ſolum de ea dico, quod fundamenta eius ſunt in mōtibus ſanctis. hoc eſt, ſancti montes, in quibus hæc ciuitas ædificatur, ſunt etiam fundamenta eius. Et quaſi diceretur: Cui9 eius? Dicit Syō, id eſt Hieruſalē ſuperna eſt quędam ciuitas, cuius portas diligit Dominus ſuper tabernacula Iacob. Sanctos montes uocat Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, & alios doctores ſummos, qui propter fidei conſtantiam, & uirtutum eminentiam montes dicuntur. & hi ſunt fundamenta huius ciuitatis, quia infirmitas noſtra in eis nititur, quia per eorum auctoritatem corroboratur. Et eſt aliter in hoc ædificio uiuo, quam in quolibet mortuo & terreno ædificio. In terrenis enim ædificijs aliud ſunt fundamenta, aliud lapides, unde conſtruitur ædificium: aliud portæ, aliud habitatores. In hoc uero ſpirituali ædificio ſancti montes, quos fundamenta eſſe diximus, ſunt ciues, qui ideo de ipſo loquebantur, ut alios ciues exhortarentur: & lapides uiui & quadrati, de quibus cōtexitur ædificium, ſunt & portæ. Quadrati uero lapides ideo dicuntur, quia ſicut quod uerè quadratum eſt, in quamcunque partem cadat, ſtabile eſt, uelut tali in aleis: quicunque in hoc ædificio ſunt, tales ſunt quod quæcunque tribulationes uel preſſuræ immineant, per quas quaſi cadere uiderentur, tamen non cadent ullis tentationibus. Portæ quoque ſunt prædicti montes, quia per eorū doctrinam ad cognitionem ueritatis acceſſum habemus. Sciendum autem, quia licet diximus plura in hoc ædificio eſſe fundamenta, unum tamen principale eſt eius fundamentum, fundamentum ſcilicet fundamentorum. De quo ait Apoſtolus: Fundamentum aliud nemo ponere poteſt, præter quod poſitum eſt, id eſt Chriſtus. Et hic idem eſt lapis in hoc ædificio angularis, tenens duos populos tanquā duos parietes, ę diuerſo uenientes, & in uno angulo conuenientes. Qui lapis angularis & in ſummo eſt & in imo: quia & in his qui iam ſurſum ſunt, & in his qui adhuc in terra deorſum (quod non poteſt eſſe quantum ad humanitatem, ſed quantum ad diuinitatem) quæ ubique præſens eſt, quia totum eſt in ſimilitudinibus, nihil in proprietatibus. Et hoc maximè conſiderandum eſt in hoc ædificio, quia non de imis aſcendit ad ſumma, ſicut alia ædificia: ſed de ſummo tendit ad ima. Chriſtus enim qui eſt fundamentum, eſt uerè ſummum. Qui ſuperædificantur, inferiores ſunt. Dicuntur autem duodecim portæ huius ædificij, & una porta. Vna quidē propter Chriſtum, qui ſeipſum portam uocat dicens: Ego ſum oſtium, per me ſi quis, & reliqua. Duodecim uero propterea dicuntur, quia duodenarius numerus conſtat ex quatuor & tribus. & ad huius conſtructionem uocantur non de una parte ædificij tantum, ſed de omnibus quatuor partibus mundi, & hoc per cognitionem ſanctæ trinitatis: has itaque portas Syon diligit Dominus ſuper omnia tabernacula Iacob, id eſt plus quam omnia legalia inſtituta ueteris populi, quæ fuerunt ſignificatiua prædictorum, & aliorum quę nunc ſunt in Eccleſia. Per Iacob enim carnalis populus hic accipitur, per tabernacula uero legalia inſtituta, quæ ad tempus fuerunt adpoſita.

Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.] Quaſi dicat: Meritò diligit Dominus portas tuas, quia ô ciuitas Dei, glorioſa dicta ſunt de te, à prophetis ſcilicet, etiam ab ipſo Domino, cum diceret ad Iudæos: Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præcedent uos in regnum Dei. Ciuitatem Dei dicit cœleſtem Hieruſalem, ad differentiam terreſtris propter dignitatem.

Memor ero Raab.] Verè glorioſa dicta ſunt de te. Nam etiā Dominus hoc glorioſum dixit de te, ô Syō ſcientibus me, id eſt cognoſcentibus potentiam meā & uoluntatem meam, & ideo ædificantibus te. Illis ero memor, id eſt memoriam faciam Raab & Babylonis, ſcilicet ut talis etiā qualis fuit Raab & Babyloni, ſe nouas ſe in ædificio tuo ponant. Raab meretrix fuit in Iericho, quæ legatos Iſraelitici populi ad explorandum miſſos hoſpicio ſuſcepit, & illos abire permiſit, atque eos ſub iuramento promittere ſibi fecit, ut ſicuti ipſa conſeruauerat, ita ipſi cum ciuitatem illam caperent, eam & domum ſuam cuſtodirent. Illi aūt acquieſcentes præceperūt ei ut in euerſione ciuitatis coccineum funem de feneſtra ſua ſuſpenderet.

quod its fecit,& liberata eſt. Interpretatur antẽ Raab ſuperba, Iericho uero luna:& per lunã defectio mortalitatis deſignatur. Iorelligitur uero per Raab generalis fornicatria, id eſt gentilitas, quæ in Iericho erat, quia ſolo terrenitatis defectui inhærebat: & ſuperba erat, quia creaturam creatori præponebat. Quiſquis autẽ de gente illa legatos Iſraelitici populi, id eſt prædicatores ueritatis accipit, & paſsionem Chriſti, quæ per coccineum, id eſt rubicõdum funem daſignatur, de feneſtra rationis ſuſpendit, id eſt ſi rationabiliter eam credit:iſte ſaluabitur,cum Iericho in æternæ deſtructionis ignem tradetur. Babylon quoque confuſio interpretatur, per quam maximè terrena cupiditata confuſi deſignantur.qui etiam conuerſi & mũdari ponuntur in ciuitate Dei.& hoc glorioſum Dominus de ea dixit. Idem eſt enim cum dicit, Hæc ciuitas mundat omnia immũda, & dirigit omnia cõfuſa.

Ecce alienigenæ.] Dicit quaſi præteritum, quod per ſpiritum præuidit futurũ. Quaſi dicat: Ecce completa ſunt glorioſa dicta de ciuitate Dei,non iam ipſi,ſed immutari. Per alienigenas accipe omnes mente alienos à populo Dai,id eſt perſecutores. Per Tyrum,quę Hebraicè dicitur Sor, quod tribulatio uel anguſtia interpretatur:illi deſignantur, in quorum animam malo meritò ſuo omnis tribulatio & anguſtia erat futura,ſi non reſipiſcant. Per populum autem Aethiopum maximi in peccatis denigrati,& deſperatiſsimi.

Nunquid Syon dicet homo.] Non ſolum illud glorioſum, quod prædiximus, ſed etiã hoc aliud glorioſum de ciuitate Dai dictum eſt, ſcilicet quòd quidã & natus eſt in ea, ut homo propter nos & ipſe altiſsimus, id eſt ens ante nos,quia Deus fundauit eam. Nec mirum ſi ille qui creauit matrem, de qua naſceretur, fundauit etiam ciuitatem in qua naſceretur. Et ô Syon, nunquid homo tantum dicet, id eſt præſumet hoc exponere aut intelligere? Quaſi dicat: Certè nunquam homo per ſe, id aſt ſine ſpiritu ſancti illuminatione poterit ad hoc aſpirare. Syon aandem accipit,quam prius. Nec te turbet quòd in ciuitate Dei,quam cœleſtem Hiatuſalem eſſe prædiximus, homo naſci dicitur:quia non ſolum Eccleſia ſuperna,ſed atiam præſens cœleſtis Hieruſalem uocatur,quia eadem aſt & illa & iſta. Et ut ait Apoſtolus: Noſtra conuerſatio eſt in cœleſtibus, in qua ſcilicet in præſenti Eccleſia natus aſt Chriſtus, quamuis de Iudeis naſceretur: quia beata uirgo Maria propter fidem, quam habuit, reuelandæ adhuc Eccleſiæ membrum fuit.

Dominus narrabit in ſcripturis.] Quaſi dicat: Licet nõ ſit hominis dicera aut intelligere illud, ſcilicet quod & homo natus eſt in ea, & fundauit eam: tamen certum & uerum eſt, quia Dominus qui nec fallit nec fallitur, & narrauit & narrabit illud in ſcripturis non Ariſtotelicis aut Platonicis,ſed populorũ, id eſt in ſcripturis directis ad populos corrigandos & docendos. Et in ſcripturis principum, id eſt quas principes & ſcripſerunt & docuerunt: principum dico non quorumlibet, ſed horum, id eſt magnorum principũ, qui ſcilicet fuerunt in ea ciuitate conſtruenda. principes accepit hic ſanctos Apoſtolos & alios conſtitutores Eccleſiæ, qui etſi pauperes & piſcatores fuiſſent, primatum tamen ſuper omnes principes ſeculi obtinẽt, quod res ipſa docet.

Quiſquis enim Romam Chriſtianorum tendit, magis gaudet habere memoriam Petri piſcatoris, quam curet uiſare palatium Neronis Imperatoris. Sciendũ quod beatus Auguſtinus ſuperius hanc literam ponit: Mater Syon dicet homo. Et eſt alia continuatio, quaſi ſic diceretur: Quomodo hoc erit,ut alienigenę, & Tyrus & populus Aethiopum in illa ſunt ciuitate? hoc modo ſcilicet, quia quidam talis naſcetur, qui & potens erit,& idoneos ad illos introducendum. Nam quidam dicet ô mater Syon, ut quilibet alius homo. Et hic eſt talis qui & natus eſt in ea, homo ꝓpter nos, & ipſe ante nos fundauit eam. Sententia non mutatur. Et eſt, quaſi dicat: Per hoc ſcitur & ratum habetur, quia Dominus & narrauit & narrabit hoc in ſcripturis populorum,&c.

Sicut lætantium.] Quandoquidem ô ciuitas Dei tot & tã glorioſa dicta ſunt de te,& mõtes ſancti ſunt fundamenta tua,& Dominus diligit portas tuas:ergo habitatio omniũ habitantium in te eſt, ſicut lætantium. Quaſi dicat: Habitatio quidem terrenæ ciuitatis eſt, ſicut plorantium & triſtãtium: tua autẽ habitatio eſt lætantium,id eſt lætitia perfruẽtium. Pereunte enim neceſsitate peribunt omnia opera neceſsitatis, & ſola lætitia ſequetur. Et ideo dicit:Quia erit lætantium habitatio. Et ne curramus ad terrenam aliquam lætitiam, putantes hãc eſſe illam: ideo Sicut appoſuit, ut ſciremus quod nihil hæc ad illam, niſi per ſimilitudinem ſolam.

IN PSALMVM LXXXVII. ARGVMENTVM.

ALiter uox Chriſti de paſsione ſua ad patrem.

CANTICVM PSALMI FILIIS Chore, in finem pro Maheleth ad reſpondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.

EXPLANATIO.

MElech interpretatur Chorus, diuina uerba decantans, & quod additur, Ad reſpondendum: ſignificat organa muſica præueniſſe, & chorum reſpondiſſe ſolemniter: myſticè innuens Domini paßionem, quæ hoc pſalmo cantatur, Eccleſiam concorditer imitari debere. Nam & Eman Iſraelitam, qui frater eius, & uir uidens Deum interpretatur, eandẽ fidelium populum denunciat. de quibus dicitur: Ite nunciate fratribus meis. Eſt autem Eman filius Iohel, filij Samuel, de familia Cabat, filij Leui, unus de cantoribus, quos David in collocatione arcæ præfecit reliquis ad canendum. Hieronymus hunc titulum ita exponit: Pſalmus iſte refertur ad fidem, & filijs Choræ præcinentibus omnis in eandem uocem reſpondit, Chorus Eman Iſraelitæ ſenſu prudentiaq; compoſitus. Arnobius ita in huius pſalmi titulo: Nominantur quidem filij Choræ, ſed pſalmus canticum ſuum pro Melech dirigit, & dat intellectum Eman Iſraelitæ. Melech Hebræi deſtitutum uocant, Eman inopem. Ergo ad deſtitutum & pauperem ſermo eſt. illum credo, quem relinquẽtes ſolum diſcipuli fugierunt: qui cum diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt. Per totum pſalmum Dominus loquitur. In prima deprecatur auxilium per ſimilitudines uarias, contemptum ſuum referens, quem à Iudæis erat perpeſſurus. Secunda quæ ſit paſſurus enumerat, aſſerens mortuos à medicis non eſſe ſuſcitandos, ut poßint Domino confiteri. Tertia negat miſericordiã Domini ſepultos edicere, aut perditos laudes Domini perſonare, propterea reſurrectionem ſibi celerrimam uenire deprecatur. In qua oratione perſeuerans loquitur, à parte membrorum diuerſas commemorant paßiones, quas tam ipſe quàm eius plebs ſuſtinuit deuota.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

D*Omine Deus ſalutis meæ.*] Canticum pſalmi filij Chore pro Melech ad reſpondendum, In finem. Intellectus Eman Iſrahelitę, uel Hiezrahelitæ, uel tamen Hiazraitæ. Agit in hoc pſalmo caput noſtrū de paſsione & reſurrectione ſua, accumulādo tribulationes & miſerias, quas pro nobis paſſus eſt, ut tāto magis nos reddat attentiores & prōptiores ad condignè ſibi reſpondēdum. Et quoniam hæc actio ad lætitiam & gaudium noſtrum ſpirituale pertinet, quia eius mors noſtra uita, eius damnatio noſtra iuſtificatio: ideo pſalmus iſte dicitur canticum pſalmi, & proponitur hoc canticum filijs Chore, id eſt Chriſti pro Melech ad reſpondandum. Melech Hebraicè, Chorus dicitur Græcè: & Chorus aſt multitudo concorditer canentium, & ponitur pro cōcordia. & eſt dicere: Proponitur hoc tautum filijs Chorę pro Chore ad reſpondendum, ut ſit Chorus concorditer reſpondens illi præceutori ſuo. Qualiter autem ſit ei reſpondendū, Petrus Apoſtolus inſinuat dicēs: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, uobis relinquens exemplum ut ſequamini ueſtigia eius. Idem quoq; Ioānes oſtendit dicens, Sicut ipſe animam poſuit pro uobis, ita & uos pro ſratribus debemus ponere animas. & hoc tātum in charitate, quia dicit Apoſtolus: Et ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatē autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Huic quippe præcentori ſancti martyres principaliter & dignè reſpondeuut. Nec tamen denegandum eſt, quin & illi reſpōdeant, quia & ſi perſecutoram non patiūtur exterius, tamen ſeipſos mortificant interius: & in aa ſemper ſunt uoluntate, ut ſi neceſſe ſit non dubitent pro fratribus animas ponere. proponitur inquam filius Chore ad reſpondendum, ipſis dico tendentibus per reſponſionem iſtam in finem ęternarum coronarum, id eſt ad gloriam immortalitatis & impaſsibilitatis. Et eſt hoc canticum intellectus Eman Iſrahelitæ. Eman interpretatur frater eius. Illi autem ſunt fratres eius, qui ita intelliguut ſacramentum crucis eius, ut nō ſolum non erubeſcant, ſed ut in ea glorientur: uelut ille qui dixit, Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde hoc cāticum meritò intellectus Eman dicitur, Eman dico Iſraelitæ. Omnis enim qui ſicut intelligit, talis eſt, de quo poteſt dici: Ecce uerus Iſraelita, in quo dolus non eſt. Hiezrahelita autē uel Hiezraita, orientalis aduena interpretatur. In oriente enim nos Dominus poſuit, quando Adam in abundantia uirtutum conſtituit: ſed per præuaricationem de oriente cecidimus in occidētem, id eſt in hāc ignorantiam, & in hanc mortalitatem. Si autem repatriare uolumus, neceſſe eſt ut exilium noſtrum arteodamus, & præcentori noſtro reſpondere concorditer ſatagamus, quod omnis qui uerè frater eſt facit. Sciēdum autem quòd beatus Auguſtinus dicit iſtum pſalmum inter cęteros de paſsione conſcriptum, nec minus pro Melech ad reſpondendum neceſſariū, non ob aliud ſic ſpecialiter intitulauit, niſi propter uariationem & faſtidij releuationem. Aut ſi alia cauſa eſt cur titulus alterius pſalmi alteri non poſsit conuenire, cum multum laborauerit, dicit ſe non potuiſſe inuenire. dicit etiam: Quia ſi aliqui ante eum dixerunt inde, uel ſcripſerunt, aut non profuerūt tarditati ſuæ, quia nō potuit intelligere: aut non ſatis fecerunt expectationi ſuæ, quia infirmū fuit, quod dixerunt. Audiamus ergo in hoc pſalmo Dominum præcentorem noſtrum, & audiamus quo modo Chorus ſuis ei reſpondeat imitatione, uel gratiarum actione. Ei dico ſic dicēti: Domine Deus auctor ſalutis meæ & meorum. Et meritò, quia ego clamaui, id eſt irremiſiſſè egi coram te, non ad aſpectum hominum. & hoc in die & in nocte, id eſt & in proſperitate & in aduerſitate. Ille enim uerè & die & nocte clamat, quem nec extollit proſperitas, nec frangit aduerſitas. Dominus Deus inquam, intret ad te oratio mea facta non in labijs exterius, ſed in tuo conſpectu, id eſt in corde, ubi tu conſpicis. Vel ſi in conſpectu tuo habeatur, tunc ſimpliciter ita dicetur: Intret oratio mea in conſpectum tuum, id eſt acceptabilis ſit tibi oratio mea. Tractum enim eſt ex eo, quod legati illi qui aliquam legationem acceptabilem principi afferunt, mox ante eū intromittuntur.

Inclina dico aurem tuam ad precem meam.] Idem uidetur per alias uoces dicere. Nihil enim aliud eſt auris inclinatio, quam miſericors exauditio. Et utique tunc inclinat nobis aurem, ſi nos non erigamus ceruicem.

Quia repleta eſt malis anima mea & uita mea in inferno appropinquauit.] Et ideo rogo ut inclines mihi aurem, quia patior neceſsitatem. Anima enim mea repleta eſt malis. Quibus malis? Non utique uitijs, quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: ſed humanis malis, ſcilicet triſtitia, tribulatione, dolore. Compatimur enim anima carni ſuæ, quando ineuitabiliter imminet dolor ipſi carnis. De his malis quippe dixit: Triſtis eſt anima mea. Hæc autem, id eſt hos affectos humanæ infirmitatis non conditione neceſſitatis, ſed uolūtate miſerationis ſuſcepit, ſicut & carnem & ipſam etiam mortem. Tranſtulit enim in ſe membra ſua, ut ſi fortè aliquod membrum ſuum inter corporales tribulationes atque moleſtias contriſtaretur, aut dolore contingeretur, non ideo putaret ſe alienū à miſericordia eius. & ut oſtēderet hęc nō eſſe uitia, ſed humanę infirmitatis indicia. Et ideo (quaſi dicat) dico, quia anima mea repleta eſt malis: quia uita mea appropinquauit inferno, id eſt morti. Poſſumus etiam per mala hic accipere triſtitiam & dolorem compaſsionis, quam ipſe habuit: quia uidit illos quos uenerat reficere, potius à ueritate deficere, & in tanto ſcelere ſe polluere. Iuxta quod Apoſtolus ait: Magna triſtitia, & continuus dolor menti meæ pro fratribus meis ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ.

Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.] Ideo anima mea repleta eſt malis, & appropinquauit inferno: quia æſtimatus ſum ab illis, quorum mortuos uenerat ſuſcitare, infirmos curare, ipſos eoſdem à peccatis liberare: eſſe cum deſcendentibus in lacum, id eſt par eſſe illis qui deſcendunt in lacum, id eſt in profundam miſeriam uitiorum huius uitæ. uel in lacum, id eſt in inferiorem infernum. Et factus ſum etiam reputatione illorum, ſicut homo ſine adiutorio, id eſt uelut deſtitutus ab omni auxilio: quia dixerunt, Perſequimini & comprehendite, quia non eſt qui liberet eum. Talis inquam ab eis reputatus ſum, cum tamen eſſem ſolus liber inter mortuos. Verè enim mors illius libera fuit non coacta, quia poteſtatem habuit animā ponendi, & iterum ſumendi. Per hoc etiam liber inter mortuos fuit, quia nec præcedentem cauſam mortis, id eſt peccatum habuit, nec ſequentem pœnam timuit.

Sicut uulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius.] Hoc eſt dicere: Ego uulneratus lancea, ęſtimatus ſum ita mortuus ex coactiōe, ſicut alij uulnerati non quilibet, ſed qui mortui ſunt, & dormiunt in ſepulchris expectantes reſurrectionem. Et ita dormierunt, quod tu non es amplius memor eorū: quantum ad commutationem in melius.

Vel aliter: Aeſtimatus ſum ab eis ſicut uulnerati, id eſt tranſfixi ſagittis diuinæ aduerſationis. hoc eſt, ſicut prorſus iutus excæcati, dormientes in ſepulchris, id eſt acquieſcentes ſibi in operibus mortuis, quorum tu non es amplius memor per reparationem.

Et ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Quaſi dicat: Putauerunt me inquam ô Dñe, deſtitutū

tuo

tuo auxilio, & ideo ipſi potius repulſi ſunt, & interius & exterius de manu tua, id eſt de protectione miſericordiæ tuæ.

Poſuerunt me.] Meritò repulſi ſunt de manu tua, qui ipſi poſuerunt me praua reputatione ſua in inferiori lacu. Superius per lacum accepimus profundam miſeriam huius uitæ, & inferiorem infernum: hic autem plus accipimus, ſcilicet profundiſsimam damnationem ſceleratorum, & hic tandem. Et ideo (quaſi diceret) poſuerunt in laco inferiori, quia acceperunt me in tenebroſis, id eſt inter datos tenebris & carentes lumine ueritatis. & etiam in umbra mortis, id eſt inter illos quia adeò ſunt perditi, quòd iam umbram, id eſt ſimilitudinem mortis in ſe oſtendunt.

Super me confirmatus eſt.] Quaſi dicat: Hoc etiam malè reputantes de me dixerunt, quia nō tantum ira tua Domine ad tempus eſſet ſuper me, ſed furor tuus eſt confirmatus, ut maneat ſuper me & hic & in futuro. & hoc etiam dixerunt, quod tu induxiſti in diſpoſitione tua ſuper me omnes fluctus tuos, id eſt & præſentem tribulationem & æternam damnationem.

Longè feciſti notos meos à me.] Quaſi dicat: Ad maiorem cumulum miſeriæ meæ hoc etiam additum eſt, quia tu feciſti, id eſt fieri permiſiſti longè à me ſi non loco, tamen affectione notos meos, id eſt illos qui & uiderant miracula à me facta, & intellexerant opera mea. Et uerè longè facti ſunt, quia poſuerunt me ſibi tanquam abominationem. Satis enim ille æſtimauit eum abominationem, qui cœpit deteſtari & iurare, quia non nouiſſet hominem. Traditus ſum ab uno illorum, & tamen non egrediebar, id eſt diuinitatis potentiam non oſtendebam. & ideo oculi mei languerunt, id eſt in mortem datus ſum, ut ſimpliciter ſit deſcriptio mortis. uel oculi, id eſt etiam perſecutores in corpore meo, per quos ego alijs proſpiciebam, languerunt, id eſt à me defecerunt præ inopia, id eſt quia ſolam paupertatis formam, non diuinitatis diuitias exhibebam.

Clamaui ad te Domine.] Quaſi dicat: Quanquam tot moleſtijs circumuentus eſſem, tamen non ideo defeci à meo propoſito: quia ô Domine clamaui, id eſt irremiſſe egi ad te promerendum: & hoc non ad horā, ſed tota die, id eſt toto tempore militiæ meæ. expandi manus meas, id eſt oſtendi bona opera mea, ut alijs exemplum darem, reſpiciens non ad os hominum, ſed ad te.

Nunquid mortuus facies mirabilia.] Quaſi dicat: Quia Domine ad te clamaui, quia tota die manus meas expandi: ergo recompenſa mihi, & reſuſcita me ut per me reſuſcitatum facias mirabilia, id eſt reparationem uiuis: quia per me mortuum, id eſt non reſuſcitatum non facias mirabilia mortuis. hinc talis per diſiunctionem ſyllogiſmus uidetur poſſe fieri: Cum conſtet quod facturus ſis reparationem per mortem meam, aut per me mortuum tantum, id eſt non reſuſcitatum facies mirabilia mortuis, aut per me reſuſcitatum & uiuum uiuis: Sed per me mortuum non facies mirabilia mortuis: ergo per me uiuum uiuis. Aſſumptionem ponit in libro ſub interrogatione cum dicit: Nūquid per me mortuum tantum facies mirabilia mortuis? Q. d. Impoſsibile eſt hoc fieri. Mortuos accipit hic interius & exterius mortuos, qui iam ad ſibi condignas pœnas deſcendūt, & ideo impoſsibile eſt eos amplius reparari, quia in inferno nulla eſt redemptio: uiuos uero accipe illos qui & ſi mortui ſunt interius, uiuunt tamen exterius, & ideo in eis eſt ſpes reparationis. Inde autem conſtat, quòd per eum reparatio debet fieri: quia ipſemet in Euangelio dicit, Ego ad hoc ueni ut teſtimonium perhibeam ueritati. Nunc ad literam redeamus. Nunquid per me mortuum facies mirabilia mortuis? Vtique non, aut medici futuri, medici ſcilicet animarum, medici ueri, hoc eſt doctores ſancti ſuſcitabunt, id eſt ſuſcitare per reparationem poterunt mortuos illos? Vtique non. Et confitebuntur tibi amplius ſalubriter mortui illi? Vtiq; non. Quia infernus non confitebitur Domino. Nūquid narrabit? Verè medici mortuos nō ſuſcitabunt, quia narrare miſericordiam tuam eis non poterunt, nec aliquis alius. Quod ſic dicit ſub interrogatione: Nunquid aliquis iam narrabit mortuis, & poſitis in ſepulchro miſericordiam, id eſt reparationem tuam. Et poſitis in perditione, id eſt in æterna damnatione narrabit aliquis ueritatem tuam, hoc eſt uel uera præcepta tua, uel impletionem promiſſorum tuorū. Nullus utique.

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua.] Plus dicit quam prius. Quia dicit, quod & ſi ab aliquo eis narrari poſſet, ipſi tamen non intelligerent: interrogando ſic, Nunquid mirabilia tua, id eſt reparatio tua poterit cognoſci ab his qui ſunt in tenebris, id eſt in tenebroſis locis inferni. & iuſtitia, id eſt gratia tua iuſtificans poterit cognoſci in terra obliuionis, id eſt in terra illa, cuius tu penitus per uiſitationem miſericordiæ es oblitus? Quaſi dicat: Vtique, & ſi eſſe quā hæc illi poſſet narrare, nō eſſet qui poſſet cognoſcere.

Et ego ad te Domine clamaui.] Quaſi dicat: Quandoquidem per me mortuum mirabilia non facis mortuis, ergo ô Domine reſuſcita me, ut per me uiuum mirabilia facies mortuis. Vel recompenſa mihi uicē, quia ego clamaui ad te. Et uerè facies, quia oratio mea præueniet te, id eſt apparebit te præueniſſe, & effectum apud te obtinuiſſe per reſurrectionem meam factam in mane.

Vt quid Domine repellis orationem meam, auertis faciem tuā à me.] Quaſi dicat: Quandoquidē exauditurus es me, ut quid ergo Domine repellis, id eſt facis à te uideri repulſam orationem meam? Et ut quid quaſi auertis faciem tuam à me, dum permittis me ſic contemni, ſic tribulari ab inimicis meis. Quaſi dicat: Tu ergo certè ſcis, & ego ſcio quare hoc ſit.

Pauper ſum ego in laboribus à iuuentute mea.] Ideo inquam auertis à me (ut uidetur) faciem tuam, quia ego ſolus ſum idoneus, per quem iræ tuæ tranſeat, & ſic reparatio fiat. Nam ego ſum uerè pauper. Nihil prorſus mihi aſcribendo. Et ſum in laboribus pondus præceptorum tuorum portando à iuuētute mea, id eſt ab illa etiam ætate quæ pronior eſt ad lapſum. Quod autem ſum pauper & laboro, non eſt ex impotentia mea, quia exaltatus ſum per immunitatem peccatorū, & plenitudinē uirtutum. Et tamen ſum humiliatus à perſecutoribus, & hoc non æternaliter, ſed tantum ad horam, quia conturbatus. Quare autem humiliatus, quare conturbatus? Ideo ſcilicet, ut iræ tuæ uenientes in me tranſirent, ſicut reuera tranſierunt. Et ut tranſirent terrores tui, à te diſpoſiti: iuxta illud, Non haberes in me poteſtatē, niſi deſuper data tibi fuiſſet. in quē terrores cōturbauerunt me. Et ideo dico conturbauerunt, quia torrentes illi circumdederunt me, ſicut aqua, id eſt ut me inuoluerent & demergerent tota die, id eſt paſsionis toto tempore: circumdederunt me dico ſimiliter, ſcilicet & Iudæi & milites Romani. Et ad cumulum miſeriæ meæ augendum elongaſti, id eſt elongari permiſiſti à me, ſi non loco, tamen affectione, amicum mihi corde, & proximum carne, ut Iacobum. & etiam elongaſti omnes notos meos, ſcilicet quibus innotuerant ſigna & opera tua à me non miſero, ſed tanquam ipſa miſeria, id eſt lepra reputato.

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt & confitebuntur tibi.] Taliter quoque continuatur & legitur. Q. d. Ego quidē ô Dñe, clamaui ad te, & tota die manus meas expandi: quare ergo ſæuiunt in me inimici? Ideo ſcilicet, quia mortui ſunt interius. i. excæcati ſunt, & opera mea non attendunt. Et ideo nulla erit reparatio, quod ſub interrogatione ſic dicit: Nunquid mortuis, quos interiꝰ ſcilicet nō illuminat gratia tua, ut commoueant eos ueritatis opera à me exhibita, facies per me mirabilia, id eſt reparationem? Vtiq; non.

aut

aut medici futuri ſuſcitabunt tales à morte interiori, ut confiteantur tibi? Vtiq; non, quia nec etiam eis mirabilia tua narrabunt. iuxta illud, Vobis primum oportebat loqui uerbũ Dei: ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos uos eſſe iudicaſtis, ecce conuertimur ad gentes. Et hoc eſt quod dicit: Nunquid narrabit aliquis medicorum miſericordiam reparationis tuæ poſitis in ſepulchro, id eſt perſiſtentibus & delectantibus in operibus mortuis: & ueritatem tuã poſitis in perditione, id eſt in æterna damnatione? Nullus utique. Et meritò, quia & ſi eis narraretur, ab eis non cognoſceretur. Nunquid enim cognoſcentur mirabilia tua in tenebris, id eſt inter illos, quorum ratio eſt obtenebrata, quia à ueritatis lumine priuata? Et iuſtitia tua cognoſcetur in terra obliuionis, id eſt irrecoperabiliter damnatis? Vtiq; non.

Et ego.] Quaſi dicat: Dico quia non cognoſcentur mirabilia tua in tenebris, & quod non facies mirabilia mortuis: & ego tamen pro quibuſdam ex illis clamaui ad te Domine, ut cum dicitur: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. profuit enim hæc oratio multis, ut Centurioni illi qui dixit in paſsione: Verè filius Dei erat iſte: & illis qui accedentes ad Apoſtolos dixerunt, Quid faciemus uiri fratres? & multis alijs. Et hoc eſt quod ſequitur, Et mane oratio mea præueniet te. Quaſi dicat: Clamaui inquam pro illis ad te. Et hoc non fruſtra, quia oratio mea præueniet te, id eſt apparebit quod rogauit obtinuiſſe apud te, ſicut præuenientes ſolent obtinere facto mane, id eſt facta in quibuſdam illorũ illuminatione, uelut in his quos prædiximus. Et quia crebreſcebant flagella, quia flagellat Deus omnem filium quem recipit, iuxta illud: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore & tremore, & præpara animam tuam ad tentationes: ideo ſubdit, Vt quid Domine repellis, id eſt facis uideri quod repellas tot malis crebreſcentibus ſuper eos orationem meorum, quam meam præ nimia affectione dico. Et quare auertis, ut uideris, faciem tuã à me, id eſt à meis? Quaſi dicat: Vtique ideo facis, quia ſcis eos eſſe idoneos, quibus per talia flagella æternã pares hæreditatem. Namque ego ſum pauper in illis, quia nihil ipſi de ſe præſumunt, nihil ſibi attribuunt, & ſum in laboribus in eis: quia ſuſtinent pondus præceptorum tuorum à iuuentute non ſua, ſed mea, id eſt ab innouatione, quam non ipſi, ſed ego in eis per gratiam feci. Aliquando autem exaltatus ſum in eis, ſcilicet quando ſubtrahitur flagellum, & parcitur eis. Quia ut iam prædictum eſt, ſi nulla iocunditas eſſet, deficeremus. Et iterum humiliatus ſum in eis, reuertentibus, & increſcentibus flagellis: quia ſi plene ſecuritas eſſet, malè exultaremus. Et ita tamen humiliatus ſum, quod conturbatus, id eſt ad horam tantum humiliatus. Quod ponit ad conſolationem noſtram, ne deficiamus in tribulatione: quia ad tempus tantum erit tribulatio, in æternum uero exultatio. Et ideo (quaſi dicat) humiliatus ſum in illis, ut iræ tuę tranſirent in me, id eſt in illis meis, ſicut reuera tranſierunt. Et tamen hoc non per eos, ſed per me factum eſt. Nam ut tranſierent iræ tuæ in eis, terrores tui, id eſt à te diſpoſiti conturbauerunt me. Quæ ſequuntur, non mutantur.

IN PSALMVM LXXXVIII. ARGVMENTVM.

PRædicit captiuos in Babylone, nihil quidẽ de meritis proprijs, ſed de promiſsionibus ad Dauid Domini cõuenire, ut qui genus omne Iudæorum uel reges illius ſe cuſtodire promiſerat, ſponſionis ſuæ rebus implere dignetur, in honorem regum populos protegendo, uel uox Chriſti ad patrem de Iudæis. Aliter de tempore illo quo numeratus eſt populus hiſtoriæ canitur.

INTELLECTVS ETHAN Ezrahitæ.

EXPLANATIO.

ETHan interpretatur robuſtus: & quia pſalmus iſte laudes erat & promiſsiones Domini narraturus, incommutabilis fidelium uerborum firmitas robuſti nomine præmonſtratur. ubi & intellectus neceſſariò præſcribitur, utpote quia thronus David promittitur æternus, qui interim iuxta hiſtoriã olim cernitur eſſe deſtructus. Ethan autem iſte, ſicut & Emã, uel de cantoribus David regis eſt, quos uerba dierum narrant, filius uidelicet Chuſi, filij Abdi, de cognatione Merari, filij Leui: uel de illis ſapientibus, quibus in libro Regum Salomonis ſapientia præfertur. Sapientior inquit, Ethan Ezraita, & Heman. Tantæ ergo ſcientiæ hoc carmen eſt, ut ſapientiſsimi illius nomine mereatur aſcribi. Ethan iſte robuſtus, qui tanta mentis illuminatione completus eſt, ut Iſraelita ueriſsime nuncupetur. Primo ingreſſu pſalmi dicit ſe miſericordias Domini cãtaturum, quoniam multa promiſit fideli populo profutura. Secunda parte diuerſis modis laudes Domini, potentiamq; deſcribit. Tertia paternas in Chriſtum pollicitationes enumerat. Quarta ipſe Dominus ob paſsionem, quam pertulit, inimicis traditus aſſeritur. Quinta fragilitati humanæ poſtulat ſubueniri, quoniam in uanum filios hominum plaſmauerit. Sexta rogat Dominum ſuas promiſsiones implere, quas David ſeruo ſuo feciſſe declaratur, & memorari qualia ſerui tui ab impijs opprobria ſuſtinebant.

COMMENTARIVS.

M*iſericordias Domini in æternum cantabo.*] Intellectus Ethan Iſraelitæ. Pſalmus iſte agit de ſpe promiſsionis Dei, quam habemus in Domino noſtro Ieſu Chriſto: quia qui promiſit, ita cętera quoq; complebit, ut iam multa compleuit. Dat autem nobis fiduciam ad eum non noſtrum meritũ, ſed eius miſericordia. Et hic eſt intellectus Ethã, unde pſalmus titulum accepit. Ethan dico Iſraelitę, quia nullus ad hunc intellectum poteſt attingere, niſi talis ſit de quo dici poſsit: Ecce uerè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit enim Salomon, quia ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Interpretatur autem Ethan robuſtus, & nemo in hoc ſeculo robuſtus eſt, niſi in ſpe promiſsionis Dei. Quantum enim ad meritum noſtrum attinet, infirmi ſumus: quantum uero ad miſericordiam eius attinet, robuſti ſumus. Ideoq; iſte infirmus in ſe, & robuſtus in ſpe diuinæ miſericordiæ, ſic incipit: Cantabo, id eſt frequenter laudabo, & in me & in alijs miſericordias Domini, id eſt in ſeparationem factam non meritis noſtris, ſed per ſolam miſericordiam Domini. In me quidem laudabo bene operando, in alijs uero laudabo, oſtendendo quicquid ſunt, per miſericordiam ſolam eſſe. Vel cantabo in me, & cantabiles alijs faciam miſericordias Domini, miſericordias dico in æternum manſuras. Miſericordias ideo pluraliter ponit, quia quod ſunt miſericordati, id eſt per miſericordiam ſeparati, totidem ſunt & miſericordiæ. In æternum ideo ponit, ut per hoc oſtendat, quod ira per Adam fuit temporalis: miſericordia uero per Chriſtum conceſſa, eſt æternalis.

In generatione & generationem.] Cantabo inquam miſericordias, & annunciabo ueritatem tuam non falſitatem meam, in ore meo, id eſt corde conſono: quia quod

quod tuum eſt, ennuncio. Quaſi dicat: Obſeqnentur mëbte mea Domino meo, loquar, ſed tua loquar: quie ueritatem tuem ennunciabo in ore meo. Si enim non obſequor, ſeruus non ſum: & ſi mea loqoar, mendax ſum. Ideoq; ut & ego loquer & tue loquar, doo quædam ſunt: unum meum, alterum tuom. Veritas quidsm tua, os meum. Et ideo ennunciebo ueritatë tuam in ots meo, ueritetem dico pertingentam in generationem & generetionem, id eſt in æternum, ſicut & miſeticordie. Vel ſecũdum eliem literem dicemos, ueritstem exiſtentem in generatione & generatione, id eſt in omni generetione. Dicit enim beatus Auguſtinus, quòd non poſsit totiene ſimilis repeti generatio, quotiés & decedit & ſuccedit generetio. Et ideo gaminatio ſit dictum in generetione & generetione, ad illud totom intelligendum. Et accipe miſericordiã in toto pſalmo in remiſeione peccetorum, ueritaté ua ro impletionẽ promiſſorũ. Licet etiem eliquando ueritas eccipiatur pro impletions præceptorum. Quas ergo miſericordias cátet, qoam ueritatem ennoociet eudiemuè.

Quoniam dixiſti.] Et ideo ſecurè cantabo miſericordias tuas, & ideo enooñciabo ueritatsm tuem: quoniam tu qui nec falli anec felleris, dixiſti, id eſt promiſiſti miſericordiam & ueriterem, dicens ita in diſpoſitioos tua: Miſericordiæ, id eſt reperetio future ædificabitur per greriã, id eſt perficietur pertingene in æternum. hoc eſt, ſie ædifico ut oon deſtruam. Et uerè ita erit, quie in illis per miſericordiem reparetis fectis cœlis reparebitur, id eſt exhibebitur alijs, ut non deſperent, ſed ſperent. ueritae tua, id eſt complerio promiſſorum tuorum: & ite ut per conſtantiem eorum euidenter apperent in eie, qa in alio erit ſciẽue lingue rum, in alio gretie ſanitetum: in elio diſcretin ſpirituum, & cætere ſpiritualia dona. ſicut tu promiſiſti dicens: Effundem de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ. quod uidentes alij non deſperebunt de completione promiſſorum. Vel aliter: Tu inqnam dixiſti, qoia miſericordie ædificabitur io æternum. Et uerè ita erit, quis ueritas, id uera præcepta tua præperabuntur, id eſt dignius quam in elijs præperabuntur in quibuſdem cœlis. De quibus dictum eſt: Cœli enarrant gloriam Dei, &c. Et ita ut in eis ſint, id eſt manifeſtè appareant: quia qood dicit faciet. Per quos? q. d. Miſericordie eutem illa in alijs ædificebitur.

Diſpoſui teſtamentum.] Quaſi dicat: Illud qoidẽ dixiſti, & hoc etiem dixiſti: abiectis meis quoddem teſtamentũ uetus dedi, electie autem meis diſpoſui teſtementum meum, id eſt oouum teſtamentom, quo ſcilicet ad æternam glotiam repareréntur. Et non ſolum diſpoſui, ſed etiam iureui, id eſt firmiter promiſi Dauid ſeruo meo. Quid promiſi? Hoc ſcilicet, ſemen tuum perebo menſurum uſq; in ęternum. Iuratio Dei non eſt aliud quam promiſsionis confirmetio. Et ſecurè poteſt ille iorare, ne periurium incurrer iurandi conſuetudine. Et ſi ſuperios fecit iſtum ſecurũ ad aonunciandum miſericordism & ueritatem, quie dixit, Dixi diſpoſui: loogè ſecuriorem eom modo reddit, quia dicit, Iuraui. Tale eſt ec ſi dicat: Dixi diſpoſui, ſi non ſatis eſt hoc iorau. Licet autem hæc oratio hiſtoriæ Dauid ſit ſecte, ita temen hoc factum eſt, ut non in ipſo, ſed in ſemine eius promiſsio ſit implende. Semen Dauid idem eſt quod & ſeman Abreham: ſemen autem Abrahem illod eſt, de quo dictum eſt, Et ſemini tuo qui eſt Chriſtue. Chriſtum aotem eccipe nõ ſolom illum qui ſecundom carnem natus eſt de Marie uirgine, ſed & omnes io eum credentes. Totus enim Chriſtus eſt caput & corpos: quia non poteſt aliquie hoc corpus decollare, nec hoc caput eſſe ſine corpore. Semen ergo Dauid eſt Chriſtus, & corpus eius. Et de hoc ſemina dictum eſt, Præparebo ſemen tuum in æternum.

Et ædificabo.] Iuraui inquem Dauid, præperebo ſemen tuum; & hoc etiam ei iuraui, Aedificabo ſedem tuam, id eſt illos in quibus tu ſedeas nõ per te, ſed per ſemẽ tuum io generetione & generatione. Duæ ſuot generatiooes: altera qua hic generamur, eltere qua regeoerabimur in reſurrectiõe. Et in otraq; prædicatur Chriſtus: in hac quidem ot credatur, in eltere ueto ut uideamur. Et in hac ſades ei præparetur, qoie ſi in nobis non ſederet, non nos regeret. Si ab ipſo non regeremur, à nobis præcipitaremur. Et ideo in hac generatione ſedet in nobis regnans: ſedebit etiem in nobis in regeneratione, quia in æternum regnabit io ſanctis ſuis.

Confitebuntur cœli.] Prędicta dixit Ethan in uoce Domini, hie eutem in uoce ſua dicit. Et ſic continuatur: Quie per miſericordiam tuem fierent cœli, & ueritas tua non ſua præparabitor in eis: ergo Domine, cœli confitebuntur, id eſt leudabunt mirebilia tua nõ ſua. Quæ mirebilie? ſcilicet quòd redempti ſunt perditi, quòd reſurrexerunt mortui. Magna quippe mirabilia ſunt, quòd quos heri uidimos uoreginem ebrietarie, hodie cernimos ornamentum ſobrietatis: & qui prius orant cœnum luxuriæ, nunc ſunt decus temperantiæ: & qui prius blaſphematores, hodie ſunt creatorem adorates. Et uerè confitebuntur mirebilie tua. etenim (pro quia) confitebontur ueritatem tuam, id eſt completionem promiſſorũ tuorum, uel uera præcepte tue: non ita tamen ut ſpargant margarites ante porcos, ſed præcipuè hoc in Eccleſia ſanctorum, ubi uero agendum eſt fecient.

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino.] Ideo meritò cœli mirebilia tua non ſua confitebuntur, quoniem nullus eorum tibi poteſt compareri. Nem quis in nubibus æquabitur Domino nubiom? Nullus utiq;. Apoſtoli & alij prædicatores ſancti, cœli dicuntur propter ueritatis corruſcarionem: dicuntur & nubes, cum multis alijs modis propter occulta carnis, id eſt propter occultas cogitationes. Quid enim de nube exeat uidemus, quid uero in nube lateat non uidemus. Similiter quæ homo dicit uel facit, iudicare poſſumus: quæ eutem cogitat, ſolus ille uidet quĩ ſcrutator cordis eſt & renum. Vnde dicit Apoſtolus: Nolite ante tempus iudicare, &c. Ipſe quoq; Chriſtus nubem habuit, quie diuinitatis maieſtetem nube carnis contexit. Sed differt in hęc nubem, & illas nubes. hic.n. eſt de inremerete uirgine, illa uero ſunt de corrupta matre. hæc ſine peccato, illæ per iſtam mundatæ à peccato. & ideo dicit: Qois inter nubes æquabitur Domino nubium? Aut quis filius Dei erit ſimilis Domino filio Dei? Nollus utiqoe. Ille enim unus eſt per naturem, iſti uero multi per gretiem. Ille ex æternitate, iſti ex tempore, & molta elia.

Deus qui glorificatur.] Verè nullus eſt ei ſimilis. Nem hic eſt Deus, qui glorificatur in conſilio ſanctorum, id eſt cuius gloria creſcit per conſilium, quod ſancti habeot de ſe ipſo, ſcilicet ut credant in ipſum: & non amplius quærant quæ ſua ſuot, ſed quæ Dei. Vt qui gloriatur, in Domino glorief. Dicit enim Salomon, quia in leritudine gentis eſt gloria regis: in diminutione uero populi, contritio principis. Et meritò (q. d.) glorificatur in conſilio ſanctorum: qoie ipſe ſolus eſt magnus, elij omnes perui. Magnus enim eſt qui omnem locum ſecũdũ diuinitatem implet, & eſt terribilis nõ tantum in una gente, ſed ſimiliter omnes qui ſunt in circuitu eius. Io une enim gente tantum pro nobis naſci, crucifigi, mori, reſurgere uoluit & aſcendere, quę ab alijs gentibus tanquam terre à mari undiqoe circumdabatur. ſola enim gens illa culta erat propter legem, & propter prophetica ſcripta: alię omnes erãt mare, id eſt io amaritudine ſuæ ſterilitetis permenentes, non autem in ille ſola gente ueritetem ſuam innotuit, ſed tamen ibi ſpecialiter de nube ſuæ carnis intonuit apud illas gentes per elias nubes, ſicut ipſe promiſit dicens: Amodo uidebitis filium hominis uanientem in nubibus cœli. & ſic factum eſt qood hic dicitur. Exiuit enim in omnẽ terram ſonus ſanctorũ

Digitized by Google

Apoſtolotum comminantium tribulationem & anguſtiam futuram ſuper omnem animam operantem malum. Et ſiefactus aſt terribilia ſuper omnes in circuitu ſuo. Accipa eutem ipſum cum credẽtibus in eũ, de populo illo corpus Ieſu: qa hoc raſpecto dicit propheta, quod ſint io circuitu aius gentes.

Domine Deus uirtutum, quis ſimilis tibi.] Quaſi dicat: Ergo nullus ſimilis tibi. Et uerè nullus, quis tu Domina ſolus es poteos. Magna enim poteotia qui fecit cœlũ & tarram, & omoia quæ in eis ſunt.

Et ueritas tua in circuitu tuo.] Queſi dicat: Magne quidam eſt Domine potentia tua, ſed longa meior miſericordia, per quã uaritas tua, id eſt oare præcepta ſuot diffuſa in circuitu too. Si enim in ſola illa gẽta in qua naſci, crucifigi & mori pro nobis uoluit, ueritas eius diffunderetur, impleretur illud tantum quod Apoſtolus ait: Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circũciſionis propter uaritatem Dei, ad confirmaodas promiſsionas patrum. Non autem impleratur quod ſaqoitur, ſcilicet: Gentes autem ſimiliter miſericordia honorere Daom, &c. Hæc autam diffuſio non ponit fieri ſine cootradictiooa magna & perſecutiona. Tũc enim frandens leo occurret Samſon, ab ellophilis uxorem ducenti uel pereotl, & factus aſt inter manos eius uelut hœdus cepratum. hoc eſt furana gentilitas firmiter contradixit, & reſtitit primo prædicatoribus ſanctis: quæ poſtquam peccata ſua recognouit, inter aotum manus uelut languidus percaroi fuit: quia humiliauit ſe, & pœnituit. Et boaſt quod ſubdit.

Tu dominaris poteſtati maris, motum.] Quaſi dicat: Cũ diffunderetur Domioa uaritas tua in circuito tuo, mare gentilitatis turbatum aſt. Sed quid fecit mare? Martyres otiq; occidit, ſameo ſanguinis ſudit, quo ſeges Eccleſiæ pullulauit. Seuiat ergo mare, turbetur quantum uelit mare, nihil taman facera poterit, oiſi rãtum quantum permittitur ei. quod inde epparet, quia tu dominaris potaſteti maris, id eſt iem in tuum dominium traoſierunt illi, qui eom eſſent mare, ita potentes erant io contradicendo & in parſequendo. Motũ quidem eſt mare, tu autam motum fluctuũ eius mitigas, tantum non aufers. Manet enim adhuc contradictio & perſecutio atiam in falſis fratribus.

Tu humiliaſti.] Verè tu dominaris poteſtati maris, quia princeps ſcilicet mũdi eiectus aſt foras, nam tu humiliatus humiliaſti illum ſuperbum. Superbus enim ille ſopatbos poſsidebat. Sed dato tantę humilitatis axemplo in Chriſto didicerũt homines ſuperbiam demnare, & humilitatam eppetere, & ſic ſuperbus ille humiliatus eſt: quia fortior illo in domũ eius intrauit, & ſpolia eius diripuit, & in ornamento Eccleſiæ tranſtulit. Tu inquam humiliatus humiliaſti ſuparbum, & tu uulneratus uulnereſti illum, ſicut uulnarato ſcilicet carne nõ trãsfixe, ſed corda traiacto quaſi ſpiritu & potẽtia eius imminota. Et hoc modo diſperſiſti inimicos tuos, ot qui prius erant inimici, eſſent amici. & hoc feciſti io brachio uirtutis tuæ, per illum qui eſt brachium tuum & uirtus tua. Chriſtus enim Dai uirtus, & Dei ſapientia.

Tui ſunt cœli.] Et quia to eos de iugo ſuperbi humiliati eripuiſti, ergo Domioa cœli, id eſt compl utores ſunt tui. tuum enim aſt quod ſunt, & quòd cõplount, & terra compluta prius alienate eſt tua. Et meritò tua, qoia tu fundeſti, id eſt firmaſti in ueritate cognitionis tuæ orbem terræ, id eſt terram illam faciendo eam orbem, id eſt perfectam. Et hoc non parcè, ſed in multitudine: quia fundaſti plenitudinem eius. & uerè tu fundaſti, quia tu creaſti in bonis operibus aquilonem, id eſt illos io qoibus ax iniquitate rafrixerat charitas, quia membra illius aquiloois eraot qui dixit: Ponam ſedam meam in aquilonam, & ero ſimilis altiſsimo. Et creeſti atiam in operibus bonis mare, id aſt illos in quibus erant amaricantes in ſterilitete ſue. Vel aliter (queſi dicat:) Quandoquidem tu fundaſti orbem terræ, & plenitudinem eius: ergo oõ amplius aquilo aſt eis timendus. Vel mare eſt, qood aquilo hoſtis antiquus. & mare, id eſt illi in quibos ipſe operatur tenquam in uaſis ſuis ad oppugnandum populum Dei, ſed non ſunt timendi: quia tu creaſti aquilonam, & creaſti mare. Er quia creatura tua ſunt, ideo nihil poſſunt cõtra te, oiſi permiſsi. Quaſi dicat: Plus ualat in eis quod tu feciſti ad damnatiooem tuaoi, quã uolunres eorũ ad naqoitiam ſuam.

Thabor & Hermon]. Fundeſti inquam terram, & hoc incipiendo eb Hieruſalem. quod notatur ex ipſo ordina uerborum, cum dicit: Thabor & Hermon exultabunt non amplius in ſuo, ſad in tuo nomina glorificando. Thabor interpretatur lumen aduenieos. Lumen uero adoeniens aſt Iodaicus populus, qui principaliter illuminatus eſt, & aduenit queſi lumen alijs: quia per illominatos de populo illo alij de gentibus ſunt illuminari. Vnda uero hoc lumen edueniti? ab illo ſcilicet, qui illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mundũ, quod eſt lumen quod nec eb alio accendetur, nec unquam extinguetur. Hatmon autem interpraratur anatbama eius, per quod geotas intalliguntur, nunc illum, id aſt diabolum anethemarizantes & abominantas, quę prius erant amantes & colẽtes. Et meritò (quaſi dicat:) iſti exoltabunt in nomine tuo, quia brachium tuum quod fecit illos alios illuminantes, & iſtos anathematizaotes: ille quem prius erant emantes, eſt cum poteotia, id eſt, aſt uerè potens, alij uero omnes impotentes.

Firmetur manus tua.] Quaſi dicat: Et ot ſemper exultent in nomine tuo, ideo Dñe manus tua, id eſt protectio tua firmetur, id aſt firma & ſtetoria ſit io eis, ne deficiant, ſi proficiant: & ita nunc firmetur manus tua, ut tandem exaltetur daxtera tua, id eſt exaltentor illi ad dexteram toam ſtatuendi. Et uerè ita erit. ſcilicat axaltebit daxtera tua, quę erit præparetio ſedis tuæ, id eſt quia præparabit tibi iudicieiiem ſedem in eis iuſtitia & iudicium, id eſt ectio & diſcretio. Iudicium enim ꝓpriè eſt diſcernere inter bona & mala: iuſtitia uero aſt bona inſiſtere, mala uero repellere. Vt aliter: Firmetur manus tua in eis, ſicut prius. In quibus aũt manus tua nunc non firmabitur, in his exaltetur tandem dextera tua, id eſt potẽtia tua. Tale eſt illud: Dextera tua iouenjat omnes, qui ta oderunt. Et uerè ita arit, quia præparatio ſedis tuæ erit, id aſt quam tu iudicabis. Et quæ res iudicabitur è te? Iuſtitia ſcilicet, & Iudicium. Iuſtitiã refer ad booos, iudiciũ uero quod pro damnatione ponitur, ad malos. Tunc enim erit iuſtitia, quando boni gaudebunt, cum uiderint illud quod non uidentes credidarunt. Iudicium uero erit, quando mali cõtremiſcunt, cum uiderint illud quod irridentes credere noluerunt.

Miſericordia & ueritas.] Quaſi dicat: Tandem exaltabitur dextera tua, interim autem pręcedent faciem tuam, id eſt illum manifeſtum aduantum tuom miſericordia & ueritas. Miſaricordia quidem in peccatorum delactationa, ueritas oero in promiſſorum completione. uel miſericordie io miſericorditer promittẽdo, uaritas uero in fideliter promiſſa cõplendo. Quod qui attenderet, in illis tandem erit iniuſtitia: qui uaro non attenderat, in illis erit in iudicio. In priori oero lectione ſic continuabitur: Iuſtitia quidem & iudiciũ præparabunt tibi ſedem in eis, hoc autem ex ſe non habebunt, ſed à te: qoia miſaricordia & ueritas præcedeot faciam toam, id eſt præſentiam tuam in eis, quæ illud operabuotur. Et quandoquidem per miſericordiam & ueritatem præparatio ſadis tuæ fiet & hic & tandem, ergo populus illa uerè eſt beatus, qui dignè ſcit iubilationem, id eſt qui intelligit cauſam illam unde ſic debeat te gratiare, ut non poſsit uerbis explicare, & ideo incboet iubilare.

Domine in lumine uultus tui ambulabunt.] Ideo beatum populum illum qui dignè ſcit unda iubilandum, quia certè intelligit totum, quod fuor ex miſericordia tua Domine aſſe. ſicut reuera aſt. Nã ambulabuot in operibus

ribus bonis in lumine uultus tui non ſui, id eſt in illuminatione uoluntatis tuæ, non meritorum ſuorũ. Et exultabũt in tuo nomine glorificãdo non ſuo, & quia in tuo tota die, id eſt aſsiduè & hic & in futuro exultabunt. Si enim in ſuo nomine exultarẽt, citò ab exultatione deficerent. Et exultabunt in tua iuſtitia, quia prius deprimebantur in ſua.

Quia gloria uirtutis eorum.] Vel ideo meritò in tuo nomine exultabũt, quia tu es gloria uirtutis eorum, ipſi ignominia infirmitatis ſuę. Quod enim uirtus aliqua in eis eſt de qua poſſunt gloriari, hoc ex te eſt non ex ſe. Et ideo cornu noſtrum, id eſt ſpiritualis ſublimitas noſtra exaltabitur in beneplacito tuo, nõ in merito noſtro. Et uerè in beneplacito tuo, quia Domini, id eſt tui eſt aſſumptio noſtra. hoc eſt ex ſola miſericordia tua eſt, quòd aſſumpſiſti propter nos redimendos humanam naturã. uel quòd nos aſſumpſiſti de maſſa perdendorũ. Et determinat cuius Domini ſit aſſumptio, ſcilicet ſancti Iſrael, id eſt illius qui ſanctificat omnem illũ qui eſt uerus Iſrael. Et qui eſt rex noſter, id eſt qui regit nos in uirtutibus, ut ad ueram uiſionem perueniamus, ubi ſcilicet facie ad faciem uidebimus.

Tunc locutus es.] Quaſi dicat: Et de hac aſſumptione prædicta tunc locutus es ſanctis tuis, id eſt prophetis in uiſione, id eſt per reuelationem in dictis & factis. Viſiones ad prophetas propriè pertinent, unde etiam ipſi prophetæ olim uidẽtes dicebãtur. Et tunc dico locutus es ſanctis tuis, quando ſcilicet dixiſti illud prædictum: Miſericordia ædificabitur in æternum. Et loquens promiſiſti, id eſt dixiſti hæc: Ego qui prius poſui adiutorium in quodã impotente, qui nõ perſtitit, qui exemplum obedientiæ non fuit, ponam nunc adiutorium meũ in quodã uerè potente. Et quia deiciſti illum abiectũ, exaltabo hunc electũ de plebe mea. Et meritò exaltabo eum, quia inueni in iſto Dauid uerè ſeruũ meum, qui nec cogitatione apoſtatabit. Iuxta illud: Inueni Dauid filiũ Ieſſe, uirũ ſecundũ cor meũ. Et ideo ungam eum meo oleo ſancto, illo ſcilicet oleo, de quo alibi: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. hoc eſt, replebo eum ſpiritualibus donis.

Manus enim mea.] Verè ungam eum, quia ſic agam cum eo, ſcilicet manus mea, id eſt miſericordia & protectio mea auxiliabitur ei quantum ad ſuſceptam humanitatem. & brachium meũ, id eſt uerbum meum perſonaliter illi unitum, confirmabit ſũ contra omnẽ lapſum. Et ideo inimicus diabolus nihil proficiet in eo. Quaſi dicat: In Adam quidem inimicus fecit & perfecit: in iſto quidem faciat quod ſuum eſt, id eſt tẽtabit eum, ſed nihil proficiet nec in ipſo nec in ſuis. Exercebit eum, ſed non nocebit. proderit ille ſæuiendo, in quo coronabuntur iſti uincẽdo: & filius iniquitatis, id eſt angelus apoſtata, quẽ genuit iniquitas, nõ apponet nocere ei. Ponet quidẽ ut noceat ei, quando eum crucifigi faciet & occidi: ſed poſtquam uiderit eum reſurgentem & aſcendentem, non amplius apponet nocere ei, imò etiam æternaliter gaudebit, quod prius nocere conatus ſit.

Et concidam.] Inimicus inquam in eo nihil proficiet: & ideo ſicut Moyſes caput uituli cõflatilis cõtriuit, & populo bibendum dedit: ita concidam, id eſt paulatim cõterã inimicos eius, & in corpus eius traſferam: & hoc à facie, id eſt à præſentia eius. Ipſa enim præſentia & cognitio eius, erit cauſa hui⁹. Et ita dico concidam, quod cõuertam odientes eum prius in fugam, ſcilicet ut ab ira ſua fugiant ad placatum. Vel aliter: Inimicos eius in futuro concidam à facie ſua, id eſt repellã à præſentia eius in æternas tenebras. Quia dictũ eſt: Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Et nunc inimicos odientes conuertam eos in fugam, ſcilicet ut ab irato fugiant ad placatum.

Et ueritas mea & miſericordia cum ipſo.] Videtur hoc quantũ ad ipſum caput non poſſe dici. Non enim miſericordia indiguit, qui nihil quod remitteretur habuit: ſed tamen & in ipſo miſericordiã uocare poſſumus, ipſam humanitatis aſſumptionẽ, & ueritatem impletionẽ illius promiſsionis: quia dedit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Et quia non dedit ei ſpiritum ad menſurã. uel ſi cui hoc non placeat, dicat dictum eſſe quãtum ad mẽbra, in quibus uerè ſunt & ueritas in impletiõe promiſſorũ, & miſericordia in remiſsione delictorum. Proponuntur autem à tota diuina ſcriptura hæc duo pręcipuè, ſcilicet miſericordia & ueritas, ut & nos ea faciamus: miſericordiã quidẽ miſerendo miſerorum, ueritatẽ uero quod iuſtum eſt iudicando, ut nec præcludat in nobis uel ueritatẽ miſericordia, uel ueritas miſericordiã: quia multi pietate peruerſa ſæpè iuſtæ cauſæ diuitis præferunt iniuſtã cauſam pauperis. Veritas inquã, & miſericordia mea erit cũ ipſo, & in nomine meo, id eſt per hoc quia ipſe & ſui ſunt in nomine meo glorificando, non in ſuo exaltabitur cornu eius, id eſt ſpiritualis ſublimitas ſua & ſuorum. Ipſa enim mea glorificatio, eorum erit exaltatio. Et ponã manum eius, id eſt potentiam eius in mari, id eſt in gentibus in ſterilitate ſua amaricãtibus, & dexteram eius ponam etiam in fluminibus, id eſt in his qui per cupiditatẽ magis & magis influũt in amaricãtes fluctus huius ſeculi, ſicut flumina in mare. hoc eſt deſperatiſsimos etiam ei ſubijciamus.

Ipſe inuocabit me.] Ideo quę dixi faciã ei, quia ipſe ſolus digne inuocabit me, dicens: Tu pater Deus meus ſecũdũ diuinitatẽ, & Deus meus ſecũdũ humanitatẽ, & ſuſceptor ſalutis meæ: quia ſuſcepiſti me quãtũ ad aſſumptam humanitatem, quantum ad ſalutem.

Et ego primogenitum.] Ipſe quidem dignè inuocabit me, & ego uicem ei reddam: quia ponam illum primogenitum, hoc eſt uel prę omnibus honoratum, ſicut primogeniti in domo præ omnibus honorabantur. Vel primogenitum, id eſt inter mortuos liberũ. Et ponam excelſum illum non ſolum præ tyrannis, ſed etiam præ regibus terræ, id eſt ultra illos oẽs qui regunt illicitos motus in ſe. Et ſeruabo illi in ſuis, miſericordiã meã in ęternũ, quia ſemper eis miſericors ero. Et hoc ideo, quia teſtamentũ meũ, id eſt teſtamẽtum nouũ eſt fidele, non infidele id eſt firmũ & certũ eſt ipſi & ſuis. Ipſi quidẽ ideo, quia & in ipſo meditatum eſt hoc teſtamentũ, & ipſe mediator eſt teſtamenti & ſignator & teſtis, & fidei iuſſor teſtamenti, & hæreditas teſtamenti, & cohæres teſtamenti.

Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen.] Quia teſtamentum meum fidele erit ipſi, ideo ponam ſemen eius ſpiritua le, ſcilicet non carnale, duraturũ in ſeculum ſeculi, id eſt in æternum: & thronũ eius, id eſt illos in quibus eſſe ipſe ſedebit, tãquã in iudiciaria poteſtate ſua. anima enim iuſti ſedes eſt Dei. Illos inquam ponã, ſicut dies cœli, id eſt ita erunt illuminati, ut ſicut dies cœli, quos nulla nox interpolat, ſunt ſine tenebris: ita caueant ſibi ab omnib. uerè dicendis peccatis. Nullus enim ita perfectus eſt, quin interdum in aliquib. labatur uenialib. hos dies cœli nondũ habemus, ſed in futuro cum immortalitate & impaſsibilitate coronabimur, ipſos habebim⁹. Quia nõ plures dies, ſed una tũ tum dies erunt ſios fine, quia ſine nocte: ſed propter tã longum ſpaciũ uocat illam unã diẽ pluraliter dies.

Si autem dereliquerint.] Quaſi diceretur ei: Promittis quidẽ ſemen eius in æternum manſurum, quid autem ſi filij eius peccabunt? Oſtẽdit quod propter hoc etiã promiſsio eius nõ tollatur, dicens ita: Si filij eius dereliquerint legem meam. Et ideo dereliquerint, quia non ambulauerunt in iudicijs meis, id eſt nõ fecerunt quod lex mea iudicat eſſe faciendum, ſed potius econtra: quia profanabunt, id eſt polluent iuſticias meas, loco earum inducendo iniuſticias. Et ſi non cuſtodierint, imò neglexerint mea mandata: ſi inquam hoc & hoc fecerint, non ideo contemnã eos, nõ ideo in perditione relinquam eos, ſed ut medicus uiſitabo iniquitates eorum in uirga, id eſt in paterno flagello, ut corrigam, nõ ut deſtruam. Et determinat quò per

per uirgam, quid per iuiquitates accipiat dicens: Et uiſitabo peccate corũ in uerberibus. Ecce miſericordia Dei non tantum oocantia, ſed etiam flagellantia. Melius.n.eſt corripi & erudiri in flagello patris, quã perire in blendimento prædonis.

Miſericordia autem.] Viſitabo quidem eos in uirga, hoc autem faciens non diſpergem ab eo Dauid.i.ab eo ſemine, imò cõſeruabo in eo miſericordiam meã. Dat ergo diſciplinam, ut non auferet ab eo miſericordiam. Cedat contumaciam, ut reddet hæreditatẽ. hic inquam non diſpergam ab eo miſericordiã, neq; tandem nocebo ei in ueritate mea.i.in iudicio meo, quando ueritas mea manifeſtabitur. Ad hoc enim non diſpergitur miſericordia liberantia.

Neq; profanabo teſtamentum meum.] Q. d. Non diſpergam (inquam) miſericordiam meã ab eo, & hoc modo non profanabo teſtamentum meũ.i.pactom meũ cum ipſo factum. Teſtameotum uero dicere poſſumus uel illud: Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad oos, dicit Dominus, quod alibi dicitur. Vel quod hic dictum aſt ſcilicet, Si peccauerint filij eios, nũ eos perire ſinam, ſed uiſitabo eos in uirga: non profanabo inquam teſtamentum, & quæ procedunt de labijs meis, ſcilicet quod ſemen eius manebit in æternum, non faciã irrita.i.uana, ſed firma & ſtabilie: quia & ſi filij eius incorrigibiliter peccabunt, & non correcti per paternum flagellum peribunt, non tamẽ propter paleas grana: nec propter quoſdam etiam malos boni piſces eijcientur, quia proſpexi iam alios filios, in quibus quæ procedũt de labijs meis complebuntur.

Semel iuraui in ſancto.] Verè procedentia de labijs meis nõ faciam irrita, quia iuraui, id eſt firmiter promiſi Dauid in ſancto meo, id eſt in ſanctitate mea, q; ſemen eios manebit in æternum. Et ſemel iuraui ei, nec expectes ut ſecundo iuret, ſi primo decipiet. Si ergo (q.d.) Dauid mentiar, nulli amplius uerũ dicã.

Et thronus eius.] Verè ſemen eius in æternum manebit, quia & ſecundum interiorem & exteriorem reperabit ad æternitatẽ. Quod ſic dicit ęquipollẽter: Thronus eius, id aſt illi qui ſunt ſedes eius, tandem poſiti in conſpectu meo.i.reparati ad æteroitatem, erunt in anima ſicut ſol.i.ita indeficientes, ſicut ſolis lux eſt indeficiens, & in corpore erunt ſicut luna. Et quia ſolet ſacra ſcriptura per lunã mortalitatis defectũ ſignificare, ideo addit Perfecta in ęteroom. Q.d. Si qua luna eſſet, quæ perfecta eſſet in æternum, reſpectu illius hoc dictum putes: quia erunt ſicut luna. Ecce promittitur nobis utilis reparatio in utroq;, ſcilicet & in anima & in corpore. De hac autem reparatione à multis dubitabatur, nõ quantũ ad animã, de cuius æternitate philoſophi multa dixerant, ſed quantum ad corpus. In quo etiã omnes Iudęi præter ſolos phariſeos errabãt. Vnde cũ Paulus, quia reſurrectionẽ prædicabat, ab alijs Iudæis uerberaretur, clamauit: Ego phariſæus de reſurrectione iudicor, ut ab ipſis phariſæis liberaretur. Et quia multiplex dubitatio de prædicta reparatione futura erat, ideo propheta ad comprobandum quod dixit, ueritatis teſtimoniũ ſubiũgit. Q.d. Dixi reparationem futurã animæ & corporis, & huius rei eſt fidelis in cœlo teſtis, ille ſcilicet qui de morte reſurrexit, aſcendit & ſedet ad dexterã maieſtatis. Et qui reſurgens cicatrices etiã retinuit in ſua carne, ut uulnus dubitationis ſanaret in noſtro corde.

Tu uero repuliſti.] Dicit beatus Auguſtinus, q; quæ de euerſione promiſsionũ hic dici uidentur, de hiſtoriali Dauid accipienda ſunt, cui quantum ad literam, uidebãtur ab ignaris hominibus ita promiſsio facta, ut in carnali ſemini eius eſſet implenda. Et talem occaſſum ad literam in uoce prophetæ facit, Hoc ſeruo tuo Dauid Domine promiſiſti. Econtrario uero feciſti. Vbi ergo promiſsiones tuæ, de quibus paulo ante gaudebamus, de quibus alacriter plaudebamus, de quibus tanquam ſecuri aggratulabamur, quaſi alius pmiſerit, alius euerterit? Tu ipſe uerè promiſiſti, etiã propter humanã dubitationẽ iuraſti, hoc uero feciſti: ubi ergo promiſſum tuum? Exhibe q; iuraſti, redde q; promiſiſti. Sublatũ eſt in iſto Dauid, ne expectetur in iſto Dauid, q; ipſe per ſpiritũ uidit quãdo dixit: Tu uero repuliſti, &c. Poſt hoc aũt ad explanationẽ ſentẽtię dicit: Verè promiſsio facta eſt, ut eſſet certa. Et poſitus erat Dauid cui promitterẽtur hęc omnia in ſemine eius, quod eſt Chriſtus implenda. Sed quia homines ignari putabant ea propter promiſſum in Dauid impleri, ideo deſtruxit ea Deus in Dauid, quæ tamen neceſſe erat impleri: ut cum uiderentur in illo non impleta, quæreretur alius, in quo completa cognoſcerentur. Sicut de duob. illis fratrib. Eſau & Iacob prophetatum fuit, quia maior ſeruiet minori: ſed quia in illis hoc completum nõ fuit, expectandi erãt populi duo, per illos duos ſignificati, in quibus cõpleretur, quod non mendax Deus polliceri dignabatur. Ita & Dauid promiſſum eſt, quod ſemẽ eius in æternum maneret. Et natus eſt ei filius tantæ prudentiæ, tantę potantię, in quo promiſſa Dei completa putarẽtur: ſed cecidit Salomon, & dedit locum ſperando Chriſto. Vt quia Deus falli non poſſet, & in illo non poneret promiſſum ſuum, quem ſciebat caſurum, poſt caſum quæreremus aliũ, ad quem pertineret promiſſum. In hac uero ſententia litera ſic exponitur: Tu Deus qui promiſiſti Dauid, quod ſemen eius in æternum maneret, & cætera prædicta. Econtrario feciſti, quia repuliſti eũ de regno p perſecutionẽ filij eius Abſolonis, Chriſtũ tuum.i.illum unctum: & repellendo deſpexiſti, id eſt deſpectabilem eum feciſti. Et ideo dico repuliſti & deſpexiſti, quia tu diſtuliſti eum ab integritate regni per illã perſecutionẽ. Dicitur.n.q; ante mortẽ Abſalonis rex ſimiliter Iſrael, & ſimilitar in Adõ fuerit unct⁹.

Auertiſti.] Hæc ſequentia dicuntur de ipſo Dauid, quantum ad corpus eius. Sicut enim multitudo credentium corpus Chriſti accipitur: ita carnalis ille populus quaſi corpus Dauid intelligitur. Et eſt dicere: Repuliſti eum in ſe, & etiam auertiſti teſtamentum.i. pactum factum cum illo ſeruo tuo in ſuis. Vbi enim (quaſi dicat) regnum, ubi ſacerdotium, ubi ſacrificiũ, ubi legale inſtitutum? Vtiq; perierunt. Et ſanctuariũ eius, id eſt lucum illum ubi ſancta cuſtodiebantur.i. templum, quod ſolum erat in terra, profanaſti, id eſt profanum & pollutũ fieri permiſiſti. Deſtruxiſti omnes ſepes eius, id eſt prophetas & reges qui erant ad circumdationem & defenſionem illi in ſuis. Et poſuiſti firmamentum formidinem.i.tanta fuit tribulatio illorum defenſorum, ut quiuis formidaret firmare.i. defendere eum. Et ideo diripuerunt eum in ſuis omnes trãſeuntes uiam, hoc uel tẽporaliter regnãtes, uel ueritatem non cognoſcentes, ut iam alibi dictum eſt. Et factus eſt opprobrium uicinis ſuis.i.omnib. gentibus in circuitu ſuo. Et ideo factus eſt opprobrium, quia tu exaltaſti dexteram, id eſt potentiam deprimẽtium eum in tantum, quod lætificaſti omnes inimicos eius per uictoriam de ipſo datam. Et ut exaltaret dexteram deprimentium, auertiſti adiutorium gladij eius, id eſt te ipſum ei ſubtraxiſti, quo adiuuante prius duo fugabant decem milia. Et qui prius egrediebaris cum eo ad bellum, quia tã manifeſtis ſignis cum ipſo agebas, ut præſens eſſe intelligereris, modo non es auxiliatus ei in bello. Deſtruxiſti eum ab emũdatione & exteriori, quia feciſti eum omnibus immũdum uideri, & de mundatione interiori, de qua dictũ eſt: Fide mundans corda. & ſedem eius, id eſt ciuitatẽ illam, in qua prius quieſcebat, & multum delectabatur, colliſiſti, ita ut redigeretur in terram.i. penitus deſtrueretur. Et meritò uict⁹ eſt atq; deſtructus, meritò terrã illam perdidit, pro qua Dominum ſuũ occidit.

Minoraſti dies temporis.] Quia cum ipſi promitterent ſibi diuinum & æternum ſtatum in legalibus inſtitutis, tu citò eis finem impoſuiſti: & perfudiſti eum cõfuſione, id eſt dediſti ei omnimodã confuſioẽ, intus ſcilicet mentis cæcitatã, foris carnis tribulationem.

Digitized by Google

Vſqueq;uo Domine.] Hæc omnia prædicta euenerũt in Dauid, in quo ſtulti homines & ignari putabant Deum ſuum præcepta cõpleturum, ut promiſſa Dei firmius in Chriſto & in regno eius cõpleantur, & ideo ſubdit: Vſquequo Domine auertis. Q.d. Si ſic agendũ erat cum paleis, non ſic agendum eſt cum granis. Vſquequo ergo Domine auertis te à populo illo permittendo illum eſſe auerſum? Fortè non in finem, quia & ſi cæcitas ex parte contigit in Iſrael, ut plenitudo gentium intraret, inde reliquiæ ſaluabuntur. Interim autem (ac ſi dicat) exardeſcit ira tua ſicut ignis, id eſt ita ut quoſdam purget, illos ſcilicet qui cõuertuntur: quoſdam incineret, qui non conuertentur, ſicut materialis ignis quędam incinerat, quædam purgat.

Memorare quæ mea ſubſtantia.] Quaſi dicat: Noli Domine prorſus auerti à populo illo, ſed memorare quę ſit mea ſubſtantia, id eſt quis ſit ille per quẽ ego & alij qui in te credunt, ſubſiſtunt, ut parcas illi populo. Non enim ex toto radix interijt, ſed ueniet ſemen cui promiſſum eſt: quia de populo illo uirgo Maria, de Maria Chriſtus, qui ſubſtantia eſt omnibus credentibus. Huius ergo ſubſtantiæ memorare, quia niſi memor ſis, tunc uanè cõſtituiſti, ut uidebatur, filios hominum. Nunquid autem tu uanè conſtituiſti eos? Vtiq; non, ſed ipſi per ſe in uanitatem abierunt, à qua neceſſe eſt ut reuocentur. Quem ergo mundatorem, quem reuocatorem habebunt, niſi tu reſeruaueris eis aliquem, per quem reuocentur? Quis autem eſt ille? Homo ille, ſcilicet qui mortuus uiuet, & amplius nõ uidebit mortem. Chriſtus enim reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur. Et quia etiam cuique ſancto uiro hoc conuenire poſſet, quia mortuus uiuet in reſurrectione, & deinde nõ uidebit mortẽ: ideo addit, Et quia ipſe eruet propria potentia tua animam de manu inferi, id eſt de poteſtate mortis: hoc enim nulli alij conuenit, niſi ſoli Domino Ieſu Chriſto. & hæc eſt fides noſtra catholica. Quia autem huic fidei diu repugnatum eſt, & contradictum ſanctis prędicatoribus multis moleſtijs & tribulationibus, propheta orans pro contradicentiũ concorporatione, & pro perſecutionis ceſſatione dicit: Domine ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, id eſt ab antiquo promiſſæ ſicut iuraſti, id eſt quas iuraſti Dauid in ueritate tua? Quaſi dicat: Iam Chriſtum mundatorem agnouimus, iam tenemus in quo comples promiſſa: quia ipſe eſt ille qui uiuet, & non uidebit mortem, & qui ipſe eruet animam ſuam de manu inferi: & tamen adhuc tribulamur, & perſecutiones patimur. quia propter te mortificamur tota die.

Memor eſto Domine.] Quaſi dicat: Iam Chriſto ueniente, & in cœlis conſedente, opprobrium tamen adhuc in ipſo patimur: quia obijcitur nobis quòd mortuum adoramus, quod in crucifixum latronem credimus, & ſimilia: & ideo Domine memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum, opprobrij ſcilicet multarum gentium. Gentium quidẽ ut inferentium, ſeruorum uero ut tolerantium. Quod opprobrium ego continui in ſinu meo, & iam occultum præuidi futurum in his qui de ſinu meo naſcituri ſunt. Vel quod continui (pro contenturus) id eſt paſſurus ſum in illis qui non exibunt de ſinu meo, ut ſint immunda manus educta de ſinu: ſed erunt munda manus in ſinum reducta, id eſt in eadem fide mecum permanebunt. Vel quod continui (pro continebo) in poſteris meis per fidem in ſinu meo, id eſt apud me, quia non auſus ero repellere opprobrium illud contradicendo, ſed tacendo ipſum apud me occultabo. Quandiu enim Eccleſia in perſecutione & tribulatione manſit, & crimen fuit eſſe Chriſtianum, ſicut & nunc eſt eſſe paganum: tandiu fidelibus liberè mali inſultabant & exprobrabant, quia quod contradicerent nõ inueniebant. Gratia autem Deo, quòd iam nullus Eccleſiæ inſultat, aut ſi aliquis inſultat, non publicè inſultat: & mala quæ loquitur, magis timet audiri, quam uelit credi.

Memor eſto dupliciter accipitur, ſcilicet ut uel ita ſit memor, ut ipſi exprobrantes conuerſi idem opprobrium patiantur ab alijs, quod modo inferunt ſeruis Dei. Vel ita ſit memor, ut propter hoc temporale opprobrium dentur in opprobrium æternarũ pœnarũ.

Quod exprobrauerunt.] Oſtendit quo modo dixerint illud opprobrium eſſe multarum gentium, ſcilicet exprobrantium non exprobratarum. Quia inimici tui de gentibus Domine, hoc opprobrium exprobrauerunt, ipſi dico exprobrantes commutationem ſeruis tuis, commutationem Chriſti tui. Quod, id eſt quam rem maximè exprobrauerunt. Mortem Chriſti honeſto nomine uocat cõmutationem: & meritò, quia ibi uerè fuit commutatio, id eſt in melius mutatio de mortalitate ad æternitatem, & de corruptione ad incorruptionem, de ignominia ad gloriam, de morte ad uitam. Pro qua commutatione inquam ſpes tanta data eſt nobis, benedictus ſit in æternum Dominus, qui ſcilicet ſanguine ſuo gratis nos fecit ſaluos: errantes quæſiuit, inuenit, redemit: à dominatu & poteſtate diaboli nos liberauit, & de regno tenebrarum in regnum lucis nos tranſtulit. Fiat ei benedictio in illis, fiat & in iſtis. Poſſunt ab eo loco ubi digreſsionem ad hiſtorialem Dauid fecimus, ferè quæcunq; ſequũtur aliter legi, ut ſic in ſuperioribus in uero tantum Dauid perſiſtamus, iuxta quod prior prolixa continuatio ſic adbreuiabitur: Hæc quidẽ Domine promiſiſti, aliter uero feciſti: quia tu repuliſti, id eſt repulſum à te uideri permiſiſti, cum flagellaretur & crucifigeretur, Chriſtum tuum. Et deſpexiſti, id eſt deſpectabilẽ eum uideri feciſti, cum conſpueretur, cum ſpinis coronaretur. Et diſtuliſti, id eſt dilatum eum eſſe, quantum ad corpus, diu permiſiſti. Quaſi enim ſterilis & uidua ſponſa Chriſti Eccleſia de gentibus in morte eius remanſit, ad quam poſtea fratres eius, Apoſtoli ſcilicet accedentes ſuſcitauerunt ſemen fratri mortuo: & ſic tandem Chriſtus qui prius, quantum ad mẽbra dilatus, eſt perfectus.

* * * *

Auertiſti teſtamentum.] Diſtuliſti inquam Chriſtum, & hoc modo uiſus es euertiſſe teſtamentum ſerui tui, id eſt promiſsionem quam feceras illi ſeruo tuo, ſcilicet quòd ſemẽ eius in ęternum maneret. Profanaſti, id eſt pollutos uideri permiſiſti illos qui erãt ſacrariũ eius, id eſt ſecundum habitaculum eius in terra, ſicut ſanctos Apoſtolos & alios ſuperiores, qui peripſima omnium facti ſunt, & ſpectaculum angelis & hominibus. Deſtruxiſti etiam, id eſt deſtrui permiſiſti omnes ſepes eius. Per ſepes minores accipe, tales tamen qui protectioni alijs minoribus eſſent. Et tanta fuit tribulatio, quòd poſuiſti firmamentum eius formidinem, ut prius. Diripuerunt, id eſt dilacerauerunt eum exterius omnes tranſeuntes uiam, ut prius. Et factus eſt opprobriũ uicinis ſuis, id eſt perſecutoribus, quia tu exaltaſti dexteram deprimentium eum, permittẽdo eum ſuperari exterius in ſuis, in tãtum quòd lætificaſti omnes inimicos eius. Auertiſti adiutorium prædicationis eius, ſcilicet ut unde debuit habere adiutorium, potius eſſet ei nocumentum. Et non eſt auxiliatus ei in bello, id eſt in prędicando. Deſtruxiſti eum à mundatione exteriori, ut omnibus immundus in ſuis uideretur. & ſedẽ eius, id eſt quoſdam in quibus ipſe ſedebat, per fidem colliſiſti, id eſt frangi & deorſum cari permiſiſti, ita quod humiliarentur in terram, id eſt in terrena penitus relaberentur. Minoraſti etiam dies temporis eius in quibuſdam, nõ quod uerè dies minorarentur: quia dictum eſt, Conſtituiſti terminos eius, quos præterire non poterunt: ſed quia eum per tribulationes auferebantur, uidebantur ſubditis eorum, quibus neceſſarij erãt ad inſtructionem: uel etiã ad neceſsitatem, quod ante tempus tollerentur. Et ſic perfodiſti eum confuſione interius quidem dolore fraternæ deuotionis, exterius uero labore tribulationis.

Vſque-

Digitized by Google

Vſquequo Domine.] Diſtuliſti in quo Chriſtum tuũ. Vſquequo autem Domine auertis te ab eo differendo eum, quod non facis aliarum ouium concorporationem? Auertis in finem? Fortè non in finem. Et hæc ira tua, quod deſtruis eum & perfundis confuſione, exardeſcet ſicut ignis incinerans, an ſicut ignis purgãs? Vtiq; ſicut purgans. Attende autẽ, quòd uſq; quo tã in hoc loco, quã in omnibus alijs locis ſimilib. eſt uerbũ non indignantis impatientię, ſed orantis iuſtitiæ.

Memorare quæ mea ſubſtantia.] Ne auertas Domine, ſed memorare quam ſit mea ſubſtantia, id eſt quàm condignum ſit illi, per quam ego ſubſiſto. Non enim decet, tantum caput paruum corpus habere. Memorare dico, quia ſi non memoreris, uanè conſtituiſti omnes filios hominum, ut prius. Vt autem uanè non conſtituas filios hominum, memorare quis ſit homo, id eſt quid ſit condignũ illi homini, qui mortuus uiuet, & non uidebit mortem, ut ſupradictum eſt. Vbi, id eſt in quo homine ſunt cõplendæ miſericordiæ tuæ Domine, ſicut iuraſti Dauid in ueritate tua. Quæ ſequuntur non mutantur.

IN PSALMVM LXXXIX.
ARGVMENTVM.

SOlutio captiuitatis à Domino poſtulatur, ubi tã efficax ſupplicatio funditur, ut Moyſi eſſe uideatur. uox Apoſtolorum ad patrem.

ORATIO MOYSI HOminis Dei.

EXPLANATIO.

NOn eſt dubitandum talia nomina titulis adhiberi, quæ textum pſalmorum interpretatione ſua dilucident. Vnde meritò ut oſtendat, huius ſupplicationis efficaciam Moyſi nomen adponitur, qui frequenter orando Dominum placauit iratum, qui etiam miniſter teſtamenti ueteris & noui propheta extitit. Et quia utraq; pſalmus iſte coniunxit, eius nomine titulatur. Quod & ipſum duplici ſacramento præfulget. Moyſes quippe interpretatur adſumptus, eo quòd de aquis à filia Pharaonis fuerit elatus, quod propter mare rubrum: Iſraelitas propter baptiſma, ſignificat Chriſtianos. Aliter quia pſalmiſta æternum ante ſecula Deum mundi factorem & gubernatorem, humanumq; genus propter peccata mortis obnoxium erat, dicturus: quæ utiq; omnia Moyſe narrante didicerat: non immeritò quæ ab ipſo cognouerat, ipſius nomini conſecrauit. Moyſes in prima ſectione inchoat à laude iudicis, beneficia eius breuiter, poteſtatemq; commemorans. Deinde infirmitati noſtræ, quam & ipſe multis modis oſtendit, poſtulat ſubueniri. Tertio rogat aduentum Saluatoris ocyus apparere, quem ſciebat humano generi profuturum præſtare.

COMMENTARIVS.

DOmine refugium.] Pſalmus iſte intitulatur, Oratio Moyſi hominis Dei: non q; à Moyſe ſit conſcriptus, ſed alicuius ſignificationis gratia tanti meriti ſerui Dei nomen appoſitum eſt, quo dirigatur legentis uel audientis intentio. Per hunc hominem ſuum dedit Dominus legem populo ſuo, per hunc hominem populum ſuum de Aegypto liberauit, & per deſertum traduxit, & ſic factus eſt miniſter ueteris teſtamẽti, & propheta noui. Secundũ hanc ergo diſpenſationem, quæ per Moyſen facta eſt, pſalmus iſte inſpiciẽdus eſt, qui de eius oratione titulum accepit. Et quia continetur in hoc pſalmo uita uetus & noua uita mortalis, uita uitalis anni qui pro nihilo habendi ſunt, anni pleni miſericordiæ, ueręq; lætitię, peccatum & pœna primi, regnum & gratia ſecundi: ideo adhibitum eſt nomẽ hominis Dei, quia per illud uetus teſtamentum, q; ipſe miniſtrauit, cuius præmia erant terrenę promiſsiones ſub uelamine & ſub tegumentis & figuris quibuſdam ſumma & æterna bona nouæ uitę promittebantur. & ideo cum ad Chriſtum uenitur, uelamẽ quod habebat Moyſes in facie, aufertur: quia neceſſe eſt ut recedente umbra ueritas appareat. Oratio autem Moyſi ideo intitulatur, quia illi homini ualde familiare fuit orare, & oratione ſua populo illi placatũ Deum facere: & per hoc nos admonet, ut & nos aſsiduis deprecationib. & orationibus Deũ nobis placatum faciamus, & hoc non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. Quod per hoc notatur, quia non dixit ſerui Dei, ſed hominis Dei. Et poteſt eſſe uox uel prophetæ uel ipſius Moyſi exhortantis nos, ut eorum quæ retro ſunt obliuiſcamur, & in ea quæ ante ſunt extendamur, & ita dicit: Domine cum tu ſis factor omnium, factus es pro nobis. Verbum enim caro factum eſt, & habitauit in nobis. & factus es nobis refugium, id eſt turris fortitudinis, ut iam ſupradictũ eſt. Et hoc à generatione priori in generationem iſtam. hoc ideo adponit, quia nõ defuerunt etiã in illa generatione habentes fidem, quæ poſtea reuelata eſt.

Prius quam montes.] Q. d. Dico quia factus es, ſed tamen ante omnem facturam es: quia priuſquam fierent mõtes, aut formaretur terra, id eſt es ante omnẽ rationabilem creaturã: & ſi ante rationabilem, cõſtat multo magis ante irrationabilem. Per montes deſignatur celſitudo ſuper cœleſtis rationabilis creaturæ, per orbem uero terræ inferior rationabilis creatura. Et eſt dicere: Tu es priuſquam montes, id eſt ſupernę rationabiles creaturæ fierent, & priuſquam formaretur, id eſt in quiddam dignum proueheretur terra: & ita dico formaretur, ut eſſet orbis, id eſt perfecta. hoc eſt antequam fieret ex terra homo decus terræ, ut eſſet in terra qui te agnoſceret & te laudaret. Et uerè tu es ante iſta, quia es à ſeculo & uſq; in ſeculũ, id eſt ab æterno uſq; in æternum, quia ab ante mundũ & poſt mundum. Seculum quoq; propter gręcum uerbum ambiguum quidam interpretum, ut beatus Auguſtinus dicit, pro æterno poſuerunt. Tu es dicit ad notãdam incommutabilitatem diuinæ eſſentiæ, non conuenit, neq; fuit neq; erit, ſed ſolum eſt. & reddit cauſam quare dicit es, ideo ſcilicet quia Deus.

Ne auertas hominem in humilitatem.] Sanctus uir iſte timens ne inter tot tribulationes, tentationes & moleſtias corporales huius ſeculi, quas experimento cognouerat, miſer homo deficeret ab illo ſuo refugio, ſic orat & dicit: Domine refugium noſtrum ne auertas, id eſt ne auerti ſinas à ſummis & ęternis bonis hominem in humilitatem, id eſt ut hęc infima & ima & carnalia appetat & concupiſcat. & ideo dico ne auertas, quia tu hoc dixiſti, id eſt præcepiſti dicens: Cõuertimini filij hominum ad me. Quaſi dicat: Da Domine quod iuſsiſti, petentis precem exaudiendo, uolentis fidem adiuuãdo: quia ſine tuo auxilio per arbitrij uoluntatẽ huius uitæ tentationes nõ poſſumus ſuperare.

Quoniam mille anni.] Meritò ab his labentib. & tranſitorijs debemus auerti, & ad æterna & ſtabilia, ſicut tu Domine iuſsiſti, conuerti: quia hęc præſentia quãtumcunq; ſint prolixa, nec unius momenti ſunt ad illa collata. hoc ęquipollenter posuit cum dicit, Quoniã mille anni, id eſt prolixitas noſtræ uitæ quantacunq; ſit, eſt reputanda ad eam quæ erit nobis erit in hoc ante tuos oculos, tanquam dies nõ præſens uel futura, ſed tanquam dies heſterna, quæ præterijt, id eſt quæ non eſt. Quæcunq; enim fine temporis clauduntur, inter illa quæ non ſunt, reputanda ſunt.

Et tanquam cuſtodia in nocte.] Cuſtodia in nocte longe breuior eſt die, q; quatuor ſunt cuſtodiæ noctis, quarum queq; conſtat tribus horis tãtum. Nec ſine cauſa

hoc apponit. Cuſtodia.ſ.noſtra in ignorantia eſt & ti more: ſic & uita noſtra & in ignorantia ueritatis eſt, & in timore.ſcilicet, ut qui ſtat,uideat ne cadat. Sequit.

Quæ pro nihilo habentur.] Exponit ærumnam noſtræ mortalitatis, pariter oſtendando conditioné fœlicitatis ueteris teſtamenti, quæ temporalis eſt,ut tanto ardentiori ſtudio ab his infimis auertamur,& ad illa ſumma conuertamur. Q.d.Ideo Dñe precor ne auertas hominem in humilitatem,quia anni eorum, id eſt auarorum erunt qui pro nihilo habentur, id eſt erunt cõparabiles rebus illis,quæ pro ſua nihili penduntur,id eſt reputabuntur anni eorum tanquam non ſint.ſicut & uerum eſt: quia & cum adhuc non uenerunt,nondum ſunt: & poſtquam etiã uenerunt, non ſunt.quia non ad hoc ueniunt ut ſint,ſed ut non ſint.

Mane ſicut herba,mane.] Expoſita noſtræ mortalitatis ærumna, quia attẽdit contigiſſe nobis hoc ex iuſta ira Dei,aggratulatur diuinæ ſententiæ. Q.d.Ita fiat Domine,quoniam promeruimus. Tranſeat mane noſtrũ, id eſt pueritia noſtra ſicut herba, quę hodie eſt,& cras in clibanum mittitur. Mane etiã noſtrum floreat, id eſt flos iuuentutis in nobis fiat,& ſtatim tranſeat. Decidat in ueſpere, id eſt in illam ætatem, ubi iã incipiat declinare. Induret deinde in grauem ſenectutem, & tandem areſcat in decrepitam ætatem. Vel decidat in ueſpere,id eſt mortem,induret in cadauere,areſcat in puluere. Poſt hominem enim cadauer, poſt cadauer uermis,poſt uermem cinis. Et meritò hoc dico, quia nos commeruimus. Nam in ira tua Domine,quã promeruit parens primus defecimus, & non ſolum defecimus,ſed etiam turbati ſumus. Defecimus quidem ex infirmitate,turbati uero ſumus mortis timore. Infirmi enim ſumus, & tamen infirmitatem noſtrã finire trepidamus, Iram & furorem pro eodem accipit.

Poſuiſti iniquitates noſtras.] Quia iã grauiter nos mulctaſti,apparet quia poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, id eſt nõ neglexiſti, ſed perfectè aduertiſti malum quod facimus, & quod dixit iniquitates,uocat ſeculum dicens: Poſuiſti ſeculum noſtrum ,id eſt malum noſtrum opus, quod nos fecimus in Adam in illuminatione uultus tui, id eſt uultuoſitatis tuæ, id eſt non occultum habuit, ſed clarè peccatũ noſtrũ, quod nos fecimus in Adã uultuoſitas tua proſpexit.

Quoniam omnes dies noſtri.] Verè poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo , quia defecerũt omnes dies noſtri, quos nos fecimus noſtros. uel quia nos uana & tranſitoria intẽdentes,defecimus uel quia ipſi dies ad paucitatem redacti ſunt. Vnde alibi: Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos. Et in ira tua defecimus, ſicut prius.

Anni noſtri.] Verè defecimus in ira,quia anni noſtri meditabuntur:non quod anni meditantur,ſed nos in ipſis annis meditamur. uel ita nos defecimus, & tamen nos miſeri defectum hunc nõ attendimus: quia meditamur ſicut aranea, id eſt in corruptibilib. laboramus, & uana & inutilia contexImus uelut araneæ. Et dies annorum noſtrorũ , id eſt nos in ſingulis etiã diebus noſtris meditamur ſicut araneæ.

In ipſis uero dies noſtri ſeptuaginta anni.] Videtur exponere breuitatem huius uitæ & humanę miſeriæ:quia qui hoc tempore ſeptuagenarij ſunt,longæui dicuntur. Si autem in potentatibus agantur,id eſt ſi ad uires aſpiciamus, erũt octoginta anni,quouſq; ad octoginta annos permanet homo in robore ſuo. Amplius autem , id eſt quicquid ultra octoginta annos eſt, humanæ uitæ nihil eſt niſi labor & dolor,id eſt ſenectus curua & tremula,ſemper tendens ad interitum. Nec eſt contrarium iſtud ſententiæ , quod in Macrobio in generatiõe hominis dicit,quod homo in uiribus creſcit uſque ad ſexaginta annos. In ſexageſimo uero anno incipiunt e minui uires , & ſic ſemper decreſcunt in uiribus uſque ad ſexaginta annos ad finem uitæ.non eſt inquam contrarium, quanquam uideatur contrarium. Hic enim dicere uidetur, quod in octogeſimo anno robuſtior fit homo , & maximas uires habeat. Ille uero dicit apertè,quod in ſexageſimo anno maximas uires habeat homo , & quod deinde minuantur & decreſcant : ſed non tamen decreſcunt ei uitæ in illis uiginti annis,ut poſſint uideri diminutę, & ita propheta & autor ille diligenter conſideranti non uidentur diſſentire,hoc ad literam. Sed quia uidimus multos infra ſeptuaginta annos miſerrima ſenectute confectos & conſtitutos, ultra octoginta annos multos in uirili robore, melius eſt ad ſenſum allegoricum, ubi nunquã fallimur,referatur.Septuaginta & octoginta anni ſicut ferantur, ſunt centum quinquaginta. Sciandum autem, quia tres ſunt unitates. Prima unitas eſt ipſa unitas: decem, eſt ſecunda unitas:centum uero,tertia unitas. Cum ergo in cẽtum quinquaginta, quindecies decem ſunt, erunt ibi quindecim unitates ſecundæ. Quod autem ualet in myſterio centum quinquaginta , idem ualet quindecim in hoc loco : quoniam quindecim conſtat ex ſeptem & octo,& ſeptem idem ualet in hoc loco in myſterio quod ſeptuaginta & ſeptem quod octoginta. Conſideremus ergo qualiter ſeptẽ & octo ſe habeant ad uetus teſtamentum & ad nouum. Septem enim pertinet ad uetus teſtamentum,uel propter obſeruãtiam ſabbathi, quam ſeptima die fieri præcipiebat. uel quia promittebat hæc terrena & temporalia bona,quæ ſeptenario numero dierum uoluuntur. Vel quia carnalis ille populus , cui talia promittebat , ſeptuaginta annis in captiuitate detentus eſt.Octo uero refertur ad nouum teſtamentum , uel propter reſurrectionem Domini , quæ octaua die mane facta eſt, per quam nos reparati ſumus ad æternitatẽ. uel propterea,quia ſex ætates huius ſeculi ſunt. Septima dormientium , id eſt illorum qui adhuc expectant communem reſurrectionem : octaua uero reſurgentium, quando nouiſſima mors deſtruatur , & quando duplici ſtola ueſtiamur, ſcilicet in anima & in corpore. Octoginta quoque ad nos pertinet , quia ſicut carnalis ille populus in octogeſimo anno primo in octauo denario de captiuitate reuerſus eſt in patriam : ita & nos tranſactis ſex ætatibus ſeculi , & ſeptima dormientium in octaua reſurgentium repatriabimus, id eſt de captiuitate huius uitæ , in qua ſeptuaginta annis detinemur, eo quòd hæc uita ſeptenario numero dierum uoluitur,reuertemur ad patriam,ubi in æternum manebimus. Litera ſic exponitur. Quaſi dicat: Ideo dico anni noſtri meditabũtur ſicut aranea , quia in ipſis annis noſtris ſi nõ in potentatibus, id eſt ſi nõ ui rationis & ueri intellectus agantur, erunt ſeptuaginta anni , id eſt erit ſolum ſtudium temporalium rerum,quod eſt inane & breue & uacuum comparatione ſtudij cœleſtis patriæ. Quæ temporales res in ueteri teſtamento , ad quod ſeptem & ſeptuaginta referri prædiximus , illis prauè intelligentibus, & ſcripturã depravantibus promittebantur. quas quandiu omni animi deſiderio appetamus,id eſt in captiuitate erimus ad quam ſeptuaginta ſuperius referri diximus. Sicut etiam Iſraeliticus populus captiuatus in Babylonia ſeptuaginta annis in captiuitate tenebatur. Et ſicut ille in octauo denario ad patriam reuerſus eſt, ita & nos ſi terrena non appetamus, ſed in labore cœleſtis ſtudij ſemper morabimur,in octaua ætate repatriabimus. Et hoc eſt quod dicit: Si autem in potentatibus , & cum ui rationis agantur anni noſtri, ſcilicet ut promiſsionibus terrenis omiſsis cœleſtia appetamus : tunc erunt in annis noſtris octoginta anni, id eſt ſtudium reparandæ æternitatis & immortalitatis,quæ nobis data eſt in ſpe in Dominica reſurrectione, & ſtudium reparandæ hæreditatis, & reparandæ patriæ.id eſt ſtudium redeundi ad patriã,& uerè ſabbatizandi in octauo die.

Et amplius eorum labor & dolor.] Quaſi dicat : Si quis ſupra hoc ſtudium addere uelit aliud , illi erit labor & dolor. Multi enim poſt quam fidem perceperũt, & in baptiſ-

Digitized by Google

baptiſmate terrenis abrenunciare, & de reparanda æternitate ſatagere promiſerunt, relabuntur ad ſtudiũ terrenorum. Et his talibus & hic labor eſt in acquirẽdo, & tamen erit dolor, cum in tenebras exteriores eijcientur.

Quoniam ſuperuenit.] Oſtendit quomodo dolor erit, ita ſcilicet, quoniã mãſuetudo, id eſt ille qui prius intantum manſuetus apparuit, ut etiã ipſa manſuetudo poſsit dici, ſuperueniet terribilis, & tũc corripiemur non ad fructum, ſed ad damnum, tunc enim potentia erit, ſed infructuoſa. Nota q; dicit Superuenit, quaſi ad opprimendũ & ad conterendũ. Vnde alibi: Super quem uero lapis ceciderit, conteret eum. uel aliter: Et amplius eorum labor & dolor: ut in bonum accipiatur. Nullus.n. uir tã ſanctus, nec ſuperno ſtudio adeò alligatus, quin aliquãdo cura neceſſariorũ ad uictum & ad ueſtitũ moueatur. Et pro his eſt illi labor & dolor. Grauis.n. labor uidetur ei quærere, & maximè dolet, quia cogitur quærere. Vnde etiã Apoſtolus ait: Nã & nos primitias ſpiritus habẽtes, & ipſi inter nos gemimus in adoptionẽ filiorum Dei, expectãtes redemptionẽ corporis noſtri. Et quaſi aliquis dicat: Quãdoquidẽ labor eſt & dolor, cur ergo Deus ſanctos uiros permittit talia pati? Ad hoc reſpondit. Ideo ſcilicet, q; ſi corripiemur, emendabimur ut ſuperueniat nobis manſuetudo, id eſt ut ſimus mãſueta animalia, & Domino obediẽtia. Quem enim Dominus diligit, corripit. Flagellat omnem filium quem recipit, quia etiam quibuſdã magnis dat ſtimulũ carnis, quo colaphizentur, ne in magnitudinẽ reuelationis extollantur. hoc eſt quod dicit: Superuenit immanſuetudo. Et eſt ordo præpoſterarus.

Quis nouit poteſtatem.] Ad utrumq; ſententia hoc uno modo cõtinuatur: Verè corripiemur ſiue mali ad malum, ſiue boni ad bonum. Quia tu Dñe potentior es nos corrigere, quam alicui contingat ſcire. Nam quis nouit potentiam iræ tuæ, id eſt quis nouit potentem irã tuam, qua & tandem uindicabis in malos, & nunc corrigis bonos? Q. d. Valde paucorũ eſt noſſe poteſtatem iræ tuæ: quia pleriſq; malis cũ parcis iraſceris, ut non ad irã, ſed potius ad manſuetudinẽ tuam pertinere uideat. labor & dolor quo corripis & erudis, quos diligis, ne pœnis crucientur æternis. Et quis nouit dinumerare. i. diſcernere irã tuam in bonis & in malis præ timore tuo. i. ad hoc ut timorẽ tuũ præ, id eſt ante ſe habeat, & ſemper te extimeſcat? Q. d. Quã difficulter inuenitur qui nouerit præ timore irã tuã dinumerare, ita ut etiã hoc addat, & ad eam pertinere intelligat, q; nõnullis quib. magis iraſceris, parcere uidearis: ut proſperetur peccator in uita ſua, & in futuro maiora percipiat. A paucis. p. eruditis maior ira Dei intelligitur uana & ſeductoria, fælicitas impiorum. Et pauci ad diſcunt præ timore Dei irã eius dinumerare, & proſperitatẽ eius numero applicare pœnarũ. Quod eſt dicere: Pauci ſciũt diſcernere irã Dei hoc modo, ut intelligant q; quãto plus impius proſperatur, tãto plus ei Deus iraſcit. & quãto plus in hac uita flagellãdo acriter puniẽdo Deus pijs iraſcitur, tãto plus ei parcitur.

Dexteram tuam.] Q. d. Pauci quidẽ Dñe noſcunt poteſtatẽ uel iræ tuæ, uel dinumerare iram tuã: tu autem Dñe fac nobis dexterã tuam notam, ſic ſcilicet ut nos ſciamus præ timore tuo irã tuã dinumerare. Notã inquã fac dexterã tuam. i. mitte quẽ miſſurus es, & notifica nobis Chriſtum tuũ, dexteram tuã, & brachium tuũ, ut in eo diſcant homines nõ pro magno expetere uel accipere ea bona, quæ in ueteri teſtamento demõſtrantur, ſed quæ in nouo reuelantur. & reuera factũ eſt ſecũdũ orationẽ huius hominis Dei, quia & in paſſione filij ſui & in cõtemptu huius ſeculi, quẽ habuit & docuit, demõſtrauit Deus pater fidelib. ſuis hæc terrena nõ eſſe appetenda, ſed magis cœleſtia. Vel aliter, ut per dexterã accipiatur Dei potentia, & ita dicatur: Vt autẽ ſciamus in potentatibus agere dies & annos noſtros, notam fac nobis dexteram, id eſt potentiam tuam, ut ſic tranſeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Vel potius ita dicatur: Notam fac nobis dexteram. i. potentiam tuã, ut intelligamus q; flagellando & nõ parcendo emendatos ponis ad dexteram, & q; parcendo dum proſperatur impius in uia ſua, damnatus ſtatuis ad ſiniſtrã. Notam fac dico ſic, ſcilicet ut dinumeremus iram tuam. Sequitur.

Et eruditos corde in ſapientia tua.] Hoc eſt, non tantũ facias nobis notã dexterã, ſed etiã ut imitemur eos, fac nobis notos eruditos corde, ut in carnis prudẽtia, quæ mors eſt, ſed in uera ſapientia. Eruditi corde in ſapiẽtia illi dicuntur, quib. dictum eſt, Inijce pedem tuũ in cõpedes eius. pedẽ cordis dicit, nõ pedem corporis. Illi.n. aureis cõpedibus eius illigati, quid aliud fecerũt, quam q; terrenas promiſsiones cõtempſerunt, & deſideratis æternis per paſsiones ſuas, teſtimonium præbuerunt? Vnde etiã teſtes dicti ſunt, quia martyr græcè, teſtis eſt latinè. Vel ita nemo eruditus corde, nemo ſapientes exiſtimet, niſi illos quos attingit præ oculis cordis ſemper habere miſeriã ſuam ex iuſta tua animaduerſione, ut ex eo perpendant quãta ſit in ſubueniendo dextera tua, cui nullum ingratũ eſſe oporteat. hinc Apoſtolus ait: Scire etiam ſupereminẽtem ſcientiæ charitatẽ Chriſti, qui miſericordiã fecit illis quib. ita tãta impẽditur. Illis Chriſtũ tuũ ſic notũ fac, ut in eo diſcant non timere eos qui occidunt corpus.

Cõuertere Domine.] Dixit dexterã tuam notã fac, & eruditos corde. Neceſſe.n. eſt ut quiſquis uerè noſcit Chriſti imitatores, & attẽdit dexterã Dei, multas patiatur tribulationes & perſecutiões. omnes.n. qui piè in Chriſto uolunt uiuere, neceſſe eſt ut perſecutiones patiãtur. & itẽ: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Quod iſte homo Dei qui hic loquitur attẽdens, timens ne nos inter tot tribulationes & moleſtias corporales deficeremus, & tentationib. uarijs nobis illatis uicti deficeremus, & ab eo qui noſter refugium eſt auerteremur: cõpaſſus noſtræ infirmitati, ſicut multotiẽs cõpaſſus eſt, ſic orat & dicit, Dñe qui prius conuerſus à nobis auertiſti nos, cõuertere. i. eſto cõuerſus ad nos, notificando te nobis. Vel ut ne permittas nos amplius auerti à te, conuertere dico uſquequo opus eſt. i. uſq; ad illum modũ cõuerſionis, q; nobis neceſſarius eſt, ſcilicet ut nõ permittas tribulari, niſi quantum potentius pati. i. nobis tribulationẽ in menſurã & pro uirib. noſtris. Neq;.n. Deus plus aliquẽ tribulari permittit, quã ipſe ferre poſsit. Sicut Apoſtolus ait: Fidelis Deus qui nõ patitur, &c. ſed dabit etiã cum tentatione prouentũ, ut poſsitis ſuſtinere. Cõuertere inquã Dñe, & qui pri^s fuiſti inexorabilis ſup illos qui ſe fecerũt liberos ſuos, ſis deprecabilis. i. exorabilis ſuper illos qui ſe faciunt ſeruos tuos in oib. tibi obediẽtib. & de ſe nihil præſumẽtes.

Repleti ſumus mane.] Verè conuerteris & deprecabilis eris, quia ita certũ eſt replebimur, ut poſsimus dicere, quia iam repleti ſumus mane, id eſt in reſurrectione, quando nouiſsima mors deſtruetur, & erit tantũ mane, id eſt dies ſine nocte, quia ſine fine. Tunc inquã replebimur miſericordia tua, id eſt duplicem ſtolam recipiemus, quæ nõ dabitur nobis ex noſtris meritis, quanquam multa patiemur in hoc ſeculo: quia non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ſed dabitur nobis ſola miſericordia tua. Vel mane. i. trãſacta infidelitatis nocte, replebimur in hac uita tua miſericordia, qua uocas, qua peccata condonas, qua iuſtificas. uel mane. i. trãſacta perſecutionis nocte replebimur tua miſericordia & hic & tãdẽ. Et tũc ſcilicet, qñ replebimur miſericordia tua lætificabimur exterius, & delectabimur interi^s: poſiti in dieb. noſtris. i. in æternitate, ubi oẽs dies noſtri erũt: quia tãtũ proficiem^s, & nũquã deficiemus. In hac.n. uita nõ omnes dies poſſunt eſſe noſtri, quia ſæpius etiam deficiemus quã proficiemus.

Lætati ſumus.] Verè replebimur tua miſericordia, quia læti ſumus, id eſt lætabimur in futuro, pro qui-

bus diebus nos humiliaſti, id eſt homiliari & flagellari permiſiſti: & pro annis quibus uidimus, id eſt paſsi ſumus mala. Lætabimur in æternum, ac ſi dicat: Pro hac temporali triſtitia recompenſabitur nobis ſempiterna lætitia. Et ut lætemur in diebus noſtris, tu Domine qui prius deſpexiſti nos libertos noſtros, reſpice in nos nūc factos ſeruos tuos. uel ſic, Reſpice in ſeruos, ut ſint conformes filij tui. Et ut meioram beneuolentiam comparet, dicit: Reſpice in opera tua, nō ſua, id eſt in illos qui hoc quod ſunt, opus tuū ſunt: quia tu creaſti eos, & recreaſti. Et ita dico reſpice, dirige filios, id eſt opera eorum. Illius enim opera diriguntur, quia complanat uoluntatem ſuam uoluntati Dei, qui de ſe nō præſumit, & cuius ſpiritus eſt creditus cum Deo: quia nihil boni putat ſe facere ſine cooperante ſpiritu Dei. uel dirige filios, id eſt imitatores eorū dirige ſemper in melius, ut non ſint diſtorti corde.

Et ſit ſplendor.] Et ut dirigātur filij, id eſt noſtra opera, ſit ſplendor Domini ſuper nos, id eſt uultus Domini, qui prius fuit nobis obſcuratus, illuminetur in ſuperiori noſtro, id eſt appareat in nobis imago Dei. uel ſplendor Dei, id eſt multiformis gratia ſpiritus ſancti, illuminet mentem noſtram. Et ut ſplendor ſit ſuper nos ô Domine, dirige opera manuum noſtrarū, & noſtra bona opera, ſcilicet ut infra nos diſtorquantur, ſed ut ſuper nos dirigantur. Illorum opera infra ipſos diſtorquentur, ſed ut ſuper nos dirigātur, qui quod boni faciunt, agunt pro mercede terrenorū: ueluti carnalis populus ille cui factæ ſunt promiſsiones terrenæ. Tunc autem ſuper nos opera noſtra diriguntur, quando bene operemur pro mercede cœleſtium.

Et opus manuum.] Dicit beatus Auguſtinus & Hieronymus, quod iſtud in quibuſdam tranſlationibus non inuenitur. Et quod aſteriſco uel obelo ſignetur, ſi inueniatur. Sed tamen poteſt ita continuari. Q. d. Ita dico dirigas opera, ut illa omnia fiant unum opus, id eſt cum charitate fiant, & ad unum finem charitatis tendant. Opera enim quæ ſine charitate fiunt, nihil proſunt, ut Apoſtolus ait: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Si autem fiant in charitate & ſi multa ſint in opere, unum tamen ſunt in fine. Finis enim præcepti charitas eſt ex corde puro & conſcientia bona & fide nō ficta, ſed uera.

IN PSALMVM XC. ARGVMENTVM.

PRo uictoria Ezechiæ de Aſsyriis cantatur. Aliter legendum ad Euangeliū Marci, ubi tentatur Chriſtus. Vox Eccleſiæ ad Dominū.

LAVS CANTICI DAVID.

EXPLANATIO.

LAus cantici diuina laudatio, David ipſe Propheta debet intelligi. hunc hymnum dæmonibus pia confidentia ſemper opponimus, ut à nobis potius inde uincantur, unde contra creatorem ſuum doloſe aliqua tentarunt. In prima parte pſalmiſta profitetur omnem fideliſsimum diuina protectione uallari. Secunda laudem Chriſto decantat. Tertia uerba ſunt patris ad omnem fidelem, quem in ſe deuotiſsimè ſperare cognoſcit, & in mūdo iſta defenſionem, & in futuro illi præmia compromittens.

COMMENTARIVS.

QVi habitat in adiutorio.] Laus cantici David. Iſte pſalmus eſt de quo Dominum noſtrū, id eſt Chriſtum diabolus auſus eſt tentare. Audeamus ergo ut inſtructi poſsimus reſiſtere tentatori non in nobis præſumentes, ſed in eo qui prior tētatus eſt, ne nos in tētatione uinceremur. Et attendamus quod ipſe uoluit nos ſe imitari in ſua humilitate, non in maieſtate. quia dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Et ſi aliquando tentator ipſe uel per ſe occultè, uel per filios diffidentiæ, in quibus operatur tanquam in uaſis ſuis, ingerit nobis aliquas tentationes, tribulationes, moleſtias corporales: patienter ſuſtineamus, & cum omni māſuetudine & humilitate toleremus, ſicut ipſe pro nobis uoluit tentari, flagellari, &c. Quia quiſquis ſic imitatur Chriſtum ut patienter toleret huius uitæ tētationes, tribulationes & moleſtias corporales & ſpē omnem in eo ponit, ita ut nec illecebra capiatur, nec timore frangatur: hic eſt qui exemplo Domini ſui habitat in adiutorio altiſsimi, & in protectione Dei cœli commorabitur. Præuidens propheta per ſpiritū ſanctum quendā in humano genere affuturū, qui nobis eſſet adiutorium & exemplum, ne nos in tentationibus uinceremur, ne tentatori cederemus, nec moleſtijs uel illatis nobis iniurijs frangeremur, ſicut ille prius fuit exemplum cadendi & uincēdi, id eſt ut uinceremur: hoc præuidens inquam propheta, laudat illum, & deuotione, & non tantum pertinet ad deuotionem, id eſt ad piam & attentam affectionem erga Deum: canticum uero ad exultationem. & ideo meritò dicitur iſte pſalmus laus cantici, id eſt laus exultatiua uel laudatiua exultatio, quia in eo laudat eum, unde nobis adiutorium & exemplum, & eum laudādo exultat dicens ita: Qui habitat in adiutorio, &c. Quaſi dicat: Poſitus quidam fuit in adiutorio altiſsimi, ſed non habitauit ibi: quia non perſeuerauit, imò ab obedientia receſsit, quando manum ſuam ad illicita extendit: & in ſuo adiutorio eſſe uoluit, quando de ſe præſumpſit, & Deus eſſe, & de natura ſuo pēdere uoluit. Quando ſuggeſtionem à ſerpente audiuit, credidit quod promiſit diabolus, & inuenit quod minatus eſt Deus. Quidā autē in humano genere eſt affuturus, ſcilicet Chriſto adiutorium & exemplum omnibus qui de ſuo non præſumet adiutorio, ſed præſumet in adiutorio altiſsimi, id eſt Dei patris. A quo qui altiſsimus eſt, bene poterat adiuuari & in ſe & in ſuis. & ab illo adiutorio non recedet, ſed ibi habitabit, id eſt permanebit, & etiam commorabitur, id eſt ex toto morabitur: quia nec opere nec etiam cogitatione apoſtatabit. Morabitur dico in protectione non ſua ſecundum hominem, ſed in protectione Dei, & non qualiſcunq; Dei, ſed Dei cœli, id eſt illius qui facit homines cœlos. Quāuis enim tentatori diabolo reſiſtere poſſet & in ſe & in ſuis, potius patienter ſuſtinuit: nec de ſe præſumpſit, ſed omnia cum patientia tolerauit, ut nobis eſſet exemplum, non de nobis, ſed de Deo præſumendi, & omnia cum patientia tolerandi: quia patienter ſuſtinendo tribulationes & tētationes nec de uiribus noſtris præſumendo, ſed in protectione & in adiutorio Dei ſpem noſtram ponendo, poterimus tentatori reſiſtere & ſuis.

Dicet Domino.] Verè in protectione Dei non in ſua commorabitur, quia Domino dicet, id eſt Deo patri cui ſe uerè faciet ſeruū. Domine tu es ſuſceptor meus, non ego, id eſt per te, tamen nō per me cauſa mea exiſtit: quia tu uelut pius ſuſceptor eam ſuſcipis & defendis, & non ego mihi, ſed tu es refugium meum. Et meritò, quia apud te ſolum eſt refugium, quia tu es Deus, id eſt es ſuper omnia Deus dico meus, id eſt quē ego Deum mihi facio non me ipſum, ſicut Adā uoluit ſe ipſum ponere ſibi Deum: hæc inquam prædicta dicet Domino, id eſt ad honorem Domini. Quæ autem ſequuntur dicet ad exhortationē proximi dicens ita: Sperabo non de me præſumente, ſed ponam ſpem in eo. Et meritò meo, quoniam non ego me, ſed ipſe me liberauit, id eſt liberauit de laqueo uenantium, & à uerbo aſpero. Ita & uos (quaſi dicat:) Ponite ſpem ueſtram non in uiribus ueſtris, ſed in Dño. & meritò, quoniam ipſe liberabit, & nō alius de laqueo uenantium,

tiũ,& ab inſidijs & deceptionib. diaboli & ſuorũ. Venantes uel uenatores ſunt diaboli, quia mille artes habent nocendi, quib. ſeducunt miſeras animas illorum qui de ſe præſumunt, nec in Dño ſpẽ ſuã ponunt: qui citò & illecebræ capiuntur, & timore ſtranguntur. Hi uenatores.i. diaboli laqueos & pedicas ſuas tendunt non in uia, ſed iuxta uiã, ut ſiquis à uia exorbitauerit, illaqueetur. Tu autẽ aliquis ne ſis ſecurus, eſto in uia, & ambula in uia.i. in Chriſto, & in præceptis eius, qui de ſe dicit: Ego ſum uia, ueritas & uita. Ille tibi ſit uia, qui propter te factus eſt uia, ut perducat te per ſe ad ſe. Ipſe.n. eſt uia, per quã imus: & eſt finis, ad quẽ tẽdimus. Qui eñi in Chriſto ambulat, & in præceptis eius, liberabit de laqueo uenantiũ.i. à deceptionib. diaboli, & à uerbo aſpero. Verbum aſperum dicitur malæ perſuaſionis uerbũ, cui perſuaſioni malæ quicũq; acquieſcit & conſentit, in laqueos diaboli ſe inijcit. uel uerbum aſperum dicitur detractionis uerbum, ſcilicet quãdo quis detrahit proximo dicens: Tu uis ſolus uideri iuſtus inter nos, tu taliter agis, talem te facis quaſi nemo ſit bonus niſi tu ſolus. Sed quiſquis huic detractiõi acquieſcit uel à bono opere ceſſando, uel inde q; taliter illi obijcitur ſuperbiendu, ille ſe inijcit in laqueos uenantium.

Scapulis ſuis.] Q.d. Non tantũ liberabit te de laqueo uenantium & à uerbo aſpero, quia ſperabis in eo, liberabis dicu te & tuos: ſed etiã tibi.i. tuis ſi ſperent in eo obumbrabit.i. obumbrationẽ faciet ab æſtu incẽtiuorũ.i. in ſcapulis ſuis.i. per ſcapulas ſuas. Scapulis innituntur alæ, & in alis ſunt pennæ, & ideo per ſcapulas alæ & pennæ intelliguntur. Alas autẽ hic accipimus dilectionẽ Dei & proximi, quib. uelut alis quibuſdã ad regnũ cœlorum uolamus, & de his infimis ad ſumma ſubleuamur. Dictum eſt ad ſimilitudinẽ Obũbrabit tibi.i. obumbraculum faciet tuis, ne noceat illis æſtus incentiuorum: & hoc in alis.i. ſi innitentur dilectione Dei & proximi, ſicut gallina obumbraculũ pullis ſuis ſub alis. Et ſi pulli gallinæ tuti ſunt ſub alis ei* à miluo & accipitre, multo magis nos ſub alis Dei tuti erimus ab aerijs poteſtatib. circumuolantib. uelut miluis & accipitribus. Et bene Dei ſapientia gallinæ cõparatur, quia nulla auis eſt quæ tãtũ infirmitati pullorum ſuorũ cõpatiatur. Ex nimia.n. pullorum cõpaſſione & raucescit in uoce, & hiſpida apparet in pẽnis, & prorſus infirma uidetur eſſe: ita & Dei ſapientia.i. filius Dei cõpatiens noſtræ infirmitati, ſemetipſum exinaniuit accipiens formã ſerui, in qua ſe tantũ humiliauit pro nobis uſq; ad mortem obediens patri, q; nec ſpecies nec decor in eo apparuit. Nunc ad literam redeamus. Dictũ eſt ſuperius, Ille dicit Dño, ille dicet proximo, hęc autẽ dicat ſibi aggratulando, Dñs peret obumbrabit tibi.i. obumbraculũ faciet tibi interius ab incentiuis uitiorum, protegendo te cum ſcapulis, id eſt cũ alis ſuis. hoc eſt per dilectionẽ Dei & pximi. Et tu poſitus ſub pẽnis eius.i. in protectiõe alarũ eius, meritò ſperabis in te & in tuis, in eo nihil de uiribus tuis, ſed de eius protectione præſumens: & quicquid in te boni eſt, gratiæ eius aſcribens.

Scuto circumdabit te.] Meritò ſub pennis eius ſperabis.i. ſperabunt tui: quia ſi ſub pennis eius fueris.i. ſi dilectionẽ Dei & proximi habueris, ueritas eius.i. cõpletio præceptorum eius erit in te. In his.n. duob. mãdatis lex uniuerſa pendet & prophetę. Et hęc ueritas circumdabit.i. muniet te in tuis ut ſcutum. Poteſt & alia ueritas hic accipi, illa ſcilicet de qua alibi dictum eſt: Veritas de terra orta eſt, id eſt uera peccatorum cõfeſſio & diſcretio. quiſquis.n. uerè Deum diligit, diſcernit ſe quãuis peccatorẽ ab alijs peccatorib. ſcilicet ſe peccata confitentẽ ab illis defendẽtib. ſe humilem ab illis ſuperbis: ſe de Deo præſumente ab illis de ſe præſumentibus. ſic enim publicanus ille qui clamabat in templo, uulnere diſcreuit ſe à phariſæo iactante merita. Litera eodẽ modo continuabitur, ut prius. Meritò ſperabis, quia ſi ſub pennis eius ſperaueris.i. ſi uerã dilectionẽ Dei & proximi habueris, uerus eris.i. cõfitens peccata nõ defendens, & ſic diſcernens te ab alijs non cõfitentib. ſe defendentibus. Et hæc ueritas circumdabit te.i. tuos ſicut ſcutum. Et ſic non timebis.i. non timebunt tui à timore nocturno. Quatuor hic ponit, ſcilicet timorẽ nocturnum, ſagittã uolantẽ in die, & negotium perambulans in tenebris, & incurſum & dæmonium meridianũ. Et ſciendum q; quiſquis ignoranter peccat, quaſi in nocte peccat: qui uero ſciẽter peccat, quaſi in die peccat. Per timorẽ itaq; nocturnum leuis tentatio intelligitur, quæ fit in ignorantia: quia per nocturnum ignorãtia intelligitur, per timorem uero leuis: quia quandiu malum aliquod timetur, non tantum patitur aliquis, ſicut quãdo infertur. Per ſagittã uolantem in die, leuis tentatio, quæ in ſciẽtib. fit deſignatur. per diem quidẽ ſcientes, per ſagittã uero leuis tẽtatio: quia ſagitta uolatili nõ tantum quis læditur, quantum ſi cominus gladio feriatur. Leuis autẽ tentatio quæ non tantũ urget, & citò declinatur, ſed aggrauatur tribulatio, & duobus præmiſsis redduntur duo quæ ſequuntur. Vt ad timorẽ nocturnum reddatur negotium, perambulans in tenebris, & ad ſagittã uolantem in die incurſus & dæmonium meridianum. Ecce aggrauata eſt tentatio tã ignorantib. quã in ſcientibus: quia illa grauis tentatio, quæ tam acriter urget ignorantes, dicitur bene negotium.i. negãs otium, quia oẽm quietẽ aufert, & eſt perambulans.i. permanens in tenebris.i. in tenebroſis, ſcilicet in ignorantib. Grauis autẽ tribulatio, quæ ingruit ſciẽtibus, dicitur incurſus: quia acriter urget, & dæmonium meridianũ. Dæmonium ideo, quia fit per ſuggeſtores diaboli inſtigatione. Et meridianum, quia in meridie magis feruet ſol, & ſplendet. & intelligitur per feruorẽ, qui eſt in meridie feruentiſsimus, perſecutio: per ſplẽdorem uero, quia fit in ſcientibus. Sunt enim quidem neſcientes rationem Chriſtianiſmi ſui.i. qui nondum tantæ perfectionis ſunt, ut attẽdant: quia neceſſe eſt, ut omnes qui piè uolunt uiuere in Chriſto, perſecutionem patiantur. Et illud aliud: Fili ad ſeruitutẽ Dei accedens, ſta in iuſtitia & timore & tremore & præpara animã tuam ad tentationẽ. In his talib. facta grauiter urgens & perſeuerans tribulatio inuenit eos, & capit eos, & ita uincũtur. Sunt alij bene ſcientes rationẽ Chriſtianiſmi ſui, quia intelligunt promiſsiones Dei non eſſe de hac terra, nõ eſſe de hac uita, & omnia terrena eſſe cõtemnenda, & cœleſtia appetẽda: ſed inſtat tortor, qui grauiter urget, urit, torquet. Inſtat incurſus & dæmonium meridianum, & ita uincitur. Quæ autẽ ſit leuis & quæ grauis tribulatio, ex illo tẽpore poteſt cognoſci, quo nomen Chriſtianũ creſcere cœpit. Tunc.n. inimici Chriſtiani nominis, reges ſcilicet & Imperatores uolentes illud nomen delere, tale edictum fecerunt: Quiſquis Chriſtum cõfitebitur, gladio feriatur. Et multi occiſi ſunt, q; gladio feriri pro nomine Chriſti, leue eſſe putauerunt. Illi autẽ uidentes ſic homines ad mortẽ accelerare, & totum mundũ poſt ipſum abire, dixerunt: Nunquid nos ſoli remanebimus? nũquid totum humanũ genus interficiemus? Ergo hoc aliud edictũ fecerunt: Quiſquis Chriſtum cõfitebitur, tãdiu torqueatur donec Chriſtus negetur. Ecce ſiquis cõferat feriri gladio ad tẽdiu torqueri, poterit illud uideri ſagitta uolans: illud uero incurſus & dæmonium meridianũ. Inſtãte uero tanta & tã grauiter urgente perſecutione, multi tã ſcientes quã neſcientes rationẽ Chriſtianiſmi, ceciderũt. Et hoc ideo, quia de uirib. ſuis ſumpſerũt, nõ de Deo. Nec habitauerunt in adiutorio altiſsimi, nec dixerunt, Suſceptor meus es tu Domine, & refugium meũ. Quos Dominus ideo cadere permiſit, ut oſtenderet fidelibus ſuis, quia ipſe ſolus eſt qui protegit, & qui tentationes temperat, & tantum uenire permittit, quantum poſsit ferri eum ueneris. Nunc ad literam redeamus. dixit, Circũdabit te ueritas eius, & ita circumdabit, quòd non timebis, id eſt tui non

timebunt

Digitized by Google

timebũt à timore nocturno, &c.id eſt nec ab illa leui uel graui tribulatione timebunt, quæ fit in ignorantibus: nec ab illa leui uel graui, quæ fit in ſcientibus.

Cadent à latere.] Quamuis dicã q, non timebunt tui, tamen multi de illis qui uidebantur eſſe tui, cadent à latere & à dextris. Per à latere intelligontur illi, qui ſe collaterales Dño fore, & cum eo iudicaturos putabant: quia ſecuti ſunt illud quod Dñs diſcipulis dixit, Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, ſedebitis ſup ſedes duodecim trib⁹ Iſrael. Sed multi ex his urgẽte graui perſecutione & tribulatione uicti ſunt, & ita ceciderunt à latere, i. à ſpe remunerationis tribunatiæ ſedis. per à dextris uero deſignãtur illi à ſe ſtatuendos ad dextrã, & audituros: Venite benedicti patris mei in iudicio putabant propter opera miſericordiæ quę fecerãt: & quia uelut deuoti prouinciales in republica Dñi cibaria & ſtipẽda militib. eius. i. ſanctis monachis & heremitis & alijs defenſorib. patriæ præbuerant. Sed quia etiã ex his multi urgente graui neceſſitate uel tribulatione uicti ſunt, ideo ceciderunt à dextris. i à ſpe ponendi ad dextrã, & remunerationis obſequiorũ ſuorũ. Et quia multo plures ſunt qui iudicabuntur quã qui iudicabunt, ideo minorẽ numerũ propheta collateralib. dedit, maiorẽ dijudicandis dicens: Mille cadent à latere tuo & decẽ milia à dextris tuis. Sed quæ cura? Nulla ſcilicet, quia quodcunq; uideant cadere à latere uel à dextris, tamẽ dęmoniũ illud meridianum. i. feruens & urgens tribulatio nõ appropinquabit ad te. i. ad illos qui uere ſunt tui. i. qui nihil de ſe præſumunt, ſed habitant in adiutorio altiſsimi, & in protectiõe Dei cœli cõmorabitur: & dicunt Dño, Susceptor me⁹ es tu, &c. Ad hos inquã nõ appropinquabit carni, nõ appropinquat meriti. Longe. n. error torquentium à fide credentium, quia fides eſt in anima ad quam tortores non attendunt, quia & ſi corpus occidunt, animam autem occidere non poſſunt.

Veruntamen.) Dico quia tribulatio nõ appropinquabit ad te. i. non cadent tui per tribulationẽ, ſed tamen nõ ſine cauſa tribulãtur: quia & ad ſuã eruditionẽ, & ad malorum damnationem, q, tu conſiderabis oculis tuis. hoc eſt tui tantum oculi & tuorum à te illuminati hoc attendent, & nõ alij. Non. n. leue eſt cõſiderare florentẽ impium in tempore, & oculos ad eum habere, ut uideas quid paſſurus ſit in fine. Tu inquã conſiderabis & intelliges tribulationẽ tuorum, eſſe retributionẽ peccatorũ. i. malorũ: quia retribuetur eis nõ bonum, q, ignorãtes fecerũt. i. perfectus tuorum: ſed malum q, ſcientes fecerunt, ſcilicet ut uel tuos deuorarent, uel penitus deſtruerent. Vel ſi peccatores non homines accipiamus, ſed peccata: poſſumus hãc retributionẽ referre ad utroſq;, ſcilicet & ad bonos tolerãtes, & ad malos inferentes. Eadẽ. n. tribulatio eſt & leuibus peccatis bonorũ, quæ per eã purgãtur, & grauibus peccatis malorum: nõ ut per hoc purgẽtur, ſed ut grauius dãnentur. Vel aliter dico, quia multi cadent à latere tuo & à dextris tuis: ſed tamen tu conſiderabis oculis tuis, q, nullus cadet de his qui ſunt tui, & uidebis retributionẽ peccatorum. i. caſum illum eſſe iuſtũ in his qui cadunt, quia promeruerant peccata eorũ. Sciendum quia nõ defuerunt qui alias tentationes ſuperius, quã diximus accipiant, & dicunt ita: Quia ueritas circumdabit te ut ſcutũ. i. nõ timebis. i. nõ timebunt tui à timore nocturno. i. à timore illo quem inferunt nocturni. i. hæretici in nocte ambulãtes, & alios in nocte pertrahere laborantes. Et nõ timebunt à ſagitta uolãte in die. i. ab arrogantia & uana gloria, quæ procedunt de die. i. de proſperitate. Nec timebunt à negotio. i. ab errore hæreticorũ quorundã perambulante. i. perſeuerãte in tenebris. i. in carne Chriſti, quæ dicitur tenebræ reſpecto diuinitatis. fuerunt. n. hæretici, qui dicerent Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ phantaſticum corpus habere, alij qui dicerẽt eum nõ ſatũ de uirgine, ſed de muliere, & multæ aliæ hæreſes huiuſmodi fuere de eius humanitate. Neq; timebunt tui ab incurſu & dęmonio meridiano, id eſt à dæmoniaco & uehemẽti ſtudio, qui ad hoc laborãt ut decipiãt in meridie. i. in re ita clara & lucida, ſicut clarus eſt ſol in meridie. i. in diuinitate, dicentes filium minorẽ patre: cum manifeſtum ſit eum ęqualem eſſe patri, & cõſubſtantialem. Tum ex tot dictis eius, quia dixit, Qui uidet me, uidet & patrẽ meũ. &, Ego & pater unũ ſumus, & multa talia. Tum etiã ex operib. eius, de quibus dictum eſt, Nemo poteſt hæc ſigna facere, quę tu facis, niſi Deus fuerit ſecum cum illo.

Cadent à latere.] Ideo tui nõ timebunt à timore nocturno & à cunctis prædictis, quia mille huius tentationis cadent. A ſiniſtra autẽ tua deberet dicere, quia in altera parte ponit à dextris: ſed quia nihil in Deo ſiniſtrum eſt, ideo ſimpliciter ponit à latere, & notat illos qui laterales eius erunt. i. qui eum circumdabunt, ponãtes uero à dexteris accipit perfectiſsimos. Et ideo dicit, quia etiã decem milia huiuſmodi tentationum hæreticarum cadent ſine omni affectu à dextris tuis, id eſt ab illis qui pertinent ad dextrã tuã, id eſt ad potiora bona tua. Sed ac ſi dicat: Quamuis cadãt à latere & à dextris, tamen ſine omni læſione illorũ, quia nõ appropinquabit incurſus & dæmonium meridianũ, uel aliquid ſupra dictorum ad te, ut prius.

Veruntamen.] Non appropinquabit quidem huiuſmodi tentatio ad tuos, ſed tamen non ſine cauſa eſt q, tentantur, quia hoc fit ad eorum probationem, & tentatorum damnationem.

Quoniam tu es.] Eodem modo cõtinet in utraq; ſententia, ita ſcilicet: Et ideo nõ appropinquabit ad te. i. ad tuos, quoniã tu Dñe pater es ſpes mea. i. ſpes meorum. Et in hoc dico es ſpes meorum, quia me refugiũ tuum, id eſt quem illis feciſtis refugium, poſuiſti altiſſimũ. i. munitiſsimũ, ſcilicet ad quẽ nullus hoſtis, nec telum aliquod nocuum pertingere poſsit. Attende quomodo Dñs noſter. i. Chriſtus ſit ſpes & reſurrectio tuorũ. humanũ genus hominẽ mori nouerat, reſurgere aũt nõ nouerat: qd timeret habebat, ſed unde ſperaret nõ habebat. Vt ergo qui ꝓpter timorẽ fecit mortẽ, propter pręmiũ futurę uitę daret ſpem reſurrectionis, prior mortuus eſt Dñs Ieſus Chriſtus, & reſurrexit. Mortuus quidẽ eſt poſt multos, reſurrexit uero ante oẽs. Moriẽdo fecit quod multi ante eũ, reſurgendo uero q, nullus ante eũ, ut ego ſpẽ reſurrectionis haberẽ quam non habebã. Q. d. Reſurrexiſti, aſcendiſti, ut ego ſperarem me ſecuturum, quo tu præceſsiſti.

Non accedet ad te malum.] Meritò dixi tuum refugiũ altiſsimũ, quia nõ accedet amplius tabernaculo tuo. Tabernaculum Chriſti uocat carnem, de qua dictum eſt: Verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis, &c. Hæc eadẽ caro Chriſti, eſt ſponſa illa, quã ipſi ſibi adduxit. huius thalamus eſt uirginis uterus. Vnde dicit Apoſtolus: Erunt duo in carne una. Sacramentũ hoc magnum eſt, ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia. In hoc ergo tabernaculo Imperator noſter pro nobis militauit. & ne nos uinceremur, tentari ſe permiſit. Nec prætereundum q, ad inſtructionem noſtram hoc dicit: Non accedat ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, ſcilicet ut & nos quæ ipſe paſſus eſt, & quo ſine paſſus patiamur, & ad eandem ſecuritatem perueniemus.

Quoniam angelis ſuis.] Illud fuit prophetatum de aſcenſione Dñi noſtri, id eſt Chriſti, ſed diabolus eſt abuſus ueritate in eius tentatione, & hinc etiã maximè habuit occaſionẽ tentandi eum. putauit enim neceſſe eſſe fieri, cum prophetatum eſſet. Dñs autẽ uerè in cœlum aſcendit portatus ab angelis, nõ q, eſſet ruiturus, ſi ab ipſis non portaretur: ſed ut honorificentia & obſequium ei exhiberetur, & ut dignitas humanę naturæ aſſumptæ per hoc demonſtraretur. Et ſicut prius quinquageſimo die ab agni paſchalis immolatione lex data, quæ incuteret timorem; ita poſtquam Dominus aſcendit quinquageſimo die à ueri agni, id eſt à ſua reſurrectione ſpiritum ſanctum Apoſtolis dedit,

dedit, qui conuerteret timorẽ in amorem, ut quod nõ potuit timor, efficeret amor. Et ita ſuos à reatu legis liberauit, ut iam ſcilicet ſeruirent & bona agerent nõ timore pœnæ, ſed amore iuſtitię. Litera ſic cõtinuatur: Ideo dico flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, quia illuc portabunt te angeli, quo in ęternum mali aliquid non accedit. hæc eſt ſumma ſententiæ, quam intendit cum dicit: Quoniam Dominus pater mandauit, i. hoc præceptum angelis ſuis de te fecit, ut cuſtodiant te & tuos in omnib. uijs, id eſt in omnib. operib. tuis & tuorum. Scire debemus angelicam cuſtodiam Chriſto nõ defuiſſe, unde etiam dictum eſt: Apparuit ei angelus Domini confortans eum. & itẽ: Acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei. Non tamen q, cuſtodiri aliquo modo eſſet ei neceſſarium, ſed tamẽ propter honorificentiam & miniſterium.

In manibus portabunt.] Q.d. Quia præcepit Dominus angelis ſuis ut cuſtodirent te, ideo ipſi portabunt te manib. ſuis in cœlum, nõ q, ruiturus eſſes ſi nõ portarent, ſed quia honorificentiã exhibent. Portabunt te inquam in cœlum, ut inde mittas ſpiritũ ſanctum, qui corda tuorum de timore conuertat in amorẽ. Ad bona fortè amplius offendas pedẽ tuũ, qui adhuc in terra es, ad lapidẽ. hoc eſt ne illi qui pes tuus ſunt, offendantur ad duritiam legis potius bene operando timore pœnæ, quã amore iuſtitiæ. Pedes Chriſti dicuntur illi, per quos ipſe totum mundum peragrauit: quia in oẽm terrã exiuit ſonus eorũ. Qui pedes à capite ſuo, q, iã ſurſum eſt diſtinguuntur locis quidẽ, ſed nõ pijs affectionibus. Quod autẽ affectio ſimul ſint, ipſe Dñs oſtendit, cũ perſecutori Paulo dixit: Saule Saule quid me perſequaris?

Super aſpidem & baſiliſcum.] Et quia pes tuus ad lapidẽ nõ offendatur, ideo ambulabis, id eſt ambulabũt tui ſuper aſpidẽ & baſiliſcum. i. ſimpliciter omnia nociua contẽnet & conculcabunt. Per baſiliſcum qui rex ſerpentum eſt, intellige ipſum caput dæmoniorum: per aſpidem uero ſubditos illi capiti.

Et conculcabis leonem & draconem.] Idem eſt leo qui & draco. i. ipſe diabolus, qui quãdo in nos apertè ſæuit, eſt leo: quoniã uero inſidiſt, eſt draco. Sed non uincet te leo, nõ decipiet te draco: uinces ergo leonem, & cõtimabis draconẽ. Poteſt etiam per duo priora idẽ intelligi, q, per hęc duo poſteriora. Si.n. hoc attẽdamus, q, baſiliſcus ſolo flatu etiã eum nõ uidetur, nocet: per baſiliſcũ perſecutio fraudulenta deſignatur, per aſpidẽ uero quæ ſolo ueneno nocet, manifeſta.

Quoniã in me.] Sic continuabis: Dñs quidẽ mandauit angelis ſuis ut te cuſtodirẽt, ipſe dico ſic te eis cõmẽdans, quoniã iſte in ſe & in ſuis nõ præſumpſit de ſe, ſed ſperauit in me Deo, liberabo eum in ſuis ipſos uocando, & peccata remittendo, & poſt liberationẽ protegam etiã in ſuis ab incentiuis uitiorum. Et meritò, quoniam ipſe & in ſe & in ſuis cognouit nomen meũ, ſcilicet hoc nomẽ Deus. Quod omnis ille uerè cognoſcit, qui & ſe creaturam & ipſum creatorẽ eſſe diſcernit. Et ideo non ſibi Deus eſſe, nec de ſuo nutu pendere uult, ſicut miſer Adam fecit.

Clamabit ad me.] Quia nomen meũ cognouit ipſe & ſui, ideo ad me tantũ, nõ ad aliud clamauit: clamauerunt & ſui, & ideo exaudiã eum & in ſe & in ſuis. Ero cum ipſo & cum ſuis in tribulatione, ne deficiẽt. Si.n. fides eſt tecum, & ipſe erit tecum. Eripiã eum in præſenti à tribulatione, eripiam etiam ſuos. Et uerè eum glorificabo, quia cum plenus fuit breuitate dierum in ſuis & etiam in ſe, quantum ad humanitatẽ: replebo eum longitudine dierum. i. dabo ei æternitatẽ. Et tũc oſtendam ſalutare meum, id eſt ſaluatorem meũ uerbum meũ. Illi in ſuis, quia tunc uidebimus eum ſicuti eſt, & etiã in ſe ipſo. Quia quãuis Deus eſſet in Chriſto, mundum ſibi reconcilians, credendum tamẽ eſt, quòd ſanctiſsima eius anima longe puriorem intellectũ de diuinitate poſt reſurrectionẽ habuit, quam prius.

IN PSALMVM XCI.

ARGVMENTVM.

ASsyrijs ſub Ezechia uictis multi gratias agunt. Aliter uox Eccleſiæ.

PSALMVS CANTICI IN die Sabbathi.

EXPLANATIO.

PSalmus ſignificat opera ſpiritualia, quæ ſurſum tendunt ad Dominũ: in his cantare ſemper, id eſt, Deo adiutori gratias agere debemus. Dies autem ſabbathi, requies interpretatur, per quam commonemur ab omni praua actione ceſſare, & futuram pariter requiem certiſsima deuotione ſperare. Arnobius ita dicit: Die ſabbathi inimici Domini pereunt, ut die Dominica amici Domini gratulentur. Sabbatho enim iacet Dominus in ſepulchro mortuus, & die Dominica adoratur inter angelos uiuus. In hac re nimis profundæ factæ ſunt cogitationes eius, quas uir inſipiens non cognoſcit. Primo ingreſſu Eccleſia loquitur, bonũ eſſe commemorans, laudes Domini dicere, quod inſipientem & irreligioſum profitetur ignorare. Secundo peccatores ſicut fœnum velociter aſſerit eſſe perituros. Tertio iuſtos dicit florere ut palmam: creſcere autem ut cedros Libani, ut & pertinaces metus corrigat, & deuotos felix promiſsio ſuſtollat.

COMMENTARIVS.

B*Onum eſt confiteri Domino.*] Pſalmus cantici in die ſabbathi. Sabbathum celebrant Iudæi in quodam otio languido & luxurioſo. Vacant ab opere bono, ſed non ab opere nugatorio. Nobis autẽ indicit Dominus noſter ſabbathum. Quale? Vacare ſcilicet ab operibus malis: ipſi autem uacant ab operibus bonis. Sabbathum noſtrum, id eſt ſabbathum delicatum intus eſt in corde. Multi enim uacant exterius in tenebris, ſed tumultuantur in conſcientijs ſuis, ideo quia nullus malus ſabbathum cuſtodit. Nuſquam enim cõſcientia eius conquieſcit, ſed ſemper in perturbationib. uiuit. Cui aũt conſcientia pura eſt, tranquillus eſt & ipſa trãquillitas. Sabbathũ eſt cordis. quãuis.n. in præſenti laborat, extenditur tamen ſpe futura, & ſerenatur oẽ nubilum triſtitiæ. Ipſum autẽ ſpei noſtræ, eſt ſabbathũ noſtrũ, hoc ergo cantat, hoc docetur in hoc pſalmo, quomodo quiſq; Chriſtianus debeat eſſe in Sabbatho cordis ſui i. imitatione & tranquillitate & puritate conſciẽtiæ nõ perturbatus. hoc eſt, pſalm⁹ iſte docet qualiter quiſq; debeat in corde ſuo ſabbathizare. Primo ſi tu aliquid profeciſti, confitearis ei à quo profeciſti. Ipſius.n. ſunt dona, nõ tua merita. ſecundo nõ te excuſando ab eo q, male feciſti, ſed poti⁹ accuſando. Quicquid mali habes, ex te eſt: quicqd boni habes, ex Deo habes. peruerſi aũt, & qui ſabbathũ non habent, q, boni faciunt, ſibi attribuunt: q, uero mali faciunt, quã inde accuſent quærunt. Quidã.n. dicunt, Sathanas hoc perſuaſit mihi, quaſi habeat poteſtatẽ cogendi. Ipſe qdẽ uerſutiã habet nocẽdi, poteſtatẽ uero nõ habet cogẽdi. Non ceſſat ſatanas mala perſuadere, nõ ceſſat Chriſt⁹ bona admonere. Tu ergo poſitus inter hunc monentẽ, & inter illum ſuadẽtẽ: quare potius applicas autẽ ſatanę perſuadẽti & fallẽti, quàm Chriſto monenti & non fallenti? Nihil enim ſatanas te cõtra uoluntatem tuam cogere poteſt, & ideo noli accuſare illum qui non habet ueniam, ſed accuſes te ipſum qui habebis Indulgentiam. Alij autẽ ut ſe excuſent, accuſant fatum, ſtellas & cætera talia: & hi uolunt uenire per diſpendium ad Deum accuſandum, quia nolunt uenire per compendium ad Deum placandum.

Sunt

Digitized by Google

Sunt etiam alij qui recta fronte ad Dominum ipſum ueniunt dicentes: Si Deus noluiſſet, ego talis non eſſem. Quid autem dicit pſalmus? Hoc utiq; docet, hoc admonet: non tantum audiatur ne pecces, ſed ſi pecces ut te accuſes. Et eſt uox prophetę ita dicentis: Bonum, id eſt ualde iocundum & utile eſt confiteri Domino, id eſt ut nos laudemus Dominum, confitentes ei in utroq; bono, ſcilicet quia ipſe fecit: in malo uero, quia nos fecimus. & ideo altiſsimo bonum eſt pſallere, id eſt bene operari nomini tuo, id eſt ad nomen tuũ glorificandum & conleuiandum, ne pereat nomen noſtrum. Si enim nomen noſtrum glorificaremus, tunc nomen noſtrum deſtrueretur: ſi autem quantũ in nobis eſt, nomen eius conſeruamus, tunc nomen noſtrũ, id eſt gloria noſtra ab ipſo conſeruatur. Sicut cum diſcipulos miſiſſet Dominus ad prædicandum, & illi reuertentes dixerunt: Domine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo, ipſe uidens quia ad nomen ſuum tenderent, ſeruauit nomen eorum: quia & ipſi prius ſeruauerant ſuum, corrigens eos & dicens, Nolite gaudere in hoc, ſed potius gaudete quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in libro uitæ. Pſalterium eſt opus bonum noſtrum: pſallit qui bene operatur: Cantat uero, qui Deum uoce laudat. Cantemus ergo uoce, pſallamus opere.

Ad annunciandum manè miſericordiam tuam.] Bonum inquam eſt pſallere tibi altiſsime, pſallere dico, ad annũciandum ad hoc, id eſt ut annũcietur alijs per nos miſericordiam tuam eſſe in mane, & ueritatem tuam eſſe per noctẽ. Mane eſt, quãdo bene exterius nobis eſt: nox uero eſt, quando malè. Et quando bene eſt, lauda Deum, quia ex eius miſericordia eſt: quando autẽ male, itẽ lauda eum, quia ex eius ueritate, id eſt ex eius iuſtitia eſt. Iuſtus enim eſt, quia flagellat te propter peccata tua, & ideo cum tu aliquid pateris, nec reputa Deum iniuſtũ, ſed aſcribas hoc peccatis tuis, & eius correctioni. Vel aliter: Dico bonum eſſe pſallere ad hoc, ſcilicet ut annunciemus per bona opera noſtra proximis: mane, id eſt illuminationem noſtram eſſe miſericordiam tuam, id eſt quod depulſis tenebris infidelitatis illuminatio per fidem & ueritatis cognitionem in nobis eſt eſſe ex tua miſericordia prius uocante, & peccata dimittente. Et annunciemus per noctẽ, id eſt per tribulationem, quam patienter ſuſtinemus ueritatem, id eſt remunerationem tuam, non quòd nox ipſa ſit remuneratio, ſed quia quodãmodo principium eſt remunerationis, ſcilicet quia facis nos idoneos ad remunerationem. Vel aliter: Bonum eſt pſallere, pſallere dico ad annunciandum proximo mane, id eſt perfectum uirtutum in nobis, ſcilicet quòd nos de uirtute in uirtutem aſcendimus, hoc eſſe ex tua miſericordia. Et annunciandum per noctem, id eſt per lapſum eſſe ueritatem tuã, id eſt ſi aliquando labimur, hoc eſſe ex ueritate, id eſt ex iuſtitia tua: ſcilicet quia ſiquis idoneus eſſet ſaluari, illum permittis labi, ut fortior ſurgat, ſicut Petrus per lapſum fortior ſurrexit. Siquis uero dignus eſt damnari, illũ ideo permittis labi, ut qui ſordidus eſt, ſordeſcat magis.

In decacordo.] Dixit quia bonum eſt pſallere, nunc oſtendit quomodo debeamus pſallere, ſcilicet in pſalterio decacordo, id eſt impletione decem præceptorum legis. Per pſalterium quod deſuper ſonat, ſpirituale opus intelligitur: per decem uero cordas decẽ legis pręcepta. Et ſunt multi portãtes pſalterium, qui nec unã cordam tangũt: ſicut Iudæi pſalterium quidẽ portant, quia decem præcepta habent, ſed nec unam cordam tangunt, quia nullum ex illis implent. Ille autem uerè cordas tangit, quia ipſa præcepta in actum perducit. & quidam unam cordam tantũ tangit, quidam plures. Perfectorum uero eſt omnes decem cordas tangere. & ad hoc notandum appoſuit Decacordum, quãuis omne pſalteriũ decacordũ ſit. Sequitur.

Cum cantico in cithara.] Quia non tantum ſpiritualia, quæ per pſalterium intelliguntur, debemus inſiſtere: ſed etiam cum cithara pſallere, hoc eſt opera miſericordiæ facere. Cithara enim eſt carnis mortificatio. Carnem autem mortificare eſt, ut tu carni tuæ ſubtrahas, unde carnem pauperis reficias: & hoc debet fieri cum cantico, id eſt cum lætitia non ex triſtitia. hilarẽ enim datorem diligit Deus. Vel cum cantico, id eſt cum admonitionis uerbo, quia nõ tantum debemus neceſſaria pauperibus miniſtrare, ſed etiam doctrinæ ſanæ uerbum & ſalutis conſilium ſuperimpendere.

Quia delectaſti me.] Dixi quia bonum eſt pſallere nomini tuo, & hoc ideo (quaſi dicat:) quia ego contriſtaui me in factura mea: tu autẽ delectaſti me, id eſt magnam iocunditatem cõtuliſti mihi in factura tua, id eſt quia me recreaſti & feciſti in operibus bonis. unde Apoſtolus: Ipſius enim figmentum ſumus, creati in operibus bonis. Et quia tu me delectaſti in tua factura, ideo meritò exultabo in operib. bonis manuũ tuarum, id eſt in recreatione, quam tu operatus es in me. Et meritò in operibus manuum tuarum exultabo, quia opera tua Domine, quę operatus es in me & in alijs, id eſt per gratiam tuam reparatis, quam magnificata ſunt, id eſt quam ſtupenda ſunt, quam iocunda ſunt? Feciſti enim de ſeruis filios, de damnatis in regnum aſſumptos. Et uerè magnificata ſunt opera tua, quia cogitationes tuæ, id eſt à te nobis inſpiratæ, factæ ſunt nimis profundæ, ſcilicet quia nos cogitamus quòd hæc terrena quantumcunq; ſint ſublimia, citò tamen ſunt defitura. Quaſi dicat: Cogitationes uir inſipiens & ſtultus non percipit, quod per effectum ſatis oſtendit ſcilicet, quia hęc terrena appetit, ſed nõ intelligit citò ea defitura eſſe. Vel aliter: Dixit ſuperius quia bonum eſt pſallere in pſalterio decem cordarum, & multi ſunt qui nec pſalterium habent, nec unam cordam tangunt: ſed contra has cordas omnia faciunt, quia mœchantur, alij bona furantur. Deprehendũtur prorſus in omni opere malo delectari, & tamen in omni mundana proſperitate uerſantur. Et inde ſurrexit praua cogitatio in animis quibuſdã in pſalterio, prius in cithara pſallentibus, quia apud ſe cogitans, Nos laboramus, nos triſtamur, eſurimus & omnes miſerias patimur: illis uero eſt lætitia, & omnis abundantia. Et in tantum aſcendit hæc cogitatio praua, quod dicunt Deum uerè malos diligere, & bonos odiſſe, & ſic à ſe ſabbatum cordis excluditur, & imitantur florem illorum. hoc ergo propheta attendens cum quadam admiratione in hãc uocem erumpit: Domine hæc opera tua, ſcilicet quòd malos permittendo proſperari damnas, & quoſdam etiam pſallentes tibi, quia florem illorum imitantur in damnationem, eis aſſocias, tuos uero permittendo tribulari ſaluas: hæc inquam opera tua Domine quam magnificata ſunt, id eſt quam admiranda, quam ſtupenda, quam incomprehenſibilia ſunt? Quaſi dicat: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Et meritò dico quam magnificata ſunt, quia cogitationes, id eſt diſpoſitiones tuæ, de quibus hæc opera procedunt, factæ ſunt nimis profundæ. Verè nimis profundæ, quia nullum mare altius, nullum mare profundius. In hoc profundius naufragantur omnes impij. Tu autẽ ſi uis enatare, tene te ad lignũ Dei, id eſt ad uocem Chriſti, & ad eius paſsionẽ: quia ipſe prior laborauit, nec te ſeruum pigeat laborare: & tertia die carnem reſuſcitare, ne tu haberes deſperare. Non ergo æmuleris florem malorum, nec moueat te felicitas impiorum. Reſpice ad eius æternitatem, quia ipſe proſpicit ex æternitate quid parcet impijs, & quid reſeruet pijs. Noli reſpicere ad paucitatem dierum tuorum, in qua non poſſunt omnia compleri, ſcilicet ut & boni remunerentur, & mali damnentur. Sed dic Domino Deo tuo: Domine quàm magnificata ſunt opera tua? Tu reſeruas omnia iudicio tuo. Flagellantur pij, quia corriguntur ut filij: proſperantur impij, quia damnabũtur ut ſerui fugitiui. Hoc

autem

Digitized by Google

autem (quaſi dicat) inſipiens & ſtultus, qui æmulatur florem illorum non attendit. Et hoc eſt, quod dicit, Vir inſipiens nõ cognoſcet hoc, & ſtultus non intelliget. Inſipientem & ſtultum uocat æmulatorem floris malorum. Inſipientem quidem, quia non proſpicit ſibi in futurum: ſtultum uerò, quia non attendit quam fragilia & quam labilia ſunt, quæ appetit. Et qui dicant eum non intelligere, ſubdit dicens: Cum exorti fuerint peccatores ut fœnum, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur. Quaſi dicat: Non delectet te flos eorum, immò deterreat te uelox ariditas eorum: quia ſunt ſicut fœnum. Et mox cum apparuerint omnes nõ dico qui operati ſunt, ſed qui perſeueranter operantur iniquitatem, cum inquam hoc erit, quid ſtatim ſequatur non intelligit inſipiens & ſtultus, ſcilicet non intelligit. Vt, id eſt qualiter ipſi peccatores & operarij iniquitatis intereant in ſeculum ſeculi, id eſt dētur in interitum pœnarum ſuarum æternarum. Pro hac enim temporali lætitia recompenſabitur eis æterna triſticia. Et cum iſti ſic dãnabuntur, conſtat quia uerè floris eorum æmulatores damnabuntur. Sequitur.

Tu autem altiſsimus.] Illi autem damnabuntur, tui autem ſaluabuntur: quia tu Domine ſaluator eorum eris in æternum. Tu dico qui es altiſsimus, id eſt qui iam proſpicis ab altitudine tua & tempus proſperitatis malorum citò deſiturum, & tempus remunerationis bonorum citò affuturum.

Quoniã ecce inimici tui.] Verè peccatores interibunt, quia peribunt: ideo autem peribunt, quia inimici tui ſunt. Ecce inimici tui. Tempus enim breue eſt. Repeticio facit confirmationem. Inimici Domini dicuntur non tantum qui blaſphemias in eum iaciunt, ſed etiam illi de quibus Iacob dicit: Quiſquis amicus eſt mundi, inimicus conſtituitur Dei. Tales inimicos hic accipit. Sequitur.

Et diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.] Dico quia inimici tui Domine peribunt. & uerum eſt hoc, quia omnes qui operãtur iniquitatem, id eſt qui perſeuerant in opere iniquitatis, diſpergentur, id eſt à bonis in futuro iudicio ſeparabunt. uel in ſeipſis diſpergentur, quia contra ipſos ualde rixabuntur, & ſibi diſplicebunt dicentes: Nos inſenſati æſtimabamus uitam eorum inſaniam, &c. Vel etiam diſpergentur ab hac præſenti fœlicitate, in quam confidebãt. Quia de eis dictum eſt: Quoniam cum interierit, non ſumet omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius.

Et exaltabitur.] Iniqui quidẽ diſpergentur, & iuſti ſaluabuntur, hoc deberet dicere: ſed quia ipſe propheta de illis unus erat, ideo pro omnibus ponit ſe dicẽs, Et tunc cornu meum, id eſt ſublimitas mea exaltabitur, id eſt ita coronabitur, ſicut meritò exaltandus eſt ipſe qui eſt unicornis, id eſt qui mauult in præſenti eſſe ſingulariter in ſpe quã multipliciter in re. Solet etiam unicornis, quia unum tantum habet cornu, pro unitate eccleſiæ accipi. Iuxta quod hic etiam poteſt accipi ſic: Cornu meum exaltabitur, ſicut illius cornu meritò exaltandum, qui non ſeparatus eſt: ſed unicornis, id eſt manens in unitate. Tunc enim unitas tantũ coronabitur, ſchiſma uerò damnabitur. Et ſenectus mea, id eſt poſteriora mea erunt in ubere miſericordia, nõ quod ibi ſit miſericordia, ubi ſola erit ueritas: ſed tamẽ quia quod hic miſericorditer promittitur, ibi implebitur, ideo dicit ibi eſſe miſericordiam. Et quia quod nunc eſt in ſpe, tunc erit in re, ideo uberi apponit. Senectutem uerò ſtatim illum uocat ad ſimilitudinem, ſcilicet quia quãtũcunq; hic uberi deſpectus, ibi tanquam ſenex erit reuerendus & honorandus. Et accipe totum præſentem laborem poſt fidem ſuſceptam, quaſi in iuuentutem, quia eſt quædam innouatio ad illam beatitudinem.

Et deſpexit.] Quaſi dicat: Et quia certus ſum illius beatitudinis futuræ, ideo oculus meus. i. ratio mea deſpexit inimicos meos, id eſt florentes impios, quia non mouit me perſecutio, uel flos eorum. Et ſemper eos deſpiciam, quia malignantibus inſurgentibus in me, id eſt quando mala perſuadentes inſurrexerunt contra me, ut me deuocent: tunc auris mea, auris cordis audiet à ueritate ſibi intus præſidente hoc, Noli iſtis acquieſcere ut appetas florem eorum. non enim tuum eſt florere ex tempore, quia iuſtus florebit ut palma, id eſt tarde ueniet flos iuſti ſicut flos palmæ, quæ nõ ante trigeſimũ annũ fructũ facit. Vel ideo ſicut palma, quia ſicut palma in trunco eſt hiſpida, in ſũmitate uerò pulcherrima: ita bonorum uita in principio eſt quaſi fœda & hiſpida, in fine uerò erit iocũdiſſima. Et ideo iuſtus multiplicabitur ſicut cedros libani, quia & replebitur omni odore uirtutum: & ſicut cedrus ramos diſtẽdit ſolũmodo in ſummitate, ſic & merita iuſti diſtenduntur. i. apparebunt in finẽ. Et ſicut hæ arbores non ſiccantur ſola aſcendente in æſtate, ſicut herbæ potius flores emittunt: ita uero ſole aſcendente in æſtate, id eſt ueniente ad iudicium, iuſti non arebunt, ſed florebunt. Impij uerò qui cõparantur herbis in hyeme uirentibus, in æſtate areſcentibus, arebunt.

Plantati in domo Domini.] Verè iuſtus tandem florebit, quia plantatus eſt in domo Domini, id eſt in præſenti eccleſia, quę dicitur domus Domini, firmiter eſt poſitus, plantatus in fide, etiam radicatus in charitate. Et oẽs qui ſic in hac domo Domini plantati ſunt, illi uerè florebunt in atrijs domus Dei noſtri, id eſt, in superceleſti Hieruſalem, quæ & domus Dei dicitur propter manẽtem in ea habitationem: & atrium eſt propter ornamentum & delectationem. Pluraliter autem atria ponit, quia in domo patris mei mãſiones multæ ſunt.

Adhuc multiplicabuntur in ſenectute.] Verè plantati in domo Domini florebunt tandem in atrio, quia multiplicabuntur, id eſt multipliciter glorificabũtur: quia gemina ſtola ueſtiuntur in ſenecta uberi, ut ſupradictum eſt. Quod adhuc (quaſi dicat) expectandũ. Iuxta illud: Suſtinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrũ ueſtrorũ. Et interim erunt bene patiẽtes, id eſt ſine murmure, & cũ omni patientia expectãtes, ad hoc ut per ipſam patientiam ſuam annuncient alijs hoc. Quoniã (pro quod) Dominus Deus noſter rectus eſt, id eſt iuſtus eſt in remuneratiõe iuſtorum, qui tanta pro nomine eius patiuntur: & per cõtrariũ annuncient, quia nõ eſt iniquitas in eo. i. Deo in dãnatione malorũ, quia patientiam eius quam in ipſos exhibuit, non attenderunt, & ideo corrigi neglexerunt.

IN PSALMVM XCII ARGVMENTVM.

REditum de Babylone prędicens, ſolito narrationis ſchemate carmen exornat, quo diuina latius cõmendentur, & plicẽtur auxilia. Quod ait in titulo, Quoniã inhabitata eſt terra: ſignificat captiuitate laxata. Verũ notãdũ, quia & iſte & præcedẽs pſalmus apud Hebræos anepigraphus eſt, id eſt inſcriptione carens.

LAVS CANTICI IPSI DAVID IN DIE ante ſabbatum, quando fundata eſt terra.

EXPLANATIO.

CAnticum ad laudem diuinitatis ipſi David, ad Chriſtũ cõuenienter aptatur. quæritur autem, quomodo die ante ſabbatum, id eſt ſexta feria terram dicat fundatam, cum legatur in Geneſi, tertio die aridam apparuiſſe. Sed hic terram hominẽ debemus accipere, cui dicitur: Terra es, & in terram ibis. qui ſicut

à creatore Deo ſexta die factus eſt, ita & ſexta ætate ſeculi ab eodem Deo & ſemine Dauid creator effectus eſt. Tunc enim terra fundata eſt, quando in eum humani generis eſt firmata credulitas. Et ideo laus ſanctæ incarnationis eius pſalmi iſtius contextione cantatur. Primus locus eſt à pulcritudine ipſius. Deinde à fortitudine. Tertius ab operib. Quartus à poteſtate. Quintus à laudibus uniuerſitatis. Sextus à ueritate doctorum. Poſtremus à laude domus ipſius, quam decet æterna exultatione gaudere. Quidam codices habent, In die ante ſabbatum, quando inhabitata eſt terra. Quod hiſtoriæ magis cõgruere uidetur, quia prius quidem terra fundata, ſed ſexta ſabbati eſt animalium gregibus, atq; ipſius hominis inhabitatione perfecta. Quo etiã die Dominus hominem in paradiſo, quẽ à principio conſtituerat, per crucis lignũ reſtituit. Hodie, inquit, mecũ eris in paradiſo.

COMMENTARIVS.

D*Ominus regnauit.*] Laudat in hoc pſalmo propheta exultanter & deuotè quendam regẽ uictorẽ, de cuius laude omnib. eſt exultandum, quia omnibus de uictoria eius eſt aggratulandum: & ideo intitulatur Laus ipſius cantici Dauid. Ad laudẽ enim pertinet deuotio, ad cãticum uerò exultatio. Laus dico cantata in die, id eſt, in conſideratione diei ante ſabbatũ. Quoniam fundata eſt terra quinta feria, ut in libro Geneſis legitur: Fecit Deus omnia irrationabilia animalia. Die uerò ante ſabbatũ, id eſt ſexta feria fecit hominẽ: in ſeptima uerò uidit, quia cuncta quæ fecerat, erant ualde bona, & requieuit ab omni opere ſuo q; parauit. Nec ſine cauſa iſti dies diſpoſiti fuerũt, ſed quia taliter & ſecunda cur ſura erãt, antequam nos requieſceremus in Deo. Si autem bona opera facimus, uerè in ipſo requieſcemus. ad hoc enim exemplũ dictũ eſt, quia uidit bona cuncta quæ fecerat, & requieuit die ſeptima. Non autem ideo requieuit, quod fatigaretur uel laſſaretur, iuxta illud, Pater meus uſq; modo operat, & ego operor: & tamen nunq̃ fatigatur, quia omnia cum tranquillitate facit. Iuxta quod Salomon dicit: Tu Domine Sabaoth cuncta cum tranquillitate iudicas. Nos autem bona opera, quæ facimus, non ſine labore facimus, q̃diu in requie promiſſa nondum ſumus re, ſed tamen in ſpe ſumus. Si autẽ non erimus in ſpe, deficeremus in labore. Quãdo autem erimus in requie, gaudebimus ſine fine. Vnde etiam dies ſabbati nõ dicitur ueſperum habere, quia requies noſtra nullũ habebit terminum. Secũda autem iuxta dies ſicut ſunt diſpoſita. Primũ ſeculũ eſt ab Adã uſq; ad Noe, quaſi dies prima. Secũdũ à Noe uſq; ad Abrahã quaſi dies ſecũda. Tertiũ ſeculũ ab Abrahã uſq; ad Dauid quaſi dies tertia. Quartum ſeculũ ad Dauid uſq; ad tranſmigrationem Babylonis, quaſi dies quarta. Quintũ ſeculum à tranſmigratione Babylonica uſq; ad prædicationem Iohannis baptiſtæ uſq; in finẽ ſeculi, quaſi dies ſexta. In hac uerò ſexta ætate ueniens Dominus in carnem, hominem, quẽ ſexta die prius fecit, reformauit. Et eiuſdem ſextę ætatis ſexta die & ſexta hora, ueri diei fundendo ſanguinẽ ſuum in cruce, ipſum de poteſtate diaboli redemit. Et hoc eſt quod titulus dicit: In die ante ſabbatum, quoniã Dñs fundauit terram. Fundauit autem eã ſuper illud fundamẽtum, de quo dicit Apoſtolus: Fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter hoc quod poſitum eſt, id eſt Chriſtus. Intendit autem propheta in hoc pſalmo, ut nos exhortetur, ne ingrati Domino regi noſtro ꝓpter nos uictori exiſtamus. & ut dignam ſedere in nobis ei pręparemus. Et dicit ita: Dominus regnauit, id eſt regnũ ſibi obtinuit. uel quoniã ueniens in carnem, principẽ mundi alligauit, & foras eiecit, uel quando reſurgens à mortuis mortem deuicit. Et uerè regnauit, quia indutus eſt decore, id eſt induit & cõcorporauit ſibi prius fœdos factos decoros: & quia qui prius erant uorago ebrietatis, facti ſunt ornamentũ ſobrietatis: etiam qui erant cœnum luxuriæ, facti ſunt decus temperantiæ. Et ſic facti ſunt indumẽtum eius. Iuxta illud, Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his uelut ueſtimẽto ueſtieris. Et Dominus indutus eſt fortitudinẽ, id eſt, induit illos fortes & patientes, qui prius erant infirmi & impatientes.

Et præcinxit ſe fortitudine.] Aliud eſt accingere, aliud eſt præcingere. Præcingere enim eſt aliud ad ſe cingere, uelut in Accingere gladio tuo dictũ eſt: pręcingere uerò eſt ante aliquid cingere. Et eſt dicere: Ita induit Dominus fortes illos, ut præcingeret ſe eis, id eſt, ut illi præcinctorium eius eſſent, id eſt omnem fortitudinem ſuam in humilitate eſſe cognoſcerent: attẽdentes, quia Dñs quãdo humilitatem eam exhibuit, ut ante pedes diſcipulorũ ſe inclinaret, linteolo præcinctus fuit. In quo eos docuit, ut humilitatẽ ſemper præferrẽt, quia per eam contra omnẽ ſuperbiã & hoſtilem potentiam fortes eſſent. Vel aliter. Præcinxit ſe fortitudine, id eſt ante ſe cinxit fortitudinem, id eſt patientiã. Quia nos detractores patimur & poſt dorſum & ante faciem. Et ideo patientiã debemus habere pręcinctam, id eſt ante oculos maximè poſitam, ad illos qui inſultant nobis in faciem, ne malum pro malo reddamus, ſed econtrario benedicamus. Patientia enim neceſſaria eſt, ut reportemus promiſsionẽ. Poteſt & aliter dici, Indutus eſt decorem & fortitudinẽ. Decorem enim induit, quoniã aſſumptis tribus diſcipulis aſcendit in montem, & transfiguratus eſt ante eos. Fortitudinem uerò induit, quando inimicis quærentibus ſe reſpondit, Ego ſum. & hoc ſolo uerbo eos proſtrauit. Item fortitudinem induit, quando flagello facto de funiculis uendentes & ementes de templo eiecit. Vel aliter habetur in Euangelio, quod qdam de eo dicebant, quia bonus eſt: alij autẽ nõ, ſed ſeducit turbas. Et inter hos induit decorem & fortitudinẽ, quia talem habitum propter noſtram inſtructionem ſibi aſſumpſit, ut nec delectaretur lingua laudantium, nec frangeretur lingua uituperantiũ. Quod uerè & decorum fuit, & ad magnã fortitudinem pertinuit. Et huic utriq; ſententiæ pręcinxit ſe fortitudine, ut poſterius dictum eſt, planè potes adaptare.

Etenim firmauit orbẽ terræ.] Verè Dominus indutus eſt decorem & fortitudinem, id eſt decoros & fortes, quia firmauit orbem terrę, id eſt qui prius in terrenis uolubiles erant & inſtabiles, ut orbis in fide ſtabiles & immobiles fecit. Vel firmauit orbem terrę, id eſt tales fecit, qui nec molleſcerent lingua adulantium, nec frangerentur lingua detrahentium. orbem terræ dico, qui non cõmouebitur. Eſt enim quidã orbis terrę qui non cõmouebitur, ſcilicet hæretici, quorum motus exponit nobis Apoſtolus in parte dicens: De quibus ſunt Hymineus & Philetus, qui circa ueritatem oberrant dicẽtes, reſurrectionem iam eſſe factam, & quorundam fidem ſubuertunt. Quis autem ſit orbis qui non commouebitur, ſubſequenter aperit dicens: Firmum ſtat fundamentum. Nouit enim Dominus qui ſunt eius. &, Recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen eius.

Parata ſedes tua.] Apoſtrophe ad Dominũ. Q. d. Firmaſti quidẽ orbẽ terræ, & hoc modo parata eſt ſedes tua, extunc ſcilicet, uel ex quo Dñs regnauit: uel ex quo terra fundata eſt. Et quãuis, q. d. ex tẽpore parata ſedes tibi eſt, tũc ſedes eſt æterna, qa tu es à ſeculo, & tu es æternus. *αἰών* apud Græcos ambiguũ eſt, quia ponitur & pro ſeculo & pro æterno: & ideo Latini interpretes ſæpè inueniũtur poſuiſſe pro æterno. Sedes Dei ſunt illi, in quibus Deus inhabitat. De quib. per prophetam dicitur: Super quẽ requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper quietem & humilem, & trementem uerba mea? Eſto ergo tu quietus, non rixoſus: humilis, non ſuperbus, & ſic eris ſedes Dei. neq; timet timentem in te ſedem, quia ipſe firmauit eam.

Eleuauerunt

Digitized by Google

Eleuauerunt flumina fluctus.] Quaſi dicat: ad hanc ſedē toam parandam flumina quæ prius timuerunt, eleuauerunt uocē ſuā. flumina accipit illos de uentre, id eſt da memoria, quorū fluxerunt in gentes abundanter ſpiritualia dona, id eſt ſanctos Apoſtolos. horum autem fluminum caput, id eſt fons eſt ille, qui dixit: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. De his fluminib. nnū quod ualde prius timidum fuit, quando ad uocem ancillę ter negauit, id eſt Petrus tunc uocem ſuā audacter leuauit, quando ipſis dimiſsis à principib. & ſacerdotibus poſtquā eos incarcerauerunt & flagellauerunt, & ne amplius in Chriſti nomine loquerētur edixerunt, audacter reſpondit: Vos iudicate, ſi iuſtum eſt Deo magis obedire quā uobis. Nos enim quæ audiuimus & uidimus, nō loqui nō poſſumos. Tunc etiā uerè uocē eleuauit, quando ſicut in Actib. Apoſtolorum legitur: Stans in medio aperuit os ſuū, & dixit: Viri fratres, &c. Similiter & alij audaciſsime quiq; pro ſe fecerunt. Et hoc eſt quod dicit: Flomina quæ prius timuerūt, dū quaſi in morte & paſsione Domini deſperauerūt, poſt ſpiritus ſancti cōfirmationem, qui timorē eorum uertit in amorem, uocem ſuā eleuauerunt. uocē ſuam, id eſt Chriſtū fiducialiter prædicauerunt: eleuauerunt uerè dico flumina uocem ſuam. iteratio eſt ad cōfirmationem, & oon ſolom eleuauerunt uocē in leni admonitione, ſed etiā eleuauerunt fluctus ſuos. i. cōminationes ſuas dicentes: Vę mundo à ſcandalis. Et uę uobis niſi pœnitentiā egeritis. fluctus dico adauctos à uocibus aquarom multarom, id eſt multorum populorū, prędicantib. enim ſanctis Apoſtolis ſtatim multi crediderunt, & etiā ſpiritum ſanctum acceperunt, & ſic multi ex eis uocē eleuauerunt, id eſt Chriſtum prædicare cęperūt. & ideo tāto fiducialius ſancti Apoſtoli uocē ſuā aleuare potuerunt. uel aliter: Quando ſancti Apoſtoli dimiſsi ſunt à ſacerdotib. & principib. ut ſupra diximus, ad ſuos uenerunt & narrauerunt eis, quęcunq; dixerant, uel fecerāt eis principes & ſacerdotes. at illi hoc audiētes unanimiter leuauerunt uocem dicentes: Tu Domine feciſti cœlum & terrā, &c. Et ex tali aggratulatione iſtorum Apoſtoli confortati ſunt, ut non ſolū uocem admonitionis, ſed etiā fluctos comminationis eleuarent. & ecce factum eſt q, ſequitur, ſcilicet quod mirabiles elationes maris, id eſt gentilium in ſterilitate ſua amaricantium contra eos inſurrexerunt. Tunc enim frendens leo occurrit Samſoni, uxorem ab allophilis ducēti, ut ſupra dictū eſt. Sed quæ cura? Nulla ſcilicet, quia Dñs mirabilis fuit in altis illis elationib. deprimēdis. Qui enim prius pedibus mare conculcauerat, ipſe ſuperbiam gentilium ſubiugauit.

Teſtimonia tua credibilia.] Et qoia mare tantas elationes cōcitauit, ideo nimis. i. ualde credibilia facta ſunt ab Apoſtolis teſtimonia tua, id eſt quæ tu Dñe teſtatus fueras eis dicens: In mundo preſſurā habebitis, in me aūt pacē. Experimentū uerò unius, id eſt preſſuræ quā in mundo patiebātur, erat eis certitudo alterius, ſcilicet quod in ea uerè pacē æternam habituri eſſent. Et hęc ſanctitudo. i. talis eruditio per flagella, quæ uerè ſanctitudo, id eſt ſanctificatio & probatio eſt, decet domū tuā, id eſt illos qui ſunt ſanctū tēplū tuum, in quo tu habitas: domū dico duraturam in lōgitudine dierū, id eſt æternaliter. Vel aliter: Eleuauerunt flumina fluctus ſuos. Q. d. Et ut ſedem quæ tibi parabāt impedirēt, ideo Dñe flumina, id eſt mūdani, philoſophi eleuauerunt uocē ſuā. i. rationes ſuas & argumentationes contra ueritatē tuā. Et non ſolum flumina aleuauerunt uocē, ſed etiā flumina, id eſt principes in amaricantes huius ſeculi fluctus influentes, eleuauerunt fluctus ſuos, id eſt minaces cōtradictiones ſuas, fluctus dico concitatos à uocibus aquarū multarom. i. multorum populorū, quia ut alius pſalmus dixit: Et populi meditati ſunt inania, &c. aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius. Et hoc modo elationes maris mirabiles factæ ſunt, ut prius, ſed Dominus mirabilis fuit in illis altis deprimēdis. Et hoc modo mirabilis, quia teſtimonia tua, id eſt ea quæ ipſi de te teſtati ſunt, quanquam uiderentur incredibilia, tamen per miraculorum exhibitionem facta ſunt nimis, id eſt ualde credibilia. Quod enim dixerunt, factis cōprobauerūt Dño cooperante & ſermonē confirmante ſequentibus ſignis. Et quia dicit hæc ſanctitudo et ſanctificatio, ſcilicet dicta factis cōfirmare decet domum tuam Dñe, duraturam in ſeculū ſeculi, ut prius. Poteſt & aliter iuxta priorē ſententiā legi: Mirabiles elationes maris. Q. d. quia flumina. i. Apoſtoli eleuauerunt uocē ſuā, uel fluctus cōminādo æternas pœnas hominib. ſi non conuerterentur: ideo mare. i. amaritudo gentilitatis, quæ prius iacebat in cupiditatib. terrenorum, mirabiles elationes fecit, id eſt mirabiliter intumuit: quia quot in imo erat, factū eſt in ſummo hoc eſt, amorē terrenorum cōuertit in amorē cæleſtium. Et hoc inde factū eſt, quia Dñs mirabilis fuit in altis, id eſt in profundis aquis illius maris. Quia ſicut olim per Moyſen ſeruum ſuū aquas in mari immiſſo ligno dulcorauit, ita immiſſo ligno crucis ſuæ in mare gentilitatis. i. notificata gentib. fide paſſionis & reſurrectionis ſuæ, amaritudinē earum conuertit in dulcedinē: quia qui prius mundi fuerāt amatores, facti ſunt cœli amatores, & mūdi contēptores. Et hoc modo Dñe teſtimonia tua. i. quæ tu teſtatus fueras de concorporatione Iudæorū & gentium dicta ſunt. Alias oues habeo, quæ nō ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c. Talia facta ſunt nimis credibilia. Et hęc ſanctitudo q, etiā aliæ oues cōuertentur & cōcorporabuntur, decet domum tuam, id eſt eccleſiā tuam, quæ non decet anguſtis ſpacijs claudi, domum dico duraturam in longitudine dierum, id eſt in æternum.

IN PSALMVM XCIII.

ARGVMENTVM.

ENumeratis malis quæ uictor Chaldæus ingeſsit, adiungitur oratio uicti, capti & trāſmigrati populi. Aliter uox eccleſiæ de Iudæis ad Dominum.

PSALMVS IPSI DAVID quarta ſabbati.

EXPLANATIO.

QVarta ſabbati, eſt à ſabbato quarta feria, qua die Dñs luminaria cœli creauit. Hoc aptandū eſt ſanctis uiris cœleſti in terra conuerſatione lucentib. de quibus eſt pſalmus iſte dicturus. Reſpiciens propheta inſipientium corda turbari, quaſi Deo mortalia non curante, quando impios proſperari, & iuſtos cernebant adfligi. In prima parte Dominū rogat, ut retribuat ſuperbis, per quos mundum tali æſtimatione cognouerat eſſe uitiatū. Secunda ipſos increpat, qui ſtulta blaſphemia Deū putant humana nō uidere, dum ipſe creaturis ſuis intelligentiā præſtet & ſenſum: beatū deputans illū, qui mundi felicitate cōtēpta in diuina reuerētia perſeuerat. Tertia ad eorū animos inuitādos, Dñm ſibi dicit fuiſſe refugiū, & uindicē fore peccātiū.

COMMENTARIVS.

DEus ultionum Dominus.] Solent multi murmurare aduerſus patientiā Dei, & dolere impios uiuere, plurimum poſſe, & quod grauius eſt, bonos opprimere: & ſic peruertuntur impatiētes & infirmi animi, quaſi fruſtra ſint boni, quia Deus oculos ab eis auertit, & malos in his quæ diligunt adauxerit. Putantes ergo ſine cauſa bene uiuere, inuitantur ad imitandam eorum maliciā,

Digitized by Google

quos florere perſpexerint. Si ſũt propter infirmitatẽ perſonæ uel animi mala facere formidant, na & ipſi mala ſuſcipiant, abſtinent quidẽ ſe à malis factis, ſed non abſtinent a cogitationib. prauis. Et inter cogitationes eorum iniquas hæc eſt ſumma impietas, q. putant Deum negligere & non curare res humanas, aut æqualiter habere bonos & malos: aut quod pernicioſius eſt, malis fauere, bonos odiſſe. Tales cogitationes hominũ tacitas uel etiã erumpentes in dicta uel facta curat pſalmus iſte, ſi curare uelint: quia docet patientiã in labore bonorũ, & cõtra felicitatẽ malorũ. cuius titulus eſt: Pſalmus ipſi Dauid in quarta ſabbati. Quarta ſabbati, ut in Geneſi legitur, fecit Deus luminaria, id eſt ſolẽ & lunã & ſtellas oẽs, & poſuit eas in firmamẽto cœli. Quid ergo uult ſibi quod de quarta ſabbati titulum accepit pſalmus. In quo patientiã docemur in labore bonorum, & contra felicitatẽ malorũ habes Apoſtolũ dicentẽ fidelib. in Chriſto roboratis: Omnia facite ſine murmuratione & diſceptatione, ut ſitis irreprehenſibiles, ſinceri & immaculati filij Dei, in medio nationis diſtortuoſę & peruerſę, in quibus lucetis tanq̃ luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes. Luminaria in firmamento fixa quantumcunq; de eis mẽtiantur homines, quãtacunq; obprobria in ea dicant, uocantes hãc ſtellã Veneris, illã Iouis, & quantacunq; intemperie hæc ima perturbẽtur: illa tamẽ itinera ſua non relinquunt, ſed ſeruant curſus per cœleſtes tractus, ut diſpoſuit eis creator eorum. Sic & homines quorum cor infixum eſt firmamento cœli, & in libro legis Dei, & qui non fruſtra audiunt, ſurſũ corda, quorũ theſaurus & cõuerſatio eſt in cœleſtib. Quantũcunq; mali & perſuaſores & detractores de eis mentientes maledicãt, quantũcunq; detrahant, ipſi tamen iter ſuũ peragunt. i. à bono propoſito non recedunt. Et horum talium uox eſt in hoc pſalmo, exhortantiũ infirmos & murmurantes ad patientiã in labore bonorum, & contra felicitatẽ malorum & reprehendentium impios florentes, & ueritatem nõ cognoſcẽtes. Titulus ſic exponitur: Pſalmus, id eſt, laus iſta attribuitur ipſi Dauid, non cuicunq;, ſed ſignificato per res creatas quarta ſabbati. hoc eſt attribuitur ſolis fidelib. ſanctis in Chriſto roboratis, quos uocat Apoſtolus luminaria mũdi. horum enim uox, ut ſupra diximus, eſt in hoc pſalmo, quãlibet contra patientiam Dei murmurantẽ, ſiue corrigẽtium. Quaſi dicat: Tu quidem murmuras, q. Deus ſtatim non punit iniquos: non debes murmurare, ſed potius tibi cauendum eſt ne tu ſis inter illos, quia uerè puniet eos. Nam Deus eſt, & ſi Deus eſt, iniuſtus non eſt: ergo nihil quod tu non punies, impunitũ relinquet. Et quia Deus eſt, ergo erit Dominus ultionũ: Deus, dico uerè erit Dominus ultionũ, id eſt poteſtatẽ & dominium tandem in ulciſcendo exercebit. Nam (q.d.) liberè aget. Et uerè tunc liberè aget, quia prius liberè egit, qui nulli in uerbo pepercit. Dominus erat in carnis humilitate, ſed nullius perſonam reſpexit in ſermone ueritatis. Nulli pepercit in uerbo, ut eſſent quibus parceret in iudicio. De eo enim dictum eſt. Et erat loquens tanquam poteſtatem habẽs, non ſicut ſcribę eorum, & phariſei. Et qui nulli pepercit in uerbo, ueniens iudicandus: parcet alicui in ſententia, ueniens iudicaturus. Et qui nullum timuit in humilitate, timebit aliquem in maieſtate? Nullum utiq;, ergo qui prius liberè egit, & tandem liberè aget.

Exaltare qui iudicas terram.] Dixit quia liberè egit, hãc autẽ libertatem eius impij homines, id eſt Iudæi non tulerunt: quia contrarij erant operibus eorum. Sed eũ tenuerunt, flagellauerunt, ſpinea corona circundederunt: in crucem leuauerunt, & tandem occiderunt. Et ideo propheticus ſpiritus hoc præuidens dixit: Exaltare qui iudicas terram. Quaſi dicat: Morere Domine ut exalteris, & exalta te ut iudicatus à terra, iudices terram, tu dico qui uerè iudicas, id eſt iudicabis omnem terram, tam cultã quam incultã: & ideo redde retributionem ſuperbis. Superbi ſunt illi quib. parum eſt peccare, ſed audent etiam peccata defendere. Et his reddet Dominus retributionem: quã retributionem? Vtiq; æternam damnationẽ, humilib. autem non retribuet. Verbi gratia. Quidam de ipſis crucifixoribus Domini uiſis tot miraculis & tantis Apoſtolorum præconijs auditis, ſe humiliauerunt: quia peccatum ſuum cognouerũt, & precium redemptionis ſuæ, qui ſæuientes fuderunt credentes biberunt, quãdo accedentes ad Apoſtolos dixerunt: Quid faciemus uiri fratres? &c. Et his talibus non retribuetur. Superbis autem quibus parum eſt feciſſe, ſed nituntur etiam defendere, illis retribuetur. Dicitur autem ad eorum correctionem, ut uel timore pœnæ conuertantur. Et ſciendum quòd dicit Exaltare & redde. ꝓphetia eſt præſcientis, non audacia iubentis. Non enim ideo Dominus fecit, quia prędixit propheta: ſed ideo ꝓpheta prædixerat, quia Dñs facturus erat.

Vſque quo peccatores.] Ecce, propheticus ſpiritus habitum aſſumit alicuius diſerti conſolatoris. aſſociat enim ſe illis murmurantibus, quos ſolatur in ignorantia: non quia neſciret quod quaſi ignorãs quærit, ſed ut quibus compatitur, acceptabilior ſit eius conſolatio. Et eſt quaſi dicat: Ideo dico ut reddas retributionem ſuperbis, quia uſq; quo Domine peccatores gloriabuntur. Certè, quaſi dicat, peccatores gloriabũtur, quouſq;, id eſt, quamdiu tibi placuerit. & quomodo glorientur oſtendit, quia effabuntur, id eſt extra fabũtur. hoc eſt perſuadebunt alijs iniquitatem. Et ideo effabuntur, quia loquentur eã prius in corde ſuo. Cogitant enim ſic apud ſe: Certè ſi ea quæ ego facio diſpliceret Deo, non me ſineret uiuere, ſed iam dudum me interfeciſſet. Et quia hoc cogitãt apud ſe, ideo poſtea eloquuntur, ut alijs idem perſuadeant. Et hoc eſt q. dicit, effabuntur, & prius loquentur in ſe iniquitatem. Loquuntur autem ideo: Securus dico, quia operantur etiam iniuſticiam, id eſt ad effectum perducũt iniquitatem quã cogitauerunt, hoc eſt quod dicit Loquentur omnes qui operantur iniuſticiã. Et quia tu Domine non corrigis eos, ideo iniquitatẽ ſuam ſuper alios etiam extendent. quia humiliauerunt populum tuũ. Poteſt & ita ſimpliciter continuari. Quã iniuſtitiam operantur? hanc ſcilicet, quia humiliauerunt Domino deuocando, & ſibi incorporãdo populum tuum, quem autem populum, & quã humiliationem accipiat, determinat dicens: Et hęreditatem tuã uexauerunt. Et uerè, quaſi dicat uexauerunt, quia uel interius deuocando: aut ſi non interius, ſaltem exterius uiduam, id eſt aliquã carentem tanquam conſolatore mundo tanquam uiro. Et aduenã, qui non ſe manentem ciuitatem hic habere credit, ſed futuram inquirit: & etiam occiderũt quoſdã corporaliter, quoſdam ſpiritualiter pupillos, id eſt illos qui orbati erãt patre mundo. Et hęc agentes dixerunt: Dominus nõ uidebit iſta, quia nec etiam intelliget ea Deus Iacob. id eſt, Deus ſupplantator, & præſentia cõtemnentiũ, quę iſti Deum faciunt ſi. q.d. Quia tu Domine prolõgas nimietatem, ideo & ipſi ſuperaddunt iniquitatẽ. prius enim ſtatuerunt te iniuſtum, quando iniquitatem ſuam placere tibi dixerunt. Huic iniquitati aliã nunc ſuperaddunt: quia quod res humanas non cures, aſſerunt dicentes, Non uidebit Dominus, &c.

Intelligite inſipientes.] Facit apoſtropham ad murmurantes & infirmos, docens eos ne flore malorum ſeducti ipſos imitentur. quaſi dicat: illi quidem perſuadent iniquitatem, & etiam minuunt potentiam ſuã Domino dicentes, quòd non uidebit mala quæ faciunt: uos autem infirmi in populo Dei, inſipientes, id eſt, non prouidentes uobis in futurum, æmulãdo florem malorum, ne talibus adhæreatis, ſed intelligite quod intelligendum eſt: & uos ſtulti non attenditis quam uanum & fragile ſit quod appetitis, ſi prius aberrauiſtis, uel aliquando ſapite, quia mentiuntur illi qui dicunt, Non uidebit nec intelliget. Nam uerè intelliget

telligit Dominos, & uidet. Qui enim plantauit aurẽ, id eſt, fecit banc materiem audiendi, quæ eſt autis, nunquld nõ aodiet? Et qui finxit oculum materiã uidendi in nobis, nunqoid non conſiderat? Et ille qoi ubiq; corripit gentes præcones ſuos, circũquaq; mittendo, qui & prædicarent ueritatem, & corriperent falſitatem, nunquid tandẽ non arguet io uanum gratiam accipientes? Et quaſi aliquia dicat: Argueret utique, ſi ſciret. ſubdit ſtulte: Ille qui docet bominẽ ſciẽtiam, non neſcit? utiq;. Quia Dominus abſolutè eſt, id eſt omnia In poteſtate ſua babet. Et ſi omnia, ergo ſcientiam. Et quia ſciẽtiam poſsidet, ergo manifeſtũ eſt quia ſcit non ſolum facta, ſed etiam cogitationes hominum: non autem ut eas probet, immò ut improbat, quia ſcit qooniam uanæ ſont. homines aũt (quaſi dicat) neſciunt cogitationes Dei iuſtas & ueras. ſcilicet neſciunt quare parcet malis. Relinquamus ergo cogitationes bominum uanas, ut ſciamus cogitationes Dei ueras. Quis autem eſt ſciẽs cogitationes Domini ueras? nullus ſcilicet, niſi quẽ Dominus erudierit, id eſt qui cor babet affixum in firmamẽto cœli, id eſt, in libro legis Dei: & ideo omnis ille uerè beatus eſt, quẽ tu erudieris. Et ideo dico beatus, quis tu docueris eum de lege tua, id eſt faciens ei documentum legem tuam, id eſt paterna flagella tua. Qui ideo per legem iotelligunt, quis lex pœnas irrogat, facies ei documentum ad hoc ut miriges ei, id eſt, ut mitigatum & temperatum facias eum, ne ſeducatur à diebus malis. Dies mali ſunt, in quibus mali florent, boni laborant: ſed labor bonorum, eſt paternum flagellũ: flos autem malorum, fouea eorum. Et ideo dicit Mitiges ei à dieb. malis, qa dies mali duraturi ſunt, donec fodiatur fouea, id eſt ut quaſi ad plenum æterna damnatio præparetur peccatori. Et eſt quaſi dicat murmuranti cuilibet contra patientiam Dei: Tu quidem uis impium iam ſepelire. ſed nondum tempus eſt, qa nondum fouea parata eſt. Expecta ergo, donec peccatori fodiatur fouea. Peccatorem accipit hic illum qui in confeſsione peccatorum pœnitentiam agere non uult, ut per humilitatem ſaluetur. Neceſſe eſt enim in quocunq; ſiue uir ſiue fœmina ſit, præcedat humilis confeſsio, ſequatur ſalubris pœnitentia, quæ ualeat ad hominem corrigendum, non ad Deum irridendũ. Et ſi bona opera facit, inde Deo gratias agat, nec aliũ contemnat, quaſi miſericordia Dei, quæ larga eſt in omnes, in eo ſit præcluſa. Phariſeus uerò nõ inde dãnatus eſt, qui de bonis operib. ſuis gratias egit, quia dixit, Gratias ago tibi Domine: ſed quia publicanum contempſit dicens, Quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, uel ut etiam hic publicanus. Superbus ille erat in bonis operibus ſuis, quia inquit: Deſcẽdit hic iuſtificatus in domum ſuam. ab illa uis non repellit. Dixit dieb. malis duraturis, donec fodiatur peccatori fouea. Et quaſi dicat, Donec plebi eius præparetur exercitium, quia exercebit quidam Dominus plebem ſuam per æterna flagella, non autem repellet eam. Et exercitando non derelinquet, immò potius attrahet ſibi hæreditatem ſuam. hoc eſt plebem ſuã, quæ eſt ei hæreditas. Et tamdiu nõ derelinquet, quo ad uſq;, id eſt uſque ad tempus illud in quo tempore iuſticia, id eſt iuſtus ille qui emphaticè dicitur iuſtitia, cõuertetur ab humilitate in iudicium, ſcilicet ut qui prius uenit humilis iudicandus, terribilis ueniat iudicaturus. Et qui erunt tunc iuxta illam iuſtitiam? hoc eſt, qui erunt tunc collaterales iſtius iuſti uenientis ad iudicium, ut cum eo iudicent? Scilicet omnes qui ſunt recto corde. Vel aliter: Quouſque iuſticia noſtra conuertatur in iudicium ſcilicet, ut in quibus prius præceſsit, iudices fiant. Quaſi dicat: Nunc iuſticiã habe, nunc iuſticiam tene, dum nondum poteris iudicium habere. Sancti enim Apoſtoli prius iuſtitiã habuerunt, id eſt impios homines tolerauerunt, poſtea iudicabunt. Et ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus prius uoluit iudicari quam iudicare. Prius enim tempus paſsionis, deinde tempus iudicationis: prius tempus humiliationis, deinde tempus exaltationis. ergo nunc iuſtitiam tene, ſi tandem iudicium uis habere. Et qui (quaſi dicat) ſunt iuxta illam Iuſtitiam, hoc eſt qui ſunt illi etſi nunc eam habeãt integrè, tamen quantum poſsibile eſt homini, ad eam accedũt. Hoc enim per Iuxta notatur, quòd accedere quidem ad iuſtitiam poſsimus, ipſam autem integrè habere non poſsumus. Quis inquã iuxta illam? ſcilicet omnes qui ſunt recto corde. Recto corde ſunt illi, quib. placet quod Deo placet, & qui rectum cor Dei ad ſuum cor non diſtorquent: ſed ſi aliquando aliqua uoluntas in eis ſurgit, quæ Deo diſpliceat, ſtatim eam uoluntati eius quaſi regulæ directè colliniant. Quod autem duæ uoluntates in nobis ſint, Dominus Ieſus Chriſtus dignatus eſt in ſe præfigurare. Per guttas enim ſanguinis, quæ de corpore eius ut ſudor exierãt, ſignata eſt illa bona & conſtans uoluntas, quę ſtatim uoluntati Dei colliniatur. Per uerba Dei quibus noſtrã in ſe tranſtulit infirmitatem, dicens, Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte: præſignauit in nobis leuem uoluntatem. Quod autem talis uoluntas ſtatim ad uoluntatem ſit dirigenda & complananda, oſtendit cum ſubiunxit. Veruntamen nõ ſicut ego uolo pater, ſed ſicut tu.

Quis conſurget.] Item perfectus ille qui hic loquitur, ſcilicet ſiue ſol ſiue luna, uel quodlibet de luminaribus docet inſipientibus in populo Dei, ut per diuinum auxilium inuocare, ut iuſtitiam quæ tandẽ conuertatur in iudiciũ, poſsint habere. quaſi dicat: Quia nemo iudicium poterit habere, niſi iuſtitia præcedente: iuſtitiam uerò nemo habere poterit, niſi recti corde, ergo uos murmurantes in populo Dei, & inſipientes ut per diuinum auxilium poſsitis ad hæc attingere, inuocate diuinum auxilium, & dicite: Quis conſurget mihi, id eſt ad me adiuuandum aduerſus malignantes, id eſt maligna perſuadentes. Malignantes uocat diabolum & angelos eius, & filios etiam diffidentiæ, in quibus tanquam in uaſis ſuis operatur. Aut quis ſtabit mecum, ferens mihi adiutorium aduerſus operantes iniquitatem. id eſt contra illos eoſdem malignantes, qui mala quæ perſuadent, etiã in nobis operantur. Quis inq̃ cõſurget, aut quis ſtabit? Dñs ſcilicet, qui & prius, & uerè prius mecũ ſterit. qa anima mea habitaoit in infamo. hoc eſt dicere: Volui deceptus imitari malitiã eorum, deceptus flore eorũ, & ſic ferè perij ad hoc ut anima mea habitaret, id eſt firmiter hæreret in infemo illo, de quo ſupra dictum eſt, Donec fodiatur peccatori fouea. Minus tamẽ fuit, quod non habitauit ibi, & hoc in paulo, id eſt paruiſsimum quiddam minus fuit, ſcilicet quia etſi uolontate, nondum tamen in re in ueram imitationem illorum, quamuis (quaſi dicat) tam propinquus fuit, tamen non habitaui ibi: quia Dominus adiuuit me ne prorſus ruerem. Quod niſi eſſet, tunc uerè habitaſſem. Et quaſi dicat: Quia tunc adiuuit me, adiuuabit & nunc.

Si dicebam, motus eſt pes meus.] Hoc perfectus hic agens in perſona ſua dicit, adhuc docens illos murmurantes & inſipientes. Quaſi dicat: Dicis quia adiuuit te Dominus prius, & certè adhuc adiuuabit te, ſi dicas ei, Motus eſt pes meus: quia ſi ego aliquando et dixi, adiuuit me. hic commendatur humilitas confeſsionis, quę adeò Deo grata eſt, quod etiam poſtq̃ pes. i. affectio noſtra mouetur, ſi ſtatim poſt motum confitemur, ruinam non plangemus. Et hoc eſt quod dicit: Si ego non dico dixi, ſed dicebam, id eſt etiamſi dicere incipiebam, Domine motus eſt interior pes meus: ſtatim miſericordia tua adiuuabat me, ut ruinam non plangerem. Quaſi dicat: Si ego ſum motus ut homo, tu aderas mihi ut Deus.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo.] Bene dico miſericordia tua adiuuabat me. Nam conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam, & pręcipuè

cipuè in hoc lætificauerunt me, quis ſcio me per has conſolationes tandẽ tibi adhæſurum. Illi uerò, id eſt malignantes & operantes iniquitatem, non

* * * * *

IN PSALMVM XCIIII
ARGVMENTVM.

PRædicens ea quę uel de Babylone exeunti, uel in Babylone poſito contigerunt. In principio pſalmi omnes ad gratiarum uocat actionem. deinde exemplo rerum præteritarum utilitatẽ exorationis inducit. Aliter uox eccleſiæ pœnitentiam ſuadentis.

LAVS CANTICI IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

LAus deuotionem uocis, cãticum hilaritatem mentis, ipſi Dauid Chriſto ſalutari noſtro deſignat, ut uidelicet conuenientes non in delectationibus uanis, ſed in Domino exultemus. Præuidens propheta Iudæos Chriſto poſſe reſiſtere, primo ingreſſis populos eorum ad pſalmodiam inuitat, laudes Domini dulciſsima uarietate deſcribens. Secũdo ipſe Dominus loquitur, ne cor ſuum idem populus induret, ne eis contingat quod patribus eorum, qui non meruerunt terram repromiſsionis intrare.

IN PSALMVM XCV.
ARGVMENTVM.

OB reditum de Babylone gratiarum actio celebratur. Aliter uox eccleſię uocantis. Item qui in præcedente pſalmo deſtructam domum noſtram fleuimus, id eſt regulam diſciplinæ, hic de reparata gratulemur.

CANTICVM IPSI DAVID, QVANdo domus ædificabatur poſt captiuitatẽ.

EXPLANATIO.

QVantum ad literam, tempus ſignificat illud, cum Babylonia captiuitate laxata tẽplum Hieroſolymis reſtauratũ eſt. ſed ſpiritaliter deſtructa domus ædificatur, quando poſt captiuitatem peccati anima uiã ueritatis receperit. Domus enim iſta, id eſt uniuerſalis eccleſia, in qua Chriſtus inhabitat, uiuis lapidibus ſemper extruitur, donec ad finem ſeculi prædeſtinatorum numerus impleatur. In prima parte pſalmi commonet propheta generalitatem cantare Domino, & in toto orbe prædicare Dominicæ incarnationis aduẽtum, quoniã ſuper omnes deos uerus eſt Dominus. Secunda diuerſas admonet gẽtes, ut primo ſemetipſas offerant, poſtea munera prædicationis exoluant, Domini aduentum utrunq; commemorans, uel quo iudicatus à mũdo, uel quo iudicaturus eſt mundum.

IN PSALMVM XCVI.
ARGVMENTVM.

TRiumphus de Babylonis, & de reditu populi gratiarũ actio geritur, ubi ſolito ſchemate regnantis Dei pompa diſcribitur. Aliter uox eccleſiæ ad aduentum Domini.

IPSI DAVID, QVANDO TERra eius reſtituta eſt ei.

EXPLANATIO.

IPſi Dauid ad Chriſtum refert, terram eius reſtitutam, uel reſurrectionem carnis, quam ex uirgine ſumpſit, intellige: uel peccatores quoslibet ad eum poſt peccata reuerſos. ſicut factũ eſt in Iudæis, qui Dominicæ crucifixionis piaculum pœnitendo diluerunt. In primo membro pſalmi propheta poſt reſurrectionem Domini uirtutes eius diuerſa prædicatione deſcribẽs, idolorum cultores digna increpatione redarguit. Secundo ad Dominum uerba conuertit, gaudens eccleſia auctori ſuo credidiſſe, monẽsq; fideles in Domino lætari, quod ſoleat eos à prauorum liberare preſſuris.

IN PSALMVM XCVII.
ARGVMENTVM.

SOluta captiuitate iungitur exhortatio deuotæ in Domino obſeruantiæ, ſolito ſanè ſchemate paratę de Babylonijs uictoriæ pompa deſcribitur. Aliter uox eccleſiæ ad Dominum & Apoſtolos.

PSALMVS IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

TItulus iſte refertur ad Dominum Chriſtũ, de cuius utroq; aduentu pſalmus, quem præcedit, dicturus eſt. Per totum pſalmum propheta loquitur. In prima parte cõmonet populũ Chriſtianum, cantici noui exultatione lætari, quando mirabilis eſt Chriſti cõceſſus aduẽtus. Secũda diuerſis modis uberius dicit eſſe gaudendũ, quia deſideratus iuſtus ſit iudex in fine uẽturus.

IN PSALMVM XCVIII.
ARGVMENTVM.

VT ſuprà. Aliter uox Apoſtolorum ad populum.

PSALMVS IPSI DAVID.

EXPLANAT O.

DAuid Chriſtum accipe, cuius honor in hoc pſalmo, poteſtasq; cantatur. In prima ſectione commonet propheta uniuerſos populos Chriſto Domino cõfiteri, quia iudicium & iuſticiam fecerit in Iacob. Secunda commonet plebem adorare Dominum ſaluatorem, qui Moyſi & Aaron & Samuel propitius extiterit, utpote præcepta eius ſeruantibus. Vnde exaltandum & adorandum eſſe Dominum, qui fideles ſuos exaudire dignatus eſt.

IN PSALMVM XCIX.
ARGVMENTVM.

TAnquam reductos iam de Babylone, & in proprio habitantes ſolo relaturos gratias Dei templum hortatur intrare. Curat autem frequenti prædicatione atq; exhortamento, ut illis & deſperationẽ reuertendi, & incuriã gratias agendi ſedulus monetur, & propheta certus eripiat. Aliter uox Apoſtolorũ ad populũ.

PSALMVS IN CONFESSIONE.

EXPLANATIO.

DVm frequenter in pſalmis poſita ſit pro rerũ opportunitate confeſſio, hic tamẽ in titulo ſingulariter aſcribitur, quia totus hic pſalmus ad utraq; pertinet, confeſſiones & pœnitentiæ uidelicet & laudis. In prima parte pſalmi propheta commonet

monet uniuerſitatem Dominum exultando laudare, & ne ſem per hoc genere cōfeſſionis utendū crederes. Secunda nos promit tit delictorū pœnitentes indulgētiæ ipſius poſſe portas intrare.

IN PSALMVM C.

ARGVMENTVM.

EX perſona iuſtorum in Babylone canitur, prædicunturq́; ea quæ ſingulis pro conſcientia ſuæ tribulationis tēpore cōuenirent. Alter uox Chriſti ad patrē de reliquijs ſanctorū.

PSALMVS IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

Titulus notus eſt, & ipſe pſalmus in formam perfectæ ſanctitatis incluſus, qui centenarium fructum debeat expectare premiorum. In prima parte pſalmi eccleſia cantare ſe dicit Domino miſericordiam & iudiciū, conſortiaq́; refugere peſſimorum. Secunda ſe aſſeris diligere fideles & eorum cohabitatione gaudere, Dæmonas autem cum ſuis immiſſionib. de ſuo corde repellere, quos nouit cū Dei famulis nō habere portionē.

IN PSALMVM CI.

ARGVMENTVM.

BAbylonicæ captiuitatis prædictis ærumnis triſtibus etiam læta, id eſt ſpem reuerſionis adiungit. Aliter uox Chriſti & eccleſiæ, cum aſcendiſſet Chriſtus ad patrem.

ORATIO PAVPERIS CVM ANxius fuerit, & coram Domino effuderit precem ſuam.

EXPLANATIO.

QVamuis aliqui præſentem pſalmū Domino ſaluatori applicandum eſſe putauerint, conueniens uidetur afflicti magis & gementis pauperis, ſicut & titulus ipſe continet, introductam eſſe perſonam. Nam cum dicit coram Domino intentionem orantis, oſtendit qua depulſis ab animo cogitationum tumultib. nihil præter ſe & eū cui ſupplicat meminerit. Et nota, quia dū ubiq; in titulis nomina ſunt poſita, hic pauper ſine nomine loquens introducitur, ſcilicet ut cū uni datur, oēs ſibi pauperes Chriſti cognoſcerent attributū. Pauper iſte reb. egens, ſed uirtutib. diues in exordio pſalmi multipliciter Dūm rogat eius intendere precib. quoniā iugi afflictione contritus, oſſa ueluti confrixa geſtauerit: ſequitur flebilis manifeſtatio neceſſitatum, & ne poſt tot calamitates de caſtigatione ſua uideretur ingratus. Tertia parte Dūi laudes proſequitur, cuius aduentu conſtruendā dicit eccleſiam: & cū ſint omnia permutanda, ipſe tamen permaneat in æternū. Infertur etiam nimis uotiua concluſio, ſanctorum ſemen ibi eſſe dirigendum, ubi habitat Dominus in gloria ſempiterna: ſic oratio pauperis, quæ inchoauit à lachrymis, perficitur in gaudium.

COMMENTARIVS.

D*Omine exaudi orationem meam, & clamor ad te ueniat.*] Oratio pauperis cum anxiatus fuerit & effuderit coram Domino preces ſuas. Pauper ille loquitur in hoc pſalmo, qui cō diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt, ut & nos paupertate eius ditaremur, à quo ſunt omnes diuitiæ iam ueræ quam non ueræ. diuitiæ eius ſunt: In principio erat uerbum, & Deus erat uerbum: paupertas uero illius eſt, Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, ibi ſe pauperauit, ubi nos ditauit. Audiamus ergo pauperem uoluntate, orantem pro nobis pauperibus neceſſitate, ſcilicet Chriſtum in nobis pauperē, nobiſcum pauperem, & propter nos pauperem orationem eius audiamus, & perſonam cognoſcamus & quicquid uidebimus eius maieſtati non conuenire, hoc attribuamus infirmitati noſtræ. Anxiatur autem & orat non propter ſe, ſed propter nos, docendo nos ut nos anxij ſimus propter nos, ad hoc ut & uocem & gemitus ſuadamus, & æternos dies quos amiſimus, recuperemus: & non tantū propter nos, ſed etiam pro fratribus. Et dicit ita: Domine pater exaudi orationē meam factā pro perſeuerantia meorū, & clamor meus ueniat. i. intromittatur ad te. Repetitio eſt, ut ait beatus Auguſtinus, ut oſtendatur orantis affectus. Poteſt aūt accipi ut maior, ſcilicet pro intenſa illa oratione, q̄ uerè exauditā oſtēdit Apoſtolus dicēs: Qui in diebus carnis ſuæ cum ualido clamore preces ad Deū fudit, & exauditus eſt ꝑ reuerētia ſua.

Non auertas faciem tuam.] Ideo dico exaudi orationē meam, nō auertas faciem tuam à me, i. à meis faciem tuam. Hoc non dicit quantum ad ſe. Quando enim Deus auertit ſe ab illo, de quo dicitur: Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians. Aut quando pater à filio? Hoc autem dicit quantum ad ſuos, à quib. tūc Deus uerè faciem ſuam auerteret, ſi eos deuocari permitteret. Non auertas inquam faciem tuam, ſed potius aduertas eam ad me in quacunq; die tribulor. i. in quocunque tempore tribulantur mei. Semper enim Chriſtus tribulatur, & tribulabitur in ſuis decedentibus & ſuccedentibus uſque in finem ſeculi. Et ideo bene dicit, In quocunq; die tribulor. i. in quocunq; die tribulantur mei, id eſt attendunt peregrinationem iſtam eſſe tribulationem, quod facere non poſſunt niſi humiliando ſe: tunc tu qui ab erectis aurem auertis, inclina ad me in meis aurem, ſicut altus ad humilem, medicus ad ægrotantem. Vel aliter.

In quocunq; die.] In quocunq; illuminato, id eſt quādocunq; mei illuminati per gratiam tuā recognoſcēt præſentē uitam eſſe tribulationē, & ſe humiliant, tūc tu inclina ad eos aurem tuam: quia tunc (q. d.) inuocabunt te. Et in quocunque die, id eſt in quocunque tempore, uel quandocunq; mei illuminati inuocauerint te in ſe non aliud, non iam ut terreni, ſed ut cœleſti: non iam portantes imaginem terreſtris, ſed cœleſtis: exaudi me. i. meos, & hoc uelociter. Non enim niſi tali deſiderio dixiſti, adhuc te loquente, Ecce adſum. Et quaſi diceretur ei: Vnde inuocas? pro qua paupertate clamas, pro qua inopia pulſas? Reſpōſio. Meritò clamo, meritò inuoco, quia dies qui deberēt eſſe mei & meorum, & eſſent niſi Adam præuaricaſſet, id eſt dies æterni defecerūt, id eſt euanuerunt ſicut fumus. O dies, ſi dies. Vbi dies auditur, lux intelligitur. Sed defecerunt dies mei ſicut fumus. Quare ſicut fumus? propter elationem. Videte fumum ſimilis ſuperbiæ tumeſcentem, aſcendentem & euaneſcētem. Vtiq; deficientem & non permanentem. Tales dies dignus fuit accipere ille ſuperbus Adam, ex quo Chriſtus carnē accepit, & liberabit nos à dieb. fumi. Qui propter nos dignatus eſt uti uoce dierum fumi, & ſubdit cauſam. quare dies defecerunt, ideo ſcilicet quia illa quę deberent eſſe omnia oſſa mea, id eſt firmamēta animæ in meis, ſcilicet ratio & intelligentia aruerunt. i. uilia & inualida propter contuitum ueritatis, quem amiſerunt, ſunt ſicut cremium. Cremium dicitur illud unde ſagimen aliquatur, poſtquam in tantum crematur, quod ſine omni humore efficitur, quod ſatis uile eſt & inualidum.

Percuſſus.] Nō ſolū in exteriori ita infirmatus ſum, ſed etiā percuſſus ſum in exteriori & in me & in meis factus ſum fœnū, quia de priori uigore in hāc miſeriā cecidi. Hic eſt percuſſus ille, de quo per Eſaiam dicit, Non in æternum iraſcar. Spiritus enim à me procedit. Oēm flatū ego feci, propter peccatū aūt modicū quid contriſtaui eum, & percuſſi eū. Et auerti faciem meā ab eo, & triſtis abijt in uijs ſuis. Hęc percuſſio in exteriori conuenit etiā ipſi capiti, propter pœnas peccati, quas cōmunes nobiſcū habuit. Et repetit q̇ prę-

Digitized by Google

dixit, ut cauſam huius eſſe oſtendat. Q.d. quod percuſſus ſum in exteriori, ideo factũ eſt, quia cor meum .i. anima meorũ aruit .i. uiluit amiſsis uirib. intelligẽtiæ & ratiõis. Et meritò aruit, q͂a oblitus ſum in meis comedere panẽ meũ .i. obſeruare Dominicũ præceptũ. Suggerente enim ſerpente & Eua præuaricante, miſer Adam oblitus Dominicum præceptum, quod deberet ei eſſe ad delectatiõem, ſicut panis edulium. Manum extendit ad uetitũ, & non inuenit quod promiſit diabolus, ſed quod minatus eſt Deus.

A uoce gemitus mei.] Dixit aruit cor meum: nunc oſtendit quomodo dicat os meũ adhæſit carni meæ .i. firmius meum in meis adhęſit infirmiori meo, ſcilicet Adam mens Euæ ſuæ conſenſit .i. ratio ſenſualitati. Quod proceſsit à uoce gemitus mei .i. à uoce ſerpentis, qui dixit: Eritis ſicut dij. Quæ uox eſt gemitus mei uox, quia pro illa ſemper mihi in meis dolendũ, ſemper mihi ingemiſcendũ. Et pro hac uoce in meis dolenda, ſum ego factus ſimilis pellicano ſolitudinis naſcendo, & ſicut nycticorax moriendo, & ſicut paſſer ſolitarius in tecto reſurgendo. Pellicanus auis quędam eſt, deſerta quærens, maximè tamẽ habitans in deſertis ripis Nili fluminis. hęc auis pullos ſuos interficit, poſtea ſuper eos plangit, & iterum uerberat ſe alis, & roſtro q; in tertia die ſanguinẽ effundit, quo mox ut irrorantur, reuiuiſcunt pulli. Hoc à Dño noſtro Ieſu Chriſto non diſconuenit, qui auis eſt ſolitudinis. Qui ſolus de uirgine natus, ſolus ſine delectatione conceptus, & ſine dolore natus: qui pullos ſuos .i. homines à ſe factos, iuſto iudicio ſuo interfecit. Et ſuper eos planxit, quia pro eis infirmari uoluit. Vnde ut alibi diximus, Sapientia Dei etiam gallinæ cõperatur. Poſt legẽ ſũt .i. in tẽpore gratiæ, q; quaſi dies tertia eſt, quantũ quod ante legẽ & ſub lege ſanguine ſuo ſuſo in cruce ipſos uiuificauit. Poteſt etiã illa occiſio .i. impiorũ conuerſio hic accipi, de qua ipſe dicit: Ego occidam, & uiuere faciã, percutiã & ſanabo. Nũq͂ enim occideretur Saulus impius perſecutor, & uiuificaret̃ Paulus optimus prędicator, niſi redemptus ſanguine ſuo, tertia die .i. poſt legẽ ſuſo. Sic & in cęteris ſic occiſis tam ante legẽ & ſub lege, q͂ poſt legẽ. Et hoc eſt q; dicit: Factus ſum ſimilis pellicano ſolitudinis. Factus ſum ſicut nycticorax habitans in domicilio. Nycticorax auis eſt uolans in tenebris. Cui Chriſtus cõparatur, quia in tenebras .i. in ignorantiam Iudęorũ uenit. Si enim cognouiſſent, nunq͂ Dñm glorię crucifixiſſent. Domiciliũ uero eſt deſtructũ ædificiũ, ubi ſcilicet ſoli parietes ſunt. Vnde alia tranſlatio habet, In parietinis. Deſtructũ aũt ædificium Iudaicus populus erat propter præuaricationẽ: & quia præuaricatores fuerunt, ideo hominem regem elegerunt, omnem uero legem contempſerunt: & latronem dimitti ſibi petierunt, Chriſtum uero crucifixerunt.

Vigilaui, & cætera.] Q.d. dormiui & euigilaui, quia à morte reſurrexi. Et factus ſum ſicut paſſer .i. auolans, ens ſolitarius in tecto .i. in cœlo: quia ſolus pontifex ille adhuc introiuit in ſecretiora tabernaculi, ubi ſedens ad dexterã patris aſsiduè interpellat pro nobis. Et q͂a (q.d.) in tantũ me humiliaui, quod factus ſum ſimilis pellicano, & ſicut nycticorax, ideo inimici tota die .i. aſsiduè exprobrãt mihi, & cætera. Poteſt hæc auium ſimilitudo corpori attribui. Sed quædã ſupra dicta ſcilicet, Oſſa mea ſicut cremium aruerunt, & à uoce gemitus mei, oportet mutari. Oſſa tamen Dñe in corpore Chriſti robuſtiora, horũ fixorium per ſimilitudinẽ ſunt infirmi, qui ſæpè periclitant̃ labẽdo, & interdum perſecutioni cedendo. Frigunt̃ enim firmiores ab his infirmis, propter cõpaſsionem & dilectionem, quam in eos habebunt. Et unumquodq; os tanto magis frigit̃, quãto plus amat. Si enim amor deſit, nullũ os frigitur. Et ideo dicit, Oſſa mea .i. firmiores de meis aruerunt per compaſsionẽ infirmorum ſicut cremium. Sequens uerſus non mutatur.

A uoce gemitus.] Dixit percuſſus ſum ut fœnũ. Et inde (q.d.) eſt hoc quòd os meũ adhæſit carni meæ .i. quod fortiores in corpore meo cõiuncti ſunt inualidis per cõpaſsionem. Et hoc à uoce gemitus mei in ipſis infirmis, ſcilicet qui gemũt, unde nõ eſſet gemẽdum, uel non gemunt unde eſſet gemendum. Gemit enim aliquis qui perdidit pecuniã, ſed non gemit qui amiſit innocentiã. Et in hoc ſe gemẽdos faciunt, nec poſſunt firmiores hos tales deſerere: quia ut ait Apoſtolus, Debent firmiores infirmorũ infirmitatẽ portare, q͂a debent eos corrigere & inſtruere. Et inde fit illud quod ſubdit dicens: Similis factus ſum in meis pellicano ſolitudinis, & cætera. Tria genera auium ponit, & tria loca: & per hoc deſignat tria hominum genera. Quidam enim de his qui oſſa ſunt in corpore Chriſti, timentes Dominicã illam ſententiã: Serue piger & neq͂, quare nõ dediſti pecuniã meã ad mẽſam, & ego ueniens cũ uſuris exegiſſem illã, nolentes lucra Chriſti quærere, & theſaurũ ſibi cõmiſſum fideliter erogare, ſũt ſimiles pellicano, aui illi deſerta quęrenti: quia uadunt ad deſertũ .i. ad illos qui nondum fidẽ perceperunt, & ibi prædicando & docendo ſiue proficiant ſiue non, tamen quod eorũ eſt peragunt. Alij quoq; de oſsib. Chriſti, uel etiã eidẽ alio tempore ſunt ſicut nycticorax in domicilijs: quia ueniũt ad illos, qui ſunt domicilium .i. deſtructũ ædificiũ, quod à fide apoſtatauerunt. De quib. ſic ait Apoſtolus: Hymineus & Philitus qui circa ueritatẽ aberrãtes multorum fidẽ peruertunt. Et in hoc ſunt nycticorax, q͂a ſicut auis illa diligit tenebras, ita ipſi frequentant & amant tenebras erroris illorũ, non ut permaneãt, ſed ut de tenebris ſplendere lucẽ faciant. Sunt itẽ alij de oſsib. Chriſti, qui ueniunt ad illos, q licet in fide ſtẽt, tamen ſub tecto ſunt, quia carnaliter uiuunt. Et inter hos quaſi dormientes uigilant .i. inquietudini dati ſunt. Iuxta illud: Iuſtus tradidit cor ſuum ad uigilandum diluculo. Et ſunt ſicut paſſer .i. cauti & queruli, quia cõdolẽt illis: paſſer dico ſolitarius in tecto, quia non ſunt cum illo ſub tecto, ſed ſoli ſunt in tecto: q͂a & ſi in carne ambulant, nõ ſecundũ carnẽ uiuunt. uel militãt ad hoc, ut illos etiam qui in tecto ſecũ ſunt ſe trahant. Vel aliter. ut per hoc tria genera auiũ, quę ponit, notes etiã tria hominũ genera, & tria loca, ſed aliomodo. Et accedit cõtinuatio ad primã lectionẽ, de capite. propter enim uocẽ gemit' dolendã, alij in corpore Chriſti ſunt ſimiles pellicano ſolitudinis, q͂a eremiticã uitã appetunt. Alij uero ſunt ſicut nycticorax, quia fugiũt cõſpectum hominũ cõmunem, ſicut auis illa lucẽ, uel ut ſancti monachi faciunt, & non ſunt in ędificio, ſed in domicilio .i. in deſtructo ædificio: quia deſtructus eſt eis mundus. Et hi dormiũt à cura ſeculari. ſunt autẽ alij qui uigilant, quia habent filios, uxorẽ, & multa poſsident. ſicut Iob & Abrahã fecerunt, & tamẽ ſunt ſicut paſſer .i. cauti. Et ideo dico ſunt ſicut paſſer, quia ſunt ſolitarij in tecto .i. in humana cõuerſatione, per hoc quia ita ſunt omnia habentes tanq͂ non habeant: & quia utunt̃ mundo tanq͂ non utantur. Et hoc eſt q; dicit, Similis factus ſum in quibuſdã meorum pellicano ſolitudinis hoc uel illo modo. In quibuſdã factus ſum ſicut nycticorax habitans in deſerto. Et in quibuſdã uigilaui, & factus ſum ſicut paſſer, ſolitarius in tecto. Vnde ſcilicet, q͂a talis ego & tales mei erant. Inimici mei exprobrabant mihi ipſi dicentes: Quare magiſter ueſter cũ peccatorib. & publicanis manducat, & multa talia. Et exprobrabant etiã meis, quia uerè primis temporib. exprobatũ fuit ab impijs ſanctis prædicatorib. quod humanas leges & mores corrũperent, & quòd homines ꝓmiſsione ueniæ latenter peccare facerẽt. Sed dicit beat' Auguſt. quia deſperatione ueniæ magis peccarent. Si enim tu aliquis ſperares, non reſtare tibi niſi tormenta, uelles hic implere omnia carnalia deſideria, & bene te corrigere, qui indulgentiam promittit & dicit: Redite pręuaricatores ad cor. Neq; Deum contemnas, quaſi promiſsione ueniæ peccatores ſecuros faciat.

Etenim

Digitized by Google

Etenim ne deſperatione ueniæ peius uiueremus, promiſit indulgentiæ portū. Item ne ſpe ueniæ peius uiueremus, diē mortis fecit incertiſsimū, prouideo conſiliū utrumq; conſtituens, ſcilicet ut eſſet reuertentes quo reciperent, & eſſet unde differentes terrerētur. Nunc ad literā redeamus. Exprobrabāt mihi inimici mei, & qui laudabāt me & meos, iurabant aduerſum me. Ore enim laudabant, corde uero inſidias parant. Et hoc ideo, quia manducabam cinerē.i. quia recipiebā & incorporabā mihi ſteriles & deſperatiſsimos, ſicut Paulum perſecutorē peſsimū, & Mathæum telonariū tanquā panem.i. ſicut Petrum ſimplicē hominē & piſcatorem. Et alios ſimpliciter uiuētes, q erant quaſi panis idonei, quos ego & mei manducaremus, & nobis concorporaremus, & potum meū cum fletu miſcebam. hoc eſt: Si quādo fuit mihi uel meis aliqua temporalis iucunditas, illi admiſcebam fletum .i. triſticiæ amaritudinem. Vel aliter, ut ſit hypallage. Q.d. Manducabam panē & in me & in meis tanquā cinerem, & miſcebā poculum meū cū fletu, magna triſtitia mihi fuit quòd neceſſarius mihi cibus & potus.

A facie iræ.] Dico quia manducabam cinerē tanquā panē. Et hoc erat à facie iræ & indignationis tuæ.i. ab ira quæ ſecuta eſt indignationē tuā, cuius facies, id eſt præſentia adhuc in nobis eſt per pœnas peccati. Itæ dico huius, quia tu eleuans alliſiſti me. Ipſa enim eleuatio fuit alliſio, quia in quantum hominem præ cæteris animalibus exaltauit, in tantum præuaricantem graniore pœna mulctauit.

Dies mei ſicut umbra.] Dico alliſiſti me, & ecce quo modo ſcilicet, quia dies mei declinauerunt.i. declinales & inſtabiles facti ſunt, ſicut umbra inſtabilis eſt. Interſerit beatus Augustinus & dicit: Certè dies tui non declinarent, ſi tu à uera uia nō declinaſſes. Quid enim mirū ſi dies tui ſimilis facti ſunt tibi. Vel aliter: Dies mei declinauerunt, facti per hoc ſicut umbra: quia nō ſunt dies, ſed umbra tantū uerorū dierum. Et ideo dies declinauerūt, quia ego aruit ſicut fœnū.i. de uiroſe priori in hanc miſeriam cecidi. Reuireſcat ergo fœnum ſanguine ſaluatoris ſui irrigatum.

Tu aūt Domine.] Ego quidē iuſto iudicio tuo arui, cecidi, inſenui: tu aūt Dñe non cecidiſti, nec inſenuiſti, quia permanes in æternū. Ergo tu æternus ſerua me temporalem. Viges ad me liberandum, ſicut uiguiſti ad me damnandū. Tu inq permanes in æternum, & memoriale tuum.i. factū tuum dignū memoria permanebit uſq; in generatioē decedentem, & generationem ſuccedentē. Quid autē illud memoriale? hoc ſcilicet, quia tu qui iacuiſti in ſeruis miſsis ad uineā, exurgens in me hærede tuo reſuſcitando, me & per me faciendo alios exurgere, miſereberis Sion, miſericors atis Iudaici populi, uocando, iuſtificando, & peccata remittendo. Et uerè miſereberis, quia uenit tempus miſerendi eius, tempus ſcilicet plenitudinis, de quo Apoſtolus: Cum uenit plenitudo tēporis, miſit Deus filium ſuū natū ex muliere, factū ſub lege, ut eos qui ſub lege erant.i. Syon redimeret. Venit dico tempus, quia uerè uenit tempus, ſicut teſtatur quidam inter ædificatores præcipuus dicens: Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, & cætera.

Quoniam placuerunt.] Dico miſereberis Syon hoc ſcilicet modo, quoniam ſeruis tuis maxime ſibi familiaribus.i. Apoſtolis tuis placuerunt.i. placebunt lapides eius Syon.i. prophetæ, adhoc ut portet eos.i. exponant quę illi prędixerunt de ædificatione uerè Syon. Et faciatis eos fundamentum, ſuper quod Syon ædificetur, & ſic miſerebuntur terræ eius.i. illorū qui terra eratis in carnali Syon, recipiēdo eos ut uiui lapides ſint in nouum ædificiū. Terra aūt erant illi in lapidē offenſionis, & petram ſcādali, ſcilicet in lapidem qui factus eſt in caput anguli, quē ipſi ædificantes reprobauerunt. Et ideo in terrā, de qua prius facti ſunt, ceciderunt. Sed non potuit inefficax eſſe uox illa petitionis, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciant.

Et ideo.i. tria milia & quinque milia.i. & oēs illi fuerunt qui precium uenditarū rerum ſuarum ante pedes Apoſtolorum poſuerūt. Et hoc fecit de hac terra, qui Adam primū fecit de terra. Vel aliter, Hoc inquā modo miſereberis Syon, quia ſeruis ſuis.i. Apoſtolis placebunt lapides eius Syon.i. quicunq; credentes de populo illo & facti uiui lapides in primitiua eccleſia, & ſic miſerebūtur eius terrę.i. illius populi. Et ſub inde gentes timebunt nomen tuū Dñe, quia ſerui tui inde expulſi prędicabūt omnib. gentib. Iuxta illud, Vobis oportebat primum loqui uerbū Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos uos eſſe iudicaſtis, ecce conuertimur ad gentes. Et non ſolum minores, ſed & omnes reges totius terræ, uel omnes bene regentes terram ſuam de gentib. timebunt, id eſt reuebuntur gloriam tuam. Nomē & gloriam pro eodem hic accipit, ſcilicet pro laude eius.

Quia ædificabit.] Ideo ſerui incipientes ab Hieruſalē ad gentes ſe conuertunt, quia taliter ædificabit Dñs Syon, ſcilicet de duobus illis populis tanquā de duobus parietibus ediuerſo uenientib. ſed diuerſa nō ſentientib. Et in hac Syon uidebitur.i. recognoſcet & hic & tandē in gloria ſua, ſcilicet reſurrectionis, aſcenſionis, confeſsionis: prius uidebatur in ignominia ſua.

Reſpexit in orationem humiliū.] Dico quia ædificabit Dominus Syon, qui in illa carnali Syō hoc modo, ſcilicet quia reſpexit, id eſt reſpiciet in oratiōem humilium, id eſt credentium & de hoc populo & de illo hoc orantium. Et non ſpreuit.i. non ſpernet precem illorum, id eſt recipiet propter confirmationem.

Scribantur hæc.] Hæc ſcilicet quòd Dns prius miſerebitur Syon, & deinde gentium. Et de his non per merita, ſed per ſolam miſericordiā ſuam ędificabit Syon. hæc inquam ſcribantur.i. tanquā ſcripta & firma annuntientur à prioribus in alteram generationē.i. in ſpiritualem generationem ſuccedentem, & ab illa in alterā: ut recognoſcant ſe nō meritis, ſed ſola gloria liberatos, & ſic ſemper populus ſuccedens qui creabitur, in operibus bonis laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo.] Et meritò laudabit Dominum, quia ipſi de infirmitate ſua non ſurſum aſpexerūt ad Dominum, ſed Dominus proſpexit.i. à longe inſpexit de excelſo ſancto ſuo.i. per me ſanctū ſanctorū excelſum ſuū, ad hoc ut ad humiles deſcenderet, & humiles exaltaret. Dñs dico aſpexit in terrā de cœlo.i. per me cœlū ſuum, ut faceret terram & cœlum.

Vt audiret gemitus compeditorum.] Ecce cur proſpexerit Dominus, ideo ſcilicet ut audiret gemitus compeditorū. cōpeditos uocat apoſtolos & ſanctos martyres, qui compedes illas habuerunt, de quib. dictū eſt: Inijce pedem tuum in cōpedes eius.i. in diſciplinam Dñi, qui corripit omnem filiū quem recipit, & rigorem eius & præcepta eius. Hę cōpedes hoc fecerunt, ut non timerent illos qui corpus occidunt, animam aūt non poſſunt occidere, ſed potius illū qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Et nō ſunt hæ cōpedes cuiq euitandę, ne fortè appetatur periculoſa ſecuritas & temporalis uitæ huius dulcedo, quā ſequitur perpetua amaritudo. Audit Dñs gemitus ſanctorum martyrū in preſſuris & in humilitate adhoc ut in tanta gloria noſtris temporib. eſſet eccleſia, quā tam hodie uidemus, ſcilicet ut regna quæ prius eam perſequebantur, modo Dño ſeruiāt. Et hoc eſt quod dicit: Vt audiret gemitus cōpeditorum. & ſic ſolueret à metu mortis filios interemptorū.i. imitatores ſanctorū martyrū, qui interempti ſunt: ita dico ſolueret, ut iſti iam liberè annuncient nomē Dñi in Syon, .i. in eccleſia. Tunc enim eccleſia in preſſura erat, quādo impediti interficiebantur. Poſt mortē aūt illorum facta eſt eccleſia in tanta pace, ut quiſque liberè in ea nomen Domini auderet annunciare. Et hoc modo à metu mortis ſolutio interemptorum filijs facta eſt. Fuit etiam in eis ſolutio, ipſa peccatorum remiſsio. Ideo enim ſi quando mori compulſi ſunt, mortem

non

non timuerunt: quia per peccatorũ remiſsionem ſecuri de eo quod ſequitur innitem, fuerunt. Sequitur.

Et laudem eius in Hieruſalem.) Repeticio eſt propter cõfirmationem. Idẽ enim accipit Syon & Hieruſalem, eccleſiã ſcilicet. Nomen quoque Domini, & laudem eius accipit pro eadem.

In conueniendo.) Dico ut annuncient. Et hoc taliter, ſcilicet in cõueniendo. i. in alloquendo populos & etiam reges prius perſequentes, hortando eos in unũ quiddam, id eſt in fidem catholicam, adhoc ut iã non ſeruiant mundo, ſed Domino. Vnde autem hoc factũ eſt, niſi quia ut ſupra diximus, exauditi ſunt in preſſuris, & in humilitate gemitus compeditorum.

Reſpondit ei.) Quærit beatus Auguſtinus ad quid referatur reſpondit, q̃ eſt ſingulare, cũ præcedat rantũ pluralis numerꝰ, popolus ſcilicet & reges: ſed dicit, quia refert ad ea quę prædicta ſuot, ad laudem uel ad Hieruſalẽ. Et eſt dicere: In annunciatione illa reſpondit ei. i. Dño laus eius. i. Hieruſalem. Laus enim eius ei reſpondet, quando gratias ei agunt, qui ab eo uocati ſunt. Ipſe uocat, nos reſpondemus Si aũt ita bene uiuimus, ut ipſe per nos laudeť, tunc laus eius in nobis ei reſpondet. Et ſecundũ hoc dicit, q̃a laus eius reſpõdit ei. Hieruſalẽ quoq; reſpondit ei, nõ illa quæ uocata non audiuit. de qua dictũ eſt, Ecce relinqueť uobis domus ueſtra deſerta: ſed illa de qua dictũ eſt, Lętare ſterilis quæ non paris, quia multi filij deſertæ, magis q̃ eius quæ habent uirũ. hæc namq; uocata non contempſit. Ipſe pluit, ipſa fructũ fecit. Vbi aũt ei reſpondit? utiq; nõ in ſe, quia nullũ habebat in ſe reſpõſum, niſi reſponſum mortis uel iniquitatis. Sed reſpondit ei in uia uirtutis ſuæ. Via uirtutis eſt Chriſtus, qui ante reſurrectionẽ non agnoſcebať, ſed potius crucifixꝰ ex infirmitate latuit, ut in reſurrectione fortis apparet. In hac uia uirtutis reſpondit ei, quia poſt reſurrectionẽ eccleſiam de toto orbe uocabit non infirmus in cruce, ſed iam fortis in cœlo. Et hęc præcipua uirtus fidei noſtræ, ut credamus cũ non tantũ mortuum eſſe, ſed etiam reſuſcitatũ: & ut ſperemus nos quoq; reſuſcitandos per illũ. Vnde dicit Apoſtolus: Si credideris in corde tuo, quia Chriſtus eſt Dñs, & confeſſus fueris in ore tuo, q̃a Deus reſuſcitauit illũ, ſaluus eris. Quia corde creditur ad iuſtitiã, ore aũt fit cõfeſsio ad Deum uel ad ſalutem. Nunc ad literã redeamus. Reſpondit ei Hieruſalem in uia uirtutis ſuæ dicens ita: Dñe nuncia mihi paucitatẽ dierum meorũ. i. fac me attendere quanta paucitate dierũ cõſtringar. Ne pauci dies mei retrahant me à diebus tuis multis, hoc eſt quod ſubdit dicẽs: Ne reuoces me. i. ne permittas me Dñe reuocari ab æternis diebus tuis in dimidio. i. per imperfectionẽ dierũ meorũ. Omne enim q̃ dimidiũ eſt, imperfectum eſt: & ideo (q. d.) dico quia dies mei imperfecti, quia anni tui perfecti & æterni ſunt tantum in generatione generationũ. i. annos tuos participat non hæc mea generatio, ſed illa ſola generatio, quę erit generatio generationũ. i. cõſtans ex omnib. generationibus. Sciendũ quia anni Dei ſunt æternitas. Aeternitas aũt eſt incõmutabilis eius ſubſtantia, cui non accedit, fuit uel erit, ſed ſolũ eſt. Sicut ipſe dixit ad Moyſen: Ego ſum q ſum. &, Qui eſt, miſit me ad uos. tamen ne deſperes, quaſi dicat humana infirmitas: Ego enim ſum Deus Abrahã & Deus Iſaac & Deus Iacob. audiuiſti q̃d ſim apud me, audiuiſti etiã quod ſim propter te. hoc maximũ quiddã eſt. Tamẽ hæc æternitas uocauit nos, & ex æternitate eruptit uerbũ. Iam æternitas, iam uerbũ, ſed nondũ tempus, quia factũ etiã eſt tempus. Omnia enim per ipſum facta ſunt. Ecce uerbũ ante tẽpus, quia fecit tẽpus: ſed tamen natũ eſt ex tempore, cũ ſit uita æterna. Et uocauit nos temporales, ut faceret ęternos. Et hæc eſt illa generatio, quæ ut ſupra dictũ eſt, participat annis Dei. Vel aliter: Reſpondit ei Hieruſalẽ in conueniendo populos in unũ. i. in unitate reſpõdit ei. qui enim non eſt in unitate, non reſpondet ei, ſed ſola unitas reſpondet uni: quia ipſe eſt unus, & eccleſia unitas. Fuerunt aũt quidã qui hanc unitatẽ diſcerpere uellent dicentes, Eccleſiam non uſq; in finẽ ſeculi duraturã, ſed citò defituram. Quod præuidens per ſpiritũ propheta futurũ introducit eccleſiã ſic dicentẽ: Dñe nũcia mihi paucitatẽ dierũ meorũ. Q. d. futuri ſunt quidã perditiſsimi dicentes me citò perdendã, nec uſq; in finẽ ſeculi duraturam: ergo Dñe nuncia mihi in teſtimoniũ cõtra teles paucitatẽ dierũ meorũ, id eſt notifica mihi q̃diu ſint duraturi tẽporales dies mei, quia pauci ſunt, quantũ ad dies tuos æternos. hoc aũt teſtimoniũ nunciauit ei Dñs cũ dixit: Ecce ego uobiſcũ ſum uſq; ad conſummationẽ ſeculi. Sed quia fuerunt quidã ſicut Donatiſtæ, qui p ignorantiam affirmarẽt hoc de ſe dictum eſſe, dicentes catholicã eccleſiam iã deſtructam eſſe: dicit beatus Auguſt. ut & contra hos det teſtimoniũ. Et prædicabiť inquit hoc euangeliũ in toto orbe in teſtimoniũ omnib. gentib. & tũc finis. i. poſtq̃ credẽt aliqui de omnib. gentib. tunc erit finis ſeculi. Non ergo blandianť ſibi contra me hæretici, quaſi citò ſim defitura, & non permanſitura uſque in finem ſeculi. Et ut nõ poſsint ſibi blandiri, ne reuoces me Dñe in dimidio. i. in imperfectione horũ dierum. Quod eſt dicere: Perduc me Dñe uſq; in finem ſeculi. Perfice dies meos exiguos, ut tandem des mihi dies tuos æternos. Et reuera dabis, quia anni tui erunt in generatione generationum, ſicut prius.

Initio tu Domine.) Quaſi diceret, Quod generatio generationũ participabit annis tuis, hoc nõ à ſe erit, ſed à te: quia tu Dñe fundaſti in fide operib. bonis terrã illam cultã, in initio. i. per me, quem uoluiſti omniũ creaturum eſſe initiũ. Et nõ ſolum terrã fundaſti, ſed etiam cultores: q̃a cœli ſunt opera manuum tuarum. Sciendum quòd quamuis alibi dicatur, Ipſe dixit & facta ſunt: nõ tamẽ intelligendũ eſt quod aliud faciat uerbo, aliud manu, qui ſola poteſtate facit omnia. Sed propter excellentiã ſanctorũ Apoſtolorum & aliorũ ſanctorum prædicatorum dicit, quia cœli ſunt opera manuum eius.

Ipſi peribũt.) Q. d. Quanq̃ ualde dignũ opus ſint cœli, tamẽ nõ poſſunt tibi cõparari: quia ipſi mutabiles facti ſunt, tu es immutabilis. Nã ipſi peribunt quantum ad corpus: tu aũt permanes immutabilis. Et uerè peribunt, quia ueteraſcẽt in hoc, quòd ſunt ſicut ueſtimẽtum. i. in corpore, quod eſt ueſtimentũ animæ. Et tu mutabis eos. i. innouabis eos ſicut opertorium aliquod mutatur, quod poſtq̃ exterius eſt attritũ, inuertitur ut nouũ uideať. Et tunc ipſi mutabuntur digna mutatiõe, quia ſeminatur corpus animale, ſurget ſpirituale: ſeminatur corruptibile, ſurget incorruptibile, & cætera. Tu autẽ ipſe in ſubſtantia idẽ es etiã in uoluntate, hoc eſt p omnia manẽs immutabilis. Et ideo anni tui nõ deficient, quia nec accedent nec decedẽt. Et ne deſperemꝰ ad illos annos poſſe pertingere ſubdit, Filij ſeruorũ tuorum Dñe ſemper habitabunt in his annis: & mittit nos ad illud quod nullꝰ eorũ qui de Aegypto educti ſunt, terrã promiſsionis intrauit, niſi Chaleb & Ioſue. i. niſi unitas & unitas. ſed ſicuti ſoli filij terrã illam introierunt, & patres per illos: ita ſoli filij. i. fide regenerati ad æternitatem Dei peruenient: ſed hoc per filios. i. per bona opera præmiſſa. Et ideo non dixit ſimpliciter, Serui tui: ſed filij ſeruorum tuorum. i. ſerui tui, entes filij per filios ſuos habitabũt in annis tuis. Et non ſolum illi, ſed & omne ſemen, id eſt omnes ſequentes eorum dirigentur in illud ſeculum, id eſt in illam æternitatem.

IN PSALMVM CII.
ARGVMENTVM.

FElicitas reuerſionis prædicatur, & agi Deo gratias imperatur captiuitate laxata. Aliter uox Eccleſiæ ad populum ſuum.

IPSI

IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

Poſt illas beati pauperis humillimas preces, & pœnitentiæ gemitus explicatos, totus hic pſalmus Domini laude redundat, & præcedentes lachrymas præconiorum gaudia ſequũtur. Namq; ipſe Dauid, ut ſemper Chriſtũ, cui laus datur, inſinuat. Per totum quidem pſalmum propheta loquitur. In prima parte præcipit animæ ſuæ benedicere Dominum, & beneficiorum eius recordari. Secunda dicit, qualia Moyſi præſtiterit, & reliquis fidelibus ſuis, ut ipſe intelligatur à ſeculis ſemper fuiſſe munificus. Tertia ad angelos uerba conuertit, uirtutesq; ſupernas ac reliquas rationales creaturas inuitat, ut Domini iugiter laudibus occupentur.

COMMENTARIVS.

B*Enedic anima mea Dominum.*] Ipſi Dauid. Hortatur propheta in hoc pſalmo, ut in omnib. operibus Dei miſericordiã erga nos attendentes, nõ ſimus ingrati beneficijs eius, ſed ſemper cõdignas ei gratias reddamus. Et eſt (quaſi dicat) in omni munere Dei, in omni correctione, in omni conſolatione & in gratia eius, qua dignatus eſt donare indulgentiã, & non reddidit quod debuit, benedic anima mea Dño. Excitet quoq; quiſq; noſtrũ, & exhortetur animam ſuã, & dicat, Benedic anima mea Dñm. Anima audiat & conſideret omnia quibus excitatur, & uideat ſi quem debeat benedicere niſi Dominum. Sequitur.

Et omnia quæ intra me ſunt benedicant nomini ſancto eius.] Animam accipit animalitatem. i. ſenſualitatẽ, quę ſunt intra ſe, ſunt ratio & intellectus. & eſt, quaſi dicat: Alternet ut pro tempore ſonus uocũ exteriorũ, perpetua aũt ſit uox interiorũ. Semper interiora tua benedicant Dominum, agis aliquid negotium, Iuſtè agas & benedicas Dominum. Dormis ſi non excitat te cogitatio furti aut alicuius flagitij, benedicis Dominũ. Innocentia enim etiam in dormiente eſt, uox laudis animæ tuæ. Comedis, bibis, fac hoc ad refectionem, non ad ebrietatem, & benedicis Dominũ & ſic ſemper benedicis Dominum. Vt aũt breuiter dicatur, interiora noſtra. i. oratio & mens ſemper laudant Dominum, ſi ſemper in diſcernendo hoc attendimus, ut quę bona ſunt tãtũ faciamus: & ſi adhoc ſublimius intelligimus, ut ad illa inardeſcamus, & hæc terrena contemnamus.

Benedic.] Repetitio eſt ex affectu orantis, tanq̃ diceret: Benedic indeſinenter anima mea Dñm. Et ut ſemper benedicas, noli obliuiſci oẽs retributiones eius. Si enim obliuiſceris, nõ benedicis. Non ſũt poſſumus ante oculos habere oẽs retributiones eius, niſi & peccata noſtra ante oculos habeamus. Sed ſit ante oculos tuos præteriti peccati, nõ delectatio, ſed dãnatio: quia ſi à te damnatio, ab eo erit ſaluatio. Tribuit tibi, quoniam in abundantia uirtutum te poſuit in Adam, & ad imaginem & ſimilitudinem ſuã te fecit. Tu autẽ pro gratijs agendis, pro ſubiectiõe, pro obſequio, pro religioſo cultu retribuiſti ei ſuperbiam, inobedientiam & omnem nequitiam. Ipſe cum malis omnia mala poſſet tibi reddere, & iuſte retribuit tibi bona pro malis. Vocauit te, iuſtificauit te, peccata donauit, æterna præmia promiſit. Noli ergo obliuiſci retributiones eius, cõfitere, & ipſe ignoſcit, & noli obliuiſci: quia tali ſacrificio placatur Deus. Vult enim à te laudari, ut tu proficias, non ut ipſe ſublimetur.

Qui propiciatur.] Noli inq̃ obliuiſci eius, qui tot bona tibi confert, ſcilicet qui propiciatur omnib. iniquitatibus tuis tam actualibus quam originalibus, & c. Quaſi dicat: Ecce retributiones Dei. Quid enim debebatur tibi peccatori niſi ſuppliciũ, & tibi blaſphemo niſi gehenna? Noli ergo obliuiſci retributiones eius, ſed imitare ne experiaris retributiones eius, nõ dico malos: quia ſi iuſtas, non malas tibi tamen patienti hæc mala. Sequit. Qui ſanat. i. ſanabit tandem oẽs infirmitates tuas. Neceſſe eſt poſt remiſſiõem peccatorum, ut anima perturbationib. quatiatur, & in periculis tentationũ uerſet, & ſæpè capiatur, quia nondũ abſorpta eſt mors in uictoria ſua, nec hoc corruptibile induit incorruptionem: hos languores, has infirmitates oẽs ſanabit Dñs in te, qui fecit te talem, ut nunq̃ ægrotares, ſi præcepta eius ſeruares. Non audiſti tũc ad ſalutem retinendam, uel nunc audi ſalutẽ recuperandam. Recuperandã dico, quia nunc coridianis medicamentis fulciunt noſtræ indulgentiæ, & unicuiq; fatigato ſuccurrit, inde mox alia fatigatio indicatur.

Qui redimit.] Hoc modo ſanabis infirmitates tuas, quia redimet uitã tuam. i. animam tuam de interitu, .i. de neceſsitate corruptionis: quia corpus q, corrumpit, aggrauat animã. Iam enim oſtẽdit in exemplo, q, promiſit in præmio: quia ſicut mortuus eſt propter delicta noſtra, ita etiam reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Sequitur.

Qui coronat te.] Nullus hoc audiens ſibi applaudat, nemo quod coronetur ſibi attribuat: quia non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit: & qui adiuuat te certantem, coronabit in te non tua merita, ſed ſua dona. & ideo ſubdit, In miſericordia & in miſerationibus. Miſericordiam accipe in pia affectione, miſerationem uero in exhibitione.

Qui replet in bonis.] Dixit coronabit te, & hoc modo coronabit te, quia replebit deſiderium tuũ in bonis, perducendo te ad illud bonũ, quod eſt ſummum omnium bonorum: non in his bonis, ubi quocunq; te uertas, uileſcit habitũ, quod accendit deſideratum. Quando. n. nõ habeo, cupio: poſtq̃ uero habeo, contẽno, & per illa bona renouabitur iuuentus tua, ut iuuẽtus aquilæ. Præ ſenectute ſupcreſcit aquilæ ſuperius roſtrũ inferiori in tantũ, ut nec os aperire, nec ſe reficere poſsit, & ſic penuria cibi deficit. In tali anguſtia actũ lapidem quærit, & tamdiu roſtri incrementũ contundit, donec ſe reficere poſsit, & tunc recipit & nitorem pennarum & uigorem uirium. Sic anima noſtra non erat idonea ut pane illo quo ueſcuntur angeli, reficeretur: quia os noſtrũ ueritate clauſum tenebatur, ſed data eſt nobis petra, id eſt Chriſtus ad quam uetuſtate attrita os noſtrũ nouitate apertũ, idoneũ factũ eſt ad ueſcẽdum pane illo angelorum, qui de ſe dixit: Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi: hic panis ab anima cuiuſq; renouati, hic etiam cõmeditur: tũc uero plenariè illo reficiemur, quando in euãgelicum habitũ cõmutabimur, & ipſe erit omnia in omnib. & quaſi diceret: Interim aũt in hac peregrinatione qd? Vtiq; non de relinquimur, quia Dñs faciens eſt miſericordias, uerũtamen nõ niſi facientibus miſericordias. Beati enim miſericordes, quoniam miſericordiã conſequentur. Quem aũt modum miſericordiæ exigit? hunc ſcilicet, Dilige inimicũ tuum. &, Omni petẽti te tribue. Videtur aũt repugnare quod dicitur, ſcilicet iniquum non ſuſcipias. Et illud: Tamdiu deſudet eleemoſyna in manu tua, donec iuſtum inuenies, cui des eam. Sed uult Dñs ut miſericordiam facias etiam iniquo, nõ tanq̃ iniquo. Occurrit tibi homo iniquus, iniqu° homo eſt opus Dei, iniquus uero opus eſt hominis. Da operi Dei, ita ut non attendas opus hominis, id eſt ut quod iniquus eſt non placeat tibi: quia ſi recipis iniquum in nomine iniqui, mercedem iniqui recipies: ſicut qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Sed aliquis peruerſe & nimis large miſericordiam accipiens dicit: Nunquid nõ corrigam filium luxurioſum, nec ſeruum ſceleratũ? Is ſciat quia regula Domini non reprehẽdit hæc ſi fiant, imò reſpondet ſi non fiant. Debes. n. corrigere oẽs ad correctionem tuam pertinentes, ſi aũt qui ad te non attinent, tibi inferunt iniuriam, patienter ſuſtineas eam, quia ſicut miſericors erit, ſi tu miſertus fueris: ita etiam miſericors erit, ut non remaneat inultum,

quic-

Digitized by Google

quicquid ꝑ iuſtitis pateris. Et ideo ſubdit, Quia erit faciens iudiciũ omnibus pru iuſtitia patientibua iniogiam. Præpoſtera duus ſequentes uerſus, & dic: Verè Dñs eſt faciens miſericordiaa, quia eſt miſeratot & miſericors. Miſericurs quidem affectiune, miſerator exbibitione, quia undiq; nos uocat ad cõuerſiunem, undiq; ad pœnitentiã. Sicut ait Apoſtolus, An iguoraa diuitiaa gratiæ Dei? An neſcis quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Vucat nos creaturæ beneficijs, uocat nua ſpiritualibus donis, & ideo eſt miſeratot & miſericurs: ſed ita intelligatur miſericors, ut & uideatur iuſtua. Sicut enim nunc eſt miſericora, ita tandem erit uerax: & ideo timendum eſt, ne tandem experiamur iuſtum, quem nunc cuntemnimus benignum. Sequitur.

Longanimis eſt, & multum miſericors.] Longanimis eſt, qui nun ſtatim punit peccata nuſtra, ſed longanimitate quærit buna opera. Si enim puniret peccatorem, quem haberet laudatorem? Nec tamen uult in corut na uuce dilationem, ſed in columbino gemitu confeſsiunem. Multum autem miſericors eſt, quia remunerat in uubis non noſtra merita, ſed ſua dona. Reſume totum uerſum, & dic: Dominua miſerator & miſericora, longanimis & multum miſericors, ipſe fecit notas uias ſuas prędictas, ſcilicet miſericordiã & iudicium, per quas ipſe ad nos uenit, & nos ad eum.

Moyſi.] Per Moyſen intelligendi ſunt omnes perfecti, ſed ideo eum potius ponit, quia per eum legem dedit. In qua lege data magnum myſterium eſt. Ad huc enim lex data eſt, ut creſcente peccato ſuperbi bumiliarentur, bumiliati confiterentur, confeſsi ſanarẽtur. has occultas uias ſuas notas fecit Moyſi, per quẽ lex data eſt, qua ſuperabundauit delictum, ut ſuperabundaret & gratia. Nec hoc crudeliter adeò factum eſt, ſed ſalubriter. Multi enim ægrotant, & non ſentiunt, nec medicum quærunt: augetur morbus, creſcit moleſtia, quæritur medicus, & ſanatur ęgrotua. Ecce quomodo pertinet ad legẽ miſericordia. Iudiciũ quoque per contrariũ, ſcilicet quantum ad non attendentes hoc pertinere intelligas. Et non ſolum Moyſi & alijs fecit uias ſuas notaa, ſed & filijs Iſrael, id eſt quibuſque minoribus non uidentibus Deum fide, tandem uiſuris ſpecie. Fecit notas uoluntates ſuas, hęc autem eſt uolontas ſua, ut noa attendamus multiplicem noſtram miſeriam, & quæramua medicinã: & ſic in perpetuum non iraſcetur, hoc infert ad conſolationem noſtram. Non enim ſatagere debemus ut futuram iram euadamus, ſed ut præſentem deponamus. De qua Apoſtolus ait: Fuimus enim aliquando & noa natura filij iræ, & ideo conſolando nos dicit, Quia non iraſcetur in perpetuum. Iam enim ſpe iram in qua adhuc ſumus, id eſt pœnas peccati euaſimus, tandem penitus euademua: & ſicut non in perpetuũ iraſcetur, ita nec in æternum cõminabitur: hęc enim præſens ira, comminatio eſt æternæ.

Non ſecundum peccata noſtra.] Quaſi dicat: Dico quia non in perpetuum iraſcetur neq; comminabitur: & huius ſaluationis iam arram habemus, quia cum nobis peccaturibus nihil niſi ſupplicium deberetur, nõ fecit nobia ſecundum peccata noſtra, neq; retribuit nobis ſecundum iniquitates noſtras. Pro eodem accipit iniquitates & peccata. Vel poteſt referre peccata ad originalia, iniquitates ad actualia.

Quoniam ſecundum.] Vere ſecundũ peccata non fecit nobis, quia miſericorditer nobiſcũ egit. nã corroborauit. i. confirmauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe, ſecundum altitudinem cœli à terra. Cœlum, id eſt firmamentum undiq; æqualiter altum eſt à terra, & undiq; protegit terram. Et omnis gratia, id eſt ſuperies terræ à cœlo eſt. Et eſt dicere: Ita confirmauit Dñs miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe, ut ſicut cœlũ à protectione terræ ſe non poteſt diſiungere, ita nec miſericordia eius à protectione timentiũ eũ, non diſiungit ſe. Vel aliter, Cõfirmauit miſericordiã ſuã ſuper timentes ſe ſecundum altitudinem cœli à terra. id eſt in tantum in quantum illi qui de terra cœlum facti ſunt, diſtant nunc ab alia terra, uel à ſe ipſis qui prius erant terra. Et oſtendit idem per aliam ſimilitudinem dicens: Quia fecit iniquitatea noſtras longe à nobis in tantum, quantum ortus eſt occidens. hæc contraria naturalia diſtãt inter ſe. Vel aliter: Orta eſt gratia, occidẽt peccata: & ideo per ortũ intelligitur gratia, ꝑ occidentẽ uero pœna peccatorũ, quæ adempta eſt per adempta peccata. Et eſt dicere: Quantũ diſtat ortua ab occidente. i. gratia à pœna, tã longe fecit iniquitatea noſtras. Et qualiter hoc fecit, oſtendit dicẽs: Dominus miſertua eſt timentibus ſe taliter, quo modo miſeretur pater aliquia filiorum. Sub patre ergo uerberante ploremus, ſub emendatione eius gemamua: quia flagellum eiua medicina eſt, non pœna, & caſtigatio non damnatio. Et ideo miſertus eſt, quoniam ipſe cognouit figmentum nuſtrum. Scit enim quid fecit, & quo mudo lapſum ſit, & quo modo reficiendum ſit.

Recordatus eſt.] Ideo quoq; miſertus eſt noſtri, quia recordatus eſt quoniã puluis ſumua. Et uerè puluis, quoniam homo, id eſt ab humu ſumus. Attendat ergo miſer homo quid ſit homo, ut nun ſuperbiat homo. Nã quid ſuperbit humo? Fruſtra utiq;, quia dies eiua ſicut fœnum, modo ſcilicet florentes, & ſtatim areſcentea. & efflorebit homo ſic, tanquam flos agri. Nullus enim floa agri perennat. Sic omnis dignitas hominia tam in ſe, quam in exterioribus ante durat, ſed cito dilabitur.

Quoniam ſpiritus.] Vere homo non permanet, quoniam illud quod ſtabiliua uidetur in eo, mutabile eſt. nam ſpiritus qui eſt in illo, non permanebit, ſed pertranſibit. Separatur à corpore in morte, & etiam dum in eo eſt non ſubſiſtet, quia incõſtans eſt. Sapit enim, deſipit, gaudet, triſtatur, & c. & ſiue pertranſeat ſiue labatur, non cognoſcet amplius per ſe locum ſuum: quia neque poſt mortem ad corpus reſuſcitandũ per ſe redit, neque poſt lapſum per ſe reſipiſcit. quia de uia iniquitatis dictum eſt: Omnis qui ambulat in ea, non reuertetur.

Miſericordiam aũt.] Per ſe quidẽ nun cognoſcet, ꝑ miſericordiã Dei recognoſcet. Ecce largiſsima Dei miſericordia quidem, uerbum illud q; in æternum manet tranſitorio fœno noſtro fecit fratrem, ſcilicet unicum filium de corde patris genitum, nobis aduptiuis fecit germanum, ut participando fœnum noſtrum, faceret noa participare aurũ ſuum. Factua eſt enim particeps noſtrę mortalitatis, ut nos faceret participes ſuę diuinitatis. hanc miſericordiã, id eſt hãc piam affectiõem Dei patris erga nus hic accipit & dicit: Miſericordia Domini ab æterno eſt, quia elegit nos in ipſa ante mundi conſtitutionem: & duratura eſt in æternum, quia faciet noa participare aurum ſuum, erit dico nõ ſuper quoslibet, ſed tantum ſuper timentes eũ. Gandeant ergo timentes eũ, quia ſuper eoa miſericordia Dñi erit in æternum: qui autem non timent eum, potius quam gaudeant triſtentur, quia fœnum erũt, & cum fœno erunt in tormenta: quia caro eorum reſuſcitabitur ad pœnam, non ad gloriam.

Et iuſtitia illius.] Filij noſtri, ſunt bona opera noſtra: filij autem horũ filiorum, eſt retributio bonorũ operum. Et eſt dicere: Miſericordia quidem Dñi ab æterno & uſq; in æternũ, & ꝑ hanc miſericordiam iuſtitia illiua, id eſt iuſtum iudicium Domini erit in filios filiorum, id eſt in remunerationem bonorum operum. Et hoc non quibuſcunq;, ſed his qui ſeruant ſibi bene agendo teſtamentũ eius, id eſt hæreditatem ab ipſo promiſſam. Et qui ſint illi, exponit dicens: Et memores ſunt mandatorum eioa, quę uia ſunt ad teſtamentum, non tantum ad ſciendum, ſed ad faciendum, in remuneratione bonorum operum. Nã Dominua qui deſcendit, & aſcendit de cœlo, qui mortuus eſt & reſurrexit, qui hominem aſſumptum ſurſum eleuauiõ,

qui

qui irriſus ante iudicem ſtetit: parauit iam ſibi ſedem ſuam, id eſt ſedem iudicij etiam in cœlo, id eſt in ſanctis uiris, quos inhabitat, & per quos alios diuidit. Faciât ergo (q.d) homines in terra quod uolunt, quia nulla erit irremunerata iuſtitia, nec impunita nequitia. Nã Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam iudiciariã. Et uerè (q.d) potens eſt adhuc Dñs, quia regnum ipſius, id eſt illi in quibus ipſe regnat, dominabuntur omnibus bonis & malis: quia iudicabunt ſancti nationes hos quidam comparatione ſua ſtatuando ad dexterã, illos uero ad ſiniſtram. & in his qui ad dexteram non erit irremunerata iuſtitia, nec in his qui ad ſiniſtram impunita nequitia.

Benedicite.] Angelos hic accipit prædicatores ſanctos. Et eſt dicere: Quandoquidẽ nulla erit irremunerata iuſtitia, ergo omnes angeli eius benedicite Domino, id eſt ſublimate & in uobis & in alijs Dñm: nos dico qui meritò debetis, quia per eum adeò ſublimes eſtis, quod eſtis potentes in uirtute. i. in miraculis. & eſtis non ſolum annunciantes uerbo, ſed etiam facientes in opera uerbum illius ad audiendam uocem ſermonum eius, id eſt ad hoc ut à uobis audiantur ſermones eius in uoce, id eſt manifeſtè. Verè enim apertè Dei ſermones annunciãt, qui quod clamãt uoce, mõſtrant in opere. Econtra autẽ in tenebris annunciant, qui ora laudant, factis negant.

Benedicite Domino omnes uirtutes eius.] Virtutes ſunt talentum ſibi creditum, bene diſpenſantes quæ ſunt eius, id eſt Domini. quia ut ipſe ait: Sine me nihil poteris facere. & determinat quas uirtutes accipiat. Quaſi dicat: Vos minores uoco uirtutes, qui eſtis miniſtri eius. Et in hoc miniſtri, qui facitis uoluntatẽ eius, ſcilicet erogantes pro ut ipſe uult, cibaria ſeruis ſuis. Vos etiã omnia opera eius benedicite Domino hic, quoſcunque inferiores colligit: & propter eo dicit opera eius, quia quod nos eum benedicimus, hoc ipſe in nobis operatur. Ipſius enim creatura ſumus in operibus bonis. uel poteſt largè accipi pro omni creatura. Q.d. Omnia opera benedicite, id eſt præbete uos materiã benedicendi Dominũ. Omnia enim ab ipſo facta benedicent eum, nõ quòd ſenſum benedicendi habeãt, ſed quia ſunt materia benedicendi eum. Et hoc non tantum in uno loco, ſed in omni loco dominationis eius. Omnia locus dominatiõis ſunt & boni & mali. Et ipſe benedicetur non tantum in remuneratione iuſtorum, ſed etiam in iuſta damnatione malorum. Quicquid autem de alijs ſit, tu anima mea pro omnibus beneficijs eius, condignas ei gratias reddendo benedic ſemper Domino.

IN PSALMVM CIIII.

ARGVMENTVM.

PRæſens pſalmus & centeſimus quadrageſimus octauus cõſideratione creaturarũ Dei in eius canuntur laudem. Aliter uox Eccleſiæ laudantis Deum.

IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

DAuid perſonam loquentis indicat, & cætera omnia Domino Chriſto canuntur, qui creator, gubernator & redẽptor eſt mundi. Propheta uolens oſtendere conditionem rerum diuina ſignificare myſteria, primo modo per fabricam cœli & terræ, Chriſti & eccleſiæ ſacramenta decantat. Secundo operas Domini diuerſis figuris tecta enumerat. Tertio profitetur in illo æterno ſeculo præconia Domini iugiter ſe eſſe dicturũ, quæ etiam in hac uita ſuæ breuitate cantauerat.

Bedæ tom. 8.

COMMENTARIVS.

BEnedic anima mea Domino.] Pſalmus ipſi Dauid. Auditum ſumus in hoc pſalmo magna, læta & pulchra, deſiderabilia, & plena lætitiæ gaudiorumq; munera eius, quæ iam ille qui conceperat iſtum pſalmũ, uidebat animo, & ipſius uiſionis exultatione eructabat. Q.d. Pro tantis beneficijs & tã magnis & multis muneribus gratiarum eius benedic anima mea Dño iuſtè. Q.d. Hortor animam meam ut te benedicat, quia tu Domine Deus meus magnificatus es uehementer. Semper in ſe Dñs magnus eſt & magnificus etiam occultus, ſed tantum mihi magnificatus: quia quãto magis opera eius à nobis intelliguntur, tanto magis nobis magnificatur. Et uidete magnifica opera illa, quibus ſolus laudãdus eſt autor omniũ magnificorũ, hoc ſcilicet, Induiſti confeſsionem & decorem. Siquis uult ueſtimentũ eſſe Dei, diſpliceat ei fœditas ſua, & confiteatur eam, & ſic factus erit decorum indumẽtum eius. Prior.n. eſt confeſsio, deinde decor. Confeſsio eſt peccatorũ, decor uero rectè factorũ. & hoc eſt quod dicit: Induiſti confeſsionẽ & decorẽ. i. indumentum tibi feciſti, confitentes fœditatẽ ſuã, & factos decoros. Vnde per Eſaiam dicitur: Viuit Dñs, quia his omnibus uelut ueſtimento ueſtieris. Tu dico amictus lumine, id eſt luminoſis ſicut ueſtimento. Lumen uocat illos de quibus Apoſtolus dicit: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et per amictus quod ad caput ponitur, notat maiores eſſe iſtos prioribus. Eorum enim qui ueſtimentum Chriſti ſunt, alij in ora ueſtimenti, alij circa caput ſunt propter excellentiã: alij ut fimbriæ dependentes, alij hac uel illa parte ſecundum diuerſas dignitates ſunt.

Extendens cœlum ſicut pellem.] Si ad literã hoc tibi legere placet, attẽde quia tale eſt ac ſi dicat, Nec mirũ ſi tu Domine de fœditate decorem, & de tenebris ſplendere feciſti lucẽ: quia quod nobis eſt incredibile, tibi eſt facile. Nam tu extendis cœlum, id eſt firmamentũ (quod tanta res eſt) ita facile, ſicut aliquis extendit pellem. Et hoc dictum eſt ad remouẽdam ſtultorum opinionem, qui putabãt laborem eſſe in operibus diuinis, quemadmodum in humanis. Tu dico extendis cœlum, qui tegis aquis ſuperiora eius cœli. Sunt enim aquæ ſuper cœlum, id eſt firmamentum, quia dicitur Deus poſuiſſe firmamẽtum in medio aquarũ, & ipſis aquis compaginatum. tu inquam illud facis qui tãtæ potentiæ es, ſcilicet qui ponis nubem aſcenſum tuũ. Suſcepit enim nubes eum ab oculis eorum.

Et qui ambulas ſuper pennas uentorum.] Venti dicitur habere pennas propter uelocitatem. Sed ipſe ambulat ſuper pennas illas, qui ſimul fecit omnia: quia ſermo eius ſuperat omnem uelocitatem uentorum, qui ſimul penetrat omnia. Et qui facis ſpiritus cœleſtes corpora accipere, & eſſe angelos, id eſt nuncios ſuos. Et non ſolum minores, ſed etiam ignem urentem, id eſt ſeraphin illos ſuperiores facis miniſtros tuos. Seraphin enim ardentes uel incendentes interpretantur. Et qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatẽ, id eſt qui feciſti ſtabilem terram. Quæ autem ſit ſtabilitas cui innitatur, nos neſcimus. Et quia fundaſti terrã, ideo non inclinabitur in ſeculum ſeculi, id eſt in æternum manebit: licet enim dicatur, Cœlũ & terra tranſibunt: tamen non terra tranſibit ut non ſit, ſed inquantum noſtræ ſeruit infirmitati.

Abyſſus.] Dico terra non inclinabitur, ſed tamen uidetur inclinari, quia undiq; concutitur. Nam abyſſus, id eſt profunditas aquarum, eſt amictus eius, id eſt undiq; circumdat eam ſicut ueſtimentum. Quia oceanus diuidit eã in quatuor partes: duas inferius, duas ſuperius, ut in Macrobio legitur.

Super montes ſtabunt aquæ.] Hic literalis ſenſus deficit. Non enim futurum pro præterito poteſt accipi, ut ad

ne diſſentire uideretur ab alijs, contulit qood acceperaccum eis, & ſic omnem ſuſpicioné prauam de ſe repulit. Vel aliter: Aquæ de conuallibus procedentes pertranſibunt in medium mootium, id eſt per uallem tranſfluent, quia ad ſolos homines peruenient: montes uero, id aſt ſuperbos noo attingent. Et nota quòd ideo ponit pertranſibont, quia ot Apoſtolus ait: Siue prophetiæ ſiua ſciantia euacuabuntur, quoniam cum uenerit quod perfectũ eſt, euacuabitur q. ex parte eſt.

Potabunt.] Quaſi dicat: De aquis conuallium potabunt omnes beſtiæ agri, id eſt aliqui de omnibus beſtijs agri. Beſtias agri uocat Iudæos: beſtias ideo, quia & ſi Deum oerum colerent, tamen propter ſola carnalia hoc faciebant. Per agrum autem deſignatur cultura legis & prophetarum eis impenſa. Et nõ ſolum beſtiæ agri, ſed etiã onagri, id eſt gentiles qui erant qoaſi ſylueſtres aſini, id eſt ſtolidi & indomiti expectabõt potari ab aqs illis. Et hoc in ſiti ſua, id eſt in ſiti à Deo ſibi data. Alij enim plus, alij minus: quia hæ contemperatę ſunt, quòd de his potantur magni & parui, docti & indocti, ſenes & pueri, quiſq; pro ſua capacitate. Hic enim elephas natat, agnus ambulat: hic onager reficitor, & lepus non terretur.

Super ea.] Dictum eſt, Quoniam montes aſcendõt & deſcendunt, campi & fontes orientur in conuallibus. Et ſuper ea ſcilicet montes, campos & conualles uolucres cœli, id eſt ſpirituales uiri, quorum conoerſatio in cœlis eſt, erunt: quia innitẽtur auctoritati eorum. & habitabunt, id aſt corde eis adhærebunt, ſcilicet ut nihil ſeorſum ſentiant, quod perfectum oſtendit dicens: Quia dabit uocem de medio petrarum, id eſt de communi doctrina montium. Vel aliter: Volucres cœli, qui prius erant inſtabiles, habitabunt ſuper ea, id eſt fundati in fide mootiom & conoallium ſtabiles erunt: & dabuot oocem de medio petrarum, ut prius.

Rigans montes.] Dictum eſt, Tu emittis fontes in cõuallibus: tu dico etiam rigans montes de ſoperiorib. ſuis, id eſt imbuens mõtes ſpiritualib. donis, quę à te, qui uerè ſuperior es, quia creator, procedunt. Omne enim datum & omne donum optimum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Et quia habent à te non à ſe, ideo terra ſociata per eos ſociabitur de fructu operum non ipſorum, ſed tuorum. Neque enim qui plantat uel qui rigat, eſt aliquid: ſed qui incrementum dat, Deus.

Producent fœnum.] Satiabitur inquam terra, terra dico producens fœnum iumentis. Vel poteſt referri ad Dominum, ut ſic dicatur: Emittis fontes rigans montes, & ſatiando terram producens fœnum, id eſt neceſſaria carnalia iumentis, id eſt prædicatoribus ſanctis triturantibus, ut grana à paleis, id eſt bonos à malis ſeparent. De quibus dictum eſt: Non alligabis os boui trituranti. Debent enim deuoti prouinciales erogare cibaria militibus Chriſti, ſicut Apoſtolus præcipit dicẽs: Communicet autem his qui catechizat uerbo ei, qui ſe catechizat in omnib. bonis. & alibi: Si nos ſeminauimus oobis ſpiritualia, quid magnum ſi metemus uobis carnalia? Dant enim ſancti prædicatores aotum, accipioot fœoum. id eſt dant æterna, accipiũt caduca. Et ideo ad maiorem expreſſionem quæ accipiunt ſubdit: Et producens herbam ſeruituti hominum. Seruitutem hominum uocat, quos & iumenta. quia dicit Apoſtolus: Nos autem ſeruos ueſtros per Ieſum Chriſtum. & alibi: Cũ eſſem liber ab omnibus, me ſeruum feci omnium.

Vt educas panem.] Ad hoc inqoam producis fœnom de terra inferiori iumentis, ut educas de ſuperiori terra, id eſt de prædicatoribus panem, id eſt refectionem ſpiritualem illis inferioribus: & uinum, id eſt præclarum calicem Domini, qui non dementat corpus, ſed lætificat cor hominis. Quaſi dicat: Nemo paret os ad ebrietatem, ſed cor: quia hoc uinum non corpus dementat, ſed cor. Verè enim cor demeotauerat illius,

Bedæ tom. 8.

id eſt abalienauerat, qoi ſemiuſtus tormenta non timebat, ſed tyranno inſultabat dicens: Aſſatus ſum, iã uerſa & manduca.

Vt exhilaret.] Habent qoidam libri, Vt educat panem. quod bene cum iſto cõuenit, ut ſic dicatur: Ideo producit Dominus fœnum iomentis, ot panẽ educat & uinum. Et ut poſt iſta exhilaret, lætificet faciem interiorem io oleo, id eſt in ſpirituali gratia. Poſtquam enim aliquis aſt pane illo cibat᷒, & uino illo potatus, ſequitur ut ſpirituali gratia repleator. Et ideo (quaſi dicat) exhilarabit faciem in oleo, quoniam panis præceſſit, qui cõfirmet cor hominis. hoc ideo addit, quia ſimpliciter panem poſuit. Et eſt quaſi dicat: Intus eſuri, intus ſiti: quia intus reficieris.

Saturabuntur.] Quaſi dicat: De hoc pane ſaturabuntur ligna non iam ſylueſtria, ſed campi, id eſt iam planata, & ut ponantur in ædificio apta. Et accipe per ligna minores plebes populorum. Et non ſolum ligna, ſed etiam cedri, id eſt potentes & nobiles pane illo ſaturabuntur. cedri dico, ſi fuerit libani, id eſt candidatæ, & non à ſe candidatę, ſi qoas ipſe plantauit. Omnis enim plantatio, qoam non plantauit pater meus, eradicabitur. Et illic in cedris, illic paſſeres nidificabõt. Paſſeres uocat humiles, qui hoic ſeculo abrenũtiauerũt, & ad communem uitam ſe transferentes, habitant in cœnobijs, quæ cedri conſtruxerunt, cauti, & de peccatis ſuis ſemper querul. Et quamuis ſpem habeant in cedris illis propter neceſſitatem temporalem, tamẽ in domo herodij eſt principalis ſpes eorum. Nam domus herodij eſt dux eorum. Herodius eſt auis, quæ nidificat in humilibus petris maris, quæ undiq; tunduntur fluctibus, & non franguntur, ſed frangunt fluctus. Sic & Chriſtus tunſus fuit in ſe, & tũditur in ſuis fluctibus tẽtationum & tribulationum, quos omnes frangit, & noo frangitur. Et hæc domus herodij eſt Chriſtus, eſt paſſeribus dux. Excelſi etiam montes, id eſt Apoſtoli ſunt duces ceruis. Cerui dicuntur illi qui iam habent agiles pedes, id eſt affectiones ad tranſiliẽdum. Hæc etiam ueprib⁹ & ſentibus plena, & ad cõſcendendum ardua, id eſt cœleſtia. Et his talibus montes excelſi, id eſt Apoſtoli ſunt duces doctrina ſua & exemplo. Sed tamen petra, id eſt Chriſtus eſt eis principalis dux & principale refugium. Et hoc probat à maiori dicens: Quia etiã erinaceus, id eſt ſpinis peccatorum inuolutis & deſperatiſſimis eſt refugiũ, per q. ſolum ſperant ſe poſſe liberari. Vel aliter: Montes, id eſt altiora præcepta ſunt dux ceruis, quod non ſibi attribuuntur, ſed Domino: quia petra aſt eis refugiũ. Nam etiam erinaceis eſt refugium, ut prius.

Fecit lunam.] Q. d. Ligna campi ſaturãdo & alia prędicta faciendo fecit lunam, id eſt præſentem Eccleſiã, quæ propter augmentum & decrementum lunæ cõparatur. Lunam dico exiſtentem in tempore, id eſt tantum temporaliter duraturam. Et fecit etiam ſolẽ, quo luna illuminaretur: quia uerbum ſuum fecit incarnari. Et ad differentiam noſtri ſolis dicit, Qui ſol cognouit, id eſt præſciuit occaſum ſuum. Sicut enim uoluntate humanam carnem accepit, ita uolũtate deposuit: poteſtate uero accepit, ſicut ipſe ait, Poteſtatẽ habeo ponendi animam meam, & iterũ ſumendi eã.

Poſuiſti tenebras.] Q. d. Quare occiditur? Ideo ſ. quia tu poſuiſti tenebras. i. q̃a cęcitas contingit in Iſrael. Si enim cognouiſſent, nũquã Deũ gloriæ crucifixiſſent. Et poſitæ ſunt tenebræ, quando quæ de eo in ſcripturis dicta erant, non intellexerunt: nox uero. i. denſiſſimę tenebræ factæ ſunt in eis, quando per doctrinã & miracula, quę corã eis fecit, ipſum nõ intellexerũt nec cognouerũt, cõ tamẽ q̃dã eorũ uiſis miraculis dixerint: Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi Deus fuerit cũ illo. Et in illa nocte oẽs beſtiæ ſyluę, id eſt Iudęi nõ iã beſtię agri, ſed beſtiæ ſyluę, id eſt immãſueti & incorrigibiles quaſi iugo & ꝓpheratũ & legis penitus expertes pertrãſibũt. i. de cognitiõe in perſuaſionem, de perſuaſione in operationẽ, & ſic in perſeuerã-

Et uerè erit ei iocundum, quia ego delectabor non in mundo, ſed in Domino. Et hoc in uero, id eſt in ueræ delectatione, nunc quidem in ſpe, tandem uero in re. Ergo ut & ipſi delectentur, deficient meo exemplo à terra, id eſt ab appetitu terreno peccatores, id eſt Iudæi ſuſceptæ legis præuaricatores: & etiam alij omnes iniqui meo exemplo, ita ut non ſint qui prius fuerunt. Verte enim impios, & non erunt. Et ut iſti & illi me imitentur, ergo anima mea pro tantis beneficijs & tam magnis & tam multis muneribus gratiarum eius, benedic anima mea Domino. Benedictio à capite, benedictio in fine: à benedictiõe incœpimus, ad benedictionẽ redeamus, ut in benedictione regnemus.

IN PSALMVM CIIII.

ARGVMENTVM.

HIc pſalmus ueterum tam ſanctorum quàm temporum recordatione in præſentium utilitatẽ decenter omnino, & artificioſe formatur. Aliter uox Chriſti ad Apoſtolos de Iudæis.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

ALleluia Hebræum nomen eſt, neutro genere declinandum, ut Hieronymus oſtendit, quod interpretatur, laudate Dominum: & ubicunq; poſitum eſt in titulis, docet potentiam creatoris ſemper debere laudari. Quod autem ſemel diximus, hoc in omnibus obſeruãdum eſt. In quocunq; pſalmo primum Alleluia fuerit prænotatum, eum & tam in fine habere alleluia ſubiectũ; quod plerique neſcientes, ſequentis pſalmi arbitrantur eſſe principium. Denique ſæpè reperies in uno pſalmo duo alleluia prapoſita, quod ſignificat unum ad finem prioris, alterum ad ſequẽtis pertinere principium. Sciens propheta populos Iſrael ſpem in temporalibus beneficijs ponere ſolitos, prima parte monet ut eum ſpiritualiter ſemper exquirant. Secunda per patriarcharum eos exempla confirmat, quia Domino non fuerint derelicti, eo quòd eius imperio ſeruierint. Tertia dinumerat, quanta patribus eorum præſtiterit, pericula Ioſeph & honores, ingreſſumq; in Aegyptum commemorans Hebræorum. Quarta refert quomodo Iſrael ab inimicis diuerſis Aegyptiorum plagis fuerit eruditus. Quinta deſcribit, quanta eis in deſerto præſtiterit, ut non in temporalibus bonis gauderent: ſed beneficijs delimiti iuſtificationes eius, legemq; ſeruarent.

COMMENTARIVS.

COnfitemini Domino, & inuocate nomẽ eius.] Non defuerunt in illo priori populo, qui reputandi eſſent in ſemine, ſicut Apoſtolus oſtendit dicens: Quia non in omnibus beneplacitum eſt Deo: ubi dicit, Non in omnib. intelligitur quod in aliquibus, & de illis agit pſalmus. Admonetur enim hic ſemen Abrahę, ibi filij promiſsionis pertinentes ad hæreditatem teſtamenti æterni, ut tanquam hæreditatem ipſum Deum aligant, & eum gratis. id eſt propter ſe ipſum colant, nõ propter aliquod emolumentum mercedis extra ipſum. Et hoc faciant laudantes, inuocantes annunciantes: nec in ſuam, ſed in eius gloriam, per fidem bene operantes, ſpe gaudentes, & charitate feruentes. Et quia pſalmus commendat tales, ideo non agitur hic de iniquitatibus, de irritationibus, & de amaricatione illorum in quibus non eſt beneplacitum Deo: de quibus ſequens pſalmus agit, quamuis eſſet de eodem populo. Intitulatur autem pſalmus iſte Alleluia, quod eſt Hebraicum, & interpretatur Latinè, laudate Dominum: & ideo à confeſsione laudantis incipit & dicit, Confitemini Domino, & ſic inuocate nomen eius. hic accipienda eſt confeſsio non gemẽtis, ſed laudãtis, quia ſequitur inuocatio. Inuocare enim non poſſemus, niſi tales eſſemus in uita noſtra qui laudaremus Deũ. Exaudit autem Dominus inuocantem, quem uidet laudantem: uidet autem laudantem, quem probat amantem. Et ideo ſequitur, Annunciate opera eius, id eſt reprobationem factam per ipſum inter gentes, ſcilicet ut qui diligit Deum, diligat & proximũ. Qualiter autem annunciandum ſit, exequitur dicens: Cantate ei ore, & pſallite ei opere, & ſic narrate ei omnia mirabilia eius, ſcilicet & quæ uiſibiliter operatur exterius, & quæ inuiſibiliter interius. Et ut enarratis, laudamini, id eſt laudabiles eſtote bene uiuendo: & hoc in nomine ſancto eius, ſcilicet ut non quæratis gloriam ueſtram, ſed qui gloriatur, in Domino glorietur, ad hoc ut cor quærentium Dominũ lætatur exẽplo in ueſtra imitatione.

Quærite Dominum.] Vt alij exemplo ueſtro quærant Dominum, & in quærendo confirmemini, id eſt accedite ad eum, & illuminamini, ita ut nec cæcitate impediamini, quin quod uidendum eſt uideatis. Nec infirmetis, quin quod faciendum eſt faciatis: & non ad horam quæratis, ſed ſemper quærite faciem eius. hic enim ſemper quærendus, & tandem inueniẽdus. Sed fortaſſe hic inuentus eſt, etiam quærendus. Inuenit eum fides noſtra, quærit eum ſpes noſtra. Charitas inuenit eum per fidem, & quærit eum per ſpem. poſtquam autem eum inuenit, non ultra eſt quærendus. fortaſſe autem & illic ſine fine eſt quærendus, quia ſine fine amandus. Illi enim inquiſitioni qua ſignificatur amor, non facit finem inuentio, ſed ſemper creſcit amor, ſemper & inquiſitio.

Mementote mei.] Ac ſi dicat: Dixi quærite Dominũ. Et ſi magnũ eſt ad uos, quòd ipſe eſt uidere aut quærere, ſaltẽ in operibus ſuis eũ uidete. hoc eſt, ſi ſolem in rota ſua non potuiſtis uidere, ſaltem in terra eum conſpicite: & ad nutriendos paruulorum corde, ut in fide corroborẽtur. Proponitur hic de Patriarchis exẽplum, & illorum fidei & promiſsionis, ut imitãdo & proſperando non deſperemus de ſemine. Quicunq; enim in omni terra hanc gratiam ſuſcipiunt, in ſemine reputandi ſunt. Vos ſemen uerum Abraham ſerui eius, & uos non carnales, ſed ſpirituales filij Iacob electi eius: quis inquit, Maior ſeruiet minori. Vos inquã omnes ſi non poteſtis uidere ipſum quod eſt, ſaltem mementote mirabilium eius quæ fecit. Et quæ ſint illa mirabilia exponit, ſcilicet memẽtote prodigia eius quæ fecit in exitu Aegypti, nõ quantum ad ſigna, ſed quantum ad ſignata. & mementote iudicia non oris ſerui, id eſt ueteris legis: ſed iudicia oris eius, ſcilicet & quæ ipſe in nouitate præcepit obſeruari, & quid pro his recipiendum iudicauerit.

Ipſe Dominus Deus.] Ideo dico iudicia oris eius, quia ipſe noſter, id eſt omnium Dominus & Deus nõ ſolum Iudæorũ eſt. Et uerè omnium, quia iudicia eius ſunt in uniuerſa terra, ſcilicet ut quiſquis præceptum ſeruauerit, promiſsionem accipiat. Ipſe inquam, memor fuit teſtamenti ſui protendendi in ſeculum, & memor fuit uerbi quod mandauit in mille generationes. Teſtamentum quamuis inferius dictum eſt, Debo tibi terram Chanaan, non eſt hic pro ueteri accipiẽdum. Quomodo enim promiſsiones illę cum eſſent temporales, eſſent in ſeculum, id eſt in æternũ? Vetus quoq; ideo dicitur, quia per nouum ideo aboletur ad hoc. Quomõ poſſent eſſe mille generationes, ex quo datum eſt uetus eſt teſtamentũ, uſq; ad nouum, cum non poſsint eſſe ab Abrahã, nec etiã ab Adam uſq; in finẽ ſeculi? Dicit.n. beat⁹ Auguſtinus, qa ſi milla ſecũ-

Conuertit.] Quaſi dicat: Digni erant inimici ſupe r quos Dominus ita firmatet populum ſuum: quia cõuertit cor eorum, & nccidit piſces eorum. Non intelligendũ eſt, quòd Deus auctor ſit alicuius mali, ſed cor quod per ſe prauum eſt, iuſto iudicio ſuo permittit in peius declinari, ſcilicet ut qui ſordidos eſt, ſordeſcat adhuc. ita & hic. Cor enim Aegypriorum prauũ erat, quia iouidebant eorum fœlicitati. Et Dominos conuertit, id eſt ex toto uertit illud cor eorum, non illos quidem ad malum incitando, ſed ſuis bene faciendo. In odium ſoorum, id eſt in inuidiam. Inuidia enim eſt ndium fœlicitatis alienæ. Et ut dolum facerent in ſeruis eius, qood illi quidem fecerunt qui ſe amicos exterius ſimulabant, & tamẽ Pharaoni ut eos opprimeter, occultè ſuggetebant. pro hoc autem ndio & dolore miſit Dominus in Aegyptum Moyſen ſeruum ſuum de Madian, obi erat apud Iethro ſocerum ſuũ, dicens ei: Reuertere in Aegyptum ut liberes populum meum. Videns enim afflictionem eius uidi, & gemitum eius audiui. Sed quia Moyſes reſpondit: Domine ab heri & ab nudius tertius ex qoo locutus es mihi, incircũciſus ſum labijs & corde. dixit ei Dominus, Aſſume tecum Aaron, fratrem tuum. Et iden propheta adiungit: Miſit etiã Aaron, quẽ elegit ad hoc ipſum ad quod Moyſen. Et in eis duobus poſuit, id eſt firmiter ſtatuit, ita ſcilicet quòd non fallerent uerba ſignorum ſuorum, & prodigiorum ſuorum, id eſt ſigna ſua minora & prodigia maiora, quæ qoaſi uerba erant: quia ſicut uerba aliud ſignificabant, ita & ipſa aliud ſignificabant. ſignorum ſuorum & prodigiorum dico, factorum in terra Cham, id eſt in Aegypto. Et exequitor ſigna, id eſt prodigia illa dicens: Miſit tenebras, & obſcurauit Aegyptum. & ira exacerbauit Aegyptijs ſermones ſuos: quia illi contumacib. ſuis reſponſis & contradictionibus ſuis oppugnauerũt ſermones Domini, ideo ſermones iſti ſunt eis exacerbati. hoc modo literã beatus Auguſtinus ponit & dicit ſe perpaucos libros inueniſſe unquã, ubi eſſet non exacerbauit. poteſt tamen illud dici ita: Nõ exacerbauit ſermones ſuos Moyſi & Aaron, quia quod eis dixit, hoc in opere exhibuit. Si enim aliquid promitteret quod nõ impleret, tunc ſermones eius acerbi eis uiderentur. Quę autem de plagis ſequontur, hiſtorice tantum accipiẽda ſont, & ideo non eſt in eis morandum. Dixit uel Moyſes uel Dominus, qui quod tẽporaliter fit, an te omnia tempora in uerbo ſuo ſemel diſpoſoit.

Et uenit cynomia & cyniphes.] Non ut quidam opinantur, hęc una plaga ſunt, ſed duæ. Locuſta autẽ & bruchus, ut beatus Auguſtinus teſtatur, una plaga ſunt. Et eſt alterum parens, alterum uetus.

Et comedit omne fœnum in terra eorum.] Fœnum Noæ triticum etiam deſignatur. Et comedit omnẽ fructũ arborum in terra eorũ. & percuſsit ſic Dominos omne primogenitum in terra eorũ. Et primitias omnis laboris eorum. primogenita accipe in hominibus, primitias uero laboris in cæteris animalibus.

Et eduxit eos.] Illa quidem fecit Dominos inimicis, hæc fecit uero populo ſoo, ſcilicet eduxit eos cum auro & argento, mutuo ab Aegyptijs accepto. Dicit beatus Auguſtinus, propterea hoc Dominũ feciſſe, quia carnales erant, neq; tales erant quicunq; poſſent, uellent contemnere laborem ſuum & ſi temporalem, tamen debitum, iuſtáque mercedem. Neque ideo quia illi Aegyptios per dolos deceperunt, putãdus eſt Dominus dolus illos in populo illo, qui ſurſum cor haberet, iobere: aut ſi fecerit, approbare. Magis. n. per illa uerba Dei, qui carnale cor eorum uidebat, & cupiditatem examinabat, permiſsi ſunt illa facere quam iuſsi. Nec tamen ſine profectu carnalis animæ eorum fuit, quod illis fecerunt qui talia iore paſsi ſunt. Et quamuis per dolos ab iniquis hominibus, tamen quod iuſtè eis reddi debuit, abſtulerunt. Sicut autem iniquitate Aegypriorum, ita infirmitate iſtorum uſus eſt Dominus ad reuelandum ea quæ in illis factis ſignificabantur, ſcilicet ut nos ab Aegyptijs aurum & argentum ſumamus, id eſt in libris infidelium rhetoricos ornatus ſententiarum, & in ornamentum ſanctarum ſcripturarum transferamus.

Lætata eſt Aegyptus.] Non primo, ſed poſtquam audiuerũt ſuos in mari extinctos eſſe, illos illæſos abijſſe. timuerunt enim nimis ne redirent, & Aegyptum totum occuparent. In illa profectione expandit Dominus nubẽ, &c. hoc eſt protexit eos in columna nubis in die, & in columna ignis in nocte.

Petierunt in deſerto.] Et pane cœli, id eſt manna quod propter ſignificatũ dicitur panis cœli. Vel quia de ſuperiori regione deſcẽderet, ſaturauit eos. Non ſolum in ſterili loco ſaturauit eos, ſed etiam in arido potauit eos: quia diſrupit petrã, & fluxerũt aquæ non paruę, ſed flumina etiã abierunt in ſicco, id eſt ubi prius fuit ſiccitas. Et ideo carnali populo hoc exhibuit, quoniã memor fuit uerbi ſancti ſui, id eſt æternæ promiſsionis, quæ per illa bona tẽporalia ſignificabatur. Quod uerbum habuit ad Abraham puerum ſuum, id eſt in ſimplicitate colentem eum. Et ſic eduxit populum ſuum in exultatione: quoſdam quidem in exteriori tantum, quoſdam uero etiã interiori, ſcilicet in quib. eſt beneplacitum Deo. de quibus agit pſalmus: Et electos ſuos in lætitia. Repetitio eſt ad cõfirmationem. Et beatus Auguſtinus dicit in hoc loco: Intelligendũ eſt ſeruos Dei in hoc loco, & electos filios promiſsionis ſemen Abraham imitans fidẽ, hęc temporalia bona nõ ideo à Deo accipere, ut in eis luxu diſfluant, aut peruerſa ſecuritate tepeſcant: ſed ad eſſe hæc nutuia parata diuina miſericordia, ut facerent ad illud æternum bonum.

Et dedit.] Poſtquã eduxit eos de deſerto, regiones gentium dedit eis. Et labores multorum populorum poſſederunt, non ut propterea eum colant, ſed ut hęc quoq; ad naturã bonam referãt. Quęcunq; enim alia bona dat Deus, referenda ſunt ad gratuitum cultum eius, ipſe autem gratuitus cultus ad alia non eſt referendus. & hoc eſt quod dicit. Ideo eis illa dedit, ut cuſtodiant iuſtificationes eius. Et quidem ſic iuſtificationes cuſtodire, exponit dicens: Et legẽ eius exquirant. hic etiam beatus Auguſtinus talia uerba ſubiungit: Audi ergo ſemen Abraham nõ de carne glorians, ſed fidem imitans: audite ſerui & electi Dei, habentes gloriam uitæ, quæ nunc eſt, & futuræ: & ſi duræ ſunt uobis tentationes in hoc ſeculo, Ioſeph in carcere, Chriſtum in cruce cogitate. Si autem temporalium rerum adiacet proſperitas, non propter ipſam Deo, ſed propter Deum ipſa utimini: nec exiſtimetis Deum neceſſarium eſſe cultoribus ſuis propter iſta. Sed primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.

IN PSALMVM CV. ARGVMENTVM.

PSalmus hic ex perſona populi quaſi iam in Babylone poſiti canitur, confitentis peccata ſua, ac deflentis quòd beneficijs Dei ſemper ingratus extiterit. Aliter uox Eccleſiæ ad Apoſtolos. legendus ad Exodum.

ALLELVIA, ALLELVIA.

EXPLANATIO.

BReuiter in titulo præmonetur, ut Domino totius pſalmi iubilatione cantetur. Introducitur confitens populus Hebræorum, qui relicta patrum perfidia, ad pietatem Domini ipſo miſerante perductus eſt: ut intelligamus cum fuerint conuerſi, & ipſos alleluia meritò pro ſua redemptione cãtare. In prima igi-

tur

tur narratione deprecatur, ut ſocietur populo beneplacito, quia erat Domini ſaluatoris aduentu de gentibus congregandus. Secunda patrum ſuorum peccata dinumerat, quæ fecerunt in Aegypto mirabilia Domini minimè conuenſes, pium tamen Dominum ab inimicis eos liberaſſe. Tertia refert ad peccandi ſtudia reuerſos, ſed Dominum Moyſi precibus fuiſſe delinitum. Quarta iniquitates eorum aſſerit iteratas, impendentemq́; Domini iram, Phinees ſupplicatione placatam. Quinta ad aquam contradictionis eos Moyſen exacerbaſſe, ſuosq́; poſt hæc filios idolis immolaſſe commemorat. Vnde Dominus uehementer iratus, tradidit eos gentium ſeruituti. Ac deinde miſeratus in conſpectu inimicorum, eos reddidit glorioſos. Sexta precatur, quòd nouerat eſſe uenturum, ut de uniuerſis nationibus Eccleſia catholica congregetur, & laudes Domino æterna exultatione celebret.

COMMENTARIVS.

C*Onfitemini Domino, quoniam.*] Pſalmus iſte de alleluiaticis pſalmis ſecundus eſt, qui inſcribitur bis Alleluia. Et dicũt quidã quòd unus ſit de priori pſalmo. Sed dicit beatus Auguſtinus, quòd ſi hoc eſſet, tunc illud quod notatur pſalmus, quod ſit inter utrumq; alleluia poneretur. Dicit etiã non neceſſarium eſſe his apponi, quia ſemel tantum ſufficit. Coniungitur autem per hoc pſalmus iſte ſuperiori, quia ſicut ille tractat de his, in quibus beneplacitũ eſt Deo in priori populo: ita tractat iſte de his qui amaricauerunt ſibi Dominum, quibus tantum non defuit diuina miſericordia. Dicuntur autem hoc in perſona illorum, quicunq; ſi ueniam precantur, & illorum exempla commemorant, in quos etiam peccatores diues apparuit miſericordia Dei, & incipit à cõfeſsione iſte ſicut prior. Accipienda autem eſt confeſsio gementis, quia dicitur in Pſalmo, Peccauimus cum patribus noſtris. Subintelligenda tamen eſt cõfeſsio laudantis, quia ſubdit, Quoniã bonus, quoniã in ſeculum miſericordia eius. Nulla enim confeſsio peccatorum utilis eſt, in qua Deus non laudatur corda & ore. Et quia in utraq; confeſsione laudatur Dominus, ideo pſalmus bis alleluia intitulatur, & incipit ita: Confitemini, id eſt confeſsionem facite Domino, primum nos accuſando, deinde ipſum laudando. Et debetis ei confiteri, quoniam eſt bonus, id eſt ſuauis & dulcis omnibus, ſe dignè guſtantibus, & quoniam miſericordia eius eſt in ſeculum. Secundum ſeculum *αἰὼν* græcum accipitur æquiuocè, & pro æterno & pro tempore. ſi pro tempore accipiatur, tunc intelligemus miſericordiam, quia & in hac miſeris nos cõſolatur, & ab hac miſeria nos liberat: ſi uerò pro æterno, tunc illam miſericordiam intelligemus, ſine qua nemo poteſt in illa uita eſſe beatus, ſcilicet qua laborem noſtrum temporalem æterna quiete remunerat.

Quis loquetur potentias.] Repletus cõſideratione diuinorum operum, iſte qui expoſcit miſericordiã ſubdit: Quis loquetur potentias Domini, &c. Conſiderans præcepta Dei, quorũ præceptorũ opera laudes ſunt eius, qui operatur in ſuis dicit: Quis confeſſus loquetur potẽtias Domini, id eſt quis poterit aliciũ explicare præcepta Domini, quibus obtantes nos ſanat & iuſtificat? Et quia Deus inuiſibiliter quædam operatur, & illa ſunt ineffabilia: ideo addit, Aut quis auditas, id eſt ſi audierit etiam faciet, id eſt poterit facere omnes laudes eius? Laudes ſunt eius, opera præceptorum eius: ſed ideo potius poſuit laudes, quoniã opera, uel præcepta, quia inquantũ hoc fuerit, laus eius ſunt, qui operatur in nobis uelle, & pro bona uoluntate perficere, uel aliter: Quis cõfeſſus loquetur, id eſt dignè te præſentabit in ſe potentias Domini? ſcilicet quam potenter hominem formauerit, & quam potẽter reformauerit. Quis inquam ita loquetur, ut faciat auditas has omnes laudes eius, ſcilicet ut non ſolum dicat uoce, ſed etiã oſtendat opere? nullus utiq;.

Beati qui cuſtodiunt.] Continuatio eadem, ſed utraq; ſententia. Quaſi dicat: Nullus utique omnes laudes eius facere poterit: ſed tamen quidam ſunt qui nõ faciendo beati ſunt, illi ſcilicet qui cuſtodiunt iudiciũ, & faciunt iuſtitiam, id eſt, & qui rectè iudicant, & recta faciunt, & non ad horam, ſed in omni tempore. Quicunq; enim perſeuerauerint uſq; in finem, hi ſalui erunt, hoc eſt qui cuſtodiũt iudicium in fide, & faciũt iuſtitiam in operatione, & in hoc beati ſunt: quia ueniet tempus quando iudicium quod nũc cuſtoditur, fide exercebitur operatione, ſcilicet quando iuſtitia conuertetur in iudicium, id eſt quando iuſti accipiũt poteſtatem iudicandi eos rectè, à quibus nunc iudicantur nõ rectè. Et quia cuſtodire iudicium, & facere iuſtitiam nemo poteſt, niſi ſanatus ab iniquitate per illum qui iuſtificat impium, ideo orationẽ ſubdit. Quaſi dicat: Vt nos cuſtodiamus iudicium, & faciamus iuſtitiam, ideo Domine memento noſtri, qui fuimus immemores tui in beneplacito populi tui, id eſt aſſociando nos illis quibus beneplacitũ eſt tibi. Et uiſita nos in ſalutari tuo, id eſt notifica nobis ſaluatorem tuum. In quo non ſolum peccata dimittuntur, ſed etiã anima ſanatur, ut iudicium cuſtodiat, & iuſtitiam faciat.

Ad uidendum in bonitate.] Memento inquam noſtri, & uiſita nos ad uidendũ, id eſt ut cæci non remaneamus, ſed uideamus quod uidendum eſt: & hoc nõ in merito noſtro, ſed in bonitate electorum tuorum, id eſt gratia illa quã tu præſtas electis tuis. uel aliter: Memento noſtri in beneplacito populi tui ad uidendum in bonitate electorum tuorum, id eſt ad hoc, ut tandẽ te uideamus in ea ſuauitate, in qua uiſuri ſunt te electi tui. Et ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ad hoc ut nos lętemur in ea lætitia, in qua lętabitur gens tua, id eſt in te, quando tu eris omnia. Et non dico uideamus, lætamur, ut lauderis cũ hæreditate tua, id eſt ut hæreditas tua ſit laudabilis, & tu in ea ſis laudabilis.

Peccauimus cum patribus noſtris.] Quaſi dicat: Neceſſe eſt Domine ut memineris, quia peccauimus cum patribus noſtris, id eſt cum adhuc eſſemus in lumbis patrum noſtrorum: ſicut alibi dicitur, quòd Leui decimatus eſt, id eſt decimas dedit in lumbis Abraham. Vel peccauimus cum patribus noſtris: id eſt ita nos peccauimus, ſicut & patres noſtri. Nã iniuſtè egimus in proximũ, & iniquitatem, id eſt impietatẽ in Deũ. proſequitur autem quomodo patres peccauerint dicens, Patres noſtri non intellexerũt mirabilia tua Domine, facta in Aegypto, ſcilicet non attenderunt quid uolueris eis præſtare per illa mirabilia. hoc eſt eſt uitã ęternam non temporalem, ſed incommutabile bonũ, quod patienter eſſet expectandum. Ipſi autem impatienter murmurauerunt, & temporalibus bonis beatos ſe fieri ſe putauerunt, quę uitam beatitudinẽ non conferunt: quia inſatiabilem cupiditatem non extinguunt. Sequitur.

Nõ *fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.*] Vtrũq; redarguit hic memoriam & intellectum. Intellectu neq; opus erat ut intelligerent, ed quid Deus per illa inducere uellet: memoria uero, ut ſaltem mirabiliter facta temporaliter non obliuiſcerentur, ſed fideliter præſumerent quod eadem poteſtate qua eos de poteſtate Aegypti liberauerat, de perſequentium hoſtium perſecutione eos liberaret. Specialiter enim reſpicit quod dicit eos non fuiſſe memores mirabilium ad illud, quando ab una parte montibus clauſi, alia parte rubro mari à tertia parte inſequentibus Aegyptiis deſperauerunt ſe à Domino poſſe liberari. Et hoc eſt quod dicit: Et quia nõ fuerunt memores, ideo irritauerunt, id eſt Deum ad iram prouocauerunt deſperãdo de eius potentia, cum eſſent aſcendentes. hoc dicit quantum ad ſitum loci. Deſcenſus enim eſt à Iudæa in Aegyptum, aſcenſus uero ab Aegypto in Iudæam.

dæem. Irritauerũt dico entes in mari rubro, ſcilicet adeo eis formidato. Vel poteſt & ſimpliciter dici propter ſitum loci, aſcendẽtes in mare rubrum. Et quanquam irritauerint, tamen Dominus ſaluauit eos, non propter meritum eorũ, ſed propter nomen ſuum, ſcilicet ut notificaret alijs potentiam ſuam. Et mirificè ſaluauit eos, quia increpuit, id eſt admonuit mare rubrum quaſi dominus ſeruũ, & exiccatum eſt. Et deduxit eos in abyſſis, id eſt per locũ ubi prius erant abyſſi, cũ tanta ſecuritate ſicut poſtea in deſerto. Et in ipſo mari ſaluauit eos de manu, id eſt de poteſtate Aegyptiorum: & ita ſaluauit eos, quòd omnino redemit eos de manu ſummi inimici, id eſt Pharaonis. Non ideo dicit redemit, quod aliquod precium ibi dederit, ſed præcurrit propheta iam ad præſignatum, id eſt ad ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem pro redemptione noſtra fundi uidit. Et uerè ſaluauit eos de manu odientium in mari, quia aqua operuit eos, ita quod nec unus remãſit ex eis reliquus. Et tunc crediderunt patres noſtri uerbo eius, id eſt promiſsionibus Domini de ſua liberatione per Moyſen factis. Et in laude eius, id eſt laudanter cantauerunt hymnum eius dicentes: Cantemus Domino glorioſe. Sed cito fecerunt, id eſt cito laudes illæ finem habuerunt, quia obliti ſunt operum eius: & non ſuſtinuerunt, id eſt nõ ſurſum in conſideratione conſilium eius, ſcilicet ut attenderent beneficia illa erga ſe non eſſe inania: ſed quod per ea Dominus ad aliquod magnum, id eſt ad uitam æternam perducere uellet. Et quia non ſuſtinuerunt conſilium Domini, ideo concupierunt concupiſcentias in deſerto, & tentauerunt Dominũ in inaquoſo. Et tamen non defuit eis diuina miſericordia, quia dedit eis petitionem ipſorum, id eſt carnalem petitionem quantum ad potũ. Et miſit ſatietatem pluẽdo manna in intellectum & rationes in anima, id eſt in animalitatem eorum.

Et irritauerunt.] Quaſi dicat: Præter ſupradicta hęc etiam quidã fecerunt ex illis, quod irritauerunt Moyſen in caſtris & non tantum Moyſen, ſed etiam Aarõ ſanctum Domini, id eſt quem Dominus ſanctificari præcepit. Conſecrauit enim Moyſes Aaron in ſacerdotem ex præcepto Domini. Et diſſenſerunt ab eo duo de populo Dathã & Abiron dicẽtes: quia nimis ſtuderet prouehere eos de ſua progenie, & contemnẽtes præceptum Domini, ſe ipſos ſacerdotes facere uoluerunt: & aſſumptis quinquaginta uiris ad thurificãdum proceſſerũt. Sed quid factum eſt eis? Vtiq; terra aperta eſt, & deglutiuit Dathan & Abiron: & etiam operuit, id eſt clauſit ſe ſuper cõgregationem eorum, id eſt ſuper quinquaginta uiros illos imitantes: reliquos uero complices eorum ignis de cœlo combuſſit, hoc eſt quod dicit, Et exarſit ignis in ſynagoga eorum. Et flamma combuſſit peccatores. Et tamẽ poſt hanc diuinam correctionẽ fecerunt uitulum in mõte Oreb, & non ſaltem aliquid quod eſſet creatum, ſed ſculptile: Et mutauerunt gloriam ſuam, id eſt Deũ in quo ipſi gloriari deberent, non in uitulum, qui ſaltem animata res eſt, ſed in ſimilitudinem, id eſt in ſimulachrum uituli comedentis fœnum, ſicut & ipſos: quia fœnum, id eſt terreni erãt, diabolus comedit. Et ideo hoc fecerunt, quia obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, qui fecit magna mirabilia in terra Cham, id eſt in Aegypto: & non ſolũ magna, ſed etiam terribilia, id eſt talia mirabilia, quæ uel de expaueſcenda ſunt, fecit in mari rubro. Et quia obliti ſunt Deum, ideo dixit, id eſt diſpoſuit Deus, ut diſperderet eos, nõ tamen quod diſpoſuiſſet, quia ſi diſpoſuiſſet, ſed tanta fuit iniquitas eorũ, quod potuit uideri Deus diſpoſuiſſe ut prorſus diſperderet eos.

Et uerè diſperdidiſſet, ſi Moyſes electus eius non ſtetiſſet pro illis in cõtradictione, id eſt in humilitate ſpiritus in conſpectu eius, id eſt in corde eius, ubi conſpicit dicẽs ita: Domine ſi dimiſeris populo, huic dimitte. Sin autem, dele me de libro quem ſcripſiſti. hoc autem dixit: ſecurus de iuſtitia ſua, ad hoc ut auerteret iram eius ne diſperderet eos. Et tamen ipſi digni fuerunt qui diſperderentur, quia cum exploratores eorũ miſsi in terram promiſsionis, ad magnam terræ commendationem botrum talem, quem uix duo portare poſſent, inde retuliſſent, ipſi pro nihilo habuerunt terram illam deſiderabilem. Ne tamen intelligas quòd damnati ſint propter illius terræ contẽptum, ſed quia neglexerunt ſignificatum. Botrus autem ille qui de terra promiſsionis à legatis allatus eſt, ſignificauit Chriſtum: qui autem prior portabat, & botrum poſt ſe habebat, ſignificat Iudaicum populum, non agnoſcentem Chriſtum: qui autem ſequebatur, & botrum ante ſe intuebatur, ſignificat gẽtilem populũ, qui Chriſtum agnoſcit, & non poſt ſe, ſed ante oculos mentis ſemper eum ponit.

Non crediderunt.] Ideo inquam pro nihilo habuerũt terrã deſiderabilem, quia nõ crediderunt uerbo eius, id eſt promiſsioni Domini. Et ideo murmurauerunt in tabernaculis ſuis, ſed non exaudierũt uocem Dñi. & ideo Dominus eleuauit manum ſuam ſuper eos, id eſt diſtulit pœnam, quã tunc meruerant, ut tanto grauius deinde puniret eos. Vel eleuauit manũ ſuam ſuper eos ad grauius percutiendum, ſcilicet ut tunc maximè proſterneret eos in deſerto, & ut poſt ipſos deijceret etiam ſemen, id eſt filios eorum in nationibus, id eſt per nationes, ſicut Philiſtinis fecit, & per Aſſur, & per complures alios. Et ut diſpergeret eos in regionibus, ſicut hodie diſperſi ſunt. & meritò hoc, quia initiati ſunt ſe, id eſt conſecrauerunt ſe, uel initiati ſunt, id eſt ſacrificauerunt Beel, qui colebatur in Phegor. Belus enim fuit pater Nini, ad cuius honorem filius idolum fecit, quod uocabatur Beel, & colebatur in regione Phegor, cui iſti in deſerto ſacrificauerunt. Poteſt etiam dici, quod ſic gentibus permixti ſint, quod quidam illorum & in Phegor Beel adorauerũt, & comederunt ſacrificia mortuorum, id eſt ſacrificia, Belo qui iam mortuus erat, oblata. Et ſic irritauerunt Deũ in adinuentionibus ſuis, non quòd ipſi ritus illos tũc, quos gentes prius inuenerant, adinuenirẽt: ſed quia ita ſtudebãt ibi, ac ſi ipſi nouiter adinueniſſẽt. Et ideo multiplicata eſt in eis ruina, quia perierunt & à ſerpẽtibus & multis alijs modis. Et alijs Deum irritantib. Phinees ſacerdos ille ſtetit, quia non eſt lapſus cũ illis. Et placauit Deum Hebræum quendam cum Madianitida uirgine concumbentẽ tranſfiendo: & quia hoc non fecit animo ultionis, ſed animo dilectionis, correcti ſunt alij, & ſic ceſſauit quaſſatio, quia nõ immiſit Deus tribulationẽ amplius illi populo pro hac offenſa, ſicut prius ſolitus fuit facere. Et irritauerunt præterea quæ prædicta ſunt, irritauerunt etiam Dominum ad aquas cõtradictionis, ſcilicet ut rixati ſunt contra Moyſen dicentes: Date nobis aquam ut bibamus. Et tunc uexatus eſt, id eſt commotus eſt Moyſes propter eos idcirco, quia exacerbauerunt, id eſt ad irã prouocauerunt ſpiritum eius. Et ideo diſtinxit, id eſt diſtinctionem fecit in labijs, quia cum in alijs omnibus miraculis certus fuerit, & ſecurè locutus ſit: hic dubiè locutus eſt dicens, Nunquid poterimus de petra hac aquam uobis elicere? Et ideo populum in terram promiſsionis non perduxit. Nec ſolum ad aquam contradictionis Dominum irritauerunt, ſed etiam in hoc, quia poſt quam introducti ſunt in terram promiſsionis, non diſperdiderunt omnes illas gẽtes quas Dominus dixit, id eſt præcepit illis diſperdere. Quaſdam enim gentes non diſperdiderunt, ſed ſibi tributarias fecerunt. Et ita commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Et exponit, quæ opera, dicens: Et ſeruierunt ſculptilibus eorum. Et hoc factum eſt illis in ſcandalum, id eſt in ruinã. Et meritò, quia non ſolum oues & boues, ſed etiam immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs. hoc quidẽ nõ habet hiſtoria, ſed tamen non ideo minus credendũ eſt prophetico ſpiritui, qui hoc dicit, & alijs prophe-

tis

tis qui ſæpè idem improperant eis. Et qualiter immolauerint, proſequitur dicens: Et effuderunt ſanguinẽ innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptibilibus Chanaan. Et hoc modo interfecta eſt terra in ſanguinibus, cõtinens pro contento. hoc eſt terreni illi interfecti ſunt interius propter innocentum ſanguinem, dæmonijs effuſum.

Et contaminati ſunt in operibus eorum.] Exponit quomodo, ſcilicet quia fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis, id eſt in ſtudijs ſuis, quia proprio Deo relicto adhæſerũt falſis dijs. Et ideo iratus eſt Dominus illi populo, uel in illum populum, in furore. i. in ira graui. & ideo abominatus eſt illum, id eſt uilem fecit hæreditatem ſuam. Per hoc autem quòd dicit hæreditatem, oſtendit abominationem illam omnino non eſſe ad deſtructionem, ſed ad correctionem. Et uerè, quia dicit abominatus eſt hæreditatem ſuam: quia tradidit eos in manus gentiũ. Et hoc ita, quod dominati ſunt eis, qui oderunt eos. quod grauiſsima ſeruitus eſt, ut patiaris dominum, quem habes inimicum. Et quia eis dominati ſunt, ideo tribulauerunt eos inimici, & ſic grauiter humiliati ſunt ſub manibus eorũ, ſed Dominus liberauit eos ſæpè. Ipſi autem non illud attenderunt, ſed exacerbauerunt eũ in conſilio ſuo, id eſt quia conſilium eius non attenderunt, ſed ſuum. Conſilium enim Dei erat, ut per temporalia bona induceret eos ad æterna. Ipſi autem non illud attenderunt, ſed ſuum conſilium ſequi maluerunt, ſcilicet ut quærerent, quæ ſua erant, non quę Dei erant. Et ideo meritò humiliati ſunt iniquitatibus ſuis, id eſt ita quod iniquitates eorum cauſa eſſent humiliationis ipſorũ. Et tamen non defuit eis diuina miſericordia: quia uidit Dominus cum tribularentur. Non ideo hoc dicit, quod aliquando non uideat: ſed tunc tamen maximè uidere tribulationem noſtram dicitur, quando miſeretur. Et propterea ſubdit, Exaudiuit orationẽ eorũ. & hoc totum fecit non propter umbram, ſed propter figuram, ſcilicet quia memor fuit teſtamenti, non ueteris quod aboletur: ſed noui, quod per illud ſignificabatur. Et ideo pœnituit eum ſecũdum multitudinem miſericordiæ ſuæ, non quod pœnitentia unquam in eo fuit, in quo malum factum non præceſsit: ſed quia tam miſericorditer cum illis egit, quod potuit uideri pœnitere eum prioris afflictionis. Et uerè multã miſericordiam eis impendit, quia dedit eos in miſericordias in conſpectu omnium, qui ceperunt eos, id eſt, hoc fecit quod etiam hoſtes, qui captiuos eos tenebant, miſericorditer egerunt cum illis. Vel aliter: Dedit eos in miſericordias, id eſt ita miſericorditer cum illis egit mittendo filium ſuum, & liberando eos ab interioribus hoſtibus, ut non ſolũ miſerati, ſed propter excellentiam ipſę etiam miſericordiæ poſſent dici. Et hoc fecit in conſpectu omnium, qui ceperant eos, id eſt uidentibus illis & attẽdentibus, qui captiuos adhuc eos tenebant per captiuitatem in præuaricatione primi hominis factam. quod æquipollenter dicere eſt: Eijcit dæmonia ab eis. Et quia in Euangelio dicitur: Ecce eijcio dæmonia. Et hodie & cras ſanitates perficio, & tertia conſumor: ideo cum dixiſſet, Quia eijcit dęmonia, ſubiungit orationem ut ſanitatem perficiat, dicens: Domine Deus noſter, fac nos ſaluos perficiendo in nobis ſanitatem. Poteſt autem per hodie accipi tempus ſub lege, per cras uero tempus gratiæ, in quo utroque ſanitatem operatus eſt. uel per hodie accipi tempus præſentiæ eius in carne: per cras uero tẽpus Apoſtolicæ miſsionis, & uſq; ad finem ſeculi, in quo etiam per prædicatores ſuos ſanitates perficit. Tertia uero qua conſumatur, erit quando omnes occurremus ei in unum uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Et ut ſaluos facias, cõgrega nos uerum ſemen Abrahæ per fidei unitatem de nationibus omnibus, ad hoc ut confiteamur ſancto nomini tuo, & eandem glorièmur in laude tua, id eſt in laude perfectè laudantium, quia perfectè amantium. Et ideo perfectè amantium, quia facie ad faciem contemplantium. non dico dicentes ita: Benedictus ſit Dominus à ſeculo & uſq; in ſeculum, id eſt æternaliter Deus Iſrael, id eſt qui facit ut uidentes eum per fidem, ſint uidẽtes eum per ſpeciẽ. & hoc dicet omnis populus. Vt autẽ tunc dicere poſſit, fiat ei nunc benedictio in populo Iudaico, fiat & in præputio.

IN PSALMVM CVI.

ARGVMENTVM.

REditus populi de Babylone prædicitur. Primumq; imperatur ut collata beneficia deuotis extollant uocibus gratiarum: ac deinde quæ mala in captiuitate pertulerunt, uaria narratione diſcribũtur. Aliter uox Chriſti de Iudæis, legendus ad lectionem Numeri & Iudicum.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

IN primo alleluia commendatus eſt populus Iudæorum, de quo nulla querela eſt: ſecundo eos commemorat, qui in eadem gente creberrimis offenſionibus errauerunt, & ad Domini gratiã ipſius miſeratione reuerſi ſunt. Hic autem commonetur populus Chriſtianus, ut pro collatis ſibi beneficijs laudes Domino reddat. Aliter alleluia primum egit, ut baptizentur credentes: ſecundum ut conciliet pœnitentes, ibi ſuſcepit plebem ſuam in exultatione, & electos ſuos in lætitia. Hic pœnitentes exaudit, & dat eos in miſericordiam in conſpectu omnium, qui eos ceperunt. In tertio uſus noſter quotidianus retexitur, & hæreſes Nouatiana damnatur. Poſt Hebraici populi confeſsionem, de quo præcedentes pſalmi loquuti ſunt, Propheta uenit ad populum Chriſtianum, qui per ſpacia totius orbis ſuperſtitionum ſolitudine uagabundus errabat. In prima ſectione commonens eum laudes Domini cõfiteri, cuius ſanguine redemptus Eccleſias accepit, qui per aras dæmonum, lucosq; ſtulto rapiebatur errore. Secunda gratias dicit Domino peragendas, qui gentilium animas ueritatis pabulo ieiunas religionis ſuæ ubertate ſatiauit, & eorum uincula peccatorum inexuperabili uirtute diſrupit. Tertia patri gratias præcepit eſſe referẽdas, quia Chriſtus aduenĩẽs diaboli portas uectesq; confregit. Quarta Domino ſacrificium laudis à ſacerdotibus commonet offerendum, qui inter ſeculi fluctus eccleſiarum gubernatione præſident, deſcribens quemadmodum & ipſorum tentationibus Deus ſubuenire dignetur. Quinta iterum dicit à ſacerdotibus & ſenioribus Dominũ eſſe laudandum, qui ſqualentem mundum ariditate peccati in amœniſsimam iocunditatem cœleſti munere commutauit. Quod uidentes recti corde gaudebant, quæ partes à ſimilibus uerſibus, quos intercalares uocant, incipiunt.

COMMENTARIVS.

COnfitemini Domino, quoniam bonus.*] Pſalmus iſte cõmendat miſerationes Dei ſępè probatas in nobis, ideoq; dulcis eſt expertis. Cantatur autem manifeſtè de uniuerſa Eccleſia, ubiq; terrarũ diffuſa. hoc eſt de duobus parietibus in uno angulari lapide conuenientibus, & alibi abba pater clamantibus, unde bis Alleluia intitulatur. Et quia miſerationes Dei cõmẽdat, uideamus ergo quid admo-

admoneamur, unde aggretulemur, unde gemamus, unde auxiliũ poſtulem⁹, unde deſeramur, undeuobie ſubueniatur, quid per nos ſimus. Quaſi dicat: Per ei⁹ miſericordiem ſimus, quomodo ſuperbia noſtra cõtereretur, qualiter gratie eius glorificetur, ut unicuique occurret iu ſe, quod pſalmus commender: & experti apprubent, inexperti uero deſiderent. Er incipit ita: Qui redempti ſuut à Domino, non redempti de manu Aegyptiacæ ſeruitutis, nõ de inutilibus laboribus & luteis operibus, non redempti ab ille arcta Aegypto, quia omnes ſimul redempti ſunt, & quorum hoſtes ſimul perierunt: ſed redempti de leta Aegypto huius muudi, quotidie redimentur & in multis & in ſingulis, & quorum hoſtes quotidie ſubmerguntur iu mari, quos ſcilicet Dominus non redemit de manu Pharaonis, ſed de manu hoſtis euriqui: & ite eos redemit, quòd uon tantũ de uno loco, ſed de pluribus regionibus eos cõgregauit. Et uerè de regionibus, quia à ſolis ortu & occaſu. In ortu ſolis Iudęi erant, qui per legẽ & prophetas inde ſolis lumen ſuſceperant: Gentes uero in occaſu erant, quę poſtpoſito creatore creaturã adorabant. & exponit occaſum dicens, Ab equilone & mari. Per equilonem intellige, quòd charitas in eis refrixeret: per mara uero, quòd etiẽ amaritudo perſecutionis in eis erat. Tales inquem redempti dicant alter ad alterum, Si guſtaſtis, couſitemini Domino: ſi enim uon guſteſtis, confiteri non poteſtis. Si guſtaſtis auiditate, eructate confeſsione. Et meritò debetis confiteri Domino, quoniam omnibus diguè ſeguſtantibus eſt bonus, & quoniam miſericordia eius eſt in ſeculum, ſicut in priori pſalmo diximus. Dixit qui redempti ſuut, quia eutem hæc redemptio uon ſimplex eſt, ſed mulriplex, ideo pſalmus proponit nobis quatuor tentatiou es, quatuor clamationes, quatuor liberatioues, quatuor miſericordiatum Dei confeſſiones. Et prima redemptio eſt ignorantiæ & errorie & inediæ uerbi Dei. Sicur ponamus aliquẽ uihil boni quærentem, ſed ueterem uitam ſeductorie ſecuritate uiuentem, nihil eſſe putautem poſt hanc uitam, quandoq; finiendam, deditum illecebris & mortiferis delectationibus huius ſeculi: hunc talem gratia Dei aliquando quaſi à ſomuu iuterius erigit, & iu errore ſe inuenit, & multum ſolicitus de ſalute ſua ſit. Et hęc eſt tribulatio prima, tentatio. Deinde eutẽ quã poteſt, pulſat, clamat ad Dominum: & Dominus liberat eum de tenebris erroris. Et in uia ducente ad ciuitatẽ habitationis, id eſt in fide, & ſui cogitatione uel cognitione eum ponit, & doctrina uerbi Dei reficit, & Domino iure debet confiteri. poſtquam autem iã poſitus in uia, ſcit quid faciendum ſit & quid cauendũ ſit, incipit puguare contra ueteres conſuetudines. Sed quia non ettedit unde debeat arme ſumera, quẽ cooperatorem debeat habere. Si enim præſumit de ſe, diuino auxilio deſerente, multum poteſt laborare, ſed nihil efficere. Et hæc eſt ſecunda tentatio, quæ dicitur difficultas bene operandi. Sequitur damnatio, liberatio, confeſsio: quia attẽdens ille inefficatiam ſuã, clamat ad Dominum, & Dominus liberat eum: quia diſrumpit uincula difficultatis, & ponit eum in operatione æquitatis: & fit ei facile, quod erat ei difficile, & inde Domino confiteri debet. Poſſet eutem Dominus ſine difficultate hoc nobis præſtare, ſed ſi non difficultatem haberemus, auctorẽ ranti boni non agnoſceremus. Item cum iem poſitus eſt iu facilitate bene operandi, difficultatibus ueterum conſuetudinũ ſuperetis, nõ ex ocio illo reducitur ad aliquem prauam conſuetudinem, ſed incurrit tertia tentatio, tædium ſcilicet diuini uerbi, id eſt tædium orandi, legendi, ieiunandi, uigilandi, & aliorum quibus ad melius poſſit prouehi, & ſic periclitatur. Nec faciet eũ de priori ſocietate ſecurum, ſed pro tædio timeat eum moriturum: quia ſicut corpus faſtidio corporali cibo perimitur, ita enime faſtidio ſpirituali cibo periclitatur. Sed rurſus clamat ad Dominum, & liberatur, & tamẽ ſequitur ut couſiteatur. Ecce ſplendificatis tenebris & difficultatibus ueterum conſuetudinum ſuperatis, & repulſo tædio uerbi Dei, tales iam apti ſunt, qui ed regimen eccleſiarum prouehãtur, & prouehuntur. Sed quanto magis exaltantur, tanto magis periclitantur: quia tunc inſurgit tempeſtas maris Eccleſiam quatiẽtis, & gubernatorem turbentis: & ſic periclitãtur modo aſcendendo uſq; ad cœlos ſperando, modo deſcendendo uſq; ad abyſſos deſperando. Sed tamẽ clamat ad Dominum, & liberatur: & ideo quoq; meritò cõfitetur. Et hæc eſt quarta tentatio, quæ uocatur periculum in regimine rerumpub. Nemo autem putet hanc tentationem pertinere ad ſolos pręlatos, quia omnes in naui portantur, & qui operantur & qui gubernentur: & ſimul in mari periclitantur, & ſimul in porta ſaluabuntur. Has quatuor tẽtationes ut prædiximus, proponit pſalmus, & prima eſt ubi dicit: Errauerunt in ſolitudine. quod ſic continuatur, Neceſſarium fuit ut de regionibus congregarentur, quia errauerunt prius in ſolitudine non in quauncq;, ſed in inaquoſo. Solitudinem uocat deſertum ignorantię & erroris: per inaquoſum uero uocat incultum, ſcilicet quia ſine aqua, id eſt ſine refectione doctrinæ erant. Et non inuenerunt per ſe uiem ciuitatem habitationis, id eſt ducentem ad ciuitatem, in qua uerè eſt inhabitandum. Eſt enim quædam ciuitas ubi nou eſt habitandũ, ſed quę potius deſtruẽda eſt, ſcilicet Babylonia. Errauerunt dico, eſurientes & ſitientes naturaliter, quia omnis anima naturaliter eſurit bonũ. Ecce grauis tribulatio, quod cum eſſent iu ſolitudine, & uiam qua ad habitationẽ uenirent, ignorarẽt, inſuper eſuriebãt & ſitiebant: & ideo anima eorum eis tantum in ipſis defecit. Extendens eutem ſe ad Dominum, profecit. hoc eſt quod dicit: Et clamauerunt ad Dominum cũ tribularentur, id eſt cum iam attenderẽt tribulationẽ peregrinationis, quã nemo attendit niſi cui patria eſt dulcis. Et quia clamauerunt, ideo Dominus eripuit eos de neceſsitatibus eorum, id eſt de tenebris erroris, & fame uerbi Dei. Et hoc taliter fecit, eduxit ſcilicet eos de neceſsitatibus, perducens eos in uiam rectam, id eſt in cognitionem ſuam, & fidem catholicã, ad hoc ut irent in ciuitatem habitationis. Vnde confiteantur dignè Domino miſericordię eius, non mediocriter eius. Et mirabilia eius exhibita filijs hominũ, id eſt filijs uetuſtatis. hoc eſt, Illi couſiteantur Domino, qui cum eſſent mortui in uetuſtate, uiuificati ſunt ab eo per nouitatem. Quod magnũ eſt mirabile. Et quia prius non poſuerat, alteram partem tantum liberationis, addit: Ideo dico ut cõfiteantur Domino, quia ſatiauit animam inanẽ, quantum ad ſitim: & ſatiauit animã eſurientem bonis æternis, hoc eſt inediẽ uerbi Dei ab eis excluſit. Et (quaſi dicat) neceſſe erat ut educerentur & ſatiarentur, quia erant ſedentes iu tenebris: & non in qualibuſcunq;, ſed in umbra mortis, id eſt in talibus tenebris, quæ obumbrarẽt eos ad mortẽ. & erant uincti in mendicitate & ferro, id eſt in dura mendicitate. Grauis enim mendicitas eſt in ſolicitudine eſurire & ſitire.

Quia exacerbauerunt.] Non culpa auctoris erat, quòd in tenebris & mendicitate erant, ſed eorum: quia ipſi exacerbauerunt, id eſt acerba & hiſpida fecerunt ſibĩ eloquia Dei, tunc ſcilicet quando dictum eſt illis: De omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Et in hoc irritauerunt, id eſt irritum fecerunt conſilium altiſsimi. Eius enim conſiliũ erat ut per obedientiã, atq; pręceptum ad aliquod dignius eos proueheret: ipſi uero præuaricãdo, & inobediendo illud irritum fecerunt.

Et humiliatum eſt.] Hic ſecundam tentationem incipit. Quaſi dicat: Dominus eduxit eos de tenebris erroris, & poſuit in uia ueritatis, ut ſcirent quid eſſet faciendum & quid cauendum: ipſi autem de ſe prælium ferunt. & ideo cum ex uiribus ſuis ueteres conſuetudines oppugnare uellent, humiliatum eſt cor eorum

in

in laboribus, quia multum laborauerũt. & infirmati ſunt, id eſt inefficaces in laborib. ſuis extiterunt: quia nõ fuit q adiuuaret eos, quandiu de ſe perſumpſerũt.

Et interim clamauerunt ad Dominum cum tribularẽtur.] Et ponit ſimul utramq; liberationẽ, quia repetit priorẽ dicens: Et eduxit eos de tenebris umbræ mortis, ut prius. Et modo diſrupit uincula eorum, ſcilicet diſrupit uincula difficultatis, & poſuit eos in operatione æquitatis, ut ſupra dictum eſt. Vnde confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum, ut prius. Et debent ei confiteri, quia cum ipſi ita detinerentur, ne poſſent exire ad bene operandũ, ſicut aliqui clauſi portis æreis & uectibus ferreis, ne exeant ad aliquid agendum detinerentur. Dominus contriuit portas æreas & uectes ferreos confregit, id eſt ab omni difficultate eos expediuit. Et hoc aliter fecit, ſcilicet ſuſcepit eos de uia iniquitatis eorum, id eſt liberauit eos de præſumptione, quæ faciebat eos iniquos, id eſt irreligioſos. Quæ iniquitas eorum nõ erat auctoris, quia humiliati ſunt propter iniquitates ſuas: quia iniuſtè egerunt uiribus ſuis, quod Dei erat, aſcribendo.

Omnem eſcam abominata.] Ecce tertia tentatio. Quaſi dicat: Splendificatis iam tenebris, & difficultatibus ueterum cõſuetudinum ſuperatis, adhuc reſtat aliud periculum, hoc ſcilicet, quòd anima eorum abominata eſt omnem eſcam nõ corporalem, ſed ſpiritualem, id eſt tædium uerbi Domini, ut ſupradictum eſt, habuerunt. Et ideo uſq; ad portas mortis. i. uſq; ad interitum appropinquauerũt: quia ſicut periculoſum eſt corpori faſtidire corpoream eſcam, ita mortiferũ eſt animæ ſpiritualem eſcam faſtidire. Et iterum clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. id eſt, Nam hoc modo miſit uerbum, ſ. idem præcepit & uoluit ut ſanarẽtur, & ſic ſanauit eos. Tale & illud eſt quod in Euangelio habetur: Domine dic tãtum uerbo, & ſanabitur puer meus. Et uerè ſaluauit eos, quia eripuit eos de interitionibus eorum. Vnde etiam confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et ita debent confiteri, ut ſacrificẽt ſacrificium laudis, id eſt ut nihil ſibi, ſed totum Deo attribuant. Et annũcient opera eius, id eſt multiplices labores eius nõ in memoria, ſed in exultatione.

Qui deſcendunt mare in nauibus.] Ecce quarta tentatio. Quaſi dicat: Non ſolum illi quorum anima tædium uerbi incidit, & alij prædicti miſericordias Dei experti ſunt, ſed etiã illi qui poſiti in nauibus, id eſt qui perfecti ad regimen eccleſiarum deſcendunt per mare, id eſt humiliantur propter amarã tribulationem extrinſecus, & contradictionẽ intrinſecus, & dolendo ſubditis ſuis: deſcendentes dico facientes operationem, id eſt gubernationem in aquis multis, id eſt in populis multis. Ipſi uiderunt opera Domini, & mirabilia eius, id eſt mirabiliter miſericordiam eius erga ſe cognouerũt in profundo, hoc eſt in maris periculo. uel in profundum, id eſt in occultis cordiũ ſubditorum ſuorum. Alius enim in occulto ſuo habet adulterium, alius homicidium, alius hoc, alius illud. Et hęc omnia illis prælatis referuntur. & ſi tunc poſsint gubernare, & ſingulis conſulere ne periclitentur, in hoc maximẽ miſericordiam Dei recognoſcunt.

Dixit & ſtetit.] Verè opera Domini & mirabilia uidarunt. Nam hoc modo uiderunt, quia dixit, id eſt pręcepit Dominus aliquando, & ſpiritus procellæ ſtetit, id eſt inhorruit, id eſt intempeſtas magna facta eſt, & fluctus eius nimium exaltati ſunt. prius autem quam hoc fiat, aſcendunt prælati illi uſq; ad cœlos bene ſperando de ſubditis ſuis: & ſtante procella deſcendunt uſq; ad abyſſos deſperando. Et ideo deſcendunt, quia anima eorum, id eſt prælatorum tabeſcebat, id eſt deficiebat in malis ſuis, id eſt in preſſuris ſubditorũ. uel aliter: Dixit Dominus, id eſt pręcepit Dominus, & ſtetit, id eſt quieuit procella, & deinde iterũ exaltati ſunt fluctus eius. Et ſtante procella aſcendunt prælati ipſi bene ſperando uſq; ad cœlos, cum uero fluctus exaltantur, deſcendunt uſq; ad abyſſos deſperãdo. Et hoc ideo, quia anima eorum in malis tabeſcebat, ut prius. Et oſtẽdit quomodo dicat, Turbati ſunt in ſe ipſis interius, & moti ſunt ut ſe expedirent, ſed tamen ſicut ebrius, id eſt inutiliter moti ſunt, dum de ſe præſumpſerunt: quia mouebantur quidem, ſed nõ promouebantur. Et hoc ideo, quia omnis ſapientia eorum, ſcilicet & præconandi & orandi & legẽdi deuorata eſt, id eſt ad nihil redacta eſt. Vnde dicit Apoſtolus: Nolumus uos fratres ignorare de preſſura, quæ facta eſt nobis in Aſia, quia ſupra uires noſtrae & ſupra modum grauati ſumus, & reſponſum mortis in nobis habuimus: ut non ſimus cõfidentes in nobis, ſed in illo qui ſuſcitat mortuos. Vbi dicit, Reſponſum mortis in nobis habuimus, oſtendit ſapientiam ſuam fuiſſe deuoratam. Et rurſus hi clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eduxit eos. Et uerè eduxit. Nam hoc modo ſtatuit, ſcilicet procellam eius, uel profundi maris in auram, id eſt in tranquillitatem placidam. Et hoc iterum, quod ſiluerunt oẽs fluctus eius. tũc pręlati ſunt lętati, quia fluctus ſiluerunt. Et meritò quia deduxit eos in portum uoluntatis eorum, id eſt in omnem illam quietem & ſecuritatem, quam ipſi optabant. Vnde confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ & ita confiteantur, ut exaltent eum tantum in Eccleſia plebis, id eſt in Eccleſia bene gubernatorũ. Et laudent eum in cathedra ſeniorum bene regẽtium. quod eſt dicere: Et ſubditi quòd bene gubernantur, & pręlati quòd bene gubernant, non ſibi, ſed ſoli Domino attribuant, & ei ſoli laudes agant.

Poſuit flumina in deſertum.] Quaſi dicat: Meritò debẽt illum laudare, quia ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et oſtendit in primis, quomodo ſuperbis reſiſtat, dicẽs: Quia flumina, id eſt illos apud quos erant fluenta doctrinæ per prophetica ſcripta & legalia inſtituta, id eſt, Iudæos poſuit in deſertum: quia & ſi ſcripta ſeruauerint, intelligentiam tamen uerã amiſerunt. probat, Et exitus aquarum, id eſt illos eoſdem à quibus doctrina ad alios exiuit per propheticas ſcripturas, & per primitiuam Eccleſiam inde aſſumptam in ſitim poſuit. hoc eſt in naturali ſiti dereliquit.

Terram fructiferam] Idem repetit per aliam ſimilitudinem, & eſt dicere: Illos qui prius erant terra fructifera, quãtum ad quoſdam: quia non defuerunt in populo illo priori, qui reputandi eſſent in ſemine. Illos inquam redegit in ſalſuginem, id eſt in amaritudinẽ & ſterilitatem, quia tempus uiſitationis non cognouerunt, & iuſtitiam Dei non attenderunt, ſed iuſtitiã ſuam ſtatuere uoluerunt. Et cum aliquid de eis prius crediderint, modo nulli inde credunt. Salſugo enim propriè dicitur amarus ſuccus terræ, quem ſterilitas comitatur. Et hoc quidem dicit non ob iniuſtitia ſua proceſsit, ſed à malitia habitãtium in ea terra. hoc eſt dicere: Iuſto iudicio ſuo Dominus terram illam in ſalſuginem uertit, quia nequitia eorum terrenitati nimis adhærentium hoc promitit.

Poſuit deſertum in ſtagna.] Oſtẽdit quomodo ſuperbis reſiſtit, & qualiter humilibus dat gratiam, dicens: Quia illos qui prius erant deſertũ à lege & prophetis deſtitutorũ, id eſt gentiles poſuit in ſtagna aquarum. quia inde per quoſdam, ſicut per Auguſtinum, Gregorium, Hieronymum, & multos alios documẽta ueritatis emanauerũt alijs. Et illic. i. in terra illa collocauit eſurientes & auidos agricolas. Et illi conſtituerunt ciuitatem habitationis, id eſt conſtruxerunt eccleſiam catholicam, quæ ciuitas eſt uerè habitationis. Et ſeminauerunt ſemine uerbi Dei agros, id eſt fecerunt multos fructificantes in bonis operibus. Et plantauerunt uineas, id eſt inſtituerunt diuerſas eccleſias, & fecerunt fructum natiuitatis. Et inſtitutores & inſtituti fructũ natiuitatis, id eſt opera & do-

ctrina

Digitized by Google

ctrina eorum, non diſſenſerunt ab Apoſtolis, qui fuerunt natiuitas eorum: quia per eorum doctrinam nati ſunt in operibus bonis. Et Dominus eis benedixit, & incrementum dedit, & ipſi multiplicati ſunt in tantum, q, etiam quidam nimis multiplicati ſunt, ſcilicet illi qui per ſuperbiam hæretici facti à nobis exierũt. De quibus dicit Apoſtolus: A nobis exierũt, qui à nobis nõ fuerunt. Si enim à nobis eſſent, à nobis nõ exiſſent. Et quamuis quidam nimis ſint multiplicati, tamen iumenta eorum non minorauit: quia de his qui erant iumenta, non multum docta, ſed tamen fide plena, id eſt de ſimplicibus nulli exierunt.

Et pauci facti ſunt.] Multiplicati ſunt inquam nimis quidã, & ideo facti ſunt pauci, ſiue remanentes, quantum ad priorem numerũ: ſiue ipſi exeuntes, & nõ tot exiuerunt, quot remanſerunt. Et quia nihil magis donorum paucitati, quam quod eſt debitum perditioni. Et uexati ſunt alij, id eſt remanentes tribulatione malorum, id eſt tribulationes illatę ſunt à malis exeuntibus per malignas quæſtiones ſuas. Et à dolore, id eſt propter compaſsionem, quam habebant in alios qui contribulabantur.

Effuſa eſt contentio.] Oſtendit quomodo uexati ſunt dolore, ideo ſcilicet, quia per prauã doctrinam exeuntium effuſa eſt contentio ſuper principes eorum, qui remanſerunt. hoc eſt, quia etiã ueridici doctores eorum contemptibiles erant, uel habiti ſunt propter illos falſidicos qui exierũt. Et ideo fecit Dñs eos, id eſt exeuntes errare in inuio. Illi quidã de quib. ſuperius audiuimus, in uiam ſunt deducti, & ad ciuitatem habitationis directi: iſti uero non ſunt deducti, ſed ſeducti, id eſt ſibi ipſis derelicti: quia tradidit eos Deus in concupiſcentias cordis ſui, ut faciant quæ non conueniunt, & ſic errauerunt in inuio. & hoc ita, quòd nunquam amplius quidam eorũ redierunt in uia. Et Dominus adiuuit pauperẽ, id eſt humilem populum ſuũ intus manẽtem de inopia, id eſt de paucitate illa, quã quidam exeuntes fecerunt, ſcilicet quia facti ſunt etiam illi exeuntes per ſuas prauas quæſtiones & contradictiones etiam ad exercitiũ inquiſitionis, & ad exemplum timoris. Quanto magis enim reſpondetur hæreticis, tanto maior correctio ſit catholicis. Vnde etiã Apoſtolus dicit: Quia oportet eſſe hęreſes, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant. Vel aliter: Effuſa eſt contentio. Q.d. hoc modo pauci facti ſunt, quia fuerũt quidã qui ſe uoluerunt facere principes, id eſt magiſtros erroris, inter eos effuſa eſt contentio illa, de qua dicit Apoſtolus: Si quis euangelizauerit uobis aliud quam quod accepiſtis, etiã angelus de cœlo, anathema ſit. hoc eſt dicere: Intus ideo remanẽtes pauci facti ſunt, quia ſuperbi excluſi ſunt. Et eos, id eſt ſuperbos fecit errare in inuio, & non in uia, ut prius. Pauperem autẽ, id eſt humilem populum ſuum adiuuit de inopia, id eſt de ſimplicitate intellectus. hoc enim quod nõ multipliciter, ſed ſimpliciter intellexerunt, fuit eis in auxilium ne exirent, ſed intus manerent. Et poſuit familias ſuas alteram de circumciſione, alterã de præputio ita ſubditas ſibi, ſicut oues paſtori. Iuxta quod ipſe ait: Oues meę uocẽ meã audiũt, & ego cognoſco eas.

Videbant recti.] Dico quia poſuit familias ſicut oues. Et hoc modo poſuit & ponet eas in tanta ſubiectione, id eſt omnes illi qui iam exierũt oppilabunt, id eſt obſtruent os ſuum. Quia ille uerè ſapiens eſt, quia nihil amplius contradicere audebũt. & hæc omnia prędicta debet quiſq; ſapiens attendere. Quis eſt autẽ uerè ſapiens? Et ideo dico quis eſt, quia ille qui uerè ſapiens eſt, cuſtodiet, id eſt obſeruabit hæc omnia prædicta per humilitatẽ. Et intelliget miſericordias Dñi eſſe in his omnibus, ſcilicet quod errantem & eſuriẽtem in uiam deduxit & pauit. Quòd pugnantem contra difficultatem peccatorum ſuorum, & ligatum uinculis conſuetudinis ſoluit & liberauit, quòd faſtidiẽtem uerbi Dei, & præ tędio quodam penè moriẽtem miſſa medicina uerbi ſui recreauit, quòd periclitantẽ inter naufraga & periculoſa diſcrimina pacato mari ad portũ deduxit. Et quod in populo illo ubi ſuperbis reſiſtit, ſed ubi humilibus dat gratiam eſſe fecit. Et quod uoluit, ut onus manens multiplicaretur, nõ ut foras exiens diminueretur.

IN PSALMVM CVII.

ARGVMENTVM.

SVb Machabeorum perſona cantatur. continet autem preces de hoſtibus uictorię gratulatione. poteſt & de ipſo Dauid accipi, quòd plurimis gentibus imperauerit. Aliter uox Eccleſiæ ad ſuperpoſitionem.

CANTICVM, PSALMVS Dauid.

EXPLANATIO.

CAnticum ad diuinarum rerum contemplationem refertur, pſalmus ad operas actuales, quæ tamen diuinis conueniant mandatis. Quod in primo uerſu ipſe teſtatur: Cantabo & pſalmum dicam Domino. Dauid autem ſignificat regem Chriſtum, qui in hoc pſalmo loquuturus eſt. Per totam pſalmum loquitur Dominus. Primo ordine patri gratias agit, quod poſt paſsionis triumphum perpetuam reſurrexit in gloriam. Secundo humiliat ſe per humanitatem ſuam, ubi tamen & potentiam propriæ maieſtatis oſtẽdit, ut duas naturas ueraciter in una Domini Chriſti cognoſcas eſſe perſona. Notandũ autẽ quod centeſimus ſeptimus pſalmus ex terminalibus duorum pſalmorum partibus eſt compactus, in quo Dominus per paſsionem reſurrectionemq; ſuam duos ſibi populos una fide coniunxit, una ſpiritus gratia fœcũdauit, eodem uitæ æternæ munere ſublimauit. Centenarius numerus uitam quæ in dextris eſt, ſeptenarius ſpiritum ſanctum deſignat: qui bene in hoc pſalmo de duobus uno facto copulantur, quia ſpirituales tantum uitam percipere promerentur æternam.

COMMENTARIVS.

P*Aratum cor meum Deus.*] Canticum pſalmi, id eſt hæc exultatio operationis, ſiue hæc exultatiua operatio attribuitur Dauid, id eſt capiti, quia agit caput noſtrum in hoc pſalmo de gloria ſuæ reſurrectionis & aſcenſionis. Vnde meritò omnes debent lætari, qui ad ſpem eiuſdem gloriæ ſunt uocati. Et proponit ſe nobis exemplum obedientiæ, exhortans nos ut eadem obedientia, quam & ipſe inſiſtamus, & ſic ad eandem gloriam perueniamus. Et eſt quaſi dicat: O Deus pater, ſtulti homines putant me inuitum & quaſi coactum tibi ſacrificare: ſed ego uolũtariè ſacrificabo tibi, quia paratum eſt in meipſo cor meum, & paratum eſt in meis cor meum obediẽtiam implere. Vel ſi quod melius eſt, utrumque tamen ad ipſum referamus, ita dicetur, paratum eſt cor meum obedientiam implere in opere. Paratum eſt etiam cor meum omni intentione: & hoc ideo quia ego qui quaſi prius ploraui in infirmitate mea, poſitus in gloria mea. i. in gloria reſurrectionis & aſcenſionis cantabo ore & pſallam opere: quia dabo ſpem alijs in me eiuſdẽ gloriæ, & ſic faciã eos cãtare ore. & pſallere opere. Sciendum quia pſalmus iſte totus ferè colligitur ex quibuſdã pſalmis ſuperioribus. Et di-

cit beatus Auguſtinus ſe non aliam cauſam inuenire, cui repertus ſit, niſi quia ſpiritui ſancto ſic complacuit. Nemo ergo miretur ſi non tã diligenter hic perquirantur ſingula, quoniam ſuperius ſuis in locis plenariè ſunt expoſita.

Exurge pſalterium & cithara, exurgam diluculo.] Caro Chriſti propter infirmitatis & mortis experientiam, dicitur cithara: pſalterium uero dicitur, propter cœleſtia opera. Et eſt quaſi dicat: Et ut ego cantẽ & pſallam in gloria, id eſt caro mea moreretur: & exurge ut ſis pſalterium. Et ideo dico exurge, quia es cithara. Licet enim caro Chriſti prius etiam fuerit pſalterium, maximè tamen per gloriam reſurrectionis & aſcenſionis pſalterium extitit. Et uerè (quaſi dicat) exurges, quia ego exurgam diluculo facta reſurrectione. & ſic Domine pater confitebor tibi in populis Iudaicis, & pſallam tibi in nationibus gentium. Et ideo confitebor tibi in illis, & pſallam in iſtis: quia ego qui non ſolum miſericors tuus dicendus ſum, magnus ero ſuper cœlos, id eſt magnificatus ero ſuper omnes illos qui ſunt cœli: quia nullus eorum poteſtatem habuit animam ſuam ponendi, & iterum ſumendi. Et ueritas præceptorum tuorum per me data magnificabitur, uſque ad nubes conſtituendas. Et quia ſic magnificabor, ergo Deus uerbum mihi perſonaliter unitũ, exaltare me homine exaltato ſuper cœlos. Et gloria tua, id eſt caro à te ſumpta, quæ prius fuit ignominia tua, facta per reſurrectionem & aſcenſionem gloria tua. Exaltetur ſuper omnem terram, id eſt glorificetur in omni terra adhuc, ut dilecti tui liberentur, per ſpem reſurrectionis à timore mortis. Et ut hoc fiet, ſaluum me fac Domine pater de terra tua, id eſt per confeſsionem tuam: & in hoc exaudi me. Et conuertit ſe ad nos. Quaſi dicat: Verè ſaluas in dextera tua: quia Deus pater locutus eſt in ſancto ſuo, id eſt promiſit hoc in ſanctitate ſua. Et ideo uerè exultabo reſurrectione & aſcenſione.

Et diuidam Sicimam, & cætera.] Vel aliter: Deus qui prius locutus eſt in ſeruis ſuis, apparuit mundo, & locutus eſt in me ſancto ſuo: & ideo uerè exultabo, ut prius. Vel aliter: Deus pater locutus eſt in ſanctis ſuis, id eſt promiſit per me ſanctum ſuum, iſtud ſcilicet, quòd ego exultabo gloria reſurrectionis & aſcenſionis, & diuidam Sicimam, & cætera. Quæ ſequuntur, inde Deus repuliſti nos, plenariè inuenies expoſita.

IN PSALMVM CVIII.

ARGVMENTVM.

SVb Machabeorum perſona canitur, deplorantium quæ ab exteris, & domeſticis aduerſa pertulerunt, poſtulantiumq́ ultionem in eos, qui Antiochum uel Demetrium reges in eorum odia falſa criminatione ſuccenderãt, quiq́ uenalem fecerant ſacerdotij dignitatem: quòd non tantum excluſo Onia factum eſt, ſed per omne tempus deinceps quo Iudæa Machabeis eſt præliantibus liberata. Aliter uox Chriſti ad patrem de Iudæis.

IN FINEM PSALMVS Dauid.

EXPLANATIO.

TItulus iſte notiſsimus pſalmum refert ad Dominum Chriſtum, Prima parte Dominus Iudæos increpat, qui mala pro bonis creatori ſuo reddere maluerunt. Secunda Iudæ traditoris & perfidi populi narratur iniquitas, & quæ illis erant pro tanto ſcelere uentura. Tertia precatur ut liberatus à periculo paſsionis, citò reſurrectionis gloriam conſequatur.

COMMENTARIVS.

DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt.] Hæc uerba referũtur in finem, id eſt in Chriſtum, quę ſunt pſalmus attributus ipſi Dauid. Cõmendat enim nobis in hoc pſalmo caput noſtrum ſuam paſsionẽ, ut commendet & reſurrectionem, id eſt remunerationem & gloriam paſsionis: quia ſi compatimur, & conglorificabimur. Et eſt, quaſi dicat: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Et ideo Deus pater ne tacueris laudẽ meam, immò glorioſum & laudabilem me facias per reſurrectionem & aſcenſionẽ. Tu inquam ne taceas laudem, quia (quaſi dicat) inimici non tacent uituperationem. Nam apertum eſt ſuper me, id eſt ad me damnandum & deuorandum os peccatoris, prævaricator ille populus erat, unde Dominus in Euangelio: Si enim crederent Moyſi, utiq; crederent & mihi, quia de me ipſe ſcripſit. & os doloſi populi, quia non tantum Iudæi, ſed milites Romani, qui gentiles erant, in eius mortẽ conſenſerunt. Cur autem dicat doloſi, cauſam ſubdit dicens:

Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa.] Id eſt, ad meã damnationem lingua doloſa, uocantes me magiſtrũ, & ſimilia. Et uerè linguæ doloſa, quia poſtea circumdederunt me ſermonibus odij, clamantes Crucifige crucifige eum. Et impugnantes me expugnauerunt me reputatione ſua, uel quantum ad exterius meum: ſed tamen odio habuerunt me gratis. Et uerè gratis, quia detrahebant mihi pro eo quod commerueram, ut me diligerent. Mortuos enim eorum ſuſcitaueram, infirmos ſanauerem, cæcos illuminauerem. Pro quibus cũ me diligere deberent, potius detrahebant mihi, dicentes: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit, & ſimilia. Econtra autem ego pro eis orabam dicens: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciant. Et q potiſsimũ genus retributionis eſt, ipſi poſuerunt, id eſt firmiter ſtatuerunt mala pro bonis aduerſum me, id eſt actione, & odium pro dilectione mea in affectione. Tu autem Domine redde eis quod merentur. Hoc ęquipollenter nõ maledicẽdo, ſed propheteando, & diuinæ ſententiæ aggratulando, dicens ita: Quandoquidem populariter ille ſubijci mihi noluit, ergo Domine conſtitue peccatorem, id eſt patrem totius peccati diabolum ſuper eũ. Et hoc adeo, quòd diabolus ſtet à dextris eius, id eſt potiora habeat opera diaboli, quam tua, ut ſic iudicetur & hic & tandem, hoc eſt quod dicit: Cum iudicatur hic per interiorem excæcationem, exeat etiã tandem condemnatus, id eſt exitum habeat æternam condemnationem, & oratio eius fiat in peccatum. Omnis enim oratio, quæ non fit per mediatorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, non purgat peccatum, ſed auget. Et ideo dicit, Oratio eius fiat in peccatum, & dies eius, id eſt dies regni & ſacerdotij, quos per mortem meam promittit ſibi longiores fieri, per ipſam mortem meam fiant pauci. Sicut reuera factum eſt, quia quadrageſimo ſecũdo anno deſtructi ſunt penitus à Romanis principibus. Et epiſcopatum eius, id eſt ſacerdotium ſcilicet ordinem Melchiſedech, quod promiſſum ei fuit per ſacerdotium Aaron, accipiat potius alter, id eſt gentilis. Et filij.i. ſucceſſores eius fiant orphani. Verè enim eſt orphanus, qui à Deo patre orbatus patri diabolo ſubijcitũ. Et uxor eius fiat uidua. Vxorẽ illius populi potes accipere, uel plebẽ ſubditã, uel ciuitatẽ ipſam, in qua

uelut

Google

uelut in uxore delectabantur. Et plebs quidem uiduata eſt, quia ſine omni regimine facta eſt: & etiam ciuitas, quia ab ipſis eſt deſolata. Et ideo dicit, Vxor eius uidua. Et filij eius transferantur à loco ad locum, per totum mundum nutantes, id eſt nullam certam ſedem habentes. Et ubiq; mendicent, id eſt aliena ope indigeant. Et eijciantur de habitationibus ſuis, id eſt de proprijs locis ſuis, uel de ſtabilitate cordis ſui eijciantur per fumum malæ conſcientiæ. Et fœnerator, id eſt diabolus, qui ideo labi hominem in aliquod graue peccatum facit, ut poſtea in aliud præcipitet, & iterum in aliud, & propterea dicitur fœnerator. Ille inquam ſcrutetur omnem ſubſtantiam eius, id eſt omnia peccatum illius populi, per quod ipſe ſe ſuſtinere credit, ſcrutetur ut nullum relinquat impunitum. Cũ enim dicerent: Si dimittimus eum ſic, uenient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. & ideo peccatum eorum ſubſtantia dicitur, & alieni diripiant labores eius. adhuc enim circumciduntur, & alia legalia cuſtodiũt. Sed hoc maligni ſpiritus diripiunt, quia inefficacia & inutilia reddunt: quia qui hoſtes ſunt, meritò alieni dicuntur. Vel poteſt dici totus hic uerſus ad ſolam ſimilitudinem. ſic fœnerator, id eſt Titus uel Veſpaſianus comparabilis fœneratori, qui omnem ſupellectilem debitoris non ualentis creditum reddere, perſcrutatur & aufert, ſcrutetur omnem ſubſtantiam eius populi. & alieni, id eſt milites eorum diripiant labores eius, ut nihil fiat ei reliquum. Et quia me adiutorem habere noluerunt, non ſit ei aliquis adiutor, nec rex nec ſacerdos. nec ſit qui miſereatur pupillis eius, id eſt poſteris à re Deo uero orbatis. Sed fiant nati eius in interitum, id eſt tales ſint omnes poſteri eius, qui uideantur eſſe nati, non ut uiuant, ſed ut æternaliter intereant. & nomen, id eſt memoria eius deleatur in generatione una, id eſt in generatione carnali tantum, & nunquam ueniat ad ſpiritualem. Et iniquitas, id eſt murmur. & ceruicoſitas patrum eius redeat in memoriam, id eſt non tradatur obliuioni, ſed ſit in conſpectu Domini. & peccatum matris eius, id eſt ſynagogę non deleatur à memoria Domini. Quod eſt dicere: Non ſolum peccata propria eorum, ſed etiam merita parẽtum ſuorum mala, quorum nequitiam imitantur, eis reddantur. Verè enim per prophetam dictum eſt, Viſitabo peccata patrum in filios uſq; in tertiam & quartam generationem. Et ut hoc ſit, fiat iniquitas patrum & matris contra Dominum, ut non obliuioni tradatur, ſed ſemper ab eo conſpiciatur, & memoria eorum diſpereat penitus de terra uiuẽtium. Quod meritò dico, ſcilicet pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam ſibi ipſi. iuxta illud Salomonis: Miſerere animæ tuæ, & bene placens eris Deo. In quo autem non ſit recordatus, oſtẽdit dicens: Et perſecutus eſt me hominem propter eum factum inopem & mendicum, & nõ ſolum me, ſed etiam meos: qui perſecutus eſt uolens mortificare quemq; hominum compunctum corde, ſicut ſanctos Apoſtolos, & etiam omnes illos qui uenientes ad Apoſtolos, dixerunt: Quid faciemus uiri fratres, & cætera. Et in hoc etiam non recordatus eſt facere ſibi miſericordiam, quia dilexit maledictionẽ dicens: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et quia eam dilexit, ideo ueniet ei. & noluit benedictionem: quia contempſit in illo benedici, in quo benedicentur omnes gentes. Et ideo elongabitur ab eo benedictio, & meritò: quia induit maledictionem ſicut uẽſtem extrinſecus cum diceret, Sanguis eius ſuper nos, & cætera: & etiam intrinſecus, quia intrauit in interiora eius, ſicut aqua, & fuit ſicut oleum in oſſibus eius. Aqua enim quæ perfundit. & oleum exhilaratam faciem reddit. Sic & maledictio illa quodam modo eos molliuit, quia eis complacuit, & quaſi exhilaratum cor eorum reddidit. & bene dicit, Et benedicit in oſſibus: quia quanto plus aliquis peccato delectatur, tanto fortior in peccando fit.

Fiat ei ſicut ueſtimentum.] Quaſi dicat: Quandoquidem tantopere in maledictione ſtuduit, ideo fiat ei maledictio ſicut ueſtimentum, quo totus operiatur & extrinſecus & intrinſecus. Quoddam autem ueſtimentum eſt quod non totum, ſed partem operit: & ideo non ſuperfluit quod addit, ſcilicet quo operitur. & fiat ei ſicut zona, qua ſemper præcingitur, id eſt ſit ei quaſi expedimentum hoc peccatum ad alia peccata perpetrandum, ſcilicet ut qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc. Nec hoc (quaſi dicat) eſt maleuolentiæ uotum, ſed iuſta retributio eorum: quia hoc eſt opus eorum, id eſt hoc promeretur iniqua operatio eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum, id eſt qui mendacijs ſuis quantum in ſe eſt, ſpoliant me diuinitate, qua coæqualis ſum Domino patri, dicentes, Non eſt hic homo à Deo, & ſimilia. Et qui prætereà multa loquuntur mala aduerſus animam meã dicentes: Hic dixit, poſſum deſtruere templum Dei, & in triduo hoc reędificare. &, Hunc inuenimus ſubuertere gentem noſtram, & prohibentem tributa dare Cæſari, & multa talia. Et quia ipſi intendunt ad dãnationem meam, ideo Domine pater, tu dico Domine (quaſi dicat) qui ſolus uerè Dominus es, fac mecum, id eſt cooperare mihi in reſurrectione mea non propter meritum meum, ſed propter nomen tuũ per me glorificandum. & ipſe ſecundum uerbum ſe reſuſcitauit, & pater eum reſuſcitauit: & ideo (quaſi dicat) rogo ut mecum facias, quia miſericordia tua, id eſt reſurrectio facta per miſericordiam tuam, eſt mihi ſuauis ſecundum hominem. uel aliter: Tu Domine fac mecum, id eſt adiuua me in perficienda obediẽtia propter nomen tuũ, non propter meritum meum: & hoc ideo, quia miſericordia tua, id eſt auxilium tuum eſt mihi ſuaue. Quocirca libera me reſuſcitando, uel conſtantiam dando, quia ego ſum in me ipſo egenus & pauper, id eſt reputo me egenum & pauperem. Et quod cor meum conturbatum eſt per triſtitiam paſſionis, hoc intra me eſt, id eſt ſponte mea, non ex coactione. Vnde alibi, Voluntariè ſacrificabo tibi, & cætera. uel aliter, Cor meum conturbatum eſt non propter me, ſed quia transfero in me infirmitatem illorum qui intra me ſunt, id eſt qui tantũ corpore meo ſunt. Poteſt etiam ad membra hoc referri ſic: Libera me, id eſt meos à deuocantibus. quod debes, quia ego ſum egenus & pauper in meis: & quia ſi quando conturbatum eſt cor meum in meis, uel timore mortis, uel per naturalem motum iræ. Illa conturbatio eſt tantum intra me, id eſt in corde meorum, non etiã erumpit in aliquem actum. Vnde alibi, Iraſcimini, & nolite peccare.

Sicut umbra cum declinat, ablatus ſum.] Dico libera me. & opus eſt ut liberes, quia ablatus ſum iam de hac uita, quantum ad uoluntatem inimicorũ, & in me ipſo & in meis ita, ſicut fit cum umbra declinat. Vmbra enim propter occaſum ſolis declinantẽ fit nox, & declinante uita fit mors: & ideo dicit, Ablatus ſum ſicut dies aufertur, cum umbra declinat. Et excuſſus ſum uel de hac uita uel de cordibus meorum, factus ſicut locuſta, id eſt inſtabilis.

Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum.] Verè excuſſus ſum de cordib. meorum, quia genua mea, id eſt illi qui erãt ſicut nodus & iunctura, id eſt firma ſuſtentatio in corpore meo. hoc eſt Apoſtoli infirmati ſunt à ieiunio, id eſt propter abſentiam meã, in qua prius reficiebant ſe, qui per mortem eis ablatus ſum. Vel illi infirmati ſunt qui dixerũt, Nos putabamus quòd redempturus eſſet Iſrael. Sed quę cura? Genua quippe illa immutabũtur de triſtitia in gaudium propter oleum, id eſt propter reſurrectionis exhilarationẽ. Et uerè genus immutabuntur, quia etiam caro, id eſt infirmiores in corpore meo propter illud oleum immutabũtur. Poteſt etiam per oleum accipi exhilaratio ſpiritus ſancti, quinquageſimo die à reſurrectione ſuper Apoſtolos miſſi, & cæ-

ra de ſententia non mutantur. Vel aliter, ut ad ſimilitudinem dicatur ſic: Genoa maa infirmata ſunt à iaiunio, id aſt ego & mei compatabilas facti ſumus illis quorum genua deficiunt propter ieiunium, quia ioue nitenû potuimus, in quib. nos reficeremua. Vix enim lationem iuxta ſe pendentem, in quo ſe reficerat in uenir. Er Centurionem illum, qui uidens terræmotû & ſigna quæ faciebat, exclamauit, Vere filius Dei erat iſte. Genua inquã maa infirmata ſunt à ieiunio, & ca ro maa immutata aſt, id eſt moru dara propter ſubtra ctû oleô, i. quia nô raperi aliquos qui ma exhilararét.

Et ego factus ſum.] Sic in quacunq; ſententia continua: Et quis ganua mea infirmara ſunt, ideo ego ſum illis factus opprobrium. Videront enim me tanrum axtrinſecus, id aſt conſiderauerunt in ma ſolam ioſirmiratam, non diuinitatem. Er ideo mouatunt ad contemprum maum capira ſua dicéraa, Vah qui deſtruis tamplum Dei, & ſimilia. Quapropter Domine Daua patai, id eſt quem facio mihi Daum, & non ſum ego mihi Daus, ſicut Adam uoluit ſibi aſſa Deua, adiuua me in parficienda obedientia, & ſaluum ma fac reſuſcirando non proprat maritum, ſed ſecundum tuam mitericordiam. Er idao dico ſaluum me fac, ut ſciaot inimici, quia hæc res, ſcilicet paſsio maa, eſt tua manus, non ipſorum manus, id eſt prouenit ex tua potentia & diſpoſitione, non ax ipſorum poteſtate. Et uerè eſt manus tua, quia ru Domina feciſti, id aſt fieri permiſiſti eam, ſcilirat paſsionem & tribulationem meam. Vnde alibi: Non haberes poreſtaré aduerſum ma ullam, niſi tibi datô aſſet deſuper. Val alirer, Sciát, id aſt axperianrur tandam inimici, qui nunc cognoſcare uolunt, quia bæc manus, id aſt ego ſum manua tua, per quem tu omnia operarus as ab initio & anra ſecula. Er tamen tu Domine, feciſti eam manum, id aſt me ſecundum humanitarem. Vel aliter: Sciant, id eſt cognoſcanr inimici, quia hæc tas, id eſt paſsio mea eſt manus tua, id eſt magna potentia tua, quia ru Domine feciſti eam patmiſsiona tua ad meam magnam clarificarionem.

Maledicent illi.] Verè tu feciſti, non ipſi: quia ipſi maledicent mihi deprimendo, & tu econtra benedicas exalrando. Er quis maledicent, confundanrur ideo bona uel mala confuſiona, qui inſurgunt in me. Seruus aurem tuus, id eſt ego, non dico lætetur, ſed præ nimia certitudine dico qa lętabitur per reſurrectioné.

Induantur.] Quaſi dicar: Ira côfundanrur, ut induátur confuſiona, id eſt maximum pudoré inde habeant in bonum ual in malum: illi qui detrahût mihi, & nô taman exteriua, ſed etiam interiua. Vel non tantum apud hominea, ſed apud Deum. hoc eſt quod dicit: Operiantur confuſione ſua ſicut diploide. Diplois eſt duplex ueſtimentum, & ideo par diploidam utatque pudor rectè deſignatur. Ego auté non dico confitear, ſed certum aſt quia côfitebor Domino in ore meo uitulos, ſcilicet labiorum ei offerando. Et nimis, id aſt ualda confitebor ei, ſcilicet non tantum uoce, ſed etiã opere. Et laudabo eum in madio multorum, id eſt inter multos, in eccleſia ſcilicar catholica. uel in medio, id eſt in corda multorû. Er meritò (quaſi dicerat) côfitebor ei, quia aſtitit à daxtris pauperis, id aſt mei. hoc eſt, quia fecit me eligata potiora, uidalicet ſcipſum, ad hoc ut ſaluam faceret animam meam & maorum à perſequentibus liberando, ne uel ego uel mei ab ipſis uinceremur.

IN PSALMVM CIX. ARGVMENTVM.

DE Domino Chriſto canitur, ſicut & ipſe Phariſæis exponit. Itẽ uox Eccleſię de patre & filio.

PSALMVS DAVID.

EXPLANATIO.

PSalmus hic de incarnatione Domini, & de eius diuinitate pleniſſimè breuiterq; decantat. In primo uerſu propheta refert, quæ pater filio dixerit, naturam ſimul deitatis & humanitatis oſtendens. In ſecunda diuiſione pater naturam eius diuinitatis pro modulo noſtræ capacitatis aliquatenus indicat. In tertia propheta reloqaitur, uſq; ad finem, formam iterum eius humanitatis oſtendens.

COMMENTARIVS.

DIxit Dominus Domino meo, *ſede à dextris meis.*] Pſalmus ipſi Dauid, id eſt prophatę attribuẽdus. Propheta plenus ſpiritu ſancto, in quodã ſecretario myſtariorum Dei præuidet à ſpiritu intus prędidente, & interiua eum illuminante occultam diſpoſitionem Dei patria de incarnationa uatbi ſui, & de tagno aiua, & de ſacerdotio eius. Et quod in occulto præuidat, hoc manifeſtè prędixit: & qood ſecratum arat, cum magna fiducia prophatauit. hoc autem fecit ad corractionem & inſtuctionam illius populi, qué tam duri cordis & tantæ ceruicoſitatis præuidit futurum, ut & regno eius obuiarat, & ſacerdotio contradicerat. Et incipit ita: Dominua pater dixit Domino filio ſuo ſacundum diuinitatam, filio autem & Domino mao ſecundum humanitaté. ei nãq; datum eſt nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Et idao uerè Dominue omnium ſecundum etiam humanitatam, huic inquam Domino ſic agenti, paratum aſt cor maum, & laudem meam na tacueris, dixit Dominus patai hoc: Ego ſum principium totum, id eſt ego & tu ſumus principium, non taman inda quòd duo ſint principia, ſicut nac duo dij: quia quorum eadem eſt porentia, eorum eadem aſt aſſantia. Quaſi dicar: Principium ſum tecum, non in obſcuritatam tuæ infirmitatis, ſed in die, id aſt in claritate tuæ uirtutis, id eſt diuinitatis. ſacundum anim diuinitatem idem aſt cum patre. Quaſi dicar ipſe adteſtatus dicẽs, Qui me miſit, mecum eſt. & non reliquit me ſolum, quia ago quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Et item: Ego in parre & pater in ma, & multa talia, & atiam ſum principium in ſplendoribua ſanctorũ, id eſt in ſpiritu ſancto, qui ideo dicitur ſplandor ſanctorum, quia ſanctos ſpendidos facit. Deberet autem dicere, In ſplandora ſanctotum: ſed propter diuiſa dona ſpiritus ſancti pluraliter ponit Splendoribus. Vnda & alibi dicitur, Hęc autem omnia operatur unus atq; idem ſpiritus. Et quia de qualitate non erat dubium in ſpiritu ſancto, ſed propter humanitatã aſſumptam, dubium poſſet eſſe in filio, ideo da illo tantum probat. Quaſi dicar: Varè principium ſum tecû. Nam genui ta ex utero, id eſt ax intima ſubſtantia mea, qua occultua ſum quicquid ſum: non quod Deus habeat uterum, ſed ad ſolam ſimilitudinam dictû eſt. Er genui ta ante luciferû, id eſt ita ut dignior eſſea omni creatura, quia etiam dignior illo angelo principe: quem cum ego feciſſem luciferum, ipſe ſuperbiendo fecit ſe mortiferum. uel genui te anta luciferum, id eſt anta omne tampos, ut per digniorem partem, id aſt luciferum omnes ſtellaa accipiamus: & per ſtellaa tampos, quæ ut auctores ethnici & catholici dicunt, creatæ ſunt, ut aſſent in ſigna & tempora, & dies & annos. Et ſi ante tempus eum genuit, necaſſarium eſt ergo æternaliter eum gigni.

Vnda meritò genitura illa aſt ineffabilis. Iuxta q. ait Apoſtolus, Generationẽ eius qs enarrabit? Q. d. Et quia genui te ex utero, ergo pro experta militia, pro humilitet

Digitized by Google

humiliter expleta obedientia ſede à dextris meis, id eſt recipere de labore ad æqualitatem meam. Nota autem quod & ſedere imperando dicit. Non enim imperamus niſi minori, & ſedere & ſtare & huiuſmodi poſitiones tantum ſunt rerum corporaliũ, quapropter reſpectu ſolius humanitatis dicit, Sede à dextris meis. Sedet enim & in excelſo & in occulto. Excellens quidem eſt, ut dominetur: occultus uero eſt, ut ei credatur, & iuſtitia illa perficiatur, de qua dictum eſt: Iuſtus ex fide uiuit. Et de qua alibi dicitur: Cum uenerit ſpiritus ueritatis, ille arguet mundum de peccato & de iuſtitia & de iudicio. De peccato quidem, quia non credunt in me: de iuſtitia uero, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. hæc enim eſt uera iuſtitia, ut modo in illum quem non uidemus, credamus. Merces autem huius iuſtitiæ eſt, ut mundati cor de fide, tandem illum uideamus, in quem modo non uiſum credimus.

Donec ponam.] Sede inquam à dextris meis, occultus & indemouendus, donec uenias manifeſtè, non iudicandus, ſed iudicaturus: & donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ, id eſt donec ſubijciam tibi inimicos tuos. Inimicos uocat quoſcunque peccatores inuenit, ſiue poſtea facti ſunt ex inimicis amici, ſiue ex inimicitis permanſerint: quia omnes & ſi occultè, ſemper tamen ei ſunt ſubiecti, cum autem ueniet iudicaturus, tũc manifeſtè pedibus eius ſubijcietur. Et alij quidem habebunt ibi locum pœnæ, alij uero locum miſericordiæ, qui humiliter ad eius imitationem obedientiæ implebunt locum pœnæ, qui obuiabũt eius regno, & cõtradicunt eius ſacerdotio.

Virgam uirtutis tuæ.] Conuertit ſe ad ipſum filium, ac ſi dicat: Hoc inquã promiſit tibi Deus pater, & reuera implebit: quia Dominus emittet in omnes gentes uirgam uirtutis tuæ, id eſt regimen potentiæ tuæ, ſcilicet ut regas eos in uirga ferrea, id eſt in iure flexibili iuſtitia. hinc Petrus Apoſtolus ait: Quem oportet recipere cœlum, donec impleantur tempora gentium. Dictum eſt ad ſimilitudinem, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Vt alibi dictum eſt, Incipiendo ex Syon, id eſt ex Iudaico populo. ſicut Apoſtolus ait: Oportet enim prædicare in nomine eius pœnitẽtiam & remiſsionem peccatorum per omnes gentes, incipiendo ab Hieruſalem. ad hoc inquam emittet pater uirgam uirtutis tuæ, ut dominetur in medio inimicorum tuorum. Et ita fiat, domina re ſcilicet, id eſt dominium fiat tibi, uel dominiũ obtine in medio inimicorum tuorum, id eſt inter inimicos tuos, uel in corde eorum.

Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.] Quaſi dicat: Hæc ſupra dicta, dixit Dominus pater de regno tuo. Quid autem de ſacerdotio? Iurauit utiq; & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum, &c. Poteſt etiam prædicta ſeries ordine legi ſic: Dominus pater dixit Domino filio ſuo ſecundum diuinitatem. Filio autem meo & Domino ſecundum humanitatẽ iſtud pro experta militia, pro humiliter completa obedientia, Sede à dextris meis occultus & indimouendus, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ, ut prius. Et uerè quod dixit, implebit: quia Dominus emittet uirgam uirtutis tuę, incipiendo ex Syon, ſicut prius.

Tecum principium.] Sic continuatur: Meritò tibi dico, Sede à dextris meis: quia ego tecum principium, ſicut prius. & hoc quaſi dicat: Et ſi non apparuit in nocte infirmitatis tuæ, ſcilicet quando pro nobis traditus eſt, paſſus & ſepultus, apparebit in die illa, quando declarabitur uirtus tua, ſcilicet quando ueniet in maieſtate patris & ſanctorum angelorum & in ſplendoribus ſanctorum, id eſt quando ſancti ſplendificabunt ut ſol. Vnde alibi, Fulgebunt iuſti ſicut ſol, &c. Sequitur uox prophetæ. Ego autem Dauid genui te, ſed ex ſolo uirginis utero ſine aliqua maritali complexione, quod nulli alij conuenit. Gignunt enim alij ex utero, ſed nõ ſine coniugali complexione. Et genui te ante luciferũ. i. ante oẽm creaturã, ſicut prius. uel ante luciferũ, id eſt ante diem. Natus enim eſt Chriſtus in nocte, qui uenit tollere noctem. Et bene dixit, Genui te. Si enim Dauid genuit Ieſſe, Ieſſe autem Mariam, & Maria Chriſtum: genuit & Dauid Chriſtum.

Iurauit Dominus.] Quaſi dicat: Genui te inquam ad hoc ut eſſes ſacerdos in æternũ, ſicut reuera eris: quia Dominus pater iurauit, id eſt firmiter conſtituit, & ita quod non pœnitebit eũ, id eſt quod hoc non immutabit. Solent enim homines unde pœnitẽt immutare. Quid inquam iurauit? hoc ſcilicet, Tu es ſacerdos nõ ſecundum ordinem Aaron, quod ſacerdotium fuit ad tempus: ſed ſecundum ordinem Melchiſedech, quod eſt in æternum. Melchiſedech primus panem & uinũ obtulit Domino. hoc ſacerdotio functus eſt Chriſtus, quando ſemetipſum in ara crucis obtulit Deo patri pro nobis, ipſe uerus & hoſtia factus. Vita enim eius eſt panis, quo reficimur. Vnde alibi: Caro enim mea uerè eſt cibus. Paſsio eſt eius calix ille, de quo dictum eſt, Calix Domini inebrians quam præclarus eſt. hũc panem & hoc uinum quotidie eccleſia offert, imitando uitæ eius humilitatem & paſsionem. & ideo ſacerdos eſt in æternum. Sciendum autem, quia quod dicitur pœnitere, non dicitur niſi ad ſimilitudinem. Nõ enim pœnitentia eſt in Deo, quia malè factum non tadit in eum, cuius cõſequens eſt pœnitentia. Sed quando nos grauiter peccamus, uidetur quaſi Deus diſpoſuiſſe, ut æternaliter moriamur. quod reuera faceremus, ſi permaneremus. Sed ſi nos pœnitet culpæ, pœnitet & Deum pœnæ: non quòd nos mori diſpoſuiſſet, quia ſi diſpoſuiſſet & ita eſſet, ſed quia uidebatur propter noſtrum peccatum.

Dominus à dextris tuis.] Conuertit ſe ad Dominũ patrẽ propheta. Quaſi dicat: Verè Domine quod diſpoſuiſti, perficies: quia Dominus filius tuus ſecundum diuinitatem, filius autem meus & Deus ſecundũ humanitatem, cui dixiſti, Sede à dextris meis, &c. Tecum principium in die uirtutis tuæ. & de huius ſacerdotio iuraſti. Ille inquã Dominus ens à dextris tuis cõfregit reges, id eſt cõfringet omnes ſuperbos ſi nõ in nocte iræ ſuæ, ſcilicet dum excæcat interius occultè, ſaltem conteret eos in die iræ ſuæ, id eſt tandem cum manifeſtata erit eius ira. unde alibi: Super quem uero ceciderit conteretur. Interim autem quid? Iudicabit ſcilicet, id eſt occultum iudicium exercebit in omnib. nationibus: quia ruinas. i. illos qui ruinã ſuã ſtẽdunt, & humilitaté implebũt. unde alibi, Omnis uallis exaltabitur. uel aliter, Implebit ruinas peccatorũ, faciendo ſcilicet ut qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhoc. Et conquaſſabit, id eſt conteret capita, id eſt ceruicoſitates multorum in hac terra: quorundam quidem in malum, quorundam uerò in bonum. Et ideo quaſi dicat: Et tandem iudicabunt, & nunc quidem exaltabit caput ſuum, id eſt omne iudicium dedit pater filio, quia filius hominis eſt. Et propterea exaltauit caput, quia factus eſt obediens patri. hoc eſt quod dicit, Quia bibit de torrente in uia. Torrens eſt fluxus noſtræ mortalitatis. De hoc torrente uerbum Dei patris bibit, ueniens in hanc uitam naſcẽdo, moriẽdo, patiendo. Sed in uia tantum, id eſt in tranſcurſu inde bibit, quia immunis ab omni peccato fuit: nos autẽ in mora ſtatoria inde bibimus, quia carnis concupiſcentia delectamur.

IN PSALMVM CX.
ARGVMENTVM.

GRatias agit Dauid pro beneficijs populo collatis, precipue pro ſoluta captiuitate Babylonica. Aliter uox Eccleſiæ de Chriſto cum laude.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

LAudat Dominum populus ſuus, qui à mũdi clade liberatus uitiorum neſcit ſuſtinere ſeruitiũ. Pſalmus iſte primus apud Hebræos integro decurrit alphabeto, licet multi & alios ſupra ſecundum ordinem literarum ſcriptos putent. Nam in illis uel deſunt aliquæ literæ, uel ſuperſunt: & nonnunquam cum unus uerſus ſit breuis, alter infinita longitudine protenditur: ex quo puto obſeruatione hoc legentium, quam ſtudio ſcriptoris effectum. Deniq; & Septuaginta interpretes, quia aliquis in eis ſcrupulus naſcebatur, ponere in translatione Hebræas literas noluerunt, populus beatorum diuerſis mundi partibus aggregatus. Primo ingreſſu pſalmi confiteri ſe dicit Deo in congregatione iuſtorum, ubi eſt æterna laus & ſine fine præconium. Secundo dicit fideles copioſo munere ſatiatos aduentum Domini compromittens, ut hæreditatem pollicitam audiſſima intentione perquirant. Tertio redemptos aſſerit Chriſtianos, & teſtamentum nouum æterna gratia conſecratum. Prima pars continet literas ſex, ſecũda decem, tertia ſex. Sicut autem paruuli per literas erudiuntur, ut ad ſapientiã proficiant: ſic huiuſmodi pſalmi rudibus & incipientibus dantur, ut primordia eorum quaſi quibuſdam elementis inſtruantur.

COMMENTARIVS.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.] Alleluia. Dies illi quos denario numero quater ducto in mœrore & carnis afflictione agimus ante lætitiam reſurrectionis, ſignificant præſentem uitam, in qua carnalẽ noſtram delectationem quaſi frenis ieiuniorum & omnium bonarum actionum quaſi temperara debemus, aggrauati ingemiſcentes, & habitaculum noſtrum quod deſuper eſt, ſuperindui cupientes. Illi autem dies in quib. canticum lætitiæ, id eſt alleluia frequentatur uſq; ad diem quinquageſimum, in quo accepimus ſpiritum libertatis non timoris, in quo clamamus abba pater; ſignificant annum iubileum, id eſt uerè remiſsionis & libertatis annum. Quẽiam habemus in ſpe, & ſi nondum re per ſpem reſurrectionis Dominicæ. ſpe enim ſalui facti ſumus, expectantes redemptionem corporis noſtri. In huius temporis conſiderationem plebs Chriſti habens pectus plenum lætitiæ, eructat in laudem Dei: quia loquitur hic corpus Chriſti iã per ſpẽ reſurrectionis eius ab omnibus malis liberatum, & à malignis hominibus & ſi nondum localiter, tamen moraliter ſeparatum dicens ita: O Domine confitebor in toto corde meo, id eſt laudabo te & hic per ſpẽ, & tandẽ in re in omni angulo cordis mei. poſitus ſum in conſilio iuſtorum, id eſt Apoſtolorum & aliorum ſanctorum, ſcilicet ut non quæram quæ mea ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti. hoc enim eſt conſilium iuſtorum. Et quia hic ſum in conſilio, ideo ero in congregatione, id eſt tandem eis aggregabor. Quiſquis enim hic nõ eſt in eorum conſilio, non tandem erit in collegio.

Magna opera Domini.] Quaſi dicat: Quod cõfitebor Domino, hoc non ex me habeo, ſed ab ipſo: quia opera Domini in me ſunt magna. Illa dico exquiſita, id eſt perfecta. Exquiſitum enim aurum, dicitur perfectum aurũ. Et ideo perfecta, quia ſunt euntia in omnes uolũtates eius, id eſt quia in nullo ei repugnant. Et quaſi aliquis quæreret, quæ illa opera dicit, ne aliquis de ſuis operibus præſumat: Confeſsio peccatorum eſt opus eius in me, id eſt hoc quod ego confitebor peccata, non aliqua mea merita, ſed ipſe operatur in me, & magnificentia eſt etiam eius opus in me. Confeſſio eſt peccati improbatio, magnificentia uerò eſt peccatoris iuſtificatio. Quid enim magnificentius quam de peccatore facere iuſtum, de damnato electum? Et hic (quaſi dicat) magnificentia nõ eſt horaria, ſed ſempiterna: quia iuſtitia, id eſt iuſtificatio eius manet in ſeculum ſeculi. quod ipſa iuſtitia ſit æterna, quia finitur cum homine, ſed remuneratio iuſtitiæ. Quia iuſtitiam (ac ſi dicat) per hoc operatur in me, quia ipſe eſt qui eſt Dominus miſericors in effectione, miſerator in exhibitione, fecit memoriam mirabilium ſuorum, id eſt ſignorum in deſerto factorum. In deſerto enim manna pluit de cœlo, & aquã de petra produxit, pluraq; talia fecit. & horum ſignorum memoriam per ſignificata fecit: quia omne ſignificatum memoria eſt ſui ſigni. Et oſtendit quomodo dicit, Dedit eſcam timentibus ſe. Miſit enim panem uiuum de cœlo, qui eſt uera refectio omnium timentium eum caſto timore, quem panem manna ſignauit. Aliter quoq; uerſus ille prædictus legitur: Magna opera Domini. Quaſi dicat: Meritò confitebor Domino, quia opera Domini ſunt magna, ſcilicet quia nullum confitentem miſericordia deſerit: quia nullius iniquitas impunita remanebit, cum non parcit etiam filijs quos recipit. eligat ergo homo quod uelit. Quia non ſic ſunt conſtituta opera Domini ut creatura in libero arbitrio creatoris conſtituta ſuperet uoluntatẽ, ſi contra eius faciat uoluntatem. Non enim uult Deus ut pecces. nã prohibet. Si autem homo peccauerit, non putes hominẽ feciſſe quod uoluit, & Deo accidiſſe quod noluit. Sicut enim uult Deus ut non pecces, ita uult confitenti parcere, ut cõuertatur & uiuat. Ita poſtremo uult perſeuerantem in peccatis punire, ne iuſtitiæ potentiam contumax euadat. Quicquid ergo elegeris, omnipotenti non deerit unde ſuam de te compleat uoluntatem. Et ideo dicit, Opera Domini ſunt magna. Quę ſi ſint exquiſita, id eſt diligenter conſiderata, uidebũtur tendere in omnes uoluntates eius complendas, ſiue parcendi ſiue puniendi.

Confeſsio & magnificentia.] Quaſi dicat: Ideo uerè magna ſunt opera Domini, quia confeſsio & magnificẽtia, id eſt peccati improbatio, & peccatoris iuſtificatio eſt opus eius in remunerandis. Et iuſtitia eius quã ſcilicet ſit iuſtus, eſt in damnandis, ut nullum non cõfitentem deſerat pœna. hæc inquam iuſtitia manet in ſeculum ſeculi, quia nunquam parcit iniquitati, niſi tu non parcas ei. Quod enim tu punis, hoc ſolum ipſe non punit.

Memor fuit.] Secundum hanc ſententiam ad primum uerſum continuabitur hoc ſic: Ideo meritò confitebor Dño, quia Dñs miſericors & miſerator memoriam fecit mirabilium ſuorum, ut ſupradictum eſt.

Memor erit.] Dedit inquam eſcam timentibus ſe, & per hanc memoriam memor erit teſtamenti ſui, id eſt confirmauit promiſsiones ſuas, non quæ ad tempus fuerunt: ſed quæ ſunt in ſeculum, id eſt non carnales, ſed ſpirituales. Seculũ pro æterno ponit propter *αἰῶνα* gręcum, ut ſupradictum eſt. Et uerè memor erit, id eſt quia annunciabit, id eſt manifeſtabit populo ſuo, id eſt populum gratię primitiuum, ſicut ſanctos Apoſtolos intelligere fecit uirtutem operum ſuorum, id eſt uim & ſignificatum ſacramentorum ſuorum. Sacramentum enim eſt ſacræ rei ſignum. Et manna fuit ſacramentum, quia fuit ſignum ueri panis qui de cœlo deſcendit. Talium ſacramẽtorum uim Dominus notificabit Apoſtolis & alijs conſortibus eorum, ad hoc ut det illis hæreditatem gentium, id eſt det illis gẽtes in hæreditatem. Sicut ille qui dixit, Præcipe diuitib. huius ſeculi non ſublime ſapere, &c. hæc & ſimilia gẽtes tanquam hæreditatem excoluit. Sequitur.

Opera manuum eius.] Quaſi dicat: Quamuis dico q; illi excolant gentes tanquam hæreditatem, ipſe tamẽ Dominus principaliter hoc operatur: quia opera manuum, id eſt potentiæ eius ſunt ueritas & iudiciũ. hęc eſt potentia eius, operatur in eis ueritatẽ, id eſt in pręceptorum completionem, & iudicium, id eſt diſcre-

tionem

Digitized by Google

tionem inter bonū & malum, & ſic eas excolit. Quæ duo, ſcilicet ueritas & iudicium (quaſi dicat) ſunt mādata eius. Et ideo fidelia, quia omnia mādata eius fidelia, id eſt nō fallentia, ſed certa: quapropter ſeruanda. Et non ſunt horatia, ſed confirmata in ſeculum ſeculi: & hoc ideo, quia ſunt facta non in umbra, ſed ueritate: & ſunt facta in æquitate, non in iniquitate. ſicut oculum pro oculo, dentem pro dente, & ſimilia, erant inquam non rectè intellecta.

Redemptionem miſit populo ſuo.] Quaſi dicat: Ideo hæc mandata confirmata ſunt in æternū confirmata, quia non ſunt facta per ſeruum ſicut illa priora, ſed per Dominum. Namq; Dominus pater populo ſuo, id eſt populo nouo conſtituendo miſit illum * *

IN PSALMVM CXI.
ARGVMENTVM.

OMnes in cōmune ad ſtudium uirtutis inſtituit, qui etiam fructus bona opera conſequatur, adnectens diuitias inter alia: deſpectusq; hoſtium commemorans, quòd reuerſis à Babylone collatum eſt. Aliter uox Eccleſiæ de Chriſto.

ALLELVIA REVERSIOnis Aggei & Zachariæ.

EXPLANATIO.

AGgeus & Zacharias prophetæ, qui poſt tranſmigrationē Babylonis ſub Dario rege multo pòſt tempore fuere, quibus iſta cantata ſunt: reuerſi in Hieruſalem, cum reparari templum uiderent, laudes Domino magna exultatione profuderunt. Ad quam ſimilitudinem & hic pſalmus integerrimi alphabeti literis eſt contextus, quem poſt abſolutionem peccatorū perfectiſſima debet Chriſtianus alacritate cantare. Per totum pſalmum propheta loquitur. Prima admonitione quid faciat beatus uir, & quæ bona mereatur oſtendit. Secunda aduentum Domini ſignificat, per quem homines ex peccatoribus & impijs in æternum beati eſſe promerentur. Tertia impijs contraria prouenire teſtatur. Prima diuiſio continet literas ſex, ſecunda tredecim, tertia tres. Lōgitudinem autem uerſus qui in centeſimo decimo octauo pſalmo texitur, in his duo explēt uerſiculi, ut quod ibi efficit una litera, hic duæ diuerſæ efficiant ſecundum ordinem ſe ſequentes.

COMMENTARIVS.

* * * *

ſibi ipſi. Iuxta quod Salomon dicit: Miſerere animæ meæ, & eris beneplacēs Deo. Et hoc in ſe cōmendat, id eſt proponit ſe exemplum alijs. Et meritò, quaſi dicat: Hic talis eſt iocundus iuſto, quia diſponet ſermones ſuos, quib. defendatur in iudicio. Sermones ſunt bona opera, & eſt tractum hoc à ſimilitudine cauſidicorum: quia ſicut illi antequā ueniant in iudicium, apud ſe diſponūt qualiter in rei defenſione cuiq; perſonæ ſit loquendum, & per hoc tuti contra aduerſarios ſunt: ſic bona opera in futuro iudicio cuiq; iuſto erunt tutum refugiū. Et uerè diſponet ſermones, quia nō cōmouebitur ab illis, donec perduceret eū in æternū. Vel aliter: Meritò diſponet, quia per illam diſpoſitionem hoc habebit, quod in æternum, id eſt in æternitate non cōmouebitur de dextera ad ſiniſtram. Et ſic erit in æterna memoria ideo, quia iuſtus. Et uerè iuſtus, quia non timebit in hac uita ab auditione mala, id eſt à detractione, uel à mala perſuaſione. uel aliter: Per hoc meritò nō commouebitur hic à ſermonibus, quia ſic factus iuſtus in æterna erit memoria. Et ideo non timebit tandem ab auditione mala, ſcilicet cum dicetur reprobis: Ite maledicti, &c. Et meritò non timebit, quia cor eius paratum eſt, &c. Vel aliter. Non timebit inquam in præſenti ab auditione mala, ſed potius cor eius paratum eſt ſperare non in mundo, ſed in Domino: & cor eius cōfirmatum eſt in ſpe illa. Nec commouebitur unquam inde, donec deſpiciat, id eſt donec deſpectabiles eſſe recognoſcat inimicos ſuos. Qui enim amant ea quę uidētur, inimici eorum ſunt qui ea quæ nō uidentur, præferūt his quæ uidentur.

Diſperſit, dedit pauperibus.] Quia cor eius confirmatū eſt in ſpe æternorum, ideo diſperſit quicquid de terrenis habuit: non autem meretricibus, ſed dedit ea pauperibus. & ideo iuſtitia, id eſt merces iuſtitię eius manet, id eſt manebit in ſeculum ſeculi. Et uerè manebit, quia cuius humilitas à ſuperbis contemnebatur in terra, cornu id eſt humilitas eius, uirtus ſcilicet exaltabitur in gloria. hāc autem exaltationem uidebit peccator, ſcilicet qui præpoſuit ea quæ uidentur, & tunc iraſcetur ei iuſtius quam ſibi, dicens: Quid ergo profuit nobis ſuperbia, quid diuitiarū iactantia. hæc enim omnia abierunt. Et fremet dentibus ſuis: quia ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Et tabeſcet, id eſt ex toto præ dolore deficiet, ſed infructuoſe: quia tūc pœnitentia erit infructuoſa. & ideo tabeſcit, quia tūc peribit deſiderium peccatorum.

IN PSALMVM CXII.
ARGVMENTVM.

AD pſallendi officia inſtituit auditores, docēs eos maiori cura laudare oportere Deū, quia ſit natura magnus, & uolūtate beneficus. Aliter uox Eccleſiæ de fidelibus ſuis.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

VErba tituli ſubſequens pſalmus exponit. Nam cum ſit alleluia laudate Dominū, ita & ipſe fecit initium. Propheta Dauid in prima parte commonet deuotos, ut laudes Domino iugiter exoluant, & in toto orbe prædicent. Secunda ipſe facit, quod alios monet.

COMMENTARIVS.

L*Audate pueri Dominum.*] Alleluia. Pſalmum iſtum ſuperiori quidam ita continuant: Quandoquidē cuius cor paratum & cōfirmatū eſt ſperare in Domino: illius cornu exaltabitur in gloria. Ergo malitia pueri eſtote, ut ſenſibus perfecti ſitis, & ſic laudare Dominum. Qualiter autē laudaturus ſit dicit, Laudate nomen Domini. Quiſquis idoneum ſeruum ſe facit, ille laudat nomen Domini. & ſit ſemper benedictū, id eſt adauctū in uobis nomen Domini. Quanto enim ſeruitus in nobis multiplicabitur, tanto nomen eius in nobis augetur. Et hæc benedictio nominis eius incipiat ex hoc tempore, ita ut nunc, id eſt indilatè: quia qui promiſit ueniam pœnitenti, non promiſit diem craſtinum diſſimulanti. Et perſeueret uſq; in ſeculum, id eſt in æternum. Et fiat non in altero populo tantū, ſed in utroq;. hoc eſt quod dicit: Nomen eius ſit laudabile à ſolis ortu uſq; ad occaſum, id eſt in Iudaico & gentili populo. Per ortum enim ſolis Iudæi deſignantur, quibus per legis præcepta cognitio ueritatis, & ſol iuſtitiæ illuxerat: per occaſum uero gentiles intelligūtur,

Google

qui in occaſo ueri ſolis eraot, quia creaturæ creatoré poſtponebant.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus.] Ideo meritò nomen Domini laudatur & in Iudęia & in gẽtibus, quia Dominus eſt excelſus non tantum ſupat Iudæos, ſed ſuper omnes genrea. Et quia patum eſſet tantum ſuper gentes, ideo addit, Et gloria eius eſt ſupet cœloa, id eſt ipſe eſt glorioſus noo tantum ſoper genrea, ſed etiam ſuper cœleſtem creaturam, id eſt ſuper angelicos ſpititus. Et meritò (quaſi dicat) & ſuper gentea, & ſuper cœlos eſt glori a eius: qoia ipſe ſolua uerè eſt Dominus. Quis enim aliter Dominua ſie dominatur ſicut Deua noſter? Er oſtendir quomodo Deua noſter dominetur dicẽs: Qui babitat in alris, id eſt qui inhabitando facit alroa. Quod enim cœleſtes ſpiritua perſtiterunr in uerirare, hoc non habuerunt ex ſe, ſed ex eiua inhabiratione. Et non ſolum habitat in alris, ſed eriam reſpicir humilia, id eſt reſpectua eiua facit humiles. Quia reſpectua eiua eſt in cœlo & in teira, id eſt inferiori rationabili creatura, & in prælaria alioa cõpluentibua, id eſt in cœlo & in ſubdiris, qui deſignãtur per terram complutam. Et hoc & in Iudæia & in gentibua, hoc eſt quod dicit: Suſcitans inopẽ, id eſt Iudaicum populum, qui nec per liberum arbirrium nec per cat.alia inſtituta ſaluari poterat, & ideo inops erat. Illum inopẽ ſuſcitat Dominua à rerra, id eſt à terrenis deſiderijs, quibua inhærebat, faciendo eum bonum inopem, id eſt humilem, nihil de libero arbirrio & de leg.lib. inſtitutis præſumentẽ. Et pauperẽ, id eſt gentilem populum in uirrutibua pauperatum, erigit per fidem de ſtercore, id eſt de infidelitate idolatriæ, io qua fœtidua iacebat. Erigit dico ad tantam dignitatem, ut collocet eum cum principibus, id eſt ut concorporaret eũ principibua, non quibuſcunq;, ſed principibua populi, id eſt illia etiam principibus, qui ſummi ſunt in populo gratię, qui ſpecialiter ſuua eſt, id eſt ſanctia Apoſtolia. Auguſtinum enim & Hieronymũ, Perro & Paulo concoiporauit. Ipſe dico, qui per hanc concorporationem, ſterilem, id eſt eccleſiam de gentibua, de qua prius dictum eſt: Lætare ſterilia quæ nõ paris. Erumpe & clama, quæ nõ parturia. hanc inquã ſterilem facit lætantem habirare in domo, id eſt in eccleſia factam matrem multorum filiorum. quia ut Apoſtolus air, Multi filij deſertæ magia, quam eiua quę baber uirum. Dictum autem hoc eſt ad eam ſimilitudinem, quia uxores illæ quæ non patiunr filios, non totam dorem obtinenr: illę autem, quæ pariunt, & totam dotem poſsident, & in domo maneot.

IN PSALMVM CXIII.
ARGVMENTVM.

RЕcordatione priſcorum geſtorum ad notitiam deitatis auditores inſtituit, & ſuffragio diuinorum beneficiorum execrationẽ concitat idolorum. Loquitur autẽ ex perſona populi, ipſoſq; inducit mutuo ſibi cõferẽtes, quibus quaſi principijs diuina apud eos agnitio culturaq; adoleuerit.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

Sicut ex diuerſis actibus laus diuina colligitur, ita & alleluia uarijs narrationibus & negotijs competẽtibus applicatur. Eſt enim intentio pſalmi iſtius, ut initio Hebraici populi per magna miracula plenitudinem legis, qui eſt Dominus Chriſtus mũdo præſtitum nunciaret, per quas ſimilitudines rerum & hodie unumquemq; liberari approbat Chriſtianum. Per totum pſalmum propheta loquitur. Primo modo commemorat, quia miracula Dominus Hebræis præſtiterit & populo Chriſtiano. Secundo ſub interrogatione dicit, cur fugerit mare, quare curſum ſuum Iordanes abſtinuerit? Reſponſionem gratiſſimam iungens, à facie Domini terram fuiſſe commotam. Tertio ſimulacra gentium inutilia demonſtrat adoratoribus ſuis, & religio Domini quam ſit uitalis & ſaluberrima proprijs cultoribus, conſequenter exponit.

COMMENTARIVS.

I*Nexitu Iſrael de Aegypto.*] Allelula. Legimus Iſraeliticum populũ da Aegypriaca ſeruitute liberatũ, per mare robrum & per Iordanem exiccatum traductum. Qood propheta uidetur hic repetere, nõ ut hiſtoriam narrans, ſed ad allegoricum ſeoſum inuitans. Noo enim legitut in hiſtoria illa Iordaoem rerro fluxiſſe, ſed ſtetiſſe: neq; legitur ibi monica ut arietes, uel collea ſicut agnos ouium exultaſſe. Attẽdamua ergo quid admoneamur, qa & facta illa noſtræ figuræ ſunt, & hæc dicta, ut noa ipſoa recognoſcam⁹, exhortãtur. Quia ſi firmo corde tetinebimua gratiã Dei, quæ erga nos facta eſt, & miſericordiã quæ nobia exhibita eſt, Iſrael ſumus: quia oeſtigia fidei patris noſtri Abrabã imitamur, & ſumua Iacob. Ille autẽ populua meritò perfidiæ reprobatua pertinet ad Eſau. Aegyptua uero, quæ tenebræ uel afflictio interpretatur, in figura huiua mundi ponitur: de quo ſpecialiter recedendũ eſt, ne ſimua iugum ducentes cum infidelibua. Sic autem qoiſq; idoneua ciuia in Hieruſalem efficitur, ſi huic ſeculo abrenunciauerit. Sicut populus ille in rarram promiſsionia non potuit inrroduci, quo uſq; de Aegypto educeretur: & ſicot populua ille de Aegypto exire non potuit, niſi diuino auxilio liberatua: ita nemo huic mundo abrenunciare poterit, niſi diuina miſericordia adiutua. Et quod ibi ſemel figurabatur, hoc quotidianis eccleſiæ fœtibus in hac nouiſsima mundi hora completur: quia omnia fiebant illia in figuram. Et quæ tunc futura præfigurabantur, nunc præterita leguntur, & præſentia cognoſcuntur. Incipit autem quia de Aegypto exire, cum incipit cor ſuum Deo applicare, & ſuaui iugo eius deuotum animum ſubdere, recedens à priſtinia ignorantiæ ſuæ deſiderijs, quaſi ab operibus luteis, in quibus fruſtra laborabat. quia ut alibi dictum eſt, Manua eiua in cophino ſeruierunt. Exiuit de populo barbaro, quando ſeparat ſe à ſocietate blaſphemorum, & à cõformatione malignorum, & ſic Iudęa ſit ſanctificatio eina. Interroget enim ſe quiſq;, ſi fides cor eiua circumcidat, ſi cõfeſsio cor eiua purget: quia non qui in manifeſto, Iudæus eſt, ſed qui in occulto. Neq; in carne circumciſio eſt, ſed quæ in ſpiritu. Et ſi hoc in ſe inuenerit, ſanctificatus eſt. & facta eſt Iudæa ſanctificatio eiua, & Iſrael, id eſt uiſio & cognitio Dei ſit poteſtas eius. Quia qui prius in Aegypto erant impotentes, ſiunt poteſtes. datur enim eis poteſtas filios Dei fieri. Dum autem hæc fiunt, multa impedimenta ſecularia occurrunt: obſtrepit mare, id eſt multæ linguę amicorum carnalium diſſuadẽtium, & aliorũ terrenorum. Sed poſtquam cognoſcitur exeuntis de Aegypto cor paratũ eſſe ſperare in Domino, & in ſpecie illa confirmatum fugit mare: quia ſubtrahit ſe ab impedimentis, & ſic panditur uia ad ſpiritualem libertatem exeunti. uel fugit mare ſalubriter, quia ſæpè multi ex amaricantibua exemplo illius exeuntis, ab amaritudine in dulcedinem conuertuntur. Iordanis etiã conuertitur retrorſum. Per Iordanem qui deſcenſus uel deſcẽſio interpretatur, illi figurantur, qui iam gratiam fidei ſuſceperunt, ſed in amaricantes fluctus huius ſeculi relapſi ſunt, ita ut fontem, id eſt creatorem ſuum haberent retrorſum: mare uero, id eſt mundum

qui

Digitized by Google

qui uerè præcipitabantur habent ante uultum. Tales quoq; uidentes illum tam conſtantem exitum côcutiûtur, & fluunt retrorſum, ita ut creatorem habeant ante uultum. Mare uero retrorſum, id eſt mundô poſt dorſum habuerunt, eorum ſcilicet quę retro ſunt obliti, in ea uero quæ ante ſunt extanſi. Intendit autem, ut breuiter dicatur, propheta docere & exhortari nos in hoc pſalmo, ut poſthabitis impedimentis omnib. exire de hac Aegypto feſtinemus: ne ut prædictum eſt, ſimus ducentes iugum cô infidelibus, & dicit ita: In exitu Iſrael de Aegypto. hoc eſt cum aliquis uolens fieri Iſrael, id eſt uolens uenire ad Dei cognitionem, exeat de Aegypto. Et in exitu domus Iacob de populo barbaro, id eſt cum ille idem iam ſpiritualiter pertinens ad Iacob, exiret de populo barbaro, ut ſupra dictum eſt. Ecce facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. Quia fides cor eius circumcidit, & côfeſsio purgauit. Et Iſrael, id eſt Iſraelitica terra facta eſt poteſtas eius, quia cum prius in Aegypto eſſet impotens, per cognitionem Dei factus eſt potens, ut ſupra dictum eſt. Hunc exitum uidet mare, id eſt filij in peccatis amaricantes cognouerunt exeuntem illum habere cor ſperare in Domino paratum & confirmatum: & ideo fugerunt duobus illis modis, quos prædiximus. & etiã Iordanis uidens exitum illũ, côuerſus eſt retrorſum, ut ſupra diximus. Et pro hac fuga maris in bonum, & ex conuerſione Iordanis, montes, id eſt prælati in eccleſia in uirtutibus alijs eminentes, & in fide conſtantes exultauerunt, ut meritò illi exultare debuerunt, qui erant arietes, id eſt ouium duces, quorum ſcilicet imitatione & doctrine hoc factum eſt. Et colles etiã, id eſt minores exultauerunt de fuga & de conuerſione illa, ſicut meritò illi qui erant agni ouiũ, id eſt ſubditi illorum prælatorum.

Quid eſt tibi mare.] Hanc interrogationem facit, nô ut quod quærit, neſciat aut dubium faciat: ſed ut in maiori certitudine nos ponat. Quaſi dicat: O mare quod hactenus oblatrabas, quid eſt tibi quòd modo ab amaritudine in dulcedinem fugiſti? Et tu Iordanis, qui prius fontem ad dorſum habebas, & in mare influebas, quid eſt tibi nunc quod conuerſus es retrorſum. Et ô montes & colles, quid eſt uobis quòd uos montes exultaſtis ſicut arietes, & uos colles ſicut agni ouium? Ille utiq; hoc fecit, qui uerè eſt potens & Dominus. Namq; terra, id eſt terrenitas commota eſt à facie Domini, id eſt quia quidam qui prius erant in Aegypto & in populo barbaro, receperunt cognitionem Domini, quorum exemplo tu mare fugiſti, & tu Iordanis retro fluxiſti, & ideo uos montes & colles exultaſtis. A facie dico Dei mota eſt terra non cuiuslibet, ſed Dei Iacob, id eſt uir tui populi. Quamuis enim Deus omnium ſit per naturam, huius tamen eſt per gratiam. Et ideo dicit Deo Iacob, Dei dico, qui petrã côuertit in ſtagna aquarum. hoc eſt, qui ſeipſum qui quandiu cognitus fuerat, quaſi petra fuit impotrabilis: ſic notificando ſe mollificauit, ut eſſet in cordibus credêtium fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Et qui rupem, id eſt Paulum, qui uerè prius fuit aſpera rupes, & intractabilis, & alios ſanctos prædicatores conuertit per notitiem ſuam in fontes aquarum, ſcilicet ut ipſi monſtrarent alijs aquas uiuas, id eſt doctrinam cœleſtem & ſpiritualia dona.

Non nobis Domine.] Quaſi dicat: Ita Domine fac, da hanc gloriam, ſcilicet ut conuertas petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarũ, nô nobis maioribus, non nobis minoribus, id eſt nô meritis noſtris, ſed ſoli nomini tuo glorificando. quaſi dicat: Nemo putet merita noſtra hoc effeciſſe. Non enim nos hoc cômeruimus, ſed ſola gratia illius hoc præſtitit, q pec catores facit iuſtos, ſeruos filios, & dãnatos electos.

Super miſericordia tua.] Da inquam gloriam nomini tuo, & hoc taliter, miſericordia ſcilicet tua & ueritate, quæ deſuper eſt oſtenſa. Miſericordia quidê, qua uocas, qua peccata condones: ueritatem uerò, qua uocatos & uenientes remuneras. Vocatos uerò, & uenire nolentes, damnas. Et ideo (quaſi dicat) rogo ut per hæc oſtenſe des gloriam nomini tuo, ne gentes (quãdo pro aliquando) dicant, id eſt uniuerſaliter dicere poſsint ad improperiũ populi tui: Vbi eſt Deus eorum? Solet enim tale quid accidere, cum alicuius bene nutriti domini ſeruum innutrite ſe habentem uidemus. Quia dicitur: Vbi eſt dominus iſtius? De illo autem qui bene & nutritè ſe habent, hoc non dicitur: immò laudatur ſeruus, laudatur & dominus.

Dominus autem.] Quaſi dicat: Ideo dico ne quando uniuerſaliter improperiũ illud dicatur uel dicãt: quia etſi dicitur in paleis, nondum in granis: etſi in terra, nondum autê in cœlo: quia Dominus noſter fecit omnia quæcunq; uoluit, in his qui ſunt cœlum, id eſt ſedes eius. anima enim iuſti, ſedes eſt ſapientiæ.

Simulacra gentium.] Quaſi dicat: Deus inquã noſter fecit quæcunq; uoluit, dij autem gentium nihil faciunt, quia non ſunt dij. nam nec homines ſunt. Et uerè homines non ſunt, quia ſunt opera hominũ ex auro & argento. Nec ideo hoc dicit, quòd omnes de gêtibus deos aureos & argenteos habent (habêt enim quidã & ligneos & terreos) ſed ſi erubeſcunt in precioſioribus dijs, ut tanto magis erubeſcant in uilioribus. Et quaſi dicat: Non qualiacunq; opera ſunt, ſed ſimulacra, id eſt ſimulata & ficta opera. Et hoc probat, quòd uerè tantum ſimulacra hominum ſunt, & non homines: quia cum habêt liniamenta humani corporis, non exercent aliquid eorum quę ſunt humani corporis. hoc eſt quod dicit: Os habent, & non loquẽtur: oculos habent, & non uidebunt: aures habent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt, &c. Ergo quaſi dicat, homines nô ſunt. Etiam nô ſolum homines, ſed nec etiam corpora ſunt: quia nec clamabunt in guttura ſuo. id eſt nec rugitũ, nec ullius generis animalis ſonum ex ſe edunt.

Similes illis fiant.] Quaſi dicat: Manifeſtum eſt per hæc ſupra dicta, ſimulacra gentium pro dijs non eſſe colenda, quod tamen quidam faciunt & uenerantur. Omnes autem qui faciunt ea, & non ſolum faciêtes, ſed etiam conſentientes, id eſt omnes qui aliquo modo confidunt in eis, ſimiles fiant illis, ſcilicet ut oculos habentes, ueritatem non uideant: & aures habentes, quod audiendum eſt non audiant, &c. Dicit autê hoc nô uoto maledicêtis, ſed præſciêtis prophetẽtis.

Domus Iſrael.] Quaſi dicat: Qui confidunt in ſimulacris, talia ut diximus, recipiant. Domus autê Iſrael, id eſt collectio numerorum fidelium talia non timebit: quia non ſperabit in illis, ſed in Domino tantum, in quo iã ſperauit. Et meritò in eo ſperauit, quia ipſe eſt adiutor eorũ in bono, & protector eorum eſt à malo. Domus etiam Aaron, id eſt maiores non timebũt: quia ſperabunt in Domino tantum, ut prius. Et quia maiores & minores, ergo omnes qui timent Dominum, ſperabunt: quia etiam ſperauerunt in Domino. Et meritò, quia adiutor & protector eorũ eſt, ut pri⁹. Sciendũ, quia quotienſcunq; Iſrael & Aaron ſic inueniuntur, per Aaron qui ſacerdos & prælatus fuit, intelligũtur maiores: per Iſrael uero minores. Et quod hic dicitur, de priori populo tantum eſt accipiendũ, quia inferius addet de alijs etiam ouibus.

Dominus memor fuit noſtri.] Dixit adiutor eſt eorum. Et quaſi dicat: Quod adiutor noſter eſt, hoc non ex meritis noſtris, ſed ex ſola eius gratia: quia non nos memores fuimus eius, ſed ipſe memor fuit noſtri: qa ſaluatorem nobis miſit, & benedixit, id eſt incrementum uirtutum nobis dedit. Benedixit dico domui Iſrael, & domui Aaron, id eſt & maioribus & minoribus. Et ſic benedixit omnibus, qui timent timore caſto Dominum in primitiuo populo. Et probat repetito, quia omnibus, quia puſillis cum maioribus.

Adijciat Dominus.] Hic inducit de illis alijs ouibus. quaſi dicat: Dñs qui uobis primitiuis benedixit, adijciat alias ſuper uos, illas alias oues adducendo: & ita adijciat,

Digitized by Google

ſ dijciat, ut ſuper uos maiores, alios maiores: & ſuper filios ueſtros, id eſt ſuper ſubditos ueſtros, alios minores. Et uos utriq; id eſt maiores & minores, ſiue de primitiuo populo, ſiue de ſecundario, benedicti ſitis, id eſt ſemper augmentum recipiatis è Domino, qui uos maiores fecit cœlum, adhuc ut ſeminaretis ſpiritualia: & uos minores terrã adhuc, ut redderetis carnalia. Et nõ ſolum uos prælatos fecit cœlum, ſed etiã fecit cœli cœlum, id eſt hominem dominicum, ut eſſet cœlum aliorum cœlorum. Cœlum cœli dico, ſibi Domino colendum. In eo enim habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Terram autem, id eſt minores dedit colendis filijs hominum, id eſt uobis prælatis imitatoribus patriacharum & prophetarum, qui eſtis non cœli, ſed terræ cœlum. Poteſt etiam cœlum cœli ad mẽbra referri, uelut ad Paulum, qui merito dicitur cœlũ cœli: quia non didicit ab homine neq; per hominem, ſed proſtratus in uia ſimul omnia à ſpiritu ſancto audiuit & didicit.

Non mortui laudabunt te.] Quaſi dicat: Pro his omnibus prædictis, ô Domine non laudabunt te mortui, id eſt condignas gratias agere, quæ in prima morte adhuc permanent: quia non poteſt mortuus laudare uiuum, neq; etiam laudabunt te omnes illi qui uiuificati per gratiam in mortem reciderunt, quia deſcendunt in infernum, id eſt in profundum uitiorum. Sed nos ſoli qui per gratiam tuam ſuſcitati uiuimus, benedicemus, id eſt ſemper gratias agemus de miſericordia nobis impenſa tibi Domino, incipiẽtes & hoc tempore & nunc, id eſt indilatè & perſeuerantes uſq; dum perducas nos in ſeculum, id eſt in æternitatem.

IN PSALMVM CXIIII ARGVMENTVM.

GRatulatio populi de Babylonia reducti. Aliter uox Chriſti uel cuiuslibet fidelis de tentationibus erepti.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

EXcitat nos de ſomno huius ſeculi ſolennis ac uera commonitio liberatus propheta de profunda fouea peccatorum, etiã in illa petra miſericordiæ conſtitutus. Primo membro gratias agit, quoniam ſe exauditum eſſe cognoſcit, & contra omnia pericula mortis efficaciter ſe profitetur inuocaſſe Dominũ, ut liberatus perueniat ad illam requiem ſempiternam, quam fidelibus promittit Domini *munere concedendam.*

COMMENTARIVS.

D*ilexi quoniam exaudiet Dominus.*] Alleluia. hoc carmen, id eſt hanc laudem cantat fidelis anima, quæ adhuc peregrinatur à Domino. Quia illa quæ aberrauit, filius ille qui mortuus fuerat & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Cantet ergo hoc anima noſtra cum omnibus ſenſis deſiderantibus illam requiem, & dicat: Dilexi quoniã, &c. Tria hic proponit, ſcilicet fidem, ſpem, charitatem: ſed ordine præpoſtero. Maior enim ex his, ut Apoſtolus ait, eſt charitas: quam iſte præmittit dicens, Dilexi. Deinde ſpem per effectum notat, cũ dicit, Quoniã exaudiet Dominus uocem orationis meæ. Ideo enim ſperat, quia Dominus exauditurus eſt eum. Fides uerò colligitur cum dicit, Quia inclinauit mihi aurem ſuã: hoc eſt, quia prior nos dilexit. Nec unico filio ſuo pepercit, & ſic in nobis charitatem ſuam uoluit cõmendare, ut Chriſtum pro nobis impijs uictimandũ mitteret. Et eſt dicere: Inclinauit aurem ſuam mihi, id eſt illum miſit, per quem me credere fecit. Et quia credidi, ideo ſperaui: ideo dilexi, quia dilexi. ideo ô Domine inuoco te in diebus meis, id eſt in diebus tribulationis & carceris, in diebus nebulæ & totius miſeriæ, quos ego meos feci à te patre meo recedendo in longinquam regionem diſsimilitudinis, ubi porcos paui, & dęmones colui. Et ſubdit cauſam quare diebus inuocandum neceſſario ſibi, ſic dicens: Circumdederunt me in diebus illis dolores mortis, id eſt dolores ducentes ad mortem. Per quod qualiscunq; peccata ſimplicia accipit. Et inuenerunt me pericula inferni, id eſt pericula ducentia ad infernum, id eſt in profundum uitiorũ. Quæ (quaſi dicat) me non inueniſſent, ſi ego non aberrauiſſem. Ego enim prius in loco diuitiarũ poſitus fui, ſed apoſtatando in locum ſerpẽtum ueni. Et ideo meritò ſerpentes præualuerunt mihi, & omnia mala atq; pericula mihi superuenerũt. In quibus periculis conſtitutus, ignarus putaui in his proſperitatibus exultandum eſſe, & in terrena fœlicitate gaudendum. Sed demum inueni, quia uana ſalus hominis: & ideo dixi, Da nobis Domine auxilium de tribulatione. Inueni tribulationẽ, non quæ non erat, ſed quæ me latebat. Inueni non hic excruciari aduerſitatibus, ſed obligari proſperitatibus. Inueni nõ delectationem, ſed tribulationem: non gaudium, ſed dolorem: non patriam, ſed peregrinationem miſerã. hoc eſt quod dicit: Tribulationem & dolorem inueni, & ideo dixi, Surgam & ibo ad patrẽ meum. &c. hoc eſt, Inuocaui nomen Domini dicens: O Domine libera animam meam. Infœlix homo, quia me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Domini per Ieſum Chriſtum. Audiant ergo qui nondũ audierunt, & nõdum cognouerunt, & quærant miſeriam, & inuocent nomen Domini, & ſalui fient. Non dico ut quærant miſeriam, quam non habẽt, ſed ut inueniant, quã neſcientes habent. Nec dico ut deſerant terrena neceſſaria, quibus egent dum moraliter uiuunt: ſed ut lugeãt & doleant, quòd amiſerunt cœleſtem ſocietatem, & terrenia neceſſarija indigere meruerunt ad ſuſtentationem. hanc miſeriam cognoſcant & lugeant, & ſic faciet lugentes eſſe beatos, qui noluit ſemper eſſe miſericors. Beati enim qui lugent, quoniam conſolabũtur. Sequitur.

Miſericors Dominus.] Quaſi dicat: Ego inuocans dixi, ô Domine libera animam meam. Dominus autẽ me liberabit, Dominus dico, qui eſt miſericors: quia uocat, quia peccata condonat. Et iuſtus, quia poſt uocationem peccantes flagellat. & eſt Deus noſter, quia poſt flagella miſeretur, quos flagellauit recipiendo. Nec tam amarum debet uideri, quòd humiles flagellet: quam dulce, quod poſt flagella recipit.

Cuſtodiens paruulos Dominus.] Verè Dominus miſeretur, quia cuſtodit paterno more paruulos, id eſt humiles, ut faciat hæredes magnos. Et ego (quaſi dicat) humiliatus ſum, id eſt feci me paruulum: & ideo Dominus liberauit me iam ſpecie ab omnib. malis.

Conuertere.] Quia tantæ bonitatis Dominus eſt, ut cuſtodiat paruulos: ergo anima mea conuertere in requiem tuam, id eſt cõuertere ad Dominum tuum, & habebis requiem, quæ prius auerſa omnem inueniſti inquietudinem. Et uerè ſi cõuerteris, habebis requiẽ, id eſt bene faciet tibi Dominus, quia iam bene fecit tibi in hoc ſcilicet, quia iam eripuit te animam meam de morte, tam actualium quam originalium: & idem certus ſum, quia tandem eripiet oculos meos à lachrimis omnibus. Quia abſterget Deus omnẽ lachrimã ab oculis eorũ. Nullus enim ibi fletus, ubi nullus lapſus. Ibi nullus erit lapſus, ubi erit incorruptibile corpus. Et eripiet pedes meos, id eſt omnes affectiones meas ab omni lapſu. Nullus enim erit ibi lapſus pedum, ubi infirmæ carni nullum erit lubricum.

Placebo.] Et quia pedes mei à lapſu eripientur, ergo placebo

Digitized by Google

placebo Domino, poſitus in regione uiuorũ, qui nũc ei diſpliceo in regione mortuorum. Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Et quiſquis labitur uel cogitatione, neceſſariò Domino diſplicet.

IN PSALMVM CXV.
ARGVMENTVM.

EX perſona ægrotãtis Ezechiæ canitur. Aliter uox Pauli Apoſtoli, hũc pſalmũ quinta & ſexta editio cum ſuperiotibus copulant. Symmachus uerò & ſeptuaginta interpretes diuidunt.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

PEr totum pſalmum inuictorum martyrum uerba referũtur. Prima poſitione beneficia Domini commemorãt, quibus cũ hæſitarent, quid eis dignum potuiſſet reddi, occurrit utiq; glorioſus calix martyrum, qui tamen Domini largitate præſtatur. Secunda chorus ipſe ſeruum ſe Domini & filium eccleſiæ catholicæ profitetur, ne Domino placitum etiam hæreticorum putares eſſe martyrium.

COMMENTARIVS.

CRedidi propter quod locutus ſum.] Alleluia. dicit Apoſtolus quòd quidã ſunt qui Chriſtum nõ caſtè prædicant, hoc eſt nõ ſimplici & puro corde, nec ſincera fide, quę per dilectionem operatur. Terrenis enim cupiditatibus conſulentes cœleſte regnum adnunciant, habentes in pectore falſitatem, in lingua ueritatem. hi tales quod loquuntur non credunt, & ideo reprobati ſunt. De his Dominus in Euangelio: Quęcũq; dixerint uobis facite, ſecundum opera uero illorum nolite facere. Dicũt enim, & non faciunt. Sunt itẽ alij qui bene credũt, ſed non loquuntur uel pigritia uel timore. Pigritia, ut ſeruus ille qui acceptum talentum non erogauit, ſed abſcõdit. Vnde à Domino iudice audiuit, Serue nequã & piger. Timore, uelut illi de quibus dicitur in Euangelio: Quia multi ex principib. ſacerdotũ crediderũt in eũ, ſed propter timorẽ non loquebantur. Timebãt enim fieri extra ſynagogã. Et quia magis gloriam hominum quam gloriã Dei dilexerũt, ideo iſti quoq; reprobati ſunt. Et quia & hi & illi ſunt reprobati, ideo ſeruus ille ſolus meritò fidelis eſt. & probatur qui nõ loquitur, antequã credat: & cum credit, nõ tacet: hoc eſt, qui non eroget quæ non habet, nec non erogat q. habet, ſed ſtatim cũ habet erogat. Talis ſeruus loquitur in hoc pſalmo, auditurus à Domino ſuo: Intra in gaudium Domini tui. & dicit ita: Credidi propter q. locutus ſum, hoc eſt, per ſe eſſe credidi. Nõ enim perfectè credunt, qui quod credunt, loqui nolunt: quia nõ laudatur fidelis ſeruus, quia accepit, ſed quia fideliter erogauit. Et ideo dicit, Credidi propter quod locutus. Simul enim credidit, & quod præmium deberet ſperare loquendo, & quam pœnam timeret tacendo. Sequitur.

Ego autem humiliatus ſum nimis.] Quod eſt dicere, Locutus ſum quod credidi, locutus autem nimis, id eſt ualde humiliatus ſum ego. Paſſus eſt enim multas tribulationes, multas perſecutiones, propter uerbum ueritatis, quod & fideliter tenebat, & fideliter erogabat. Poteſt autem hoc fieri ut qui ueritatem annunciet, humiliatur ab illis qui contradicunt ueritati: ipſa uero ueritas non humiliatur. Vnde Apoſtolus cum de ſuis uinculis loqueretur, inquit: Me quidem alligare potuerunt, uerbum autem Domini non eſt alligatum. Et ideo ſeruus iſte dicit, Ego non ueritas, ipſe ſum humiliatus. perſequere, & dic: Humiliatus dixi in exceſſu meo. Ego, inſiſte pronomini. Per Ego enim notat, quod attendit infirmitatem humanam: quia prius de ſe quodam modo præſumpſit loquendo quod credidit, ſed imminentibus minis atq; preſſuris timens, ſe rè tacuit quod credidit. Et ideo dicit, Ego ſcilicet intelligens infirmitatem meam in exceſſu, qui in timore meo dixi: Omnis homo mendax. hoc eſt, Non eſt ſibi homini de ſe præſumendum, nec de ſe confidendum: quia omnis homo inquantum homo eſt, ſi de ſe aliquid promittit, mendax eſt, Deus autem uerax eſt. Cuius gratia facit illum qui per ſe mendax eſt, ueracem inquantum ſe ſubijcit ueritati illius: qui ſuſcitat mortuos, qui linguas infantium facit diſertas: & qui humiles conſolatur, implens eos nõ tantum fide credere ueritatis, ſed etiam fiducia adnunciandæ ueritatis. uel quia exceſſus accipitur interdũ etiam pro diuina reuelatione, poteſt hoc quoq; ſic dici: Ego in exceſſu meo, id eſt ulterior tando à me homine in me Deum, iuxta quod Dominus promiſit dicens: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes: intellexi in ea claritate, & dixi quod omnis homo per ſe eſt mendax.

Quid retribuam Domino.] Conſiderans iſte quia per ſe eſt tantum mendax, per gratiam autem Domini uerax, dicit: Quid condignum retribuam Domino non tantum pro hac ueritate, ſed pro omnibus quæ retribuit mihi. Tribuit enim prius mihi bona, ego retribui mala: ipſe autem pro malis retribuit mihi bona. Quas ergo laudes, quas gratiarum actiones retribuã ei? Vtiq; accipiam calicem ſalutaris, id eſt paſsionem eius imitabor. Poteſt huic obijci, O homo in peccato tuo mendax, dono Dei uerax, & ideo non iam ſimplex homo: qd à te habes, quod Domino retribuas? Quid enim habes quod non acceperis? Nonne ut calicem ſalutaris accipias? Ab illo habes qui dixit, Poteritis bibere calicem quem ego bibiturus ſum. Nonne ut paſsionem eius imiteris? Ab illo habes qui prior paſſus eſt. Contra talem obiectionem ſubdit, Et nomen Domini inuocabo. Quod eſt dicere: Dico me calicem accepturum, & ut accipiam, non per me habeo, ſed inuocabo nomen Domini, id eſt in me uocabo, id eſt idoneum ſeruum ex hoc do. Qualiter autem calicem accipiat, oſtendit dicens: Reddam Domino uota, non exteriora, ſed mea quæ in me ſunt. hoc eſt, me ipſum offeram Domino. Quiſquis enim cogitat qd dignè uoueat Deo, ſeipſum uoueat Deo, ſeipſum offerat. hoc enim exigitur, hoc debetur. Et offerã me coram omni populo eius, id eſt in ea fide, que communiter tenetur omnis populus eius. hoc eſt, in catholica communione, extra quam non eſt ueri ſacrificij locus. Sequitur.

Precioſa in conſpectu Domini.] Quaſi dicat: Meritò calicem ſalutaris accipiã, quia Dominus emit à me hũc calicem. Namq; mors mea & aliorum ſanctorũ eius facta, non in aſpectu hominũ, ſed ad Domini conſpectum eſt precioſa. i. magno precio empta ab ipſo Domino. Prior enim ipſe ſanguinem ſuum fudit pro ſalute ſeruorum, ut ſerui non dubitarent effundere ſanguinem ſuũ pro nomine eius. Et quia (quaſi dicat) morte tua emiſti meam mortem, ideo ô Domine ſacrificabo tibi hoſtiam laudis, id eſt offerã tibi meipſum laudabilem hoſtiam. Et meritò uoco te Dominum, quia ſum ſeruus tuus emptitius. Ego etiam ſeruus tuus naturalis, quia ſum filius ancillæ tuæ. hoc ideo addit, quia multi ſunt eius ſerui, qui non ſunt ancillę, id eſt Eccleſiæ filij, ſicut omnes ſchiſmatici & omnes hæretici.

Diſrupiſti uincula.] Verè ſum ſeruus tuus emptitius, quia tu diſrupiſti uincula mea, quib. detinebar ligatus

Digitized by Google

tus ſub iugo alienæ, id eſt diabolicæ poteſtatis. Domini enim, ut ait Apoſtolus, uenundati ſub peccato fuimus. Et q (quaſi dicat) de uinculis me eduxiſti, ideo meritò ſacrificabo tibi hoſtiam laudis, ut ſupra dictũ eſt. Et ut dignè ſacrificem, inuocabo in me nomẽ Domini, idoneum me ſeruum faciẽdo. Et ſicut ſuperius expoſuit, qualiter acciperet calicem ſalutaris: ita & nunc exponit, quomodo ſacrificaturus ſit hoſtiã laudis dicẽs. Reddam uota mea Domino, ut ſupra dictũ eſt, in cõſpectu omnis populi eius, id eſt in ea fide quæ communis eſt omni populo eius. Et quem per populum eius accipiat, determinat dicens: In atrijs domus Domini, id eſt in præſenti Eccleſia, quæ quaſi atrium eſt ante ſupercœleſtem Eccleſiam, quæ propter meliorem habitationem dignè dicitur domus Domini. Et itẽ determinat quæ atria intelligat, dicens: O Hieruſalem reddam uota mea in medio tui, id eſt in ea cõmunione, quæ in te eſt, hoc eſt in catholica fide. Hieruſalem uocat præſentem eccleſiam, & ne Hieruſalem in priori tantum populo accipiatur, qualiter ſit accipienda, ſubſequenter determinat. Quaſi dicat: Hieruſalem eſt nõ ſolum de Iudaico populo, ſed & omnes gentes & omnes populi, id eſt quicunq; de qualibet gente uel populo per fidem electi.

IN PSALMVM CXVI. ARGVMENTVM.

COnualeſcens de infirmitate Ezechias, non ſolum Iudæos, ſed etiam omnes gentes ad laudandum conuocat Dominum, ut quæ nouum de recurſu ſolis ſtupuerunt portentũ, Dominum uerum tanti miraculi uenerentur auctorem. Aliter uox Apoſtolorum.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

DVobus quidem uerbis, ſed plenarius tituli honor apponitur, ut intelligamus, quamuis pauca in Domini laudibus, ſemper eſſe pleniſſima. Et iſtum quoq; pſalmum ad perſonam martyrum debemus aptare, qui quaſi tam glorioſa paſſione perfuncti omnes gentes ad Domini laudes excitant: qui talia præſtitit ſeruis ſuis, ut ipſius potius imbuerentur exemplis.

COMMENTARIVS.

LAudate Dominum.] Per bona opera omnes gentes, & omnes populi. Et iuſtũ (quaſi dicat) eſt ut uos laudetis, quoniam miſericordia eius infirmata eſt in illo priori populo per ſuperbiam eius, confirmata ſuper nos per gratiã uocando, iuſtificando peccata dimittendo. Vel miſericordia eius infirmata per hominem primum, confirmata eſt ſuper nos per ſecundum. Et ideo laudandus eſt Dominus, quoniã ueritas Domini, & in remunerandis iuſtis, & in damnãdis malis manet in æternũ.

IN PSALMVM CXVII. ARGVMENTVM.

REductum de Babylone populum à finitimis gẽtibus opprimi nõ potuiſſe teſtatur, atq; ad laudandum Deum ſe mutuo cohortantium ſchema componitur. Aliter uox Chriſti de ſe dicentis.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

HIc pſalmus primus quatuor uerſus pari fine concluſit, ut Euangelico numero totum mundum uni Domino laudes debere reddere adhortatione quadrifaria cõmoneret fidelis populus peccatorum nexibus abſolutus. In prima ſectione generaliter hortatur omnes Domino confiteri, quia in tribulationibus exauditus comperit hominem non eſſe timendum. Secunda in ſolo dicit Domino confidendum, per quem gentium inimicitias probatus euaſiſſet, & ad ueraciſſimæ uitæ perueniſſe remedia. Tertia aperiendas ſibi portas dicit iuſtitiæ, de angulari etiam lapide, hoc eſt Domino ſaluatore ſubiungens. Quarta reliquis Chriſtianis frequentanda Domino atria perſuadet, de aduentu ſanctæ incarnationis ſuam delectatione congaudens.

COMMENTARIVS.

COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniã in ſeculum.] Alleluia. Confeſsio alia laudis, alia peccatorum. Hic autẽ non eſt accipienda confeſsio, uulnera medico oſtendens, ſed pro percepta ſanitate gratias agens, hoc non peccatorum, ſed laudis. Quia uox eſt primitiuæ eccleſiæ, reſpectu tamen quorundam digniorum, exhortantis maiores & minores in illo priori populo, ut cõfiteantur in uoce laudis Domino, cauſas oſtendendo multiplices: & poſtremo illas alias oues admonentis, ut & ipſæ exemplo ſuo eaſdem cauſas attendendo confiteantur Domino. Et eſt, quaſi dicat: Vos inquam, ô conſortes de populo meo, confitemini laudabili confeſsione Domino, cui meritò confiteri debetis: quoniam eſt bonus, id eſt quia eſt Deus. Nemo enim bonus, ut Euangelium teſtatur, niſi Deus. Vel quoniam eſt bonus, id eſt omnibus ſe dignè guſtantibus ſuauis & iocundus. Vel ideo debetis ei confiteri, quoniã miſericordia eius non tantum eſt in præſenti, ſed perdu catura eſt in ſeculum, id eſt in æternitatem. Et quia talis eſt, dicat nunc, id eſt indilatè Iſrael, id eſt minores alter ad alterum, inuicem ſe exhortando, Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam, &c. Dicat etiam domus Aaron, id eſt maiores alter ad alterum: Confitemini Domino, &c. Et ſic ſcilicet per maiores & minores dicant illud idem omnes, qui timent Dominum de populo.

De tribulatione inuocaui.] Dixi quoniam Dominus eſt bonus, & hoc mihi experto credite, dicere aliquis de ſanctis Apoſtolis, qui præcipuè in primitiua eccleſia tribulationes & perſecutiones paſsi ſunt. Nã ego in tribulatione poſitus inuocaui Dominũ, & hoc de tribulatione, id eſt ut non eſſet mihi infructuoſa tribulatio, & Dominus exaudiuit me ponendo me in latitudine: uel ita ſcilicet, ut nõ ſolum tribularer, ſed & gloriarer in tribulationibus. uel ita, ut & diligerẽ perſequentes inimicos.

Dominus mihi adiutor.] Verè Dominus exaudiuit me. Nam Dominus fuit mihi adiutor, ut non deficerem, immò proficerem in tribulatione. Et ideo non timebo quid homo, id eſt carni & ſanguini adhærens, faciat mihi. Et quia nõ ſolum tales nobis aduerſantur, ſed & principes illi quidẽ quibus dicit Apoſtolus: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. ideo ſecundo dicit, Dñs mihi adiutor, & ideo deſpiciã inimicos meos de quocunq; genere ſurgant ſcilicet, ſiue de genere iniquorum hominum, ſiue de nequiſsimo genere malignorum ſpirituum.

Bonum eſt confidere.] Quaſi dicat: inimicos deſpiciá, in Dominum autem proſpiciam, & meritò: quia bonum eſt confidere in Dño, & ita bonum, q. melius eſt quam confidere in homine aliquo. Hoc ideo, quia in quibuſdá etiam hominibus, ſicut in ſanctis uiris pro modulo ſuo cõfidendum eſt. Et non tantũ confidere, ſed etiam ſperare, id eſt in longo ſpem ſuá in Dño ponere bonum meum, & adeò bonum eſt, q. melius eſt quam ſperare non dico etiá in hominibus, ſed etiá in principibus ſupercœleſtibus, id eſt in angelis. Principes ideo uocantur angeli, quia legitur in Daniele, q. ſingulæ religiones habeant ad ſui defenſioné ſibi conceſſum angelum aliquem uel archangelum. Vnde illud: Veruntamen Michael archangelus princeps ueſter erit adiutor meus.

Omnes gentes.] Verè bonũ eſt in Domino confidere. Nam me confidentem & ſperanté in eo circuierũt oẽs gentes tribulando & perſequendo, & tamen hæc circũdatio facta eſt in nomine Dñi glorificando: quia non uicerunt, ſed uictæ ſunt. hoc eſt quod dicit: Quia ultus ſum in eos ultione bona, ſcilicet quia ego quorũdam ex ipſis nequitiá gladio ſpiritus interfeci, nõ autem ipſi me interfecerunt. Et nõ ſolum gentes alienę, ſed etiã circundederunt me circundantes, id eſt ſimul habitantes, ſcilicet de populo meo. uel circundantes, id eſt falſi fratres. Et rurſum circundatio hæc in nomine Domini glorificando facta eſt, quia ego ultus ſum in eos quoſdá ipſorum in malo mortificãdo, & in bono uiuificando. Circundederunt me dico utriq;, ſcilicet & gẽtes, i. circundantes gentes ſicut apes. i. nõ me, ſed ſeipſos, dum me uulnerauerũt & tribularẽt mortificantes. Dicuntur. n. apes ex natura hoc habere, ut uitá ponát in uulnere. Vel aliter: Circundederunt me gentes ſicut apes. i. faciles uincibiles ſicut apes, ſi quádo facto exercitu egrediunt facile. i. iactu exigui pulueris reprimuntur, & in caſtra reuocantur. Vel aliter: Circundederunt me gentes ſicut apes. Quia ſicut apes magno ſtudio & diligentia fauum artificioſe componunt, ita quáto maiorẽ diligentiá in tormentando & ex circũdando me ipſi inſumpſerunt, tãto quaſi artificioſiorem, id eſt exemplabiliorem & uenerabiliorem me fecerunt. Quanto. n. plurib. pœnis Laurentius eſt excruciatus, tanto magis bonis uenerandus & imitádus factus eſt. Et exarſerũt in me ſicut ignis in ſpinis, id eſt comparabiles igni illi qui exardet in ſpinis: quia ſicut ille ignis aculeos ſpinarum, qui graciles ſunt cõburit, truncum uero qui tegitur herba, non lædit: ita ipſi aculeos iniquitatis in carne peccatrici in me cruciatibus ſuis excuſſerunt, robur uero animæ non læſerũt. & hæc omnis circundatio facta eſt in nomine Domini glorificando, quia ultus ſum in eos, ut ſupra. Poteſt etiá in bonum uerſus iſte accipi ſic: Circundederunt me quidá ex gentib. & ex circundantibus ſicut apes: quia ſicut apes quodam tempore ualde conſertim ſtipant fauum, ut quod dulce eſt inde colligant: ita ipſi multũ me ſtipátes dulcediné uerbi Dei de me quaſi de fauo mel excuſſerunt. & exarſerát ſicut ignis in ſpinis, id eſt tam uehemens dilectio accenſa eſt in eis, quanta ardoris uis in igne illo eſt, qui exardet in ſpinis. Et ita circundatio illa facta eſt in nomine Domini, ut prius

Impulſus euerſus ſum.] Sic cõtinuatur: Verè gentes circũdederunt me. Ná impulſus ſum ab eis ad hoc ut caderẽ, & in tantũ impulſus q. euerſus ſum. i. quaſi ſigna quædá caſus dedi. Non enim poteſt fieri in tanta tribulatione, quin caro infirma aliquo modo mutetur. Et tamen non cecidi, quia Dominus ne caderẽ, ſuſcepit me. Et ꝓpterea has fiducia Deus ſuſcepit me, quia nõ ego ſum mihi fortis. i. mihi laudabilis: ſed Dñs eſt fortitudo mea & laus mea, quia in eo tantũ me reputaui fortem & laudabilem, & ideo factus eſt mihi in ſalutem, quia mihi factus eram in mortem.

Vox exultationis & ſalutis.] Verè factus eſt mihi in ſalutem, Ná hoc modo, ſcilicet quia Dominus eſt in tabernaculis. i. in cordibus iuſtorum non uox doloris, & reſponſum mortis, ut uos exterius in me ſæuientes putatis: ſed potius eſt ibi uox exultationis, id eſt manifeſta exultatio, id eſt reſponſum uerę ſalutis.

Dextera Domini.] Sic cõtinuatur: Verè Dominus ſuſcepit. Nam dextera, id eſt potẽtia Domini fecit uirtutẽ. i. operata eſt in me de paſsione uictoriá. & uerè uirtutem. Ná dextera Domini exaltauit me. Magna uirtus exaltare humilem, deificare mortalem: de infirmitate exhibere perfectionem, de ſubiectione gloriam. Dextera dico Domini fecit uirtutẽ. i. auxiliũ de tribulatione, ſcilicet ut afflictis uera Dei ſalus pateret, affligentib. uero infirma ſalus hominis remaneret. Ergo (q. d.) non moriar, ſicut uos mortificantes corpus putatis, ſed exterius in carne adhuc tamẽ uiuá per uenerationem & æternam memoriá, & ſic narrabo opera Domini. Adhuc. n. quotidie opera Domini narrat primitiua eccleſia, ſcilicet quia uicit uapulando ferictes, patiendo facientes, diligendo ſequentes.

Caſtigans caſtigauit.] Ideo dico nõ moriar, quia quod patior, non mortificatio eſt, ſed Domini caſtigatio. Ergo uos perſecutores nihil uobis arrogetis, quia non uos facitis hoc, ſed Dominus qui caſtigat me. Et quia caſtigat, ideo non tradet me morti, id eſt non permittet me, etſi mortificet exterius, mortificari interius.

Aperite.] Q. d. Ergo uos perſecutores facite quod incepiſtis, ſcilicet incarcerate omnibus me modis, excruciate: quia non mihi oberit, ſed proderit. Nãq; hoc modo aperietis mihi portas iuſtitiæ, id eſt ingreſſus ſum ad æternitatem & beatitudinem, quæ eſt porta iuſtitiæ: quia ſoli iuſti illuc intrabunt. Ergo aperite mihi has portas, id eſt nolite ab incepto ueſtro deſiſtere. Et ideo (q. d.) rogo ut aperiatis: quia ingreſſus in eas tunc demũ dignè confitebor Domino, ea ſcilicet confeſsione, de qua dictum eſt: Beati qui habitant in domo tua Domine, &c. Et propter hoc quoq; dico aperite, quia hęc eſt porta Domini. hoc eſt, quia poſt huiuſmodi tribulationes ad æternitatem Dominus intrauit. Oportebat enim pati Chriſtũ, & ſic intrare in gloriam ſuam. Et in eam portam, id eſt ad æternitaté ſoli iuſti, id eſt imitatores Domini intrabunt.

Confitebor tibi.] Conuertit ſe ad Dominũ, quaſi dicat: Dico q. ingreſſus portas iuſtitiæ confitebor Dño, quod uerè faciá: quia tunc ò Domine confitebor tibi. & meritò tibi, quoniá tu exaudiſti me prius hic in tribulatione, ne deficerem: & ita factus es mihi in ſalutem, cum ego factus eſſem mihi in mortem.

Lapidem quem reprobauerunt.] Verè factus es mihi in ſalutem. Nam hoc modo ſcilicet, quia lapis, quem lapidem ædificantes, id eſt Iudæi ſuá iuſtitiam ſtatuere uolentes, & iuſtitię Dei non eſſe ſubiecti, reprobauerunt, & hominẽ regem elegerunt: hic inquam lapis factus eſt mihi in caput, id eſt regimini me ſubieciſti, ſicut mẽbrum capiti. Et non ſolum mihi factus eſt caput, ſed & multis alijs: quia factus eſt in caput anguli, id eſt factus lapis angularis, continens duos parietes ex diuerſo uenientes, ſed non diuerſa ſentientes. Et iſtud, ſcilicet q. factus eſt ante caput anguli: quanquá inimici Iudæi quodámodo fecerint, quia eum crucifixerunt: tamen non ad hoc intenderunt, ſed potius nomen deſtruere eius uoluerunt: ideo non ab ipſis quidem, ſed à Domino factũ eſt. q. ideo permiſit, ut Chriſtus moreretur, ut reſurgeret & aſcenderet, & promiſſum ſpiritũ apoſtolis mitteret, quorũ prędicatiõe totus mundus poſt eum abiret, & ſic in caput anguli fieret. Et quia factũ eſt à Domino, ideo in oculis noſtris, id eſt in interiorib. oculis credentium, ſperantiũ & diligentiũ mirabile, id eſt deſiderabile, ſcilicet quia deſiderare debemus ualde ſub tali eſſe capite. uel aliter: Dixit quod lapidem reprobauerunt ædificantes, & iſtud ſcilicet reprobatio illa facta eſt à Domino, id eſt per diſpoſitionem Domini parria, qui uoluit ut cæcitas ex parte fieret in Iſrael, ut plenitudo gentium intraret, & ſic oĩs Iſrael ſaluus fieret. Et ideo hoc eſt mirabile.

bile, id eſt formidabile in oculis noſtris, ſcilicet ut aliquis altum non ſapiat, ſed timeat: quia ſi Deus naturalibus ramis non pepercit uſque huc, nec ſibi inſerto oleaſtro parcet.

Hæc eſt dies.] Meritò hoc mirari debemus, quia hæc dies, id eſt hoc tempus diſpoſitionis antiquæ, reparationis nouæ, fœlicitatis æternæ. de quo dicit Apoſtolus: Ecce nunc tempus acceptabile, &c. in quo ſcilicet tempore factus eſt lapis ab ædificantibus reprobatus, in caput anguli. Hæc inquam dies eſt illa, quam ſolam Dñs per excellentiã fecit: & ideo in ea eſt exultandum corpore, & lætandũ mente. Quapropter uos ô conſortes de populo meo in hac die exultemus, bonum uel bene operãtes exterius, & lætemur bene cogitantes interius. Nos dico dicentes, ô Dñe ſaluũ fac, id eſt ſalutẽ quam incœpiſti operari, in nobis perfice. O Dñe bene proſperare. i. proſperũ iter faciat nobis de longinqua regione te reuertentibus. Vel aliter: Bene proſperare. i. proſperam, & bene proficientem fac ſalutem illam, quã in nobis operaris. & in illis alijs ouibus, ſcilicet ut & illas adducas, & fiat ouile unum, ſicut paſtor eſt unus. Et ideo (q.d.) debes bene proſperare, quia ille qui uenturus eſt, non in nomine ſuo, ſed in nomine Domini. Quod eſt dicere: Futurus eſt quidã in nomine ſuo, filius ſcilicet perditionis, & maledictus erit. Venturus eſt autem quidem in nomine tuo, ſcilicet qui dicit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me patris. & hic erit benedictus, id eſt magno incremento membrorum dignus. Oportebit enim tantum caput groſſum habere corpus.

Benediximus uobis.] Exultemus inquã, & lætemur, illud dicentes, & hoc etiam dicentes illis alijs ouibus: Nos de domo Domini, id eſt nos qui ſumus familiares Domini per legalia & prophetica ſcripta, benediximus uobis alijs ouibus in patribus noſtris, qui hoc prophetauerunt: & benedicimus, id eſt bonum nuntium apportamos uobis in nobis ipſis. hoc eſt ſcilicet, Dñs eſt Deus. i. redemptor noſter, eſt uerus Deus. Vel econuerſo ſcilicet, Deus eſt factus Dñs noſter. i. redẽptor noſter. & hoc nobis de domo Dñi iam illuxit. i. innotuit. Et ut nobis etiã illuceat, conſtituite in uobis diem ſolẽnem i. mentis ſinceritatem. & hoc in condẽſis non populorum, ſed in frequentatione uirtutum procedentes uſq; ad cornu altaris. i. uſq; ad ſolẽnitatẽ diuinitatis. Altare uocat ad ſimilitudinẽ cœleſte illud ſecretariũ. ubi Chriſtus uerus ſacerdos & hoſtis quotidie ſe offert Deo patri pro nobis. Non enim uult ut tantum ſubſiſtant in eius humanitate, ſed ut contemplentur ipſam etiam diuinitatem.

Deus meus.] Conſtituite inquam, diem ſolennem, procedentes uſq; ad cornu altaris: uos dico dicentes, Domine tu es Deus meus. quod eſt dicere: Domine uere mendacium poſſederunt patres noſtri uanitatem, quę nihil profuit eis. dicentes lapidi, Tu me creaſti: & ligno, Tu me genuiſti. ego autẽ tibi dico: Tu es Deus meus, quia me creaſti, qui me genuiſti, & ideo confitebor tibi, id eſt meritò laudabo te corde. Dico Deus meus uerè es tu, & ideo exaltabo te ut Deum meum ore. & confitebor tibi opere. & meritò, quoniã exaudiſti me de umbra mortis & infidelitatis tenebris reducendo: & factus es mihi in ſalutem, cui illa prius erant ad mortem.

Confitemini Domino.] Quaſi dicat: Hoc etiam dicatis alter ad alterum exhortantes uos inuicem, Confitemini Domino, quoniam bonus, &c.

IN PSALMVM CXVIII.

ARGVMENTVM.

TOtus iſte pſalmus, qui exhortationibus & inſtitutionibus plenus eſt, ſub perſona canitur iuſtorũ in Babylonica captiuitate degẽtium, qui miſceant interdum uoces populo cõuenientes, ut & humiliter exæquent ſe reis in confeſsione culparum, & doceant iſta ob meritum populo contigiſſe. Aliter uox Chriſti ad patrem de Iudæis, & de paſsione ſua.

ALLELVIA. ALEPH, doctrina.

EXPLANATIO.

FEſtiuo pſalmo & diuinarum rerum uirtute pleniſsimo deſiderabile Alleluia præmittitur, ut meritẽ diuini carminis honore tituli poſsit agnoſci. Eſt autem Hebræis elementis ad rudes & docibiles in ſchola Chriſti populos inſtruẽdos tali ordine depictus, ut ab unaquaq; litera octoni uerſus incipiant, ubi myſterium puto reſurrectionis, & ueræ circumciſionis oſtenſum. Ioſephus autẽ refert in libris ἀρχαιολογίας *hunc pſalmũ & centeſimum quadrageſimum quartum, & Deuteronomij canticẽ elegiaco metro eſſe compoſitos, quod ſcilicet prior uerſus ſex pedibus conſtet, & inferior uno minus in pentametrum finiatur. Per totum pſalmum uniuerſalis ſanctorum chorus loquitur, qui ab initio mũdi ſiue fuerunt ſiue ſunt, ſiue futuri eſſe creduntur. Inter quos reperiuntur Apoſtoli, prophetæ, martyres, cõfeſſores, eccleſiaſtici ordines, qui ſancta Domino integritate famulãtur. Quia ergo in ſingulis quibuſque elementis ſecundum interpretationẽ eorum debent intelligi, quæ ſequuntur: bene prima litera Aleph doctrina interpretatur, in qua immaculatis in uia Domini beatitudo æterna promittitur.*

COMMENTARIVS.

B*Eati immaculati.*] Alleluia. Aleph, id eſt hæc laus eſt de doctrina. Aleph enim interpretatur doctrina, & ideo de doctrina: quia pſalmus iſte exhortatur ad beatitudinẽ, quam nemo nõ appetit. Omnes. n. beati eſſe uolunt. Quid aũt opus eſt exhortatione in re quã ſponte ſua humanus animus appetit, niſi fortè quia oẽs quidẽ beatitudinẽ cupiunt: ſed quo ordine ad illã perueniatur, plurimi neſciunt. Ideoq; hoc docet iſte qui dicit: Beati immaculati, &c. Q.d. Scio quid uelis, beatitudinem quæris. Ergo ſi uis eſſe beatus, eſto immaculatus. hoc quidẽ omnes i. beatitudinẽ: illud uero pauci uolunt, ſine quo nõ peruenitur ad illud q; omnes uolunt. i. pauci uolunt immaculationem, ſine qua nõ peruenitur ad beatitudinẽ. Hæc autem exhortatio neceſſaria eſt mẽtibus noſtris. Quid. n. boni ſit illud, ad q; multi pigri ſunt, oſtẽditur cum beatos eſſe, qui faciunt indicatur. Vt properat illud q; oẽs uolũt, illud etiã fiat q; plurimi nolunt. i. ut propter pręmiũ beatitudinis nõ ſubterfugiatur opus immaculationis. Beatum quippe eſſe tã magnum quidẽ eſt, q; omnes uolunt & boni & mali. Nec mirũ eſt bonos propterea eſſe bonos, ut ſint beati. illud uero mirum eſt malos etiam propterea eſſe malos, ut ſint beati. Quiſquis enim mœchatur, aut furtum uel homicidium uel quęlibet ſimilia admittit, ob hoc talibus intẽdit, quia beatitudinẽ per hoc quærit. Sed hæc ſunt deuia quædã ad beatitudinem, hos tales reuocat pſalmus. Quaſi dicat: Quid facitis? quo tẽditis? quam uiam inſiſtitis? Non hac recte itur, ſed deuia quædam ſunt ad beatitudinem. Non per hoc peruenietis quo tenditis. Beatitudinem quæritis, ſed his uijs in miſerias incidetis. Relinquite ergo malignitatem, qui non poteſtis relinquere beatitudinis uoluntatem. Fruſtra tendendo fatigamini, quo perueniendo inquinamini. Non enim beati inquinati, ſed beati immaculati. Et qui nam immaculati ſint, oſtendit

oſtendit cum dicit: Qui ſunt in uia non qui paccando, ſed ſaciunt extra uiam. Via autem (quaſi dicat) eſt lex Domini, in qua lege qui ambulant, id eſt delectantur tanquam in ambulatore bono. hoc eſt, qui non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ legem Domini complant, ſunt immaculati iam per ſpem: & quia immaculati, ideo beati.

Beati qui ſcrutantur.] Non aliud genus baatorum uidetur hic accipere, quam prius. Idē enim ſunt qui ambulant in lege Domini, & qui taſtimonia aius ſcrutantur, &c. niſi quia fortè plus intelligitur, cū dicit: Qui ſcrutantur teſtimonia eius. hoc eſt, qui ſatagunt in præcaptis Dñi complendis uſq; ad ſanguinis effuſionam. Et aſt dicere: Beati ſunt, inquam, immaculati in uia, & beati ſunt qui ſcrutantur teſtimonia eius, id aſt Domini, ita quod exquirunt eum in toto corda ſuo. Nō ſruſtra eſt hoc additū. Vidit enim ſpiritus ſanctus multos teſtimonia ſcrutari, non ut iuſti ſint: ſad ut docti: non ut faciant, ſad ut quod faciēdum ſit, ſciant ad hoc ut uel laudē hominum, uel aliquod ſeculare prę-miū inda acquirant. Et ideo addit, In toto corde, &c. Quod ſic eſt intelligandum, Beati ſunt qui ſcrutantur teſtimonia Domini, ptopter id qood ipſa ſunt data, ſcilicet ut in toto corde, id eſt tota intentione eum tātum in eis exquirant, & exquiſitum inueniant. Non enim qui eum exquirunt, baati ſunt: ſed qui inueniūt uondum tamen, ſed tantum in ſpe.

Non enim qui operantur iniquitatem.] Sic continuatur ad proximū: Verè qui ſcrutantur taſtimonia eius, ut ſcrutanda ſunt, ſunt beati. Nam illi qui non ſcrotātur ea ut ſcrutanda ſunt, quod æquipollenter accipitur, ubi dicit: Qui oparantur ioiquitatem, non ſunt beati. Quod item æquipollenter ponit, cū dicit, In uijs eius non ambulauerunt. Ad primum quoq; uerſum ſic cōtinuatur: Verè immaculati ambolant in lege, id eſt in uijs Domini. Nam qui immaculati ſunt, hoc eſt æquipollantat, qui iniquitatem, id aſt peccatum operātur, illi non ambulant in uijs eius. Et eſt in bac utraq; cōtinuatione uis à contrario. Cur autam omnis iniquitas ſit peccatum, ſicut Iohannes teſtatur dicens, Qui facit iniquitatem, facit peccatū: uidetur ex bac litera, q̄ nullus faciens peccatū, ambulet in uijs eius. Quare uidendum eſt, ne quod rectè dictū eſt, non rectè intellactum lectorē perturbet. Quia dicit idem Iohannes: Si dixerimus q̄a peccatū nō habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis nō eſt. Et coapoſtolus aius Paulus, cōfitetur etiā peccatum ſe facere, cum dicit: Non quod uolo bonum facio, ſad quod nolo malum, illud ago. Ergo oportet aut talas putentur non ambulare in uijs eius, aut eſſe ſina peccato. Quod autē ſine peccato ſint, eorum ſeotentiæ rapugnant. Repugnāt quoq; aſt, ut in uijs eius non ambulent: quia ſi talis ſcilicet ille eſt ut uirgo ſpacioſa, & illa qui plus omnibus laborauit, non ambulant in uia, qui alij ambolāt in uia? Interrogetur itaq; ipſe Paulus apoſtolus, & dicat quomodo & peccatum faciant, & in uia Dñi ambulent. Da peccato enim dicit: Non autam ago illud operor, ſed habitans in me peccatum. In uia quoq; ſe ambulare oſtēdit, ubi ait: Vnū autē eorum quæ retro ſunt obliuiſcēs, in ea uero quæ ante ſunt extēt' ſemp ſeqoar ad palmā ſupernæ uocationis, quæ aſt in Chriſto Ieſu. Ecce ſoluta eſt quæſtio. Sed turſus alia exotitur quæſtio. Quæritur anim quomodo idem faciat, & idem non faciat paccatum. ad q̄ ſic eſt reſpondendum, quandocunq; illiciti motus nobis inſurgunt, ſi tantum ſurgat affectus, & nullus relaxatur effectus. hoc eſt, ſi uoluntatem non prębemus eorū daſiderijs: & ſi ſic nos refrenamus, ut non exhibeamus membra noſtra arma iniquitati ad iniquitatem. ecce peccatum non operamur. Sicut Apoſtolus quoq; præcipit: Ecce peccatū in mortali corpore ueſtro non regnet. &, Nolire eſthibere membra uaſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatē. Sed tamen quoniā non eſt uigor alienæ naturæ, ſad languor infirmitatis noſtræ, illud unde deſideris illicita ſurgūt in nobis? Vnda Apoſtolus: Sed q̄ habitet in me peccatum. idao nos quoq; facimus peccatum, & ſic idem & facimus & non facimus peccatū. Et ideo turſum quęritur, an nos quotidie in Dñica oratiōe dicamus: Dimitte nobis debita noſtra, uel pro his quæ cōſentientes facimus, uel pro daſiderijs, quæ non nos, ſed peccatum quod habitat in nobis, facit. Quod beatus Auguſtinus ſoluens inquit: Prout ad præſens ſapere poſſum, dico uniuarſus reatus noſtri languoris, & noſtræ infirmitatis cum omnibus quæ conſentientes diximus, fecimus aut cogitauimus, ſacramēto baptiſmatis eſt deletus. Et ideo etſi languor nobis ineſt, non tamen obeſt, ſi non conſantiamus al faciendo, dicendo, aut tacitè aſſentiendo. Sad tamen, quoniam uita hominis militia eſt ſupar tarram, ideo uigilamus quidem contra maiora crimina, & ſępè nobis incautis ſubrapiunt quędam: quæ etſi ſingula ſua mole non conterunt, tamen multa contra nos collata aceruo nos obruunt. Et ideo pro bis quotidie aſt orandum, ieiunandum & eleemoſynādum. Nunc ad literam redeamus, quæ ſic axponitur: Qui operantur iniquitatem, id eſt illi qui conſentiando ſomiti peccati, dicendo, faciendo aut cogitādo, operantur iniquitatem, id eſt quodcunq; peccatum, non ambulant in uijs eius: quia non immaculati ſunt, ſed maculati. Poteſt atiam egregia illa iniquitas, quæ à fide recedit, & ad fidam non accedit, quam Dominus in Euangalio ſingulariter uocat peccatum, dicens: Da peccato quidē, quia non credunt in me. & alibi: Si non ueniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non baberent, id aſt infidelitas, ut hic accipit̃. Vt ſit dicere: Qui operantur iniquitatem, id eſt infidelitatem, illi non ambulant in uijs Domini, quia nō cradunt in eum. & idao non experiuntur uias eius, illas ſcilicet uias, de quib. dictum eſt: Vniuerſæ uiæ Domini miſericordia & ueritas. & eſt miſericordia quidem in remittendo peccata, ueritas uero in implendo promiſſa.

Tu mandaſti.] Sic continuatur: Verè qui ſcrutantur taſtimonia, ſunt beati. Namq; tu Domine, qui nihil mandas niſi quod conducat ad beatitudinem, mandaſti cuſtodire mandata, id eſt præcepta tua, & boc nimis. iſtud nimis poteſt raferri uel ad Mandaſti cuſtodire, nec aliter eſt accipiendum. ſicut illud: Vt na quid nimis. ſed nimis pro ualde, ut ibi: Beatus uir qui timet Dominum, in mandatis eius uolet nimis. Ecca lex poſita, quia dictō eſt: Tu mandaſti mādata tua. Sed quoniam multi dixere ſolam cognitionem legis ſufficere ad auxilium liberi arbitrij, ideo ſubſequenter optat iſta auxilium gratiæ, ut per hoc doceat quam ſit neceſſaria gratia. Et ponit uerbum optationis, ut tollat ſuperbiam præſumptionis dicens:

Vtinam dirigantur.] Quaſi dicat: Video Domine me naq; per præcepta, neq; per liberum arbitrium poſſe dirigere uias meas, quia nō eſt hominis dirigere uias ſuas. Et ideo opto ut per gratiam tuam, quæ ſola hoc præſtare poteſt, dirigantur uiæ meæ, id eſt opera mea ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas: id eſt ad implenda præcepta tua uerè iuſtificanda.

Tunc non confundar.] Ideo opto dirigi uias meas, ſic ut cuſtodiam mandata tua. Quia cū perſpexero. i. cū pfectè me quaſi in ſpeculo cognouero, in omnib. mandatis tuis exercitatus, tūc amplius nō confundar uel a confuſione, ut tantum ſciam, & non faciam. uel ut dicatur, Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. bene dicit Perſpexero, quia diuina præcepta ſiue cum leguntur, ſiue cū in memoria reuoluuntur, intuenda ſunt ut ſpeculum. hoc eſt, ut ſe aliquis ibi cognoſcat quemadmodum in ſpeculo, atteſtante Iacobo apoſtolo, qui ait: Siquis tantum eſt auditor uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro conſideranti uultum natiuitatis ſuę in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Siquis autem proſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit non auditor obliuioſus factus, ſed factor

Digitized by Google

oparis, hic beatus in facto ſuo erit. Talē ſpiritua quærit hic dicens, Cum perſpexero, &c. ſcilicet qui nū ſit obliuioſus auditor, ſed oparis factor.

Confitebor tibi.] Cum inquam proſpexero, tunc nō confundar. ſed confitebor tibi par bona opera in directione cordis, id eſt in diracto corda. directo dico in eo, id eſt per id quod iudicia iuſtitiæ tuæ, id aſt ea quę tu, non quæ hominas iuſtè iudicas aſſa facianda, didiai non ad ſciendum, ſed ad faciendum. Nam quaſi dicat, ſi tantum ſciam, & non faciam, non unde lætabor habebo, ſed unde damnabor. & notandum, quòd hoc uerbum Didici, habar hoc in ſe. Non enim aliter uerè diceret, niſi & faceret. Vnde Dominus in Euangelio: Omnis q audiuit à patre meo, & didicit, uenit ad me.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam.) Confitabor inquā tibi, & cuſtodiam iuſtificationes tuas, id aſt præcepta tua iuſtificantia non tam memoria quam uita. Nihil enim ualet, ſi tantum memoria cuſtodiantur, & non exercaantur. Et ut cuſtodiam, ergo Domina non daralinques ma per prę̈ſentiam euxilij tui, uſq; dō ſim derelictue quaq;, id eſt omnimoda derelictione. quis eſt autē qui derelinquitur omnimoda derelictione? Ille ſcilicet, quiſquis tantū gloriatur in ſe, non in Domino, ual qui cadens non raſurgit, ſed in æternom perit.

BETH, DOMVS.

EXPLANATIO.

EXponit fidelis populus in ſermonibus Domini, quibus delectationibus perfruatur, oſtēdens ſe eſſe domum Domini, & receptaculum mandatorum tuis, cuius myſterium ſecunda litera continet.

COMMENTARIVS.

IN quo corrigit] Quaſi dicat: Meritò auſtodiā iuſtificationes tuas. Quis per has cuſtoditas, hoc eſt quod æquipollenter dicitur, in cuſtodiendo ſermones tuos. quia idem ſunt ſermonas, quod iuſtificationes. per has inquam corrigit uiam, id eſt uitam ſuā adoleſcantior, id eſt omnis pertinens ad iuniorem populum, per iuniorem illum filium deſignatum, qui reuerſus in ſe dixit: Surgā & ibo ad patrem meum, &c. Adoleſcentior anim dicitur, quiſquis portat imaginem noui hominis: ſicut & ſenior, qui portat imeginam uatarls. Et uerè quaſi dicat, in his corrigit. Nā in quo elio aorrigitur? neceſſe itaq; eſt ſi nō in alio, q, uerè in his corrigit. Et ideo, quaſi dicat: O Domina meritò exquiſiui te in his iuſtificationibus in toto corde meo, id eſt tota intentiona & anima maa. Et quia exquiſiui, ergo Domine ne repellas ma à mendatis tuis, id eſt adiuuet me gratia tua ad perficiendum mandata tua. Ille enim meritò repulſus putatur, qui à gratia non adiuoatur.

In corde meo.] Q.d. Verè ta exquiſiui. Nā abſcondi in corde meo eloquia tua. Nota quòd pręcepta Dñica & in corde ſunt abſcondenda, & nō ſunt abſcondenda. Abſcondenda enim, & firmiter in corda noſtro retinēda ſunt ad noſtram ædificationem. Vnde hic dicitur, Abſcondi ea ad hoc ut nō peccaē tibi. i. ut per obliuionem non tranſgrediar mādata tua. Non autē ſunt abſcondenda, ſed enuncianda, ne conſaruis denegamus cibaria quia pręcipit hoc utrūq; Apoſtolus dicēs: Corde creditur ad iuſtitiē, ore autē cōfeſſio fit ad ſalutē.

Benedictus es Domine.] Q.d. Quia ad aò chara eloquia tua habui, ergo Dñe doce me ulterius & ulterius inſiſtere iuſtificationes tuas, id eſt præcepta tua iuſtificanta. Et ideo te rogo ut tu doceas, quia es benedictus, id eſt quia a te procedit multiplex benedictio. i. miſaricordia multiplex. facis enim de peccatora iuſtum, de ſeruo filium, de damnato in ragnum aſſumptum.

In labijs meis.] Q.d. Ideo debes ma docare, quia ego non ſolum abſcōdi ad meā ædificationam, ſed etiam pronunciaui in labijs meis, ne cibaria cōſeruis denegarem omnia iudicia oris tui. Quomodo dicit, ſe adnunciaturum omnia iudicia eius, cū Apoſtolus dicat: ò altitudo diuiñarum ſapientiæ & ſciētiæ Dei, quā incomprahēſibilia ſunt iudicia eius. Et cū alibi dicatur: Multa habeo uobis dicere, ſed nō potaſtis modo portare. Sed quomodo hoc eſſa poſſit, idem ſpiritus propheticus determinat quia addit, Oris tui. Q.d. Illa omnia iudicia tua nō occultaui, ſed alijs annunciaui, quæ os tuum. i. gratia tua reuelauit mihi. Gratia. n. Dei, os eius ideo uocatur: quia ſicut aliquis ore ſecreta cordis ſui aperit, ſic Deꝰ p gratiā ſacreta ſua nobis aperuit.

In uia teſtimoniorum.] Quaſi dicat: Idao & abſcondi & adnuntiaui, quia delectatus ſum in uia teſtimoniorum tuorum. i. nō delectationem in gloria mundi habui, ſad omnis mea delectatio fuit in Chriſto, in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſciantiæ ſunt abſconditi. qui ideo dicitur uia teſtimoniorū, quia teſtatus aſt, quantam dilectionem Deus pater commendauit in nobis, ſcilicet ut proprio ſuo filio nō parcerat, & Chriſtus moreretur pro impijs. delectatus ſum inquam in Chriſto, & hoc in tantum, ſicut auarus delectatur in omnibus diuitijs. Quia ſcilicat propter nimium diuitiarum daſiderium prorſus excedit ſeipſum. Eſt autē hæc uox Pauli & aliorum perfectorū in corpora Chriſti cum ipſo dicentium: Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

In mandatis tuis exercebor.] Quaſi dicerat: Quia adeò in Chriſto delactatus ſum, ideo in mandatis tuis per ipſum datis exercebor. i. garriā nō tantū dictis, ſed & factis. Garriā. n. habat alia tranſlatio. Et ideo conſiderabo uias tuas. i. ſemp ante oculos habebo opera tua. Poſtponam autem uias meas. i. opera mea: & non tātum (q.d.) exterius exarcebor, ſed etiam interius meditabor in tuis uijs. i. omnis cogitatio mea erit in tuis præceptis, iuſtificationibus. & idao meos quidē ſermones obliuiſcar, tuos autam ſermones, id eſt tuas iuſtificationes non obliuiſcar.

GIMEL TRIBVTIO, uel plenitudo.

EXPLANATIO.

POſtulet ſanctis, qui in terra incolæ ſunt, retribui gratia, quā in primo parēte amiſerant: ſed & perſecutionibus eorum reſtituendum dicit eſſe quòd agunt. Hæc ergo retributio meritorum, iſta examinati uſti plenitudo tertiæ literæ nomine præmonſtrantur.

COMMENTARIVS.

REtribue ſeruo tuo.] Sic continuatur: Quoniā quidē & exeraebor & meditabor in iuſtificationib. tuis, oblitis meis, & uias tuas atq; ſermōes pręponā, tuos poſtponā. Ergo retribue mihi ſeruo tuo, & qd petat ut rattribuat, oſtēdit cū ſubdit: Viuifica me, & ſic cuſtodiā ſermones tuos. Q.d. Retribue mihi liberro tuo mortē. Mortuus autē nō poſſum coſtodire ſermones tuos, & idao retribue mihi iam facto ſeruo tuo uiuificationem, & ſic cuſtodiam ſermones tuos non tam memoria, quam uita. Rogat autem retributionem, quæ fit ex indebita gratia. Quatuor anim ſunt retributionas. Alia bonum pro bono, alia malum pro malo: alia bonum pro malo, alia malum pro bono. Et primæ quidem duæ ſunt iuſtitiæ, tertia indebitæ gratiæ: quarta quam non nouit Deus, malignorū tātū eſt, tertiā autē nouit Deus: quia ſi nō bona pro malis retribueret, non eſſet cui bona pro bonis recompenſaret. Et notandum, quia non omnino mortuus iſte erat. Iam enim initium bonæ concupiſcentiæ habebat, qui uitam obadientiæ rogabat. Ad uitam quippe obadientiæ pertinet, quod dicit, Viuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos, Qui a ul

det

Digitized by Google

det autem non poſſe impleri ſermones per obedientiam, niſi uideantur per intelligentiam, orat & dicit: Reuela Dñe oculos meos, id eſt illumina mihi per illuminationem gratiæ interiores oculos, & reuelatis oculis cõſiderabo mirabilia procedentia de lege tua impleta, ſcilicet quod de peccatoribus fiunt iuſti, de ſeruis filij, &c. Vel mirabilia procedentia de lege tua, hoc eſt mirabilia quæ iubet lex tua, ſicut inimicos diligere, & bona pro malis rependere, & ſimilia.

Incola ego.] Quaſi dicat: Meritò debes mihi oculos reuelare, quia cõciuis tuus ſum. Nam ego ſum in hac terra non natiuus, ſed incola, id eſt aduena. Omnes enim qui ad populum Dei pertinent, & ſi corpore incolant terram, mente in cœleſtibus habitãt: quia noſtra conuerſatio in cœlis eſt, ut ait Apoſtolus. Et ideo non ciues ſunt hic, ſed inquilini: quia nõ hic manentẽ ciuitatem ſe habere deputent, ſed inquirunt futuram. Et quia (quaſi dicat) non ciuis, ſed incola in terra ſum: ergo Domine non abſcondas à me mãdata tua. Quomodo autem rogat mandata ſibi non abſcondi, quæ nota ſunt omnibus, quia etiã infidelibus. Quid enim inter fideles notius quam diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut te ipſum? Quod æquipollet illi, Quod tibi ois alij ne feceris. Et ſtat ideo, quod apud infideles etiã notum ſit, & utinam tam multis mandata ſint chara, quam multis ſunt clara. quia fortaſſe ideo rogat non abſcondi, quia difficile eſt Deum cognoſcere, quem conſequẽs eſt in ipſis mandatis diligere & inuenire longe cognitione proximi manifeſtiorem. Cum autem difficile ſit quenquẽ ſeipſum ut debet cognoſcere, quomodo qui nõ cognoſcit ſeipſum, diliget proximum tanquã ſeipſum? quapropter rogat mãdata, quæ aliquatenus ſciuntur nõ abſcondi, ut magis magisq; ſciantur, ut ſe ipſum cognoſcat, & ſic proximũ tanquẽ ſeipſum diligat, per dilectionẽ proximi ad dilectionẽ Dei aſcẽdat.

Concupiuit anima mea.] Quaſi dicat: Ideo non debes abſcondere à me mandata tua, quia anima mea concupiuit deſiderare, id eſt deſideranter, id eſt plus quã aliquod aliud cupiuit iuſtificationes tuas, id eſt præcepta tua uerè iuſtificantia. & hoc in omni tempore, id eſt in aduerſitate & in proſperitate.

Increpaſti.] Quaſi dicat: Propter hoc meritò anima mea deſiderãter cupiuit iuſtificationes tuas: q;a, id eſt non deſideranter concupiſcentes, ſed per ſuperbiam negligentes duriter increpaſti. Superbos uocat parentes primos, qui non per infirmitatem uel ignorantiã, ſed per ſuperbiam mandata Dei neglexerunt. De hoc enim præſumpſerunt, quia à ſerpente dictum, Eritis ſicut dij. & dum ſupra ſe cõcupierunt, id eſt quod acceperant iuſte amiſerunt, quia morte mulcti ſunt. & hoc eſt quod dicit: Increpaſti ſuperbos, & non ſolum ſuperbos illos primos increpaſti, ſed etiam maledicti ſunt exemplo illorum, id eſt morte damnati ſunt omnes illi qui per ſuperbiam declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium.] Quaſi dicat: Vt ego non declinem, ideo Domine aufer à me opprobrium & contemptum, id eſt remoue à me omne factum dignum opprobrium & contemptũ. Quod debes facere, quia ego exquiſiui teſtimonia tua, id eſt ex toto corde inſtiti præcepta tua, etiã uſq; ad effuſionem ſanguinis: & hoc de me nõ præſumpſi, ſed extra quæſiui, id eſt auxilium à gratia poſtulaui. uel aliter: Solent declinantes à mandatis ſeruis Dei exprobrare, quod credãt in crucifixum, & adorent mortuum, & ſimilia. Et ideo rogat iſte opprobrium auferri, non quòd deputat pœnam unde habiturus eſt coronam, ſed cõmiſeraſcendo talium, ſed exprobrantium optat ut conuertãtur, & idem opprobrium ab alijs patiantur, dicens ita: Aufer à me opprobrium & contemptum illum, quẽ patior, propterea quia exquiſiui teſtimonia tua. hoc eſt, quia dilexi martyria tua & præcepta tua, quib. teſtatus es quantam dilectionem Deus pater commendat in nobis.

Etenim ſederunt.] Verè teſtimonia tua exquiſiui, quæ nec enimo propter reges uel præſides ea negaui, à quibus multa mala pertuli. Nam principes ſederunt, id eſt in tribunicia ſede, ex more & lune contra me agebant, & loquebantur aduerſum me non tantũ dictis, ſed grauiſsimis tormentorum. Seruus autem tuus, id eſt ego non ideo defeci, ſed exercebar ſemper in iuſtificationibus tuis faciendis & adnunciendis. Et uerè (quaſi dicat) exercebor in his, Nam & meditando & conſulendo. hoc eſt quod dicit, Nam & meditatio mea, teſtimonia tua, & iuſtificationes tuæ ſunt conſilium meum. Conſilium ſcilicet patientiam contra cõſilium perſequentium. Conſilium enim perſequentiũ erat ſanctos martyres conuentos perdere: conſilium uero patientium erat martyrum pro ipſis ut conuerterentur orare, & ipſos diligere.

DALEH, PAVPER, VEL tabulæ uel ianua.

EXPLANATIO.

C*orporali quidem ſe dicit neceſſitate constrictum, ſed ſola Domini pietate ſaluandum: petens ut ab eo uias iniquitatis amoueat, quia uiam ueritatis elegerit. Et ideo paupertate mundana ianuam ſeueris diuitijs aperit, & frequenti meditatione quaſi tabulas ſua præcordia Dei mandatis exhibet, quæ uelut molli cera complanata promptiſſimè iubentis imperium, quaſi graphium ſcribentis acciperent: Adhæſi inquiens, teſtimonijs tuis Domine.*

COMMENTARIVS.

A*Dhæſit pauimento.*] Quaſi dicat: Dico quia teſtimonia ſunt meditatio mea, & conſilium meum. Sed tamen adhuc timeo deficere, propterea quia anima mea pauimento adhæret. Totus mundus quædam magna domus accipitur, cuius quaſi camera eſt cœlũ: terra uero quæ conculcatur, pauimentum & corpus noſtrum de terra eſt. Vnde ipſum pauimentum poteſt dici quoque. Quia ergo caro noſtra terra eſt, ideo dũ ſumus in hac peregrinatione, ſæpè ſubrepunt nobis terrenæ cogitationes: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena cogitatio deprimit animam multa cogitantem. unde ſemper in hac uita nobis timendũ eſt, ne deficiamus. Quod attendens iſte qui hic loquitur, dicit: Timeo ô Domine deficere, quantumcunq; exerceat in iuſtificationibus tuis: quia anima mea adhuc adhæret pauimento, id eſt carnalibus deſiderijs, ex quibus (quaſi dicat) mors ei impendet. Et ideo Domine uiuifica me, faciendo me ſpiritualibus affectionibus inhærere. & hoc nõ propter meritum meũ, ſed propter uerbum tuum: id eſt ſecundum promiſſionem tuam, ſcilicet ne ſim filius electionis, ſed filius promiſſionis.

Vias meas.] Quaſi dicat: Ideo debes me uiuificare, quia ego enunciaui tibi uias meas, fœdas, & non pulchras: & tu exaudiſti me ponendo in uijs tuis pulchris. Ergo Domine doce me ulterius & ulterius inſiſtere iuſtificationibus tuis, id eſt præceptis tuis iuſtificantibus. Et qualiter rogat doceri, exponit dicẽs: Inſtrue me magis & magis frequẽtare uiam iuſtificationũ tuarũ, id eſt iuſtificatio tua quæ ſunt uia, & ſic exercebor in mirabilibus tuis, id eſt in præceptis tuis, quæ ſcrutantes ſe mirabiles feciũt ſcilicet de terra cœlum, de lupo agnum, de ſeruo liberum, & ſimilia.

Dormitauit anima mea.] Quaſi dicat: Opus eſt Domine ut me inſtruas, quia anima mea dormitauit, id eſt remiſsius & negligentius quẽ deberet egit. & hoc præ tædio, id eſt quia tædium patior uerbi Dei. Vnde

Digitized by Google

alibi · Omnem eſcam ebominata eſt enime eorũ,&c. uel aliter: Anima mea dormitauit, id eſt paſſa eſt quádam inquietudinam & motum: ſicut qui dormitat inquietus eſt, quia nec ex toto dormit, nec ex toto uigilat. & hoc præ tędio, id eſt quia tędio ſunt mihi mali, inter quos cõuerſor, qui me tot malis exemplie deuocant: & ideo Domine confirma me in uerbis tuis, id eſt in præceptis tuis: & ut cooſirmer, amoue à me meam iniquitatẽ, & pooe me in uiam ęqoitatis. hoc eſt q, dicit. ęquipollenter ſubdit, Et miſerere mei in lege tua, ſubaudit ponẽdo. & (q.d.) ideo debes miſerere mei quia ego quãtũ in me fuit, per liberum arbitriũ uiam elegi ueritatis, id eſt præcepta tua uera elegi mihi uiam, io quam currerem, & non ſum oblitus iudicia tua ut currerem. Et adhæſi teſtimonijs tuis ut curreretem, ſcilicet nihil de me præſumendo, ſed totũ gratiæ tuæ attribuendo. Et ideo Domine noli me cõfundere, id eſt fac me talem, ut non poſsit dici ad meam confuſionem: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.

Viam mandatorum.] Quaſi dicatur: Propter hoc non debes me confondere, quia ego cucurri, id eſt omnĩ conamine & uoluntate inſtiti uiam mandatorũ tuorum, & hoc non eſt ex me, ſed quia tu dilataſti cor meum, id eſt dediſti mihi in corde dilatiooem, hoc agens ut cum charitate per eam currerem.

HE, IPSA VEL SVſcipiens.

EXPLANATIO.

Multis modis beata plebs expetit, ut in lege Domini eius debeat munere cuſtodiri, & pulcherrima ratione ſuſcipiens appellatur, quæ dicit, Da mihi intellectum Ipſaq; non immeritò uocatur, quæ in eadem ſemper intentione perſiſtens, à uanitate ſeculi oculos auertit.

COMMENTARIVS.

L*Egem pone mihi.*] Idem quod prius dicit, Cucurri uiam mandatorũ tuorum. Modò rogat legem poni ſibi, quod uidetur contrariũ Apoſtolo, qui dicit: Lex non eſt poſita iuſto, ſed iniuſto. Non enim iniuſtus poteſt accipere ille, qui prius dixit cucurriſſe: ſed dilatato corde in uia mẽdatorum, quod tantũ eſt iuſtorum. ſed nõ rogat iſte legẽ ſibi poni ſecundũ ueterẽ populũ, cui lex data eſt in tabulis lapideis, ſed rogat ſibi dari legẽ in tabulis cordis, qoia ſcriptũ eſt, Auferã à uobis cor lapideũ, & ponã in uobis cor carneũ. dabo legẽ in mẽtib. ueſtris, & ſcribã eam io cordib. ueſtris. Rogat ſcilicet legẽ ſibi, nõ q, tantũ intelligendo ſciat: ſed qoẽ amando faciat nõ in anguſtia timoris, ſed io latitudioe charitatis. Ille autẽ populus qui legẽ accepit in tabulis lapideis, lapides literas illos depictos habuit, non ut onoraretur, ſed ut premeretur: nõ titulũ honoris, ſed põdus oneris. Qui enim coactus legẽ facit, non legis eſt amicus, ſed inimicus. Litera ſic cõtinuatur & exponitur. Q.q. Vt currã corde dilatato in uiam mandatorũ tuorum, ergo Dñe uiã iuſtificationum tuarũ. i. iuſtificationes tuas, quę uia ſunt, pone mihi legẽ. i. fac mihi ſtabilem legẽ, ſcilicet ut q, prius per literã iotelligebã, ſpiritualiter perficiã. & ideo debes mihi pooere legẽ, quia ego exquirã eam, ut plus & plus in ea proficiã. & hoc ſemper. i. dũ in hac uita ſum. hic. n. ſemper quęrit, ut teneatur & cõtinebitur, ne deſeratur. Cũ autẽ nec lex illa, de qua dictum eſt, Lex ſubintrauit ut abundaret delictum, cõprehẽdatur, niſi intellectus ab ipſo petatur. ideo iſte pro hac legẽ ſpirituali, quę longe dignior eſt rogat intellectum. cũ dicit: Dñe da mihi intellectum, id eſt fac me habere illuminatũ iotellectũ, & dato intellectũ ſcrutabor legẽ tuam, nõ ad ſciendũ, ſed ad faciẽdum. & uerè ſcrutabor, quia cuſtodiã illam in toto corde meo. hoc eſt ita eã cuſtodiam, ut Deum ex toto corde & tota anima diligã, & proximũ ſicut meipſũ. Itẽ qa cuſtodiri non poteſt, niſi ille adiuuet qui iubet, ſubdit: Deduc me Dñe, qoia per me nõ poſſum in ſemitã mandatorũ tuorũ. i. fac me perficere io mãdatis tuis, quę ſoot ſemita. & bene dicit ſemitã, qa arcta uia eſt, quę ducit ad arria uitę. Sed tamen per eã non curritur, niſi Dei auxilio. ideo ſubdit: Quia ipſam uolui. Et quoniã nõ eſt uolentis neq; currentis, ſed miſerentis Dei, qui dat nobis uelle, & pro bona uoluntate poſſe perficere, ideo ſubiungit.

Inclina cor meum in teſtimonia tua.] Id eſt, da mihi pronũ & deuotum animũ in tua præcepta: quia teſtatus es qd Deus exigat à nobis, ſcilicet certare uſq; ad ſanguinis effuſionẽ: & ita inclina, ut non in auaritia. i. ut gratis te colã, nõ propter aliquod emolumentũ extra te ipſum. Tũc enim omnis auaritię preſcinditur, ſi gratis Deus colatur. Et quia auaritia non eſt tantũ de pecunia, ſed etiã de laude humana, ideo ſubdit: Auerte oculos meos interiores, ſcilicet de quibus dictum eſt, Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. hos inquam oculos auerte ne in obſeruatione legis ſuæ uideant, id eſt propooant ſibi uanitatẽ. nõ enim actus noſtri cõſiderantur ex officio, ſed ex intentione & hoc, ſcilicet quando aliquid bonum agimus, ao illud faciamus pro humana laude, uel propter aliquid tale. Vnde Dñs in Euangelio: Attendite ne iuſtitiã ueſtrã faciatis coram hominibus, alioqoin nõ habetis mercedẽ apud patrẽ ueſtrum. Dixit ne uideãt uanitatẽ, quia uanitatẽ ſequitur mors: ideo ſubdit, Viuifica me Dñe in uia tua mortuum in uaoitate mea. uiã uocat Chriſtũ, qui dixit: Ego ſum uia, ueritas & uita. & bene rogat in ueritate uiuificari. ueritas enim cootraria eſt uanitati. Quapropter ſicut mortem intulit ea uanitas, ita uitam prę̨ſtabit ueritas.

Statue ſeruo tuo.] Quaſi dicat: Vt uiuifices me, ergo Domine qui eloquium tuum feciſti inſtabile libero tuo, fac eloquium tuum ſtabile ſeruo tuo, id eſt fac ut q, tu eloqueris, non tantum ſciam, ſed faciam. & hoc in timore tuo, id eſt non in timore ſeruili, ſed filiali. ſcilicet quem perfecta charitas foras non mittit.

Amputa opprobrium.] Q. d. Vt ſtabile mihi ſit eloquiũ tuum, amputa opprobrium meum: hoc ſcilicet quod ego ſuſpicatus ſum in alijs, quod gratis te nõ colerẽt. Sicut accuſator fratrum de beato Iob dixit: Nunquid Iob gratis colit Deum? multi enim propter maleuolẽtiam aut æmulationẽ alios ex ſola ſuſpicione ſic accuſant, quia quod in ſe ipſo homine uiderunt, hoc facile de alio ſuſpicantur. Iſte autẽ attendens quid præcipiatur, ſcilicet Nolite ante tempus iudicare, & ſimilia: optat ſibi dari dilectionem, quæ omnẽ auferat prauã de proximo ſuſpicionem. Et ideo (quaſi dicat) debes amputare opprobrium meum, quia meum iudiciũ, q, eſt ex ſuſpicione, eſt mihi amarum & inſipidum: tua autem iudicia, qui præcipis de proximo nihil iudicare, niſi quod bonum ſit & uerum, illa ſunt mihi iocũda, id eſt ſuauia & dulcia. Poteſt etiam hic accipi iudicia illa uera & certa, quæ tandem erũt, quando ueniet Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.

Ecce concupiui mandata.] Q. d. Ecce cur petam ut auferas opprobrium meũ, ideo ſcilicet concupiui mandata tua, id eſt dilectionem, ſcilicet ut diligam proximum tanquam meipſum, & ulterius de ipſo per maleuolentiam aut inuidentiam non ſuſpicer aliquod malum: ſed iudicem omne bonum, quod tu mandaſti, dicens: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. Nouus enim homo noua præcepta dedit mundo. Et quia cõcupiui mandata tua, ergo Dñe uiuifica me in æquitate tua, id eſt in Chriſto, qui eſt nobis factus ſapiẽtia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio.

VAV

Digitized by Google

VAV, ET IPSE.

EXPLANATIO.

Poſtulat congregatio ſancta ſalutarem ſibi Dominũ debere concedi, ut inimicos de æterna remuneratione cõfundat, & in lege Domini aſſidua meditatione proficiat. Ipſe ergo Dominus atq; ſaluator Vau literæ uocabulo deſignatur, notaq; quam pulchre quinta litera, ipſa ſexta nuncupetur, & ipſe uidelicet cui dicitur: Tu autem idem ipſe es, id eſt æternus, in cuius fide & iũ eccleſia ipſa eſſe, id eſt, una eademq; deuotione ſemper hic & in futuro cum eo regnare promeruit.

COMMENTARIVS.

E*T ueniat ſuper me.*] Quaſi dicat: Dico ut me uiuifices in æqoitate, & ot ego uiuificatus concupiſcam mandata tua: ergo ô Domine, illa qui non ſolum miſericors, ſed ipſa miſericordis tua as dicendus, quls per eum omnẽ miſericordiam mundo aa oſtanſutus & exhibitutus: ueniat ſuper me ad me ſibi conformandum, & boc non per meritum maum, ſed eloquium tuum, id aſt ſecundum promiſsionam tuam, ſcilicet ut ſecũdum fidam firma ſit promiſaio omni ſemioi.

Et reſpondebo.] Q.d. Et illo ſuper me uenien te ſecure reſpondebo, id eſt exponam uerbum fidei exprobrantibus mihi ipſum uarbum fidei. hoc aſt autẽ uerbum fidei, Si credideris in corda tuo, quia Dñs eſt Ieſus, & confeſſus fuatis in ora tuo, quia Deus pater ſuſcitauit illum à mortuis, ſaluus aris. Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autẽ fit confeſsio ad ſalutẽ. Reſpondendo inquã non de me præſumendo, ſed quia ſperaui in ſermonibus tuis, hoc eſt in hoc ſolo ſpem meam ponam, quia tu dixiſti: Non uos eſtis qui loquimioi, ego anim dabo uobis os & ſapientiam, &c. Quia autem multi non ſuſtinantes axprobrationes, negando ceciderũt, ſed poſtea pœnitendo reuixerũt. Sicut Petrus ad horam quidam peccauit timora territus, poſtea uaro flendo eſt reparatus, & cõfitendo etiã coronatus. Multi autem ax toto negando cecidarunt, quia poſtea flendo non profecerunt, ideo iſta timana infirmitatã humanã, diuinam implorat miſericordiã, ne unquã terrota aliquo ſic negando cadat, quin ſaltẽ reuiuiſcat pœnitẽdo. Itaq; dicit: Et ne auferas. Quod ſic continuatur: dixit, Speraui in ſermonib. tuis. & quia ſperaui in te, argo Dñe ne auferas uerbum ueritatis. i. ne permittas uerbum fidei alicuius terrota exprobrationis auferti de meo ora, ſicut uſq; quaqua auferatur. hoc aſt ne auferatur in tantum, uſq; dum poſsit dici quaq; ratione, id aſt omnimode ablatum. Ab illis ènim omnimode aufertur, qui ſic negant, ut amplius pœnitendo non proficiant. Sequitur.

Quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.] Quod eſt dicare Ideo rogo ne auferas uſq; quaq; non abſolute: quia ſi quando cecidaro, boc nõ erir mihi ad deſparationẽ, ſed ad ſalutem: quia diligentib. Deum omnia cooperãtur in bonum. Q.d. Sancti & alacti præſumentas de ta, non aciderunt: alij oero de ſe præſumentes, de te ceciderunt, ſed ad tuũ corpos pertinuarunt, quia agnoſcẽdo ſe fleuarunt, & molto ſolidius gratiã inuenerunt, quia ſuperbiam amiſerunt. & ideo nõ deſparo, ſed potius ſparo in iudicijs tuis, id aſt ſi tu me iudicas talam, qui aliquando cadam, ut fortior ſurgam. & non parũ ſpero, ſed ſuper quam petimus aut intelligimus.

Et cuſtodiam legem tuam.] Dico ne auferas uarbũ de ora meo, & ſi non auferas, tunc ego cuſtodiam lagem tuã, id eſt dilectionẽ: quæ ideo dicit lex, quia in duobus mandatis dilactionis uniuerſa lex pandet & prophetę. Et ita cuſtodiã eam, q. ſemper & uerè ſempar, quia & in hoc ſaculum & in ſeculum futurũ poſt hoc ſeculũ. unde dicit Apoſtolus: Siue prophetię euacuabuntur, ſiue ſcientia daſtruatur, charitas uero nunquã excidet. hic anim præcapta eius cuſtodiuntur. ſed nõ ſine timore: tunc uero ſine omni timore caſus obſeruabuntur, quia tanto ardentius Deum amamus, quanto uicinius aum uidemus, & tunc proximus ſine omni ſuſpicione diligit, quoniã ipſe erit omnia in omnibus.

Et ambulabam in latitudine.] Superiores uerſus buios pſalmi continant orationẽ & deprecationem: qui uero ſequuntur, continent quaſi narrationam effactus ipſius daprecationis. Et ſic cõtinuatur. Q.d. Hæc quidam quæ prædicta ſunt, orabam, & tu me exaudiſti, ponendo me in latitudinem, in qua latitudine ambulabam, id eſt delactabar. Latitudinam uocat ſpiritum, de quo dictum eſt: Charitas Dei diffuſa aſt in cordib. ueſtris per ſpiritum ſanctom, qui datus aſt nobis, qui facit nos patere, quod daſideramus accipere: quærare, quod uolumus inuenire: pulſare, ad quod nitimur pertingere. Et uerè, qola dicit, Ambulabã in latitudinẽ: quia exquiſiui petendo, quærẽdo, pulſando mandata tua non ad ſciendum, ſed faciendom.

Et loquebar in teſtimonijs.] Verè exquiſiui mandata. Nam & loquendo & meditando & exercendo. Hæc tria ordine ponit, primum de locutione. ſic loquebar in teſtimonijs tuis ual in præceptis tuis annunciandis, & ſuadẽdis atiam in conſpectu regum: & non cõfundebar taciturnitate, uel non deuocabar. Et uerè non confundebar, quia meditabar in mandatis tuis, ſamper de eis cogitando ideo, qoia ea dilexi. Et non ſolum loquebar & meditabar, ſed etiam leuaui in eas ad me, ideo quia dilexi ea. Manus ſunt opera. & illa leuare manus ad mandatam dicitur, qoi facit ea non propter remunerationem terrenam, ſed propter æternam. Qui uero propter bumanam laudam, uel propter aliquid terrenum ea facit, manus non leuat, ſed deprimit. & (quaſi dicat) bis tribus modis, ſcilicet loquendo, meditando, manus leuando exercebar ſemper in iuſtificationibus tuis, id eſt in præceptis tuis, id eſt uerè iuſtificationibus.

ZAIN, OLIVA, VEL fornicatio.

EXPLANATIO.

Chorus ille ſanctorum ſpem promiſsionum Domini ſenſibus noſtris omnino commendat, ut firmum in mente noſtra permaneat, quod glorioſa ueritas pollicetur: aſſerens propterea fideles aduerſa mundi libentiſsime ſuſtinere. quis enim mortem temporalem metuat, cui æterna uita promittitur? Ipſa ergo uita, quæ hic in ſpe, illic in re percipitur, oliuæ nomine, quam Zain litera deſignat, exprimitur. Nam & in hac peregrinatione ſanctorũ facies exhilaratur in oleo, & in illa patria perfectus ſancti ſpiritus æterna uiſione atq; inhabitatione pinguеſcit. Et quia ſeptiformis eſt eiuſdem ſpiritus gratia, rectè ſeptima litera uocitatur oliua. Nomen autem fornicationis congruit peccatoribus derelinquentibus legem Domini.

COMMENTARIVS.

M*Emor eſto.*] Q.d. Quia exercebar in iuſtificationibus tuis, argo Domine qui immemor fuiſti liberti tui, eſto memor uerbi tui, i. promiſsionis factę ſeruo tuo. boc eſt cõple ſeruo tuo promiſsionẽ tuã, quã feciſti ei dicens: In paciẽtia ueſtra poſsidebitis animas ueſtras. Capillus de capite ueſtro nõ peribit. Et fidelis Deus eſt, qoi nõ patietur uos tẽtari ſupra id q. poteritis, &c. Memor eſto uerbi, in quo uerbo dediſti mibi ſpem, id eſt ſperare feciſti. & hęc ſpes conſolata eſt me in bomilitate mea. i. in grauiſsima tribulatione, perſecutiõe & deiectiõe, qua perſecutores me humiliare, id eſt deuocare

putauerunt. Et ideo conſolata eſt me, quia eloquium tuum, id eſt promiſsionis uerbum prædictum me uiuificauit, id eſt uitæ ueræ certitudinem mihi dedit: ut illud, In patientia ueſtra poſsidebitis animas ueſtras.

Superbi inique.] Quaſi dicat: Quare dicis te humiliatũ & uniuerſum tibi humiliatio? Reſponſ. Ideo ſcilicet ſum humiliatus, quia ſuperbi, id eſt perſecutores legi Dei nõ obedientes eſſe facere uellent: ego autẽ (quaſi dicat) illis iniquè agentib. & deuocãtib. perſtiti: quia à lege tua trãſgrediẽdo nõ declinaui. Et ideo nõ declinaui, quia ô Dñe fui memor iudiciorũ tuorũ à ſeculo factorum, id eſt in memoria habui iuſtam damnationẽ & deiectionem ab initio, id eſt in primis parentibus factam, quia declinauerunt à lege tua: & conſolatus ſum in illis per contrarium, attendendo ſcilicet, quia ſi præcepta tua ab illis neglecta dederunt mortificationẽ, econtrario obſeruata à me darẽt uiuificationẽ.

Defectio tua.] Refer hunc uerſum ad præcedentis uerſus primam partem ita: Quia memor fui iudiciorum tuorum, ideo tenuit me defectio, id eſt tædium timẽs ne deficerẽ. & hoc pro peccatorib. delinquẽtib. legẽ tuã, hoc eſt propter perſecutores transgrediẽtes, qui me deuocabant, & ſibi aſſociare uolabant. Sequẽtẽ quoq; uerſum refer ad eiuſdem ultimam partẽ ſic: Quia conſolatus ſum in præceptis tuis, ideo iuſtificationes tuæ erant mihi cantabiles, id eſt dulces & delectabiles etiam in loco peregrinationum, id eſt in hac præſenti uita, ubi omnis miſeria eſt, & uix aliquid delectabile. Poteſt etiã uerſus ſuperior, ubi dixit, Memor eſto uerbi: aliter accipi, & ſecundũ hoc quæ inde huc uſq; dicta ſunt, partim mutari, & erit continuatio quæ & prius. Quaſi dicat: Quia exercebor iuſtificationibus tuis, ergo Domine memor eſto uerbi incarnandi, quod tu promiſiſti ſeruo tuo. hoc eſt, mitte quem miſſurus es, ut per eum diſcam qualiter debeam exerceri in iuſtificationibus tuis: uerbi inquã memor eſto, in quo mihi dediſti ſcilicet ſpem, quòd per ipſum benedictio futura ſit omnibus gentibus. Et hæc ſpes cõſolata eſt me in humilitate mea, id eſt in humiliatione mortalitatis & paſsibilitatis, quæ à primis parentib. contraxi. Et ideo (quaſi dicat) conſolata eſt me ſpes data mihi in illo: quia eloquium tuũ ab illo miniſtratum uiuificauit me, id eſt doctrina tua per illum mundo exhibita, uitam animæ in me reparauit.

Superbi inique.] Quaſi aliquis diceret, Nunquid es humiliatus? Sũ utiq; per traduces peccati primos. Nãq; ſuperbi, id eſt parentes primi, qui non per infirmitatẽ uel ignorantiam, ſed per ſuperbiam transgreſsi ſunt mandatum Dei: illi inquã ſuperbi agebant iniquè. & nõ parũ iniquè, ſed uſq; quaq;, id eſt omnimode: quia non tantum ipſi per peccatum ſuum mortem meruerunt, ſed etiam alijs poculum mortis poſteritatibus ſuæ propinauerunt.

Ego autem.] Quaſi dicat: Illos non ſecuturus ſum, quia inquantũ potui à lege tua nõ declinaui. Et ideo non declinaui, quia memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo factorum, & ſicut ſupra dictũ eſt. Et quia memor fui iudiciorum tuorũ à ſeculo, ideo defectio tenuit me, id eſt ideo timui lapſum & defectũ pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. hoc eſt propter mortalem & paſsibilem infirmitatem, quam cõtraxi ab illis primis tranſgreſſoribus. Sequens uerſus in hac ſententia uelut in priori dicitur.

Memor fui nocte.] Quaſi dicat: Verè in loco peregrinationis meæ cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ: quia ô Domine memor fui nominis tui. hoc eſt non uſurpaui mihi, nec rapinã arbitratus ſum nomen tuum, ut uellem mihi Deus eſſe, & de nutu meo pendere: ſed potius in memoria ſemper habui hoc nomẽ, quod eſt Dominus, attendendo te Dominum, me ſeruum: te omnipotẽtem, me impotentem & lapidem, & hoc in nocte, id eſt in aduerſitate: etiam non tantũ in pſperitate. uel in nocte mortalitatis & paſsibilitatis. i. in hac præſenti uita, in qua eſt nox obſcura, ipſa ueritatis ignorantia. Et quia memor fui nominis tui, ideo legem tuam cuſtodiui, id eſt nõ apoſtataui, ſicut ſuperbi primi. Memor fui inquam nominis tui in nocte, id eſt in tribulatione. Et hæc nox eſt. i. tribulatio & perſecutio facta eſt mihi à perſecutorib. derelinquẽtibus legem tuam, ideo quia ego iuſtificationes (præcepta tua iuſtificantia) quæ illi negligebant, exquiſiui non ad ſciendum, ſed ad faciendum. Vel aliter, ſcilicet iuxta aliam ſententiam de nocte, hæc nox, id eſt nebula mortalitatis & paſsibilitatis facta eſt mihi utilis per hoc, quia ego attendens quod per negligentiã præceptorum tuorum in hãc miſeriam inciderint, eo ſtudioſius exquiſiui iuſtificationes tuas, id eſt præcepta tua iuſtificantia, ut quæ neglecta fuerũt ad mortẽ, obſeruata eſſent mihi ad ſalutẽ. uel aliter, Memor fui inquam nominis tui: & hæc memoria ideo facta eſt mihi, quia ego exquiſiui iuſtificationes prædictas, id eſt ex toto corde dilexi iuſtificationes tuas.

HETH, VITA.

EXPLANATIO.

Agmen beatum ad octauam literam uenit, in qua deſiderat uidere faciem Domini mandatis noſcitur obſecutum. Et quia hoc deſiderium in reſurrectionis gloria perficietur, octaua litera uitæ uocabulo gaudet.

COMMENTARIVS.

Portio mea.] Reſpice quod in fine huius octonarij eſt, quia illuc continuatio reſpicit. Quaſi dicat: Quia exquiſiui iuſtificationes tuas, ergo Domine doce me ipſas iuſtificationes tuas, ut magis proficiam in eis, quod debeã facere, quia es portio (pro participatio) mea: hoc eſt, quã ego te Dominum participo. homo enim dum permanet, homo non poteſt eſſe Deus: ſed tamen participãdo Deum, non natura, ſed gratia adiungitur dijs illis, de quibus dictum eſt: Ego dixi dij eſtis, &c. Vel aliter, Portio mea es, id eſt pars mea. Quaſi dicat: Eligãt alij quam partem uelint de mundanis, ego te ſolum in uniuerſitate rerum partem mihi eligam, & ideo doce me iuſtificationes tuas. Sequitur.

Dixi cuſtodire.] Probat quod prædixit, hoc eſt uerè es portio mea: quia es portio omnium cuſtodientiũ legem tuam, &c. quæ ſequuntur agentium, & (quaſi dicat) ego unus ex illis ſum, quia ego dixi, id eſt firmiter conſtitui cuſtodire legem tuam: ergo es portio mea, ergo doce me iuſtificationes tuas. Quia autẽ lex eius non poteſt cuſtodiri, niſi ipſo inuocato ſemper, ideo inuocandus eſt: quia ſic fides impetrat, quod lex nõ impetrat. Et ideo ſubdit: Deprecatus ſum faciem tuã. hoc eſt ut per effectum appareret in me facies tua, nõ facies mea, id eſt uoluntas tua nõ mea, ut idoneus eſſem cuſtodire legem tuam. & hoc in toto corde meo, hoc eſt ex omni affectione & ex omnib. uiribus meis. & ideo miſerere mei, nõ propter meũ meritũ, ſed ſecũdum eloquiũ tuum, id eſt ſecundum promiſſum tuũ, ut ſcilicet promiſsionis filius, non elationis. Et quaſi certus de exauditione, ſubdit: Cogitaui uias meas. Quaſi dicat: Quia deprecatus faciem tuam, ideo cogitaui, id eſt attendi uias meas fœdas: & conuerti pedes meos, id eſt affectiones meas in teſtimonia tua, id eſt in uias tuas pulchras.

Paratus ſum.] Quaſi dicat: In tantum cõuerti pedes meos, quod paratus ſum ut cuſtodiam, ſicut cuſtodiẽda ſunt mandata tua: & ita paratus, quòd nõ ſum turbatus in cuſtodia illorum ex timore aliquo. Et quaſi aliquis quærat, Vnde tibi timor turbationis? Subdit, Funes peccatorum. Quaſi dicat: Non ſum turbatus, quanquam multa patiar impedimenta. Nam funes

pecca-

Digitized by Google

peccatorum, id eſt multæ irretitiones & impedimente illorum peccatorum, de quibus dictum eſt: Væ bis qui trahunt peccata ſua ſicut reſtim longam. circumplexi ſunt, id eſt undiq; circumuenerunt me, nunc minis & tormentis, nunc blanditijs: & tamē me non deuocauerunt, quia ego non ſum oblitus legem tuam.

Media nocte.] Verè non ſum conturbatus in cuſtodia mandatorum tuorum: quia in media nocte, id eſt in feruentiſsima tribulatione ſurgebam. Non enim ſic tribulatio urgebat eum ut deijceret, ſed exercebat eū ut ſurgeret. Surgebam inquam ad confitendum tibi, id eſt ad laudandum te corde, & etiā ore: & hoc ideo, quia eram ſuper iudicia, id eſt erā non inferior, ſed ſuperior factus propter iudicia iuſtificationis tuæ, id eſt propter iuſtam correctionem tuam non deprimentē, ſed iuſtificantē. Iudicia uocat tribulationes & paternas flagella, quibus flagellabat omnem filium quē recipit. de quibus Petrus apoſtolus dicit: Oportet ut iudicium incipiat à domo Dei: ſi autem à nobis initium, quis finis erit illorum qui non crediderunt Euangelio? Si iuſtus uix ſaluabitur, peccator & impius ubi parebunt?

Particeps ego.] Surgebam inquam ad confitendum tibi, & ſic cōfitendo tibi factus ſum particeps omniū timentium te caſto timore. Quare poſitum eſt hic humiliari, non exaltari. timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Quaſi dicat: In hoc ſum factus particeps timentium te, ut cuſtodiam mandata tua, quæ ipſi cuſtodiunt. Quorum (quaſi dicat) numarus non eſt paruulus: quia terra ubiq; eſt plena miſericordia Dñi, id eſt reparata & innouata per miſericordiā Domini, id eſt per illum qui non ſolū dicendus eſt miſericors, ſed ipſa miſericordia Domini: quia per eū Dominus omnem miſericordiam oſtendit mundo, & exhibuit. Et quia particeps factus ſum timentium te, ergo Domine doce me iuſtificationes tuas.

TETH. BONVM.

EXPLANATIO.

Populus beatus nonam literam cātaturus ingreditur, in qua gratias agit, humiliatū ſe fuiſſe, ut ad iuſtificationes Domini deuotiſsimus perueniret, teſtimonia eius aſſerēs ſibi ſupra omnes eſſe diuitias, nomenq; præſentis literæ pariter exponens, bonum ſuum dicit uerbum Dei humiliter meditari.

COMMENTARIVS.

Bonitatem feciſti.] Ad proximū continuatur ſic: Ideo peto ut doceas me iuſtificationes tuas, quo magis in eis proficiam: quia ſunt mihi dulces & delectabiles. & hoc non ex me, ſed quia tu feciſti bonitatem cum ſeruo tuo, id eſt feciſti ut delectarat me bonum. & hoc eſt magnū Dei donum, q aliquem delectet bonum. Cū autem opus legis, q eſt bonum, fit timore pœnæ, non amore iuſtitiæ: cum Deus metuitur, nō diligitur, ſeruiliter fit, nō liberaliter. Seruus autē non manet in domo in æternum, filius autē manet. Itaq; bonitatem feciſti cū ſeruo tuo, faciendo illum qui prius erat ſeruus filium: ut q prius faciebat ſeruiliter, faciat liberaliter. & hoc feciſti non propter meū meritū, ſed ſecundum uerbū.i. promiſſum tuū, ſcilicet ut ſim nō filius elatiōis, ſed filius promiſsiōis. uel ſeruo dico, iā ſe agēti ſecūdū uerbū tuū.

Bonitatem & diſciplinam.] Q.d. Quia feciſti mihi ſeruo tuo bonitatem, ergo doce me bonitatē & diſciplinā & ſcientiā. Petit hoc ſibi augeri & perfici. Quomodo.n. qui prius dixit, Bonitatē feciſti cū ſeruo tuo: dicit nunc, Doce me Dñe bonitatem, niſi ut magis innoteſcat diuinæ gratia dulcedine bonitatis? Nam & illi fidē habebant, qui dicebant, Auge in nobis Dñe fidē. Et hæc eſt oratio uel cantatio proficientium, quandiu hic uiuit. Semper.n. in hac uita pro quolibet bono ut augeatur, eſt orandum ad Dominum: Doce me diſciplinam. Diſciplinā autem uocat paternam correctionem Domini. de qua Salomon dicit: Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnē filium, quem recipit. De qua Petrus apoſtolus ait: Omnis diſciplina in præſenti uidetur eſſe non gaudij, ſed triſtitiæ, poſtea autem reddit pacatiſsimū fructū iuſtitiæ, bis qui per eam certauerunt. Cum quo ergo Dñs facit bonitatē.i. cui inſpirat bonus delectationem, inſtanter debet orare, quo in tātum augeatur in eo illud bonum, ut non ſolum pro illo contemnat carnales delectationes, ſed etiā pro illo patienter quaslibet perferat paſsiones. Sic.n. ſalubris diſciplina adiungitur bonitati nō quantulæcunq;, ſed tam magnæ bonitati.i. ſanctæ charitati, quę ſub eius preſſura non poſsit extingui, ſed magis magisq; accēdi. Ideoq; q parū fuit dixiſſe bonitatem, otiq; tātum quę poſsit ſuſtinere diſciplinam: additur tertia ſentētia, Quia cum in bonitatem tanta erit charitas, quę non poſsit extingui tribulationibus & tentationibus, quas adhibet diſciplina: tunc neceſſaria erit ſcientia, ſcilicet ut homo ſeipſum cognoſcat & ſciat qd meruerit, & quid à Dño accepit: ne ingratus ſit, & dicat, Doce me Dñe bonitatē inſpirando charitatem: doce diſciplinā, dando patientiā: doce ſcientiam, illuminādo intelligentiā. Sequitur: Quia credidi mādatis tuis. Cōpetentius uidetur ſi diceret, Quia obtemperaui mandatis tuis. Promiſsis ergo creditur, mandatis obtemperatur. ſed mādatis aliter accipit hic. Et eſt dicere, Ideo debes me docere bonitatem, &c. quia ego credidi mandatis tuis. hoc eſt credidi mandata tua eſſe iuſtificationes prædictas. Ergo (quaſi dicat) fides tua, id eſt credidi in patræ gratiam, qua quod mandaſti perficiam.

Priuſq.vam humiliarer ego.] Dominus dixit: Doce me diſciplinam: & quaſi aliquis diceret, Quare es flagellandus? Ideo ſcilicet, quia delinquo ſicut flagellādus, ſicut prius. qa deliqui, ſum flagellatus. Nā (q.d) ego ſum humiliatus in primo parēte mortis multatione. Sed priuſquā humiliarer ego, deliqui. hoc eſt delictū tranſgreſsionis, q præceſsit, cauſa fuit humiliationis. hæc humiliatio rectè referenda eſt ad Adā, in quo omnis humana natura tāquā in radice eſt uitiata: & quia noluit ſubiecta eſſe ueritati. Et prodeſt uaſis miſericordiæ experiri hanc humiliationem, ut damnati ſuperbia diligant obedientiam. Sequitur.

Propterea cuſtodiui eloquium tuum.] Quod eſt dicere: Quia propter tranſgreſsionem primam tam grauiter humiliaſti, propterea ne ſic amplius humiliarer, cuſtodiui quantum potui, eloquium, id eſt præcepta tua.

Bonus es tu.] Q.d. Quia cuſtodiui eloquiū tuū: ergo Dñe doce me magis & magis inſiſtere iuſtificationes tuas. & hoc in bonitatem, id eſt non in triſtitia, ſed in iocunditate & hilaritate. Hilarem enim datorem diligit Deus. bonitate dico tua, & ideo tua: quia naturaliter es bonus, id eſt ſanctus & iocundus. Et nihil ęquius quā ut illius q uerè bonus eſt, ſeruet bonitas.

Multiplicata eſt.] Superiori cōtinuatur ubi dixit, Doce me diſciplinam. Q.d. Opus eſt ut doceas me diſciplinam dando ſcientiam: quia timeo deficere. Nā iniquitas ſuperborum, id eſt iniqua tribulatio & deuocatio perſecutorum eſt multiplicata ſuper me: ſed (q.d) quantumuis ferueat iniquitas, non refrigeſcet in me charitas, quia ego in toto corde meo.i. ex tota mēte, & ex omnibus uirib. ſcrutabor mādata tua. Mādatum inquit nouum do uobis ut diligatis inuicem. Vel aliter, Iniquitas ſuperborum.i. peccatū primorū parētū, qui per ſuperbiā non per infirmitatē, uel ignorātiā mandata Dei neglexerunt, eſt multiplicata ſuper me, quantum ad pœnā: quia per illud infirmus multimode factus ſum interius & exterius. Vt antē (q.d.) poſſim euadere, ego quicquid egāt alij, nō imitabor ſuperbiam eorū, ſed in toto corde ſcrutabor nō ad ſciendū,

ſed

ſed ad faciendum maodata tua. Mandata generaliter hie accipiuntur præcepta diuina: lu priori uerò ſentētia determinatè tantum dilectiotis mandata.

Coagulatum eſt.] Sia continoatur, qoaſi dicat: Nimirum iniquitae ſuperborum ſioe perſecutorum ſiue parentum priorum, quia cor eorū quod naturaliter mollitum fuit per gratiam, ſicut naturaliter lac molle eſt, per propriam eorum naquitiā eſt coagulatum, id eſt indnratum: maum uero (quaſi dicat) cor eſt mollitū, quia Deus humilibue dat gratiam, ſcilicet ot nunc diligant obedientiam, tandem recipianr excellentiam.

Bonum mihi quia.] Dixit ſuperiua, Multiplicata ſuper me iniqultas eſt ſuperborū .i. perſecutorū. Et hoc (quaſi diaar) bonum eſt, id eſt mihi utile eſt: quis eſt mihi ad correctionē. Nam per tribularioocs illae humiliaſti ma, ad hoc ut diſcā iuſtificationae tuae, id eſt ur magie inſiſtam & diligam præcepta tua. Quia ut Salomon ait, Proſperitea ſtultorum perdet illoa. uel aliter: Multiplicata eſt ſupar me iui quitas ſuperborū primorū parentum. & hoc aſt mibi bonum, id eſt utile, quia ideo ſic humiliaſti ma, ut inſtificationes tuaa, à quibus priue receſei per ſuperbiam, diſcam inſiſtere & obſeruare par obedienriam. Quia oero hæ iuſtificatiooes nō poſſunt addiſci, niſi ab illo cui dolces & delectabiles ſunr: ideo ſubdir, Bonum mihi lex orie tui. Quaſi dicat: Dico ut diſcam iuſtificationes roae: quaa ideo debes me docere, quia lex oria tui aſt mihi bonum, id eſt quia præcepta tua ſunt mibi iocunda & ſuauia: & non parum, ſed ſuper milia auri & argenri. Plua enim diligit charirae legem Domini, quam cupiditae auari multa milia auri & argenti.

IOTH, SCIENTIA VEL principium.

EXPLANATIO.

AD *decimam literam cobors glorioſa progreditur, in qua petit intellectum mandatorum ſibimet debere concedi, ut uerè uitæ muenere perfruatur: & petens ut per Domini miſericordiam fiat immaculata, ne poſſit in illa indicatione confundi. Rectè igitur ſcientia uel principium nuncupatur litera, in qua populus fidelis ab illo capiēdi quærit intellectum, à quo uiuendi ſumpſit exordium. Manus tuæ, inquiens, fecerunt me, & plaſmauerunt: da mibi intellectum, &c. Poteſt etiam ſcientia, uel principium ad hoc interpretari, quod dicitur: Cognoui Domine quis æquitas, iudicia tua. quod in Hebraica ueritate ita legitur: Scio Domine quia iuſtum iudicium tuum, & hoc ſcientiæ perfectioris, quæ in futuro reuelanda eſt, eſſe principium: quia nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.*

COMMENTARIVS.

M*Anus tuæ fecerunt.*] Qoendoquidē adeò iocūda eſt mihi lex oris tui, ergo Dñe da mihi intellectū, id eſt recrea in me rationaliratis & intellectualitatis, quā poſuiſti in me ante pręuaricationē, cū in abūdanria uirtutum exiſterē. Et meritò (quaſi dicat) peto à te recreari, quia tu me creaſti. Manus ruæ enim ioretius in anima fecerunt me, & plaſmaherūt me exrariua in corpore: & quaſi diceretur, & à ſpiritu inrerius preſidenre. Quo fruſto petia te recreari, ideo ſeilicet ut alij conſormentur mihi. hoc eſt quod dicit: Qui rimēt Chriſtum nō hoc eſt omnes timētes te caſto rimore ſtudebunt cōformari mihi, & me imitari: & lætabuntur in te non propter me: ſed quia ego ſperaui in uerbo, id eſt in promiſſione rua ſuper quam petimus aut intelligimos. Plus enim nobis futurum eſt boni, quam uel perat ratio noſtra, uel intelligat menſura. Tale eſt illud quod Apoſtolus dicit, Imitatores mei eſtote filij chariſſimi. hoe eſt non inquantum ex me ſom, ſed inquantum imitor Chriſtum.

Cognoui Domine quia.] Quaſi dicat: Ideo ſperaui nō in me, ſed in uerbo tuo: quia uerè cognoui quòd tua iodicia, id eſt præcepta tua, quæ tu iudicas ſeruanda, ſunt non ſolum æqua, ſed ipſa æquitae: quia ſeruantes ſe faciunt æquoe & iuſtoe, quare renenda & diligenda ſunt. Ego uaro neglexi eam, & ideo humiliaſti me per bumilitatam mortalam in radice, & hoc in ueritate tua, id eſt in uero iudicio tuo.

Fiat miſericordia.] Quaſi dicat: Quendoquidem recedenti prius à mādatie tuis facta eſt ira tua, ergo Domine ſeruo tuo redeunti pręſte miſericordiam tuam. tuam agēti ſecundum eloquium tuum, id eſt ſecundū mandata tua fiat miſericordia tua, id eſt adhibeatur miſericore affectio tua, ad hoe ut in hac procelloſa tētationis uita conſoletur me. Nunc enim ſunt conſolationes miſerorum, tandem eront gaudia beatorum.

Veniant mihi.] Quaſi dicat: Non ſolum peto ut miſericordia tua mihi fiat, ſed etiam miſerationes tuæ, id eſt exhibitiones ipſius miſericordiæ ueniant mihi, ſcilicet uoces me, peccata condones & iuſtificce, & ſic uiuam uita uera: uiuā dico, id eſt quia lex tua eſt meditario mea, id eſt quia aſsiduè meditor legē tuam, hæe meditetio conantis eſt cogitatio. Qui enim ſic meditatur legem Dei, ut diligat eum, hæc eſt uita uera. Vnde Dominus in Euangelio: Obſerua mādata, ſi uis ad oitam paruenire.

Confundantur ſuperbi.] Quaſi dicat: Mihi inqoem ueniant miſerationes, econtretio autem ſuperbi, id eſt perſecurores confundantur, id eſt confuſibilea ſe recognoſcaut bona uel mala confuſione. Et ideo dico confundantur, quia fecerunt iniuſtè, & uerè iniuſtè, quia iniquitarem operati ſunt in me. Quid enim iniquius quam & hominè in ſe malum eſſe, & ut ad malum alios pertrahat, operam dare? Ipſi inquam uoluerunt me deuocare, ego autē potius qoam eis acquieſcam, exercebor in mandatis tuis non ad ſciendum, ſed faciendum.

Conuertantur mihi.] Quaſi dicat: Quandoquidem exercebor in mandatis tuis, ergo conuertantur mihi (pro ad me) id eſt conforment ſe mihi, timentes te caſto timore. & quaſi dicat: Timentes te dico illos qui nouerūt interius teſtimonia tua, id eſt præcepta tua, ſcilicet non ad ſciendum, ſed ad faciendum.

Fiat cor meum.] Quaſi dicat: Vt alij exemplo meo conuertantur, & me imitētur, ergo Domine cor meū fiat immaculatum, id eſt fiat ſine macula, & irreprehēſibile in iuſtificationib. tuis, ad hoc ut non confundar, .i. ne à ſequentib. me non poſsit dici, Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.

CAPH, MANVS.

EXPLANATIO.

V*Ndecimam literam peregrinus in hac terra populus decātat, in qua nimium deſiderium ſuum in aduentu Domini feliciter confitetur. Enumerat quoq; quanta ſuperborum inſultatione pertulerit. Ad poſtremum petit, ut in mandatis Domini ipſius munere perſeueret. Hæc ergo mentis deuotio per Caph literam deſignatur, quæ ita manus interpretatur, ut eiuſdem manus palmam ſiue uolam ſignificet. Id eſt, non contractā eam, ſed apertam, expanſiſq; digitis inſinuet. Manus ergo ſignificat opera uel cordis uel corporis uel ipſius amoris interni. Apertio uerò eius eſt, quam pſalmiſta commendans ait: Reuela ad Dominum uiam tuam, & ſpera in eum, &c.*

COM-

COMMENTARIVS.

Defecit in ſalutari tuo.] Quaſi dicat: Ideo Domine debes facere cor meum immaculatũ in iuſtificationibus tuis, & anima defecit in ſe ut proficeret in me. Sciẽdum quia nõ omnis defectus eſt pœnæ uel culpæ, ſed & eſt laudabilis & optabilis defectus. Cũ enim profectus & defectus ſint contraria, bene profectus accipiatur in bono, & defectus in malo. Et ut in nobis aliquid proficiatur uel deficiatur, additur per determinationem, tamen & profectus in malo & defectus in bono accipitur. Quod autem profectus accipiatur in malo, teſtatur Apoſtolus Timotheo præcipiens, Profanas uanitates uerborum deuita. multum enim proficiet ad impietatem. & alibi, Proficient in peius. defectus uero à bono in malum malus eſt, à malo autẽ in bonũ bonus eſt. Talis defectus hic accipitur. Et ſignificat iſte defectus, quoddã deſiderium, quod ſurgit ex dilectione. Quod deſiderium à condito mundo in corpore Chriſti uſq; ad uirginis partum non defuit. Semper enim prius aliqui fuerunt, qui expectarent quoniam deſideratus cunctis gentib. manifeſtaretur, ſicut Simeon qui dixit, Putas durabo, putas uidebo, &c. A partu uero uirginis quodam modo quieuit hoc deſideriũ uſq; ad aſcenſionem Domini: ab aſcenſione autem non defuerunt adhuc neq; uſque in finem ſeculi deerunt expectantes, ut deſideratus ille ſeculo manifeſtetur. Quod oſtendit Apoſtolus dicens: De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die: non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt manifeſtationem eius, id eſt qui deſiderant aduentum eius, & regnum eius. Et de hoc affectu, ſcilicet quod tale deſiderium ſignificat, ait iſte qui dicit: Anima mea defecit in ſe, tendens in ſalutare tuum, & nihil præſumendo de ſe, ſed de ſola ſalutatione tua. Et ideo defecit anima mea, quia ſperaui nõ in meritis, ſed in uerbo, id eſt in promiſsione tua, ut ſim ſcilicet filius promiſsionis, non filius elationis. Et non parum ſperaui, ſed ſupra quam petimus aut intelligimus. futura enim eſt maior merces, quàm ſit in uinea labor. hæc ſpes facit ut per patientiam expectetur, quod à credentibus non uidetur.

Defecerunt oculi mei.] Idem uidetur dicere per ſimilitudinem aliam aſerui tractam. Serui enim à ſuo contuitu deficiunt, etiam in contuitum dominorum proſpiciunt, ſcilicet ut ſemper parati ſint facere quod illi innuunt. Similiter iſte dicit, Oculi mei & oculi interiores, ratio & intellectus, defecerunt à ſuo contuitu, tendentes in eloquium tuum, id eſt in promiſsionem tuam, hoc eſt, quod nullo meo præſumentes, ſed de ſola promiſsione tua oculi mei dico dicentes, Quando conſolaberis me? quia oris tantum eſt dicere, oculorum uerò uidere. Sed bene dixit, quia non exteriores, ſed interiores oculos accipit, quorum dicere eſt ipſum deſiderium orationis. Cum autem dicit, Quando conſolaberis me? ſe moram perpeti oſtẽdit. Quod autem ideo fit, ut dulcior ueniat dilata iocunditas: aut quia ſenſus deſiderantium exprimitur, cum in ſpacio temporis quod ſubuenienti breue eſt, illud amanti tardum eſt. Et eſt dicere: Quando conſolaberis me, id eſt uſquequo differes ueram conſolationem à me. Hic enim eſt conſolatio tantum miſerorum, nondum conſolatio beatorum, quam iſte deſiderat: ardeſcentibus autem ſpiritualibus deſiderijs ſine dubitatione torpeſcunt carnalia deſideria. Et hoc eſt quod dicit, Quia factus ſum ſicut uter in pruina. Per utrem enim accipitur caro mortalis: per pruinam uero quæ durior ros cœli eſt, intelligitur cœleſte beneficium, quo tanquam cohibente frigore carnalia deſideria torpeſcant. & eſt dicere: Ideo debes me conſolari, quia idoneum adhuc me feciſti. Nanq; factus ſum ſicut uter ius impoſitus pruinæ. Vter per ſe mollis, ſi in pruina ponatur, induratur: ſic caro noſtra, quæ naturaliter propter concupiſcentias mollis eſt, per cœleſte beneficium dura fit & rigida, ne diffluat per fluida carnis deſideria. Et hinc fit ut iuſtificationes Dei à memoria non dilabantur, quia aliunde non cogitetur. Quapropter ſubſequenter dicit, Iuſtificationes tuas non ſum oblitus. obſtrepuerat enim feruor cupiditatis, ut ferueret amor charitatis. uel aliter, quaſi dicat: Meritò opto conſolari, quia ſicut uter mollis, ſi ponitur in pruina, inutilis fit ad ſuſcipiẽdos liquores, niſi prius ſoluatur à calore: ſic quia ſuperabundante iniquitate refrixit in me charitas, inutilis factus ſum ad ſuſcipiendos liquores, id eſt ad perficiendum præcepta tua atque doctrinã, niſi prius ſoluar per ſpiritus tui feruorem, id eſt charitatem. & eſt quaſi dicat: Quantumcunque ſim inutilis, tamen non ſum oblitus in quantum potui iuſtificationes tuas.

Quot ſunt dies ſerui tui, quando facies de perſequentibus me iudicium.] Dixit quando conſolaberis me. Et meritò, (quaſi dicat) opto conſolari, quia in dieb. meis ſum. hoc eſt in diebus calamitatis & totius miſeriæ, quos ego præuaricando feci meos. Quos enim tu mihi dederas dies, pleni gaudiorum erant, & æterni: ego uero mihi dies ærumna plenos & miſerabiles feci. Et quot ſunt tales dies ſerui tui. hoc eſt, quandiu differes educere me de diebus carceris & tribulationis? Et quando facies iudicium, id eſt diſcretionem, ut educas me de perſequentibus me? hoc eſt, quamdiu differes ſeparare localiter, quos iam diuiſiſti moraliter.

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua.] Quaſi dicat: Non fruſtra dixi perſequentes me, quia iniqui narrauerunt mihi fabulationes, id eſt nugas ſuas, ut me deciperent & deuocarent: ſed illæ fabulationes non ſunt audiendæ ut lex tua. Et meritò dico ut lex tua, & omnia mandata tua ſunt ueritas, illorum autẽ ſunt fabulationes, id eſt talis eſt lex tua in qua non tam delectorum ornatu uerborum, quãtum de uirtute ſententiarum, pro qua ueritate iniqui perſecuti ſunt: & ideo Domine adiuua me, ne in malo deficiam, & ut in bono proficiam.

Paulominus conſummauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.] Quaſi dicat: Opus eſt ut adiuues, quia iniqui conſummauerunt me, id eſt contribulauerunt & mortificauerunt me. quod eſt mihi cõſummatio, id eſt perfectio: ipſi dico ſæuientes in terra, id eſt in carne mea. Et paulo minus fuit, id eſt uel de parum fuit, quod omnem uoluntatem ſuam in me non compleuerunt. Quaſi enim reſponſum mortis in me habui, ego autem quantumcunque ſæuiterent in me, non dereliqui mandata tua. uel aliter: Cõſummauerunt me pertrahendo in terram, id eſt in terrena & carnalia deſideria: non quòd uera conſummatio ſit inhærere terrenis, ſed reputatione illorum. Sicut enim ſpirituales uiri cœleſtibus inhærere deſiderijs, conſummationem prædicant: ſic carnales homines inhærere terrenis, conſummationem ueram annunciant. Et ideo dicit, Conſummauerunt me reputatione ſua, declinantes me in terram. Sed tamen ego non dereliqui mandata tua. Et ideo Domine uiuifica me intus, & ſi mortificet exterius ſecundum miſericordiam tuam, ſcilicet non amando uitam negem uitam, ne negando uitam perdam uitam, & ſic qui pro uita ueritatem nolo deſerere, uiuam moriendo pro ueritate. Et ideo (quaſi dicat) peto ut uiuifices me, ut cuſtodiam non ſciendo, ſed faciẽdo teſtimonia omnia tua, id eſt præcepta tua, quę tu teſtatus es non ſolum re, ſed & uoce.

LAMED

Digitized by Google

LAMED, DISCIPLINA.

EXPLANATIO.

AD duodecimam literam plebs cœleſtis aduenit, in qua uirtutem Domini, factaq́; deſcribens dicit: Omnia temporalia finem poſſe ſuſcipere, mandata uerò eius nequaquam terminum reperire. quorum diſciplinæ libentiſſimè ſubdita proclamat, In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas. & ideo lamed diſciplinam ſonat.

COMMENTARIVS.

IN *æternum Domine.*] Iſte qui hic loquitur quaſi tędio affectus inſtabilitatis, cuius plena hæc uita eſt tentationis, & in tribulatione ſua inflammatus deſiderio cœleſtia patriæ, id eſt Hieruſalem ſupernę, quaſi ſurſum aſpiciēs dicit: In æternum Domine, &c. Quaſi dicat: Dico Domine ut uiuifices me, illos autem qui in cœlis ſunt, id eſt angelicos ſpiritus uiuificari non oportet: quia in illis permanet uerbum tuum, id eſt præceptum ueritatis in æternum.

In generatione.] Quaſi dicat: Non ſolum in cœlo, ſed etiam in terra permanet uerbum tuum, quia ueritas tua eſt in generatione & generationem, id eſt in omni generatione ſuccedenti & decedenti in generatione pertinente ad legem & ad prophetas: quia non defecerunt tunc etiam, qui fidem haberent, quæ poſtea reuelata eſt in Chriſto, & in generatione pertinēte ad Euangelicam gratiam. Et hoc (q.d.) quod uel in hac uel in illa generatione permanet ueritas tua, nō ex ſe eſt, ſed quia tu fundaſti terram cultam, id eſt eccleſiā ſtabiliter fixiſti ſuper illud fundamentum, de quo ait Apoſtolus: Fundamētum aliud nemo ponere poteſt, præter id quod poſitum eſt, id eſt Chriſtus. Et quia tu fundaſti, ideo manet ueritas mea.

Ordinatione tua.] Quaſi dicat: Non ſolum ex fundatione tua ueritas in terra, ſed etiā in cœlo permanet: quia dies, id eſt ſupercœleſtis ſpiritus ad ueram diem, id eſt ad ueram claritatem pertinentes, quod apoſtatæ angelo non adhæſerunt, ſed perſeuerauunt in ueritate, hoc non habent ex ſe, ſed ex tua ordinatione, id eſt ex tua diſpoſitione & uolūtate. Et uerè ex re habent, quoniam ſeruiunt, id eſt ſubiacent & parent tibi per omnia nō ſolum terrena, ſed & cœleſtia. Aliter autē (quaſi dicat) peto ut me uiuifices: illi autē quos gratia tua fecit cœlum, id eſt compluitores aliorū, non indigent uiuificatione: quia in cœlo, id eſt in illis talibus permanet uerbum tuum in æternum. Et non ſolum in cœlo, id eſt in prædicatoribus alios doctrinæ uerbis compluētibus, ſed etiam in con pluuiam in priori generatione pertinente ad patriarchas & prophetas, quàm in poſteriori generationē pertinente ad Euangelicam gratiam. & hoc nō ex ſe, ſed quia tu fundaſti terram, & permanet ſicut ſupra dictum eſt. Et non tantum excultā terram fundaſti, ſed etiam cultores: quia dies, id eſt omnes pertinentes ad lucem fidei etiam cognitionem præceptorum tuorum, & cultores & culti perſeuerant in ueritate non per ſe, ſed ex tua ordinatione: quoniam omnia ſeruiunt tibi, ut ſupra dictum eſt.

Niſi quod lex.] Quaſi dicat: Quoniam quidem omnia ſeruiunt tibi, ergo Domine uiuifica me ſecundum miſericordiam tuam ob hoc, ne peream in humilitate mea, id eſt in humilitate mortali. hoc ex fine uerſus accipitur, ubi dicit, Periſſem in humilitate mea, ita dico ne pereā ſicut tunc forſitan periſſem, quando iniqui paulo minus conſumauerunt in terra, niſi hoc me iuuiſſet, quod lex tua eſt meditatio mea: lex utiq; fidei non inanis, ſed quæ per dilectionem operatur, & per quam gratiam quæ fortes facit in paſsione temporali, ne pereant in humilitate mortali.

In æternum non obliuiſcar.] Quaſi dicat: Quandoquidem lex tua, ne perirem adiuuit, ergo non obliuiſcar iuſtificationes tuas, id eſt pręcepta legis tuæ iuſtificantia. & repetit æquipollenter cauſam dicens: Quia iuſtificaſti me in ipſis, ne ſcilicet perirem in humilitate mortali.

Tuus ſum.] Quaſi dicat: Quia quantū in me eſt, non obliuiſcar iuſtificationes tuas, ergo Domine ſaluum me fac, id eſt fac me perſeuerare in ipſis, quod facere debes, quia tuus ſum. Meus enim eſſe uolui, & perdidiſti me: nunc autem factus ſum tuus, id eſt uoluntatem tuam inſiſtens, meā poſtponens, quapropter debes me ſaluare. Et uerè tuus ſum, quia exquiſiui non ad ſciendum, ſed ad faciendum iuſtificationes tuas poſtponendo meas.

Me expectauerunt.] Verè iuſtificationes tuas exquiſiui, quia cum peccatores, id eſt perſecutores me expectarent, id eſt ex mora & luna mecum agerent. unde alibi, Sederunt principes, & aduerſus me loquebantur. Cum me inquam expectarent, ſicut uerè expectauerunt, ad hoc ut perderent me, id eſt ut me deuocarent, & ſibi conformarent. q. ſi facerēt, uerè me perderent: tamen non me deuocauerunt, quia intellexi teſtimonia, id eſt uerum intellectū habui de præceptis tuis, ſcilicet quòd non tantum eſſent ſcienda, ſed facienda: & quod eſſet moriendum prius, quam à mandatis tuis recedendum.

Omnis.] Quaſi dicat: Propter hoc inquam intellexi teſtimonia tua, quia uidi, id eſt propoſui mihi finem omnis cōſummationis. Omnis autē cōſummatio eſt, certare pro ueritate uſq; ad ſanguinis effuſionem, & pro ſummo bono omnia dura tolerare. huius finis, id eſt præmiū eſt in uita, & per mortē huius uitæ tribulationibus & opprobrijs multis acquiſita. Sed quoniam neutra prædicta cōſummatio prodeſt, niſi in patiente & confitente ſit charitas, ſicut teſtatur Apoſtolus dicens: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil prodeſt mihi: ideo ſubdit, Vidi, id eſt propoſui mihi non tantum finē conſummationis, ſed etiam mandatum tuū. Mandatum inquit, nouū do uobis, ut diligatis uos, id eſt charitatis pręceptum, quod eſt nimis latum. Quid enim latius quā in quo pendet omnis lex & prophetę? Vel aliter, Verè teſtimonia tua intellexi, qa in charitate ea compleri conſideraui. hoc eſt quod æquipollenter dicit, Vidi, id eſt attendi mandatum tuū nimis latum, id eſt charitatem eſſe finem omnis cōſummationis, ſicut Apoſtolus ait: Finis totius præcepti eſt charitas, &c.

MEM, EX QVO VEL ex ipſis.

EXPLANATIO.

POpulus beatus, qui prophetarū atq; Euangelij plurima meditatione profecerat, alloquendum ſuperdocent eſſe, ac ſeniores aſſerens diuina intellexiſſe mādata, & ideo ſuper mel & fauum ori ſuo ſcripturarum diuinarum teſtatur prouenisse dulcedinem. Quod ergo Mem interpretatur, ex quo: hoc eſt, qui dicitur, Quomodo dilexi legem tuam Domine. & iterum: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. id eſt, ex quo affectu dulcedinis & amoris, ut ſignificet ex intimo. qui uero dicitur ex ipſis Domini mandatis eorūdem concipiendum amorem, unde dicit: A mandatis tuis intellexi, &c.

COMMENTARIVS.

Q*Vomodo dilexi.*] Quaſi dicat: Verè intellexi teſtimonia tua. nā intellexi legem tuā, id eſt legem fidei: quomodo, id eſt eo modo quo diligēda eſt, & quis ſit modus ille, exponit

Digitized by Google

exponit dicens: Totá die eſt meditatio mea, id eſt ſine intermiſsione, ex toto corde & ex omnibus uirib. meditor in ea non ad ſciendum, ſed ad faciendum. ſic diligenda eſt lex Domini. Vnde alibi: In lege inquit uolũtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Super inimicos meos.] Quaſi dicat: Meritò Domine dilexi legem tuam, quia tu feciſti mandatu tuo, id eſt per legem tuã me prudentẽ ſuper inimicos tuos. Omnes carnaliter legem intelligentes, inimici ſunt eorũ qui ſpiritualiter eam intelligunt: quia uolentes iuſtitiam ſuam ſtatuere, & iuſtitiæ Dei non eſſe ſubditi, potant ex iuſtitia factorum ſe ſaluari, & ideo inimicantur illis qui nullis meritis, ſed ſoli gratiæ ſalutionem attribuunt, id eſt ſpiritualiter legem intelligentibus. Quocirca ſpiritualiter iſte legem intelligens dicit, Feciſti me per mandatum tuum prudentem ſuper inimicos meos: quia ego intellexi quòd non potuerunt intelligere, ſcilicet nomine factorum per legem poſſe iuſtificari, ſed per ſolam legem fidei. hoc eſt quod Apoſtulus ait: Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt eam: Iſrael uero ſectando legem, nõ inuenit legem fidei, quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus offenderunt in lapidem offenſionis. Sequitur.

Quia in æternum mihi eſt.] Quaſi dicat: Ideo dico q́ prudentem me feceris ſuper inimicos, quia mandatum tuum quod eſt illis quaſi in tempus, eſt mihi æternum. quaſi dicat, Quia ego inde expecto æterna, ipſi uero temporalia.

Super omnes docentes.] Dixit, Feciſti me prudentem ſuper inimicos, & quaſi dicat: non ſuper quoſcunque inimicos, ſed etiam ſuper præcipuos: quia ego intellexi ſuper omnes docentes me, id eſt melius intellexi, quam omnes ſcribæ & phariſei, qui me uolebant docere, & ſe ſolos perfectè legem ſcire reputabant. Quibus in Euangelio dicitur: Væ uobis qui habetis claues ſapiẽtiæ, nec uos intratis, nec alios intrare permittitis. Et uerè ſuper eos intellexi, quia tum cogitatio eorũ ſit terrena uanitas. teſtimonia tua, id eſt præcepta tua uſq; ad ſanguinis effoſionem teſtando, ſunt meditatio mea.

Super ſenes intellexi.] Dixit ſuper omnes docentes me intellexi, & repetit illud æquipollenter propter aliam cauſam, quam ſubdit dicens: Intellexi ſuper ſenes, id eſt ſuper illos moroſus, uolentes eſſe doctores, qui tantummodo philacteria ſua dilatabant, & fimbrias magnificabant, legem ſcriptam in fronte ferentes, qui in corde erant præuaricatores. & uerè ſuper illos intellexi, quia ego quæſiui mandata tua non ad ſciendum, ſed ad faciendum, quod illi nõ fecerũt.

Ab omni uia mala.] Verè quæſiui mandata, quia prohibui non ſolum manus, ſed etiam pedes, id eſt affectiones meas ab omni uia mala, id eſt ab omni opere malo. Et ideo non ſolum prohibui manum, ſed animam: ut cuſtodiã uerba, id eſt præcepta tua, quæ ſunt ſanctè cuſtodienda.

A iudicijs tuis.] Dixit, Prohibui pedes meos: & hoc modo (quaſi dicat) prohibui, quia non declinaui à iudicijs tuis, id eſt ab operibus illis, quæ iudicas eſſe faciẽda. Et meritò hoc, quia tu qui nihil inutile præcipis, nihil quod tibi conducat ad uitam ſtatuis: poſuiſti mihi legem, non quam timebam ut ſeruus, ſed quam diligebam ut filius.

Quam dulcia faucibus meis.] Quaſi dicat: Quandoquidem tu poſuiſti mihi legem, ergo eloquia, id eſt præcepta tua ſunt dulcia: quia ſunt ori meo ſuper mel & fauum, id eſt dulciora ſunt mihi omni dulcedine terrena. uel aliter: Per mel eliquatum patens doctrina ſapientiæ intelligitur, per fauum uerò occulta ſapientia doctrinæ, quæ in abſtruſioribus ſacramentis ſicut mel in fauo clauditur. Et quaſi de cereis cellis ore differentis tanquam ore mandentis exprimitur: & hoc dicere eloquia tua, id eſt pręcepta quæ tu ſpecialiter per teipſum dediſti, ſunt ori meo ſuper mel & fauum, id eſt ſunt mihi dulciora omni doctrine ſapiẽtiæ, per doctores edocta, ſiue ſit patens ſiue occulta, mihi dulcia.

A mandatis tuis.] Quaſi dicat: Meritò eloquia tua intellectum habui, quia ego intellexi à mandatis tuis: hoc eſt uerum de mandatis tuis, quia didici ea nõ audiendo tantum, ſicut ſcribæ & phariſęi, ſed faciendo. perfectius enim ſcit ille rem, qui diſcit faciendu. Et quia adeò dulcia ſunt mihi eloquia tua, quod æquipollenter dicere eſt: quia uiam æquitatis dilexi propterea omnẽ uiã iniquitatis odiui. Nemo enim perfectè diligit æquitatem, qui non perfectè odit iniquitatem.

NVN, SEMPITERNVM, ſiue piſcis.

EXPLANATIO.

AD *quartam decimam literã cohors beata peruenit, in qua pedibus ſuis* Dominici *uerbi lumen radiare congaudet, animam ſuam humillima ſatisfactione commendans, expetens retributiones* Domini *perpetuas, & ob quas litera hæc ſempiterni nomen accepit. Porrò quod & piſcis interpretatur, oſtendit eũ qui ſeculi fluctibus obſitus, lumen uerbi requirit dicens:* Hu*miliatus ſum uſquequaq;* Domine, *&c.*

COMMENTARIVS.

L*vcerna pedibus meis.*] Quaſi dicat: Meritò eloquia tua ſunt lucerna pedibus meis, id eſt operibus meis. Et ſunt lumen ſemitis meis, id eſt illuminatiu ſunt ad illa actiones, quæ ſunt mihi inſiſtenda. Nota uero quod dicit, Lucerna ſunt & lumen. lucerna enim à lumine habet lumen, ſicut montes illi de quibus dictum eſt, Leuaui oculos meos in montes, onde ueniat auxilium mihi. Hoc ſunt Apoſtuli, à lumine ſunt illuminati, quia ſol iuſtitię exoriẽs prius illos illuminauit, & per ipſos in conualles reduxit, quapropter in his & in alijs doctoribus lucerna eſt diuinum uerbum in Chriſto uero, qui à ſe ipſo illuminationẽ habuit, quia Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians: non lucerna, ſed lumen eſt illud, id eſt uerbum diuinum.

Iuraui & ſtatui.] Quaſi dicat: Quia uerbum tuum eſt mihi & lucerna & lumen, ergo iuraui & ſtatui, &c. Quod quæq; fidelis anima ſtatuit, hoc ex ipſa fide debet eſſe iuramẽtũ. Et ideo dicit Iuraui. i. firmiter cõfirmaui, & ideo me dico iuraſſe, quia ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ, id eſt præcepta tua, quæ tu iudicas eſſe iuſta. Pro quibus cuſtodiris humiliatus ſum, uſq; quaque omnimodam tribulationem paſſus ſum. Neceſſe eſt enim quicunq; uolunt piè uiuere in Chriſto, perſecutionẽ patiantur. Et quia mortificor exterius, ideo uiuifica me Domine interius. Oratio eſt proficientis, quandiu hic uiuitur. Iam enim uiuificatus erat, ſed adhuc magis magisq; uiuificari rogat. Viuifica me inquam, & hoc non ſecundum meritum meum, ſed ſecundum uerbum tuum, id eſt ſecundum promiſsionem tuam, ſcilicet ut non ſim filius elationis, ſed filius promiſsionis.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. & iudicia tua doce me.] Quaſi dicat: Vt uiuifices, ideo Domine fac me talem, ut ſint tibi beneplacita uolũtaria oris mei. hoc eſt ſacrificia laudis confeſsione charitatis, non neceſsitate timoris oblata, & doce me ulterius inſiſtere iudicia tua, id eſt iuſta pręcepta tua. Vox item proficientis quandiu hic uiuitur.

Anima mea in manibus meis ſemper.] Quaſi dicat: Ideo peto ut duceas me iudicia tua, ut anima mea ſemper ſit in manibus, id eſt ut ſemper tibi offeram animam

meam uiuificandam & ſanctificandam. & ſecundum hoc ad ſimilitudinem ſolam dicitur. uel ſi per manus opera accipiantur, ita dicemus: Anima mea ſemper ſit in manibus meis. hoc eſt fac me talem, ut in omnibus meis fructum animæ meæ intendam. & debeas facere: quia in quantum potui, idoneum me feci. Non enim ſum oblitus legem tuam, id eſt legem fidei quæ per dilectionem operatur. Multi autem (quaſi dicat) ut obliuiſcerer laborauerunt, quia peccatores, id eſt ipſius legis præuaricatores laqueum mihi poſuerunt, id eſt multa impedimenta mihi parauerunt. Et tamen ego non erraui à mandatis tuis.

Hæreditate acquiſiuiſti.] Verè non erraui, ſed potius acquiſiui teſtimonia, id eſt martyria & præcepta tua pro hæreditate poſſidenda. uel acquiſiui ea hæreditate, id eſt, ad hæreditatem, ſcilicet ut teſtis tuus & martyr tuus eſſem. Teſtimonia tua dico, in æternum proficientia. ideo dicit in æternum, quia non eſt in illis temporalia gloria hominum uana quærentium: ſed æterna gloria hominum breui patientium, & ſine fine regnantium. Et ideo ſubdit, Quia exultatio cordis mei ſunt. Quaſi dicat: Meritò feci ea hæreditaria, quia etſi afflictio corporis ſunt, tamen propter æternam gloriam, quam per ipſa ſpero, exultatio cordis mei ſunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.] Quaſi dicat: Quia teſtimonia tua lætitia cordis mei ſunt, ideo inclinaui cor meum. hoc eſt deuotum animum habui ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum: quia ſuperius dixit, Inclina Domine cor meum. Modo dixit, Inclinaui cor meum, ut oſtendat & diuini muneris eſſe, id eſt uoluntatis propriæ, quod rectè facimus. Cur autem dicit iuſtificationes eſſe in æternum, cum ipſæ iuſtificationes, id eſt opera miſericordiæ, quæ erga neceſſitates ſunt æternæ, fortaſſe ideo dicit: quia opera illa ſi ſine dilectione fiant, non ſunt iuſtificationes. Si autem per dilectionem fiant, ipſa dilectio eſt æterna, & ei parant merces æterna. quocirca inquit: In æternum propter retributionem, id eſt ut in æternum diligens in æternitatem inueniat, quod diligit.

SAMECH, ADIVTOrium.

EXPLANATIO.

Ad quintamdecimam literam catholicum uenit examen, in qua dicit iniquos, id eſt aduerſarios legis odio ſibi fuiſſe, legem uerò Domini ſe dilexiſſe: petens ut ab eo ſusceptus mala ſeculi euadant, carnemq; ſuam timori Domini ſubijci, ne de eius præuaricatione iudicetur, exoptat: nomen quoq; literæ pariter exponens, ubi ait: Adiuua me, & ſaluus ero.

COMMENTARIVS.

Iniquos odio habui.] Ad idē ad quod & precedēs uerſus cōtinuatur. Quaſi dicat: Quia teſtimonia tua ſunt cordis mei exultatio, ideo iniquos uolentes me deuocare ab illis, odio habui, & legem tuam dilexi. Videretur competentius eſſe, ſi diceret, Iniquos odio, & æquos dilexi: aut iniquitatem odiui, & æquitatem dilexi. Quia contraria ſunt æqua & iniqua, æquitas & iniquitas: ſed ideo poſt iniquos legem poſuit, ut oſtenderet ſe homines iniquos non odiſſe natura, qua homines facti ſunt, ſed iniquitatem: quia inimici legi Dei facti ſunt. Quis autem nemo perfectè poteſt odiſſe iniquitatem, & æquitatem diligere, niſi diuinitus adiutus, ideo ſubdit: Adiutor & ſuſceptor. Quaſi dicat: Dico quia legem tuam dilexi, hoc autem non ex me, ſed quia tu es adiutor meus Domine, ad bonum perficiendum, & ſuſceptor meus ad malum euitandum. Et propterea meritò ſperaui in uerbo tuo, id eſt promiſſionem tuam ſuper quam petimus aut intelligimus, ſicut ſæpè iam prædiximus.

Declinate à me maligni.] Dixit quia legem dilexit, & ideo conuertit ſe ad iniquos uolentes deuocare eum, & dixit: Declinate à me, id eſt deſiſtite à deuocatione & uexatione ueſtra uos maligni, & ſic ſcrutabor mandata Dei mei. Non dixit faciam, ſed ſcrutabor. Vt enim diligenter perfecteq; legem nouerit, malignos à ſe declinari etiam impellit: quia mali exercent quidem ad faciendum mandata, ſed à ſcrutando auocāt. nec ſolum cum rixantur & perſequuntur, ſed etiam cum honorant & obſequuntur, auocant ſuis prauis conſilijs & doloſis negotijs.

Suſcipe me ſecundum eloquium tuum, & uiuam, & non confundat me ab expectatione mea.] Deterſis malignis quaſi muſcas ab oculis cordis, continuat precem ſuam ad illum, de quo ſuperius dixit. Quaſi dicat: Vos maligni ab oculis. Tu autem Domine ſuſcipe me ad protegendum à malo, & confortandum in bono, ſecundum eloquium tuum, id eſt ſecundum promiſſum tuum, non ſecūdum meritum, & ſic uiuam in corpore quāuis, mortuo propter peccatum. Et quia uiuam, ideo non confundet me ab expectatione mea. Expectatio enim eius erat uita, ex hac expectatione ſi uitam non adipiſcerentur, confunduntur: quia dicerent, Hic homo cœpit ædificare, ſed non potuit conſummare.

Adiuua me & ſaluus ero, & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.] Tale eſt quaſi aliquis diceret, Vis non cōfundi ab expectatione tua, & meditare ſemper in legendi uia. Iſte autem timens ne hæc meditatio aſſidua languore animi interrumperetur, orat & dicit: Adiuua me. Quod eſt dicere, Vt non confundar ab expectatione mea, ergo Domine adiuua me, ut quod ex arbitrij libertate incœpi, bonū perficiam: & te adiuuante ſaluus ero, id eſt conſequar ſalutem ueram: & ideo ero ſaluus, quia meditabor ſemper in tuis iuſtificationibus.

Spreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis, quia iniuſta cogitatio eorum eſt.] Verè me ſemper meditantem in iuſtificationibus tuis ſaluabis. Nam non ſemper meditantes damnabis. hoc eſt quod dicit: Tu ſpreuiſti, id eſt damnaſti iam per interiores tenebras omnes diſcedētes à iuſtitijs tuis, id eſt omnes illos qui otarij ſunt, & non ſemper meditantur in præceptis tuis: quæ nō ſolum iuſta, ſed ipſa etiam iuſtitia ſunt, quia obſeruata iuſtos faciunt. Et meritò ſpreuiſti eos, quia cogitatio eſt eorum. Videretur plus eſſe, ſi diceret, Quia opera eorum ſunt iniuſta: ſed ideo dicit de cogitatione, quia omnia opera ſiue bona ſiue mala procedūt de cogitatione. Et prius eſt innocēs uel reus in cogitatiōe. dictum eſt: Et cogitatio ſancta ſaluabit te. De mala quoq; dicitur: In cogitatione impij erit interrogatio. & Apoſtolus ait: Cogitationibus inuicem ſe accuſantibus uel defendentibus.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi teſtimonia tua.] Quaſi dicat: Verè cogitatio eorum eſt iniuſta, quia præuaricatores ſunt: ſed quia dicit Apoſtolus, Quod ubi non eſt lex, nec præuaricatio. nec gētilea qui nullam ſcriptam legem acceperunt, hinc ſibi applauderent, uniuerſalem ſententiam ponit & dicit: Omnes peccatores terræ, id eſt omnes terrenis inhærent, qui in hoc ipſo quòd terrenis inhærent, ſunt peccatores, id eſt tranſgreſſores legis, & ſi non ſcriptæ, tamen naturaliter. Hos inquam omnes reputo præuaricātes, & horum omnium cogitatio eſt iniuſta, quocirca damnabuntur. Ego autem (quaſi dicat) ut de illis non ſim, ideo dilexi teſtimonia tua, id eſt præcepta tua, non ſolum ad ſciendum, ſed ad faciendum.

Confige timore.] Quaſi dicat: Quia dilexi teſtimonia tua, ergo Domine cōfige carnes meas, id eſt cōprime carnalia deſideria mea, timore tuo & timore caſto,

non

Digitized by Google

noo in ſeruili, ſed filiali, quem perfecta chatitas foraa non mittit. hinc Apoſtolus ait, Chriſti confixua ſum cruci. Et alibi: Camem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcenrije. Noo enim ſine cauſa Dominua, cũ in ſimplici ligno pati poſſet, & mori, ſic extenſos eſt in criplici ligno, ut & pedes eius & manua ſint immobiles: ſed per hoc præfigoratum eſt, quòd ſic paſsionẽ eius imitari, & ei conformari debemus, ut omnia mẽbra noſtra quaſi clauis confixa ſint immobilia ab iniquitatis operibue. Quod autem addit de timore, tale eſt, quaſi dicat: Tuo inqu᷑m timore, id eſt caſto timore, comprime carnes meas: quia lex illa, quæ minatur pœnam, & non dat iuſtitiá, non configit carnea meae. Prohibet eoim manum, ſed noo prohibet animum: quia manet peccandi uolontas. qood tunc apparet in opere, ſi ſpecatur impunitas: ſi autem timot tuus caſtus configit carnes meas, noo peccabo, & ſi ſperetur impunitas. Ex amore enim iuſtitiæ ipſum peccatom eſt mihi grauis pœna. Sequitut.

A iudicijs enim tuis timui.] Quaſi dicat: Ideo peto ot cõfigas carnes meas, quia metuo à iudicijs. Non autem à iudicijs hominum, ſed à iudicijs tuis futuris tãdem timeo, quocirca illa uitare ſatago.

AIN, FONS SIVE oculus.

EXPLANATIO.

AD ſextan decimam literam in æternum membra Domini uiuentia peruenerunt, in qua petunt ſacræ incarnationis aduentum, tempus eſſe dicentia ut ad deſtruendos ſuperbos potentia diuina monſtretur. Ille eſt ergo fons uiuus, qui quæritur: iſte oculus mundus, qui quærit: oculi inquit, mei defecerunt in ſalutari tuo.

COMMENTARIVS.

F*Ecit iudicium.*] Dixit ſuperius, Dilexi teſtimonia tua. & uerè quaſi dicat, dilexi ea, qnia feci iudicium probãda ab improbandis diſcernendo, & feei iuſtitiam quæ probanda erat in actum producendo, & ideo Domine non tradas me calumoiantibus me. Calumnianteа ſunt perſecotores, calumniá, id eſt falſa crimina obijcientea & deuocantes. Quibus tunc aliquis traditur, quando iuſto Dei iudicio eis coofentire, & eonformari permittitur.

Suſcipe ſeruum tuum.] Non tradas me in qoam calumniãtibus, ſed illis impellentibus ad malum ſuſcipe me ſeruum tuũ, ut confirmet in bono. Et ut ſuperbi, id eſt perſecutores illi non calumnientur me, id eſt non calumniando decipiant me: Græca poſitio eſt. Compendius enim apud nos diceretur, Nõ calumniẽtur mihi. Calumniam uocat falſa crimina: ut, credere in latronem crucifixum, mortuum adorare, & ſimilia. Et eſt dicere: Nõ obſint mihi Dñe uenenatæ calũnię ſuperborũ, quia oculi mei defecerũt in ſalurari tuo. hoc eſt, quia ego reſpicio in ſerpentem æneum. Notum eſt omnibus, quòd filij Iſrael in deſerto, quia præuaricauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Poſtquam autem multi perierunt, pręcepit Dominus Moyſi, ut ſerpentem æneum faceret, & in medio caſtrorum altè ſuſpenderet: & quiſquis à ſerpentibus percuſſus, in illum ſerpentem reſpexit, illi uenenum non obfoit. Serpens æneus eſt Chriſtus, qui uenit in ſimilirudinem carnia, ſed non in carne peccati: ſicut ſerpena ille formam qoidem ſerpentis habuit, ſed non uerus ſerpeoa fuit. Et bene æneus, quia eſt ſolidum & firmum. Et Deus erat in Chriſto moodum ſibi reconcilians. Quiſquis ergo diligentiſsima & intentiſsima

pietate in Chriſtũ reſpicit, attendẽdo quòd innocens pro peccatoribus, pios pro impijs mortuus eſt, illi nõ oberũt oenenatæ obiectiones prædictæ. Et ideo ſubſequenter dicit: Oculi mei, interiores ſcilicet, defecerunt à ſe, euntes in ſalutari too, id eſt reſpicientes in Chriſtum, à qoo omnia ſaluatio. Et intendentes in eloquium iuſtitiæ tuæ, hoc eſt uel in præcepta tua iuſtificantia, oel in promiſsionem tuam iuſtam. Et ideo Domine fac cum me ſeruo tuo non ſecundum meritum meum, ſed ſecundum miſericordiam toam. Et in hoc peto tuam miſericordiam, ſcilicet doce me ulterios inſiſtere iuſtificationea tuas. Cantatio eſt proficientia quandiu hic uiuitur.

Seruus tuus ſum.] Meritò dico conſeruo tuo, quia ego uerè ſeruus tuus ſum, & ideo da mihi intellectũ ut ſciam teſtimonia tua. item cãtatio eſt proficientis. Et debes (quaſi dicat) cum ſeroo facere miſericordiam, quia ô Domine tempus eſt faciendi miſericordiam, id eſt tempus eſt reuelandæ gratiæ, & mittendi quem miſſorus es. Et uerè tempus eſt faciendi miſericordiam cum ſeruo tuo, quia non ſerui diſsipauerunt legem toam præuaricando. Et ideo reuelanda eſt gratia, ut ubi ſuperabundauit delictũ, ſuperabundet & gratia. unde Apoſtolus, Lex ſubintrauit ut abũdaret delictum: & ubi ſuperabundat delictum, ſuperabundauit & gratia. per quam gratiam & peccata dimittuntur, & opera legis implentur. Et ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topaziom. hoc eſt, magis quam omne precioſum huius ſeculi. Et uerè mandata dilexi, quia odio habui omnem uiam iniquitatis. Neceſſe eſt enim, ut qui perfectè diligit æquitatẽ, perfectè odio habeat omnem iniquitatem. Et ipſum odium iniquitatis, eſt ei quædam dilectio ad æquitatem. Qood innuit cum dicit, Propterea ad omoia mandata tua dirigebar.

PHE, OS AB ORE, non ab oſſe.

EXPLANATIO.

SEptimam decimam literam ſancti populi intrat oratio, aſſerens ſe aperuiſſe os ſuum, & attraxiſſe ſpiritum, ut eius audiatur oratio, exituſq; aquarum tranſiſſe lachrimas pias: quia non ſit à Iudæis cuſtodita lex Domini. & rectè litera uocabulum oris accipit, in qua paruulus quis & humilis introitũ cordis aperit, & ſpiritum diuinæ charitatis imbibit.

COMMENTARIVS.

M*Irabilia teſtimonia tua.*] Quaſi dicat: Meritò dilexi mãdata tua: qoia teſtimonia tua, hoc eſt mandata, ſunt mirabilia: quia obſeruata mirabile quid faciũt, ſcilicet quòd de terra cœlum, de lupo agnum & ſimilia. Vel io hoc etiã mirabilia, quia faciunt ut inimici diligantur, & ut bona pro malis reddantur. Et ideo anima mea ſcrutata eſt eam non ad ſciendum. Et meritò, quia declaratio ſermonia tui, hoc eſt teſtimoniorũ, illuminat paruulos. Et uerè illuminat, qoia dat intellectum oerũ, ſcilicet quid ſit cauendum paruulis, id eſt humilibus. Superbis enim Deus reſiſtit, humilibus dat gratiam. Quapropter ego me paruulum feci, quia aperui os meum in humilitatem & confeſsionem. Quid magis ſtupendom, quam quòd Deus bonus cum bona præceperit, eis tamen legem dederit, quoa eadẽ lex uiuificare non poſſet, & qoibus ex ipſa lege nulla iuſtitia eſſet. Vnde Apoſtolus: Si enim (inquit) data eſſet lex, quæ poſſet uiuificare, uerè ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, ut promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Cur ergo data eſt lex, quæ uiuificare non poſſet, & ex qua nulla

iuſtitie eſſet? nempe mirandum, nempe ſtudendum. Et hæc mutabilie ſcrutatur anime iſtius. Quid eutem ſcrutando inuenit? boc ſcilicet q, decleratio ſermonū tuorum illuminet, & intellectum dat paruulis. Quibus paruulis? humilibus ſcilicet, & infirmis. Noli ergo ſuperbire, nec de te præſumere, & intelliges cur bona lex à bono Deo data eſt, cum tamen uiuificare nō poſſet, & ex que nulle iuſtitia eſſet. Ideo enim date eſt, ut te megnum facere tparuum, & ut te ad perficiēda mandate de tuo oitee non babere demonſtraret: & ſic indigua opia confugeres ed gretiam, & clamares, Miſerere mei Domine, qooniam iofirmua ſum. Quia enim poteſt mandata Domiui ita facere ſicut ſunt fecienda, niſi per fidē quæ operatur per dilectionem, & niſi in cuius cor de charitas per ſpiritum ſanctum diffundetur? hoc eſt, quod iſte paruulus intelligena ait: Oe meum eperui in bumiliiete & cōfeſsione, id eſt petiui uel ſoſcepi & ettraxi ſpiritum, per quē operatur, per me non potui. Vode in Euaogelio dicitur: Si enim uoa cum ſitis mali, noſtis bona dare filijs ueſtris, quanto magia petet ueſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum patentibus ſe. Attraxi inquit ſpiritum ideo, qoia deſiderebem mandata tua, ſcilicet implere. Quomodo eutem infirmue feceret fortia, paruue magna, oiſi per ſpiritum per quem charitas diffuſa eſt in cordibua noſtris.

Aſpice in me.] Dixit attraxi ſpiritū, & quanto ſitanua bibit, tanto ardentiua ſitit: unde ſubſequenter dicit, Aſpice io me humilitetem, qui deſpexiſti me ſoperbientem, & miſerete mei, infundendo cordi meo cheritatem per ſpiritum. miſerere dico, ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. hoc eſt ſecundum illud iudicium, quod feciſti de omnibus diligentibus nomen tuum, ſcilicet quia prior eos dilexiſti, ut ipſi te diligerent. Sicut Iohannes apoſtolus eit: Nos diligimua eū, ſed hoc ideo, quia ipſe prior dilexit nos. Vel ſecundum iudicium diligentium nomē tuum. hoc eſt ſecundū quod iudicea de omnibus diligentibus nomen tuum dicens: Ego diligentes me diligem.

Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum.] Quod aliud erat quam ut donante Deo diligit Deum, & diligendo Deum diliget ſe ipſum, & ſic ſalobriter diligat proximum ſuom ſicut ſeipſum. Et item: Quod aliud perit quem ut præcepta, quæ ille imponit iubendo, facier eb eo implere iuuando. Dirige inquam greſſus meos, ut nō dominetur mei omnia ioiuſtitia. hoc eſt, nulla. Quanto magia enim dominatur cheritas, tanto minua in nobia regnat iniquitas. Vt non dominetur omnia iniuſtitia, ut ueoiente illicito motu nō perducatur ed cōſenſum uel ad actom iniuſtitia: ſed potius ſancto ſpiritu redime me à calumnijs hominis. id eſt fee ut non extimeſcam calumnies hominū, ne me oincant, & ad male opera traducent. Calumnia eſt crimē falſum: & non facit reum hominē, niſi apud iudicem hominem. Vbi autem Deus iudex eſt, nullus falſo crimine damnatur. Cur eutem à calumoijs roget redimi, ſubdit dicens: Vt cuſtodiam mandere tue. Vt autē ea poſsim cuſtodire, feciem tuem illumine ſuper ſeruū tuū, uel fac ot fecies, id eſt uoluntas tua eppereet per effectum in me. Qui enim audiunt diuine præcepta, & non faciunt, & ſi teneant ea memoriter, non temen dicendi ſunt didiciſſe: quia ipſe Dominus ait, Omnis qui eudiuit à patre meo, & didicit, uenit ed me.

Qui exitus aquarum deduxerunt oculi mei.] Recolens iſte tēpus doloris pœnitentiæ preteritę preuaricationis, timēs iterum uidere dicit: Doce me Dñe iuſtificationes tuas, ne amplius præuaricationem incurrem. Quia oculi mei interiores deduxerunt exitus, qui fuderunt largos riuos aquarum. quod exaggeratiuè dictum eſt. Et quare oculi deduxerint exitus aquarum, ſubiungit: Quia non cuſtodierunt legem tuam. Cur ergo nō cuſtodita lege fletur, niſi ut gratia implet, quę debet petentibus iniquitatem, & adiuuat credentis uoluntatem.

SADE, IVSTITIA.

EXPLANATIO.

TRiumphatrix carnis ſue cohors ſanctorū ad octauam decimam literam uenit, in qua ſecundum ipſius literæ nomē iuſtitiam Domini confitetur, & eloquia eius ignita continua ſe dicit dilectione uenerari. Ad poſtremum petens intellectum teſtimoniorum, unde uiuificare debeat in æternum.

COMMENTARIVS.

IVſtus es Domine.] Quaſi dicat: Meritò pro nō cuſtodita lege oculi mei fleueruot: quia tu Domine auctor illius es iuſtus, & ideo quicquid præcipis, eſt. Et quia iuditium tuum rectum aſt futurū, in quo nihil relinquitur impunitum. Pro quo iudicio uitando, mandaſti nimis. ſubauditur, obſeruere teſtimonie tua entia iuſtitiam & ueritatem. præcepte Domini iuſtitie ſunt, quia nihil permittunt uel probibent, niſi quod eſt permittēdum uel prohibendum. Verites etiam ſunt, quia quicquid minantur impijs, uel promittūt pijs, uerum eſt. Et ſunt teſtimonia ſaluationis quidem impleta, damnationis uero neglecta.

Tabeſcere me fecit.] Quaſi dicat: Quia tu Domine iuſtus es, & rectum iudicium tuū, ideo zelus, id eſt pia indignatio fecit me tabeſcere ex compaſsione, quam habui noo tantum erga amicos, ſed etiam erga inimicos. Ideo quia obliti ſunt uerbe tua, unde incurrēt iudicium tuum. & hoc non ex me, in quem igniuit uehementer eloquium tuum ignitum: id eſt, igne ueritatis accenſum. De quo igne dicitur: Ignē ueni mittere in terrā, & quid uolo niſi ut ardeat? Illo igne iſte uerius ignitus fuit, quia ad boc proximos ducere ſategebat, quod ipſe flagrantiſsimè diligebat, qui dicit: Ignitum eloquium tuum uehementer: & ſeruus tuus dilexit illud. Pro qua dilectione ego iunior filius habitus ſum è fratre meo ſeniore, id eſt à Iudaico populo adoleſceotulus, id eſt inſipidus & paruus: & etiam cōtemptus, id eſt contemptibilis omnibus. Vel ita: Per quam dilectionem ſum ego adoleſcentulus, id eſt in fide renouatus, id eſt contemptus ab omnibus. Et tamen ego noo feci, quod fratar meus ſenior fecit: quia ille uolens iuſtitiam ſuam ſtatuere, & iuſtitiæ Dei nō eſſe ſubiectus, iuſtificationes tuas eſt oblitus. Ego autem non ſum oblitus iuſtificationes tuas. Et meritò, quia iuſtitia tua eſt iuſtitia producēs in æternum: illorum autem iuſtitie eſt in lauandis urceolis & cæteris talibus. Et lex mea non umbra, ſicut lex illorum, ſed ueritas. Pro qua lege cuſtodita tribulatio exterius & anguſtia interius inuenerunt me, id eſt oppreſſerunt me: & tamen mandata tua meditatio mea eſt, ſcilicet ut illos à quibus opprimebar, diligerē. Sæuient ergo quantum uelint, & perſequantur, dum tamen mandata non deſerantur: ſed propter ipſa mandata illi qui ſæuiont, diliguntur. Mandata tua inquā meditatio mea eſt. Et meritò, quia teſtimonia tua in æternum mandata ſunt, non ſolum æqua, ſed etiam æquitas: & æquos faciunt ipſa dico ducentia in æternum. Et ideo da mihi in ipſis uerum intellectum, ſcilicet ut intelligam quàm ſit cōtemnendum, quod ab inimicis poteſt auferri: & quòd etiam pro ipſis ſit moriēdum, & ſic moriendo uiuam in regione uiuorum. Vel uiuam uitam in tribulationibus finiendo, ut ſic ſemper uiuam. Ab illo enim ſemper uiuitur, à quo in tribulationib. uite finitur.

COPH

COPH, VOCATIO.

EXPLANATIO.

NOnam decimam literam ingreditur reuerendiſsimus chorus, in qua iuxta nomen eius in toto corde ſuo clamat ad Dominum iuſtificationes eius ſedulus exquirens, & in uerbo illius anticipata confeſsione gauiſus, adijciensq; ſe cognouiſſe teſtimonia Domini in æternum eſſe fundata.

COMMENTARIVS.

C*Lamaui in toto.*] Quaſi dicat: Meritò debes mihi dare intellectum, quia ego quæſioi ſicut quærēdus es, quia clamaui in toto corde. Multi enim clamant ore & non corde, & inanis eſt clamor eorum. Multi autē ſi tacent ore, & clamant corde, & horum clamor homines quidem latere poteſt, Deum autem latere non poteſt. Eſt autem clamor cordis, ualida intentio cogitationis: quæ eſt in oratione, exprimitur magnus deſiderantis affectus, ut non deſparetur effectus. Tunc uere toto corde clamant, quoniam aliunde non cogitāt. Et hæ cogitationes meæ ſunt multis: crebræ ſunt paucis, quia à ſolis fidelibus ſic clamant, ut aliunde non cogitetur. Quod iſte profitetur dicens, Clamaui in toto corde: & ideo Domine exaudi me, ut ego exaudirus requirā iuſtificationes tuas magis & magis, nō ad ſciendum, ſed ad faciendum. Clamaui dico ad te, & ideo ſaluum me fac dando perſeuerantiam, ne per infirmitatem te negem. Non eſt enim ſalus, ubi ſuccumbit infirmitas, & deſeritur ueritas. Saluum me fac inquam, ut cuſtodiam mandata tua. Et debes ſaluum facere, quia præuani faciem tuam in confeſsionem in maturitate, id eſt in confedulitate. Quod tractum eſt à uicinis, habētibus poma communia, quorum quiſq; ſedulus eſt anticipare alios in collectione pomorum. Vel ſi in accipitur non appoſitum, poteſt eſſe uox illorum fidelium, qui ſub lege erant, & tamen Dominum in carne uenturum per ſpiritum præuidebant, & illi ſe confor mabāt. Immaturum tempus erat, quoniam adhuc lege premabantur: & nondum gratis iuuabantur, quia ſancti patriarchæ & prophetæ adhuc Dominū quaſi in tenebris expectabant, per quem gratia ut ſaluarentur, miniſtratur. In hoc immaturo tēpore plurimi præuenerunt faciem eius in confeſsione, non credentes per legē iuſtificari, ſed p gratiā Dñi, & ſic clamauarunt ad eū, quia in uerbis & in promiſsionib. eius ſuperſperauerūt. Vel immaturū tēpus poteſt accipi hoc tēpus tribulationis & laboris, & totius miſeriæ quātum ad illud tempus, in quo Deus abſterget omnē lachrimā ab oculis ſanctorum: quia hic in ſpe tantum gaudendum, ibi in re recipiendum. Ideoq; hic aſt donandum, in uerbis Domini ſuperſperandum. Poteſt & aliter adhuc dici, ut inſit appoſitio non compoſitio, ſicut in prima ſententia eſt dictum. Præſens enim tempus q̧ immaturū eſt, maturū autem alio reſpectu dici poteſt, uidelicet quia nunc fletus prodeſt, & pœnitentia fructuoſa eſt: immaturū uero tēpus erit tēpus extremi iudicij, quoniā etiā tūc erit pœnitētia, ſed infructuoſa: quando dicent impij, Nos inſenſati æſtimabamus uitam illorum inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt quomodo inter filios Dei, &c. Et ideo eſt in hac maturitate temporis confitendum & clamandū ad Dominum, & in uerbis eius ſuperſperandum. Vnde qui in hac maturitate temporis uenerit, & pulſauerit, confeſtim aperietur ei.

Præuenerunt oculi mei.] Ideo maniſeſtioribus uerbis dicit, Oculi ad te, ſubauditur in tempore præuenērūt te in diluculo, id eſt in ſedulitate. Vnde alibi, Anticipauerūt uigilias oculi mei uel oculi mei intēdētes ad te, præuenerunt per lachrimas cordis compunctionē diluculū illud futurū, quoniā reuelabūtur abſcōdita cordis tenebrarum, & manifeſtata conſilia cordium. Vel ſi pars illa fidelium loquitur, quæ ſub lege fuit, poſſumus accipere diluculum diē incarnationis Domini, quoniam ipſe unigenitus Dei filius, quaſi ſol uerus radio ſui omnem depulit ueritatis errorem: hunc diem præuenerunt plurimi ſperando, & in fide bona operādo. Et illi tales dicere poſſunt: Oculi mei ad te intēti præuenerunt diluculum, adhuc ut mediter aloquia tua non ad ſciendum, ſed ad faciendum. ergo Domine uocem meam, id eſt uocem cordis audi non ſecundum meritum, ſed ſecundum miſericordiam tuam, id eſt ita ut impendas mihi miſericordiam, & deinde uiuifica me per iudicium. prius rogāda eſt miſericordia, ne grauemur iudicio, quia prius immiſericorditer auferet Deus à peccatoribus, quibus prius iudicium dabit uitam. Quod iſte attendens dicit: Secundum iudicium tuum uiuifica me. Et opus eſt ut uiuifices me interius, quia ſunt qui mortificent me exterius. Nā perſequentes appropinquauerunt mihi. Satis enim appropinquauerunt, qui carnem tuam dilaniant. Et appropinquantes mihi, appropinquauerūt mihi iniquitati. Quanto magis enim aliquis iuſtos proſequitur, tanto iniquior deputatur. Et ſic longe facti ſunt à lege tua, quæ præcipit etiam inimicos diligere. uel à me ſeruante tuam legem longè facti ſunt, licet appropinquare uiderentur.

Prope es.] Quaſi dicat: Perſequentes quidē appropinquant exterius, tu autem Domine propè eſto interius. Et omnes uiæ tuæ, id eſt omnia flagella tua, quæ ſunt ueritas, quia nullum ſine cauſa flagellas. Dicitur alibi: Vniuerſæ uiæ Domini miſericordia & ueritas. Et hic quod omnes uiæ tuæ ſint ueritas, quod uidetur eſſe contrarium, ſed non eſt: quia in bonis utrumq; in uijs Domini eſt, ſcilicet miſericordia & ueritas, quia & iudicando ſubuenit, & miſerando exhibet quod promiſit. In malis uero & in omnib. flagellandis uiæ Domini ſunt tantum ueritas, quia ut ſupra diximus, nullum ſine cauſa flagellat. Et hoc, quaſi dicat: Quod omnes uiæ tuæ ſint ueritas, cognoui de teſtimonijs tuis. uel per præcepta tua in initio, id eſt in primis iuſtis. alioquin enim Abel & Iob & alios iuſtos primitiuos non flagellas, niſi flagella tua ueritas eſſent. Nec putet aliquis iniuſte factum eſſe, quod Abel martyrizatus eſt. Sic enim ſi quid peccatum luit temporaliter, fit ne puniretur æternaliter.

RES, CAPVT.

EXPLANATIO.

ECce iam uiceſimam literam populus uitiorum uictor ingreditur, in qua ſe petit uiuificari, quoniam mandata Domini ſummo ſtudio requiſiuit: longe à peccatoribus ſalutem commemorans, quia ſimilia non fecerunt. Principium quoq; uerborum Domini teſtatur eſſe ueritatem. Et hoc eſt caput, quod litera præſens oſtendit.

COMMENTARIVS.

V*Ide humilitatem meam, & eripe me.*] Humilitas tribus modis hic accipi poteſt, ſcilicet uel pro humilitate illa quā quiſq; fidelis debet exhibere, infirmitatem ſuam agnoſcendo, & tamē de ſe præſumēdo: uel pro tribulatione & deiectione illata à perſecutoribus: uel pro humiliatione facta in primo parente. Et hoc eſt dicere: Propè inquā eſto Domine, & uide humilitatē meam, hoc præ oculis habe, quod ego me humilio, & eripe me ab elatione ut poſsim humiliari: quia ego non ſum oblitus legem tuam. Illam ſcilicet, quæ immutabiliter fixa eſt apud te, quod omnis qui ſe exaltat, humiliatur: &

Digitized by Google

qui ſe humiliat, exaltatur. Et ideo Domine, iudicium hoc, ſecundum quod iudico me eſſe humilis odû, iudica faciendo eſſe meum, id eſt mihi utile & ſtatotiû, & redima me ab elatione, & demum uiuifica me propter eloquium tuum. hoc eloquium pertinet ad legẽ illam quam oblitus non eſt, ut ſe exaltandus humiliaret: ipſa autem iuſtificatio, eſt exaltatio. Quid enim aliud eſt iuſtorum exaltatio, quam uita æterna? Ad quã quia peccatores non perueniunt, ideo ſubdit, Longè à peccatoribus ſalus. Et meritò, quia iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus. Et quaſi ab eo quæreretur, Quia te diſereuit ſic, ut tibi propriè ſit ſalus, quę longè eſt à peccatoribus? Nõne hoc, quia iuſtificationes Dei exquiſiui, quas illi neglexerunt? Iſte uero attendens hic exquiſitionem ex ſola Dei miſericordia eſſe, ſubdit: Miſericordiæ tuæ multæ Domine. Quaſi dicat: A peccatoribus quidẽ longè eſt ſalus, quia iuſtificationes tuas non exquiſiuerunt. Multæ autem miſericordiæ tuæ Domine ſunt erga exquirentes, quia uocas, peccata condonas, & iuſtificas. Et ideo Domine uiuifica me ſecũdum iudicium tuum, quod tu facis: ſcilicet q, non ſit ſine miſericordia, qui exhibet miſericordiam. uel qui dixiſti, Ego diligentes me, diligo. Et opus eſt (quaſi dicat) ut iuſtifices me, quia non deſunt urgentes me in mortem. Multi enim ſunt qui perſequuntur me exterius, & tribulant me interius. Ego tamen nõ declinaui à teſtimonijs tuis. Nec mihi ſuffecit in me ipſo eſſe bonũ, ſed potius uolui alios eſſe bonos: quia uidi præuaricantes, & tabeſcebam zelo bono, non ex liuore, ſed ex amore proueniente: quia eloquia tua nõ cuſtodierunt, ergo Domine uide in me, id eſt miſericordiam mihi exhibe: quoniã mandata tua Domine, hoc eſt non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ, quantũ potui impleui. Et ideo Domine iuſtifica me uita uera, non in merito meo, ſed in miſericordia tua. Cantatio eſt proficiſcentis cum hic uiuitur. Et meritò dilexi tua mandata, quia ueritas eſt principium uerborum tuorũ. id eſt uerba tua à ueritate: quia à te qui ueritas es, procedunt. Et ideo ſunt uera, id eſt neminem fallentia, prænunciantia uitam pio, & pœnam reo. Et hoc immutabiliter: quia omnia iudicia iuſtitię tuæ ſunt in æternum. Vnde alibi: Verbũ Domini manet in æternum. Aliter. Vide Domine humilitatem meam, id eſt attende tribulationem & deiectionem, quomodo patior à perſecutoribus, & eripe me ab humilitate hac non ut tribulatione caream, ſed ut in ipſa non deficiã: quia ego non ſum oblitus legem tuam, ſcilicet quę iubet etiam inimicos diligere, & animam pro fratribus ponere. Et quia legem oblitus non ſum, ergo Domine iudica hoc iudicium meum, id eſt hoc flagellum meum, ut ſit mihi ad profectũ. Et redime me ne preſſuris urgentibus deficiam, & me mortificatum exterius, uiuifica interius propter eloquium tuum cuſtoditum. Nam mortificantur alij propter nõ cuſtoditũ. hoc æquipollanter ponit dicens, Longè à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes tuas non exquiſiuerũt. Circa autem exquirentes miſericordiæ tuæ multæ ſunt, ut prius. Aliter. Vide Domine humilitatẽ meã, id eſt attende mortalitatem & paſſibilitatem meam, in quam per primum parẽtem humiliatus ſum: & eripe me, nę in hac humilitate deficiã, quod facere debes, quia ego non ſum oblitus legem tuam, id eſt præcepta tua ſicut illi primi fecerunt. Et tu Domine, qui iudicium illorum ſuperborum iudicaſti in morte, iudica iudicium mei humilis in ſaluatione. Et redime me à mortalitate & paſſibilitate, uiuificando me uita uera non propter meritum, ſed propter eloquium, id eſt promiſſum tuum, uel propter præcepta tua cuſtodita. Et opus eſt ut me uiuifices, quia in primis parentibus mortificatus ſum. Nam ſalus, id eſt uita uera facta eſt longe à peccatoribus, & ab eorũ imitatoribus. Quia iuſtificationes tuas non exquiſieruot. Ne autem omnes in Adã perirẽt, miſiſti miſericordem tuum, & per ipſum multę miſericorditæ ſunt exhibitę: ſcilicet uocatio, iuſtificatio, & peccatorũ remiſſio. & ideo uiuifica me. Vidi præuaricantes, id eſt attẽdi qua pœna multati ſunt præuaricatores primi, & tabeſcebã præ timore. Quia eloquia tua non cuſtodierunt. Et tu Domine qui ab illis te auertiſti, uide me per reſpectum miſericordiæ. Quoniam ego mandata tua dilexi. Et ſicut illos mortificaſti in ira, ita uiuifica me in tua miſericordia. Verſus ſequens non mutatur.

SIN, DENTES.

EXPLANATIO.

Viceſimã primã literam ſanctorũ cœtus ingreditur, in qua perſequutiones ſæuientiũ charitate Dñi ſibi dicit eſſe gratiſſimas: ſepties quoq; in die laudes Dño dixiſſe, cui etiam ſuas uias notas eſſe profitetur. Dẽtes aũt, quot huius literæ nomẽ exprimit, uel ſanctorũ intellige, qui Dñm laudẽt, uel perſecutorũ. De quibus dicitur, Filij hominum, dentes eorũ arma & ſagittæ.

COMMENTARIVS.

Principes perſecuti ſunt.] Quaſi dicat: Viuifice me in tua miſericordia, quia principes perſecuti ſunt me in ſua nequitia. uel ita, Mandata tua dilexi. Propterea me perſecuti ſuot principes, ut traderent in mortem, & hoc gratis. Nuſquam enim ſancti debita reddere principibus prohibuerunt: quia etiam Dominus totius humilitatis & iuſticiæ exemplum, & pro Petro regium ſoluit tributum, drachmam ſcilicet acceptam de ore piſcis. & in Euãgelio præcipit: Reddite quæ ſunt Cęſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Iohannes etiã præco eius interrogatus à militibus, quid pro æterna uita facere deberent, non dixit eis, Soluite cingulũ, deponite arma, & deſerite dominum: ſed dixit, Neminem concuſſeritis, nemini calumniam feceritis, ſed ſtipendijs ueſtris contenti ſitis. Paulus etiam miles egregius dixit, Omnis anima ſublimioribus poteſtatib. ſubdita ſit. Et itẽ: Omnibus reddite debita, cui tributũ, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ, honorẽ. Nemini quicquã debeatis, niſi ut inuicem diligatis. Ecce manifeſtum eſt, quia gratis, id eſt ſine cauſa principes mali doctores ſanctos perſecuti ſunt. Quod hic dicit: Principes perſecuti ſunt me gratis. Et tamen cor meum non formidauit à uerbis illorum, ſed à uerbis tuis. Verba illorum erant, Occido, proſcribo, membra dilanio, & ſimilia: uerba autẽ eius ſunt, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animã occidere non poſſunt: ſed potius timete eum qui poteſt & animã & corpus perdere in gehennã, & ſimilia. Ad huiuſmodi uerba tantum cor iſtius formidauit, uel ideo q, perſecutorem ſæuientem contempſit, & diabolum ſeductorem deuicit.

Lætabor ego ſuper.] Q. d. Ad uerba tua formidaui, unde lætabor ego ſuper eloqui tua. i. factus ſuperior per eloquia tua, quia perficiã ea ex dilectione. Quia enim timore pœnæ, non amore iuſtitiæ mandata perficiuntur, non ſuper eſt, ſed infra. Lætabor inquam in tantũ ſicut cupidus aliquis qui ſpolia multa inuenit, lętat.

Iniquitatẽ odio habui.] Dixit, Perſecuti ſunt me gratis, & uerè gratis, quia nihil in eos peccaui.

THAV, SIGNVM VEL conſummatio.

EXPLANATIO.

Ad uigeſimum ſecundam literam Domino iuuante peruentum eſt, in qua ſanctorum chorus, quantum ad finem pſalmi, uicinus eſt, tantum ſe Chriſto deſiderat proximari. Totum

enim

Digitized by Google

enim ad aduentum Domini ſaluatoris, quem fidelium deuotio ineffabili deſiderio ſuſtinebat, ut ouem perditam reuocare pietatis ſuæ munere dignaretur. Ipſe ergo eſt nobis cunctarum conſummatio uirtutum: quia quicunq; tũ uidere meruerimus, nil ultra quærere opus habemus. Ipſius eſt ſignum, quem redempti canimus: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine.

* * * * *

IN PSALMVM CXIX. ARGVMENTVM.

SVb perſona Dauid canitur, quando Saulis perſecutionib. exultabat. Aliter uox Chriſti ad patrem de Iudæis.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

CAntica graduum, cantica aſcenſionum ſunt, unde in Græco ſignificantius dicitur: ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. quod tantum ad ſuperna tendunt: ueluti ſi aliquis in foueam ceciderit, & ponatur ſcala unde aſcendendi capiat facultatem. In foueam itaq; captiuitatis cũ populus Iſraeliticus deueniſſet, cum tribularetur, clamauit ad Dominũ, & exauditus eſt, in patriamq; reductus eſt, ita ut urbe tẽploq; reſtaurato diceret: Ecce nũc benedicite Dominũ omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini. Quo exemplo qui in peccati foueam cecidit, gradibus humilitatis, quib. ſuperna repetat, opus habet. qui bene gradus quindecim uel in pſalterio deſcripti, uel in templo Salomonis compoſiti eſſe perhibẽtur: ut ſignificent nos per hebdomadam legis & ogdoadẽ Dominicæ reſurrectionis ad ſuperna poſſe reſurgere: nec aliàs mundi principem euadi, niſi requies animæ poſt carnẽ quaſi in ſeptima ætate, & reſurrectio carnis, in finem quaſi in octauo creetur. Propter hos quindecim gradus, id eſt utrinſq; teſtamenti ſcientiam, aqua diluuij, quæ concaua ualliũ & planiciem camporũ in immenſum exceſſerat, altiſſimos montes quindecim cubitis tranſcendiſſe narratur: quia fides eccleſiæ, quæ baptiſmi unda ſacratur, cum gentiles mores facile ſuperet, tum philoſophorum ſumma ingenia uirtutis culmine deuincit: quia & in hoc ſeculo rectè uidere, & in futuro uitam animæ perpetuam cum corporis reſurrectione credere, ſperare & diligere nouit. Per totum pſalmum propheta loquitur. In prima parte clamat ad Dominum, ut liberetur à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Secunda uehementer affligitur, qui in hac uita diutius commorans, aliena uitia ſuſtinenda, malorum permixtione prægrauatur.

COMMENTARIVS.

AD Dominum cum tribularer.] Canticum graduum. Legitur quod ad templum illud quod Salomon ad honorẽ Domini ædificauerat, quindecim gradibus aſcendebatur, quod non uacat à myſterio. Templum enim illud præfigurabat templum illud quod in cœleſti Hieruſalem ædificat Dominus ex uiuis lapidibus, ad quod quaſi quindecim gradibus aſcẽditur. Quindecim enim numerus eſt, & cõſtat ex ſeptenario & octonario. Septenarius uero, ut ſæpè iam diximus, hæc terrena ſignificat, quæ uoluuntur ſeptenario numero, quibus ſpretis & contemptis aſcenditur ad templum Domini per octonarium numerum, id eſt per cœleſtia, quæ per octo beatitudines acquiruntur. Vel quia ſunt ſeptem criminalia uitia, poſſunt intelligi per ſeptenarium numerum, quæ quiſque debet contemnere, qui ad templum Domini uult aſcendere. Quomodo ergo debet aſcendere per octo beatitudines, quæ intelliguntur per octonarium numerũ. Et quia ſi quindecim pſalmi, qui ſequũtur, ad aſcenſionem nos inuitant, ideo omnes ſub eodem titulo prænotati ſunt, Canticum uidelicet graduũ. quod Græci dicitur ἀναβαθμῶν, quod interpretatur aſcẽſus, ſicut καταβαθμῶν deſcenſus. Gradus ſunt deſcendentium & aſcendentiũ. gradus iſti qui in iſtis pſalmis notantur, aſcendentes ſignificãt. Intelligamus ergo pſalmum iſtum tanquã aſcenſum: & non quæramus aſcendere corporalibus paſſibus, ſed ſpiritualibus affectionibus. Vnde in alio Pſalmo: Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in ualle plorationis, in locum quem poſuit. Dixit aſcenſiones in corde poſuit, & unde eſſet aſcendendum notauit. A ualle plorationis. & quia aſcendendum ad aliud ineffabile, ad aliud intelligibile bonum, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: & ideo cum explicare non poſſit propheta, indeterminatẽ dimiſit, & dixit, In locũ quem poſuit. Vallis autem plorationis humilitatẽ ſignificat, ſicut mons celſitudinem. Eſt enim mons, quo aſcendamus, quæ- nam ſpiritualis celſitudo: & quis eſt iſte mons celſitudinis, niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui patiendo fecit ſe conuallem plorationis, & in ſe manendo montem celſitudinis. Et quomodo uallis ſit plorationis, audiamus: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et quomodo uallis plorationis? Saturatus eſt opprobrijs, captus, ligatus, colaphizatus, conſputus, ſpinis coronatus, crucifixus, aceto potatus, lancea perforatus. ſic factus eſt uallis plorationis. Eſt autem mons celſitudinis: quia in principio erat uerbũ, & Deus erat uerbum. Sic enim deſcendit ad te, ut maneret in ſe: deſcẽdit ad nos, ut eſſet uallis plorationis. Manſit in ſe, ut eſſet mons celſitudinis. hinc ergo eſt aſcendendum, illuc eius exemplo ad ipſius diuinitatem. exemplum enim ſeſe fecit nobis humiliando ſe. Nam qui nolebant à conualle plorationis aſcendere, depreſſi ſunt ab ipſo. præpoſtera enim uolebant habere aſcenſum. Altos honores cogitabant, humilitatis uiam non attendebant. Vnde matri duorum diſcipulorum petenti, ut unus ex filijs ſuis ſederet ad dextram, & alius ad ſiniſtram: reſponſum eſt, Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Ipſi quærebãt ſublimitatem, & noluerunt in ualle plorationis imitari humilitatem: & ideo reſponſum eſt de humilitate, Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Sic enim ab errore reuocabãtur, ut attenderẽt prius eſſe humiliandum, & poſtea exaltandum. Cantemus ergo pſalmum aſcenſuri in corde, quia ut nos aſcendamus, deſcẽſum ad nos eſt. Nã quia Adam cecidit, ideo Chriſtus deſcendit. Ille cecidit in ſuperbia, Chriſtus deſcendit in miſericordia. Non autem ipſe ſolus deſcendit, equidem ſolus de cœlo deſcendit: ſed multi imitando eum deſcenderunt ſancti ad nos. Deſcendit enim Paulus ad nos à ſecreta habitudine & ſpirituali intelligentia: ubi arcana audiuit, quæ non licet homini loqui. cõdeſcendẽdo humanæ fragilitati dixit, Lac potum uobis dedi, non eſcam. Sed cum homo Chriſtianus incipit uelle proficere, patitur linguas aduerſantium & detrahentium. Nãq; dum nondum paſſus eſt, non proficit: & qui nondum patitur, nondũ proficere conatur. Incipit ergo proficere & aſcendere uelle, terrena contemnere, fragilia, temporalia, fœlicitatem ſeculi pro nihilo habere, Deum ſuum cogitare: lætitia non gaudere, damnis non contabeſcere: omnia ſua uelle uendere, & pauperibus diſtribuere, & Chriſtum ſequi. Taliter uero qui uult proficere, incipit pati linguas detrahentium, & multa contradicentium, & quam grauis eſt quaſi confidentium, & conſulendo à ſalute retrahentiũ. Nam qui cõſulit, ad ſalutẽ cõfidit. Quia ergo talia habet palliũ cõſolẽtis, & uenenũ perimentis, ideo lingua dicitur doloſa. contra quã linguã deprecatur iſte Dominum dicens: Ad Dominum

cum tribularer. Tribulatur quiſq;, quãdo ad cœleſtia ſuſpirat, & terrenas cogitationes uel delectationes uiles deputat. Nã qui in iſtis delectatur, non tribulatur: quod dicit, Cum tribularer, id eſt dum miſerias meas attẽdi, clamaui ad Dominum, & ipſe exaudiebat me, ponendo in gradibus, ut iam uoluntatem haberem proficiendi. Et quoniam uolens proficere multas patitur linguas diſſuadentium, rogat iſte à talibus liberari, dicens: Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa. Labia iniqua, ſunt labia hominum, fideles ab optima uita reuocantiũ: quia ſunt plurimi qui cum uiderint alios uelle proficere, dehortantur eos ne hoc faciãt. dicunt enim illam uitam eſſe arduã, in qua uix aliquis poteſt perſeuerare: proponunt ſibi etiam multos qui hanc uitam inceperunt, & non perſeuerauerunt. quibus talibus cum non acquieſceret anima, quia iam non auderet apertè blaſphemare uitam illam, quia obiq; ſubuenit & recipitur Euangelica auctoritas: dolo aggrediuntur eum dicentes, non opus eſſe aliam uitam ducere, quia tutum eſt ſibi ſic uiuere: & ſic lingua quæ prius fuit iniqua, facta eſt doloſa, habens ſub ſe palliũ conſulendi, uenenũ nocẽdi: habens imaginem conſulentis, & perniciẽ nocentis. A tali lingua rogat iſte liberari, quaſi ſe ipſum interrogans: O anima, quid detur tibi, id eſt quid neceſſe eſt ut tibi uidetur, aut opponantur tibi ad linguã doloſam? ſubdit, eu incẽdã & euadẽdã. Ecce quid datur tibi? dẽtur tibi ſagittæ potẽtes acutæ, & apponantur tibi carbones deſolatorij. Acutæ ſagittæ ſunt uerba euãgelica, corda hominum transfigentia, uetuſtatẽ perimentia, amorem innouationis generantia. hæ ſagittæ ſunt potentis ſagittarij, Domini ſcilicet longè mittentis ſagittas ſuas: quia in omnem terram exiuit ſonus eorũ. his ſagittis ſcit Dominus pulchrè ſagittare, quia interficit quod male fuit ædificatum, & reparat nouum tẽplum. Sed quia dura ſunt quæ præcipiunt uerba euãgelica. dicunt enim, Vade & uende omnia quę habes, & da pauperibus, neceſſe eſt ut ſagittæ dentur cũ carbonibus deſolatorijs, id eſt cum exemplis ſanctorum patrum, qui ea compleuerunt, qui prius etiam fuerũt carbones deſolatorij, in uetuſtate extincti uiuentes, ſed reuixerunt nouitatẽ induentes. Hoc modo quiſq; cómode attrahitur ad bonam uitam, ſi poſt præcepta euangelica ad corruptionem uitæ ſanctorum inducitur. Nã facilius quiſq; ſtudet imitari, quod ab alio uidet fieri. Vel aliter: Sagittæ potẽtis acutæ cum carbonibus deſolatorijs, id eſt deſolãtibus nos, ne in terrenis iſtis delectemur. Vnde alia tranſlatio: Cum carbonibus deuaſtatorijs, id eſt quia ſancti patres deuaſtãt in nobis cupiditatem terrenorum, id eſt excitant in nobis amorem cœleſtium.

Heu mihi quia incolatus meus.] Ecce iam data conſolatione ad linguam doloſam reuiocendam, ingemiſcendũ eſt adhuc: quia quãdiu in corpore ingemiſcimus, peregrinamur à Domino, quia inter filios Babyloniæ uerſamur. quod dicit, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, id eſt peregrinatio mea nimia prolongata eſt. Incola enim qui alienã terram incolit, quaſi peregrinatur, uelut omnes qui hic non habent manentem ciuitatem, ſed futuram inquirunt. heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, & hoc ideo: quia habitaui cum habitantibus Cedar, id eſt cum his qui in tenebris habent obſcuratum intellectum. Cedar eſt locus, ubi Agar eiecta cum filio ſuo Iſmahele fixit tentorium, & interpretatur Cedar tenebræ: quia omnes imitatores Iſmahelis, mundi uidelicet amatores in tenebris conuerſantur. quod dicit iſte, Habitaui cũ habitantibus Cedar. Et ne hanc peregrinationem intelligeremus tantum eſſe corporis, ſed etiam animæ, ſubiungit: Multum incola fuit anima mea, quia cum his qui oderunt pacem, erã pacificus, id eſt pacem ferens: quia cum illi loquebantur de bello, ego de pace uera. Et impugnabãt me gratis: quia cũ ego eos amarem, illi me odio habebant. Vel aliter legi poteſt ſuperius, ubi rogauit liberari de labijs iniquis, & à lingua doloſa. & quaſi reſponderet Dominus ſic: Quid uis ut detur tibi? aut quid uis ut apponatur tibi ad linguam doloſam? Ecce quid dabitur: Sagittæ potentis acutæ cũ carbonib. deſolatorijs cętera nõ mutantur.

IN PSALMVM CXX. ARGVMENTVM.

PRędicatio uel inſtitutio ſupplicationis, quę populo in Babylone poſito cõueniat. Aliter pſalmi graduum dicuntur, quia in aſcenſu templi canebantur ſinguli pſalmi per ſingulos gradus. Aliter uox eccleſiæ ad apoſtolos.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

PRimo in tribulatione poſitus propheta ad exemplum publicani illius, qui tunſo pectore oculos eleuare non audebat ad cœlum, liberare ſe petit à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Nunc autem reſpirans ad ſecundum gradum, oculos leuauit ad mõtes, ad interceſſores utiq; ſanctos, quorum ſuffragio munera mereretur. Hoc. n. ex perſona ſua loquitur propheta, qui tamẽ & ipſe mõs erat, & patriarcha mirabilis: ſed ideo per iſtos gradus competenter aſcendiſſe ſe retulit, ut nobis ignorantibus cœleſtium uirtutum genera diſtincta narratione monſtraret. Propheta ut diximus, ad cœleſtem Hieruſalem conſcendens, primo membro ad ſanctorum merita eleuaſſe ſe dicit oculos, ut eorum precibus iuuaretur, ne mens illius hoſtili impugnatione ſuccũberet. Secundo ordine indubitanter ſibi promittit, quod ſe integrè nouerat poſtulaſſe, docens ut quoties bona fixa corde petimus, concedi nobis ſine dubietate credamus.

COMMENTARIVS.

L*Euaui oculos meos.*] Canticum graduũ. Iterum ſpiritus iſte admonet nos, ut aſcendamus (quia intitulatur canticũ graduum) quia qui incipit uelle aſcẽdendo proficere, eius opus eſt ut proponat ſibi exemplum ſanctos patres, ut eorum exemplo magis proficiat aſcendendo. Vel ut ille qui dicit, Leuaui oculos meos in montes: id eſt ſanctos prophetas & patriarchas, attẽdo excellentiã uitæ eorum. Vnde, id eſt à quibus ueniat auxiliũ mihi: quia eorum exemplo commouebor aſcendere. Sed licet auxilium ſumendum mihi ſit ab eis, tamen principaliter auxilium capiẽdum eſt mihi à Domino, qui fecit cœlum in maioribus, & alios terram. Vnde illud: Neq; qui plantat neq; qui rigat, aliquid eſt: ſed qui incrementum dat Deus.

Non det in commotionem.] Quaſi dicat: Quando quidẽ principale mihi eſt auxilium à Domino poſtulãdum, ergo non det pedes tuos, id eſt affectiones tuas ô anima, in cõmotionem illam, uidelicet qua cõmotus primus cecidit homo in paradiſo poſitus, & qua cõmotus de cœlo cecidit angelus, & factus eſt diabolus.

Non det in commotionem pedem tuum, neq; dormitet qui cuſtodit te.] Ad ſimilitudinem negligentis cuſtodis, qui dormiendo negligit illos quos cuſtodire debet. Et quaſi anima quęreret, ubi talem cuſtodẽ inueniam, qui non dormiet, ſubiungit.

Ecce nõ dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael.] Quaſi dicat: Quære cuſtodem Iſrael. Ipſe non dormitabit neq; dormiet. Dormitat quiſq;, quoniã cardinẽ mortale portat. dormit, quando moritur. ſed iuſtus Iſrael neq; dormitabit neq; dormiet: quia Chriſtus reſurgẽs iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

Nota

Digitized by Google

Nota quia Iſraal aſt uit uidens Dominum nŭcio ſpe, quandoqua in re uiſurus. Sis ergo tu Iſrael, & Dominus cuſtodiet te. & Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam, quia protegit fidem tuam, per quam uenturus es ad dexteram Domini: quę tua eſt, quia tibi promiſſa eſt. Per manū intelligitur fides, quia fides eſt potentia. iuxta illud, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. q. Iſte dicit, Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam: quia ab eo protectus, ſol nō urat per diē. Sol diuinitatam notat, cuius radio quaſi ſole illuminatur mens cuiuſque. Et quia dies ſapiētiam notat, per quam ad diuinitatem aſcenditur. unde illud, Dies diei eructat uerbū: maximè opus eſt unicuiq; ut protegatur, ne eum urat ſol per diem, id eſt ne permittat eum diuinitas hæc ſcandalizare in ſapientia. Scandalizatur quiſq; in ſapientia, quādo filium quem per ſapientiam æqualem patri intelligere deberet, minorem eſſe dubitat, quod dicit: Sol per diem nō uret te.

Neq; luna per noctem.] Per lunā uel Chriſti caro propter defectum mortalitatis & paſsibilitatis: uel eccleſia, quæ eſt corpus ſuum, denotatur. Per noctem uero ſcientia intelligitur, per quam intelligūtur ea quæ de carne Chriſti, uel de corpore quæ eſt eccleſia, intelliguntur. Vrit luna quēq; per noctem, quādo per ſcientiam quiſq; de carne Chriſti, uel de corpore eius intelligit ea, quæ non eſſent intelligenda. Et ideo opus eſt ut Dominus protegat quemq;: quia ſi ipſe eſt protector, per diem ſol non uret te, neq; luna per noctem. Quod ut fiat, Dominus cuſtodiat te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus, id eſt animalitatem tuam, ne ratio uicta animalitate ſuccumbat. Quod ut fiat, Dominus cuſtodiat introitum tuum, ne deficias uidelicet in tribulatiōibus, quę ſunt introitus cuiuſq; fidelis: & exitum tuum, ne ſuperbias deuictis tribulationibus. quod faciet ex hoc, nunc & uſq; in ſeculū.

IN PSALMVM CXXI. ARGVMENTVM.

QVia in priore pſalmo audierat, Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuū: nunc propterea lætatum ſe eſſe dicit, quòd ſibi in domo Dei introitus ſit repromiſſus. Aliter uox eccleſiæ ad Apoſtolos.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

AVdimus gradum, intelligamus ad altiora conſcenſum. ſed iſte aſcenſus firmus eſt, qui Domino cuſtodiente ſeruatur: Ecce iam ſubleuatur propheta tertio gradu ſecundis altior factus, & de ipſa lætitia principium pſalmi ſumpſiſſe declaratur. In prima parte gaudet ſe propheta commonitum ad ſupernam Hieruſalem eſſe uenturum, ubi iam ſancti ſecura proſperitate cōſiſtunt, & cum Domino miſericordia ipſius largiēte iudicabūt. Secunda loquitur ad ciues Hieruſalem, optans eis abundantiam pacis, quam ſe dicit charitate fratrū & Dñi amore prædicaſſe.

COMMENTARIVS.

LAEtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi.*] Sicuti amor animam ad hæc terrena cōcupiſcenda inflamat, & quaſi in ima præcipitat: ſic amor ſanctus ad ſuperna leuat, & ad ęterna deſideranda inflammat, ad ea uidelicet quę non trāſeunt, ſed ſemper permanent: ad quorum amorē hortatur nos ſpiritus iſte, qui intitulatur Canticum graduum. Gradus uero ſunt aſcendentium, non deſcendentium. Aſcendat ergo quiſq; qui hunc pſalmū cantat, & quò aſcendat, niſi in cœlum? Vbi angeli ſunt ciues noſtri, à quibus ciuibus peregrinatur in terra. In peregrinationibus autem ſuſpiramus, in ciuitate gaudebimus. Inuenimus autem & ſocios in hac peregrinatione, qui iam cognouerunt ipſam ciuitatem, & inuitant ut curramus ad illam. ad hos gaudet iſte uanite, qui dicit: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi ab ipſis montibus. Dixerunt nobis ſancti patriarchę, apoſtoli & prophetæ: Curramus. Curramus, quia in domum Dei ibimus. Curramus, & non fatigabimur: quia illuc ueniemus, ubi non laſſabimur. quod dicit: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi ab ipſis montibus. Curramus curramus, &c. quæ domus Domini non eſt manu facta, ſed æterna in cœlis. Et quaſi quæreret, quæ eſt illa domus: dicit Hieruſalem, ubi Dominus qui condidit ipſam ciuitatem, eſt deliciæ omniū in ea habitantium. hic ſpes, ibi res, ad quam tanta affectione ſuſpirare debemus, ut dum ad eam tendimus, ex nimia affectione nos ibi eſſe putemus. Et non mirum ſi ſe habeant currentes ad hanc ciuitatem in uia, quaſi ibi ſint, dum illi qui tendunt ad temporale feſtum: ſic in uia loqui ſoleant, quaſi iam illuc perueniſſent. quod iſte attendit, qui hic dicit, In domum Domini ibimus. Et non tantū certus ſum, quod ibimus, ſed illic audita in Hieruſalem in atrijs tuis, id eſt in contemplatione tui ornatus, qui per atrium intelligitur: quia atrium eſt locus ante domum, quod ſolet ornari ut uiſus illuc uenientis quadā delectatione gaudeat. In qua delectatione * * *

AD LECTOREM.

BEda cum hiſtoriā quam Eccleſiaſticā uocat, ſcripſerat, iam tū annum agebat L X. *à diſcipulis deinde licet ſæpius rogatus, myſteriorum ſacrarumq; in Pſalmis diuinationum receſſus cogitans, explicationem illius libri aggredi nolebat: tamen ut quoquo modo ſuis ſatisfaceret, Argumēta in ſingulos Pſalmos breui confecit. Auditores uerò ipſius, cū importuni iterum inſtarent, tandem eis Titulos pſalmorum, breuiſsimis explicationibus illuſtrauit, quibus abſolutis deſiderijs proprijs plus indulgentes, quàm præceptoris ſenium reuerentes, eò Venerabilem uirū adegerunt, ut etiam integros Cōmentarios in Pſalmos ſcriberet. Quos quidem omnes morte præuētus, cum iam* C X X. *explicaſſet, abſoluere non potuit. Opus tamen inimitabile hoc relinquens. deſiderantur præterea hinc inde quædā in hoc noſtro exēplari, ubi aſteriſci poſiti ſunt, ea an ſenis ſcriptoris intermiſsione, aut diſcipulorū collectione neglecta, aut amanuenſium incuria deperierint, incertum nobis eſt.*

IN PSALMVM CXXII. ARGVMENTVM.

EX communi omnium perſona, qui in captiuitatem ducti ſunt, canitur, libertatem reuerſionis à Domino poſtulandū. Aliter uox Chriſti ad patrem.

CAN-

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

QVi prius ad montes oculos leuauit, nunc ad ipſum Dominum lumina ſui cordis erexit. Propheta metuens admittere quod tenebat, & cautus ex ipſa parte qua creuerat, prima parte perſeuerantiam precum deuotus exequitur, ut ſuſcepta munera diuino præmio contineret. Secundo Dominum precatur, ut donet ei miſericordiā, quia inſtigatione diaboli ab inſultantibus multa patiebatur aduerſa, ut quem conſortio nō poterant, ſaltem ſuperbis deſpectionibus macularent.

IN PSALMVM CXXIII.
ARGVMENTVM.

ETiam ſub perſona populi iam liberati cantatur, agentis gratias cū enumeratione malorū quæ à Babylone pertulerant. Aliter uox apoſtolorum.

CANTICVM GRADVVM.
Dauid.

EXPLANATIO.

QVia gradus iſtos & una tantum eccleſia, & innumerabilia eius membra uiritim conſcendunt, modò in eis pſalmiſta ſingulari, modò numero loquitur plurali. Memores ſancti confeſſores, quot pericula Domino miſerante uelut impetū torrentis euaſerint: primo capite fatentur ſe de tot ærumnis ſola Dei miſericordia liberatos. Secundo gratias agunt, quia non ſunt decepti à perſecutoribus, ſed uerſa uice contritis ipſorum inſidijs erepti.

IN PSALMVM CXXIIII.
ARGVMENTVM.

EX perſona eorum canitur, qui de captiuitate redeuntes, impugnatores ſuos, hoc eſt finitimas gentes Deo adiuuante preſſerunt. Aliter uox eccleſiæ.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

SExto gradu clamat propheta nobis in Domino confidendum, ne laboremus incaſſum. Prima commonitione propter populum fidelem confirmat, dicens: Nullatenus commoueri poſſe, qui in Domino ſint confiſi, reddens cauſam, quare peccatores ſupra ſortem iuſtorum non permittat excreſcere. Secundo precatur, ut rectis proſperitas, prauis uindicta proueniat.

IN PSALMVM CXXV.
ARGVMENTVM.

IN captiuorum perſonam canitur, ſupplicantium pro libertate, atq; dicentium quanta bona & quanta clara laudatio abſolutionem talem ſecutura ſit. Aliter conuertente Domino captiuitatem Sion, hoc eſt Hieroſolymorum, quæ prima domum redierat, facti ſumus ſicut deſolati, non dicit conſolati. Nondum eſt enim plena lætitia cæteris in captiuitate poſitis. Aliter uox apoſtolorum de impijs Iudæis.

GANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

POſt captiuitatem omnium peccatorum uoces beatorum aſcendentium ad ſupernam Hieruſalem, quam ſuauiter offeruntur, ut itinere arduo poſiti ſancto ſe carmine conſolentur. Sanctiſſimi uiri diuina miſeratione liberati, prima parte pſalmi gratias agunt, quòd de obnixietate ſæuiſſima peccatorū, in tantam gratiam ſunt recepti, ut inter gentes probarentur eſſe laudabiles. Secunda deprecantur, ut captiuitas eorum commutetur in gaudium, ſubiungentes mirabilem ueramq; ſententiam: quia qui ſeminant in lachrymis, in gaudio metent.

IN PSALMVM CXXVI.
ARGVMENTVM.

CArmen hoc licet Salomonis perſonæ conſtituentis domum Domini congruat, prophetiæ tamen & ſecundæ ædificationi aptandum eſt, quam adnitebantur reuerſi de Babylone: quia utraq; caſſa eſſe, niſi Deo cuſtode & præſide niteretur. Aliter uox Chriſti ad futuram eccleſiam.

CANTICVM GRADVVM
Salomonis.

EXPLANATIO.

IDeo pſalmus iſte Salomonis titulo prænotatur, ut ipſe fabricator templi doceat ſe nihil ualere ad ædificationem eius ſine Domini auxilio. Myſticè autem Salomon, qui pacificus interpretatur, Chriſtū ſignificat. De quo Apoſtolus ait: Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit utraq; unum, id eſt, circumciſionē & præputium una fide coniunxit. Vnde rectiſſimè propter diſtinctionem teſtamentorum, Salomonis nomen & hic poſt ſeptem gradus in capite octo reliquorum, & ſupra poſt ſeptuaginta pſalmos in capite octuaginta ſequentium conſtat adnotatum. Exultans propheta quòd noui teſtamenti gratiam præuidiſſet in ſpiritu, nec inde tanto munere præſumptio pernicioſa ſubriperet, primo ingreſſu docet, ne proprijs uiribus aliquid boni applicet, cum omnia in diuina poteſtate ſint poſita, nec præcurrere uelit tempus Domini ordinatione diſpoſitum. Secundo modo de ipſo Domino, deq; eius Apoſtolis loquitur, uel quicunque ipſius mandata perficiunt.

IN PSALMVM CXXVII.
ARGVMENTVM.

REuerſos de Babylone docet ſtudere debere uirtutibus, quando irremunerata talis non poſsit eſſe deuotio. Aliter propheta de Chriſto ad eccleſiam dicit.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

QVam ſit magnificus nonus gradus, numerus ipſe declarat, qui trina triplicatione protentus ſanctum nobis trinitatis

culmen

culmen oſtendit. Meritò ergo & in tali gradu & ubiq; timor Domini nobis commendatur, quibus cuſtos neceſſarius approbatur. Primo membro propheta ſub quibuſdã alluſionibus enumerat bona timẽtium, ut animas deuotorum cæleſtis præmij calore ſuccendat. Secũdo benedicit eos, ut gaudia æterna recipiãt, ne quis hunc timorem ſuauiſſimum pertimeſcat.

IN PSALMVM CXXVIII. ARGVMENTVM.

DOcet reuerſuros de Babylone & meminiſſe ueterum bonorum, & pro felicitate præſenti gratias referri: ex perſona ergo reuertentium formatur oratio. Aliter uox eccleſiæ.

CANTICVM GRADVVM

EXPLANATIO.

QVia laborantes in uinea Domini denario regni remunerantur æterni, in decimo gradu tolerãtia paſſionum ſuadetur, cum crebra eccleſiæ commemoratur afflictio. In prima poſitione populum monet Iſraelem, ut dicat quod certamina uel inſidias à ſuis pertulerit hoſtibus, ne quis fidelium de proprijs poſſet deſperare preſſuris. Secũda inimicis eccleſia per parabolas imprecatur, quod eis in iudicio futuro nouerat eſſe uenturũ.

IN PSALMVM CXXIX. ARGVMENTVM.

SVb perſona de Babylone canitur, illorum uidelicet qui ibi meritis eminebant. Aliter legendus ad lectionem Ionæ prophetæ.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

IN gradu undecimo collocatus propheta pœnitentiæ ſe ſatiſfactione proſternit: quia nec ſanctus quiſque in carne conſtitutus, peccata ad integrum cauere poteſt. ſed & hoc dicendum, quia omne peccatum quaſi undenarium eſt, quia decalogi perfectionem tranſgreditur. Clamat propheta ad Dominum, ut peccatorum profundo liberaretur beneuolentia boni iudicis de calamitatibus indicatis. Nec mora ad gratulationis gaudia uenit, ut agnoſcerent pœnitentes quanta gratia ſuſcipiuntur, quibus tamen uelox medicina præſtatur.

IN PSALMVM CXXX. ARGVMENTVM.

HIc quoq; pſalmus ſub ſanctorum in captiuitate degentium perſona cantatur. Aliter uox eccleſiæ regnantis.

CANTICVM GRADVVM David.

EXPLANATIO.

POſt labores pœnitentiæ propheta ſuauia canticorum nobis alimenta tranſmittit, totum uidelicet hunc pſalmum de manſuetudine atq; humilitate decantans, ut quos labor præmiſſæ cõfeſſionis afflixerat, glorioſa deuotionis dulcedo reficiat. Primo ordine propheta exemplo ſuo humilitatem & manſuetudinem docens, populum utiq; Chriſtianum pœnam ſibi grauiſſimã ponit, ſi mandata Domini non cum ſumma humilitate ſuſciperet. Secundo conuerſio hortatur Iſrael iugiter ſperare in Domino, quatenus tali ſpe roboratus cunctas ſeculi aduerſitates tolerare præualeat.

IN PSALMVM CXXXI. ARGVMENTVM.

IDem argumentum eſt præſentis & octuageſimi octaui pſalmi. prædicens quippe propheta quæ circa populum in Babylone geſta ſunt, inducit ipſum populum uelut commonentem Deum, quantam beatus David curam religionis & diuini cultus habuerit, quantumq; ſtudiũ pro templi ædificatione ſuſceperit, qualiterq; illum uiciſſim Deus remuneraturum ſe dixerit, promiſſionibus ad gẽtem eius directis, uel ad eos qui erant ex eius genere regnaturi. Et quia promiſſionum talium illo tendebant intẽtione, ut eſſet in illa tã imperij populi cõmunis utilitatis, idcirco huiuſcemodi propheta pſalmos inſtituit, quib. ſpem populi nutriat, & credant manẽrẽ promiſſionẽ, ſaltem propter fidẽ captiuitatem eſſe laxãdam, ut & populus ſolo patrio, & David poſteri à uicto inſtituantur imperio. Aliter ꝓpheta ad patrẽ de Chriſto dicit.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

HIc gradus incarnationis Dominicæ ſacramenta deſcribit. Dignum enim fuerat, ut poſt duodenarium apoſtolorũ numerum, quaſi caput omniũ ipſe tertiuſdecimus adueniret. Neq; enim ille humilis, quia hactenus clamauerat de profundis, ſubitò ſe in tantam laudẽ potuiſſet erigere. ſed David hoc loco Chriſtus intelligẽdus eſt. Prima parte propheta Chriſti uerba refert, quibus patri promiſerit requiem ſe non alias ſumere, niſi uerè religionis affectũ humanis cordibus infudiſſet. Secunda dicit eſſe cognitũ, quod ueraciter fuerat à Chriſto pollicitũ, preces ſuas adijciens, ut quãtotius mundũ ſaluaturus adueniret. Tertia promiſſionẽ à patre illi factam perhibet eſſe complendã, ut fructus uteri uirginalis thronũ regni ſedeat æternũ: quatenus eccleſiã eius benedicat, pauperes paſcat, ſacerdotes glorificet, & poteſtatẽ eius producat: inimicos induat confuſione, ſuper eum floreat ſanctificatio æterna iuſtitiæ.

IN PSALMVM CXXXII. ARGVMENTVM.

PRædicit propheta duas & decem tribus, quæ prius ſemper diſſidebant, poſt captiuitatem in unam fœderandas eſſe concordiam. Aliter uox eccleſiæ.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

POſt illam præcedentis pſalmi ſanctiſſimamq; prædicationem, in decimo quarto gradu iam poſitus propheta populis bea-

tam

tam prædicat unitatem, ut qui ſe Chriſtiana religione conſtringunt, in una charitatis conuenientia perſeuerent. Hic pſalmus ſicut centeſimus decimus ſextus diuiſionem nõ recipit. & rectè, quia & ille omnes gentes populumq; ad unius Domini laudes, & iſte ad unitatem fraternæ dilectionis hortatur.

IN PSALMVM CXXXIII.
ARGVMENTVM.

QVaſi poſt reditum ædificata iam domum ſtudium libertatis. Aliter uox eccleſiæ in futuro.

CANTICVM GRADVVM.

EXPLANATIO.

POſt monita mutuæ dilectionis, nunc conſequenter ſuadet, ut felix adunatio in laudes Domini flagrãtiſſimo charitatis ſtudio concitetur. Prima parte inuitat propheta ad benedicendum Dominum, unde plurali numero prædictã plebem alloquitur. Deinde populũ ſingulariter benedicit, quia ſancta unitas decus eſt ac uirtus eccleſiæ. Libet referre quemadmodum uſq; ad ſupernam Hieruſalem gradus iſti peruenerint. Primo ſiquidẽ gradu ſeculi deſignat horrorem, poſtquam ad uirtutum omniũ ſtudia feſtinatur. Secundo uirtus diuina defenſionis exponitur, cui nihil obuiare poſſe monſtratur. Tertio magnum gaudium eſſe dicitur in eccleſia Domini pura mente uerſari. Quarto inter qualibet anguſtias docet conſtanter de Domino præſumendũ, donec miſeratus exaudiat. Quinto monet ut liberati periculis non nobis aliquid, ſed omnia Domini uirtutibus applicemus. Sexto montibus ſolidiſſimis comparatur confidentia fideliſſimi Chriſtiani. Septimo dicitur quã copioſos fructus metant in lachrymis ſeminantes. Octauo nil permanere dicitur, quod uoluntate propria unuſquiſq; fuerit operatus: ſed illa tãtũ eſſe firmiſſima, quæ auctore Dño conſtruuntur. Nono timore Domini pronunciatur homo beatus fieri, & uniuerſa illi profutura cõcedi. Decimo infundit patientiam deuotis, quã per eccleſiæ uerba cõmendat ad Dñm, ut in liberãdis hominib. quanta ſit diuinitatis potentia ſentiatur. Duodecimo uirtus manſuetudinis & humilitatis oſtẽditur. Tertiodecimo ſanctæ incarnationis promiſſio, & dictorum ueritas approbatur. Quartodecimo fratribus ſpiritualib. adunatio prædicatur, ſupra quos benedictio Domini & æterna uita prouenire mõſtratur. Quintodecimo in laudib. Dñi perfecta illa charitas excitatur, ſupra quã nihil maius dici, nec glorioſius poteſt inueniri: ſicut Apoſtolus teſtatur, Quia Deus charitas eſt. Continet hic numerus & hoc ſacramentũ, ut cum quinq; ſenſus corporei, per quos fragilis humanitas contrahit omne peccatum, beatæ & indiuiduæ trinitatis fuerint uirtute ſuperati, ad quintumdecimũ gradalium pſalmorum nos culmen educat.

IN PSALMVM CXXXIIII.
ARGVMENTVM.

REuerſis de Babylone præcipitur ut tam pro ultione hoſtium, quàm pro defenſione ſui gratias referant redemptori, qui illos multiplici ſolatiorum genere ſemper confouerit. Aliter uox eccleſiæ operantibus, quia increpat idola.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

POſt gradualium pulcherrimam cõſtructionem, quæ ad culmen uſq; perpetuæ fœlicitas euexit, congruo nimis ponitur alleluia, ut laudibus Domini ſancta perfruatur eccleſia, cui tale munus noſcitur eſſe præparatũ. Per totum Pſalmum propheta loquitur. Primo ingreſſu propter nominis eius potentiam laudes Domino dicit eſſe ſoluẽdas, quia fecit quæ uoluit magnalia ipſius diuerſa commemorans. Secundo quoniam ueritatis perfecta laus eſt deſtruere falſitatem, idolorum cultores ſub irriſione redarguit. Tertio diuerſos ordines admonet, ut Dominum laudare non deſinant.

IN PSALMVM CXXXV.
ARGVMENTVM.

VT ſuprà. uox Apoſtolorũ ad ſynagogas.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

ITerum nobis alleluia dicendum eſt, gratia quidem ſemper nouum, ſed aſſidua expoſitione nouiſſimum. Hinc pſalmus ſubiectus eſt, qui peruerſus uniſines miſericordiam Domini nobis ſæpius inculcat, nec in merito. Nam clementia eſt eius, quod uiuimus, miſericordia qu d ualemus. Per uniuerſum pſalmum propheta loquitur. Prima parte magnificentiam Domini & totius orbis conditionem declarat. Secunda miracula refert, quæ fecerit in Aegypto & in gente Iudæorum. Tertia deſcendit ad Chriſtianos, beneficia Domini conſequenter enumerans.

IN PSALMVM CXXXVI.
ARGVMENTVM.

CAptiuitas Babylonica prophetatur. Aliter uox eccleſiæ.

PSALMVS DAVID PROPTER Hieremiam.

EXPLANATIO.

TRipliciter hic pſalmus intelligi poteſt, & de captiuitate, quæ populo accidit Iudæorum, quando in Babylonẽ tranſlati ſunt, & ibi uariis modis ludificati. & de peccatoribus qui de eccleſia iacti, tradantur diaboli poteſtati, & de ſuperiore captiuitate, qua in primis noſtri generis parentibus de paradiſi gaudiis in cõuallem lachrymarum deuoluti ſumus. Populus Hebræorum prima ſectione calamitates ſuas, quas erat in Babylone paſſurus, enumerat: ſubiungens inter qualibet ſeculi huius anguſtias, nunquam ſe Hieruſalem ullatenus obliuiſci, quamuis euertendam eſſe conſtaret Secunda ad Dominum uerba conuertit, ut memor ſit inſultantiũ eccleſiæ, beatos aſſerens qui de corde ſuo incipientes, malas cogitationes obiiciunt.

IN PSALMVM CXXXVII.
ARGVMENTVM.

PRæcedens pſalmus querelas captiuitatis in Babylone, hic uotum redeuntis populi cõtinet: quãtasq; gratulationes in terra propria Deo reddere uoluerit, exponit. Aliter uox Chriſti ad patrem.

Digitized by Google

IPSI DAVID.

EXPLANATIO.

Ipſi Dauid, ipſi Domino Chriſto ſignificat, ad quã pſalmi iſtius refertur uniuerſa confeßio. Per totum pſalmum uniuerſalis eccleſia loquitur. Prima narratione beneficia ſibi Domini attributa collaudat, poſtulans in futuris patientiam, ut aduerſa mundi eius poßint munere ſuſtineri. Secunda deprecatur ut reges terræ Dominum confiteantur excelſum, quoniam in omnib. maieſtatis ſuæ miracula dignatur oſtendere: orans ne peccatores cõuerſos deſpiciat, quos creare dignatus eſt.

IN PSALMVM CXXXVIII. ARGVMENTVM.

EX perſona populi fidelis intelligentis Domini potentiam, & quod nulla etiam ſecreta maieſtatẽ eius fallere poſſũt, pſalmus iſte cõponitur. Aliter uox Petri apoſtoli pœnitẽtis.

IN FINEM PSALMVS Dauid.

EXPLANATIO.

IN finem in Chriſtum dicit, ex cuius perſona totus eſt pſalmus iſte cantatus. In prima parte Dominus de pauſatione & reſurrectione ſua loquitur, patri omnes cogitationes ſuas illi dicens eſſe notißimas. Secunda potentiam paternæ diuinitatis exponit, quia in id quod homo eſt, nullo loco, nulla longitudine ab eius ſe poßit abſcondere notitia: addens, quoniã ab utero matris ſuæ ipſo protegente reſeruatus eſt, qui mundi uitia glorioſa ſanctitate ſuperauit. Tertia ſe laudaturum à parte, qua ſubiectus eſt patri, Dominum profitetur, cuius opera potentia & mirabilia eſſe iam cognita ſunt. Quarta cõfirmatum aſſerit beatorum omnium principatum, iubens à ſe impios obſtinatosq; diſcedere, qui tamen nulla erant pœnitudinis humilitate ſaluandi.

IN PSALMVM CXXXIX. ARGVMENTVM.

EZechias contra Aſſyrios orat, ne uidelicet exterorum ui uel fraude ſuperetur. Aliter uox Chriſti eſt.

IN FINEM PSALMVS DAVID.

EXPLANATIO.

Finis legis eſt Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti, qui nobis in hoc pſalmo quaſi præconis uoce iuxta iter terribilis, omnipotens, pius & nimium deſiderabilis aduenire prædicetur. Per totum pſalmum ſancta eccleſia loquitur. Primo membro Dominum deprecatur, ut ab iniquo diabolo eam liberare dignetur, qui multis fraudibus deuotionẽ populi fidelis conatur euertere. Secundo poſtulat ne tentatori nequißimo tradatur, quam iam conſtat aceruis periculis ipſo protegente liberatam. Tertio in iudicio futuro uindictam ſupra eos dicit eſſe uenturam, qui pauperes eius inſanis motibus perſequuntur.

IN PSALMVM CXL. ARGVMENTVM. Bedæ tom. 8.

SVb perſona Ezechiæ canitur, pœnitẽtiam exercentis, ne contra iram Aſſyriorum rapetur in iram. Aliter uox eccleſiæ contra hæreticos, ſicut & ſuprà.

PSALMVS DAVID.

EXPLANATIO.

SVpplicat propheta ut inter actus iſtos mundanos à diuerſis liberetur erroribus. Prima ſectione propheta Dominum rogat, ut eius audiatur oratio, ſubiungẽs à quibus ſe maximè liberari uelit errorib. Secunda eligit ſe à iuſto argui, quã à peccatore laudari, ſupplicans ut cuſtodiatur à laqueis peccatorũ: quia nullam ſe communionem cum eis habere teſtatur.

IN PSALMVM CXLI. ARGVMENTVM.

TItulus manifeſtus eſt de Dauid. poteſt & ab Ezechia obſeſſo dictus accipi.

INTELLECTVS DAVID, CVM ESSET in ſpelunca, oratio.

EXPLANATIO.

DAuid ob Saulis inſidias profugus cũ in ſpelũca lateret, orauit, quoniam Dominum Chriſtũ in corpore ante paßionem ſuam ſignificabat eſſe facturum. Nã cum huic orationi intellectus præmittitur, ſignificatur intellexiſſe Dauid inter anguſtias, & fugæ ſuæ latebras, quid eſſet Dñs à Iudæis paſſurus, & quomodo patrẽ rogaturus. Prima parte Dñs clamat ad patrem, nefandos dolos iudice perfectionis exponẽs. Secunda liberari ſe de carcere inferni deprecatur, quoniam omnium ſanctorum fides in eius reſurrectione pendebat.

IN PSALMVM CXLII. ARGVMENTVM.

TItulus apertus eſt à Dauid contra Abſalõ agi. poteſt & ab Ezechia cõtra Sennacherib dictum intelligi.

PSALMVS DAVID, QVANDO perſequebatur eum Abſalon filius eius.

EXPLANATIO.

HIſtoria quidem hæc regum lectione notißima eſt, Dauid à filio perſecutum, quæ ſimilitudo, ut quidam uolunt, ad omnem porrigitur Chriſtianum, qui peccatis ſæuientibus tanquam à filijs proprijs in mundi iſtius acerbitate uexatur: ſed contra hæc pœnitudo remedialis, quæ hic pſalmus cõtinet, apponitur. Quãuis propheta multos pœnitentiæ pſalmos ſcripſerit, tamen quantum compunctione cordis afficitur, ut ſalubriter examinatus diuinis mundior appareret aſpectibus. Prima itaq; deprecatione rogat Dominum Chriſtum, ne cum ſeruo ſuo uelit inire iudicium, ſed perturbationi ſuæ miſericordiã ipſius ſupplicat ſubuenire. Secunda uelociter peruenire ſe petit ad ueniam, ut deductus in uiam ueritatis, ab inimicorum liberetur inſidijs.

IN PSALMVM CXLIII. ARGVMEMTVM.

HVnc quoque pſalmũ ipſe titulus exponit, nec minus etiam Ezechię gratiarum actio prætenditur, de obſidione & de infirmitate ſaluati. Aliter uox eccleſiæ aduerſus diabolũ & ſatellites eius.

PSALMVS DAVID, ADVERſus Goliath.

EXPLANATIO.

BEllum iſtud Dauidicum ad deſignandum certamen eſt Domini Chriſti permiſſum, ut ſicut iſte gloriam Goliath, qui reuel..tus ſiue tranſmigrãs interpretatur ſaxei teli dimicatione proſtrauit: ita per petrã, quod eſt Dñs Chriſtus, fortitudo diabolica uinceretur. Poſt interfectionẽ Goliath, in prima parte propheta Dño gratias agit peracti belli diſcrimine ſe liberatũ, deprecans ut citò Dñi declaretur aduentus, per quem diabolus uictus eſt, & ſpiritualis Iſrael liberatus. Secũda in nouo & ueteri teſtamẽti propheta ſe Dño pſallere promittit, liberatus à peſſimis inimicis, qui beatitudinẽ ſuã in ſeculi iſtius felicitate poſuerunt, illos ſolum beatos eſſe definiẽs, quorũ eſt Dñs Deus eorũ. Notandũ aũt, quòd interfectione Goliath memorata quaſi quidam terminos mũdanis eſt rebus appoſitus. Neq; enim poſt hũc aliquid aut de eccleſiæ laborib. aut de amaritudine ſeculi, aut de tribulatione pœnitentiũ, aut de Antichriſti abominatiõe narratur: ſed reliqui ſeptem in magnum myſterium diuinis præconijs aptati, cœleſti gaudio uidentur eſſe pleniſsimi.

IN PSALMVM CXLIIII. ARGVMENTVM.

EX perſona canitur populi de captiuitate liberati, admirans Dei potentiam, & agẽtis gratias beneficijs eius, qui omnibus in tribulatione poſitis ſubuenire ſoleat. Aliter uox eccleſiæ ad Chriſtum.

LAVDATIO IPSI DAVID. EXPLANATIO.

QVæri poteſt, quare titulus hic ſingulariter contineat, laudatio ipſi Dauid, cũ in omnib. Pſalmis ipſius Dauid, hoc eſt Dñi Chriſti gloria prædicetur? ſed hic ideo diſtrictior diuiorq; poſita eſt, qui cõpletis omnib. quibus humana ignorantia fuerat inſtruẽda, nũc ad ſola præcipitur Dñi uacare præconia, quæ laudes propter futuri ſeculi ſabbatum (ut reor) ſeptenario pſalmorum numero ſunt comprehenſæ. Beati enim ait, qui habitant in domo tua Dñe, in ſeculũ ſeculi laudabunt te. Et hic autẽ pſalmus Hebræi alphabeti ordinẽ peruerſuũ capita cuſtodit, in quo tñ notandũ, qa Nun litera in Hebræis uoluminib. non habetur: ſed à ſeptuaginta interpretib. addita cõtinet hunc uerſum, Fidelis Dñs in omnibus ſermonib. ſuis, & ſanctus in uniuerſis operibus ſuis. Laudatio Chriſti, quæ à propheta propoſita eſt, tribus narrationib. explicatur. Prima eſt laudis eius infinita ꝓmiſsio. Secũda dicit laudẽ Dñi nouẽ modis eſſe peragendã. Tertia parte q̃ in ſecunda de præconio Chriſti breuiter propoſuit, paulo latius atq; euidẽtius explanat, in finẽ cõmonens ab omni carne Dñm debere laudari. Prima ergo diuiſio cõtinet prædicti alphabeti literas tres, ſecunda quatuor, tertia quatuordecim.

IN PSALMVM CXLV. ARGVMENTVM.

POpulus de Babylone ſaluatus, beneficia in ſe Dei ab initio commemorat. Aliter uox Chriſti ad populum.

ALLELVIA AGGEI ET ZACHARIAE.

EXPLANATIO.

MEmoriam Dominicæ laudis, quã præcedente titulo latinè poſuerat, nũc ad cumulum euſdẽ laudis Hebræi alleluia uoluit augmentare uocabulo, cupiens propheta laudes Dñi ex toto corde decantari. Primo ingreſſu dicit in hominib. minimè confidendum, ne aliquid ab eo peteretur tepide, ſi & alius crederetur poſſe præſtare. Secundo pronunciat totam ſpem in omnipotente Domino reponendã, & cũ ſit iſte Dñs, ex factis ſuis pulcherrimè definitur, ut gentilitas tã frequenti ratione conuicta errores ſuos fideli deuotione relinquat.

IN PSALMVM CXLVI. ARGVMENTVM.

POpulus liberatus ad laudandũ Deũ hortatur. Aliter uox eccleſiæ & Apoſtolorum ad nouellum populum.

ALLELVIA. EXPLANATIO.

VErba tituli ſui ſubſequens textus exponit, Alleluia ſiquidem ſignificat laudate Dñm. Deniq; quinta editio pſalmi huius initium ita poſuit, Laudate iam, id eſt Dominũ: quia ia unum ex decem nominib. Dei intelligitur, quæ Hieronymus ad Marcellam ſcribens, ita cõmemorat. Primum nomẽ eſt heli, id eſt fortis. Deinde heloim & heloe, quod utrunq; dicitur Deus, unde geminatũ frequẽter inuenitur, ut eſt: Deus Deus meus quare me dereliqſti. &, Deus Deus ad te de luce uigilo, & his ſimilia. Quartum ſabaoth, quod eſt exercituũ. Quintum ielon, quẽ nos excelſum dicimus. ſextum eſer eiæ, quod in Exodo legitur, Qui eſt miſit me. ſeptimũ adonai, quem nos Dñm generaliter appellamus. Octauum ia, quod Deo tantum applicatur, & in alleluia extrema ſyllaba ſonat. Nonum tetragrãmum, quod ineffabile nuncupetur. Decimum ſadai: id eſt robuſtum & ſufficientem ad omnia perpetranda. Primo modo hortatur propheta populum deuotũ laudare Dñm, qui humiles erigit, & ſuperborum colla concidit. Secundo alacriter Domino dicit eſſe pſallendum, qui ſupplicantibus beneficia profutura concedit: quoniam qui de ſuis uiribus præſumunt, ei placere non poſſent.

IN PSALMVM CXLVII. ARGVMENTVM.

A Speciali gratiarum actione pro reditu ad generalem Dei laudem cõuertitur. Aliter Chriſti uox ad eccleſiam.

ALLELVIA. EXPLANATIO.

AD conſuetum quidem Alleluia reuertimur, ſed hoc nullatenus repetere faſtidimus, cuius uerbi tantus honor eſt, ut cum ſit in Hebræa lingua reconditum, nullo tamen conſtat alieno ſermone tranſlatum: ſed quicquid deditum diuinitati, dignitem huius nominis pia deuotione ueneratur. Primo capite ꝓpheta Hieruſalẽ, id eſt supernã alloquitur ciuitatẽ, ut ſecura iã reddita in ciuibus ſuis, Dominũ iugi debeat exultatione laudare. Secundo myſticis allocutionib, latius enumerat, quanta po-

pulo

Digitized by Google

pulo ſuo pius miſerator indulſerit. Pſalmi iſti laudationis Dauid ita diſpoſiti ſunt, ut prius de præceptis diuini præconij, pòſt de mundi peruerſitate fugienda, tertiò de cõgregatione eccleſiæ diceretur. Quarto qui nunc finitus eſt, collectæ Hieruſalẽ præcepit laudes Domini celebrare, quæ de mundi iſtius diuerſis periculis liberata, in æterna requie noſcitur conſtituta. Quapropter choro illi ſanctiſſimo & de mundi partibus aggregato trina ſubnectit exultatione gaudendũ, ut in opere ſanctiſſimo trinitatis gratia ubiq; fulgeret.

IN PSALMVM CXLVIII.
ARGVMENTVM.

OMnis mũdi creatura ad laudandũ Deum conuocatur. Aliter uox Apoſtolorum ad populum.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

PRopheta per paucarum cõmemorationem omnes creaturas ad Domini laudes hortatur rationales & intellectuales per ſe: intellectu autẽ uel ſenſu carentes per illas utiq;, quæ opera Domini ſapientiſſima conſideratione collaudant. Prima parte cœleſtia hortatur ad laudes. Secunda allegoricis alluſionibus terrena commonet, ut Dominum deuota mente concelebrent, unam cauſam probabilem utriſq; ſubiungens, quia dignum eſt ut creatura ſuum laudet auctorem.

IN PSALMVM CXLIX.
ARGVMENTVM.

REuerſi de Babylone gratias agere iubentur, quia obſiſtentes ſibi finitimas gentes Deo adiuuante deuicerint. Aliter uox Chriſti ad fideles de futuro & de reſurrectione.

ALLELVIA.

EXPLANATIO.

HOc nomen in uſu habere in omnimodis cõmonemur, quãdo & nouũ ueteri teſtamento decenter aptatur, & uetus nouo, ubi Aegypti miracula, & maris rubri beneficia deſcribũtur: nouo in præſenti pſalmo, quo canticũ nouum Dño cãtare iubemur. Prima poſitione propter canticum nouum Chriſto Domino diuerſis modis dicit eſſe cantandum, qui de toto orbe terrarum uniuerſalem ſua pietate conſtruxit. Secunda gaudia ſanctorum, uirtuteſq; deſcribens uindictam peccantiũ gloriam dicit eſſe iuſtorum, in præcedẽte pſalmo ad præconia Domini omnes hortatus eſt creaturas. Hic autẽ diſtinctius propriamq; ſignificauit Iſrael, nouum canticum debere cantare, & de proprio Domino lætum fieri, qui eum fecit de gentium multitudine congregari. cõmemoratur & poteſtas, quæ ſanctis eſt in illa iudicatione tribuenda, ut uirtus Domini in eorũ gloria poſſit agnoſci.

IN PSALMVM CL.
ARGVMENTVM.

HOrtatur propheta tam poſteros quã præſentes, ut pſallendi inſiſtant officijs. Aliter Chriſti uox poſt ſeculum deuictũ in regno ſuo lætantis. Amen.

ALLELVIA.
EXPLANATO.

ADmonetur ciuitas Dei, ut de mundi ambitu congregata Domino laudes, & ore cantet & animo. Pſalmus iſte leuatus ad illam concordẽ ſanctorum omnium unitatẽ, diuiſionẽ habere non debuit: quia totius operis perduxit ad uirtutem inſeparabilis trinitatis: finem intẽtio uerò eius ipſa eſt, ut Dominus de ſanctorum congregatio laudetur. Amen. Deo laudes.

ARGVMENTVM PSALMI.

HIc Pſalmus propriè ſcriptus Dauid extra numerum, quando pugnauit cũ Goliath. Quinquageſimus eſt de pœnitẽtia, cẽteſimus de miſericordia & iudicio, cẽteſimus quinquageſimus de Dei laude in ſanctis eius. ſic enim ad æternam beatamq; tendimus uitam: primitus noſtra peccata damnando, deinde bene uiuendo, ut poſt uitã condemnatã malã, & geſtã bonam mereamur æternã. uocati enim, renunciamus diabolo per pœnitẽtiam, ne ſub iugo eius remaneamus: iuſtificati ſanamur per miſericordiam, ne iudicium timeamus, glorificati tranſimus in uitam æternam, ubi Dominum ſine fine laudemus.

FINIS COMMENTARIOrum in Pſalmos.

Bedæ presbyteri in Pſalterium, & eiuſdem uocabula expoſitio, & de diapſalmis collectio.

CATALOGVS DIAPSALMATVM.
De Pſalmo ſecundo diapſalma.

I.	ET aduerſus Chriſtum eius.	
II.	Non eſt ſalus illi in Deo eius.	Diapſalma de pſalmo iij.
III.	Et exaudiuit me de monte ſancto ſuo.	Diapſalma item aliud.
IIII.	Et quæritis mendacium.	Diapſalma pſal. iiij.
V.	Et in cubilibus ueſtris conpungimini.	Diapſal. aliud.
VI.	Et gloriam meam in puluerem deducat.	Diapſal. vij.
	CANTICVM DIAPSALMATIS.	
VII.	Comprehenſus eſt peccator.	IX.
VIII.	Vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt.	Diapſalma aliud.
IX.	Et holocauſtum tuum pingueſiat,	Diapſal. xix.

Digitized by Google

X.	Non fraudaſti eum.	Diapſelma xx.
XI.	Requirentium faciem Dei Iacob.	Diapſalma xxiij.
XII.	Dum conſtringitur ſpina.	Diapſel. xxxi.
XIII.	Et to temiſiſti impietatem cordis mei.	Diapſal.aliud.
XIIII.	Redime me à circumdentibos me.	Diapſal. al.
XV.	Inquirentes autem Dominum non deficiat omni bono.	Diapſal. xxxiij.
XVI.	Veruotamen uniuerſe uanitas.	Diapſal.xxxviij.
XVII.	Veruntamé uanè conturbatur.	Diapſal.al.
XVIII.	Er in nomine tuo coofitebimur in ſecula.	Diapſal.xliij.
XIX.	Conturbati ſunt moores io fortitudine eios.	Diepſal. xlv.
XX.	Suſceptor noſter Deue Iacob.	Diapſal.al.
XXI.	Speciem Iecob quam dilexit.	Diapſalma xlvj.
XXII.	Deus fundauit eam in æternum.	Diapſal.xlvij.
XXIII.	Et poſtea in ore ſuo benedicenr.	Diapſal.xlviij.
XXIIII.	De manu inferi eum ecceperit me.	Diapſal. el.
XXV.	Quoniam Deus iudex eſt.	Diapſal.xlix.
XXVI.	Et eripiam te,& magnificabie me.	Diepſal.al.
XXVII.	Iniquitatem magis quam loqui æquitatem.	Diepſal.lj.
XXVIII.	Et radicem tuam de terra uiuentium.	Diepſal. al.
XXIX.	Non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.	Diapſal.liij.
XXX.	Et manſi io ſolitudine.	Diapſal. liiij.
XXXI.	Et manet in æternum.	Diapſel.aliud.
XXXII.	Dedit in opprobriom conculcantes me.	Diapſal.lvj.
XXXIII.	Et ipſi inciderunt io eam.	Irem eliud Diapſalma lvj.
XXXIIII.	Non miſerearis omnibue qui operantur iniquitatem.	Diapſal.lviij.
XXXV.	Finium terræ.	Diapſal.al.
XXXVI.	Vt fugiant à facie arcus.	Diapſal.lix.
XXXVII.	Protegam in uelemento alarum tuarum.	Diapſel. lx.
XXXVIII.	Et corde ſuo meledicebant.	Diapſal.lxj.
XXXIX.	Quia Deus adiutor noſter eſt.	Diapſel. al.
XL.	Pſalmuo dicant nomini tuo altiſeimo.	Diapſal.lxv.
XLI.	Non exultentur in ſemetipſie.	Diepſal.al.
XLII.	Offeram tibi boues cum hircis.	Diepſal.al.
XLIII.	Et gentes in terra diriges.	Diapſal.lxvj
XLIIII.	Delectentur in lætitia.	Diapſel.lxvij.
XLV.	Dum trenſgredieris in deſerto.	Diapſal.aliud.
XLVI	Et poſteriora dorſi eius in ſpecies auri.	Diepſal. al.
XLVII.	Proſperum iter faciet nobie Deus.	Diapſal.al.
XLVIII.	In medio iuuenum tympeniſtarum.	Diepſal.al.
XLIX.	Regna terræ eentete Deo, pſallite Domino.	Diepſal.al.
L.	Et intelligam in nouiſsime eorum.	Diapſal.lxxij.
LI.	Ego confirmaui columnes eius.	Diapſal.lxxiiij
LII.	Scutum,gladium & bellum.	Diapſal.lxxv.
LIII.	Vt ſaluos faceret omnea manſuetos terræ.	Diepſal. al.
LIIII.	Et defecit pauliſper ſpiritue meos.	Diapſal. lxxvj.
LV.	Aut continebit in ire ſuam miſericordiam.	Diapſal.al.
LVI.	Filios Iſreel & Ioſeph.	Diapſal al.
LVII.	Et ſaloi erimus.	Diapſal. lxxix.
LVIII.	Vineam ex Aegypto.	Diepſal. al.
LIX.	Probaui te ad aqnas contradictionis.	Diepſal. lxxx.
LX.	Et facies peccantium ſumitis.	Diepſal.lxxxj.
LXI.	Facti ſunt in ſuſceptiona filijs Loth.	Diapſal. lxxxij.
LXII	In ſeculum ſeculi laudabunt te.	Diapſal.lxxxiij.
LXIII.	Auribus percipa Deus Iacob.	Diapſal.al.
LXIIII.	Operuiſti omnia peccata eorum.	Diepſel. lxxxiiij.
LXV.	Glorioſe dicta ſunt de te ciuitas Dei.	Diapſal. lxxxvj.
LXVI.	Qui fueront in ee.	Diapſal. al.
LXVII.	Super me induxiſti.	Diapſal.lxxxvij.
LXVIII.	Reſuſcitabunt & confitebuntur.	Diapſel.al.
LXIX.	Auertis faciem tuam à me.	Diapſal. al.
LXX.	Et ædificabo in ſeculum ſeculi.	Diapſalma lxxxviij.
LXXI.	Et teſtia in cœlo fidelis.	Diapſal. al.
LXXII.	Perfudiſti eum confuſione.	Diapſal.al.
LXXIII.	Aut quie eruit animem de manu inferi.	Diapſal.el.
LXXIIII.	Et qui tenent eam omnia qoi recto ſunt corde.	Diapſal.xciij.
LXXV.	Omnia qoęcunq; uoluit fecit.	Diapſal.cxi.j.
LXXVI.	Venenum eſpidum ſub labijs eorum.	Diapſel. cxxxix.
LXXVII.	Scandalum poſuerunt mibi.	Diapſal.al.
LXXVIII.	Neunquem exeltentur.	Diapſal. el
LXXIX.	Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.	Diapſal.cxlij.

FINIS DIAPSALMATVM.

INTER-

INTERPRETATIO PSALTERII

artis cantilenæ, uel ſpecierum ſingularum uel nominum quæ commemorantur in Pſalmis.

PSALTERIVM eſt, ut Hieronymus ait, in modum deltæ literæ formati ligni, ſonora concauitas, obeſum uentrem in ſuperioribus habens, ubi chordarum fila religata diſciplinabiliter plectro percuſſa, ſuauiſsimam dicuntur reddere cantilenam. Huic citharę poſitio uidetur eſſe contraria, dum quod iſta in imo continet, illud cōuerſa uice geſtat in capite. hoc autē genus organi canorum, atq; ſingulare aptatur corpori Dñi ſaluatoris. quoniam ſicut iſtud de altioribus ſonat, ſic illud glorioſæ inſtitutionis ſuperna concelebrat. hoc apud Hebræos dicitur Nablum, ipſum uerò pſalmū Græcum conſtat eſſe uocabulum, quē dictum quidā uolunt ἀπὸ τοῦ ψάλλειν, hoc eſt à tangendo. nā & pſaltrias citharœdas uocamus docto pollice modulatiōes muſicas exprimētes. Pſalmus eſt ex ipſo ſecundo inſtrumento muſico, id eſt, pſalterio modulatio quædam dulcis & canora profunditur.

Canticom eſt, quando quis libertate propriæ uocis utitur, nec loqoaci inſtrumento cuiquā muſico cōſona modulatione ſociatur.

Pſalmus, eſt hymnus alicuius metri lege compoſitus, qui ad ſimilitudinem prædicti organi ſuperoam nobis cognoſcitur indicare uirtutem.

Framea modò contū, modò loricā, modò gladium ſignificat bis acutū. Aliter Arnobius: Framca, inquit, humanę literę ſpecialiter dicunt lanceā regis. nos aūt Frameā generaliter gladiū in ſcripturis ſanctis accipimus. Cynira quidē eſt decē chordis coaptata, hæc plectro percutitur: nabla uerò duodecim ſonos habens, digitis tangitur.

Cedrus nō eſt utilis niſi ſucciſa fuerit. nullos enim in ſua radice manens proficuos generat fructus, ſicut nec elatio.

Hermon paruus mons iuxta Iordanem eſt poſitus, ſicut ex Deuteronomij lectiōe cognoſcit. accipimus inquit, in tempore terram de manibus duorum regū Amorreorum, qui erant trans Iordanem à torrente Arnon uſq; ad montem Hermon.

Myrrha mortem ſignificat, quam pro hominum ſalute mediator ſuſcepit.

Gutta quæ dicitur Ammoniaca, duritias curat aliqua neceſsitate contractas, quę pulchrè incarnationi Domini comparatur, quia duritiam cordis humani ſanctæ prædicatione diſſoluit.

Caſsia, quæ à noſtris fiſtula dicitur, redēptio generis humani per aquā baptiſmatis indicat: quonia hoc herbę genus aquoſis locis dicitur inueniri. His rebus & odor ineſt ſuauis, ut merito ſanctæ incarnationi & uirtus herbarū & odoris ſuauitas cōparetur. Ebur nō ad ſolas diuitias intelligamus aptatū, ſed quoniā elephas cuius hæc oſſa ſunt nimiæ caſtitatis aſſeritur, q inter quadrupedia & ſenſu plurimo ualet, & téperanter miſcetur fœminæ ſuæ, & cōiuge ſecunda non utitur. hoc pudicis fœminis decenter aptatum eſt.

Hyſopus quamuis ſit herba minima radicibus ſuis ſaxorum fertur uiſcera penetrare. hæc & internis hominū ſauciatis probat accōmoda, & in libro Leuitico immolato ſanguine intincta ſupra leproſi corpus ſepties ſolebat aſpergi: ſignificās precioſo ſanguine Dñi ſaluatoris maculas peccatī efficaciter eſſe diluēdas. Ramnus ſpinarū genus eſt permoleſtū, q, prius in herbā molliſsimā pubeſcit: ſed ubi adulta ętate ualuerit, ramuſculos producit acuminatos, poſtea eius ſudes dureſcunt in arboream firmitatem.

Maceria eſt ſaxorum ſicca conſtructio, quę ſine aliquo legamina impoſitæ in altum ducta componitur.

Tympanū eſt quod téſo corio quaſi ſupra duas, ut ita dixerim, metas ſibi ab acuta parte copulatas ſolet reſonare percuſſum, ſicut hominum corpus dum pro Domino tribulatione quatitur, ad ſuperna mandata dulciue temperatur.

Aſpidū immane genus eſt ſerpentū, q, naturali obſtinatione uerba incantantiū non perhibet admittere: quia ne uerba eorum exaudiat, ſuaſq; latebras derelinquat, unam autem caudę ſuæ inflexione dicitur obturare, alteram uerò in terram deprimere.

Pellicanus auis Aegyptia eſt, ciconijs corporis grāditate cōſimilis, quæ naturali macie ſemper affecta eſt: quoniam ſicut phyſiologi uolunt, tenſo inteſtino per uiſcera quicqd eſcarū accipit, ſine aliqua recoctione trāſmittit. q nō gregatim ut cęterę aues uolat, ſed electatione ſe ſolitaria cōſolat, quorum genus ſtagnis inhabitat. Aliud ut dictū eſt, in deſertis locis ſecretiſque uerſatur. Nycticorax Græcè dicitur noctis coruus, quē quidā bubonem, quidā noctuā eſſe dixerūt. alij magis coruo magnitudine & colore cōſimilē, quē ſpecialiter in Aſiæ partib. inueniri poſſe teſtātur. Iſtū ſicut diei fulgor abſcōdit, ita aduentus noctis producit, & contra conſuetudines auium tunc magis uigilare, & eſcas quærere incipit, quando ſe in ſoporem animantia cuncta componunt.

Paſſer eſt auis parua, ſed minime ſagacitate ſolicita, quæ nec facilè laqueis irretit, nec per ingluuiē uētris eſcarum ambitione decipitur. hæc propter infirmitatē ſuā ne aut ipſa à prædatore capiatur, aut fœtus eius ſerpentinis deuorentur inſidijs, ad domorū faſtigia cella concurrit. Turtur auiū caſtiſsimus, una tātum copulatione contentus eſſe narratur.

Frixoriū, eſt faſciculū ſarmēti aridū non niſi ad incēdiū aptum. Fulica, manſueta auis & nigra anati quidem minor, ſed corporis poſitione conſimilis, qui in ſtagnis delectabiliter cōmoratur. Erinaceus, quem uocamus ericiū, animal eſt omnino timidū natura prouidente ſemper armatū, cuius cutē inuicem ſetarum ſudes acutiſsimè denſiſ.imeq; cōmuniunt, & refugiū habet ſemper in ſaxis. Topazion genus eſt lapidis precioſum, qui duos fertur habere colores. unū auri puriſsimi, & alterū ætheris claritate elucentē. pinguedo roſea uerecundaq; puritas, uicinus lapidi chryſopraſo magnitudine uel colore, qui maximè ſplendet, cū ſolis ſplendore percutitur. q ſi polire uelis, obſcuras: ſi naturæ propriæ relinquas, irradiat. naſci dicitur in inſula Topazion, quæ eſt prouinciæ Thebaidæ. unde & nomen accipit. Cryſtallū eſt in modū uitri per numeroſas hyemes glacies condurata, & in duritiam ſaxi liquens ad modum perducta ſubſtantia.

Organū eſt quaſi turris quędā diuerſis fiſtulis fabricata, quibus flatu folliū uox copioſiſsima diſtinetur, & ut eā modulatio decora cōponat, linguis quibuſdē ligneis ab interiori parte conſtruitur, quae diſciplinabiliter magiſtrorum digiti reprimentes, grandiſonā efficiunt & ſuauiſsimam cantilenam.

Cymbala ſunt ex permixtis metallis minimę phialæ compoſitę, uēticula artificioſa modulatione colliſæ, acutiſsimū ſonū delectabili collatione reſtituunt.

Sela uerbū Septuaginta interpretes, Symmachus & Theodotio diapſalma trāſtulerunt: Aquila uerò ſemper. & puto aut Muſici cuiuſdam ſoni eſſe ſignaculū, aut certè perpetuitatem eorū quę prædicta ſunt, indicare. ubicunq; Sela, hoc eſt diapſalma ſiue ſemper adponitur, ibi ſciamus nō tantū ad præſens tēpus, uerū ad æternū uel quę ſequunt uel quę præceſſerūt pertinere. Hęc Hieronym. Verū Auguſtinus putat ubi diapſalma interponit, perſonarū ſiue ſenſuū fieri permotationē, ut ſicut Sympſalma Græcè uocū adiunata copulatio dicit: ita ſit diapſalma uocū rupta cōtinuatio.

ITEM INTERPRETATIO

nominum hebræorum.

ABeſſalon, pater pacis. Aſaph, congregans. Abrahā, pater uidēs populum, uel pater multarū. i. gentium. Allophili, alienigenæ. Aegyptus, tribulatio

Digitized by Google

bulatio eorũ anguſtiâ. Aethiopia, tenebræ uel ignis. Arabum agareni, aduenæ. Ammon, populus mœroris. Aſſur, dirigens. Abaron, pater luſcitans dolorem. Aaron, mons fortitudinis. Ammorreorũ, amarorum. Aleph, mille ſiue doctrina. Bẽniamin, filius dexteræ. Baſan, pinguedo ſiue brucus. nam quod interpretari ſoler ignominia, buſa dicitur. Babylon, cõfuſio. Belphegor, habẽs os pellicium. Cades, immutata, uel ſancta. Cyſon, duritia eorũ uel lætitia. Cos, uocatio, uel auis, ſed melius excuſsio. Cedar, tenebræ uel mœror. Chuſi Aethiops uel notabilis, q; ad Saulẽ pertinet: quia ab humero & ſurſum eminebat. Yr omnẽ populũ. Chã, calidus. ſed ſciendum q; in Hebræo chi, ſcribitur autẽ per heth, quę duplici adſpiratione profertur. Chanaã motus eorum uel negotiator aut humilis. Cherubin, ſcientiæ multitudo, aut ſcientię intellectus. Choreb, quod in Hebræo Oreb ſcribitur, & in tempore ardor ſiue ſiccitas, aut coruus uel ſolitudo. Dauid fortis manu, ſiue deſiderabilis. Dathan, domũ eorum ſiue ſufficiens donum. Ecraites, ſemen Dei. Ermon, anathema eius. Endor, oculus ſiue fons generatiõis. Effrem, frugifer, ſiue creſcẽs. Effrata, ubertas. Finees, ori parcens, uel ore requieſcens. Farao, diſsipãs ſiue diſcoperiens eum. Galaad, aceruus teſtimonij. Gebal, uallis uetus. Iacob, ſupplantator. Iſrael, uir aut mens uidẽs Deum: ſed melius princeps cũ Deo. Iordanes, deſcenſio eorum. Iuda, laudatio ſiue confeſsio. Idumæa terrena, ſiue ſanguinea. Iudæa, confitens aut laudans. Ioſeph, augmẽtum. Iſmahel, auditio Dei. Ionadad, Dñi ſponraneus. Iabim, ſapiẽs uel intelligens. Iſaac, riſus ſiue gaudiũ. Loth, declinãs. Manaſſes, oblitus. Moab, ex patre. Moyſes, aſſumptus. Manna, quid eſt hoc. Madia, de iudicio. Melchiſedech, rex iuſtitiæ. Neptali, latitudo ſiue cõparatio. Nun, fœtus uel piſcis, ſiue ſempiternum. Oreb, ſiccitas. Og, conſcernans ſiue abſconditus. Sion, arx ſiue ſpecula. Sichem, humerus. Syna, mandatum uel menſura. Selmon, umbra offendiculi, ſiue imago fortitudinis. Saba, captiuitas. Selom, ſuulſio uel dimiſsio, ſiue ubi eſt ipſe. Siſara, gaudij excluſio. Samuel, nomẽ eius Deus. Seõ, germẽ inutile, ſiue tentatio laceſſens. Tyrus, qui Hebraicè dicitur ſors, tribulatio ſiue anguſtia. Tanis, mandans humilia. Tabor, ueniens lumẽ, uel ueniat lux. Zeb, lupus. Zebęe, uictima. Zabulon, habitaculum fortitudinis.

FINIS.

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI SERMO DE EO quòd legitur in Pſalmis, Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut uideat, ſi eſt intelligens aut requirens Deum.

PROLOGVS SEQVENTIS opuſculi.

CVM plures clericos in ſchola conſtitutos agnoſcerem, ad hoc quam maximè uacare, ut literarum ſecularium notitiã caperent, quæ auditores ſuos ſtudioſiſſime docẽt carnalia appetere, pro obtinenda mundi gloria contendere, ſyllogiſmorum & argumentorum ſubtilitates diſcere, ut quoslibet ſimplices cum uerboſitate huiuſmodi circumuentos poſſint irridere: tractaui & ego literas illas legere, quibus aliquos ad ſacræ fidei normam, ad timoris amorisq; diuini curã, ad ſpiritualis uitæ puritatem, ad humilitatis & charitatis deuotionem, ad pœnitentiam malefactorum, emendationemq; morum incitarẽ. Intellexi namque uerum eſſe quod ſcriptum eſt, Diligentibus Deũ omnia cooperãtur in bonum: quia tam malum quam bonum prodeſſe poteſt, his qui diligunt Deum in ueritate. Et bonum quidẽ, quia ſatis patet quo modo proſit, prætereo. De malo hoc dicere uolo, quia tribus modis parit profectum his duntaxat qui timent Dominum. Vnus quippe modus eſt, cum Deus aliquos diſſolutos, & ad cuncta boni operis ſtudia negligentes uidens, permiſerit eos cadere in aliquod crimen, uel periculum grande, ut ex hoc humiliati & afflicti cogantur illum pro neceſſitatibus ſuis inuocare. Hoc igitur modo taliq; malo plures compulſi, ad Dominum ſunt cõuerſi. De qua compulſione & in Euangelio legitur: quia cum homo quidam feciſſet cœnam magnam, & uocaſſet multos, qui nolebant uenire: poſtremo iuſſerit ſeruo dicens, Exi in uias & ſepes & compelle intrare. Quæ compulſio talis eſt. Cum enim Dominus noſter qui per illum hominem ſignificatur, plurimos tam ex Iudæis quam ex gentibus & cunctis huius ſeculi ſapientibus uocaſſet: ſed illi ſuam uolentes iuſtitiam conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſubiecti, conuertit ſe ad infirmos & ignobiles, & ſceleratos quoslibet uocandos, qui pro eo quòd peccatis nimis preſſi fiduciam nullam in ſuis meritis habebant, quaſi compulſi ad Dei gratiam feſtinabãt. Seruus autẽ qui tales uocauit ad cœnam, prædicator quilibet intelligitur, dicẽs ad eos: Niſi conuerſi fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum. Alter modus eſt, cum in tribulatione uel tẽtatione aliqui tanquam aurum in fornace probati, exinde præmium cœleſte adipiſci meruerint. iuxta illud: Beatus uir qui ſuffert tentationem, &c. In hoc perſecutor omnis nolit uelit bonorum profectibus ſeruit, quod nimirum in beato Iob ſatis declaratur. Nam quanto eum nequiſsimus hoſtis tentando ſupplantare ſtuduit, tanto meliorẽ licet inuitus fecit. Tertius, cum peruerſorum ſtudia in cõtrarium uertentes ea contentione & æmulatione ſeruerunt bona, qua illi facere ſtudent mala. Quo uidelicet argumento Dominum in Euangelio legimus uti, cum parabolam protulit de homine uillicum habente, qui agnoſcens ſe à uillicatione deijciendum, prouidit per fraudem quæ ſibi profutura forent poſt deiectionem. Hanc itaq; parabolam non ideo Dominus retulit, ut quenquam incitaret ad fraudem faciendam: ſed ut nos doceret, ita prudẽtes eſſe in bonis, ſicut ille uillicus fuit in malis: bene uidelicet diſpenſando omnia quæ nobis à Deo conceduntur in hoc mundo. Conſtat autem tam magna huius argumenti cauſa, ut non ſolum ex hominibus prauis, ſed etiam ex ipſo prauitatis authore queat aſſumi, ſi ſcilicet hoc quod de eo ſcriptũ eſt, Diabolus circuit, quærens quem deuoret: in contrarium uertentes dixerimus, Sicut diabolus circuit quærens quem deuoret: ita & nos debemus circuire, quærentes quem eripere de ipſius malitia poſsimus. Cuius etiam argumenti genus in hoc ſermonis opuſculo imitatus, ſtudui ut ſicut multi ſcholares in literis ſecularibus ſe exercent ad ſecularis uitæ amorem: ita & me exercerem in ſacris literis, in elementis & in cunctis rebus moralibus, quæ animo occurrebant, eligens inde atq; ſcribẽs quæ legentibus profectuoſa, & ad ædificationem animarum congrua uidebantur.

IN PSALMVM LII. Commentarius.

OMnipotentis Dei gratia cupiẽs omnes homines ſaluare, indicat nobis fratres chariſsimi per pſalmiſtã qualiter nos iugiter inſpiciat dicens: Dñs de cœlo proſpicit ſuper

Digitized by Google

per filios hominum, ut uideat ſi eſt intelligens aut requirens Deũ. Hæc igitur uerba quamuis ſint pauca, præcipuam tñ & ſalubrẽ doctrinam omnib. exquirentib. Deũ in ueritate præbent. Docent namq; quia Deus iugiter reſpiciat ſuper nos, ut hoc inueſtiget ſi ſit inter nos aliquis intelligens aut requirens Deum. In quib. uerbis hoc in primis eſt notandũ, quòd De⁹ qui omnia anteq̃ fiant nouit, nõ ideo nos inſpicere dicitur, ut ex habitu uel motu noſtro quid in nobis ſit, quaſi neſcius diſcat: ſed ut nos diſcamus & admoneamur attendere, q̃ clementer atq; ſubtiliter hoc Deus iugiter in nobis exploret, quid circa ſalutẽ noſtrẽ nos tractemus, quantamq; ſolicitudinẽ non ſolũ pro præſentis uitæ ſubſidijs impetrandis, ſed etiã pro æterna uita obtinenda habeamus. Huiuſmodi quippe intentio primitus ut dixi, in Pſalmiſtæ uerbis iã prolatis conſtat retinenda. Deinde altius conſiderandũ, quomodo id pro quo Deus nos reſpicit, aliquatenus implere poſsimus, id eſt ut intelligamus & requiramus Deũ. Quicquid enim intelligendũ & requirendũ eſt de Deo, interioris hominis ſtudio conſtat agendum: quia cũ uterq; ſit inuiſibilis, & Deus ſcilicet & noſter interior homo, utpote qui ad Dei ſimilitudinẽ factus eſt. uterq; etiam inuiſibiliter ſentit quæ de altero ſentienda, & requirenda ſunt, quamuis Deus incõparabiliter excedat. Ille namq; per ſe ipſum omnia nouit, homo aũt nec à ſemetipſo, nec ſine additamento aliquo quicq̃ ſcire ualet. Additamentũ uero dico, oĩa uiſibilia per quæ inſtruimur ad inuiſibilia intelligẽda. ſicut ſcriptũ eſt: Inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur. Itẽ additamentum eſſe dico, illa intelligentiæ dona, quæ in nobiſmetipſis ex Dei gratia iugiter retinemus. ſicut eſt illud: Quod tibi nõ uis fieri, alij ne feceris. Nã ſi alij nihil horũ quæ nobis fieri nolumus, agere debemus, mala sũt nulla nobis agi omnimodo uolumus: mala etiã nulla alij agenda eſſe apertiſsimè ſcimus. Qua nimirũ ſententia ſcire cõuincimur, omnia quæ alijs exhibere debemus. de quib. poſtmodũ aliqua exempla proferemus. Nunc uero q̃ inſtat agamus, dicentes uidelicet tertiũ additamenti genus, per q̃ inſtruimur, intelligere ac requirere Deũ. Hoc aũt genus in omnib. ſacræ ſcripturę libris habet. In his igitur trib. additamentis omne genus humanũ, q̃ ad intelligibilem duntaxat ętatẽ pertenerit probat quid de Deo intelligat, & quomodo illum requirat. Sed per duo ſuperius dicta oẽs qui librorũ ſunt ignari, libros uero ſcientes per omnia probantur. Nunc ergo qđ notiſsimũ eſt, quomodo in libris uiſibiliter legatur, qualiſq; ſciẽtia ex his acquiratur, dicẽdũ eſt tantũmodo, qualiter in illis duob. additamẽtis quaſi in libris ſpiritualiter legere poſsim⁹. Liber quippe tã ſpiritualis q̃ corporalis dici poteſt, ſicut in ſacra ſcriptura, maximeq; in Apocalypſi inuenit. Vnde eſt illud: Vidi in dextera ſedentis ſuper thronũ librũ. Qui profectò liber ſpiritualis credẽdus eſt, & quotiescunq; ſpiritualia tractamus, toties in ſpirituali libro legimus. In quo etiã tanto facilius legere poſſumus, quanto plus eũ in prõptu habemus, & nec noctis nec tenebris ullis impediri poſſum⁹ ab huiuſmodi lectione. Cũ ergo ſciamus qualitatẽ libri illius, in quo tã laici q̃ clerici legere poſſunt, quæramus etiã ubi in eo legere debeamus, & ubi Deus q ſup nos iugiter reſpicit, ut uideat quis noſtrũ ſit intelligens aut requirens Deũ, requirendus ſit. Hæc igitur utraq; in corde noſtro agenda ſunt, qa & Deus illuc ſolet aduenire, & cuiuslibet legẽtis intentionẽ curãq; ſubtiliter penſans, prout uident ſe amari, per inſpirationẽ alloquit. Vnde pſalmiſta dicit: Audiã qđ loquatur in me Dominus Deus. Audiſtis itaq; qualis ſit ſpiritualis liber, & ubi in eo debeat legi: audite etiam quomodo in eo legendum ſit. Sed priuſquam aliquid legamus, exemplum unde talem legendi modũ ſumpſerimus, dicamus. Dominus namq; & ſaluator noſter, cum aliqua regni cœleſtis ſecreta reſerare uellet, ſimilitudines protulit tales, quæ omnium intelligentiæ cõuenirent. Paulus quoq; cœleſtia per ſimilitudinẽ contemplari poſſe teſtatur, dicens: Videmus nũc per ſpeculum, & in ęnigmate. Ideoq; ſicut Dominus noſter per ſimilitudines ſecreta plurima fidelib. cunctis aperuit: ita & ego prout gratia diuina cõcedit, in hoc ſermone cupiens facere, tale locutionis genus quod facillimum eſt ad intelligendum, & in omnium reperitur cõſcientia ſapientium, decreui appellare librum, in quo quilibet ſpiritualis quaſi legẽs, ſecreta cordis ſui poſsit agnoſcere. Cum igitur teneamus librum, legamus illum primum, unde & hoc ipſum ualeat agnoſci, quòd omnis uitæ cœleſtis contemplatio non niſi per alicuius ſimilitudinis inſtrumentum pateſiat. Scimus enim omnes, quia cum qualibet excellens ſtructura erit ædificanda, non prius in altum poterit cõſtrui, quã palis & ſudibus in opus idem undiq; inſertis gradus efficiantur, in quibus & operantes ſtare poſsint, & per quos inferius ac ſuperius iter habeatur. Per hæc itaq; uiſibilia, quæ omnibus nota ſunt, inſtrumenta inſtruimur, ut in inuiſibilibus idem faciamus, colligentes ſcilicet uarias ſimilitudines, quibus opus arduum cœleſtis regni, quod per fidem cœpimus, ad altiora conſtruere ualeamus. In his quippe edocti ſtabilem gradum ponere poſſumus, ut pro operis incepti perfectione deſcendamus uel aſcendamus. Deſcendere autem ab huiuſmodi opere, eſt carnis curam & quæcunque actiua uita exigit, interdum prouidere: aſcendere uero, eſt iterum contemplatiuæ uitæ ſtudium uiribus totis exercere. Non enim contemplatiuæ uitæ perfectio ſine actiuę ſupplemento obtinetur, quia quæ in ſuperioribus ſunt habenda, ex inferioribus ſunt colligenda. Ecce una ſimilitudo ſatis aperta, in qua quaſi legendo poteſt agnoſci, qualiter in ędificatione ſpirituali debeamus operari. His igitur dictis de ædificandi modo atque qualitate, iam ponamus fundamentum tale, quod nec flumina nec uenti poſsint mouere, quodque ædificium omne ſuperponendum poſsit firmiter continere. Fundamentum autem huiuſmodi fidem ſummæ trinitatis & unitatis eſſe credentes, in primis exinde uolumus dicere ſimilitudinem talem, de cuius notitia nemo ſe excuſare poterit, & per q̃ omnis qui uelit requirere Deum, nouerit. Scimus quippe tres perſonas eſſe in uno aquæ elemento, in unam ſubſtãtiam: cum dicimus, ille fons, ille riuus, illud ſtagnũ. Scimus etiam hæc tria tantam æqualitatem continere, ut ſi de quolibet eorum in aliud infundes, nullam diſsimilitudinem in eis inuenias, dummodo impuritas nulla extrinſecus accidat. Quis ergo ſciens hæc in creatura uiſibili, inuiſibilis creatoris trinitatem & unitatem credere nequit? Quis rogo ſciens fontis & riui & ſtagni unam eandemque eſſe ſubſtantiam, id eſt aquam: intelligere non poteſt illud quod Dominus noſter in Euangelio dicit, Qui me uidet, uidet & patrem: & quia ego in patre, & pater in me eſt. Numquid aliquis aliquid rationis habens ignorat, quia fons in riuo eſt, & riuus in fonte? Vnde fruſtra laborat, qui conſcientiam propriam fugere poſſe exiſtimat. Niſi enim Deus à nobis requiri & intelligi aliquantulum poſſe ſciret, nec illa uerba quæ iam protuli permitteret dici. hoc eſt, Dominus de cœlo proſpicit, & cætera. nec ea quæ alibi Pſalmiſta dicit ex Domini perſona: Vacate & uidete, quoniam ego ſum Deus. In quibus profectò uerbis demonſtratur, quia niſi à tumultu ſeculari uacemus, nec hoc quod Deus ſit, puræ mentis acie cernere ualemus. Dicamus & aliam de aqua ſimilitudinem, in qua pietatis diuinæ immenſitas, & negligentiæ noſtrę quantitas penſari ualet. Aqua nempe omnis abſq; ea quæ aliqua immunditia uel ſorde corrumpitur, cunctis ad ſe lauandi cauſa accedentibus eſt apta, nec quenquam uel multum uel parum ſordidum à ſe repellit. Hac igitur ſimilitudine oẽs pariter admonemur, ne

Digitized by Google

quis noſtrũ deſperet de peccatorum ſuorũ purificatione obtinenda, ſi tantummodo eorundẽ peccatorũ ſordes abluere uolens, ad fontẽ aquæ uiuæ, id eſt ad Deũ currat, ibiq; ſecũ pœnitentiæ lacrymis lauet. Nihil enim ut ſcriptũ eſt, in terris ſit ſine cauſa. ſed omnis creatura omneq́ inſtrumentũ utile: ſed & ipſa ratio data ad nos per aliquã ſimilitudinẽ clamat, ut Deum requiramus. Sed ut de inchoata lauandi ſimilitudine plus loquamur, niſi eſſet ſpiritualis ſicut corporalis lauatio, nequaquã pſalmiſta diceret: Amplius laua me Dñe ab iniquitate mea. &c. Lauabis me, & ſuper niuẽ dealbabor. Hinc etiam propheta admonet nos ex perſona Dñi dicẽs: Lauamini, mundi eſtote. Et ut apertius inſinuaret, quia per hæc uerba ſpirituale magis quã corporale lauacrum deſignaret, cõtinuo ſubiunxit dicens: Auferte malũ cogitationum ueſtrarũ ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe, &c.

Inter hæc & illud omnimodo penſandũ exiſtimo, quòd ideo baptizandorũ corpora uiſibiliter ablui à Dño præcipiantur, ut per hoc admoneamur credere animas ibi pariter inuiſibili baptiſmo purificari. Ergo dum tẽpus habemus, in gratiæ diuinæ lauacro, quod undiq; circumfluit nos lauemus. Tertia quoq; ſimilitudo uidetur mihi in aqua poſſe reperiri. Scimus namque, quia dum immiſſa manu uel alia materia diuiditur, nulla diuiſionis ueſtigia poſt retractam manũ in ſuo reditu habere cognoſcitur. Quod ſcilicet nõ ſine cauſa fore arbitror, ſed hoc ſignificare q̃ diuinæ potẽtiæ omnis creatura ſit ita penetrabilis, ut nulla accedens uel recedens gerat ſigna corruptionis: ſicut accidit quãdo ianuis clauſis Dominus noſter ad diſcipulos ingreſſus eſt. Ibi quippe caro uera erat, ſed deitate quæ eandem carnẽ poſsidebat, efficiente ita penetrabat clauſtra, ut ſui nulla relinqueret ueſtigia. His igitur tribus de aquæ ſacramentis dictis, dicamus deinde quæ ſimilitudo conſideranda ſit in ſole.

Sicut enim eius ſplendor immenſus undiq; per orbẽ terrarũ diffunditur, ita potentiæ & præſentię diuinæ immenſitas ſuper omnia cõtinetur. Cuius ſimilitudinis ueritas ex hoc quã maximè poterit agnoſci, quòd in quamlibet terræ partẽ perrexeris, unus idẽque ſolis ſplẽdor in eadem uicinitate tibi apparebit. Cum ergo tanta ſolis qui utiq; creatura eſt, pateat prę ſentia, nulli licet dubitare de Dei omnipotentis creatoris q; omnium potentia. Sed & ex hoc præſens ubique eſſe Deus probatur, quia plurimos ſe inuocantes mox exaudire ſentitur. Poſſem adhuc de ſole plura ſacræ fidei conuenientia dicere, ſed auditoribus tædioſis compatiens prætereo.

Dicamus quoq; quid nos doceat Deus per uaria genera officiorũ, quæ haberi ſolẽt in quorundam curia principũ. Ibi quippe habentur tam uiri quã fœminæ quædã ſplendidiori ueſtitu iugiter incedentes, & cũ domino atq; domina familiaritatem maiorẽ retinentes. Sed & hoc à plurib. ſtudioſe prouidetũ, ne aliqua fœminarum earũ quæ mancipatæ ſint, ibi iugiter manere ulla fornicationis macula infametur, adeò ut ſi fortè in uirum oculos laſciuo aſpectu conuertat, mox magnæ correptionis uerba audiat. Ibi etiam ſunt quidam interiorib. quidã uerò exteriorib. officijs deputati. Qui omnes quælibet cõmiſſa ſibi tam caute obſeruant, ut nihil præter cõmiſſum ſibi uendicent. Huius ſimilitudinis argumentum licet à plurimis ſeculi principib. corruptum ſit, in paucis tamẽ qui in amore & timore Dei permanentes religioſe uiuunt, poterit agnoſci quid ſignificet. Significat namq;, quis ſicut religioſus quilibet princeps in ſeculari uita poſitus, ſe ſuosq; ſub uaria diſpoſitione in domo ſua ritè procurat: ita agendũ eſt in ſancta eccleſia, quæ eſt principia ſummi domus. Ibi enim paſtores tam in canonico q̃ in monaſtico habitu cõſtituti, tales eſſe debent, ut fiducialiter & familiariter principi ſuo poſsint decenter adhærere, ac colloqui de omnibus quæ in eccleſia ſancta conſtant agenda, monere etiã ne quis cõmiſſorũ uiliori quã decet ueſtitu incedat, hoc eſt, ne in operib. bonis negligens exiſtat, ſed & illud omnimodo cuſtodire, ne quis caſtitatis continentiæq; iura profeſſus, huiuſmodi uota tranſgrediatur. Ibi monachi & ſanctimoniales caſtè uiuẽtes, ſunt in pediſſequarum perſona. Cæteri uero qui intima quæq; & ſpiritualia officia nequeũt obſeruare, ſunt uelut agricolæ, uel curis ſecularib. prælati. Sed iſti oẽs tam agricolę quã pediſſequæ, ſi cõmiſſa ſibi, & ad ſuam curã pertinentia fideliter gerunt, ad regna cœleſtia perueniunt. Hoc enim uidetur exprimi per illa uerba, quæ Dominus in Euangelio dicit: In domo patris mei manſiones multæ ſint. Quaſi diceret: Sicut in terra magna meritorũ diuerſitas eſt, ita & in cœleſti regno multæ manſiões habentur. Progrediamur & ultra dicentes aliquã ſimilitudinem, qua ad diuini operis excellentiam conſiderandam aſcendere ualeamus.

Sicut peritus & diues aurifex uolẽs aliqd mirum opus facere, undecũq; poteſt colligit inſignes & precioſos lapides, inter aurũ uel argentũ ponendos, tam ad peritiæ ſuæ oſtenſionẽ q̃ ad operis miri nitorẽ: ſic & Deus omnipotens oſtendere cupiens diuitias ſapientiæ ſuæ, tantã peritiã tantamq; excellentiã artis in humanæ & mũdanæ fabricę tabula expreſsit, ut oẽs ſapientes artifices ſemp habeant q̃ mirentũ & uenerentur. Vnde pſalmiſta dicit: Quã magnificata ſunt opera tua Dñe, oĩa in ſapientia feciſti. Sed qa mentionem fecimus auri & argenti, precioſorumq; lapidũ, quib. omne opus fabricę præcipuè adornatur, decet ut uel paucis uerbis exponamus, qualiter hæc tria ad ſpiritualẽ ſanctæ eccleſię ornatũ conueniant. Argenti igitũ nomine prædicatorũ ſanctorũ ordo figuratur, atteſtãte pſalmiſta qui dicit: Eloquia Dñi eloquia caſta, argentũ igne examinatũ. Salomon quoq; ait: Argẽtum electũ lingua iuſti. Per aurũ uero ſignificantur hi, q uarijs diuturnisq; laborib. in monaſtica uita ſeu in alio loco opportuno probati, tanta ſanctitate rutilant, ut omnibus ſanctam cõuerſationem deſiderantib. ſint pro miraculo & pro exemplo.

Lapidũ aũt nomine precioſorũ, q maxime aut rubicundi aut aerij coloris ſunt, ſignificantur hi qui uel purpureo martyrij ſanguine rubẽt, uel à primæua ętate uſq; in finẽ in caſtimonia & in omni perfectionis claritate lucent. Huiuſmodi itaq; metallo fabricã ſuę eccleſię Dñs noſter adornare ſolet. Cui ſatis cõuenit, q̃ in Canticis canticorum legitur, quia ferculũ fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani: colũnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureũ, aſcenſum purpureũ, media charitate cõſtrauit propter filias Hieruſalem. Quæ ſcilicet uerba parum diſcrepant à noſtris dictis. Quod enim nos diximus fabricã, ibi dicitur ferculũ. Illud aũt ferculum ideo de lignis libani factũ eſſe creditur, quia eccleſia ſancta ad epulas æternas inuitata de lignis imputribilib. id eſt electis eſt conſtructa. Cuius colũnæ argenteę ſignificant doctores eloquij ſancti nitore fulgentes. Reclinatoriũ uero aureũ, ſignificat ſpẽ perpetuę quietis, in qua electorũ animę in huius mundi ergaſtulo adhuc laborãtes, recũbunt quaſi requieſcentes. Aſcenſus quoq; purpureus, qui in prædicto ferculo factus eſt, ſignificat omnium ſanctorũ martyrũ paſsionẽ: quia per eandẽ paſsionẽ purpurei ſanguinis colore rubentem ad gaudia ſuperna aſcendere meruerunt. Sed quod ſequitur, in ferculo deſcripto media charitate cõſtrauit, propter filias Hieruſalem: deſignat cæterã fidelium plebẽ, quæ nec prædicationis ſanctæ uerbo congruit, nec ſanguinẽ ſuũ offerre ꝓ Chriſto præſumit, ſola perfectę charitatis uirtute poſſe ſaluari. Ideoq; nos q neutro ſufficimꝰ, Deũ & proximũ tota mente diligamus. Hæc de ſanctæ eccleſiæ fabrica ferculoq; Salomonis prolata, nulli quęſo ſint ingrata. Vnumquodq; enim opus tãto præclarius efficitur, quanto diſsimiliori ornatu cõponitur. Inſeramus ergo adhue palos & ſudes ſimilitudinum, per quos ædificando aſcendere poſsimus in altum.

Sicut

by Google

Sicut ædificiũ quodlibet megnũ non niſi magnis ſumptib. conſtrui poteſt, ita & uirtutes præcipuę nõ niſi magno lebote obtineri poſſunt. Vnde Dñs noſter eandem ſimilitudinẽ proponit in Euangello per interrogationẽ dicens: Quis ex uobis uolens turrim ędificare, nõ prius ſedens cõputet ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi hebeat ad perficiendũ? ut quis oẽs audientes ſimilitudinẽ hanc, & fecilè intelligere poterant & reſpondere: nullũ profecto eſſe qui turrim uelit ædificere, niſi prius cõpotet ſumptus neceſſarios ad perficiendũ, tunc ille mox ſubiungeret dicens: Sic q uirtutẽ quãlibet obtineri cupit, debet prius diligenter tre ctare, quia nõ ſine magni leboris ſumptu obtinenda eſt. Poteſt & aliter intelligi huiuſmodi interrogatio. Cũ enim è Deo ita creatæ ſint uiſibilia, ut oẽs intelligẽtes & requirentes Deũ in his facile poſsint inſtrui ad inuiſibilia agnoſcẽda: Dei interrogare eſt quemlibet ſubtiliter probare per eadẽ uiſibilia, utrũ eum diliget & timeat obediendo præceptis eius, an propriè uoluptati deſeruiet conſentiendo diebolicis illuſionibus. Vnde pſalmiſta dicit, Dñs interroget iuſtũ & impiũ: qui eũt diligit iniquitatẽ, odit animem ſuã. Quaſi diceret: Dñs tentari permittit iuſtũ & impiũ, ſed iuſtus reſiſtit tentatori ſuisq; ſuaſionibus: impius aũt eut incredulus permanet, eut ad tempus crẽdens, ſed in tẽpore tentationis recedẽs plus appetit carnalia & tranſitoria, quam cœleſtia æternaq; gaudia adipiſci. Qui ergo tantam iniquitatem diligit, odit animẽ ſuã, pro nihilo uidelicet deputans eam perenniter cruciari, dummodo ſibi liceat ad horem temporib. bonis uti.

Sicut filij Iſrael quondã contra Dñm murmurãtes permiſsi ſunt ab igniris ſerpentib. cruciari, ita & cotidie agiť contra eos qui diuinæ pietati detrahunt, aut ſemetipſos multimodis ſcelerib. tradũt. Permittunť enim à nequiſsimis ſpiritib. qui meritò igniti ſerpentes dici poſſunt, nõ ſolũ corporaliter, ſed etiã ſpiritualiter cruciari, traditi ſcilicet in reprobũ ſenſum, ut faciant ea quę nõ cõueniunt. Vnde pſalmiſta dicit: Multa flagella peccatoris. Itẽ, ſicut filij Iſrael ab ignitis ſerpentib. cruciati cũ ſerpentẽ æneum aſpexiſſent, ſanebanť: ita oẽs qui in Dñm noſtrũ in ſimilitudine peccatricis carnis mortalẽ factum aſpiciunt, credendo ſcilicet quòd ipſe ſit ſaluator omniũ in ſe credentiũ (nam aliter in eũ aſpicere nequeunt) à cunctis mortiferi ſerpentis tentationib. eripiunť. Vnde ſæpius in Euangelio legitur: quia hi qui credẽdo in Dñm aſpexerunt, ut mulier fluxũ ſanguinis paſſa, ut mulier Chananæa & Maria Magdalena, ut Zacheus & Centurio atq; latro, quæcunq; infirmitate ſui uel ſuorũ ſeu peccatorũ pondere deprimebanť, oẽs ſanari meruerũt. Inter hęc & illud nobis ſummopere penſandum eſt, quia ſicut prædictus ſerpens æneus non ut cæteri ſerpentes in natura uenenoſa fuit, ſed tantummodo exterius ſerpentis ſimilitudinem hebuit: ita & Dñs noſter in hominis exterioris habitu ſimilis erat cęteris hominib. ſed in interiori longè diſtabat. Cæteri nemq; tam ex natura q̃ actu peccatis quaſi ueneno pleni exiſtunt: hic eũt ab omni peccato immunis erat, ſicut de eo ſcriptũ eſt: Qui peccatum nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Hæc ergo fratres chariſsimi attendentes tota mẽte in Dñm credẽdo aſpicite, ut & uos ab igniforũ ſerpentiũ, id eſt dęmonũ morſib. eripere digneť.

Sicut ignis facillimè extinguitur, ſi omnia fomẽta quibus efficitur, penitus abijcianť: ſic carnis incentiua facilius extinguunť, ſi materie & occeſiones unde oriunť, omnimodo ſubtrahantur. Sed ut hæc ritè perfici poſsint, tota mẽte inuocandus eſt Deus, ſine quo nihil eſt ualidũ, ut ipſe gratia ſua uelut aqua deſuper emiſſa, oĩa in nobis uitioſa incendia extinguat. Tale ergo uitiũ ſicut duob. id eſt mente & carne perpetratur, nã delectatio ad mentẽ, ipſe uerò effectus ad carnẽ pertinet: ita etiã non niſi eorũdem lebore ſuperať. Et hoc tanto facilius, quanto prius quã idẽ uitiũ per conſuetudinẽ regnare incipiat, agitur. Quis enim neſciat, quòd ignis qui interdũ extinguitur, poſtea uero tantopere accendiť, ut omnia adiacẽtia flammis exurere uideať, multo maiori lebore tandẽ uincať, quã q in exordio mox ita extinguiť, ut nec ſcintilla eius relinquatur? Vnde pſalmiſta dicit: Beat⁹ qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petrã. Quaſi diceret: Beatus qui cogitationes malas mox cũ oriri cœperint, & adhuc paruę ſunt, cõfitetur Chriſto, qui petra eſt dictus, rogans eũ ut ipſe eas à ſe prius expellat, quã ad maioris nequitiæ effectum perueniant.

Sicut peritus citharœda chordas plures tendens in cithara, tẽperat eas acumine & grauitate tali, ut ſuperiores inferiorib. cõueniant in melodia, quædã ſemitonij, quędã unius toni, quædam duorũ tonorũ differentiã gerẽtes, alię uero diateſſaron, aliæ aũt diapente uel etiã diapaſon conſonantiã reddentes: ita & Deus omnipotens oẽs homines ad cœleſtis uitę harmoniam prædeſtinatos in manu ſua, quaſi citharã quandã chordis cõuenientib. ordinatã habens, quoſdã quidẽ ad acutũ contemplatiuæ uitæ ſonũ intendit, alios uero ad actiuæ uitæ grauitatẽ temperando remittit. Cumq; eos in utraq; uita ſic diſpoſuerit, apponens digitũ, id eſt ſpiritũ ſanctum, pulſat illos modis quibus libet, eligens uidelicet ex eis, quos repleat tantarum uirtutũ copia, ut ad alios cõparati quaſi diapaſon cõſonantiam, quæ octo chordis conſtat, reddant: tenẽtes illas octo beatitudines, quas Dñs in Euangelio enumerat, dicens, Beati pauperes, &c. Quos aũt ad diapente cõſonantiam quinq; chordis conſtantẽ eligit, illi poſſunt intelligi, qui tantæ iã perfectiõis ſunt, ut ſe contineant, ne citò in quinq; ſenſib. corporalib. id eſt uiſu, auditu, guſtu, odoratu & tactu offendant. Item qui ad diateſſaron quatuor chordis cõſtans, digito Dei eliguntur: hi poſſunt intelligi, qui præ cæteris amare ſtudent prudentiã, temperantiam, fortitudinẽ & iuſtitiam. Per minora uero uocũ interualla quæ duos tonos aut unũ, uel ſemitonium ſonant: poſſumus intelligere hos q inſpirationis diuinæ pulſu præ cæteris eliguntur ad geminã dilectionem Dei & proximi, ſeu ad aliquã ſingularem uirtutẽ, ſiue etiam ad coniugalis uitæ gradũ. Qui licet in cõparatione aliorum uideatur quaſi ſemitoniũ, pro eo q plus alijs ſeculo adhęrere ſolet: neceſſarius eſt tamẽ cunctis ſuperiorib. gradib. ſicut & ſemitonium conſonantijs. Sed quia tã in altiſonis quã in grandiſonis chordis habetur ſemitoniũ, ponamus in altiſonis, id eſt in cõtemplatiue uitæ pro ſemitonio talis cõiugij homines, qui ſpecie quidẽ ſint cõiuges, ſed re ſpiritualis uitæ ſectatores, implentes illud Apoſtoli: Qui habent uxores, tanquã non habentes ſint. Hi nimirũ meritò in altiſonarũ chordarũ conſtent numero. Tali ergo melodia Deus delectatur, & in huiuſmodi inſtrumentũ collocat quos ad ſe trahere dignatur.

Sicut ſapientes medici per quaſdã uiles medicinæ ſpecies ægrotos corpore ad ſanitatis gratiam perducere ſolent: ita & Deus omnipotens humanũ genus, q in parentis primi tranſgreſsione in maximẽ utriuſque hominis infirmitatem decidit, per plurimas uiles antidoti cõfectiones ad ſanitatẽ reparat. Quid enim excogitari poteſt uilius, quã hoc q & in peccatis naſcimur, & deinde quaſi irrationale animal uiliſsimis quibuſdam adminiculis parentum uel nutricum prouidemur atq; paſcimur? Quid rogo uilius quã quod nec in die una ſine peccato eſſe poſſumus, quodq; aliquando aliter ad bonũ flecti nequimus, niſi in peſsima quæq; cadere permittamur, ut uel ſic cõpulſi ad medicũ uerũ confugiamus, faciẽq; eius in cõfeſsione præueniamus. Cum aũt nec per tantam diuinę pietatis medicinã curari noluerimus, pietas enim eſt magna & peccantem ſuſtinere, & ei quis ſit, quoue tendat nimio peccandi uſu oſtendere, ut agnita ſui qualitate horreſcat, & reuertatur ad Dñm: nõ tamen idcirco deſinit nos curare, ſed adhuc alterius generis medicamentũ uelut aduſtionem, quam oẽs amaram quidẽ eſſe,

Digitized by Google

eſſe, ſed corporeæ ſanitati utilem tradũt, ille ſpiritualiter nobis imponit, permittens uidelicet nos uarijs modis corporaliter affligi, ut ſpiritus ſaluus fiat in die Dñi. Huiuſmodi igitur aduſtionem quibuſdam profuiſſe pſalmiſta teſtatur dicens: Cũ occideret eos Dominus, quærebant eum & reuertebantur. Quibuſdã uerò obduratis, & in profundo peccatorum demerſis, non profuiſſe legimus in propheta qui dixit: Percuſsiſti eos Dñe, & nõ doluerunt. &, Caſtigatiõe crudeli percuſsi te filia Syon, ſed inſanabilis eſt fractura tua. Sunt & alia plurima utilitatis genera, quibus tam ſpiritualiter quam corporaliter cotidie implicamur, ut hoc modo humiliati ueræ ſoſpitatis gratiam exquirere cogamur.

Sicut pauper uel quilibet reb. proprijs iniuſtè ſpoliatus apud iudices & rectores ſeculi querimoniã faciens, raptorem accuſat, ſibiq; ſua reſtituere poſtulat: ita oẽs ſancti pro ſuorum deſtructione cœnobiorum ad Deũ iugiter clamãt, obſecrantes ut aut ſuis tradita cœnobijs iuſteq; acquiſita bona reſtituat, aut in eos qui rapere præſumpſerunt, iuſtũ iudicium faciat. Si quis uero dubitet peccatũ eſſe cœnobijs uel cuiquã ſua rapere, diligenter attendat quæ de diuite in Euãgelio leguntur. Ille namq; non pro eo quòd alicui ſua auferret, ſed quòd propria alijs nõ erogaret, ad inferna ductus eſſe legitur. Scimus aũt oẽs minus peccatũ eſſe propria non dare, q̃ aliena rapere. Vnde ſi pro minori peccato ipſe diues punitus eſt, multo magis puniendi ſunt qui peccata maiora faciunt, id eſt qui aliena rapiunt. Aliena quippe dicimus, quæ non noſtro, ſed aliorum uſui data ſunt: ſicut cœnobiorum prędia cœnobitis, ut & ipſi & ſeruitores ſui, nec non pauperes ac peregrini superuenientes exinde alantur. Huiuſmodi enim cura ad oẽs pertinet Chriſtianos. Sed quia tam à clericis quibuſdam quam laicis prò dolor nihil difficilius creditur, q̃ peccatum eſſe cœnobiorũ prędia rapere & abalienare, libet aliud exemplũ proferre, quod aſſumptæ rationi ſpecialiter congruit. Nã quod de diuite diximus, referri ualet ad omnes qui quiddam uel cuiquam iniuſtè rapiunt. Legitur itaq; in ſancti Gregorij libro, quia monachus quidam prępoſitus cœnobij quod ipſe conſtruxit in urbe Romana, multis deditus fuerit uitijs. Inter quæ etiam chartulas pro confirmatiõe cuiuſdã prædij in monaſterio repoſitas abſtulit, extraneiſq; tradidit. Cumq; eiuſdẽ monachi obitus appropinquaſſet, raptus eſt in ſpiritu ante Deũ, ubiq; oia eius delicta accuſante diabolo ſunt prolata: ſed opitulante ſancto Andrea apoſtolo ſanctoque Gregorio dimiſſa, excepto uno quod in chartularum traditione commiſit. Si igitur ille pro monaſterij chartulis incautè traditis ueniam adipiſci non meruit, nimis formidandum eſt his qui cœnobiorum prædia eatenus iure retenta tradendo uel rapiendo diſsipant, ne in idem iudicium incidant.

Hæc precor ò rectores attendite, & reminiſcentes q, ſcriptũ eſt, iudiciũ duriſsimũ in his q præſunt fiet: exhortamini inuicẽ pro inſtauratione cœnobiorũ deſtructorũ, primo quidẽ ut prędia exinde ablata cœnobitis reddant, deinde ut hi qui timẽt Dñm, & qui ambulant in uijs eius, cęteris præponantur. Nam in hoc q̃ maximè offenſus eſt Deus, q, ea loca quę ſibi ſuisq; ſanctis mancipata atq; cõſecrata erant, deſtructa ſunt ex rectorũ iniuria. Si enim Deo famulantes in monaſterijs neceſſaria quæq; haberent, poſſenturiq; alacrius obſequium diuinũ agere, poſſent deuotius pro regis, pro pręſulum ac principũ ſuorum ſalute, nec non pro totius eccleſiæ ſtatu intercedere, poſſent etiam ſi quid profeſsionis ſuæ regulã excederent à paſtorib. ſuis licentius corripi. Sed hæc omnia in tanta prò dolor negligentia à plurimis epiſcopis habenť, ut ſi uel oratio pura uel correptio & admonitio cõgrua cuiq; ſit neceſſaria, tractare dedignenť: hoc ſolũmodo tractantes ut ſibi placita aſsiduaq; agãtur obſequia. Eſt & hoc nimis dolendũ, q cũ prædia quæ olim à principib. religioſis tradita ſunt monaſterijs, nũc à regibus ſeu à præſulib. ablata ſint, nulla ibi eleemoſyna debita poteſt agi, nullus hoſpes ac peregrinus recreari, ſic ita, quaſi ad Chriſtianos non pertineat cura huiuſmodi, & quaſi minimè credi oporteat, q, in canonib. maximè præcipiť epiſcopis, ut xenodochia ad pauperũ curã plura conſtituant. Quanta aũt præmia mereanť hi qui pauperes modò recreare ſtudẽt, ex hoc colligi poteſt, q, Dñs in Euãgelio pręduxit, ſe in iudicio dicturũ: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ideoq; præſules admoneo, ut cũ legentes quęſierint in canonib. unde decimas exigere debeant, quærãt ſimul & illud, quid ſtatutũ ſit ſuper pauperum & hoſpitum recreatione, nec non ſuper cœnobiorum prouiſione, ne illa terribilis ſententia Dñi noſtri dicať ad eos: Væ qui decimatis mentã & anetum, & quæ maiora ſunt reliquiſtis, id eſt, miſericordiam & iudiciũ.

Libet adhuc ſimilitudinẽ aliã ꝓferre ꝑ epiſcoporũ admonitione. Sicut multi agros & prædia ſua, ſi quã negligentiã antiq; in eis repererint, nõ dubitant ſibi licere in uſum meliorẽ conuertere: ita abſq; dubio ſcire poſſunt, ſi q̃ in cœnobijs cõmiſsis deſtructionẽ inuenerint, magis ſibi licere ut ad uſum ſpiritualis uitę corrigãt, q̃ deſtructionẽ inuentã ſequanť uel augeãt. Hanc ſimilitudinẽ attẽdant hi q ad regimen animarũ & cœnobiorũ utcunq; cõſtituti, ſi qua inuenerint monaſteria tã ſpiritualiũ q̃ corporaliũ ſubſidiorum incuria deſtructa, non ſolũ minimè curant meliorare, ſed magis quoq; deſtruunt dicentes: Conſuetudinẽ quã anteceſſores noſtros hic habuiſſe agnouimus, in obſequijs quolibet modo exquiſitis, ꝑ omnia retinere uolumus, q nos & dignitate & genere nequaq̃ illis impares ſumus. Quib. reſpondemus, q ſi ſuꝑ prędiorum ſuorũ incõmodia neſciũt aliquid procurare, ſed in ea quã inuenerunt negligentia patiunť perdurare, ueniale eſt illis ſuper animabus uel cœnobijs cõmiſsis idẽ facere. Si aũt ſubſtantiæ terrenæ utilitati cõſulere ſciũt, & quæ diuina ſunt negligunt, ſimulare quidẽ poſſunt coram hominib. ignorantiã, ſed Deo ſunt nota cũcta cordis ſecreta: qui illos ideo alijs permiſit præponi, ut nequitia ꝓpria ſibimet manifeſtata tãto ſtudioſius ſe emẽdarent, quãto plus experti fuiſſent ſe eſſe tales rectores, quales debuerũt, & quales forſitan ante acceptum regimen in corde ſuo decreuerũt.

Dicamus & aliquã ſimilitudinẽ de eo q, ſcriptũ eſt, Quod tibi nõ uis fieri, alij ne feceris. Cũ enim pateat hoc q, oẽs homines uelint ſibimet ab alijs impendi bona, & quòd illi etiã alijs impẽdere debeãt ſimilia, quodq; huiuſmodi uiciſsitudo inter homines quoſdã impleatur. nã pleriq; amicis ſuis hanc impendere ſolent, dicamus quomodo impẽdenda ſit Deo. Sicut igitur nos nolumus ut fraus uel inobedientia ſeu malicia nulla à ſubditis & famulis noſtris nobis agatur: ita & nos qui ſcimus Deũ eſſe Dñm dominorũ omnium, & ſuper omnia potentiſsimũ, ei nullã fraudẽ, nullam inobedientiã, nullamq; maliciã in cõmiſsis quibuslibet agere debemus. Cõmiſſa quippe nobis ſunt à Deo tanta tã in nobiſmetipſis, quã in alijs, ut ratiõe breui nequeãt ullo modo dici. Sed uel pauca dicam⁹, ut cætera poſsint intelligi facilius. In primis quidem cõmiſſa eſt nobis anima noſtra ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei facta, ut eã ad eandẽ ſimilitudinẽ Dei nutrientes, omne q, Deo placitum eſſe ſcimus, in nobis ſummopere impleam⁹. Deinde cõmiſſum eſt nobis, ut oẽs dictis & factis ad meliora trahamus. Si ergo in huiuſmodi cõmiſsis Deo fideles ſumus, implemus q, ſcriptum eſt: Quod tibi non uis fieri, alij ne feceris. Nolumus nãq; nobis infidelitatẽ ullã agi. Dicam⁹ & amplius. Sicut itaq; uolum⁹ ut famuli uel ſubditi noſtri, ſi qd nos offenderint, omnimoda humilitate placationẽ noſtrã exquirant: ita & nos facere debemus, quotieſcunq; Dñm peccatis noſtris offendimus. Itẽ ſicut uolumus ut amici & fideles noſtri ſi q̃ fortè detractionem uel iniuriam contra nos factã audierint,

mox

mox hanc actione fideli compeſcant, aut ſi hoc nequiuerint, fugiant, ne iniuriam noſtram libenter audire uideantur: ſic & Domino noſtro facere debemus, ſi aliquem illum dehoneſtantem dictis uel factis uidentes, inhoneſtatem tantam prohibere non ualemus. Fideles namq; ei eſſe debemus, & ad collaborandum & ad condolendum, quia ille nobis fidelis eſt: ſicut de eo pſalmiſta dicit, Fidelis Dominus in omnibus uerbis ſuis. Hac igitur ſimilitudine in omnium ſapientium corde ſcripta requiritur & intelligitur Deus, nec quiſquam ſanæ mentis ab hac intelligentia poterit ſe excuſare. Hęc deniq; de illo q intra nos ex gratia diuina collatũ habemus, intelligentiæ additamento ſint dicta. Nunc uero ad ea quæ extra nos ſunt, ſimilitudinum additamenta reuertamur.

Sicut igitur uentorum ſubſtantia nullatenus cernitur, ſed tamen eoſdem uentos aliquo modo exiſtere per immenſos flatus & cõmotiones eorũ intelligit: ſic & diuina ſubſtantia licet inuiſibilis ſit, tamẽ ex immenſa uirtute & poteſtate, quam in oẽm creaturam exercet, maximeq; in eos qui ſibi reſiſtere conantur, conſtantiſſima fide ualet agnoſci. Quanto enim quis in huiuſmodi fide titubauerit, tanto plus cunctis inimici tentationib. ſubiacebit. Quod nimirum ita eſſe ex gentilib. probari poteſt, qui nullam diuinæ potentiæ cognitionẽ habentes dicentesq; in corde ſuo, Nõ eſt Deus: omnimodis ſcelerib. deditι eſſe leguntur. Vnde etiam illorũ quidam ſummũ bonum decreuerũt eſſe uoluptati prorſus deſeruire. Similiter q Deũ quidem eſſe conſtanter fatentur, ſed factis negant, hæreſi aliqua inuoluti ſeu uitijs capitalib. dediti, nullis tentationibus reſiſtere poſſunt. In ſola ergo fideli inuocatione diuini nominis eripiemur à tentationũ periculis. Vnde pſalmiſta dicit: In te Domine eripiar à tentatione. Et iterum: Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me. Sicut legatus uel ſeruus quilibet fidelis, cum ei à domino ſuo bona aliqua diſpenſanda cõmittuntur, nil fauoris aut pręmij in eorũ diſpenſatione ſibimet uendicare ſolet: ita omnis cui ex pietate diuina alicuius præcipuè uirtutis dona collata ſunt, nullũ fauorẽ quaſi talia meruiſſet, inde ſibi acquirere debet. Quod ſcilicet ita agendum eſſe ſancti patres in multis experti, nihil eorũ quę uel in miraculis ſeu in alijs præcipuis operib. perpetrabant, ſuis meritis deputare præſumebant: attendentes igitur quod Apoſtolus dicit, Quid enim habes q non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Hæc itaq; beatus Petrus ſatis attendit, quando Iudæis mirantib. ſuper miraculo quod factũ eſt in claudo dixit: Quid nos intuemini, quaſi noſtra uirtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? Deus glorificauit filiũ ſuũ, &c. Pſalmiſta etiam firmiter credens Deum in nobis bona operari, deprecatur illum eadem confirmare dicens: Confirma hoc Deus quod operatus eſt in nobis.

Sicut in urbis munitione, ſi relinquatur uel paruus intrandi locus, ibi hoſtes poſſunt intrare, urbemq; totã deuaſtare: ſic & his contingit, quib. uidetur ſufficere uirtutes quaſdam ſine cæteris exercere. Vbi enim deeſt uirtutis cuiuslibet cura, illic ſpiritualis nequitiæ intrat turba, diſsipans interdum uirtutum munitiones multarũ. ſicut & de Phariſeo legitur in Euangelio, qui cum uirtutibus multis arcem cordis præmuniens, humilitatis cuſtodiam habere neglexiſſet, dicens: Quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores iniuſti, & cætera. per hanc profectò negligentiã ſpirituales hoſtes intrare permiſit in ſe, qui etiam eas uirtutes quas habuit auferentes, ipſum reliquerunt nudũ. Cui ſimile eſt & illud, quod Iacobus Apoſtolus dicit: Quicũq; obſeruauerit totam legẽ, offendat aũt in uno, factus eſt omniũ reus. Vnde ſcriptura ſacra unũquẽq; admonẽs dicit: Omni cuſtodia ſerua tuũ cor.

Sicut ruſticum uel pauperẽ quemlibet uili ueſtitu circumdatũ nullus diues precioſis ueſtib. nitens, merito culpare poteſt, cur ita ueſtitus incedat cum indumenta meliora non habeat, aut forſitan pro Dei amore precioſiorib. minimè uti libeat: ita nullus eorum qui pomposa literarum ſecularium ſcientia affluit, & uarias culti ſermonis ſubtilitates nouit, ſimplicia uerba, quæ in ſcriptura ſacra aliter quam Dialectica & Grammatica doceat, interdum reperiuntur, reprehẽdere debet, ſi tamen in ueterib. emendatisq; libris æqualiter habeantur. Quod ſi diſſonant libri, tam Grãmaticæ regula quã lectionis ſententia ſunt corrigendi. Huiuſmodi enim diſſonantia ſicut imperitia uel incuria ſcriptorũ contigit, ita peritia magiſtrorũ corrigenda erit. Sed nec illi ſunt reprehendendi, qui humilitatis cauſa magis ſcripturæ ſacræ ſimplicitatem quam eximiam ſecularis literaturæ eloquentiam eligunt ſequi, cupientes inter illos paruulos connumerari, de quibus Dominus in euangelio dicit: Cõfiteor tibi pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & reuelaſti ea paruulis. pariterq; formidantes quod Apoſtolus dicit: Prudentia carnis, mors eſt. Nã prudentia carnalis, dum nil ſtudet niſi ſuperbire, hominib. placere, gloriam mũdi omnimodo amplecti, tendit ad illum mortem quæ nullum habet finem.

Sicut mulier grauida ſollicitudine indiget nimia, ut in locis omnib. caute ſe agens, prolem conceptam ſeruet: ſic omnes eccleſiaſtici regiminis iura retinentes eſſe debent ſolliciti, ne quo exemplo prauo corrũpant ſubditos, quos ad erudiendũ quaſi ad procreandos Dei filios in ſuam curam ſuſceperunt. Vnde Paulus Apoſtolus dicit: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Chriſtus in uobis. Quomodo aũt eos parturiret, ut in illis Chriſtus formaretur, alibi profert dicens: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Si enim alijs prædicans de obſeruantia præceptorum diuinorum ipſe eadem nõ obſeruaret, corrumperet utiq; eos quos ſuſcepit ſpiritualiter generãdos. Ex qua profectò ſimilitudine hi qui iam poſiti ſunt in regimine admonentur attendere, cur alijs ſine prælati. Per hanc uero quam ſubiungimus, illi qui ſine electione & contra canonum inſtituta alijs pręponi cupiunt, admoneri poſſunt. Igitur ſicut incongruũ & inhoneſtũ eſt, ut mulier pro appetendo uiro uſquã uadat, magisq; decet ut uir mulierem ſibi ſociandam exquirat: ita etiã minimè conuenit, ut Doctor quilibet paſtoralem curam exquirat, ſed ipſe exquiratur ad illam ſuſcipiendam. Ibi enim Chriſtus unumquemq; eligens ad eccleſiaſticum regimen quaſi ad matrimonium ſuſcipiendum in perſona uiri eſt: is autem qui regimẽ ſuſcipit, pro eo quod Dei filios factis & dictis procreare debet, in mulieris perſona accipitur. Sed ne quis hanc ſententiam, reprobare poſsit, qua diximus paſtorem ſpiritualem in perſona mulieris accipiendum, teſtimonio ipſius Domini noſtri roboremus illam. Dicit namq; in Euangelio: Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. Quibus uerbis colligitur, quia ſi fidelis quis uoluntatem patris cœleſtis faciens, ſoror & mater ſpiritualis dicitur: ſoror autem & mater mulieris perſunæ ſunt, mulier quoq; dici ualet, quiſquis ad ſpirituales filios generandos eligitur.

Sicut Dominus noſter uidens ciuitatem Hieruſalem fleuit ſuper illam, quòd habitatores ſui innumerabiles pœnas tam in hoc ſeculo, quam in futuro paſſuri eſſent pro perfidia ſua: ita cotidie dolet ſuper omnes qui nulla correptione uel admonitione ab impietate ſua flecti uolunt ad pœnitentiam. Vnde per prophetas ſæpè clamat dicens: Conuertimini ad me, & ſalui eritis. Per pſalmiſtã quoq; admonet nos dicens: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et iterũ: Accedite ad eũ, & illuminamini. Hæc quippe diuinæ pietatis monita quicunq; aut credere uel ſequi in hac uita contemnit: licet corpore uiuat, in anima eſt mortuus, ęternæ

que

que damnationi deputatus.

Sicut mater ſuper moleſtijs uarijs & immundicijs infantuli & ſugcotis, quas iugiter ſuſtinet, nũ iraſcitur, ſed pro debito patitur: ita & Dominus noſter omnes fragilitatis noſtræ negligentias, quibus iugiter ſordidi efficimur, & clemẽter ſuſtinet, etſi dignos pœnitentiæ fructus geſſerimus, quaſi pro debito dimittens, eas miſericordiæ ſuæ lauacro nos purgat. Vnde ipſe per prophetam dicit: Audite me domus Iacob, q portamini à meo utero uſq; ad ſenectam. Ego uos feci, & ego feram, ego portabo & ſaluabo. Et alibi: Nũquid obliuiſci poteſt mulier, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Quibus uerbis colligitur, quia pietas diuina omnem excedit affectum pietatis humanę. Poteſt & aliud colligi in eo quod dicit: Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Quamuis enim in humana pietate nulla ſit deuotio maior ea quæ circa filios nutriẽdos exhibetur, deficit tamẽ in his matrib. quæ filios ſuos aut negligenter nutriũt, aut mox poſt partum necant. Hanc impietatem Deus in mulierib. præuidens, poſt præmiſſa uerba ſtatim ſubiunxit dicens: Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non non obliuiſcar tui.

Sicut dominus quilibet ad iram incitatur, ſi ſeruus ſuus cui aqua eſt ad lauandum proxima, & omnis ueſtium præcipuarum copia ante eum ſordido inhoneſtoq; habitu acceſſerit: ita & Deus omnipotens exacerbatur, cum aliquis pro peccatis & negligẽtijs ſuis nullam pœnitentiam agens, ab eo qui ſemper paratus eſt ad ignoſcendum, ueniã quærere negligit. Aquæ enim uicinitas certitudinem diuinæ gratiæ, copia uero ueſtium bene operãdi facultatem ſignificat. Anima quippe operibus induitur bonis, ſicut corpus ueſtib. præcipuis. Vnde Apoſtolus admonet dicens: Induite uos ſicut electi Dei uiſcera miſericordiæ, benignitatem, modeſtiam, patientiam. Pſalmiſta etiam pro huiuſmodi indumento exorans Dominum dicit: Sacerdotes tui Domine induantur iuſtitia.

Sicut tegulæ in unius domus tecto ritè compactę, quantæcunq; multitudinis uel uarietatis ſint, in unũ conueniunt, ibiq; tam minor quam maior tegula conſtat neceſſaria: ſic omnes uirtutes, quæ per ſancti ſpiritus gratiam unicuiq; diſtribuuntur, in ſpiritualis ędificij perfectione unum efficiuntur. Quamuis enim martyrium & uirginitas multæq; uirtutes aliæ illic præcipuè ſint, nihilominus tamen illę quæ minores ſunt neceſſariæ exiſtunt. Ideoq; qui quemlibet ſpirituali uel corporali cibo reficit, aliaq; ad actiuam uitã pertinentia gerit, in eodem tecto ponitur, quo & ille qui omnia ſua pro nomine Chriſti relinquens, ſe iuxta contemplatiuæ uitæ perfectionem arctiſsima regula conſtringit. Quis autem tegularum talium artifex & moderator ſit, Apoſtolus demonſtrat, qui enumeratis cœleſtib. donis ait: Hæc aũt omnia operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidẽs ſingulis prout uult.

Sicut hi qui ſingulare certamen agunt, nunc quidem iſte, nunc uerò ille aliũ certando uincit, ſed mox idem qui ad horam uictus erat, reſpirans reparansq; uires uictorem ſuum deijcit, ſicq; alternantes certãt, quo uſq; alteruter alium prorſus ſuperando finẽ certaminis faciat: ita cotidie agitur inter nos & inuiſibiles hoſtes nobiſcum certantes. Ipſi enim interdũ nos in aliquod peccatum illicientes uincũt, ſed ſi nosmet mox certaminis ritum, ubi qui nunc uincit, ſæpè dehinc uincitur, attendentes auxilium diuinum inuocemus, uires nobis reparantur ad ſuperandos eoſdem hoſtes. Nam Deus ſciens & noſtram fragilitatem, & hoſtium fortitudinem, nequaquã nos uictos citò deſpicit, dummodo curemus ut nos iterũ reperemus. Huiuſmodi bellum ſe agere nouerat pſalmiſta, cum ſæpius inuocaret Dominum, ut, Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. &, Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgẽtib. in me libera me. &, Deus in adiutoriũ meum intẽde, Deus ad adiuuandum me feſtina. cõfundantur & reuereantur qui quęrũt animam meam. De eodem quoq; bello Apoſtolus dicit: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes tenebrarum. Si igitur certaminis tanti memores, dum bene poſsimus, uitæ noſtræ finem cum pœnitentia & confeſsione peccatorum anticipemus, tunc hoſtes maligni licet ſæpiſsimè nos antea uicerint, poſtremò tamen ipſi deijcientur à nobis uicti.

Sicut filij Iſrael quondã ex Aegypto profecti Aegyptios in auro & argento ueſtibusque precioſis deſpoliauerunt, eaq; ſecum deferentes ad honorem Dei poſuerunt: ita unuſquiſq; à ſeculi uanitate ad ſpiritualis uitæ puritatem conuerſus agere debet. Si quam in ſecularibus literis noticiam habuit, eligat ex eis precioſa quęq;, id eſt honeſta & ſpirituali uitæ congrua dicta, illaq; ſecum tollat tam ad laudem Dei, quã ad ædificationem fidelium. Sic enim multi uenerabiles ſanctiq; patres feciſſe leguntur, ponentes in ſuis ſcriptis plurimas ſententias, quę uelut aurum in luto poſitum in libris gentilium reperiuntur. Eadem faciat in cęteris artificijs, quibus utitur prudentia ſecularis, eligẽs ex eis quę ad ſpiritualis uitæ uſum aliquo modo exerceri conueniunt. Qui uero conuerſus nullam facit diſtantiam inter precioſa & uilia, ſed lutum uelut aurum penſat, ille uidetur magis adhuc cum Aegyptijs uelle habitare, quam exinde proficiſcens eos deſpoliare. Vnde Dominus per prophetam dicit: Si ſeparaueris precioſum à uili, quaſi os meũ eris. Quaſi diceret: Si quis conuerſus à ſecularibus ea quæ poſt conuerſionem minimè licent prorſus deuitat, quę autem congrua & neceſſaria ſunt diligenter agere tractat, præceptis meis teſtimonium præbet, ſeparans licita ab illicitis. Huiuſmodi præcepta ſecuti ſunt Apoſtoli, cum unus eorum qui ante conuerſionem teloneo præfuit, ad hoc negocium poſt conuerſionem minimè redijt: alij uero qui piſcatores erãt, poſt conuerſionem quoq; piſcationem exercebant. Item ſicut quondam Iſraheliris nationes plurimæ ſunt à Deo ſubactæ, paucę uero ideo non ſubijciebantur, ut cum eis habentes conſuetudinem præliandi nequaquam torpeſcerent pace inutili: ita etiam Dominus noſter cum electis ſuis cotidie agit, ſubijciens uidelicet eis maximam ſpiritualium nequitiarum multitudinem, ſed aliquos non ſubijciens, ut per eas ſpirituali bello exercitati & humiliari diſcant nunquã in ſe, ſed in Domino debere fiduciã habere. Vnde Apoſtolus dicit: Fidelis Deus qui nõ patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, ut poſsitis ſuſtinere. Illud uidelicet prouentum uocans, quod uarijs tentationib. fatigati, ſed ad Deum clamantes liberari, per hoc diſcimus quãta nequitia ſit diaboli, nos impugnãtis, quantaq; Dei gratia nos exinde liberãtis. Cumq; hoc modo gratiæ diuinę certiores facti fuerimus, facilius omnes diabolicę fraudis tentationes ſuſtinebimus. Magnus quoque prouentus dici poteſt, quod quotieſcunq; tentati reſiſtimus, tot coronas in regno cœleſti obtinere merebimur. Iuxta illud: Beatus uir qui ſuffert tentationem, & cętera.

Sicut incõgruum eſt, ut numerantes prius duo uel tria ſeu quemlibet numerum dicamus, quem primũ uel unum: ita inconueniens eſt, ut ordo ullius rei cõfundatur, hoc uidelicet prępoſito, quod poſtponendum eſt: uel hoc poſtpoſito, quod pręponendum eſt. Nam ſicut unitas omni numero præponenda eſt, ut ab ea numerare incipientes, ſic perueniamus ad eum numerum, quẽ deſignamus: ita & diuina omnia præponenda ſunt humanis rebus, ut deinde conſequenter peruenire poſsimus ad tractanda uel diligẽda humana. Vnde Dominus noſter in Euãgelio dicit: Qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Non dixit abſolutè, Qui amat filium aut filiam: ſed addidit,

Digitized by Google

didit, Sopet me, ot diſcamus, quia Deus diligendus eſt præ cunctis, & deinde homines amandi.

Sicut principes plurimi ſatuis ſuis beneficia quælibet parua concedunt conditione tali, ut ſi in eis fideles extiterint, obſequiũq; promptũ exhiboerint, maiora quandoq; beneficia ſibi tribuantur: ſi uero aliter feceriot, nec ipſa parua ratinere permittantur, ita & Deus omnipotens facit his quib. temporalia cõcedit bona. Si enim in eiſdem temporalib. bonis quæ uel in poſſeſsionib. uel in potentia ſeculari uel ſciẽtia ſpirituali, ſeu etiam ſanitate corporali tribuunt, fideles fuerint, pauperes cibo potuq; reficientes, oppraſſos à perſecutorib. ſiue à iudicib. iniquis eruentes, erraores ad uiam iuſtitiæ retrahentes, operib. uarijs & neceſſarijs ſemet occupantes. ſi ergo huiuſmodi ſtudia fideliter exercuerint, æterna bona quæ ſunt maxima recipiant. Multi etiam tam pueri q̃ ſeniores religioſe uiuentes, in hac uita prægustant diuinæ retributionis præmia. Nam cũ ſe ab illicitis cõtinentes Deũ timere & amare ſtuducint, miraculis & uirtutib. tantis ab eo ſublimanť, ut cœlo, terræ, ſed & omni creaturæ imperare uideanť. De quib. Dñs dicit: Omni habenti dabitur. habẽti ſcilicet timorẽ amoremq; Dei, dabiſut in nomine eius cũcta ſibi ſubdantur. Moxq; de reprobis ſubiungit dicens: Ab eo qui non habet, & uidetur habere, auſertur ab eo. Quaſi diceret, qui Deo ſoli renunciat ſubdi, nec ea quæ ueræ ſunt, id eſt gaudia æterna conſequetur: et illa quæ uidentur aliquid eſſe, id eſt temporalia bona habere permittitur.

Sicut paruuli à cultellorũ & gladiorum tactu prohibentur, ne eos incautè tangentes uulnerentur: ita laſciui puerilesq; ſenſu prohibendi ſunt tam à ſpiritualibus quam ſecularibus curis, ne eas inſipiẽter tractantes, & ſe & cõmiſſos ſpiritualiter uulneratos perpetuæ morti tradant. Vnde ſcriptum eſt: Væ ciuitati cuius rex iuuenis eſt. Quaſi diceretur: Væ illis hominib. quorum rector laſciuus uel negligens & irreligioſus eſt: quia atteſtante ſacra ſcriptura regnantib. impijs ruina erit hominum. Ruina quippe magna dicenda eſt, cum ſubiectorum multitudo in eadem uitia corruit, quæ rectorem agere cernit.

Sicut ſapientes diſcipuli aurificum uel aliorum artificum opus ſuũ, licet ſit præcipuũ, coram magiſtris laudare non apparunt, ſed eorum magiſterio quę laudanda ſunt relinquunt: ſic etiam omnes Chriſti diſcipuli laudẽ nullius preter eius exquirere debent. Vnde Dominus noſter diſcipulis ſuis referens, qualiter ſcribæ & phariſæi bona quæque palam agerent, ut ab omnibus laudarentur: adiecit dicens, Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Quib. uerbis intimatur, quia ſi ab hominib. pro benefactis laudari appetimus, nihil mercedis à Deo accipiemus.

Sicut pictor colorib. uarijs utitur, quãdo picturam elegantem pingere nititur: ita & Deus omnipotens ſpeciem mundanam & humanã innumerabili ornatu, optimæq; qualitatis colorib. pinxit. Vnde ſcriptũ eſt: Vidit Deus cuncta quæ fecit, & erãt ualde bona. Non enim ferrum ideo eſt malum, quia multo precioſius conſtat aurũ: ſed quia utrumq; erit neceſſarium, ideo utrũq; bonũ. Omnia quippe pariter neceſſaria, pariter exiſtunt & bona. Sicut color albus nõ niſi per colorem ſibi contrariũ declaratur, ſic omne bonũ nõ niſi per mali oppoſitionẽ ſatis agnoſcitur. Quantum enim bonũ ſit lumen, oſtendũt tenebrę: ſimiliter quãtũ bonum ſit ſanitas, oſtẽdit infirmitas. Nam ſi nulla eſſet infirmitas, pro nihilo cõputaretur ſanitas. Similiter ſi nulla eſſet malitia, nec Deus à quo bona cũcta procedũt, haberet unde à creatura diſcerneretur, nec homo unde proficeret aut probaretur.

Sicut in omni ſchola uirgulæ ſolent haberi non ad perditionem cuiuſquã, ſed ad timorem ſalutiferum: ita & Deus omnipotens in præſenti ſeculo omnia ſeueritatis ſuę iudicia, quę uel leguntur, uel ullo modo ſentiuntur: ideo hominib. demonſtrat, ut eos à uitijs compeſcens in futuro ſaluos faciat. Vnde ipſe Dominus dicit: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Hinc & Salomon dicit: Diſciplinam Dñi ne abijcias, nec deficias cum ab eo argueris. Quẽ enim diligit Dñs, corripit, & quaſi pater in filio cõplacet ſibi.

Sicut non eſt in poteſtate uirgularum, quando uel quantũ cũ eis unuſquiſque flagelletur, ſed in eius qui eaſdem uirgulas in manu tenet: ita nõ eſt in poteſtate diaboli uel quorũcunq; prauorũ alios perſequẽtiũ, ut eos iuxta uoluptatẽ ſuã caſtigẽt, ſed in Dei permiſſione, qui omnia in manu continens, quos uult caſtigari permittit: quoſdam quidẽ ad probationẽ, quoſdam uero ad correptionẽ, quoſdam aũt ad damnationem. Diabolus namq; & omnes praui, per quos alij flagellantur, flagellum uel uirga Dei uocantur. Vnde ipſe dicit per Eſaiam prophetam: Væ Aſſur, uirga furoris mei. Quib. uerbis & illud colligiť, quia cum nõ ad eos qui flagellantur, ſed qui flagellant, uę dicatur, maiorib. quandoq; pœnis ſubijciuntur qui flagellãt, quam qui flagellantur. ut Nabuchodonoſor, Antiochus, Herodes, pluresq; alij, qui poſtq̃ alios plagis uarijs contriuerint, ipſi duplici cõtritione contriti ſunt.

Sicut in æſtate opera plurima agi poſſunt, quæ in hyeme nequeunt: ita & in iuuentute, quæ non in ſenectute: & in hac uita, quæ non in futura. Vnde Dominus dicit in Euãgelio: Videte ne fuga ueſtra ſit hyeme uel ſabbato. per hyemem uidelicet ſignificans illud futuri iudicij tempus, in quo nulla fructuoſæ pœnitẽtię fuga inuenietur. Huiuſmodi hyemem euadere Salomon quoq; admonet dicens: Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, & cætera.

Sicut pauper conſciſsis & uarij coloris atq; qualitatis panniculis indutus incedit: ita & humanum genus per primi hominis culpam à paradyſi patria expulſum, & in huius mundi exilio proiectum, miſeris uarijs quaſi panniculis diuerſæ qualitatis induitur, ſicq; quaſi mendicus pro præſentis uitæ ſuſtentatione in uaria diuertitur. Hanc paupertatẽ pſalmiſta cõſpexerat, cum dixit: Citò anticipẽt nos miſericordiæ tuæ Domine, quia pauperes facti ſumus nimis.

Sicut ſeruus pro aliqua tranſgreſsione præcipue à Domino ſuo in uno pede truncatus, nil operis poſtea greſſu ſano agere ualet: ita omne genus humanũ per primi hominis præuaricationem à ſuæ cõditionis dignitate deiectum, & inſtar truncati corporis debilitatum, in omni opere ſuo claudicat, nec quicquam boni ſine gratiæ diuinæ ductu agere poteſt.

Sicut in uia publica & frequentata quæ plures lutulentas & periculoſas habet foueas, tranſeuntes facile efficiũtur ſordidi: ita & qui in ſeculariũ curarum communi uia gradiuntur, criminibus uarijs fœdanť. Vnde ſanctus Gregorius dicit: Sunt pleraq; negocia quæ ſine peccatis exhiberi aut uix aut nullatenus poſſunt. Hæc itaque plurimi ita eſſe tractatores atque probatores, negocia ſecularia relinquebant, & ad monaſteria, ubi animo liberiori Deo ſeruirent, confugiabant.

Sicut quilibet infirmi corpore medicinam carnalem quærunt & expetunt undiq;, ita & infirmi mente ſpiritualem medicum, id eſt omnipotẽtem Deum debent omnimodo quærere, petẽtes ab eo ſancti ſpiritus gratiam, per q̃ mentis acies illuminetur, per quã totius boni operis facultas ſimul & uoluntas adminiſtratur. In qua nimirum petitione tanto frequẽtiores & conſtantiores eſſe debent, quanto maiori ſpiritus infirmitate ſe grauatos ſentiunt, attendentes mulieris Chananeæ, aliorumq; multorum, de quib. in ſacra ſcriptura legitur fidem: ſed & iugiter animo replicantes illud maximũ importunæ precis argumẽtum, quod Dominus diſcipulis ſuis referens dixit: Quis ueſtrũm habebit amicum, & cætera uſq;, Si ergo uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quanto magis pater ueſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

Sicut in mari uel in quolibet æquore procelloſo nauigantes nullam ſibi ſecuritatem promittunt, priuſquã ad portus perueniant: ita omnes in huius mũdi tempeſtate periculoſiſsima pro Chriſti amore decertantes, nullam ſecuritatis fiduciam habere debent, antequã corporeo ergaſtulo exuti æternæ quietis litus attingant. Vnde Salomon dicit: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Hinc iterum ſcriptura dicit: In omnibus operibus tuis memorare nouiſsima, & in æternum non peccabis.

Sicut fidelis quilibet ſedens ad menſam non prius de eis appoſitis quicquam guſtare ſolet, quã benedicantur: ita & Dñs noſter, cuius eſt cibus omniũ fidelium ſalus, de nullo aliquid guſtare decernit, priuſquã baptiſmatis ſanctificatione benedictus fuerit.

Item ſicut mos eſt, ut carnes nõ niſi coctæ uel aſſæ comedantur: ita & Deus omnipotens niſi omnia cruda hoc eſt uitioſa in nobis fuerint igne ſancti ſpiritus excocta, nequaquam nos in eſcam ſuam eligit.

Sicut dñs uel magiſter quilibet cum ſibimet ſubditi deliquerint, prout uult aut diſtrictè uel clementer in eos emendat, ſeu prorſus dimittit: ita & Deus omnipotens in peccatores qualemcunq; uult uindictam exercet. Veruntamen in hoc diſsimiliter flagellat, quia uoluntas eius ſemper eſt iuſta: noſtra uero ſæpiſsimè aut in iram ſeu gratiam iniuſtam declinatur.

Sicut is qui iugiter oeretur ia ab hoſtibus circumdari, in omni loco gladiũ habens ſecum, cautè ſe obſeruat: ita & ille qui iugiter à deſiderijs carnalib. per inſidias diaboli fatigatur, ſemper debet ſe præmunire armis ſpiritualibus: id eſt, uigilijs, orationib. ieiunijs, ſacra lectione, cæteriſq; uirtutibus. Vnde apoſtolus admonet nos dicens, Induite uos armaturam Dei, ut poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.

Sicut granum ſeminis in terra proiectum nullum profert fructum niſi prius moriatur, ita & homo nullos ſpirituales fructus proferre ualet niſi prius uitijs & concupiſcentijs carnalibus moriatur. Vnde Apoſtolus admonet nos dicens: Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram. id eſt fornicationem, immunditiam, libidinem. Quibuſdã uero dixit: Mortui eſtis, & uita ueſtra aſcondita eſt cum Chriſto in Deo.

Sicut nautæ cum remigantes laborãt, manus cum remis prius ſurſum leuant, & deinde in aquam mittunt: ita omnes fideles priuſquam terrenum aliquod opus faciant, gratiæ ſupernæ debent ſe committere. Remos enim in altum leuare, & deinde in aquã mittere, ſignificat ſpiritualia & ſuperna prius eſſe quærenda, & poſt hæc curæ terrenæ opus prouidendum. Vnde Dominus in Euangelio dicit: Quærite primũ regnum Dei. & iuſtitiam eius, & hęc oĩa adijcientur uobis.

Sicut frigus immenſum omnes terræ fructus corrumpit, ita malicia & infidelitas humana omnem diuinæ pietatis agnitionem, de qua ſpirituales fructus oriuntur, claudit. Vnde de Domino noſtro legitur in Euangelio, quia nõ poterat ullas uirtutes facere propter incredulitatem quorũdam. Hinc alibi ſcriptum eſt: In maleuolã animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

Sicut beſtia capta in reti implicatur ne effugere poſſit, ita & homo diuitijs & uoluptatib. uitæ præſentis captus. aut uix aut nullatenus exinde effugit. Ideo autem uix fugit, quia non niſi cum magno labore uoluptates ſolitas uincit. Vnde Dominus dicit: Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Maximè namq; uiolenti ſunt, qui innumerabiles diaboli inſidias tam in aduerſis quàm proſperis rebus poſitas perrumpere & euadere poſſunt.

Sicut animal quoddam in lacum uel lutum ex incuria cadens, nullatenus exinde progredi nititur: ita & ille homo agit qui per diaboli ſuggeſtionem in aliquod capitale crimen ſeu in quamlibet negligẽtiam incidens, nil ulterius curat qualiter ex huiuſmodi caſu per pœnitentiam emendationemq; reſurgat. Vnde pſalmiſta precatur, dicens: Eripe me de luto, ut non infigar. qui iterũ preces ſuas ſuper hac re factas à Domino exauditas eſſe referens, & quaſi alios lapſos ad eaſdem preces faciendas prouocans dicit: Exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Sicut agricola ſtercus ſpurciſsimum deferens in agrum, eo utitur ad multiplicandę ſegetis bonũ: ita & Deus omnipotens nõ dedignatur de ſordidis & malis actibus noſtris quælibet bona operari, quæ tanto minus nobis deputanda ſunt, quanto minor erit intentio noſtra ad illa pro timore uel amore Dei perpetranda. Hoc autem credendum eſt ideo diſpoſitione diuina agi, ne quis ex meritis proprijs præſumens, ſtudeat in ſe gloriari. ſed in Domino: ſicut ſcriptũ eſt, Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Sicut ſculpturæ inflictæ qualitas in ſigillo, non niſi per ceræ impreſsionẽ ſatis agnoſci ualet: ita & inuiſibilium cœleſtiumq; rerum ſecreta conſpici nequeũt, niſi per impreſſa uiſibilium exempla. Vnde Dñs noſter de cœleſtis regni myſterijs loquens, ſæpius addidit aliquam præſentis uitæ ſimilitudinẽ, per hanc ſcilicet incognita faciẽs nota: ut, Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliãs, multaq; his ſimilia.

Sicut tenera paruaq; uirgulta ad quælibet neceſſaria magis flecti queunt, quam magnæ & antiquæ arbores: ita & homines in pueritia uel iuuentura poſiti, facilius conuerti poſſunt ad debitam Chriſtianæ religionis diſciplinam, quam in ſenectute: quia ſenectus impatiens eſt ad quæuis inuſitata flecti. Vnde ſcriptum eſt: Quæ non congregas in iuuentute, quomodo ea habere poteris in ſenectute?

Sicut in mari nauigantes tam procul à littore poſſunt meare, ut illud non uideant: ita hi qui ſecularib. curis uel carnalibus deſiderijs deſeruiunt, in tantam negligentiæ profunditatem uenire poſſunt, ut nec iudicij diuini recolant, nec aliquã perpetuæ pœnæ uindictam credant. Vnde ſcriptum eſt: Impius cum uenerit in profundum peccatorum, contemnit.

Sicut leo & lupus uiſibiliter inſidiantur animaliũ gregib. ita & diabolus quærens iugiter, quẽ deuoret, & ad perditionẽ trahat, inuiſibiliter inſidiatur cunctis fidelib. Vnde ſcriptum eſt, Sobrij eſtote, & uigilate: quia aduerſarius ueſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

Sicut regina Saba audiens ex fama ſapientiam Salomonis, uenit ad eum, & aliquandiu apud illum manens, multo maioris ſapientiæ gloriam ibi uidit, quã auditu famæ antea percepiſſet: ſic & anima quæq; fidelis, cum erroneos affectus corrigere incipiens, tota uirtute cõfugerit ad uerum Salomonem, id eſt Chriſtum: multo maiorem ſapientiam & gratiam ibi ſentiet, quam ullis ſcriptorum uel dictorum indicijs de eo audierit.

Sicut nemo conſtruere ſibi poteſt habitaculũ, niſi prius habeat locum aliquem ad cõſtruendum: ita nemo aliquid boni facere ualet, niſi prius uoluntatem bonam obtinuerit. Vnde iugiter orandum eſt, & dicendum: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Et, O Dñe da mihi uelle bonum, uires ad perficiendum.

Sicut piſces nunquam ſpõte ſua, ſed piſcatoris ſolummodo arte aliqua capti, ab aquis capti trahunt: ita etiam oẽs ad uitam æternam prædeſtinati, à mundanis fluctib. ſola Dei gratia quaſi quodã rete capti liberantur. In huiuſmodi enim rete nullus ſponte ſua ingreditur, ſed aliqua diuinæ pietatis diſpenſatione nunc quidam per proſpera, interdum uero per aduerſa uocatus, illuc trahitur. Vnde Dominus noſter in Euangelio dicit: Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater meus qui miſit me, traxerit eum.

Sicut immenſitas & profunditas maris nequit exhauriri ac perſcrutari, ita iudicia diuina nequeũt pro ſua inueſtigari. Vnde pſalmiſta dicit: Iudicia tua Dñe

abyſſus

Digitized by Google

abyſſus multa. Hinc & Paulus apoſtolus dicit: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c.

Sicut in tempore belli multo maiori militũ numero, quam in pace opus eſt ad reſiſtendum hoſtib. ita amplioribus uirtutum ſtudijs certandum eſt, quãdo uel generaliter eccleſia ſancta nequitijs ſpiritualibus plus fatigatur, uel ſpecialiter quiſpiam acrioribus uitiorum incentiuis impugnatur.

Sicut per ſtillicidia tectorum paruiſsima tecta niſi reficiantur, paulatim prorſus dilabuntur, ita animæ negligenti euenit. In primis enim uelut minuta quædam ſtillicidia negligentiæ ea corrumpunt, deinde magis ac magis morib. per incuriam dilapſis imbrea largiſsimi uitiorũ influũt. Vnde ſcriptũ eſt: Qui modica ſpernit, paulatim decidet.

Sicut granũ quodlibet uaria tritura excutitur à paleis, ita & fidelis anima, quę intra corpus uelut granũ intra paleas contegitᷣ, uarija tribulationib. à paleis uitiorum eſt excutienda. Vnde ſcriptum eſt: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Sicut lutum in manu figuli eſt, ut faciat inde quale uas uoluerit: ſic & oẽs homines in manu Dei ſunt. Quemcunq; uult, eligit ad gratiam: quem uult dimittit ad iram. Vnde ipſe dicit ad Moyſen: Miſerebor cui uoluero, & in quem mihi placuerit.

Sicut in capite conſtant oculi omniũ, ita etiam in Chriſto qui eſt caput corporis eccleſiæ, conſiſtere debet omnia intentio fideliũ. Vnde Salomon dicit: Sapientis oculi in capite eius. quaſi diceret: Fidelis cuiuslibet intẽtio debet eſſe in capite ſuo, id eſt in Chriſto. Talib. igitur ſimilitudinib. unuſquiſq; intelligẽs ac requirens Deum, ita poteſt inſtrui, ut cum in terra ſit corpore, cœleſtia contempletur ſpiritu & mẽte: ut autẽ ad hoc facilius inſtruatᷣ, libet adhuc aliquas ſimilitudines ſententiæ breuioris, quã ſuperius prolatas addere, quia & hoc ipſe ædificandi ordo exigit, ut in altitudine minores quam in imo lapides ponantur.

Sicut in muro ædificando & parui & magni lapides ponuntur, ita in ſanctæ eccleſiæ ædificium tã minoris q̃ maioris meriti homines à Dño colliguntur.

Sicut ſcala duobus quidem lignis in longum, pluribus uero in tranſuerſum compacta ſcanditur in altum: ita & gemina dilectione Dei & proximi, in quã cęteræ uirtutes inſerendæ ſunt, aſcendere poſſumus in cœlum.

Sicut ſplendor ſolis omnem ad lucis ſuę radios uenientem non repellit, ſed illuſtrat: ita & Saluator noſter omnes ad ſe uenientes, clementer ſuſcipit dicẽs: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos.

Sicut equi abſq; rectore currentes, in præcipitia ruunt: ita & corporales ſenſus ſine ratione & imperio animæ in ſuũ feruntur interitum. Vnde pſalmiſta admonet nos dicens: Nolite fieri ſicut equus & mulus.

Item ſicut equi freno conſtringuntᷣ, ne iuxta uoluntatis ſuæ impetũ præcipites diſcurrant: ita homines plurimi flagello Dei refrenantᷣ, ne ſtultitiæ & malicię ſuæ uota implere poſsint. Vnde pſalmiſta Deũ inuocat dicẽs: In chamo & freno maxillas eorũ cõſtringe.

Sicut lunaris ſplendor in cõparatione ſolaris nihil erit, ſic omnis eccleſiæ ſanctitas diuinæ ſanctitati cõparata, euaneſcit. Vnde Dñs dicit: Nemo bonus niſi ſolus Deus. Quaſi diceret: Conuertimini ad Deum in toto corde ueſtro, ut probare poſsitis quàm pius ſit omnibus ad ſe conuerſis.

Sicut melli plurimo parum abſinthij iniectũ uelocem amaritudinẽ tradit, mellis uero etiã mſi duplũ iniciatur abſinthio, non poterit obtineri eius dulcedo: ita parua malitiæ ſcintilla multũ polluit bonũ. Vnde ſcriptum eſt: Qui in uno offendit, multa bona perdit.

Sicut rector quilibet ſapiens, per hoc quod manifeſta ſua iudicia ſapienter & iuſtè diſponit, eandem quoq; iuſtitiam in ſecretis iudicijs exercere creditur: ita & Deus omnipotens per manifeſtam iudiciorum ſuorum æquitatem cuncta quæ occultè iudicat, iuſtiſsimè iudicare credendus eſt.

Sicut mellis dulcedo neſcitᷣ, niſi aliquid guſtetᷣ, ita inæſtimabilis diuinæ pietatis ſuauitas ſciri uel credi nequit, niſi per experimentũ aliquod guſtetᷣ. Vnde pſalmiſta dicit: Guſtate & uidete, quoniã ſuauis eſt Dñs.

Sicut uas quodlibet plenum nequaquã aliud quid capere ualet, niſi prius emittatur quod in ſe habebat: ita anima uitijs plena, niſi per confeſsionem & pœnitentiam eadem eiecerit uitia, nullatenus in eam intrabit ſancti ſpiritus gratia.

Sicut in ſolis radio per feneſtram immiſſo innumerabiles atomi uidentur, qui aliter uideri nequeunt: ita & homo Dei gratia illuſtratus innumerabilia in ſe peccata agnoſcit, quæ antea latebant. Nam licet à capitalib. ſe abſtineat, quod etiam fidelib. cunctis annitendum eſt, minutis tamen innumerabilib. carere nequit. Vnde ſcriptũ eſt: In multis offendimus oẽs.

Sicut eſca iuxta qualitatem infirmorum præparanda eſt, ita & conſuetudines fidelium tanta diſcretione ſtatuendæ ſunt, ut nullatenus hi qui inter eos infirmitate ſpirituali detinentur uel propter lenitatem torpeſcant, uel propter auſteritatem deficiant. Superbis enim & negligentib. opus eſt auſteritate, puſillanimis uero & ſimplicibus lenitate.

Sicut plurimi cibi nihil proſunt abſq; ſale, ita omnes uirtutes abſq; charitate. Vnde Apoſtolus dicit: Si tradidero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ut ardeat, charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodeſt.

Sicut corpus corporali cibo, ita ſpiritus ſpirituali reficiendus eſt: id eſt, ieiunija, uigilijs uirtutibusq; cęteris. Vnde Dominus noſter in Euangelio dicit: Non in ſolo pane uiuet homo, ſed in omni uerbo, q̃ procedit de ore Dei.

Sicut mulier cum parit, triſtitiam habet, poſtea uero de prole nata gaudet: ita omnes pro æterna fœlicitate obtinenda laborantes in hac uita contriſtantᷣ & gemunt, poſtmodum uerò ſemper gaudebunt. Vnde Dñs dicit: Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntᷣ.

Sicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, ut eos protegat: ita Dei gratia omnes ad ſe confugientes operit & protegit. Vnde pſalmiſta Deo ſupplicans dicit: Sub umbra alarum tuarum Domine protege me à facie impiorum.

Sicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in uite: ſic & nos nullum boni operis fructum ferre poſſumus, niſi maneamus in Chriſto.

Sicut lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, dabit fructum in tempore ſuo: ſic beatus uir qui in lege Domini meditatur die ac nocte, uarios profert fructus animæ.

Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderare debet anima fidelis peruenire ad Deum.

Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores è facie Dei.

Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita & nos unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.

Sicut abſcondere non poteſt homo ignem in ſinu ſuo, ut ueſtimenta eius non ardeant, aut ambulare ſuper prunas ut non comburantur plantæ eius: ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non eſt mũdus, cum tetigerit eam.

Sicut igne probatur argentum & aurum in camino: ita corda hominum probat Deus.

Sicut fauus dulciſsimus eſt gutturi, ſic doctrina ſapientiæ his qui amant eam.

Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum.

Sicut canis reuertitur ad uomitũ ſuum, ſic imprudens iterat ſtultitiam ſuam.

Sicut qui mel multum comedit, nõ eſt ei bonum:

ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimitur gloria.

Sicut urbs patens, & abſq; murorũ ambitu: ita uir qui non poteſt in loquẽdo cohibere ſpiritum ſuum.

Sicut opus eſt flagellum equo, ſic uirga dorſo imprudentium.

Sicut deficientib. lignis extinguitur ignis, ita ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt.

Sicut in aquis reſplendent uultus reſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.

Sicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues comprehenduntur laqueo: ſic capiuntur homines peruerſi malicia ſua.

Sicut ignoras quæ ſit uia ſpiritibus, & qua ratione compingantur membra in uentre prægnantium: ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium.

Sicut fumus à uento diſpergitur, ita ſpes impij euaneſcit.

Sicut iumenta domeſtica poſſeſſorib. ſuis omnimodo ſunt ſubiecta: ita & nos Deo ſubiecti eſſe debemus. unde pſalmiſta dicit: Vt iumentum factus ſum apud te.

Sicut terra arida nullum reddit fructum: ita cor hominis in malicia obduratum, nil boni capere ualet.

Sicut grauius periculum eſt in multis diffundi peſtem, quam unum peſtilentia conſumi: ita grauius peccatũ eſt multos ſubditos paſtoris unius uitio corrumpi, quam ipſum ſolum in iniuſtitia ſua mori.

Sicut uipera à filijs ſuis in utero poſitis lacerata perimitur: ita cogitationes malæ ſi intra nos enutriẽ uſque ad effectum peccati perueniunt, animam noſtrã lacerantes occidunt.

Sicut ſtultum eſt, ſi cæcus alicui ducatum promittat: ita irrationabile eſt, ſi indoctus aliquis ignotã regiminis curam ſuſcipiat. Vnde Dñs dicit: Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.

Sicut cæcus gradiens facilè offendit: ita imperitus facilè in erroris foueam incidit.

Sicut per procelloſas ęquoris undas non niſi multo labore remigantes tranſire poſſunt: ita ſecularium diſcrimina curarum nemo poteſt euadere, niſi cũ maxima circumſpectione.

Sicut fumus nunq̃ niſi ex ignis uapore fit, ita nulla tempeſtas uel peſtilentia ſeu fames, aut alia plaga cõtingit, niſi ex meritis aliquibus humanæ prauitatis.

Item ſicut igne extincto fumus deficit, ita fomite uitiorum, id eſt deſiderio peccandi per pœnitentiæ lachrymas, emendationisq; ſtudium ſedato, plagę ceſſabunt. Vnde ſcriptum eſt: Cum placuerint Dño uiæ hominis, inimici quoq; eius cõuertentur ad pacem.

Sicut nudatus publicè in hoc ſeculo confunditur, Ita & qui nullo uirtutũ uelamine in futuro tegitꝰ, coram angelis omnibusq; electis cõfuſionem patietur.

Sicut ædificij cuiuslibet fundamentum in imo ponitur, & poſtea ędificium omne in altum erigitur: ita omnis homo ex infima materia procreatus, & quaſi in fundamento luteo formatus, cum ad intelligibilem ætatem uenerit, mox debet erigi in altum. id eſt, ad ſpiritualis uitæ ſtudium.

Sicut ex uarijs floribus colliguntur mella, ita ex uarijs hominibus uirtus quælibet eſt colligenda. De huiuſmodi collectione ſcriptum eſt: Sapientiam omnium antiquorum exquirit ſapiens.

Sicut equi cuiuslibet curſus probator in loco ſpacioſo, ſic hominis uoluntas in arbitrio dato, & in rebus conceſsis. Ibi enim quilibet tanto longius ante alium currit, quanto melius facit. Vnde Apoſtolus admonet nos, dicens: Sic currite ut comprehendatis. ſubintellige præmia uitæ cœleſtis.

Sicut fiſtula abſq; inſpirante nullum reddit ſonũ: ita & cor hominis abſq; inſpiratione diuina nullum recipit bonum. Vnde Dominus noſter in Euangelio dicit: Sine me nihil poteſtis facere.

Sicut equus inutilis ad onera quælibet portanda, citò laſſeſcit in itinere: ita & impotiens in congregatione poſitus infirmus eſt ad omnia quæ pro Chriſti nomine, uel pro fratrum amore debet ſufferre, cõtemnens q̃ Apoſtolus dicit: Alter alterius onera portate.

Sicut in tempore tempeſtatis horrendæ, quærunt umbracula arborum uel domorum: ita in tẽpore tribulationis & tentationis quærenda ſunt præſidia diuinæ gratiæ, & ſpiritualium uirorum.

Sicut uenena mortifera non manifeſtè, ſed clã ſub aliqua ſpecie bona dãtur: ſic uicia plurima ſub ſpecie uirtutum ſe occultant, ut aliquos decipiant.

Sicut ſus in uolutabro cœnulento iacens fœdatur: ita & ille qui adulterijs alijsq; fornicationum immũdicijs implicatur.

Sicut corpus mortuum eſt ſine anima, ita anima mortua eſt ſine Deo.

Vt aũt ad unam ſimilitudinẽ plurima colligã, ſicut is qui literarum notitiam habet, cũ eas uiderit aut audierit, mox quid ſignificent intelligit: ita unuſquiſq; intelligens aut requirens Deum, cũ creaturam quam libet cernit, aut eius ritè tractando meminit, ſtatim in ea quaſi legens aliquam ſpiritualis uitæ intelligentiã capit. ſicut uerbi gratia, cum immenſum ſolis ſplẽdorem inſpexerit, uel eius meminerit, mox exinde diuinæ immenſitatem præſentiæ conijcit: ſciens pro certo, quia ſi creatura uim tantam ſplendoris habet, creator meritò credendus eſt multo maiorem licet inuiſibilem habere. Eodem modo cum reficitur pane corporali & defectiuo, mox conijciens, quia maiorem refectionem præbere queat ſpiritualis & æternus panis: id eſt Chriſtus, qui dixit, Ego ſum panis uiuus: diſcit in eum credere, ſeq; illi committere. Eodem modo cum attenderit ſimplicitatem uel puritatem pueri, qui pro eo q̃ cæteris purior eſt, puer dicitur: ſtatim tractãs quomodo exinde ædificetur, iuxta illud: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cœlorũ: optat ſibimet à Deo pręſtari abſq̃ huiuſmodi uirtutẽ. Similiter cum rerũ plurimarũ quæ in hoc mundo poſsidentur, pulchritudinẽ aſpexerit uel meminerit, ſtatim tractat: quia ſi tranſitoria tam pulchra à Deo ſunt cõdita, longe pulchriora ſine æterna, quæ in cœleſti regno electis ſuis præparauit gaudia. Ideoq; ex his incitatus omnimodo conatur, ut ad ea pertingere mereatur. Similiter cũ dulcẽ cordarum ſeu organorũ cantilenã audierit ſeu meminerit, ſtatim exinde conijcit: quia ſi momentanea præſentis uitæ cantilena tantæ dulcedinis conſiſtit, multo maior credẽda eſt perpetua cœleſtis harmonię dulcedo, iuxta illud: Quę oculus non uidit, nec auris audiuit, &c. Ideoq; cõpunctus exinde ſępius optet illuc peruenire. Cũ uero debiles, egenos & in utroq; homine pauperes aſpexerit ſeu meminerit, ſtatim quaſi ex lectione ſacra cõpunctus tractat quantas grates Deo agere debeat, ꝓ eo quòd ſe plurimis forſitan ſcelerib. dedirũ, à miſerijs tantis cruciari non permiſit. Poteſt & aliter ædificari, qui aliquo modo miſeros in hac uita intuetur ſeu recordatur. Tractãs namq;, quia ſi illi qui in hac uita debiles uel inopes ſunt, tantã patiuntur miſeriam: multo maiori miſeria cruciabũtur, qui in futura miſeri pauperesq;, id eſt uirtutib. uacui inueniuntur: omnimodo conatur ne ad æternæ miſeriæ cruciatum rapiatur. Cũ aũt tractauerit iuſtum eſſe ut parentib. dominis & magiſtris terrenis à filijs, ſeruis & diſcipulis exhibenda ſit obedientia ſeruicusq; deuota: mox quaſi legens in his diſcit, quia Dño dominorũ, patri omnium, magiſtroq; cœleſti multo magis obtemperandũ eſt & ſeruiendũ. Hoc igitur modo legere nouit oĩs intelligens & requirens Deũ: q̃a quanto amplius illũ intelligit & requirit, tanto ardentius in eius agnitionẽ ſitit. Vnde fit, ut in quælibet elemẽta uiſus uel auditus, ſeu etiam memoria eius rapitur, ibi continuò quaſi legẽs aliquid de ſpiritualib. meditetur. Nam turtures ſeu columbas aut ſerpentes attẽdens, mox tractat qualiter per eos ædificetur, eorum uidelicet naturam imitando in caſtitate, ſimplicitate

nec non

Digitized by Google

nec non prudentia. Turtur enim caſtitatẽ, colũba ſimplicitatẽ, ſerpentes prudentiam naturaliter obſeruãt. Attendens etiã uigilem canum quorundã cuſtodiã, mox in his ſtudet legere, q; paſtores & rectores eccleſiæ eandẽ cuſtodiam debent ſpiritualiter agere, uigilando & latrando cõtra diabolicas atq; humanas preuitates, ne quẽ de cõmiſsis rapiant uel diſpergant. Siẽ cum gradus in quolibet ædificio factos, ſeu cerã aut lapides inſpexerit uel meminerit, mox tractat qualiter in eis ædificetur: in gradib. quidem, ut diſcat, quia ſicut ad ſuperiores non niſi ab inferiorib. peruenitur: ita ad uirtutes maiores nemo peruenire poſsit, niſi in minorib. obſeruandis ſtudioſus extiterit. iuxta illam Dñi noſtri ſententiam, Qui infidelis eſt in minimo, & in maiori infidelis eſt. In cera ſũt, ut iuxta ipſius mobilitatem ex calore parandã ad bona quæq; diſcenda ſancti ſpiritus igne mollitus, mobilis fiat & humilis: ſecondum q; ſcriptum eſt, Diſcite benefacere, quærite iudiciũ, & humiliamini ſub potenti manu Dei. In lapidib. uero, ut cõtra quælibet mala ſit durus & ſtabilis, necnõ cautus: iuxta Apoſtoli ſententiã, Stabiles eſtote & immobiles, & nolite omni ſpiritui credere.

In his ergo quæ iam diximus & alijs innumerabilib. unuſquiſq; intelligens aut requirẽs Deũ, quaſi legens diſcit quid credere uel cogitare de Deo debeat, quodq; omniũ natura elementorum, ut eſt illud q; de ſole, aqua, lapide, cęra, turture, colũba, ſerpentib. cęterisq; creaturis: & q; inſtrumentũ rationabile, ut eſt illud q; de ædificandi modis, gradib. & cõſona chordarũ organorũq; cantilena. Inſtitutio quoq; moralis, ut eſt illud q; de obediãtia parẽtib. dominis ac magiſtris exhibenda diximus: tum etiam flagella quæq; hominem ad creatoris ſui ſubiectionẽ atq; uenerationem admoneant. Vnde illi tres pueri in camino ignis quõdam incluſi, omnia ad laudẽ Dei exhortantes dicunt: Benedicite omnia opera dñi dño, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Ex quacunq; enim creatura homo ad laudem Dei incitatur, hæc quodam loquendi genere Deum benedicit: quia laudantes efficit. Cum igitur ſatis dictum ſit qualiter in reb. uiſibilib. legere poſsitis, legite precor in eis tanta cura coram dño noſtro magiſtro omniũ, quanta & nos uelletis in præſentia ueſtri legere illos, quos in omni ſapientia ſciretis à uobis inſtructos. Niſi enim ſapienter corã uobis legerent, dura flagella caperent. Eadem quoq; credite uobis futura, niſi legeritis coram eo intentione puta, qui uobis & uitam dedit, & omnimodo inſtruxit.

Quia uero ad ædificij per ſimilitudines conſtruendi finem iam tendimus, libet ut iuxta morẽ quorundam qui ſibi ſpeculandi fornices in ædib. altis conſtruunt, ut exinde longè lateq; ſpeculari poſsint, nos quoq; aliquid ſimile hic ſtudeamus, dicentes ſcilicet qualiter Deus proſpiciat ſuper filios hominũ. Sit ergo ædificij huius ſpeculæ contemplationis diuinæ ſimilitudo, ex qua & liberum arbitrium à Deo datum, & quod idem arbitrium ſine Dei gratia nihil boni capiat aliquatenus ſpeculari poteſt. Sicut enim aliquis prępotens, in excelſo manens ædificio, omnia quę in eiuſdem ędificij circuitu gerũtur, deſuper aſpicit, nulli intuitu ſuo neceſsitatem agendi quęlibet inferens, ſed tantummodo aciem ad cuncta ibi geſta diligẽter apponẽs: ita & Deus omnipotens omnia quę in hoc mundo geruntur inuiſibiliter, cõſiderans neminem inſpiciẽdo ad opus aliquod compellit, ſed omnes in arbitrio proprio relinquit, membraq; tam ad malum quam ad bonum faciendum apta tribuit, ut per hoc omnium affectus probetur, & cuius quiſq; meriti ſit denudetur. Veruntamen ne omnis homo ex arbitrij tanti libertate reſolutus uelut pecus laſciuum in perditionis foueam cadat, quos uult & inſpiratione ſua & doctrinis uarijs, nec non aliqua infirmitatis ſeu flagelli cauſa conuertens ad ſe trahit.

Ecce fratres chariſsimi prout potui auxiliãte Deo ædificium ſpirituale conſtruxi in altum per inſtrumẽta ſimilitudinum, ut per eas aliquo modo explanarẽ qualiter Deus à nobis requirendus & intelligendus ſit. Nunc uero cum tempus eſſe uidetur, ut tectum ſuperædificetur, libet ex eiuſdem generis lapide, quem in fundamento poſui, & tectum condere. Genus aũt lapidis in fundamento collocati, quædam fuit ſimilitudo aptiſsima ſanctæ trinitati. Quamobrem ut in eodẽ, in quo cœpi, ædificare poſsim, ędificium cõſummare, cupio proferre ſimilitudines aliquas ſanctæ trinitati cõgruas, quib. illud explanare nitor, quòd oẽs ſanctæ trinitatis perſonæ ſint à nobis inuocandę, ſed ſpecialiter ſancti ſpiritus: non quòd hanc quæ tertia in ſancta trinitate perſona eſt, maiorẽ uel priorem credere debeamus, ſed quòd efficientia eius non ſolũ ad ſui, ſed ad patris & filij agnitionẽ inſtruamur. q; uidelicet hoc modo colligimus. Quia igit̃ aliud eſt ſolummodo ſubſiſtere, aliud uero uiuificari in animal rationale, q; intelligere poſsit totius ſubſtantiæ creatorẽ, nos qui iam ſubſiſtimus per patris & filij efficientiam (omnia enim per ipſum facta ſunt) maximè de hinc indigemus, ut agnoſcamus unde ſubſiſtimus, quantumq; cæteris creaturis excellentiores ſimus, & quas diuinę pietati pro hoc gratias agere debeamus. Hoc aũt ad ſpiritus ſancti efficientiam pertinet, quia per ipſum ad totius bonitatis agnitionem amoremq; aſcendimur, licet & patris & filij & ſpiritus ſancti operatio indiuidua ſit in omnib. Sed quia hęc ſunt obſcura, opus eſt ut ſimilitudine explanemus aliqua. Sicut ergo in accenſa candela triũ elementorum, id eſt ſtuppæ, ceræ & lucis indiuidua operatio eſt, omniaq; ſimul operantur, ſed tamen ad lucis flammam aliquid ſpecialius pertinet illuminatio eorũ, qui prope eã morantur. nam in tenebris cõſtituti nec ea unde ipſa lux procedit, cernere ualẽt ſine luce, effectu uero lucis omnia uident: ſic & ſanctæ trinitatis operatio licet ſit indiuidua, tamen ad ſpiritus ſancti perſonã, quæ per lucẽ ſignificatur, aliquid ſpecialiter pertinet inſpiratio diuina, per q̃ inſtruimur non ſolũ ad agnoſcenda eiuſdem ſpiritus ſancti dona, ſed etiam ad totius trinitatis myſteria, ſicut & Dñs noſter promiſit dicens: Paracletus ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Cũ dicit omnia, excepit nulla, quib. edocendi ſumus bona. Nec tamen credẽdũ, quòd ſine patris & filij cooperatione eadẽ fiat doctrina, ſicut nec lux candelę ſine ſtuppæ & ceræ agit̃ cooperatione. Poteſt & in candela, quæ nõ ſemp, ſed ſtatutis horis lucere ſolet, ſignificari quòd ſpirit[9] ſancti lux non ſemper in cordib. fideliũ permanet, ſed iuxta profectũ uel qualitatẽ ſingulorum omnia diſponens, nunc eos quaſi incendens illuminat, nunc uero quaſi idẽ lumen extinguẽs ad tempus deſerit: ut per hoc probari diſcãt, quia nihil in ſe, omnia aũt in Deo ualeant. Vnde eſt quod legit̃ ſanctis prophetis interdũ defuiſſe ſpiritus prophetiæ. Sed quanta differẽtia eſt inter accenſæ & nõ accenſæ candelę utilitatẽ, tanta etiã eſt inter eius q à ſpiritu ſancto iã illuminatus eſt, & eius q nondũ illuminatus eſt, qualitatẽ. Et ſicut candela accenſa non ſolũ ſibi, ſed etiam omnib. accedentib. lucẽ pręſtat: ſic & ille q à ſpiritus ſancti gratia illuminatus eſt, non ſolũ ſibimet, ſed & omnib. ad ſe uenientib. ſapiẽtia data prodeſſe deſiderat. Ille uero q nondũ illuminatus eſt, nec ſibi nec cuiq̃ ſpiritualiter prodeſſe cupit, ſed uelut irrationale animal tantũ ſubſiſtẽs, nil quærit unde ſubſiſtat, & qd Deo pro humanæ ſubſtantiæ excellẽtia debeat. Hinc plurima ſacræ ſcripturæ inueniri poſſunt teſtimonia, quæ indicant omnia diuinæ pietatis dona per ſancti ſpiritus gratiã fidelib. præſtari: ut eſt illud quod ipſe Dñs per prophetã dicit, Sup quẽ requieſcit ſpiritus meus, &c. deſignans ſcilicet p efficientã & donantẽ, efficientiã donorũ ſpiritualiũ. Cui ſimile in Euãgelio legit̃ à Dño dictũ ad diſcipulos: Si ergo uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare, uſque ſpiritũ bonum petentib. ſe. Per hoc namq; quòd dixit, ſpiritũ bonũ petentib. ſe datu

tũ: ſignificauit dona uirtutũ, quæ per infuſionẽ ſancti ſpiritus tribuunt. Heliſeus quoq; ad Heliã, Obſecro ioq; ut fiat ſpiritus tuus duplex in me. per Spiritus uidelicet perſonã ſignificans omniũ uirtutũ dona, quæ idẽ Helias à Deo accepit. Nõ enim à ſemetipſo quicq̃ habuit, q̃ appetendũ foret. Illud etiã q̃ legit, quia ſpiritus ſanctus ſuper Apoſtolos ueniens, omniũ linguarũ notitiã & fiduciã loquendi contra oẽs aduerſarios eis contulit: cunctis fidelib. ſatis indicat, quid idẽ ſpiritus ualeat, & quãta tribuant dona ex eius gratia. De quib. omnib. Apoſtolus euidentiſsimũ ponit teſtimoniũ dicens: Oĩa operat unus, &c. Hæc igitur ratio ſufficiũt ad hoc q̃ dixi, ſpiritꝰ S. gratiã à nobis ſpecialiter inuocandã. Nunc etiã cupio explanare, quomodo nobis proxima eſſe uideat nõ loco, ſed nos cõſolando, unde & paracleſis, id eſt conſolatio dicitur: ſicut & ille Samaritanus euangelicus dicit proximus fuiſſe ei, q̃ incidit in latrones, miſericordiã exhibẽdo. Omnis enim miſericors miſeris proximus eſſe pbatur. Qui nimirũ ſenſus, quãuis ſufficiat ad promiſſæ explanationis teſtimoniũ, libet tamẽ ſimilitudine alia declarare eundẽ ſenſum. Notũ quippe eſt omnib. numerare aliquid ſcientib. quia trib. unitatib. pro trib. perſonis patris & filij & ſpiritus ſancti dictis, tertia unitas proxima eſt pluritati, id eſt quaternario cæteriſq; numeris ſequentib. & omni per eoſdẽ numeros numerãdo uenire cupienti ad ſanctæ trinitatis perſonas, occurrit primo perſona tertia. Vnde intelligi dat, quia ſicut unitas & perſona tertia proxima eſt pluralitati, qua homines ſignificantur, nec ab eadẽ pluralitate peruenire poteſt ad ſecundã unitatẽ niſi per tertiã: ita in primis ſemper inuocanda eſt, nec nõ à patre & filio exorãda ea quæ nobis proxima conſtat gratia ſpiritus ſancti, quæ per tertiã unitatẽ ſignificatur, ut nos inſpiratiõe ſua dirigat in uiam iuſtitiæ. Nam ut Apoſtolus dicit, Nemo dicere poteſt Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Si ergo tantæ uirtutis nomen nemo poteſt dicere niſi in ſpiritu ſancto, patet profectò, quia nulla bona actio fieri ualet ſine illo, & per ipſum introducẽdi ſumus ad totius ſalutis uiã, id eſt ad Chriſtũ filium Dei. Cũq; hac fide ad illũ ducti fuerimus, illa tellur oſtiariꝰ perducet nos ad primã unitatẽ, id eſt ad patrẽ. ſicq; eiuſdẽ Dñi noſtri implet promiſsio dicentis, Ego ſum oſtiũ, &c. &, Si qd petieritis patrẽ, &c. Qui n. credit ſe nõ poſſe ſaluari niſi in nomine filij Dei, huic ipſe oſtiũ ſalutis efficitur. Qui aũt aliter credit, attendat q̃ ipſe alibi dicit: Nemo uenit ad patrẽ, &c. Ideoq; oratiões miſſales, in quib. perſona Dñi noſtri Ieſu Chriſti nõ habet, ita terminãdæ ſunt: Per Chriſtũ Dñm noſtrũ uel p Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ, &c. ſi totius trinitatis memoriã agere uelis. Si uero in diſtinctione orationis ultima filij perſona cũ memorat, nõ opus eſt eãdẽ perſonã iterari in fine, ſed tantũmodo dicẽdũ: Qui tecum uiuit. uel, Qui cum patre & ſpiritu ſancto, &c. Sicq; fit, ut aut in nomine dñi ſeu totius trinitatis oĩa petamus. Hæc igit ſint dicta cõtra eos, q credunt ſibi ſufficere ſolã patris omnipotentis inuocationẽ ſine perſone filij & ſpiritꝰ ſancti. Quib. iterũ dico q̃ ſupra dixi, quia ſicut à pluritate, qua oẽs hoĩes ſignificant, anteq̃ ad eã unitatis diuinæ gratiã perueniant, p qua & Dñs noſter Ieſus Chriſtus rogat, dicẽs ad patrem: Rogo ut ſint unũ ſicut & nos. nullus numerando pertingere poteſt ad unitatẽ primã, niſi per ordinẽ congruũ tertiæ & ſecũdæ unitatis; ita nemo ad patrẽ peruenire poteſt, niſi utriuſq; filij Dei ſcilicet, & ſpiritus ſancti gratiã pariter inuocandã crediderit. Ergo hæc oĩa quæ uobis fratres chariſsimi, de ſancta trinitate dixi, ſint pro ædificij noſtri, q̃ per inſtrumenta ſimilitudinũ cõſtruxi tecto, & pro eiuſdẽ ædificij munimẽto. Et ut delectabilius ſtare poſsit, liber ſuper rectum ponere ſanctæ crucis trophæũ, ſimilitudine congrua extenſum. Sicut n. potens quilibet multa cõprehendere, & ad ſe trahere ſtudens, extendit brachia ſua ad trahendũ: ſic Dñs noſter Chriſtus per palmas in cruce tenſus, omnia quæ uoluit, ad ſemet myſticè traxit. Vnde ipſe dixit: Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipſum. Inter quæ omnia & nos quoq; ad ſe trahere dignetur, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

FINIS.

BEDAE PRESBYTERI IN LIBRVM BOETHII DE Trinitate, Commentarius.

ANITII MANLII SEVERINI *Boethij exconſulis ordinari patritij Romani, ad Symmachum ſocerum de trinitate, liber.*

EXPOSITIO.

IN titulo ſolent duo proponi, materia & nomen auctoris. In hoc autẽ titulo quatuor proponi uidentur: materia & modus operis, & nomẽ auctoris, & nomen iudicis, & Symmachi, ad quẽ ſcribit, & cuius iudicio hoc opus examinandũ committit. Materiam inſinuat ubi trinitatẽ nominat: de modo breuiter mentionẽ facit, cum ſe dictutum promittit quomodo eadẽ trinitas ſit unus Deus, & nõ tres. Nec unũ tantum nomen ſuum poſuit, uel unũ tantum nomen Symmachi, ſed diuerſa utrorũq; nomina, diuerſas uirtutes in utriſqua ſignificantia, ut ex diuerſitate nominum uarietatem intelligas dignitatum.

Cremera eſt uicus Apuliæ, apud quẽ Veientes interfecerũt trecẽtos Fabios, nulluſq; ex eis remanſit, præter unũ paruũ, q poſtea maximus factus eſt Romanorũ, remq; publicam contra Hannibalẽ uiriliter dimicans honeſtè tutatus eſt. Qui Fabij Anicij dicti ſunt, eo quòd nullus eos unq̃ uicerit, nec de eis adeptus eſt uictoriã. Vnde hoc loco Anicius priuationẽ ſignificat. Nice uerò græcũ eſt, & ſonat in latino uictoriã. ab his ergo Boetius originẽ ducẽs, Anicius dictus eſt. hoc nomen ſortitus & à dignitate proſapiæ, & ſecundũ proprias uirtutes. Nunq̃ enim flecti potuit à iure ad iniuſtitiam, uel de uirtutib. ad uitia: uel quia nõ extulit eum proſperitas, nec demerſit aduerſitas. Non enim ſuperbiuit in pſperis, nec fractꝰ eſt in aduerſis.

Manlij.] Manlius Torquatus fuit quidam Romanæ reipublicæ fidelis, qui ſingulari certamine Gallũ deuicit, & eius torquẽ abſtulit. Vnde qa hũc uicit, & alios hoſtes Romanorũ, in hãc dignitatẽ aſcendit, ut ſibi & ſuo generi fieret aurea torquea. De cuius genere ortus eſt Boetius. hinc dicit Mãlius, quaſi fortis & fidelis in omnib. & de inſigni & de fideli proſapia ortus.

Seuerin.] Seuerinus dictus eſt, quia ut erat ſeueri uultus, ita ſeuerũ habuit animũ cõtra uitia, & tenax ſuis in ueritate. Nequaq̃ enim donis uel minis abſtrahi potuit à iure ad iniuſtitiam: uel qa nõ leuiter & ioculatoriè loquutus eſt ut poetæ, ſed de uirtutib. & uitijs plerũq; diſputauit, ut eſt in libro de Cõſolatiõe, aut de aliqua re ſeria: uel de ipſa diuinitate, ut in hoc opere.

Boetij.] Boetius græcũ eſt, & latinè dicitur adiutor. Boetius ergo dicit, eo quòd plerumq; adiuuerit miſeros & innocentes, & ſe obiecerit periculis, cũ eos uellet opprimere Theodericus tyrannus, & alij Romani principes. Multos etiam hæſitantes in fide adiuuit, & confirmauit, ut in libro contra Eutychum & Neſtorium, & in hoc opere.

Illuſtris.] Claruit etiã, & inſignis habitus eſt in omni mundana gloria, honorib. proſapia, liberis, amicis, ſapiẽtia, copia terrenorũ bonorũ: & q̃ his amplius eſt, ſplẽdore uirtutũ. Merito ergo appellatus eſt illuſtris.

Ex conſulũ ordine.] Dicitur etiam fuiſſe ex conſulari ordine, quia maturitate morum uel plenitudine ſapientiæ, conſulatum promeruit: uel quia frequenter in magnis periculis patriæ conſuluit.

Patricij.] Patricius dictus eſt, quia erat de genere patriciorum: qui ideo dicebantur patricij, quia paterno affectu

Digitized by Google

affectu urbis honeſtati & utilitati prouidebant. Hic quoq; paterno affectu eccleſiæ filijs prouidit, dũ eos in fide ſanctæ trinitatis erudiuit. Vel dictus eſt patricius propter dignitatem patricij, quam habuit: quæ dignitas magna eſt in urbe Roma.

Hæc omnia ualent ad commendationem ſequentis operis. præcellens materia ſcribendi, modus tam ſubtilis quam ſublimis & inſolitus, dignitas authoris, & perſona iudicis. Fuit enim idem Symmachus (ut aiunt) ſapiens, religioſus, amator uirtutum, qui pro iuſtitia occiſus eſt cum Iohanne papa à Theoderico rege Gothorum, à quibus idem tyrãnus poſt obitum ſuum ductus eſt ad loca pœnalia. Quintus dicitur idem Symmachus, uel à Calẽdario, quo natus eſt quinto: uel ab ordine quintus. Aurelius dictus eſt, ab aura, id eſt à fauore uel ſplendore: Memmius, à familia Erichthonij Troiani, quæ dicta eſt familia Memmiorum. Sic ergo intitulatur liber iſte. Annicij, Manlij S. & cætera. Quaſi dicat: huius authoris quem inſuperabilis animi conſtantia, maiorum nobilitas & probitas exornat, uerborum & morum ſeueritas, miſerorum protectio, ſapientiæ plenitudo, uirtutum illuminatio clarificat, proximorum pia cura, & paterna dilectio commendat.

Iſte Boetius conſul fuit Romanorum, Theoderico duce Gothorum, quo tempore inuaſerunt Gothi Romam, & abſtulerunt omnem libertatem eorum. Poſtea dum iſte noluit fauere eis, miſſus eſt in exilium. Dum eſſet in ergaſtulo, adhibuit ſibi conſolationem, uidelicet philoſophiam, ne nimio dolore aut triſticia uel ira quandoque laberetur in deſperationẽ. Pernicioſum erat apud ueteres, ſi quis ſapientiũ iraſceretur. Duo tamẽ filij eius in cõſulatu permanſerũt ſub regia poteſtate: Boetius uerò præfectus in prætorio amicis eius circũſtantib. gladijs interẽptus eſt.

PRAEFATIO IN EVNDEM LIBRVM.

INueſtigatam diutiſſimè quæſtionem quantum noſtræ mentis igniculum illuſtrare lux diuina dignata eſt, formatam rationibus literisq; mandatim, offerendam uobis communicandamq; curaui, tam ueſtri cupidus iudicij, quàm noſtri ſtudioſus inuenti. Qua in re quid mihi ſit animi, quotiens ſtylo cogitata commendo, tum ex ipſa materiæ difficultate, tum ex eo quod raris: id eſt, uobis tantum cum loquor, intelligi poteſt. Neque enim famæ iactantiæ, & inanibus uulgi clamoribus excitamur. Sed ſi quis eſt fructus exterior, hic nõ poteſt aliam niſi materiæ ſimilem ſperare ſententiam. Quocunque igitur à uobis deieci oculos, partim ignaua ſegnicies, partim pallidus liuor occurrit, ut contumeliam uidear diuinis tractatibus irrogare, qui talibus hominum mõſtris non agnoſcenda hæc potius quàm proculcanda proiecerim. Idcirco ſtylum breuitate contraho, & ex intimis ſumpta philoſophię diſciplinis, nouorum uerborum ſignificationibus uelo, ut hęc mihi tantum uobiſq; ſi quando ad ea conuertitis oculos, colloquantur. Cæteros uero ita ſubmouimus, ut qui capere intellectu nequiuerint, ad ea etiam legenda uideantur indigni. Sed ne tantum à nobis quæri oportet, quantum humanæ rationis intuitus ad diuinitatis ualet celſa conſcendere. Nã cæteris quoque artibus idem quaſi quidam finis eſt conſtitutus, quouſque poteſt uia rationis accedere. neque enim medicina ſemper ægris affert ſalutem. Sed nulla erit culpa medentis, ſi nihil eorũ quæ fieri oportebat, omiſerit. idẽ quoq; fit in cæteris. At quia tũ hæc quæ inueſtigat̃, difficilior quæſtio eſt, tã facilior debet eſſe ad ueniã. Vobis tamen etiã illud inſpiciendum eſt, an ex beati Auguſtini ſcriptis, ſemina rationum, aliquos in nos uenientia fructus extulerint: ac de propoſita quæſtiõe hinc ſumamus exordium.

EXPOSITIO PROLOGI.

INVESTIGATAM, &c. Circa hoc opuſculum Boetij iſta ſunt præconſideranda, ſcilicet quæ authoris ſit intentio, uel propoſitum, quæ libri utilitas, & ad quem ſcribat, & qua de cauſa. Eſt igitur propoſitum Boethij in hoc opere oſtendere diſtinctionem trium perſonarũ in eadem eſſentia ad ſimplicitatẽ eſſentiæ, ne confundatur impiè trium perſonarum diſtinctio, ſicut fecit Sabellius: nec ad trium perſonarum diſtinctionem nefariè diſtrahitur ſubſtantiæ unitas, ut fecit Arrius, qui gradus poſuit in trinitate. Sabellius propter unitatem eſſentiæ impiè confudit diſtinctionem perſonarum. ita enim ſuam conſtituit hæreſim, ſcilicet ut unus & idem Deus, quando uult, ſit pater: quando uult, ſit filius: quando uult, ſit ſpiritus ſanctus. Hunc adhuc ſequuntur, qui dicunt unum & eundem Deũ quodammodo eſſe patrem, quodammodo eſſe filiũ, quodammodo ſpiritum ſanctum. Dicunt enim, quia ſicut unus & idẽ homo dicitur prima perſona, dum loquitur: ſecunda, quando quis ad eum loquitur: at tertia, quando quis de eo loquitur, ita unus & idem Deus. Gignens pater eſt, genitus filius, procedens ſpiritus ſanctus. Et ita modificant trinitatem. Arrius autem propter diſtinctionem trium perſonarum nefariè diſtrahit eſſentiæ ſimplicitatem, gradum ponendo in trinitate, id eſt patrem maiorem filio eſſe crẽdo, filium quoq; maiorem ſpiritu ſancto: & ita tres Deos neceſſariò confitebatur. Intendit igitur author iſte diſtinguere tres perſonas in eadem eſſentia, ut ad trium perſonarum diſtinctionẽ non diſtrahatur nefariè eſſentię unitas, nec ad unitatem eſſentiæ impiè cõfundatur perſonarum trinitas. Intendit etiam ad hoc de iſtis loqui, ut dignè de Deo poſſimus ſentire.

Quæ ſit libri utilitas, ex intentione patet. Eſt etenim huius libri utilitas, fidei catholicę inſtitutio. Per hoc enim opuſculum ſcimus quid credendum ſit, & quomodo debeamus loqui de fide catholica. Ad Iohannem Romanæ eccleſiæ diaconum ſcribit ſecundum quoſdam, quòd uniuerſale eſt, quia ad eundem ſcripſit librum de bono: ſecundũ alios ſcribit ad Symmachum ſocerum ſuum. Et hac de cauſa, quoniã poterat confuſio perſonarum irrepere ex quadã regula logicorum, quæ eſt huiuſmodi. Vt ſi aliqua prædicentur de aliquo ſingulari neceſſario, & illa inuicem de ſe prædicentur: & quia album & muſicum de Socrate, neceſſario album de muſico prædicetur, & è conuerſo. Sic ergo cum una ſit & ſimplex ſubſtantia triũ perſonarum, & de eadem dicãtur tres perſonæ: quia diuina ſubſtantia, & eſt pater de filio, & filius de patre, & ſpiritus ſanctus quoquo modo pari poſſit: & ita confunderentur tres perſonæ. Quoniam igitur hęc regula plures in errorem traxerat, ideo Boetius hoc opus compoſuit, ut Symmachum dubitantem certificaret, ſuper hoc oſtendendo ſcilicet, quomodo tres perſonæ ſint una eſſentia, ſic tamen quod nulla perſona de alia dici poſſit. Sunt & aliæ cauſæ quare hoc ſcripſerit, ut argumentum Vigilantij & plura alia, ſed hæc fuit potior. Præmittit autem & prooemium, in quo reddit lectorem beneuolum, attentũ & docilem. Beneuolum, tum ex modo tractandi, tũ ex perſona illius, ad quem ſcribit dicẽs: illum ſolum

eſſe dignum cui committatur iudicium, utrum ſufficienter ſoluta ſit quæſtio: in ſequenti litera patebit. Attentum reddit tum in difficultate materiæ, tum in utilitate. Docilem oſtendendo ſe ſolutionem appoſuiſſe prædictæ quæſtioni, ſcilicet quomodo in eadem eſſentia ſint tres perſonæ. Nunc illis exequutis, quæ extra literã erant conſiderãda, deſcendamus ad literam, primitus conſtructionem ordinãdo, deinde ſingula exponendo. Dicit ergo, curaui oſtendere uobis, ô Symmache, & continuare quæſtionem diutiſsimè inueſtigatã, quantum lux diuina dignata illuſtrare. Illã dico formatã rationibus & in ea litera nota q; in quibuſdã libris nõ inuenit accendere, ſed nunc cõſtructione ordinata exponemus ſingula. Quæſtionẽ igitur dicit illã, ſcilicet quomodo in eadem eſſentia ſint tres perſonæ. non enim hic accipit quæſtionẽ ꝑ qualibet interrogatione, ſed illam quæ propriè dicit quæſtio, quæ ſcilicet utrinq; habet rationẽs. Eſt enim quædam quæſtio, quę ex nulla parte habet rationes. utrum aſtra ſint paria nec ne. nullũ enim argumentũ poteſt adduci ad probandum, quæ ſint paria uel imparia. Eſt alia quæ ex altera parte habet argumenta ueritatis, ex altera non: utrum homo ſit animal, nec ne, ſed huiuſmodi impropriè quæſtiones dicuntur. Eſt alia quæ utrinq; habet argumenta, licet ex altera parte ſint ſophiſtica: ſicut hæc quam diſſoluit author iſte, an ſcilicet in eſſentia ſint tres perſonæ ſicut fides catholica confitetur, nec ne: ſicut Sabellius & Arrius, diuiſe quidem modo, ſed tamen ſophiſticè probare conãtur. Inueſtigatam, id eſt diu exquiſitam. Et in hoc reddit beneuolũ. Diutiſsime: hic notat ſe plurimum temporis conſumpſiſſe in perſoluenda quæſtione, & in hoc notat difficultatem operis: & ita reddit attẽtum, & etiam beneuolum, ex eo quòd ita fuit ſtudioſus in diſſoluẽda quæſtione. Igniculũ. Ignis alius ignitus, alius igniẽs. Ignis igniens, eſt elementũ: ignis ignitus, & elementatum. Sed ignis tribus modis accipitur, tum pro carbone, tum pro calore, tum pro ſplendore. Hic autem pro ſplendore, pro luce ſcilicet accipitur: ſed lux duplex eſt: alia illuminans, alia illuminata. Lux illuminans, ſapientia diuina, id eſt filius Dei, de quo Ioãnes: Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. nõ quod omnis illuminetur, ſed nullus illuminatur nõ per ipſum. uel omnis, id eſt de omni genere illuminatur per ipſum aliquis. Et alibi: Erat lux uera, quæ in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendarunt. Sicut enim cæcus in ſole præſentem habet ſolẽ, ſed abſens eſt ipſe ſoli: ſic Deus corda impiorum hominum manifeſtè cognoſcit, licet ipſe ab illis ignoretur. Lux illuminata eſt ſapientia noſtra, uel ratio quę dicitur lux: quia ſicut lux fugat tenebras exteriores, id eſt, ignorantias mentis. Illuminata autem dicitur, quia niſi diuina luce accẽdatur, nũ poteſt lucere, ſed potius tenebris obfuſcatur. Vnde ſicut diximus, q; lux alia illuminans, alia illuminata: ita dicimus quòd charitas alia accendens, alia accenſa. accendens ipſe Deus, qui eſt omnis uirtus. Vnde Deus charitas eſt, &c. Charitas accenſa, eſt applicatio ad diligendum Deum & proximum, quæ in homine eſt. Per igniculum igitur ſuam deſignauit ſapientiã, & idcirco uſus eſt diminutiuo reſpectu lucis diuinæ. Dignata eſt. In hoc oſtendit omne id quod habemus eſſe ex gratia, nec tamen euacuamus meritum, ſicut quidam: immò dicimus, quòd meritum ſaluat, id eſt, gratia quæ ſe in nobis facit meritum. Opera quidem non ſaluãt, ſed merita. Quod autem ipſa merita gratia ſint, teſtatur Auguſtinus in Enchiridio, ubi ait: Intelligendum eſt igitur, ipſa hominis bona merita Dei munera, quibus cum uita æterna redditur, quid niſi gratia pro gratia redditur? Et in Iohanne: Gratiam per gratiam accipimus. Et Auguſtinus ſuper hunc locũ, non ſolum inquit gratiam, quæ planè ſine merito gratis datur, ut fidem quę per dilectionem operatur, ex qua

iuſtus uiuit: ſed & per iſtã gratiam, id eſt beatitudinẽ æternam. Sic ergo quædam gratia datur ſimpliciter, ut fides: quædam datur & redditur, ut perſeuerantia & beatitudo æterna, quæ per fidem meretur. Quidam autem dictorum tantum detruncantes, non attendentes præcedentia & ſequentia, præſumunt dicere merita nihil eſſe, imponẽtes Auguſtinum, quòd ipſe dixerit gratiam non eſſe gratiam, ſi merita præcedãt. ſed hoc dixit de prima gratia, ſcilicet fide, quæ abſque præcedenti merito datur: illam enim non poteſt præcedere meritum, ſine qua nec meritũ eſſe poteſt: poſtea uerò oſtendit, quomodo per iſtam mereamur alias gratias, quæ dantur, & fiunt gratię. Quia id quo ipſas mereamur, gratis nobis datur, & iterũ redduntur, quia has per fidem habere meruimus. ſed de hoc aliàs. Item non cõſentimus his qui dicunt, quòd Deus ſe ſubtrahit homini: ut hoc modo ſit intelligatur. ſubtrahit, id eſt non impertit gratiam. Deus enim omnibus ſe offert. In nobis autem eſt ut accedamus ad Deum, uel ut nos ipſi ſubtrahamus. Sicut enim ſplendor ſolis omnibus ſe offert, & in homine eſt ut ſe ſubtrahat ſplendori ſolis, & ita ſit in tenebris, uel ut accedat ad ſolem, & ita illuminetur: non tamen ex ipſo eſt quòd illuminatur, ſed ex ſplendore ſolis, ſi ſic liceat minima maximis comparare. Deus omnibus ſe offert, & in nobis eſt ut ſubtrahamus nos Deo, & in nobis eſt quod illuminamur, nec accedere poſſumus niſi gratia prędueniat. Item: Sicut in lutoſo quolibet eſt, ut accedat ad calorem ſolis, ut deſiccetur eius lutum, immò ex calore ſolis, uel ut ſe ſubtrahat ſoli, & ita permaneat in luto: ſic in peccatore eſt ut accedat ad Deum, lutum conſcientiæ propalando per confeſsionem, & ita emendetur: non tamen ex illo eſt quod emendatur, ſed ex gratia Dei, uel in ipſo eſt ut non accedat ad Deum, celando peccata, & ita permaneat in luto. Si enim tu tegis, Deus detegit: ſi detegis, Deus tegit. ſic ergo Deus nulli ſe ſubtrahit, ſed homo ſe abijcit à gratia Dei. Sicut habetur ſuper miſericordias Domini ſuper illum uerſum: Miſericordiam autem meam nõ diſpergam ab eo, &c. Sicut enim ibi eſt, Ipſe non tollit miſericordiam ei qui Chriſtianus quidem eſt. quòd ſi homo ita iniquus eſt, ut fugiat accedentem, ipſe ſe alienat non pater abijcit. rationibus formatam, id eſt pluribus rationibus diſſolutam. oſtendi enim unde proceſsit obnubilatio quęſtionis, an ſcilicet ex ſophiſtica fallacia, an ex figurata loquutione, an ex rationis tranſumptione. hæc enim tria uirtutem obnubilant, ſed ſophiſtica fallacia, ut notum eſt logicis, & figura loquutionis quæ fit cauſa ornatus, ut, Dies eſt lætus, mors eſt pallida. Hic enim quod eſt effectus, attribuitur cauſæ. Et iterum rationum tranſſumptio: quod fit, quando rationes naturalium ad theologiam transferuntur, quod facere conatus eſt Vigilantius, ut poſtea liquebit. Putant enim quidam, quòd uerborum tranſſumptionẽ ſequatur & comitetur rationis tranſſumptio, quod falſum eſt. Omnia enim uerba quæ de Deo dicunt, trãsferunt: quia talia ſunt prædicata, qualia ſubſtãtia permiſerint, ut ſequentia declarabunt. Sed tñ naturalium rationes in theologicis attendi non poſſunt: & hæc tranſſumptio præſentem obtenebrat quæſtionem, ut Boethius declarabit. Vel quia rationibus diſſoluere quæſtionem, potius eſt quæſtionem deformare, quàm formare: idcirco aliter legendum eſt, ut dicamus rationibus formatam, quantum ad Iohannem uel Symmachum, qui eandem quæſtionem ei in literis mandauerat, rationes utriuſq; partis conſcribendo: uel formatam, quantum ad ipſum Boetium, qui rationes utriuſque partis & poſtea diſſolueret, ut quod ſubdit Offerendam, ad formam quæſtionis referatur: quod uerò Communicandam, ad ſolutionem. Communicandam dico: id eſt, ut ſicut ego fui ſtudioſus in ſoluendo, ita & uos ſitis in iudicando. Vnde ſubdit, Tam ueſtri: &

hoc

Digitized by Google

bocretulit ad id quod dixerat, Offerendam & communicandã, quàm noſtri: & boc retulit ad boc quod dixerat, Quæſtionem inueſtigatam, &c. Quaſi dicat: Studioſe quidem inueni ſolutionem, ſed ſtudioſius uel ęquè ſtudioſe ueſtrum expecto iudicium. Qua in re, &c. In ſoperiori uerſu teddidit docilem, oſtendendo ſe perſoluiſſe quæſtionem: in hoc autem reddit attentum, cùm in difficultate materiæ, tum in operis utilitate. Dicit ergo, Qua in re. id eſt in perſoluenda quæſtione poteſt intelligi quid mihi ſit animi, id eſt, propoſiti. i. quare tale ꝓpoſitum aggreſſus ſim, quotiens iſta excogito i. quotiẽs ea q̃ diu excogitaui ſcribo. Cum ex, &c. q. d. Quia materia difficilis eſt, ut tractaré de prædicta quæſtione, patet ꝙ non ſcribo cauſa famę popularis, uel theatralis applauſus. non enim tantum laborem ſuſciperẽ pro tam uili cõmodo, ſed potius conſcientię puritas ad hoc me propellit. Item patet ꝙ non ſcribo cauſa theatralis applauſus, quia omnibus ſcriberẽ, ſi famam ab omnib. peterẽ. Nunc autem raris, id eſt uobis. i. ſapientibus tantum colloquor: & bene denotat cum dicit, Neq; enim, &c. Verè ex prædictis patet, quid animi ſit, id eſt quare ſcripſerim. Non enim expectatur, &c. Clamoribus populi dicit: quia magis eſt clamor in populo, quam conſideratio. Sed ſi quis eſt. hoc duobus modis legitur. fructum exteriorem appellat famam: quæ ſi contingat, non eſt ad ſalutem catholice, an ſentire quomodo ſit diſtinctio trium perſonarum in eadem eſſentia. Hic fructus eſt interior, id eſt ad ſalutem. Si igitur aliqua laus contingat. hæc non poteſt ſeparare ſententiam, niſi ſimilem materiæ. i. cum materia ſit theologica, non poteſt haberi laus, niſi à ſtudentib. id eſt, à ſimili materia, id eſt à theologis. uel aliter: Si qua laus cõtingat, non poteſt ſeparare ſententiã, niſi ſimilem materiæ, id eſt ſi qua laus contingat, Deo eſt reddenda, ad quem pertinet materia. Vel ſimilẽ materię, quia ſicut materia excellit: ita ab excellentiorib. laude expeto, non à quibuslibet. Quocunq; ergo. Reddidit ſuperius attentum, docilẽ, beneuolum etiã in quibuſdã: hic aũt principaliter tractat perſonæ illius ad quem ſcribit, dicens illum ſolum dignum iudicio ſolutionis. cõtinuatio. Dixi, ꝙ ſi qua laus inde cõtingat ſapiẽtum, tantum ſpectat ſententiã non popularem: ergo quęcunq; de uti. i. inclinaui oculos, ſcilicet mentis aurẽ uobis & ueſtri ſimilib. i. quotiens conſidero cui attribuam iudicium ſolutiõis extra uos & ueſtri ſimiles, id eſt ſapientes, partim, &c. quaſi diceret, Non inuenio niſi ſegnes, qui potius detrahant quã iudicent, & ſua negligentia torpeant quã in iudicãda quęſtionis ſolutione inuigilent. Vel inuidos, qui potius quod dicit ſegnicies, expreſſum eſt. Sicut Dauus eſt ſcelus, ignauiam dicit ſegnitiem: quia eſt ei epithetoti, ut faciat ignauum, id eſt igne animi uacuum. Liuor hic non accipitur pro inteſtatione, ſed pro inuidia, quæ bonis alterius dolet. Calliditatem uerò attribuit liuori, quia inuidus ſemper aliquod bonum cõcedit, cui uult maius auferre, ut contumeliam, &c. Id eſt ne contumelioſe uidear tractare de diuinis, qui proiecerim, & cætera. Hic legendum eſt conditionaliter, id eſt non quod proijciam: ſed ſi proiecerim. Hæc portãos non agnoſcenda, &c. Quaſi dicat: nõ eſt bonum iacere margaritas inter porcos. Alia litera habet, Videatur qui proiecerit. & hoc planum eſt. Monſtra hominum appellat inuidos, quia licet exterius prætendant humanum habitum, interius tñ in homani degenerantur liuoris rubigine. id circo ſtilũ, &c. i. breuiter & ſummatim ſcribo, ut ſcilicet breuitas gignat obſcuritatem: iuxta illud Horatij, Breuis eſſe laboro, obſcurus fio. Et uelo, &c. id eſt nõ uſitatis uerbis utor, ſed tráſfero me ad intima philoſophiæ, ut ex eis ſumpta, uel ex ſignificationibus nouorum uerborum nõ prophanorum. ꝓhibemur enim prophana inuenire uerba, non tñ inuenire. hæc aũt facit ipſe, quando tractat ex numero numerãte, & numero numerato, uel quãdo utitur extraneo genere loquendi. Vt cum dicit, enſis & gladius & mucro ſunt idẽ: & ipſe pater uerò & filius & ſpiritus S. idem quidẽ ſunt, ſed non ipſe. Sed ad aliud uelo, ad hoc ſcilicet, ut hęc Deum colloquãtur, &c. ut dicit Colloquantur, uocat & ſui participatione, & illius ſui ſolutione: illius in iudicio, ſi quãdo hic captat beneuolentiam. Cæteros uerò, &c. Ita breuiter ſcripſi, ut nobis tantum colloquatur: ſed alios ita ſummouimus, id eſt, ſeorſum intellectum poſuimus. Vt ride indigni ad ea legenda qui nequit, &c. Hic eſt duplex litera, ſed prius hanc exponamus. Cõtinuatio. Propoſuimus quæſtionem ſoluere, ſed tamen nemo debet à nobis expectare, ut quantum humanæ rationis intuitus ſe poteſt extendere ad cognitionem diuinorum, tantum de eis dicamus: ſed illa tãtum expetit, quæ ſufficiãt ad ſoluendam quæſtionẽ. Eſt enim finis in theologia, ultra quẽ non licet accedere. & hoc probat per inductionem, progrediendo à particularibus ad particulare, uel potius utitur exẽplo. Nam cæteris quidem. Verè in theologia eſt finis, quem non licet tranſgredi, quia eſt ita in cæteris artib. & uere in cęteris, quia in Phyſica. Neq; enim, &c. .i. finis medicinę eſt: id eſt ad hoc tẽdit officium medicinæ, ut quæ neceſſaria ſunt, ad ſanandum ſemper apponat: non tantum ad hoc tendit, ut ſemper ſalutem offerat, nec ideo tamen minus ſuum complebit officium, ſi nihil omiſit de neceſſarijs ad ſanandum. idẽq; in cæteris, ut in rhetorica. non enim ad hunc finem tẽdit orator, ut ſemper perſuadeat: ſic & finis logicæ eſt, quæ quibus ſubſtãtialia ſunt conſiderare: non aũt quare ſint ſubſtãtialia, hoc enim ad phyſicã pertinet. alia litera ſolet eſſe inferior uerſu, hæc ſcilicet, ſed ſanè tantum, uel nunc tantum, &c. hęc enim plus ualet, quam ſic exponimus, &c. Propoſui ſoluere quæſtionem, ſed oportet ſanè uel nũc certi, &c. Quaſi dicat: Nemo debet expectare à nobis hæc ut plenariẽ demus cognitionem de diſtinctiõe trium perſonarum in una eſſentia, cũ in hoc ſeculo plena non poſſit haberi cognitio, ſed ſanè quęrat tantum, &c. Sunt enim quædã quæ humana ratione non comprehendi poſſunt, ſicut ea quę credere iubemur, diſcutere prohibemur. Alia litera habet, Sed ne. & eſt ne affirmatiuum, pro etiamſi bene dixit, ad celſa conſcendere, quia eſt deſcenſus ad infima: & ita eſt aſcenſus ad alta, cętera nõ mutantur. Ad quantũ, &c. Hic petit ueniã, non ꝙ aliquid hæreticè ſenſerit, ſed ſi quęſtionem non ſatis ſufficienter ſoluerit. non enim negligentiæ illius eſt imputandũ, ſed difficultati materiæ. Vobis tñ etſi petierim ueniam, tamen uobis, &c. Summã rationũ appellat initia ſolutionis, quod habuit ex beato Auguſtino, qui ſummatim implicitè ponderat argumentis. Semina. hæc autem initia dicuntur ſemina: quia ſemen ſicut excreſcit & explicatur in ſegetem, ita ꝙ Auguſtinus dixit implicitè, per Boetium explicatur. In hoc ergo auctorizat ſuũ opus, quòd poſtponit Auguſtinum auctorem. Fructus extulerint, id eſt utrum in diſſoluenda quęſtione profecimus nos dico ſumẽtes initia ſolutionum ex ſcriptis beati Auguſtini, id eſt illud explicantes, quod ille ſummatim & implicitè tetigit. Ac de propoſita, &c. Hinc ſcilicet, ex dictis Auguſtini: uel, id eſt ab hoc loco.

BOETII LIBER DE
Trinitate.

CHriſtianæ religionis reuerentiã plures uſurpãt, ſed ea fides pollet maxime ac ſolitarie, quæ tum propter uniuerſaliũ præcepta regularum, quibus eiuſdem religionis intelligitur authoritas, tum propterea quòd cultus eius per omnes penè mundi terminos emanauit, catholica uel uniuerſalis uocatur. Cuius hæc de trinitatis unitate ſententia eſt. Pater inquiunt,

Digitized by Google

inquiunt, Deus, filius Deus, ſpiritus ſanctus Deus. Igitur pater, filius, ſpiritus ſanctus, unus Deus, non tres dij. Cuius coniunctionis ratio eſt in differentia. Eos enim differentia comitatur, qui uel augent uel minuunt, ut Arriani, qui gradibus meritorum trinitatem uariantes diſtrahunt, atq; in pluralitatem deducunt. principium enim pluralitatis alteritas eſt. Præter alteritatem enim, nec pluralitas quid ſit, intelligi poteſt. Trium namque rerum in quolibet tum genere, tum ſpecie, tũ numero diuerſitas conſtat. Quotiens enim idem dicitur, totiens etiam diuerſum prædicatur. Idem uerò dicitur tribus modis: aut genere, ut idem homo, quod equus: quia idem genus, ut animal. Vel ſpecie, ut idem Cato, quod Cicero: quia eadem ſpecies ut homo. Vel numero, ut Tullius & Cicero: quia unum eſt numero. Quare diuerſum etiam uel genere, uel ſpecie, uel numero dicitur: ſed numero differentiam accidentium uarietas facit. Nam tres homines neque genere neque ſpecie, ſed ſuis accidentibus diſtant. Nam uel ſi animo cuncta ab his accidentia ſeparemus, tamen locus cunctis diuerſus eſt, quem unũ fingere nullo modo poſſumus. Duo enim corpora unum locum non obtinebunt, qui eſt locus accidens: atque ideo ſunt numero plures, quoniam accidentibus plures fiunt. Age igitur ingrediamur, quod unumquodque ut intelligi atque capi poteſt, diſcutiamus. Nam ſicut optimè dictum uidetur, eruditi eſt hominis, unumquodque ut ipſum eſt, ita de eo fidem capere atque tentare. Nam cum tres ſint ſpeculatiuæ partes, naturalis in motu. in abſtracta. Conſiderat enim corporum formas cum materia, quæ à corporibus actu ſeparari non poſſunt. Quæ corpora in motu ſunt, ut cum terra deorſum, ignis ſurſum fertur. habetq; motum forma materię coniunctæ. Mathematica ſine motu in abſtracta. Hæc enim formas corporum ſpeculatur ſine materia, ac per hoc ſine motu. Quæ formæ cum in materia ſint, ab his ſeparari non poſſunt. Theologia ſine motu, abſtracta atque ſeparabilis. Nam Dei ſubſtantia, & materia & motu caret. In naturalibus igitur rationaliter, in mathematicis diſciplinaliter, in diuinis intellectualiter uerſari oportebit: neque deduci ad imaginationes, ſed potius ipſam inſpicere formam. Quæ uerè forma neque imago eſt, & quæ eſſe ipſum eſt, & ex qua eſſe eſt. Omne namque eſſe ex forma eſt. Statua enim non ſecundum ęs, quod eſt materia: ſed ſecundum formam, quæ eſt inſignita in eo, effigies animalis dicitur: ipſumq; æs non ſecundum terram, quod eſt eius materia, ſed dicitur ſecundum æris figuram. Terra quoque ipſa non ſecundum materiam dicitur, ſed ſecundũ ſiccitatem grauitatemq; quæ ſunt formæ. Nihil igitur ſecundum materiam eſſe dicitur, ſed ſecundum propriam formam. Sed diuina ſubſtantia ſine materia, forma eſt. Atque ideo unum eſt quod eſt. Reliqua enim non ſunt id quod ſunt. Vnumquodq; enim habet eſſe ſuum, ex his ex quibus eſt, id eſt ex partibus ſuis. & eſt hoc atque hoc, id eſt, partes ſuæ coniunctæ, ſed non hoc uel hoc ſingulariter: ut cũ homo terrenus conſtet ex anima corporeq;, corpus & anima eſt, non uel corpus uel anima. In parte igitur non eſt id quod eſt. Quod uerò non eſt hoc atq; hoc, ſed tantum eſt hoc, illud uerè eſt id quod eſt. Et eſt pulcherrimum fortiſsimumq;, quia nullo nititur. Quocirca hoc uerè unum, in quo nullus numerus, nullum in eo aliud præter id quod eſt: neque enim ſubiectum fieri poteſt. forma enim eſt. Formę uerò ſubiectæ eſſe non poſſunt. Nam quod cæteræ formæ ſubiectæ accidentibus ſunt, ut humanitas: non ita accidẽtia ſuſcipit, in eo quod ipſa eſt, ſed eo quod materia ei ſubiecta eſt. Dũ enim materia ſubiecta humanitati, ſuſcipit quodlibet accidens, ipſa hoc ſuſcipere uidetur humanitas. Forma uerò quæ eſt ſine materia, non poterit eſſe ſubiectum, nec uero ineſſe materiæ. Neque enim eſſet forma, ſed imago. Ex his enim formis, quæ præter materiam ſunt iſtæ formæ uenerunt, quæ ſunt in materia, & corpus efficiunt. Nam cæteris quæ in corporibus ſunt abutimur, formas uocantes, dum imagines ſunt. Aſsimilantur enim formis his, quæ non ſunt in materia conſtitutæ. Nulla igitur in eo diuerſitas, nulla ex diuerſitate pluralitas, nulla ex accidentibus multitudo: atque idcirco nec numerus. Deus uerò à Deo nullo differt. ne uel accidentibus uel ſubſtantialibus differentijs in ſubiecto poſitis diſtet. Vbi uerò nulla eſt differentia, nulla eſt omnino pluralitas. quare nec numerus. Igitur unitas tantum. Nam quod tertiò repetitur Deus, cum pater & filius & ſpiritus ſanctus nuncupatur: tres unitates non faciunt pluralitatem numeri, in eo quòd ipſę ſunt, ſi aduertamus ad res numerabiles, ac non ad ipſum numerum. Illic enim unitatum repetitio, numerum facit. Tres enim unitates ternarium faciunt, quia ipſe numerus ex unitatibus collectus eſt. in eo autem numero qui in rebus numerabilibus conſtat, repetitio unitatum atque pluralitas, minimè facit numerabilium rerum numeroſam diuerſitatem. Numerus enim duplex eſt. Vnus quidem quo numeramus, alter uerò qui in rebus numerabilibus conſtat. Etenim unum, res eſt: unitas, quod unum dicimus. Duo rurſus in rebus ſunt, ut homines uel lapides. Dualia mihi, ſed tum dualitas, qua duo homines uel lapides duo fiunt. & in cæteris eodem modo. Ergo in numero q̃ numeramus, repetitio unitatũ facit pluralitatẽ: in rerum uerò numero non facit pluralitatẽ unitatum repetitio. uelut ſi de eodem dicam: Gladius unus, mucro unus, enſis unus. Poteſt enim tot uocabulis gladius agnoſci. Hęc enim unitatum repetitio, iteratio potius eſt quam nõ numeratio. Velut ſi ita dicamus, Enſis, mucro, gladius: repetitio quędam eſt eiuſdem, nõ numeratio diuerſorum. Velut ſi dicam: Sol,

ſol,

Digitized by Google

ſol,ſol,non tres ſoles effecerim,ſed de uno toties prædicauerim. Non igitur ſic de patre ac filio & ſpiritu ſancto tertio prædicatur Deus: idcirco trina prædicatio numerum facit. Hoc enim illis,ut dictum eſt,imminet,qui inter eos diſtantiam faciunt meritorum. Catholicis uerò nihil in differentia conſtituētibus, ipſamq; formam ut eſt eſſe ponentibus, neq; aliud eſſe quàm eſt ipſum,quod eſt opinantibus:recte repetitio de eodem, quàm enumeratio diuerſi uidetur eſſe, cum dicitur: Deus pater, Deus filius,Deus ſpiritus ſanctus. atque hęc trinitas eſt unus Deus, uelut enſis atque mucro, unus gladius: uelut ſol,ſol,ſol, unus ſol. Sed hic interim ad eam dictum ſit ſignificationem,demonſtrationemq;,qua oſtenditur,non omnem unitatum repetitionem, numerum pluralitatemq; perficere. Non uerò ita dicitur pater & filius, & ſpiritus ſanctus, quaſi multiuocum quiddā. Nam mucro & enſis,& ipſe eſt & idem. Pater uerò ac filius ac ſpiritus ſanctus, idem equidē eſt,non uerò ipſe. In qua re pauliſper conſiderandum eſt. Requirentib. enim, ipſe eſt pater qui filius,minimè inquiunt. Rurſus idem alter qui alter? Negatur. Non eſt igitur inter eos in re omni indifferentia. Quare ſubintrat numerus,quem ex ſubiectorum diuerſitate confici, ſuperius explanatum eſt. De qua re breuiter cōſiderabimus, ſi prius illud quemadmodum de Deo unumquodque prædicatur, præmiſerimus. Decem omnino prædicamenta traduntur,quæ de rebus omnibus uniuerſaliter prædicantur,id eſt ſubſtantia, qualitas, quantitas, ad aliquid,ubi,quando,habere,ſitum eſſe,facere, pati. hæc igitur talia ſunt, qualia ſubiecta permiſerint. Nam pars eorum in reliquarum rerum prædicatione ſubſtantia eſt,pars in accidentium numero eſt. At hæc cum quis in diuinam uerterit prædicationem,cuncta mutantur,quæ prædicari poſſunt. Ad aliquid uerò in Deu non poteſt prædicari. Nam ſubſtantia in illo non eſt uerè ſubſtantia, ſed ultra ſubſtantiam. Item qualitas, & cætera, quæ euenire poſſunt. Quorum ut amplior fiat intellectus, exempla ſubdenda ſunt. Nam cum dicimus Deus,ſubſtantiam quidē ſignificare uidemur, ſed eam quæ ſit ultra ſubſtantiam:cum uerò iuſtus,qualitatem quidem, ſed non accidentem, ſed eam quæ ſubſtantia, ſed & ultra ſubſtantiam. Neque enim aliud quod eſt, aliud eſt quod iuſtus eſt:ſed idem eſt eſſe Deo, quod iuſto. Itē cum dicitur Magnus,uel maximus:quantitatem quidem ſignificare uidemur, ſed eam quę ſit ipſa ſubſtantia talis, qualē eſſe diximus ultra ſubſtantiam. idem enim eſt eſſe Deo quod magno. De forma enim eius ſuperius demonſtratum eſt, quoniam is ſit forma, & unum uerè nec ulla pluralitas. Sed hæc prædicamenta talia ſunt,ut in quo ſint ipſum eſſe faciāt, quod dicitur diuiſe quidem in cæteris, in Deo uerò coniunctè atq; copulatè hoc modo. Nam cum dicimus ſubſtantia ut homo,uel Deus: ita dicitur,quaſi illud de quo prędicatur,ipſum ſit ſubſtantia, ut ſubſtantia homo uel Deus. Sed diſtat,quoniam homo non integrè ipſum homo eſt: ac per hoc nec ſubſtantia. Quod enim eſt, alijs debet, quę non ſunt homo. Deus uerò hoc ipſum Deus eſt. Nihil enim aliud eſt, niſi quod eſt,ac per hoc ipſum Deus eſt. Rurſus iuſtus quod eſt, qualitas ita dicitur: quaſi ipſe hoc ſit, de quo prædicatur. Id eſt,ſi dicamus homo iuſtus, uel Deus iuſtus: ipſum hominem uel Deum iuſtū eſſe proponimus. Sed differunt, quòd homo alter,alter eſt iuſtus: Deus uerò idē ipſum eſt, quod eſt iuſtum. Magnus etiam homo,uel Deus dicitur,atq; ita quaſi ipſe ſit homo magnus, uel Deus magnus: ſed homo tantum magnus, Deus uerò ipſum magnum exiſtit. Reliqua uerò neque de Deo,neq; de cęteris prædicantur. Nam ubi uel de homine, uel de Deo prædicari poteſt,de homine,ut in foro: de Deo, ut ubique. Sed ita ut non quaſi ipſa ſit res,id de quo prædicatur, de qua dicitur. Non enim ita homo dicitur eſſe in foro,quemadmodum eſſe albus uel longus: nec quaſi circumfuſus, & determinatus proprietate aliqua, qua deſignari ſecundum ſe poſſit, ſed tantum quod ſit illud alijs informatum rebus, per hanc prædicationem oſtenditur: de Deo uerò non ita. Nam quod ubiq; eſt, ita dici uidetur, non quòd in omni ſit loco. Omnino enim in loco eſſe non poteſt. ſed quod ei omnis locus adſit ad eum capiendum, cum ipſe nō ſuſcipiatur in loco. Atq; ideo nuſquam eſſe in loco dicitur, quoniā ubiq; eſt, ſed non in loco: quando uerò eodem prædicatur modo, ut de homine, heri uenit: de Deo uerò ſemper eſt. Hic quoq; non quaſi aliquid eſſe dicitur illud ipſum, de quo heſternus dicitur aduentus: ſed quid ei ſecundum tempus acceſſerit, prędicatur. Quod uerò de Deo dicitur, ſemper eſt, unū quidem ſignificat, quaſi omni præterito fuerit, omni quoq; modo ſit pręſenti eſt, omni futuro erit. Quod de cœlo & de cæteris immortalibus corporibus ſecundum philoſophos dici poteſt: at de Deo non ita. ſemper enim eſt, quoniam ſemper præſens eſt in eo tēporis. Tantumq; inter noſtrarum rerum præſens, quod eſt nunc, intereſt ac diuinarum: quod noſtrum nunc, quaſi currens tempus, facit ſempiternitatem: diuinum uero nunc permanens, neq; mouens ſeſe atq; conſiſtens æternitatem facit. Cui nomini ſi adijcias ſemper, facies eis quod eſt nunc iugem indefeſſumq;, ac per hoc perpetuū curſum, quod eſt ſempiternitas. Rurſus habere uel facere, eodem modo. Dicimus enim ueſtitus currit, de homine: de Deo, cuncta poſſidēs regit. Rurſus nihil de eo quod eſt eſſe de utriſq; dictum eſt, ſed hæc omnis prædicatio exterioribus datur, omniaq; hæc quodāmodo referuntur ad aliud. Cuius prædicationis differentiam ſic facilius internoſcimus, Qui homo eſt uel Deus, refertur ad ſubſtantiā, qua eſt aliquid, id eſt homo uel Deus. Qui iuſtus eſt refertur ad qualitatem, qua eſt aliquid id eſt, iuſtus. Qui magnus ad quātitatem, qua unitatum repetitio. Velut ſi de eodem dicam.

eſt ali-

Digitized by Google

eſt aliquid, id eſt magnus. Nam in cæteris prædicationibus nihil tale eſt. Qui enim dicit aliquem eſſe in foro uel ubique, refert quidem ad prædicamentum, quod eſt ubi: ſed non in quo aliquid eſt, uelut iuſtitia iuſtus Item cum dico currit uel regit, uel nunc eſt, uel ſemper eſt, referuntur quidem uel ad facere, uel ad tempus: ſi tamen interim diuinum illud ſemper, tempus dici poteſt: ſed non quo aliquo aliquid eſt, uelut magnitudine magnum. Nam ſitum paſſionemq́ requiri non oportet in Deo. neq; enim ſunt. Iam ne patet, quæ ſit differentia prædicationum, quod aliæ quidē quaſi rem monſtrant, aliæ uerò quaſi circunſtantias rei? Quodq́ illa quidem ita prædicantur, ut eſſe aliquid rem oſtendant: illa uerò ut non eſſe, ſed potius extrinſecus aliquid quodammodo affingant. Illa igitur quæ aliquid eſſe deſignant, ſecundum rem prædicationes uocentur: quæ cum de rebus ſubiectis dicuntur, uocantur accidentia ſecundum rem: cum uerò de Deo, qui ſubiectus non eſt ſecundum ſubſtantiam, rei prædicatio nuncupatur. Age nunc de relatiuis ſpeculemur, pro quib. omne quod dictum eſt ſumpſimus ad diſputationem. Maximè enim hęc nō uidentur ſecundum ſe facere prædicationem, quæ perſpicuè ex alieno aduentu, cōſtare perſpiciuntur. Age enim quoniam Dominus ac ſeruus relatiua ſunt, uideamus utrum ita ſit, ut ſecundum ſe ſit prædicatio, an minime. Atqui ſi auferas ſeruum, abſtuleris quoq; dominum: at non etiam ſi auferas albedinem, abſtuleris quoq; album. Sed intereſt quod albedo accidit albo, qua ſublata, perit nimirum album. At in Domino ſi ſeruū auferas, perit uocabulum q̄ Dominus uocabatur. Sed non accidit ſeruus domino, ut albedo albo, ſed poteſtas quædam qua ſeruus cohercetur. Quæ quoniam ſublato deperit ſeruo, conſtat non eam per ſe domino accidere, ſed per ſeruorum quodammodo extrinſecus acceſſum. Non igitur dici poteſt prædicationē relatiuam, quicquam rei de qua dicitur ſecundum ſe, uel addere, uel minuere, uel mutare: quæ tota nō in eo quod eſt eſſe cōſiſtit, ſed in eo quod eſt in cōparatione aliquo modo ſe habere: nec ſemper ad aliud, ſed aliquoties ad idem. Age enim, ſtet quiſquam. ei igitur ſi accedam dexter, erit ille ſiniſter ad me comparatus: non quod ille ipſe ſiniſter ſit, ſed quod ego dexter acceſſerim. Rurſus ego ſiniſter accedo, idem ſit ille dexter: non quod ille ſit per ſe dexter, uelut albus ac longus, ſed quòd me accedente ſit dexter. Atq; id quod eſt à me & ex me eſt, minimè uerò ex ſeſe. Quare quæ ſecundum rei alicuius, in eo quod ipſa eſt proprietatem non faciunt prędicationem, nihil alternare uel mutare queunt, nullamq́; omnino eſſentiam uariare. Quocirca ſi pater ac filius ad aliquid dicuntur, nihilq́; aliud ut dictū eſt differunt, niſi ſola relatione: relatio uerò nō prædicatur ad id de quo prædicatur, quaſi ipſa ſit, & ſecundum rem de qua dicitur, non faciet alteritatem rei de qua dicitur. Sed ſi dici poteſt, quo quidē modo id quod uix intelligi potuit, interpretatum eſt perſonarum. Omnino enim magna regulæ eſt ueritas in rebus in corporalibus diſtantias effici, differentijs non locis: neq; acceſsiſſe dici poteſt aliquid Deo, ut pater fieret. Non enim cœpit eſſe unquam pater, eo quod ſubſtantialis quidem ei eſt productio filij: relatiua uerò prædicatio patris. Ac ſi meminimus omnium in prioribus de Deo ſententiarum, ita cogitemus proceſsiſſe quidem ex Deo patre filium Deum, & ex utroq; ſpiritum ſanctum, hos quoniam incorporales ſunt minimè locis diſtare. Quoniā uerò pater Deus, & filius Deus, Deus & ſpiritus ſanctus, Deus uerò nullas habet differentias, quib. diſſerat à Deo, quia à nullo eorum differt. Differētiæ uerò ubi abſunt, abeſt pluralitas. Vbi abeſt pluralitas, adeſt unitas. Nihil autem aliud gigni potuit ex Deo, niſi Deus. Et in rebus numerabilibus repetitio unitatum, non facit modis omnibus pluralitatem. Trium igitur idoneè conſtituta eſt unitas. Sed quoniam nulla relatio ad ſe ipſum referri poteſt, quod ea ſecundū ſe ipſum eſt prædicatio, quæ relatione caret: facta quidem eſt trinitatis numeroſitas, in eo quod eſt prædicatio relationis. Seruata uerò unitas, in eo quòd eſt in differentia, uel ſubſtantiæ uel operationis, uel omnino eius quæ ſecūdum ſe dicitur prædicationis. Ita igitur ſubſtantia continet unitatem, relatio multiplicat trinitatem. Atq; ideo ſola ſingillatim proferuntur, atq; ſeparatim, quę relationis ſunt. Nam idem pater qui filius non eſt, nec idē uterq; qui ſpiritus ſanctus. Idem tamē Deus eſt, pater & filius & ſpiritus ſanctus. idem iuſtus, idem bonus, idem magnus, idem omnia quę ſecundum ſe potuerunt prædicari. Sanè ſciendum eſt, nō ſemper talem eſſe relatiuam prædicationem, ut ſemper ad differēs prædicetur, ut eſt ſeruus ad dominum, differt enim. Nam omne ęquale, æquali æquale eſt: & ſimile, ſimili ſimile eſt. Et idem ei quod eſt idem, idē eſt: & ſimilis eſt relatio in trinitate patris ad filium, & utriuſque ad ſpiritum ſanctum: ut eius quod eſt idem, ad id quod eſt idem. Quod ſi in cunctis alijs rebus non poteſt inueniri, facit hoc cognata caducis rebus alteritas: nos uerò nulla imaginatione deduci, ſed ſimplici intellectu erigi: & ut q̄dq; intelligi poteſt, ita aggredi etiam intellectu oportet. Sed de propoſita quæſtione ſatis dictū eſt. Nunc ueſtri normam iudicij expectat ſubtilitas quæſtionis, quæ utrum rectè decurſa ſit, an minimè, ueſtræ ſtatuet pronunciationis authoritas. Quod ſi ſententiæ fidei fundamentis, ſpōte firmiſsimè opitulante gratia diuina, idonea argumentorum adiumenta præſtitimus, illic perfecti operis lætitia remeabit, unde uenit affectus. Quod ſi ultra ſe humanitas nequiuit aſcendere, quantum imbecillitas ſubtrahit, uota ſupplebunt.

COMMENTA-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

CHriſtianæ religionie,&r. Volene philoſophue deſcendere ad tractandum de propoſita quæſtione, pręmittit cõmendationem fidei catholicæ, eo ſcilicet quòd io illa inſtruere iorendit. iu qua commendatione confutat Arriũ Saballium, ac Vigilantium, eosq; qui in ſolis nominibue attendunt diſtinctionem perſonarum, ſicut ſequene litera declarabit. Hanc ergo fidem commendat ab auctore, ubi dicit Chriſtianæ, cuius ſcilicet Chriſtus auctor eſt: atiam ab uſu, ubi dicit, Religionis, cum eius uſue ſit exercere religionem: & à dignitato, ubi dicit, Reoerentiam. ſola enim digna reuerende ſunt: & ab effectu, ubi dicit, Salutariè. hoc enim efficit in credente, quod confert ei ſalutem: & ab aptitudine ubi dicit, Vniuerſalium pręcepta: quæ ſcilicet uniuerſaliter dicuntur, quia uullum reſpiciunt. Euangelium enim oec ſexum nec ætatem reſpuit, nec uoi genti datum eſt, ſicut lex, ſed omnibus oblatum. Ibi quidem dicitur, Deue Abraham, Deue Iſaac, Deua Iacob: hic autem gratis ſe offert omnibue. Commendat iterũ fidem à cultu, ubi dicit, q; cultoe eioe per oẽs cardines mundi emanaoit, colitr ab auſtro, ab oriente, ab occidente, & ſeptentrione. Chriſtianam religionem appellat fidem catholicã, qua Chriſtiani ſunt religioſi. plures uſui, re Chriſti: id eſt, pluree ſunt qui uolunt haberi religioſi per fidem catholicam, tamen malè de illa ſentientes. ſed licet quantum in ſe eſt, eam deturpare conantur, tamen ſuum non amittit nitorem. Vndo ſubdit: Sed ea fidee, &c. Sed cum pluribus modis accipiatur fides, uidendũ eſt de qua fide hic dicatur. fides enim quãdoq; accipitur pro credulitate, ut quod credimus Chriſtum natum ex uirgine, mortuum, crucifixum fuiſſe, tertia die reſurrexiſſe, ac uiuoe & mortuoe iudicaturum: ſed hæc fides non diſcernit inter fidelea & infideles. hanc enim habent & dæmones. Vnde Iacobus: Dęmones credunt, & cõtremiſcunt. Item dicitur fidee uirtue, quod ita diffinitur ab Apoſtolo: Fidee eſt ſubſtãtia rerum ſperãdarũ, argumentũ non apparentium. Sed hæc diffinitio magie eſt data ſecundum effectum fidei, quàm ſecundum eiua naturam. dicitur enim ſubſtantia rerum ſperandarũ, quia per fidem ſubſiſtunt in nobis ſperanda. ea enim ooe facit ſperare ea quæ non uidentur: non autem dicitur ſubſtantia rerum ſperandarum, eo quòd tantũmodo de illie de quibue eſt ſpea, quoniam ſpes ſolummodo eſt de futuris & de bonis. Fidea autem & de futurie, & præſentibus, & præteritis, & etiam tam de bonie quàm de malis. Per fidem enim credimue Deum in principio omnia creaſſe, & Chriſtom carnem ſuſcepiſſe de uirgine, &c. huiuſmodi quæ iam præterierunt. Credimua etiam uenim corpue Chriſti eſſe ſuper altare, dum miſſa celebratur: & iternm crodimus futura, ut reſurrectionem mortuorum, & conſimilia: & credimus quod boni accipient præmia, mali uerò ſupplicia. & ſic eſt fidee & de bonie & de malie. Largior ergo eſt fidee quàm ſpes, ſed tamen ideo dicitur eſſe fides ſubſtantia ſperãdarum, ut per hoc notetur, quòd ſicut ſpes non eſt niſi de illie quę non uidentur, ſic nec fides. Sequitor. Argumentum non apparentium: ſic qood credimue filium de patre genitum, ſpiritum ſanctum ab utroq; procedero, & reſurrectioné mortuorom. Hæc enim non poſſumua probare aliquibue argumentie, ſed ſola fides ſtat pro argumento: ot ſiquia quæreret, Vnde ſcie partum uirginie: uel futurum ſtatum electorum? nõ habeo aliud argumentum, niſi q; indobitanter credo illud quod prophetæ & alij qui per ſpiritum ſanctũ ſunt loquuti, inde dixerunt quòd Deue nullo modo falleret, cum in eis loqueratur, & miracula faceret, &c. Ex maxima parte quæ dixerunt uideo completa, & cætera complenda non ambigo. In his ergo ſola fidea eſt pro argumẽto, quia fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. uel argumentum non appetẽtium, quia fides eſt tantũmodo nõ ex apparentibus. Sed cõſtat q; fidea eſt, ergo conſtat noo apparentia eſſe: & ita eſt fides argumẽtum non apparentiũ, id eſt quod non apparentia ſint. Sine iſta fide nulla uirtus eſt, nullũ meritum. Quid hæc eſt prima gratia, quæ quamlibet uirtutem ſine actu ſaltem natura: & hæc eſt fides, qua credimue q; dicitor catholica. Vnde in Symbolo: Hæc eſt fides catholica, quã niſi quiſq; crediderit, &c. hæc eſt una apud omoea. Vnde Apoſtolue: Vna fidee, unũ baptiſma. Si autem hoc dicatur de fide qua credimus, tunc non dicetur una numero, ſed genere, ut habeatur ſuper Epiſtolas. Fides enim uirtus, quæ in me eſt, in nullo alio eſſe poteſt: ſed tamen uidetur eſſe eadem cum illa quæ in alio eſt, quia eſt illi conſimilie. Hic ergo agit de fidei uirtute, uel potiue de fide, qua credimue. dicit igitur, q; illa pollet maximè, & nulla alia & ſalutarie, id eſt quę ſola confert ſalutem. uel ſolitariè, quia iſta tantum pollet, non ſectæ hæreticorum: illa dico quæ uocatur catholica, uel uniuerſalis, & eſt uel ſubdiſiũctiuũ. Eadẽ.n. eſt catholica uel uniuerſalie. Catholica.n. eſt conueniene uel uniene. Inde fides catholica, quia uniene: uel uniuerſalie, quia ſicut omne uniuerſale plora cõtinet, quæ unit in eadẽ natura, ſic fides catholica omnee unit in eis ſacramẽtie, in eadẽ ſpe & in eadẽ charitate. Qoid plura? Omnee unit indifferenter in uno nooo homine. Vnde in Actib. Apoſtolorũ multitudinie credẽtiũ cor unũ & anima una. Et Apoſtolus: In Chriſto non eſt Iudæue uel gentilie, uel uir oel fœmina. nulla enim eſt perſonarũ acceptio apud Deum. q.d. nec q; eſt Iudæue uel uir, aliquid affert ad ſalutẽ: nec quod eſt gentilie uel fœmina aliquid affert ad ſalutẽ. Et alibi: Fidee eſt prima unio mẽtis ad Deũ. ipſe etiẽ duas hic ponit cauſas, quare dicatur catholica uel uniuerſalis: ſed altera uidetur etymologia eſſe eſſe huiue quæ dicitur uniuerſalie, hæc ſcilicet per uniuerſoe terminoa emanauit. Regulæ dicuntur à regendo: eo q; nos regant docendo, quid uitare, quid facere debeamue. Vniuerſalis, quia oẽe cõplectitur, intelligitur auctoritae. dicit, quæ magna eſt, ipſa enim coofert ſalutẽ. emanauit, id eſt defluxit pedetentim uno climate ad aliud clima, quia eſt forſitã aliquie locus in quo ipſa uon incolitur. Cur hæc? Poſita cõmendatione fidei catholicæ ſubiungit, quid ſentiat de diſtinctione trium perſonarum io eadẽ eſſentia. Aliud enim ipſe, aliud ſectę hęreticorum ſentiunt, qui hęretici dicuntur. i. diuiſi. hęreſis enim, diuiſio. Ipſi aotem ab unitate eccleſiæ ſunt diuiſi, & eſt in hoc loco fundamentom fidei noſtræ ponendum. Eſt igitur fundamẽtum fidei noſtræ ut credamus unam eſſe diuinam eſſentiam, & tres perſonas diſtinctas: diſtinctas quidẽ, ſed nõ diſiunctas: indiuiſae, ſed nõ coniunctae. Item quod pater genoit ſibi filium conſubſtantialem, & q; ſpiritus ſanctos procedit ab utroq;. Item q; tres perſonæ ſubiectæ, quam ex parte. Parti huic aut fidei atteſtatur nouum ac oetue teſtamentum. Vnitate nãq; eſſentiæ, inuocat uetue teſtamentum, ubi dicit: Iſrael Deua tuus Deue unus eſt. et, Nõ erit in te Deus recẽs, neq; adorabie Deos alienoe. Item oeritae in Euangelio: Ego & pater unum ſumus. Qui uidet me, uidet & patrẽ. per hæc uerba apertè declarans, & eſſentiæ ſimplicitatem, & perſonarum diſtinctiouem, unum referene ad ſubſtantiã: ego & pater, ad perſonas. Haoc iterum perſonarum diſtinctioné ueterie teſtamenti pandit auctoritas, ibi ſcilicet: Faciamus hominem ad imaginé & ſimilitudinem noſtrã. Cum enim dicendo nõ ſit loqootus ad angelum uel ad aliquã creaturã Deus, apertè perſonarum pluralitatem demonſtrauit, quã etiã philoſophi ex creaturie cognooerunt, ot Plato & alij. intellexerunt enim cogitationé & νοῦν, ſed in tertio ſigno defecerunt magi Pharaonis, quia licet cogitationé & νοῦν philoſophica indagatiõe intellexerior, tameo perſonã ſpiritus ſancti nullatenus cõprehen-

dere potuerunt. Quod pater ab æterno filium genuerit, ex his uerbis manifeſtum eſt: Ego hodie genui te. Per hodie enim quod præſentiā tēporis deſignat, notatur æternitas, quæ neſcit præteritum uel futurum. per Genuit, perfectio ut nō ſit filius imperfect⁹ Deus, ſed coæternus patri & conſubſtantialis. Græci dicūt ſpiritum à patre procedere, non autē à filio. eo ſcilicet ꝙ in Symbolo, quod in Nicena Synodo fuit publicatum, non reperitur: ubi etiā promulgatum eſt, ut qui aliud dixerit, anathema ſit. Ideoq; dicūt nos eſſe ſub anathemate, ꝙ falſum eſt: quia nō dicimus aliud. i. cōtrarium, imò potius ipſi apertè contra Apoſtolum dicunt. dicit enim, Quia mittit ſpiritum filij ſui clamantē in cordib. noſtris, abba pater: & aliæ plures auctoritates id cōſonant. Fuerunt. n. quidam ignominioſi, quorum nomina iā aures catholicorū offendunt, qui ex parte ſubiecti nō concederent unū Deum tres eſſe perſonas, hoc argumento ſeipſos confundentes uel illudentes: Nihil eſt id cuius eſt, ſed diuina eſſentia eſt trium perſonarū. quare nō ſunt tres perſonæ. Sed cōtra hos apertè Auguſtinus in libro de Trinitate tres perſonas inquit eiuſdē ſubſtātię dicimus. Sed ne propter hoc uideretur negare tres perſonas eſſe unā & eandem eſſentiā, ſubdit quaſi corrigendo: Vel tres perſonas eandem eſſentiā dicimus, non autē ex eadē eſſentia. quaſi aliud ſit natura, & aliud pſona. Ecce quomodo profitetur idē eſſe naturam & perſonā, & ideo unā naturā eſſe tres perſonas, & tres perſonas unā naturā. Item pertinet ad noſtræ fidei fundamentum uerbi incarnatio, ut ſcilicet credamus Dei filium aſſumpſiſſe carnē ex uirgine & in uirgine. quam carnē & creando aſſumpſit, & aſſumendo creauit non de nihilo carnē ſibi in utero uirginis creādo uel formādo, ſicut quidā hęretici ſenſerunt: ſed potius de ſubſtātia uirginis carnē aſſumpſit, quā aſſumendo creauit. i. purificauit, nō conceptus libidinoſa lege concipiendi: & ideo immunis ab omni peccato, nō tamen à pœna peccati. Hanc enim ſuſtinuit non neceſsitate ſicut cæteri homines, ſed ſola uoluntate. Vnus & idē Deus & homo, homo & Deus & eadē perſona. duę. n. in ipſo naturę; diuina ſcilicet & humana: tres ſubſtātiæ, caro & anima & diuinitas. Sic ergo hæc, &c. quæ ad incarnationē pertinēt, credere debemus, ſic & reſurrectionē mortuorū. & hæc ad fundamentum fidei noſtræ pertinēt. In hoc ꝙ dicit de trinitate, cōfutat Sabelliū, qui propter ſimplicitatē ſubſtantiæ impie confudit perſonarū trinitatē, eosq; ſimul qui modificant Deum, uel in nominib. attendunt trinitatē. In hoc ꝙ dicit unitate, cōfutat Arrium, qui propter perſonarum diſtinctionē nefariè diſtrahit ſubſtantiæ ſimplicitatē, ut ſuperius mōſtrauimus. Pater, inquiūt catholici, eſt Deus, filius Deus, ſpiritus ſanctus Deus. Hinc emerſit Vigilātij hęreſis. Vigilantius. n. transferens naturalium rationes ad theologiā, tres Deos aſſerebat. dicebat. n. hoc argumentū neceſſarium: Socrates eſt homo, Plato eſt homo, Cicero eſt homo: ergo ſunt tres homines, & nō unus homo. Item Socrates eſt albus, Plato eſt albus, Cicero eſt albus: ergo ſunt tres albi, & nō unus albus. Ergo ſi pater eſt Deus, filius eſt Deus, ſpiritus ſanctus eſt Deus, erunt tres dij, & non unus Deus. deceptus fuit, putās, ꝙ ſicut in naturalib. ad pluralitatē perſonarum ſubintrat pluralitas, nomen naturæ, & ipſam naturā, ut poſſit dici tres homines: ita in Deo ad pluralitatē perſonarum ſubintrat pluralitas, nomen naturæ, & ipſam naturā non poſsit dici tres dij. Hinc fertur beatus Ambroſius miræ ſimplicitas uir, reſpondiſſe, ꝙ Deus non ſaluat mundum in Dialetica. Fertur etiā pręcepiſſe, ꝙ in lætanis diceretur à Dialeticis, Libera nos Dn̄e. Auguſtinus tamen, quē Deus reſeruauerat contra hæreſes, argumentū Vigilantij hoc modo falſificauit: Non ualet inquit Vigilanti, tua cōplexio. Nā ab alia humanitate eſt Socrates homo, ab alia Plato, ab alia Cicero: & ideo ſequitur, ergo ſunt tres homines. Sed ab una & eadē Deitate eſt pater Deus, & filius Deus, & ſpiritus ſanctus Deus, & ideo nō ſequitur, ergo ſunt tres dij. Vbi autē dicit Auguſtinus, ꝙ ab alia humanitate eſt Socrates homo, ab alia Plato: uidetur ſignare his uerbis uniuſcuiuſq; hominis eſſe unā naturam, unā dico ſingularitatē eſſentiæ, ut quidā malè interpretantes hunc locū putāt. Nulla. n. natura una eſt ſingularitate eſſentiæ, niſi tantum natura trium perſonarū. Humanitas. n. non dicitur una ſingularitate eſſentiæ, ſed potius dicitur unione: nec unitas Socratis eſt una ſingularitate, ſed potius unione, eo ſcilicet ꝙ unit ſpiritū cum alio. Eadē enim eſt natura omnium hominum, ꝙ bene oſtendit Auguſtinus ſuper Geneſim, ubi dicit, ꝙ Deus in ſex dieb. creauit oēs naturas omnium rerū. Nūc igitur cauſas diuerſas in ipſis naturis, nō naturas diuerſorum. Nō eſt igitur alia natura Socratis, alia Platonis, ſicq; in cæteris rebus. Quid eſt ergo ꝙ dicit Auguſtinus? Non dixit alia ſingularitate eſſentię, ſed alia alteritate. Ex eo. n. ꝙ naturam humanā ſubintrat alteritas, quā facit accidentium multitudo, ex hoc inquā nomen naturæ, & ipſam naturā ſubintrat pluralitas, ut poſsint dici: Iſte eſt unus homo, & iſte alius homo, & etiā iſti ſunt duo uel tres, uel plures homines. Sed quia natura diuina una & eadē ſingularitate eſſentiæ, nec ipſam poteſt ſubintrare alteritas (nulla enim ibi eſt accidentiū uarietas) ideo nec natura nec nomen naturæ diuinæ, pluralitatem poteſt recipere. Quare non poteſt dici duo uel tres dij, & ideo intelligēda eſt prędicta beati Auguſtini auctoritas, quæ diſſoluit Vigilantij cōplexionem, poſtquā fertur etiā feciſſe inuectionē hoc modo: Non amplius, inquit, uocaberis Vigilantius, ſed Dormitātius. & hæc ſunt initia rationum, quę habet Boetius ad diſſoluendā quęſtionē. Dicunt tamen quidā Auguſtinum feciſſe prædictum hæretici argumentum, antequā eſſet conuerſus. Vbi patet. Continuatio. Hoc habet fides catholica, quòd pater eſt Deus, filius eſt Deus, & ſpiritus ſanctus eſt Deus. hoc etiam conſtat quòd non eſt niſi unus Deus: igitur pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt unus Deus, non tres dij. In hoc quod dicit, Pater & filius, & ſpiritus ſanctus: diſtinguēdo tres perſonas cōfutat Sabellium, cuius fuit hæreſis, ut eadem perſona eſſet pater & filius & ſpiritus ſanctus. Dicebat enim, quòd pater proceſſus in uirginē filius eſt. Hinc etiam dictus eſt Patripaſsianus: quē uolentes deuitare, uix libertini ſemiariani facti ſunt, à prædicato conſentientes catholicis, ſed à ſubiecto non diſſentientes ab Arrio, ut loco ſuo patebit. In hoc quod dicit Vnus, cōfutat Arrium, Vigilantiū, eorumq; ſequaces, quos omnes apertè redarguit Hieronymus, dicens in Epiſtola de explanatione fidei ad Damaſum papam: Confundentes Arrium unā eandemq; trinitatis eſſentiā dicimus, proprietatē Sabellij declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate diſtinguimus. Item: Non. n. nomina tantūmodo, ſed etiam nominum proprietates, id eſt perſonas, uel ut Græci exprimunt hypoſtaſes, id eſt ſubſiſtentias cōfitemur. Ecce contra eos Hieronymus. Cuius cōiunctionis, id eſt quod ita inde referūt ex prædictis: cuius pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt unus Deus, non tres dij. eſt ratio, id eſt argumentum in differentia, & eſt una pars compoſita. Sed hic ad intelligendā indifferentiam prætermittendæ ſunt auctoritates Auguſtini & Hilarij, quibus ipſi uoluerunt diſtinguere perſonarum trinitatem in eadē ſubſtantia, quātum in hoc ſeculo poteſt cognoſci. Ad hanc enim pro modulo capacitatis noſtræ declarandam, dicit Auguſtinus: In patre unitas, in filio æqualitas, in ſpiritu ſancto unitatis æqualitatisq; cōnexio, uel concordia. Sed ſicut ex formula uerborum haberi poteſt, uolens Auguſtinus quoquo modo inſinuare quod ineffabile erat, & incomprehenſibile, confugit ad mathematicā. Arithmetici unitatem principium numerorum conſtituunt, ex ipſa enim omnes numeri procreātur: illa autem ſimplex eſt, & ex nullo procreata. Generantur quidem numeri alij ex alijs, ſed

generatio

generatio in numeris nihil aliud quàm multiplicatio eorum, per eundē numerum, uel per alium facta. per eundē ſicut binerius multiplicatus p ſe, generat quaternarium. bis bini nanq; quatuor ſunt. per aliū, ſicut binerius multiplicatus per ternariū generat ſenariū. bis.n.terni uel ter bini, ſenariū reddunt. Cum igitur unitas ſit principiū numerorū, generatio in numeris nihil ſit aliud quàm multiplicatio, prima generatio in numeris ſit multiplicatiōe unitatis. Multiplicatur & unitas per ſe, unitas hoc modo: Vnus unus. ſi hæc dictio ſcilicet unus ſit in uſu, ſed quia nō eſt in uſu, loco illius dicimus. iccirco ſemel unum generat ex ſe unitatē, non ſe tamen, nec aliā, ſed ſibi æqualem. Se nō generat, quia nō ad hoc multiplicatur, ut ſit unitas, cum iā conſtet unitatē eſſe: aliā uerò non generat, quia in ipſa multiplicatione nō ſit diſtractio ſimplicitatis eſſentiæ unitatis, imò per multiplicatione ſui generat unitatē in eadē ſingularitate eſſentiæ. Vnde apparet illud argumentum eſſe falſum hæretici, Deus genuit Deum: ergo aut ſe aut alium Deū. hunc mentitū eſſe cōprobamus per prædicta. Vnitas.n.per ſe multiplicata generat unitatē, nec ſe, nec aliā. Sed quoniā tantum eſt dicere ſemel unum, quantū unum cātandū, aut non ra eſt æqualitas; ideo dicimus, quia dum unitas multiplicatur, generat æqualitatē in eadē eſſentia. ſed quia dicitur æquale ſemper reſpectu illius cui eſt æquale, & illud cui eſt æquale reſpectu illius q. eſt ei æquale, ideo ex unitate & æqualitate procedit connexio unitatis & æqualitatis in eadē ſingularitate eſſentiæ: uerè tamen unitas generat eū connexionē, quia non multiplicatur ad hoc ut ſit cōnexio, ſed ex unitate & æqualitate procedit cōnexio trib. attributa perſonis. Sicut enim unitas ex ſe generat æqualitatē in eadē eſſentia, nec generet cōnexionē, ſed procedit cōnexio ex unitate & æqualitate: ita ſi liceat minime maximus cōparare, pater ex ſe filium ſibi conſubſtantialem, non aliū Deum: nec genuit ſpiritū ſanctum, ſed procedit ſpiritus ſanctus à patre & filio in eius eſſentiæ ſimplicitate. Inde etiā quòd filio attribuitur æqualitas, dicitur Deus creare omnia in filio, & nō in ſpiritu ſancto, cū tamen opera trinitatis ſint indiuiſa. In æqualitate.n. creat Deus omnia, quia quantū ſubſtantialis forma unicuiq; attribuit, tantū creat Deus in illo. Quantum enim attribuit humanitas homini, tantū nec plus nec minus creat Deus in homine. Homo.n.q. aliquando naſcitur ſtrumoſus uel monoculus, uel habēs aliquid huiuſmodi, habet ex cōtingenti, non ex creatione: & ſic eſt in cæteris rebus. Itē quia filius dicitur æqualitas, dicitur Deus formas creare in filio, quod ſatis poteſt exponi: ſed his qui ſeſe profundius intelligunt, exponendū eſt. Sicut.n. unitas principium eſt numeri, ita ut dicit Boetius in muſica, æqualitas principiū eſt multiplicitatis. Vbi autem multiplicitas, ibi maioritas: quia minoritas, quare & inæqualitas. Eſt igitur æqualitas principium æqualitatis: inæqualitas autem omnium in formis conſiſtit. ſolis enim formis à ſe ſeparātur res, & diſcernuntur. In materia.n. omnia creauit. Cum filius dicatur æqualitas, ut præmonſtratum eſt, æqualitas autē principium ſit inæqualitatis, quæ in formis conſiſtit, meritò dicitur filius uel pater in filio formas creare. Eandē iterum perſonarū diſtinctionē uolens declarare Hilarius, cōfugit ad ſimilitudinas. Ait enim, Accendatur lucerna, & ſumatur alia eiuſdē longitudinis, & eiuſdē magnitudinis & in cæra & in ligno, & accendatur ad aliā, totū lumen neceſſario ſumit ab illa. Si.n. pater lucem ſuum totū nō remaneret, ſed totum remanet lumē. Ergo non pars, ſed totum lumen ſumptum eſt. eiuſdē igitur prorſus ſubſtantiæ eſt lumen ſumptum, & lumen à quo ſumitur. Sed & à lumine à quo ſumitur, & à lumine ſumpto, procedit ſplendor, qui totus eſt in lumine ſumpto: & totus in lumine à quo ſumitur, id eſt eiuſdē prorſus ſubſtantiæ eſt cum illis. Et nota quòd cum fiat hic mentio de igne, non agitur de carbone uel flāma, ſed de ſplēdore, cū his trib. modis dicatur Ignis, ſicut aperit Chalcidius ſuper Timæum Platonis. Cum ergo ſplendor ſit accidens, quomodo dicitur alius aliquis eſſe ſubſtātia? ſed ſubſtātia luminis dicitur: uerum eſſe illius ſicut aliquis dicitur eſſe ſubſtātia albedinis, imò formæ. Verè dicuntur eſſe, ſed de hoc aliàs: licet ergo eadem prorſus ſit ſubſtantia prædictorū, ita tamen ſunt mirabili lege naturæ diſtincta, ut non poſſit dici ueraciter lumen à quo ſumitur, eſt lumen ſumptum, uel lumen procedens, uel econuerſo. Imò ſplendor à quo ſumitur, alius à ſplēdore ſumpto: & ſplendor ſumptus, eſt alius à ſplendore procedente. Sic igitur ſi liceat minime maximis cōparare, pater qui genuit, & filius genitus, & ſpiritus ſanctus procedens, unius & eiuſdem prorſus ſubſtantiæ ſunt: & tota diuinitas in patre, tota in filio, tota in ſpiritu ſancto: nec tamen pater eſt filius, uel ſpiritus ſanctus, imò alius pater à filio, alius filius à ſpiritu ſancto, ſed hoc tamen deeſt ad perfectionē ſimilitudinis, quod ſimilitudo iſta circa corporea cōſiſtit, & iccirco interuenit localis remotio, quæ nullo modo eſſe poteſt in trib. perſonis. Abſtrahetur igitur ſplendor flamma, ita tamen quòd nulla fiat, id eſt confuſio uel cōglobatio luminū. In anima patet. anima enim ex ſe generat ſapientiā ſuā, & intra ſe, & ex ſapiētia & ex anima procedit dilectio, qua anima ſuā diligit ſapientiam, & ſapientia animā: nullaq; eſt ibi localis diſtinctio, nec ſubſtantiæ confuſio. ſic pater genuit filium ex ſe nec extra ſe, ſed in eadem eſſentia: & ab utraq; procedit ſpiritus ſanctus, in eadem prorſus ſubſtantia, nec eſt ibi localis diſtinctio, uel ſubſtantiæ confuſio, ſiue conglobatio. Sic igitur fugit ad ſimilitudinas beatus Hilarius inſinuare trium perſonarum diſtinctionem, quantum in hoc ſeculo cognoſci poteſt. Ex prima igitur ſimilitudine habeatur trium perſonarum diſtinctio in eadem eſſentia, & quòd Deus genuit Deum, nec ſe nec alium Deum: ex ſecunda uerò habeatur idem modus eſſentiæ in tribus perſonis: ex tertia habeatur nullā ideo eſſe localem diſtinctionē, uel ſubſtantiæ conglobationem ſiue confuſionē. Et ſciendum eſt has ſimilitudines ualere ad exponendū illud Apoſtoli: Figura & ſplēdor. quod enim dixit Figura, retulit ad hoc quod filius dicitur unitatis æqualitas, id eſt primus tetragonus. Eſt nāq; ſemel unum primus tetragonos, qui rationibus prędictis filio Dei attribuitur. Vnde Sybilla Hiſpana: Cum perueneris, inquit, ad coſtas primi tetragoni ſedēris ad coſtas tetragonorum ſtantium æternorum, &c. ſic primū tetragonum filium Dei deſignans, per tetragonos angelos. Ideoq; hunc ſedentem, illos uerò ſtantes aſſeuerans: quaſi huius regnare, illorum uerò utilium famulantium eſtare eſt proprium. Quòd autem dixit ſplendoram, tulit ad hoc quod filius dicitur lumen de lumine. Iterum Hilarius altius deſcendens diſtinguit trinitatem perſonarum, in eadem eſſentia theologicè dicens: In æterno infinitas, ſpecies in imagine, uſus in munera. Quidā tamen aut hæc uerba nō intelligens, aut noua de more ſuo uolens inuenire transmutauit. In æterno infinitas ſic dicens, In patre æternitas, ſpecies in imagine, &c. ſed de hoc non curo. Quòd igitur Hilarius dicit in æterno infinitas: theologicè dictum eſſe nemo debet ambigere. Infinitum enim nomē eſt abnegationis, æternū uerò nomen poſitionis. Theologia antē alia eſt affirmationis, alia negationis. ſicut beatus Dionyſius utendo utraq; bene declarat. theologia affirmationis eſt per quam affirmamus de Deo quæ dignè poſſunt dici de Deo. Vt cū dicimus, Deus eſt uita, Deus eſt ueritas, & cætera huiuſmodi. Et ſecundū theologiam affirmationis data eſt illa deſcriptio de Deo à Parmenide philoſopho, quem utrum dediſſet aliquis ſanctorū: Deus inquit eſt, cui quodlibet eſſe quod eſt, eſt eſſe omne id quod eſt. Quid ſibi uoluit philoſophus? Nunquid per omne & quilibet pluralitatem in Deo conſtituit? Abſit. Imò tantū pluralitatem uocabulorum complexus eſt. Intellexit igi-

nit quod Deum eſſe iuſtum, non eſt aliud quàm Deũ eſſe, uel Deum eſſe magnum, fortem, pium, & cætera huiuſmodi, quàm Deũ eſſe Deum. nullam enim pluralitatem ponunt in Deo omnia prædicta. Hoc enim dicit Auguſtinus: Quicquid eſt in Deo, eſt Deus. id eſt fortitudo in Deo Deus eſt, ſapientia in Deo Deus eſt, ueritas in Deo Deus eſt: quod in nullis creaturis uerũ eſſe poteſt. Theologia negationis eſt, quod per omnia rerum uocabula de Deo negamus, ſicut facit beatus Dionyſius in Hierarchia ſua dicens: Deus non eſt ueritas, non eſt ſapientia, non eſt uirtus. non multo poſt uerò omnia uocabula quę negauerat, affirmat de Deo per theologiã affirmationis dicẽs: Deus eſt uita, Deus eſt ueritas, ſapientia, uirtus: non q, fuit ſibi cõtrarius, non quod modo affirmat, antè autẽ negauerat. Abſit. Cum enim affirmat Deum eſſe uitam, affirmat Deum eſſe Deum: cum uerò negat Deum eſſe uitam, uel alia huiuſmodi, non negat Deum eſſe Deum, imò negat à Deo uocabulorum proprietatem, ac ſtatuum diſcretionem. Omnia enim uocabula formas ſequuntur, quoniã à formis rebus ſunt data. Vt hoc nomen homo, ab humanitate datũ eſt: ſic hoc nomen lapis à lapiditate. & quia uocabula formas ſequuntur, formis autem habent quæq; diſtingui, iccirco ſunt ſtatuũ diſcretiua. Audito enim hoc nomine homo, eam rẽ quę eſt homo intellectu diſcernimus à lapide & ab alijs rebus, nullum tamen hominem diſcretè comprehendẽtes. Sic etiam quod hoc nomen iuſtus, datum eſt à iuſtitia: hoc nomen uerò fortis datum eſt ab alia qualitate, ſcilicet à fortitudine, dum de homine diuerſos ſtatus diſcernunt. Aliud eſt enim hominem eſſe iuſtum, eſſe fortem: aliud etiam eſſe hominem, quàm eſſe iuſtum, quàm fortem. Sed non eſt ita in Deo. Dũ enim ad Deum transferuntur uocabula, nullo modo ſtatuũ diſcretiua eſſe poſſunt. Si enim ſtatus ad Deum tranſlata diſcernerent, nullo modo ſi Deus eſſet iuſtus, fortis dici potuiſſet. Cum Deus quiddam ſimplex ſit, alium enim ſtatum poneret iuſtus, fortis alium. Dum igitur negauit Dionyſius à Deo prædictam uocabulorum proprietatem, ſtatuumq; diſcretionem attendens: ergo cum dicitur, Deus eſt iuſtitia, uel iuſtus, uel ueritas, &c. quæ de Deo dignè dici poſſunt, nulla fit ſtatuum diſcretio, nec prædicatur qualitas, uel quantitas: ſed ſubſtantia ſupra ſubſtantiam, id eſt hyperuſia. ut idem Boetius eſt dicturus. nulli enim ſtatus in Deo ſunt, quibus diſcerni poſſit ab alijs rebus, ſi alijs dicere poſsim, neq; intelligi poteſt. Vnde Baſilius ſuper Hierarchiã ubi dicit, Deus non eſt uita: dum Deũ inquit, intelligo, intellectus potius accedit ad nihilũ, quàm ad aliquid. i. ad remotionẽ omnium. q.d. Conſiderans Deum, potius intelligo quid non ſit, quàm qd ſit: nec tamẽ dixit ad nihilum, ſed potius ad nihil. Dũ enim cuncta remouentur, intelligitur Deus quoquo modo. ut cũ dicimus, Deus eſt, quod neq; eſt ſol, neq; luna, neq; cœlum, neq; mundus. Quid nõ ſit quidem, ſcimus: quid ſit uerò, non ad plenum intelligimus. & ita quoquo modo datur ſubintelligi. unde Auguſtinus: Quid Deus ſit intelligere nequeo, quid mẽte circundare. ut dum audito hoc nomine homo, rẽ huiuſmodi intelligimus, id eſt mente circundamus: audito hoc nomine Deus, nihil mente circundamus. Non eſt enim hoc nomẽ datum ex aliqua forma, quæ Deũ informet, & à cæteris rebus diſtinguat. Sed ne nimis immoremur, reuertamur ad propoſitum. Infinitas igitur nomen eſt theologiæ negationis. dum enim omnes res à Deo remouemus, & Deũ in obſcuritate ſuę infinitatis intelligimus. Cum igitur infinitum nomen ſit negationis, nihil habet ponere, imò ſi attendatur uis uocabuli, ſecundum hoc quod Deus dicitur infinitus, non poteſt in Deo conſiderari generatio, uel emiſſio, uel proceſsio, ſed tantum omniũ rerum à Deo remotio datur intelligi. Aeternus autem nomẽ eſt theologicæ affirmationis, habetq; aliquid ponere. Cum.n. ęternus ſit, quod cum ſit omniũ terminus, nullus eiuſdem eſt terminus: non coæternus complicat principium, ſed ſimpliciter. Licet igitur pater & filius & ſpiritus ſanctus ſit idem æternum, & ita æternum ſubſtantiæ nomen ſit: tamen quia filius eſt principiũ de principio, æternum autem ſimpliciter complicat principium, attingit hoc nomen æternus perſonam patris, additur infinitas. nã licet pater & filius & ſpiritus ſanctus ſint idem infinitum, tamen cum pater ſit principium non de principio, filius uerò ſit principium de principio, & ſpiritus ſanctus ſit de patre & filio: In patre inquam, eſt auctoritas. ei enim ſoli conuenit ab aliquo non eſſe, redundat infinitas. Sic igitur quoniã æternitas notat principium, infinitas uerò ſine principio, quæ duo ſimul coniuncta perſonam patris exprimunt: ſic inquam per hoc quod dixit, In æterno infinitas, perſonam patris inſinuauit. Bene ad diſtinguendam perſonã filij, dixit Species in imagine. Eſt enim fili' ſimilitudo patris, uſquequaq; expreſſa. Bene etiã per hoc quod dixit Vſus in munere, perſonã ſpiritus ſancti inſinuauit. Cum enim neceſſe ſit perſonas ad ſe referri, ut pater dicitur filij pater, & filius patris filius: neceſſario ut dicit beatus Auguſtinus, ſpiritus ſancti nomen attribui debuit, ſub quo referretur ad patrem & ad filium, à quo ſimilis procedit. Nõ enim poterat dici ſpiritus patris ſpiritus. iam etenim eſſent duo filij. Nec poterat dici, pater ſpiritus pater, uel filius ſpiritus filius, iam enim eſſent duo patres. Datum eſt igitur hoc nomen donum ſpiritui ſancto, ut poſsimus dicere, donum datoris donum: & dator, doni dator. Si igitur per hoc quod dixit in Munere, perſonam inſinuauit ſpiritus ſancti: bene autem addit Vſus, per dona enim ſpiritus ſancti utimur Deo. Sic igitur diſtinguens perſonas, dixit Hilarius, In æterno infinitas, ſpecies in imagine, uſus in munere. His itaq; declaratis, antequam ad ſequentia tranſeamus, cauendum eſt ab Arriana hæreſi. Arrius enim nefariè ſubſtãtiæ diuinæ ueritatem diſtrahens, tres perſonas non eſſe homouſion, ſed homeuſion cõſtituit, id eſt nõ eſſe unius ſubſtantiæ, ſed conſimilis. homo enim unum, uſia ſubſtãtia: home cõſimile interpretatur. & ad hoc probandũ his argumentis uſus eſt. Chriſtus, inquit, uerus Deus eſt, ſed ante ſecula uoluntate patris factus & conſtitutus. & hoc conabatur probare iſto argumento: Pater genuit filium. aut igitur uolens aut nolens, ſed nolẽs non genuit: quia nemo eum cogere potuit. Igitur uolens genuit. ergo ante fuit uolũtas patris, quàm filius: & ita inquit, nõ ſunt eiuſdẽ ſubſtãtię. Si.n. eiuſdẽ ſubſtantiæ & eiuſdẽ uoluntatis, ergo ſi non eiuſdẽ uoluntatis, nec eiuſdem ſubſtantiæ. Huic argumento reſpõdet Auguſtinus. Quęritur, inquit, ab hæretico utrum Deus ſit nolens aut uolens, ut eadem culpa in eundẽ redundet. Si enim uolens, igitur non erit eiuſdẽ ſubſtantiæ cum ſeipſo, ſecundum illum: nolens autẽ non eſt Deus, quia nemo eum cogit. ergo mentitur ille dicens, filium non eiuſdem ſubſtantiæ cum patre. Item Auguſtinus contra Arrium. Nõ conſtat, inquit, quod hæreticus fecit, dum dicit Chriſtum eſſe uerum Deũ. In lege enim quã ipſe accipit, ſcriptũ eſt: Iſrael, Deus tuus, Deus unus eſt. ſed aut hoc dictum eſt de patre, aut de filio, aut de ſpiritu ſancto, aut de duobus, aut de tribus. Si de patre tantum, ergo filius nõ eſt Deus: quod ipſe concedit. Si de filio tantum, ergo pater nõ eſt Deus: quod ipſe non negat. Si de ſpiritu ſancto tãtum, ergo nec pater eſt Deus, nec filius, quod tamen ipſe concedit. Si de patre & de filio tantũ, ſpiritus ſanctus non eſt Deus, quod ipſe affirmat: ergo neceſſe eſt ut tres perſonas unum Deum concedat, cum legẽ teneat, quæ dicit non eſſe niſi unum ſolum Deum, & ipſum eſſe uerum Deum dicat. Item Auguſtinus contra Arrium, contra hoc ſcilicet quod dicit Chriſtũ factum ante tempora, & ita non eſſe coæternum patri. Quæratur inquit, an ex nihilo ſit factus, an ex aliquo. Si ex aliquo, igitur ex patre, cum nihil eſſet niſi pater: ergo eiuſdem naturæ eſt cũ patre. Sicut enim gignit

tes

rea rem eiuſdem naturæ, id eſt homo hominem, leo leonem, bos bouem: ſic Deus neceſſario Deū genuit, eiuſdem prorſus naturæ. Ecce quàm recta fronte contradicit eis Auguſtinus, qui dicunt aliam humanitatē eſſe Socratis, aliam Platonis, & uniuſcuiuſq; hominis eſſe humanitatem ſingularitate eſſentiæ, dū non inueniunt, eandem ſic exponunt, id eſt conſimilem. Non enim facit Auguſtinus contra Arrium, ſed ſicut intelligeret, cum eſſet hæreticus, ſententiam, patrem & filium eſſe homouſion, id eſt conſimilem ſubſtantiæ: q, idem in Deo eſt, quod naturæ. Sed ſi ex nihilo concedit eſſe factum, quæro inquit Auguſtinus, per quē factus. Ipſe enim dicit, hunc Chriſtum dicto præcepto & uoluntate patris tam inuiſibilia quàm uiſibilia ex nullis extantibus feciſſe: ergo cum omnia per filium eſſe facta dicat, & filium factum concedat, neceſſariò filium per ſe factum dicet, qui non erat antequam factus eſſet. Item ſi ante tempus concedat Chriſtum eſſe factum, ergo Chriſtus æternus, cum nihil ante tempus niſi æternum. Si autē aliquod tempus dicat creatum ante ſecula, in quo ſit factus Chriſtus, quod uerò per quem ſit creatum, cū nondum Chriſtus eſſet, per quem omnia eſſe facta concedit. Adhuc Arrius uult probare hoc argumento patrem eſſe alterius ſubſtantiæ quā filium. Pater, inquit, miſit filium, & filius fuit miſſus: ſed alius eſt miſſus, alius mittēs. ergo pater & filius non ſunt eiuſdem ſubſtantiæ. Falſum eſt inquit Auguſtinus, quia homo mittit hominem, cum ſit eiuſdem naturę mittens & miſſus: ſed quia ibi poteſt fieri ſeparatio, transferamus ad ignem. Ignis enim mittit ſplendorem, & eſt tamen eadem ſubſtantia ſplendoris & ignis, nec tamen extendenda eſt ad omnia ſimilitudo. Splēdor enim, qui eſt in pariete, ſi poſſit loqui, nō ueraciter dicit: Vbi ego ſum, & pater meus eſt mecum. Et notandum quòd cum dicit, hominem mittētem & miſſum eſſe eiuſdem naturę, ut ſuprà: ſimiliter eſt contra eos qui dicunt aliam eſſe humanitatem Socratis, & aliam Platonis: non eſt ſic intelligendum ab alia ſingularitate eſſentiæ, ſed potius ab alia, id eſt ab alterata, ut ſuperius diligenter expoſuimus. Item incarnatio filij ad hoc compulit Arrium, maximè ut aliam diceret eſſe ſubſtantiam patris, aliam filij. Putauit enim hæreticus, quòd ſi una & ſimplex eſſet ſubſtantia trium perſonarum, conſtat filium eſſe incarnatum: quia nō ſine ſubſtantia diuina neceſſe eſſet ſubſtantiam patris & filij & ſpiritus ſancti incarnari. & propter hoc ſubſtantiam, quæ pater eſt, & ſic tres perſonas eſſe incarnatas, deceptus fuit hæreticus. Aliter ſentit fides catholica. confitetur enim unam & indiuiſam eſſe ſubſtantiam trium perſonarum, & tamē filium ſic incarnatum, quòd non patrem uel ſpiritum ſanctum, cum tamen indiuiſæ ſint perſonæ: & ubi filius, ibi & pater & ſpiritus ſanctus. quod quomodo ſit, ſciri non poteſt, ſed aliquantum per quādam ſimilitudinem poteſt dari ſubintelligi per tria pronomina, ſcilicet hoc, & id & idem. Cum enim dico hoc, demonſtro de quo uelim loqui ſimpliciter, ſic ſcilicet quòd nō noto per hoc præceſſiſſe loquutionem cum aliquo: ut autem profero id, per id loquor de eadem ſubſtantia, qua & ante, ſic tamen pendet loquutio ex præcedentibus. Cum enim id dicatur in reſpectu, ſemper trahit ſecum id ad quod refertur: dum autem poſtea profero idem, de eadem ſubſtantia noto fieri loquutionem. ſic quod æqualiter refertur idem ad id, & ad hoc. Hoc ergo exprimit perſonam patris, quia ſicut hoc non oſtendit pendere loquutionem ex præcedenti, cum faciat primam cognitionem: ſic pater à ſe ipſo eſt, non ab alio. Id autem filio cōuenit, quia ſic de eadem ſubſtantia fit loquutio, per id de qua & per hoc, non tamen ſimpliciter. Id enim trahit hoc, cum ad ipſum referatur: ſic filius eiuſdem ſubſtantię eſt cū patre, & ad eum habet referri, à quo & habet eſſe. Idē uerò ad minus retinet proprietatem ſpiritus ſancti, quia ſicut per idem eiuſdē ſubſtantiæ prorſus fit loquutio, de qua per id & per hoc: tamen non ſimpliciter trahit id ad hoc, cum ad ea referatur æqualiter: ſic ſpiritus ſanctus eiuſdem prorſus ſubſtantiæ eſt, & eadem ſubſtantia cum patre & filio, nec habet eſſe à ſe: ſed æqualiter procedit à patre & filio, & æqualiter refertur ad utrumq;. Nunc igitur omnino enitentes inueſtigemus, ſi fieri poſſit, qualicūq; ſimilitudine uerbi incarnationem. Prolato igitur hoc, mens concipit hoc, ſed nihil aliud niſi tantummodo hoc. ſed poſtea prolato id, mens concipit id: ſed non ſine hoc. id enim trahit hoc ſecum, cum ad illud refertur. nec tamē cōcipit hoc & hoc, ſic quod cum eadem ſubſtantia ſit loquutio per utrūq; pronomen. Sic ſi liceat minima maximis comparare, Virgo concepit filium, ſed non ſine patre, uel ſpiritu ſancto: nec tamen concepit patrem, uel ſpiritum ſanctum, ſed manente una & indiuiſibili ſubſtantia trium. Et nota quòd cum dixi, Virgo cōcepit filium, ſed non ſine patre: non retuli Sine ad Cōcipit. ſic enim concipit filiū, quod non patrem uel ſpiritum ſanctum, ſed potius retuli Sine ad filium, qui ab æterno in patre, & pater in ipſo eſt. Item aliam conſtituit hæreſim Arrius. Dicit enim filium tantummodo aſſumpſiſſe ſpiritum, non animā. & hoc putat Euāgeliſtam ſonuiſſe cum dixit: Verbū caro factum eſt. non enim dixit, factum eſt anima. illudq; ita exponit: Pater, in manus tuas cōmendo ſpiritum meum, id eſt diuinitatem. Sed cōtra hoc Auguſtinus: Quæro, inquit, quod exponat, quod idem Chriſtus dicit, Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Et illud: Poteſtatem habeo ponēdi animam meam, & iterum ſumendi eam. Et illud: Non derelinques animam meam in inferno. Quomodo enim diuinitas poteſt cōtriſtari? Aut quomodo ſeipſum potuit Deus ponere? Aut quomodo in inferno derelinquere, niſi ſicut eſt in omnibus per eſſentiam? Nullomodo. Auctoritas autē illa Euangeliſtæ intelligenda eſt ſic. Partem etenim pro toto poſuit per ſynecdochen. id eſt, carnē pro homine. Mentitus eſt igitur Arrius, qui Chriſtum tantum carnē aſſumpſiſſe, & Chriſtum nō eſſe coæternum Deo patri, nec eiuſdem ſubſtantiæ cū patre aſſeruit: & quia nefarie trium perſonarum ſimplicitatem eſſentiæ diſtraxit, idcirco dum ad Conſtantinū iret, uolens more ſolito ſuam intimare hæreſim, diuertit ad conſueta naturæ, ibiq; diruta ſunt eius uiſcera iuſtæ damnationē. Conſtantinus quoq; in hanc lapſus hæreſim, uitam terminaſſe dicitur. Nunc uerò ſalua unitate diuinæ ſubſtantiæ ad inquiſitiones, ubi poſſet latēre uenenū, nos transferamus. Quare ergo à perſona ponat aliquid cōmune in tribus perſonis eſſe, quod unaquęq; eſt perſona. Ad hoc dicimus, quòd nihil ponit cōmune, hoc nomen perſona, in tribus perſona, eo quòd datum eſt à perſonali diſtinctione, non à ſubiecta unione. Ex hoc enim quòd dicitur perſona, magis diſtinguitur à filio, quàm oſtendatur habere aliquid cōmune cum filio: ſed hic ab altiori ordiendum eſt. Vocabulorum enim quæ de bono dicuntur, alia dicuntur ſecundum relationem, alia denotant relationem inter perſonas, alia Dei ad creaturas. Inter perſonas, ut pater, filius, donum, conſilia ad creaturas: ut Dominus, creator, principium. Vt autem ait Auguſtinus in libro de Trinitate, non ante fuit Dominus, quàm eius eſſet ſeruus. Itaq; temporaliter cœpit eſſe Dominus, quàm creatura in tempore facta cœpit ei ſubſeruire. Similiter cœpit Deus creator ex tempore eſſe, ex quo fecit creaturas. non enim creauit eas, nec creatori ſunt coæternæ. Quod autem aliqua temporaliter dicantur de Deo, & ſine mutatione, oſtendit Auguſtinus per ſimilitudinem rei, qua incipit eſſe preciū ſine ſui mutatione, in quarto de Trinitate. Nummus inquit, cum dicitur precium, relatiuè dicitur, nec tamen mutatus eſt cum cœperit eſſe precium, neq; cū dicitur pignus, & ſi qua ſimilia. Si ergo nūmus nulla ſui mutatione poteſt relatiuè dici, quanto facilius de incōmutabili ſubſtātia Dei accipiendū eſt, ut quam-

uis tẽporaliter incipiat dici, nõ tamen ſubſtantiæ Dei aliquid accidiſſe dicatur, uel intelligatur, ſed illi creaturæ ad quã dicitur. Quod autẽ incipit tẽporaliter dici, q᷑ ante nõ dicebatur, manifeſtum eſt relatiuè dici. ſecundũ non accidens, q᷑ ei aliquid acciderit: ſed ſecũdũ accidẽs eius ad q᷑ dicitur. Pater igitur q᷑ ex tẽpore Deus eſt, Dñs & creator, & tamẽ uerũ eſt, Dñs omniũ eſt ab æterno, creator eſt ab æterno: ſed nõ ab æterno Dñs uel creator. Non debet mirũ uideri, q᷑ aliquid ei cõpetere ex tẽpore dicitur. Nãq; aſſumpſiſſe carnẽ, ex tẽpore conuenit filio Dei, & etiã hoc nomẽ Chriſtus: Chriſtus tamẽ ab æterno. Sic igitur hæc nomina quæ ex tẽpore conueniunt Deo, ad creaturas pernotãt relationẽ: q᷑ dico generaliter, q᷑ nomẽ denotans relationẽ ad creaturas, per ſe prolatum nõ facit perſonalem diſtinctionẽ, ſed potius unitatẽ eſſentiæ deſignat. Vnde nõ poteſt ſubintrare ipſum nomen pluralitas, ſed in ſingulari numero dicitur de trib. perſonis, ut pater & filius & ſpiritus ſanctus: nõ tres dñi, uel tres creatores, ſed hi tres unus Dñs, unus creator, unũ principiũ. Dicunt tamẽ quidã, q᷑ prædicta tria nominã modo relationẽ notant, modo ſubſtantiã. Quod autẽ Dñs nomen ſit eſſentiæ, uolunt habere ex illo loco: Qui aſcendit ſuper occaſum, Dñs nomen illi & expoſitores, nomen ſcilicet eſſentiale. ſic etiã q᷑ principium ſit nomẽ datũ ex unione ſubſtãtiæ, uolunt habere, ex illo loco Iohãnis: Principiũ qui & loquor uobis. ibi. n. expoſitor dicit, q᷑ ipſum eſſe principiũ eſt idẽ q᷑ ipſum eſſe: dicunt itẽ q᷑ creator dicit᷑ actu, & creator natura. Creator actu, habet eſſe ex tẽpore, & notat relationem ad creaturas. Creator naturæ. i. habens potentiã creandi habet eſſe ab æterno, & ſic eſt nomen ſubſtãtiæ. Alioquin ſi res nõ eſſent, nec ſpiritus ſanctus eſſet principiũ. Pater quidẽ filij, & ſpiritus ſancti, filius ſpiritus, ſcilicet ab æterno eſt principiũ, ſed ſpirit⁹ ſanctus nullius eſſet principiũ. Sed nota q᷑ licet principiũ abſolutè poſitum deſignat relationẽ ad creaturas, tamen ex adiuncto facit diſtinctionẽ perſonalẽ: ut cũ dico principiũ non de principio, perſonã patris ex primo: dum principiũ de principio, perſonã filij: dum principiũ de patre & filio, perſonã ſpiritus ſanctus. propter hoc ergo nõ ualet illud argumẽtũ: Pater eſt principiũ nõ de principio, filius eſt principiũ de primo: ſed primũ nõ de primo, non eſt principiũ de primo. Igitur pater & filius nõ ſunt idẽ principiũ, uel igitur ſunt duo principia. primũ. n. quod ex adiuncto facit perſonalẽ diſtinctionẽ, prolatũ, licet dicatur in reſpectu ad creaturas, tamen ſubſtantiæ unitatẽ declarat: per ſimile autẽ poteſt falſificari. Pater eſt Deus nõ de Deo, filius eſt De⁹ de Deo: ſed Deus nõ de Deo, nõ eſt Deus de Deo. igitur pater & filius nõ ſunt idẽ Deus, uel ergo ſunt duo dij. & hoc quoq; eadẽ ratione falſum, qua & præmiſſum. Deus. n. licet ſit nomen ſubſtãtiæ, tamẽ ex adiuncto, ſcilicet nõ de Deo pſonã patris notat. Cũ ſcilicet de Deo perſonã filij. Sequitur. Cum tres perſonæ ſint unũ principiũ, an ſint principiũ ſine principio: & de patre conſtat, quod ipſe eſt & principiũ, nõ de principio. Quærendũ eſt igitur, an filius & ſpiritus ſanctus ſint principium ſine principio. & dico, quoniã duplex eſt quæſtio. Si. n. hic ſit ſenſus, Filius eſt principiũ ſine principio. i. ita eſt & principium, quod nunquã incœpit, uerum eſt. Si ergo talis ſit ſenſus, & principiũ ſine principio. i. principiũ nõ de principio. eſt uerum non tunc eſſet pater. hoc idẽ dico de ſpiritu ſancto, de quo etiã quæritur, an ſit principiũ de principio. ſed hoc nec affirmamus nec negamus. Non affirmamus, ne uideamur perſonas cõfundere: quia iã uſus terrenſis prædictã, ut horum cõpluratione ad deſignandã filij perſonã. Nõ negamus, ne uideamur ſonare ſpiritum ſanctũ à nullo procedere, & maximè quia neutrũ in auctoritate inuenimus. Sic ergo habeatur de nominib. ſignificantib. relationẽ ad creaturas. Nomina autẽ deſignantis relationẽ unius perſonę ad aliã, ſemper faciũt perſonalem diſtinctionẽ: ut pater, & huiuſmodi. Nominum uerò quæ dicuntur ſecundũ ſubſtantiã. i. ſecundum ſe: id eſt, nõ in reſpectu, alia ſunt data, ex ſubſtantiæ unione: alia ex diſtinctione perſonali. Ex identitate, ut Deus iuſtus, omnipotẽs: & hoc nõ ſubintrat pluralitas. Ex diſtinctione, ut perſona. Ex hoc. n. q᷑ pater diſtinctus eſt quadã ꝓprietate à filio, & filius à patre, habet dici pater & eſſe perſona, & filius alia perſona. Quod autẽ Auguſtinus dicit, Perſona dicitur à ſe: ſic intelligendũ eſt. i. non dicitur in reſpectu. non. n. ideo dicitur dici à ſe, q᷑ ſit datum ex identitate eſſentiæ. Sed dicit aliquis: Etſi nunquã pater eſſet pater, nec filius eſſet filius quod tamen impoſſibile eſt: nec tamẽ minus eſſet pater perſona, uel filius, quod in naturalibus patet. Sicut Adã in Paradiſo nec pater erat nec filius, niſi dicatur filius Dei creatione, & tamẽ tunc erat perſona: non uidetur ergo hoc nomen Perſona ex aliqua diſtinctione patri uel filio conuenire. Ad hoc dico, q᷑ licet nec pater nec filius eſſet Adã, habebat tamen eſſe perſona ex diſtinctione. Inde nãq; dicit᷑ perſona, quaſi per ſe una, cũ ſit rationalis, cũ diſtincta & diſcreta ab omni alia re. Sic ergo hoc nomẽ perſona datũ ex perſonali diſtinctione, & ſonat hoc, ſcilicet habens perſonalẽ diſtinctionẽ. Quidã tamen dicunt, q᷑ in ſingulari numero nomẽ eſt eſſentiæ, & ponit aliquid cõmune in trib. perſonis ſicut Deus. Cũ. n. pater eſt perſona, & filius eſt perſona, nõ aliud dixi de patre, aliud de filio: ſed ſi addatur alia, ut ſi dicatur, Pater eſt alia perſona à filio: uel ſpiritu ſancto, eſt tertia perſona: uel in plurali dicatur, Pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt tres perſonę, iã faciet pluralẽ diſtinctionẽ. Itẽ ut dicit Auguſtinus, Hoc ſolum nomẽ eſt, q᷑ cum ſecundũ ſe dicatur, de ſingulis perſonis, nõ ſingulariter accipitur in ſumma, ſed pluraliter: & eſt inuentũ, ut dicit Auguſtinus, hoc nomẽ perſona, ut cũ quæreret᷑ quid tres, uel quid tria, uno nomine reſpõdeat᷑, ſcilicet tres perſonæ, præter prædicta eſt unũ ſolum nomẽ, ſcilicet trinitas, q᷑ de nulla perſona ſingillatim dicit᷑: ſed ſimiliter de omnib. nunc eſt ſubſtantiale, ſed pluralitatẽ deſignat. & nota q᷑ cũ dixi hoc nomen Deus, & cõſimilia ponere aliquid cõmune in trib. perſonis: abuſus ſum hoc nomine cõmune, nõ tamẽ ſine auctoritate. Dicit. n. Fulgẽtius adſerre diaconũ q᷑ plura ſunt trib. perſonis cõmonia, quędã uerò propria. cõmunia, ut Deum eſſe ſapientẽ, iuſtum, pium: ſed & ipſe Fulgẽtius abuſus eſt hoc nomine, q᷑ eſt cõmune. Quod. n. hoc nomẽ cõmune dicitur trib. perſonis, ſic eſt intelligendũ. i. nõ eſt datũ ex perſonali diſtinctione, ſed ex ſubſtantiæ unitate. Aliter. n. eſt falſum. Si. n. attendatur propria uis uocabuli, nihil prorſus trib. pſonis cõmune eſt. Si. n. aliquid cõmune eſt eis, aut igitur ſubſtãtiale, aut accidentale, q᷑ in Deo nullatenus cõſiderari poteſt. Itẽ ſi Deum eſſe trib. perſonis eſt cõmune, ergo illo participãt, ſed nec pater, nec filius, nec ſpiritus ſanctus Deus eſt participatione deitatis, imò tantũ natura: nihil igitur trib. pſonis eſt cõmune, ſi uis uocabuli attẽdatur. At dicit aliquis: Nunqd Deus eſt à deitate Deus? Nunquid Deus eſt à bonitate bonus? Cõcedo. Ergo bonitas eſt aliquid. unde Deus eſt bonus, q᷑ nõ eſt Deus: falſum eſt. Ab hoc loco emerſit eorũ hæreſis, qui negarunt bonitatem, ſapientiam, deitatem eſſe Deũ: ita quod illa ponatur ex parte, ſcilicet niſi ita intelligat᷑, deitas eſt Deus, id eſt illa q eſt deitas eſt Deus, ut ſemper redundent illa uocabula ex parte parti: decepti ſunt in hoc Ario conſentientes, illud quod eſt in creaturis, in creatore attendentes. Dũ enim dicitur, Deus eſt bonus à bonitate, uel eſt homo ab humanitate, tũc appoſitio ſub qua latet uenenum, conſignificat cauſam & participationem. Dum uerò dicitur Deus eſt à deitate, Deus uel bonus à bonitate: tunc propoſitio nõ ſignificat cauſam, uel participationẽ, ut ipſi Samiartiani ſenſerunt, imò ſignificat eſſentiã. & eſt talis ſenſus: Deus eſt Deus à deitate. i. ita eſt Deus, q᷑ eſt ipſa deitas. Sicut unitas, eſt unitas una, & bonitas eſt bona: & ſic per ſingula attendẽdum eſt, quæ hoc modo

de

Digitized by Google

de Deo dicuntur. Omnes.n. hæ conſtructiones, Deus eſt à deitate, & tres perſonę ſunt unius eſſentię, unius naturæ & cæteræ huiuſmodi, ſunt intranſitiuè: ſicut in Remenſi concilio ſancitum eſt, ut hoc quæſiuit archiepiſcopus ab illo qui dux eſt illorũ, qui huiuſmodi conſtructiones fotraſsis eſſe tranſitiuas ſentiebat: & quætendũ eſt adhoc ab illa ſecta, quid ſibi uelit cũ dicit, Nihil q; ſit Chriſti, eſt adorandũ: quia ſi uelint dicere poſſeſsio uel pars Chriſti, uerum dicunt. ſi aũt uelint dicere diuinitas, quæ eſt naturæ Chriſti, nõ eſt adoranda, damnabile eſt. Tunc.n. intranſitiua eſt conſtructio, & eſt ſenſus, Natura triũ perſonarũ .i. natura quæ eſt tres perſonæ, natura filij, uel Chriſti natura, quæ eſt filius uel Chriſtus. Itẽ dicet aliquis, Pater, filius, ſpiritus ſanctus, ſunt una deitas, unus Deus, ſunt ne idem? Quia ſi idẽ, ergo aut genere, aut ſpecie, aut numero. Sicut.n. quæcunq; ſunt, differũt, genere, uel ſpecie, uel numero, habẽt differre: ſic quæcunq; ſunt idẽ genere, aut ſpecie, aut numero, ſunt idẽ. Ad hoc dicim⁹, q; tres perſonæ non ſunt idẽ genere, nõ ſpecie. nihil.n. eis eſt ſubſtantiale, nõ concedimus idẽ eſſe numero, ne incidamus in Sabellianẽ hæreſim. Si.n. idẽ ſunt numero, neceſſariò ille idẽ Deus q eſt pater eſt filius: ſicut ille idẽ qui eſt Tullius eſt Cicero, & ita erit perſonarũ cõfuſio. Dicimus igitur illã dictionem eſſentiẽdi idem, eſſe datã in naturalib. nunc eſſe transferendã ad diuina: ſic etiã dicim⁹ tres perſonas nõ differre, ſi propriè differre accipiatur. non.n. differunt genere uel ſpecie, quoniã non participant contrarijs qualitatib. Iterum numero non differunt, ſi proprietas uocabuli attendatur. differre.n. numero, eſt in logica differre pluralitate accidentiũ, quæ in Deo nullatenus excogitare poſſunt. Nulla igitur differẽtia eſt in trib. perſonis, & hoc eſt q; dicit Boetius, Cuius cõiunctionis ratio eſt indifferẽtia. Sed dicet aliquis: Alia eſt perſona patris à perſona filij, & alia perſona ſpiritus ſancti: ergo tres perſonæ differunt. Falſum eſt, alia nãq; non eſt ibi nomen differẽtiæ, imò negationis. & eſt talis ſenſus: Alia eſt perſona patris, alia perſona filij, & alia pſona ſpiritus ſancti .i. perſona patris, nõ eſt perſona filij, uel ſpiritus ſancti: & ut omnino poſsim⁹ nobis cauere loquutionib. interrogantib. utrum tres perſonæ differãt, ſic diſtinguendum eſt, ut ſit hic ſenſus. Differunt .i. diſtinguuntur uel diſtant uerum eſt: ſi uerò ſit ſenſus, Differunt .i. cõtrarijs qualitatib. participant, falſum eſt. Itẽ ſi interroget quis, diſtant numero .i. pluralitate accidẽtiũ (ſic.n. dicit in Logica) falſum eſt: ſi uerò dicas, Diſtant numero .i. numeroſitate; ſic ſcilicet q; poteſt dici de patre, eſt una pſona, de filio q; ſit alia, de ſpiritu ſancto q; ſit tertia perſona, uerũ eſt. Vnus Deus igitur pater & filius & ſpiritus ſanctus, & pater & filius & ſpiritus ſanctus, unus Deus. ſed hic cauẽdũ eſt. Dicẽti.n. Pater eſt Deus, cõcedimus . idẽ Deus eſt filius, hoc eſt diſtinguendũ. Si.n. hoc totum ſupponatur, idẽ Deus, nõ eſt concedendũ, ne incidamus in Sabellianã hæreſim. idẽ.n. ad patrẽ refertur. Sicut.n. cum dicimus, Homo currit, idẽ diſputat: idẽ refertur ad hominẽ, ut de eo præceſsit loquutio. & eſt talis ſenſus: Idem homo currens diſputat, ſicut cõ dicitur, Pater eſt Deus, idem Deus eſt filius neceſſariò: ſi hoc totũ ſupponatur, Idẽ Deus. idẽ refertur ad Deũ, ut de eo præceſsit loquutio. Et eſt talis ſenſus: Deus pater eſt Deus filius, q; Sabelliani dicunt. Sic igitur diſtinguendũ eſt, Pater eſt Deus, idẽ Deus eſt filius: ſi hoc totũ, ſcilicet idẽ Deus ſupponatur, falſum eſt. Si uerò idẽ nõ ſupponatur: ſed prędicetur de Deo, & filius de Deo. ut ſit talis ſenſus, Pater eſt Deus, Deus eſt idẽ filius .i. Deus filius eſt, idẽ Deus cum patre, uerũ eſt. Aliter eſt falſum. Deus.n. pater nõ eſt idẽ Deus, q; filius, licet idẽ Deus cum filio, q; bene reſtatur illa gloſſula ſuper Iohannẽ, quæ dicit cui⁹ Dei? Ac ſi diceret Dei patris, ac Dei filij, ac Dei ſpiritus ſancti, & ut prorſus diſtinguantur tres perſonæ, in eadẽ eſſentia. ita dicẽdum eſt, Pater eſt Deus . alius idẽ Deus eſt filius, ut perſonalis proprietas per idem Deus eſſentiæ ſimplicitas inſinuetur. Quæritur iterũ, utrum natura trium perſonarũ ſit adoranda, & utrum cũ perſonæ ſint eiuſdẽ naturæ, liceat dicere tres perſonæ ſunt una natura. Semiarrieni dicunt tres perſonas eſſe una nature, utẽtes ablatiuo, uel per unã naturã: & ita dicunt patrẽ non eſſe naturã, & Deum non eſſe naturã. Natura.n. nomẽ eſt abſtractionis, & ſic in natura lib. tria ſunt: ſcilicet nomẽ perſonę, quæ quodãmodo habet ſubeſſe, & nomen unionis, & nomen naturæ, quę quodãmodo habet ſupereſſe, ut Socrates, homo, humanitas: ſic in Deo perſona, De⁹ & natura. & ſicut nomen unionis, pater de nomine perſonæ: nomen uero naturæ, nõ de nomine perſonæ. dicimus.n. Socrates eſt homo, nõ tamen dicimus Socrates eſt humanitas: ſic Deus de perſona pater, nõ tamẽ natura de perſona, ut dicamus pater eſt Deus, nõ tamẽ pater eſt natura, uel Deus eſt natura, utẽtes nominatiuo. Sic etiã dicũt naturã diuinã non eſſe adorãdã, ſed Deum eſſe adorãdũ, & perſonã. Sic igitur dicunt q; nihil Chriſti eſt adorandũ .i. nulla natura nec diuina ſcilicet nec humana: & hoc nolũt habere ex auctoritate beati Auguſtini, ubi dicit, Natura nõ aſſumpſit naturã, ſed perſona. adorãdũ eſt igitur, inquiunt, qui aſſumpſit, ſcilicet perſona: nõ qui nõ aſſumpſit .i. natura. Sed aut tres pſonæ, ſint una natura nec ne, hoc explicabimus prius, oſtendendo ſi ſit concedendũ, Natura eſt adoranda. Dicimus igitur q; natura nomẽ eſt abſtractionis, q; licet translatũ ad Deum nullã ſignificet abſtractionẽ: tamen ſemper hoc nomen natura prolatũ, abſtractionẽ dat intelligere ex prima inuentione, ſed abſtractio naturæ trib. perſonis nulla eſt. Igitur ſimplici quærenti, eſt natura diuina adoranda? Dicã ita: Et qui negat, hæreticus eſt, eo quòd hoc nomẽ natura ad Deũ tranſlatũ nũ ſignificet abſtractionẽ. Sapienti uerò hoc idem quærenti, poſtquã peruentũ eſt ad colloquutionẽ, dico ut ſola dictionis proprietas negetur, nõ eſt adoranda, eo quòd ſemp dat intelligere abſtractionẽ hoc nomen naturæ: ut uerò ſenſus & rei ueritas attẽdatur, affirmo eſſe adorandã. Sicut.n. de eo qui aquã biberit, negamus q; biberit ſubſtantiã, nũ rei ueritatẽ negantes, ſed ita dictionis proprietatẽ: ſic ſapienti quærenti natura diuina ſit adorãda, ut ſola dictionis ꝓprietas, nõ rei ueritas negetur, dicimus nõ: ut ſola rei ueritas, nõ dictionis ꝓprietas affirmet, dicimus, ita. Et quare hoc? Vt ſcilicet obſeruetur dictiõis ꝓprietas, nec fiat naturę à trib. perſonis abſtractio. duo.n. in diſputatione attẽdũtur, ſcilicet & dictionis ꝓprietas, & rei ueritas: ad hoc aũt ut ſubſit ueritas loquutiõi, tria ſunt neceſſaria: ſcilicet res & loquutio, & opinio. & ſi loquutio & opinio affuerint, ueritas ineſt loquutioni, etiã ſi tertiũ deſit, ſcilicet res . & ſi.n. nõ ita ſit in re ut dicit, tamen ſi opinetur proferens, uerũ dicitur nõ mẽtitur, ſed eſt uerax. Mentiri.n. eſt contra conſcientiã loqui. Quare ſi deſit opinio, & ſi alia duo affuerint, ſcilicet res & loquutio, tamẽ mẽtitur proferens dicẽdo, Nãq; &c. Vera ꝓpoſitiõe mẽtitur aliquis quãdoq;, quia cõtra conſcientiã loquitur, ſic extra falſam propoſitionẽ proferẽdo nõ mentitur, cũ ſic ſentiat eſſe, ut affirmat. Dom.n. Iudæus dicebat de Chriſto, Tu es rex Iudæorũ: licet uerũ diceret, tamẽ mentiebatur, eo q; aberat opinio: nec tamẽ mendaciũ dicebat, quia ad hoc eſſet neceſſe ut falſum diceret, cũ mẽdaciũ ſit falſa ſignificatio uocis, cũ intẽtione fallendi. Quare omnis qui dicit mẽdaciũ, mẽtitur: ſed nõ omnis qui mẽtitur, dicit mẽdaciũ, ſicut patet in præmiſſo exemplo. Sicut ergo cũ Iudęus dicit Chriſto, Tu es rex Iudæorũ: adeſt quidẽ dictionis proprietas, & uerũ eſt q; dicit, deeſt tamen intentionis ueritas . ſic extra cum dicitur natura eſt adoranda, abeſt diſtinctionis proprietas, & tamẽ ſubeſt rei ueritas & intentionis. Attendens igitur Auguſtinus dictionis proprietatẽ ſolam, & nõ rei ueritatẽ, dixit: Natura non aſſumpſit naturã. non negans ueritatem rei, ſed dictionis proprietatem, licet aliæ cauſæ inueniãtur quare dixit, ſcilicet propter quoſdã hæretiens.

tiens.

eicos,qui dicebant naturã naturę immixtam. Verũtamen nec uidi nec inueni aliquem qui auderet profiteri ſe uidiſſe præmiſſam auctoritatẽ in Auguſtino. Notes q, cũ dicitur Deus eſt nomẽ naturæ,& nõ perſonæ, iſti genitiui nõ cõſignificant poſſeſſorẽ, ſed creaturã. Nõ.n.negat quin ſimiliter nominat hoc nomẽ Deus perſona,ſicut natura:imò cauſalis eſt ſenſus, Deus eſt nomẽ datum ex ſubſtantiæ unione, non autẽ ex perſonali diſtinctione. Expedito utrum ſit concedendũ naturæ eſt adoranda, reſtat inquirendum utrum cum tres perſonæ ſint eiuſdem naturæ, ſit concedendũ q, tres perſonæ ſint una natura:ſicut conceditur per genitiuum, ita ſit concedendum per nominatiuum. Sed ſatis declarat hoc Auguſtinus in libro de Trinitate: Tres perſonas inquit, eiuſdem eſſentiæ dicimus, uel tres perſonas eandem eſſentiam dicimus:non autem ex eadẽ eſſentia, quaſi aliud ſit natura aliud perſona. Ecce quomodo Auguſtinus ne hoc q, tres perſonę dicuntur eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, uideretur excludere, q, diceretur eadem ſubſtantia:adiunxit, Vel tres perſonas eandem eſſentiam dicimus. Iuxta Auguſtinum igitur dicimus, q, tres perſonę ſunt eiuſdẽ naturæ, & quod tres perſonæ ſunt una natura,utentes nominatiuo.hoc etiã cõtradicenti probamus hoc modo:Tres perſonæ ſunt eiuſdẽ naturæ, & nõ participatione:igitur tres perſonę ſunt una natura. Et tamẽ non dicitur, tres perſonæ ſunt eiuſdẽ naturę,obſeruatur dictionis proprietas,eo ſcilicet quia nomina natura & perſona, tranſlatiua ſunt ab iſtis rebus ad Deum. In iſtis rebus autẽ quia natura nomen eſt abſtractionis, & habet ſuper eſſe, perſona uerò ſubeſſe: ideo autẽ dicimus alicuius eſſe naturę,non tamen aliqua natura. Dũ igitur dicimus tres perſonas eſſe eiuſdem naturæ, & obſeruatur dictionis proprietas, & rei ueritas:dũ uerò tres perſonas eandem dicimus naturã, quia natura nomẽ eſt abſtractionis, licet in Deo nulla ſit abſtractio, non obſeruamus dictionis proprietatem, ſed rei ueritatẽ, & nota nõ eſſe concedendum, patrẽ & filium eſſe de eadẽ eſſentia,ſcilicet eiuſdẽ eſſentię. filius enim eſt de eſſentia patris,pater uerò de nulla. Iam enim eſſet genitus uel procedens. Quęritur iterum,utrum cũ pater ſit natura,& filius eiuſdẽ natura,& ſpiritus ſanctus ſit eadem natura,& econuerſo: utrum inquam,ſit concedendum natura genuit naturã, uel natura perſonam, uel perſona naturã. Ad hoc dico,quoniam nullũ iſtorum affirmo uel nego,quia errorem poſſent hæc uerba inducere. Iam enim uideretur quod idẽ genuerũt ſe. Vtrumq; enim eſſet natura nomen eſſentiæ: quare enim eſſet magis nomen perſonæ cum dicitur, Natura genuit,quàm cum dicitur,natura eſt pater. Sed nullus catholicus negat,quin de eodẽ loquatur,cũ dico diuinitas eſt pater,diuinitas eſt filius: de nullo autẽ hoc uerum eſt,niſi de diuina eſſentia. Quare non poſſet falſificari illud argumentum etiã, Deus genuit Deũ. hic enim Deus perſonã notat.nõ nego,ne uideat diuerſificari naturã in tribus perſonis ſonare, ſcilicet q, alia ſit natura filij,alia natura patris. Sed cum dico,diuinitas eſt pater:per hoc nomẽ loquor de diuina natura. Sed etiã cum dico, diuinitas eſt filius:cum diuinæ naturæ ergo attribuã eſſe patrẽ & eſſe filium,quare eidem nõ attribuã habere filium uel patrẽ, aut etiã genitũ eſſe, aut genitură eſſe? Videtur nãq; idem eſſe habere filiũ, & eſſe habere patrẽ,ſed forſitan non prorſus idem. Licet ſit uerũ,quiſquis eſt pater,habet filium,uel genuit: non tamẽ quicquid,ut ſcilicet per neutrum fiat cõprehenſio. uniuerſitati enim perſonę cõuenit gignere,nõ naturæ,tamẽ non aſſertiuè protuli,ſed ſub quęſtione, ſub cõditione tamẽ omnia prædicta cõcederẽ. Ille.n. qui eſt natura perſona, genuit illũ q eſt uel natura uel perſona. Item quæritur,quomodo tres perſonæ dicũtur unus Deus,an ſcilicet unus ab unione,an unus ab unitate. ſic enim dicitur unus in logica. Ad hoc dicimus,q, nõ unus ab unione,ſicut ſpecies uel genus dicitur: non enim Deus unit plura, quæ eo participant ſubſtantialiter,uel accidentaliter:nõ enim tres perſonę ſunt unus Deus participatiõe,ſed quomodo unus? Nunquid ſingularitate?ut ſit unus Deus.i.ſingularis. abſit.hoc enim tenet Sabelliana hæreſis. Si enim eſt ſingularis Deus,iam una perſona eſt tantũ Deus. Cõtra quod eſt Auguſtinus in libro Quæſtionũ ueteris & nouæ legis. Non eſt,inquit,ſingularis Deus,ſed unus Deus. Quomodo igitur unus? Identitate eſſentię uel ſubſtantiæ. Item quærenti,pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt unus ſolus Deus: ita eſt diſtinguendum, Si ſolus remoueat diſtinctionem perſonarum, ut hoc totũ ſcilicet unus ſolus Deus, id eſt ſunt Deus pater,& non Deus filius,uel Deus filius, & non Deus ſpiritus ſanctus:uel ſunt Deus filius,uel ſunt Deus ſpiritus ſanctus. Falſum eſt. hoc.n.ſentit Sabelliana hęreſis. Si aũt ſolus remoueat pluralitatẽ Deorũ, ut Deus prædicet de tribus perſonis, unus uerò & ſolus prędicentur de Deo. & ſit talis ſenſus:Pater & filius,& ſpiritus ſanctus ſunt unus ſolus Deus, id eſt ſunt Deus, & ita quod non plures dij, ſed unus ſolus:uerum eſt. Itẽ ſi dicatur ita, ecõuerſo unus ſolus pater eſt Deus, eſt filius,eſt ſpiritus ſanctus: falſum eſt,niſi Deus tantum ſubijciatur. unus uerò & ſolus de Deo prædicentur,ſicut ſuperius diximus,Deus pater eſt Deus,idem Deus eſt filius. aliter falſum eſt. Si enim hoc totum,ſcilicet unus ſolus Deus ſubijciatur,falſum eſt. hic enim ſenſus : Deus pater, eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus:uel Deus filius eſt pater & filius, & ſpiritus ſanctus:uel Deus ſpiritus ſanctus,eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus. Ad maiorem ergo diſtinctionẽ ſic dicendum eſt,Non unus ſolus Deus (ut hoc totum ſupponatur)eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus,nõ tres dij ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus:ſed tres unus ſolus Deus, ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus,ut ſit perſonarum diſtinctio, per unũ ſolum Deũ eſſentiæ ſimplicitas obſeruetur. Itẽ dicenti, unus eſt Deus,qui eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus:diſtinguendũ eſt ita, Si qui faciat perſonalem relationem, falſum eſt:ſi uerò ad ſubſtantię ſimplicitatẽ referatur,uerũ eſt. Sed nunc prodeamus, Illa perſona quæ eſt filius, facta eſt homo:ſed eſſe hominẽ,eſt eſſe aliquid:ergo illa perſona quæ eſt filius,eſt facta aliquid,q, non eſt ab ęterno. Ergo illa perſona facta eſt, & aliqd q, eſt perſona, aut quod non eſt perſona,falſum eſt. Sed hic dicendũ eſt, quot modis aliquid dicatur fieri. quinq; nãq; modis dicitur aliquid fieri:aut transformatione ſubſtantiæ fit aliquid, aut trãſumptione, aut partiũ cõiunctione, aut participatiõe:ſed multipliciter,aut unione,& hoc multipliciter. Transformatione ſubſtantię duob. modis:uel mutatione materię, uel mutatione ſubſtãtialis formę. Mutatione ſubſtãtialis formę,ut aqua fit lapis,& uxor Loth facta eſt ſtatua. hęc.n.ſtatua facta eſt ſubſtantialis formę mutatio,ut ipſius ſubſtantię. Manet enim prorſus idẽ corpus. mutata eſt nãq; hic ſpecies,non genus, ſed per tranſmutationẽ fit ſubſtantię aliquid, ut panis fit corpus Chriſti. tranſit.n.ſubſtantia panis in corpus Chriſti, non forma, ſed potius hæ ſubſiſtunt in aere uel ſine ſubſtantia. Si enim hic contingat q, alibi eſt impoſsibile, non eſt mirum, cũ etiã ipſum corpus Chriſti ineffabili modo conceptũ ſit,& tota incarnatio mirabili modo proceſſerit: dicunt tamen quidã q, nihil tranſit in corpus Chriſti,ſub quib. accidentib. ante erat ſubſtãtia panis,ſub eiſdẽ poſt cõſecrationẽ eſt corpus Chriſti: & ſic exponũt illã auctoritatẽ,Inuiſibilis ſacerdos uiſibiles creaturas,in ſubſtãtia corporis & ſanguinis ſui uerbo ſuo ſecreta poteſtate cõmutat,id eſt ſub eiſdẽ accidentib. eſſe facit. Cum quęritur aũt ab eis, quo deueniat ſubſtãtia panis,quæ ante ſub illis accidentib. fuerat? dicũt illã relabi in primordiali materia, uel perire ex toto. non.n.habet pro incõuenienti, ſi creatura pereat tranſfuſione, ſicut fit aqua mixtum per tranſfuſionẽ, ſcilicet uini & aquæ. Partiũ cõiunctione,ut corpus fit ex mẽbris, & domus ex pariete & tecto & fundamẽto. Participatione,aut in-

Digitized by Google

informatione, aut inhabitatione, aut alio tertio modo. Informatione, aut ſubſtantiali aut accidẽtali. Subſtantiali, ut materia informatione humanitatis fit homo. accidẽtali, ut Socrates informatione albedinis fit albus. Inhabitatione, ut homo iuſtus fit Deus. non enim eſt natura, ſed participatione. quomodo? nõ ſubſtantiali, uel accidẽtali, ſed inhabitatione, id eſt quia Deus inhabitet ipſum. Item tertio modo fit aliquid ſecundum participationem, ut infidelis per ſuſceptionem baptiſmi fit Chriſtianus, non quòd ſit, ſed quia participat ſacramento: & idcirco dicitur iſte modus ſacramentaneus unione aut ſpirituali, aut perſonali. Spirituali, ſicut multitudinis credẽtium factũ eſt cor unum & anima una, eo ſcilicet quòd ſpiritualiter uniti ſunt in uno feruore charitatis perſonali unione, ut filius patris factus eſt homo. Nullus enim prædictorum modorum ei conuenit. non enim transformatione ſubſtantiæ factus eſt, quia non deſiit eſſe Deus, cũ factus eſt homo: nec habebat eſſe ab aliqua ſubſtãtiali forma, quæ tranſmutaretur. nec trãsfuſione, non enim natura diuina immixta eſt humanę, quod ſentit Eutichiana hæreſis. dicit enim Chriſtũ ex duabus naturis conſiſtere, ſed non in duabus. alterã enim prædicat immixtã alteri, nec partium coniunctione. quia Chriſtus non conſtat ex partibus integralib. nec participatione, quia humanitas non eſt Chriſto ſubſtantialis uel accidẽtalis. etſi enim forſan concederem q, homini illi eſſet humanitas ſubſtãtialis, ſicut & mihi, quia uerus homo fuit, ſicut & ego ſum: nõ tamẽ concederem ideo aliquid eſſe ſubſtantiale Chriſto, quia Chriſtus nomẽ eſt perſonæ, cui nihil ſubſtantiale uel accidentale, ſicut uerum eſt corpus uel animã eſſe partes illius hominis, nõ tñ eſſe partes Chriſti. Vnde Auguſtinus: Abſit ut in Chriſto partes eſſe dicamus. nec tñ dico diſtinguẽs inter hominem & Deũ, ac ſi eſſent diuerſæ regulæ. Nã unus & idem eſt Deus & homo, & homo & Deus una perſona eſt: ſed ſic diuerſo modo loquuntur ſancti de Chriſto, ſecundũ diuerſas in ipſo naturas. Vnde Auguſtinus in libro de Trinitate dicit, Chriſtus in quãtum homo, minor eſt ſe ipſo: in quantũ Deus, maior eſt ſe ipſo. Et ſuper illum locum Propter quod dedit ei nomen q, eſt ſuper omne nomen, &c. dicunt. Auguſtinus etiã aliter dicit, Deo dedit non homini: alter uerò dicit, Homini dedit, non Deo. Quid ſingula perſequor? Nullus enim modus ei aptari poteſt, niſi perſonalis unio, quæ uſq; ad tẽpus Chriſti fuit inaudita. Non maius miraculum fuit auditũ unquam, ꝙ quòd tertia perſona humanitatẽ ſcilicet aſſumpſit uniẽdo in eadẽ perſona, nec ſatis eſt cõpoſitum, factus eſt homo. i. homanatus. anima enim dicitur incorporata, nec tñ eſt corpus, uel corporea, non ita uerũ eſt de Chriſto, q, ſit humanatus, & nõ ſit homo, idcirco ita exponendum eſt, Perſona facta homo, & Deus & homo eſt. i. eſt humanata ita quod illa perſona eſt Deus & homo Deus, & Deus & homo eſt illa perſona. Sic igitur dicimus, quod non ſequit: Deus factus eſt homo, ergo factus eſt aliquid. Non enim idcirco eſt factus aliquid, ſed aſſumpſit humanitatem ſibi unione perſonali uniendo. uel ſanè poſſumus concedere quod ſit factus homo aliquid iuxta Auguſtinum, qui dicit: Aliud ex patre, aliud ex matre, ſed nõ alius. Si aliud eſt ex matre, ergo aliquid eſt matre, & illud non eſt ab ęterno: ergo eſt factus aliqd quod non eſt ab æterno. nec inde ſequitur, ergo eſt factus aliquid, quod eſt perſona. iam perſona facta eſſet perſona, nec aliquid q, non ſit perſona. iam enim eſſent duo, quod eſt falſum: ſed eſt factus aliquid. i. homo, & ipſe eſt perſona. Item Chriſtus eſt Deus, & nõ ſolum Deus illud quod quia homo. Ergo eſt Deus & aliud perſona Deus. falſum eſt, qui illud ꝓpter quod dicitur non ſolum Deus eſſe, ſed homo & Deus. Vel poſſumus ita diſtinguere, Eſt aliud, id eſt perſona homo, & eſſe hominẽ non eſt eſſe Deum, uerũ eſt: & aliud, id eſt aliquid eius quod non eſt Deus, falſum eſt.

Sed inſtabit aliquis hoc modo, Chriſtus eſt aliud quã Deus, Chriſtus eſt duo: falſum eſt, quia eum eſſe hominem, eſt aſſumpſiſſe humanitatem perſonali unione, & hoc non eſt eſſe duo. Item quæritur, Cũ illa perſona quę facta eſt homo, ſit diuina natura, utrũ inquã concedendum eſt, facta eſt homo. Ad hoc dicimus, q, cum natura ſit nomen abſtractionis, licet nullam faciat in Deo. ſi ita dicatur, Natura facta eſt homo, uidebitur uerſibilitas unius naturæ, in aliam denotari. q, falſum eſt. & propter hoc quod deeſt dictionis proprietas, nõ eſt abſolutè concedendum: ueritas tamen quę ſubeſt loquutioni, non eſt neganda, cũ dicat Leo papa: Aſſumpta eſt à maieſtate humilitas, ab æternitate infirmitas, à uirtute immortalitas, & natura inuiolabilis unita eſt naturę paſsibili. de eodem Gregorius: Venit ad nos calciata diuinitas. Itẽ quæritur, utrũ tres ꝑſonæ ſint Deus ſimplex. ad quod dicimus, quòd ſi ſimplex ponatur contra pluralitatẽ deorum, ut accipiatur pro ſimplicitate eſſentiæ, uerũ eſt: ſi uerò pro ſingularitate, falſum eſt. tunc enim dicẽt quòd tres ꝑſonæ eſſent, pater uel filius, uel ſpiritus ſanctus. Itẽ quæritur, quare dicatur, Pater genuit filiũ, uel filius genitus eſt à patre, & ſpiritu procedente: & utrum poſsit dici, Pater gignit uel gignet filiũ, uel ſpiritus procedet. Ad hoc dicimus, quòd nullũ uerbum ad loquendum de Deo translatum, tempus conſignificat. Non enim dicitur, Pater genuit filiũ, eo q, genuit cõſignificat præteritionem: ſed quia conſignificat perfectionem, ut ſcilicet denotet perfectionẽ generationis filij à patre. Elegit ergo eccleſia ſancta dicere, Pater genuit filium, ut perfectũ pręteritũ denotetur perfectio generationis: non autẽ gignit, uel gignet, ne per præſens uel futurũ generatiõis inſinuet imperfectio. Vnde Gregorius ſuper Iob: Dñs Ieſus Chriſtus in eo q, uirtus & ſapientia Dei eſt, de patre ante tẽpora natus eſt, uel potius quia nõ cœpit naſci, nec deſijt, dicamus uerius, ſemper natus. Non aũt poſſumus dicere, Semper naſcitur, ne imperfectus eſſe uideatur. At uerò ut æternus deſignari ualeat & perfectus, & ſemper dicamus, & natus, quatenus & natus ad perfectionẽ pertinet, & ſemper ad æternitatem, quamuis hoc ipſum quod perfectum dicimus, multum ab illius ueritatis expreſsione diuidimus: quia quod factum nõ eſt, nõ poteſt dici perfectum, & tamen infirmitatis noſtræ uerbis dicimus condeſcendentes: Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. In Pſalmo quoq; dicitur: Ego hodie genui te. Hodie dixit, quia non præterit illa generatio: genui, quia initio caret. de ſpiritu ſancto autem elegit eccleſia dicere procedẽs, utens ſcilicet præſenti, eo ſcilicet quòd quotidie dat nobis illum Deus. Sed hic quæritur, utrum cũ filius dixit, Ego à patre ꝓceſsi, ſint filius & ſpiritus ſanctus unũ ꝓcedẽs aut duo ꝓcedẽtes. Ad hoc dicimus, quoniã ſi unũ referatur ad ſubſtãtiã, uel prædicetur procedens de eo, uerum eſt: ſi aũt unum ad perſonam referatur, uel coniungatur ei procedens. ut ſit ſenſus: Filius & ſpiritus ſanctus ſunt unum procedens. i. ſunt filius procedens, uel ſpiritus ſanctus procedens. falſum eſt. Similiter ſi duo referatur ad ſubſtãtiã, falſum eſt: ſi ad perſonam, uerum eſt. Et nota quòd & filius procedat à patre & ſpiritus ſanctus. hæc tñ eſt differẽtia, quia filius procedit ut natus, ſpiritus ſanctus ut datus. His declaratis quoniã de diuina ſubſtantia ſępiſſimè fecimus mentionem, uidendum eſt cum pluribus modis accipiatur ſubſtantia, quomodo in Deo accipiatur. Concedunt enim Græci patrem & filium & ſpiritum ſanctum, eſſe tres hypoſtaſes uel proſopas, & eiuſdem uſioſis, & eiuſdem uſiæ. Sed prius uideamus quot modis accipiatur hoc nomen ſubſtãtia. In naturarũ libro dicitur enim ſubſtantia, tum à ſuſtando, tum à ſubſiſtendo, tum ab utroq;. Vbi dicitur à ſubſtando, ſic à Græcis dicitur hypoſtaſis, à nobis uerò ſubſtantia propriè, & in hac acceptione conuenit materiæ, quæ habet ſubſtare. ὑπὸ enim ſub interpretatur,

Digitized by Google

pretatur, inde hypoſtaſis ſubſtans uſis, à ſubſiſtendo dicitur. ſic uocatur à græcis uſioſis, à nobis uerò propriè ſubſiſtantia: & ſic conuenit formæ, quæ aſt uerè ſubſiſtētia, eo quòd ſe ſubſiſtit fluxū materiæ. Ea quę determioat, ut ab utroq; dicitur, id eſt à ſubſtādo, uel à ſubſiſtendo: ita dicitur à gręcis uſia, ab alijs uerò eſſenria, & in hac acceptiuoe conuenit cōpoſitio ex utroq;, id aſt ex materia & forma, uel retināri proprieratem cōpoſiti ex utroq;: & quia compoſitum cōſtat aſſanria & ſubſiſtentia, ideo dicitur ſubſtans & ſubſiſtens, non à ſubſtantia uel ſubſiſtentia. Subſtans dicitur, quia retinet pruprietatem materiæ, à qua habet aſſentiendi perfectionem. aſt enim quoddam diſtinctum uel dicretum. anima aūt dicitur ſubſtantia, nō quòd ſit materia uel forma uel cōpoſitum ab utroq;, ſed quia retinet proprietatē cōpoſiti ex utroq;. Subſtat enim accidentib. ut uitijs & uirtutib. & eſt ſubſiſtens, uel quoddam diſtinctum & determinatum, & hoc bene diſtinguit Boetius in libro qui eſt da duab. naturis, & una perſona Chriſti. hoc etiam tetigit io com. ſuper eath. R. dicens, Cū ſignificat tres ſubſtantias materia, forma & compoſitū: hic agit de compoſito, &c. In Deo aūt utuntur græci prædictis uocabulis. dicunt tres perſonas eſſe aiuſdem uſiæ, eiuſdem uſioſis: ſed tres hypoſtaſes, tres perſonas. Vſia tamen nō dicūt ſimpliciter, ſad hyparuſia, ſcilicet ſuperſubſtanria, ut idem Boetius docet in ſequentib. Cum igitur bæc diſtinctio fiat in bis nominib. apud Græcos, aſsignanda eſt ratio unde id proueniat. Vnius ergo uſiæ uel una uſia dicunrur à Græcis tres perſonæ, eo ſcilicet ut dicit Boetius alibi, quia ſunt. hoc enim uſia tranſlatum aſt ab his reb. ad Deum. In his aūt rab. dicitur uſia eſſentia. Illud enim quod cōſtat ex materia & forma, & huc eſt hoc quod eſt huius, retinet proprietatem, tātum habet eſſe his reb. materia enim uel forma per ſe non dicitur eſſe ſecundū Auguſtinum. hoc igitur modo tranſlatum eſt ad Deū, qui uerè eſt, & tamen ſecundū theologiam negationis poſſumus dicere: Daus non eſt, ſcilicet non participat ęternitate. Sed ſecundum Theologiam affirmatiōis dicimus Deus aſt, id eſt aſt ipſa entitas. Sed quia uſia in reb. ponitur ſuſceptibilis contrariorū, eo quòd ſignificat compoſitum ax utroq;: idao ne tranſlatum ad Deū idem ponat, dicunt græci hyperuſiam, id aſt ſuperſubſtantiam. Non tamen negamus Deū eſſe uſiam. Quoniam argo trib. perſonis unū aſt aſſe, ideo & ipſe unius uſię aſſa dicuntur, cum hoc nomen uſia eis conuaniat, eo ſcilicet quod ſunt. Vnius aūt uſioſis dicūtur eſſe tres perſonæ, eo ſcilicet ut idem Boetius dicit alibi: quia nullo iodigent ad hoc ut ſint, & hęc eſt quodammodo tranſlationis proprietas obſeruata. In his enim tribus uſioſis dicitur forma, quæ materiam ducit ad aſſe, non tamen indiget aliquo, ad hoc ut ipſa ſit ſecundum Platonem. ſic igitur dicitur una uſioſis triū perſonarum, quia Deus ſimplex forma eſt, dicūr omniū rerū omnib. conſrrens eſſe, nullo tamen indigens ad ſuum eſſe: & quia in his reb. hypoſtaſis propriè dicitur ſubſtans. ut aūt ſubſtant quæq; res accidentibus, ita diſtinguentur: idco tranſlatum ad Deū perſonalem intuuit diſtinctionem, non tamen aliquā accidentium ſuſceptionē. Idcoq; dicuntur tres hypoſtaſes, id eſt tres perſonæ. Proſopa enim ſumptū aſt ab hiſtrionib. proſopa enim & proſopœia eiuſdem naturę ſunt uocabula. proſopœia namq; dicitur trāſformatio. Inda proſopæ dicebantur tres perſonæ, perſonas reprę ſentabant hiſtriones, qui ſe tranſformabant, tum in poetum, tum in iuuenem, tum in ſenem, & ſecūdum uniuſcuiuſq; ætatem diuerſam uocam proferebant, ad quantitatem foramioum laruarum. ſic igitur dicūtur proſopæ, id eſt tres perſonæ. Sed nunc pauliſper conſiderandum eſt quid ſit perſona, utrum ſcilicet illa diſcretio, quam dedit Boetius poſſit conuenire tribus perſonis, quæ aſt huiuſmodi: Rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. quidam enim obintelligentes Boetium, dixerunt hanc non eſſe datā catholicè, hoc modo perſonantes: Si perſona aſt indiuidua ſubſtantia rationalis naturæ, argo tres perſonæ ſunt indiuiduæ ſubſtantiæ, quod falſum eſt. Vna enim & indiuidua ſubſtantia trium perſonarum eſt. Contra eos dicimus bene diffinitionem non eſſe datam, ſecundum hoc quod ſubſtantia dicitur uſia uel uſioſis, immò ſecūdum hoc quo ſubſtantia dicitur hypoſtaſis. Secundom quam acceptionem etiam bene poſſet dici, tres perſonas tres ſubſtantias eſſe, niſi ſancta accleſia hūc modom loquendi refutaret: ubi dicit Boetius in libro de Duabus naturis & una perſona, ne ſcilicet uideretur eſſentiæ diuinæ fieri diſtractio. Vt igitur uſui loquandi ſatisfaciamus, ita ſanè poſſumus perſonam deſcribere. Perſona eſt indiuidua hypoſtaſis rationalis naturæ. Sed nonne hypoſtaſis idem ſonat q. perſona? Immò cum dicitur, perſona aſt rationalis naturæ indiuidua hypoſtaſis, idem eſt ac ſi diceretur: Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua perſona. Sed ſic idem per idem deſcribitur. Dico igitur quod ſubſtantia habet determinationem, ſcilicet rationalis naturę indiuidua: reſtringitur circa perſonam, & ita cū ſubſtantia pluribus modis accipiatur, cum hac determinatione ſonat quantum hypoſtaſis: & ita hypoſtaſis non eſt apponendom cum prædicas, ad hoc ut deſcriptiōem perſonæ perficiat. Sed ſufficit deſcriptio Boetij ſecundum quod illam expoſuimos, ut ſcilicet hoc nomen ſubſtantia, per illa quę illi in deſcriptione omnium generum reſtringatur circa hypoſtaſim. non tamen poteſt dici deſcriptio illa de tribus perſonis, prohibente uſu eccleſiæ, qui iam contraxit hoc nomen ſubſtantiam. Quidam tamen dicunt hanc deſcriptionem datam eſſe de naturalibus. Et nota hanc perſonam, uel illam non eſſe partes Dei. Extirpanda eſt enim hæreſis uetulatū, quę iurant per tres partes Dei, immò ut dicit Auguſtinus, non eſt minus quid una perſona, quam duæ, uel duæ quam tres: nec minus quid tres quàm duæ, uel duæ quàm una. Sed forſitan dum uetulæ iurant per tres partes Dei, uolunt dicere hoc da corpore Chriſti, alioquin hæreſim ſonat iuramentum. Item quæreret aliquis, ſunt ne tres perſonę coæternæ? Eſt ne patri filius coæqualis? Item eſt ne pater coæternus filio? hoc non affirmo, non nego. Non affirmo ne uidear ponere auctoritatem in filio, uel in ſpiritu ſancto. Item negare nō audeo, ne uidear dicere patrem nō eſſe aiuſdem æternitatis cum filio: quia pater & filius & ſpiritus ſanctus, ſunt unus æternus. Si autem inueniatur in aliqua auctoritate tribus æternis, exponendum aſt, nō promulgandum: quia hic uſus hodie aboleuit. Sic igitur expone: Sunt tres, quorum unuſquiſque eſt æternus, & tres unus æternus inueniuntur.

VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI DE

ſeptem uerbis Chriſti in cruce.

ORATIO.

Benedictum ſit dulce nomen Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti, & dulciſsimæ uirginis Mariæ matris eius in æternū & ultra, Amen.

Domine Ieſu Chriſte fili Dei uiui, qui ſeptem uerba ultimo uitæ tuæ in cruce pendens dixiſti, ut ſemp illa ſanctiſsima uerba in memoria habeamus, rogo te per uirtutem illorū ſeptem uerborū, ut mihi parcas & indulgeas, quicqd peccaui & cōmiſi per ſeptē peccata mortalia, uel ex eis procedātia, ſcilicet de ſuperbia, auaritia, luxuria, inuidia, ira, gula & acidia. Dñe Ieſu Chriſte fili Dei uiui, ſicut tu dixiſti, Pater ignoſce crucifigentib. me: fac ut ego amori tuo

parcam

parcam cunctis mihi mala facientibus: & ſicut tu dixiſti matri tuæ, Mulier ecce filius tuus, deinde dixiſti diſcipulo tuo, Ecce mater tua: fac ut matri tuæ me ſociet amor tuus, & charitas uera: & ſicut tu dixiſti latroni, Hodie mecum eris in paradyſo: fac me ita uiuiſ, ut in hora mortis dicas mihi, Hodie mecũ eris in paradiſo: Et ſicut tu dixiſti, Heli Heli, Lama Sabathani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me, fac me dicere in omni tempore anguſtię & tribulationis meæ, Pater mi Domine, Miſerere mihi peccatori, rege me rex meus, & Deus meus, qui tuo ꝓprio ſanguine me redemiſti. Et ſicut tu dixiſti, ſitio, ſcilicet ſalutem animarum ſanctorũ, quę in limbo erant, aduentum tuum expectantium, fac ut ego ſemper ſitiã te diligere fontem aquæ uiuentis, fontem æternæ lucis, & ut toto corde deſiderem te. Et ſicut tu dixiſti, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: fac ut in hora mortis meæ perfectè & liberè poſsim dicere tibi, Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ. Recipe me uenientem ad te, quia non conſtituiſti certum tempus uitæ meę: & ſicut tu dixiſti, Cõſummatum eſt, quod ſignificat labores & dolores, quos pro nobis miſeris peccatoribus ſuſceperas, iam finiri: fac ut in egreſſu animæ meæ audire ualeam illã dulciſsimam uocem tuam, Veni anima mea dilecta, quia iã diſpoſui penurias tuas conſummare: Veni ut mecum conſcendas cum ſanctis & electis meis in regno meo epulari, iocundari, & commorari per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

VENERABILIS BEDAE

PRESBYTERI DE MEDITAtione paſsionis Chriſti per ſeptem diei horas libellus.

PRAEFATIO.

SEPTIES *in die laudẽ dixi tibi. Rogaſti me, ut aliquemcunq; modũ meditandi in paſsione Dei monſtrarẽ tibi ſecundum ſeptem horas diei, quia ſuper omnia hæc dicebas deſiderare te ut poſſes frequentem habere memoriã eius, qui pro te uoluit multa pati, idcirco eius amore & adiutorio ſubſtitit prout breuius & melius potui, ſcripſi quæ deuotiſsimè poſtulaſti, non omnia exponendo, ſed multas tangendo rationes, quas tibi exponẽdas & perficiendas reliqui. Anima enim contẽplatiua & ſpiritualis de paucis extrahit multa, & anima rudis & carnalis de multis ſignificat pauca. Quapropter quoq; ſcias, quod ſi hac ſcientia, quæ ſuper omnes ſciẽtias eſt nobiliſsima uolueris proficere, cũ magno ſtudio oportet te abſtinere à cibo delicato & potu immoderato, & ad neceſsitatem parcentius ſumere de utroq;: oportet etiã, ut à multiloquio caueas & lætitia uana & inepta. Non enim decet, qui uult Chriſti dolorẽ ſentire, uerbis & rebus luſorijs & in gaudio uano ſe inutiliter occupare, ut breuiter dicam, à ſolicitudine temporali & delectatione carnali ſeu conſolatione: etiam oportet cum multa diligentia cogitare, quòd non conuenit conſolatio carnalis & contemplatio Dominicæ paſsionis. Neceſſarium etiam eſſe, ut aliquando iſta cogites in contemplatione tua, ac ſi præſens tum temporis fuiſſes, quando paſſus fuit. Et ita te habeas in dolẽdo, ac ſi Dñm tuum corã oculis tuis haberes patientẽ, & ita ipſe Dñs præſens erit, & accipiet tua uota*

MEDITATIO COMPLETORII.

PRimò igitur à completorio eſt incipiẽdum. Cõpletorium dici poteſt, quia in ipſo curſus diei cõpletur. Similiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus completo curſu prædicationis, & cœna facta cũ diſcipulis ſuis, de qua cœna & de ſacratiſsimo dono ſui corporis & ſanguinis ibi tradito debes frequenter & deuotiſsimè cogitare. Cœna in qua illa tam ſingulariter & glorioſiſsimè celebrata, & lotis diſcipulorum pedibus & facto ſermone exiuit cum diſcipulis ſuis in montem Oliueti, ubi capiendus erat, & ab amicis ſuis ſeparandus, quando complendum erat, quod dixerat propheta: Percutiam paſtorem, & diſpergẽtur oues gregis. Secundò hic cogitabis qualiter dixit Dominus diſcipulis ſuis, Surgite eamus hinc: & reſpondebis ei in ſpiritu, Domine quò ibimus? & ipſe tibi in ſpiritu reſpõdebit: Ibimus ad paſsionem meã, ibimus ad anguſtiam meã, & ad ſeparationem à uobis, corporaliter in hoc mundo. Et quicunq; uoluerit uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Et tu reſpondebis, Ibo Domine, & ego tecum, & ſequar te ſicut ad mortem, ſic etiã ad uitam. Domine Ieſu non ſinas me à tuo latere ſeparari. Poſtea cogita, quod dixit diſcipulis ſuis: Dormitis, uigilate & orate, ut non intretis in tentationẽ: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: & tu reſpondebis iterum Domino, Domine qui mandaſti quod uigilamus & oremus, tu da nobis gratiã ad hæc facienda, quia licet ſpiritu prompti ſumus, caro autem infirma & tota pigra & tota ſomno, cibo & potu plena, nec poteſt ſuſtinere quòd uix per unam horam perfectè tecum uigilet, tecum oret ne cadat in tentationem, ita potes ipſum Dominum exorare. Raſpice etiam, qualiter iacebant diſcipuli dormientes, & qualiter oſtendit modum orandi in geſtu corporis & uerbo pio, & per angelum ibi apparentem. Dicitur enim quod procidit in faciem ſuam ſuper terrã, & orauit ibidem dicens: Pater ſi fieri poteſt, transfer calicem hunc à me. Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Et ecce apparuit illi angelus de cœlo confortãs eum, & in agone prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius tanquã guttæ ſanguinis decidentes in terra. Nota ergo hic omnia uerba & modum, ita & tu debes facere ſcilicet cadens in faciem tuam: non retrò uideas, ſed ea quæ rogas coram te habeas & teneas in mente non retrò, uti in dicendo & cor alibi tenendo: & quod uoluntas præſens ſit, & quòd nõ tepidè, ſed cum magno labore ores & dolore, ſicut Deus fecit, & quod non parum, ſed prolixè, & tunc ſtatim uidebis, quomodo angelus aderit, qui te adiuuat & cõfortet, & orationem tuã Deo præſentet. Propter exãplum omnium noſtrum ille angelus apparuit, cõfortans Dominum: & non ſemel, ſed frequenter eſt orãdum, ſicut ipſe oſtendit per trinam ſuam orationem, & tu ora pro uiuis, pro peccatoribus, pro te & amicis tuis & commiſsis. Cõſidera ergo, quis fuit dolor ille, quando diſcipuli ſui deuotiſsimi abierunt, quando oportuit, quod à magiſtro ſuo dilecto ſepararentur. ô quam inuiti, ô quam deuoti, ô qualiter plorantes, ô quales uoces & clamores & ſuſpiria dantes, ſicut orphani recedebant: perpende quòd recedentes dicebant, ô magiſter bone & dulcis pater, ô benigne Domine, quomodo ita ſeparamur à te, quomodo pater ſancte, filij tui fugiunt à te, quo ibimus Domine? Hæc & multa ſimilia dicere poterant, ô quoties reſpiciebant, uidentes qualiter Dominus ſuus ligatus & ſine honore trahebatur ô quoties ſe in terram proijciebant, & ad cœlum clamabant. Cogitare potes, ſi Domina mater ſua ibi fuiſſet, quid feciſſet, dic in corde tuo. ô Domina mea, quomodo non cogitas, qualiter filius tuus dilectiſsimus uadit. ô Domina quàm mala, quàm amara dies craſtina erit tibi, quando audies & uidebis tam crudele ſpectaculum. ô Domine Ieſu, qui omnia potes ſuſtinere, quòd non rumpatur præ dolore cum cogitat te. ô magiſter bone, agnus innocens, quomodo ibas inter lupos & te mordebant canes peſsimi, & non clamabas, ſed tanquam agnus innocens ad mortem ibas. Dicitur enim, quòd

impoſuerunt catenam collo tuo, & quòd ligauerunt ſanctiſsimas manus tuas, & cum impetu tanquam contra latronem ſecedentes, & te percutientes duxerunt ad Annam, & poſtea ad Caipham, ubi erant congregati principes Iudæorum, & te expectabant. Benè etiam potes cogitare quàm malè eum receperunt, & eum ſine honore ſedere fecerunt fortè in terra uiliter coram ipſis. Et tu hæc omnia in ſpiritu cogitabis & uidebis. Huc uſq; de completorio, circa quod multa cogitabis.

MEDITATIO HORAE *matutinalis.*

HOra matutinali excitaberis à ſomno tuo plenꝰ lachrymis & dolore confectus, propter ea quę poſt completorium cogitaſti, & tunc meditaberis & in ſpiritu uidebis, qualiter Dominus tuus ſederit inter inimicos, quia derelictus à ſuis diſcipulis & amicis. Ecce credo quòd dices, ô Domine Ieſu quomodo ſedes ita & tam deſpectus, & tam inhonoratus, ubi ſunt diſcipuli tui & amici. ô unicum bonũ meum, ô gaudium ſingulare meum & conſilium meum, quid faciam, cum te uideam ita ſtare. Dices etiã Ioanni, qui etiam præſens erat, ô Ioannes, quomodo ſtat ita Dominus & magiſter noſter. Cogita qualiter dolebãt Petrus & Ioannes hæc uidentes, cogita quãdo dixit Dominus Ieſus Iudæis, Amen dico uobis, uidebitis filium hominis ſedentem ad dextrã Dei, qualiter tunc princeps ſacerdotum ſcidit ueſtimenta ſua dicens, Blaſphemauit. & qualiter tunc omnes ferè in ſimul irruerunt qui circumſtabant ſuper Dominum tuum Ieſum. Alij dabant palmas in ſereniſsimam faciem eius, alij manu uerſa percutiebant dulciſsimum & melliſluum os eius, alij in collum eius ſanctiſsimũ, alij ſpuebant in faciem eius benigniſsimam, alij euellebant ſanctiſsimam barbam eius, alij per ſuos capillos uenerabiles ipſum trahebant, & ſicut exiſtimo inter pedes calcabãt Dominum tuum & Dominum angelorum malè tractabant ſine reuerentia & ſine aliqua pietate. Et ſic Ieſus exhibuit ſeipſum unicuiq; pro uobis. Cum enim eſſent crudeliſsimi & ſine miſericordia, omnia mala & uituperia quæ poterant, faciebant ei: alij ut placerent maioribus, qui erant immaniſsimi. Quid ergo tu facies, ſi hæc uideris, nunquid proijceres te ſuper Dominum tuum, & diceres: Nolite iam nolite facere tantum malũ Domino meo. Ecce me, facite mihi, & Domino meo tantas iniurias non irrogetis. Et tunc amplexareris flexis genibus Dominum tuum, & magiſtrum tuum, & ſuſciperes libenter ſuper te percuſsiones. Cogita qualiter Iudęi uadunt ad dormiendum, & Dominus tuus dilectus relinquitur ligatus. Poſtea fatigati principes Iudæorum, & miſerti iniquitatis & cæteri uadunt ad dormiẽdum, & Dominus tuus relinquitur ligatus cum cuſtodibus, & fortaſsis penitus in uno angulo domus ſeparatus, afflictus nimio frigore & labore, quia hyems erat, & maximè noctes longæ nimis. Tu ergo ibis ad eum, & ſedebis ad pedes, dolens & lugens, & tunc deuotiſsimè oſculaberis manus & pedes eius uenerabiles, & uincula illa diuerſiſsima, & dices: ô Domine ſaltem reliquieſcat caput tuum ſanctiſsimũ ſuper humerum meum, ex quo te non poſſum liberare. Et tunc recommendabis te ei deuotiſsimè, & omnes amicos tuos, & totum abſque dubio concedit tibi, quicquid rogaueris & petieris ab eo, & dices ei q; in craſtinum nunciabis matri ei digniſsimæ, & ſic ad pedes eius ſanctiſsimos & beatiſsimos uel iuxta pectos eius glorioſiſsimum aliquantulum dormitabis & quieſces, & tum dormire potes in tali ſtatu uidẽs Dominum tuum.

MEDITARIO HORAE PRIMAE.

HOra prima corde doloroſo & mœſto meditaberis qualiter mane facto conuenerint Iudei ad cõſilium ſuom, & ducitur ibi efflictus nimis Dominus tuus dilectus Ieſus: cum autem uolũt eum de domo ducere, dicentes, ut æſtimo, Surge ſurge Ieſu, quid facis, dormis an non? quia principes & ſacerdotes mãdant, quòd ducaris ad conſilium, ubi te expectant cũ populo, uolentes te dare Pilato, tu autem cogites ad hæc te eſſe cum ipſo & dices, Heu Domine mi, heu magiſter bone, quia iam te uolunt tradere morti. ô Domine quàm crudeles, quàm doloroſi rumores. ô Domine, quàm lugubrem uiſionem uidebit mater tua dulciſsima, quàm amaros rumores audiet, tam ipſa quàm omnes qui te diligunt. ô Domine, quid miſer ego faciam, ibo tecum Domine, uel ibo nunciare Dominę meæ digniſsimæ matri tuæ, ut ueniat ad te, poſtea uidebis quomodo intrat afflictus & ligatus. Omnes reſpiciunt in eum reſultãtes ei, ô Ieſu hîc es, quomodo ſi propheta eras non prouidebas iſta? Talia & multa ſimilia poterãt ei dicere illi maledicti. Si autem aliam uiam uolueris tenere, cogitabis ſic, audies ſic dici quod Ieſus captus tenetur à Iudæis, & tunc ueniens uidebis eum ligatũ cadens ante ipſum & plorans, & formans uerba tui doloris. Poſtea audies ibi falſa teſtimonia contra eum & principem ſacerdotum dicentem & quærentem, Si es Chriſtus filius Dei benedicti: & audies Dominum manſuetiſsimè reſpondentem, Tu dixiſti. Et illud uerbum quod ſupradictum eſt, Amodò uidebitis filiũ hominis, &c. quàm reſponſionem ipſi reputantes blaſphemiam, fecerunt ut æſtimo ſicut prius fecerant. Conſidera etiã quomodo poſtea duxerint eum ad Pilatum, manib. poſt tergum ligatis uel ante, & ut dicitur catenam in collo eius, quæ poſtea oſtendebatur in Hieruſalem peregrinis pro magna deuotione, quæ ſubmittebatur in ea colla, & propterea in hac hora conuenit populus ad confitendum & laudandum Dominũ, quia ipſe eſt iudex uiuorum & mortuorum, quam damnãdi Iudæi in hac hora petire conceſſerunt.

MEDITATIO AD TERTIAM.

HOra tertia cogitabis mœſtus & triſtis, qualiter audia iam per omnes plateas Hieruſalem, quòd Dominus tuus tenetur captus, & quomodo uolunt eum crucifigere. Et quomodo audiens hæc dolOroſa mater ducta cum inæſtimabili lamento & fleto & plancto à ſenioribus ſuis quaſi mortua, & uenit ad uidendum filium ſuum ſic afflictum, ſic ligatum, ſic cõſputum, & omni ſolatio & auxilio deſtitutum, à diſcipulis atq; omnib. derelictum, nec ſe in aliquo excuſantem: & ipſe Ieſus uidet eam in terra proſtratam & exanimem, & ſorores & alios qui ſecum uenerant. Quis putas dolor fuit obſecro? utique cogita tantam ſi potes, amaritudinem, ſi piam habes animã. ô bone Ieſu, ô bone Domine, ubique & ſemper tibi dolor multiplicabatur. Dolorem enim matris tuæ tibi reputabas tuum. Poſtremò mittitur ad Herodem, & fit concurſus populorum magnus ſequentium ipſum. ô Domina, qualiter ibas, uel quis te iuuabat ire? certè exemplum eras doloris omnibus amantibus Chriſtum. Tu autem chariſsime cogita quàm libenter iuuares & aſſociares eam ſic triſtem & mœſtã, & poſtea uide qualiter interrogabat eum Herodes, & non uult ei Dominus loqui, ſed ſtat ſicut agnus manſuetus coram eo ligatus, & quomodo illuſit eũ Herodes cum exercitu ſuo, & remiſit eum ad Pilatũ. Poſtea cogita quomodo habebat illos ſuos pedes ſanctiſsimos confractos, quia cum maxima feſtinatione duxerant eũ, & reduxerant: nec credas quod eſſet calceatus, quia nec ipſe nec diſcipuli eius calceamentis utebãtur. Poſtea cogita qualiter reductus ad Pilatum denudatur & ligatur ad columnam, & quã immaniſsimè flagellatur, & eius latus candidiſsimũ ſanguine eius roſeo rubricatur, & qualiter imponit coronę ſpinea ſuper reuerendiſsimum caput eius, & ſanguie

Digitized by Google

ſanguis eius fluit per genas eius, poſtea circundatur pallio rubeo, & ponitur arundo in manu eius ad deriſionem & confuſionem, & ſic paratũ facit eum Pilatus exire ad Iudæos, qui non clamant intus propter feſtum. & tunc clamauerunt illi Diaboli filij, Tolle, tolle crucifige eum. Hęc omnia poſſunt te excitare ad dolorem, ſi attentè & ſpacioſe & frequenter cogitaueris, & tunc exclamabis, ô bone Domine quomodo tu denudaris, qui nudos ueſtire ſoles: quomodo tu ligatis, qui ligatos à dęmonibus ab infirmitatibus detentos liberas, & ſic per ſingula cogita, quomodo flectebant genua coram eo, & percutiebant caput eius arundine, & dixerunt, Aue rex Iudęorum. ô Deus pater qualiter ſuſtines tantum opprobrium, tantum uituperiũ filio tuo dilecto fieri. ô ſi omnib. qui ad te clamant deuote, miſericors es, cur Domino meo dilectiſsimo filio tuo tam crudelis uideris. Quare non ſuſtines angelos tuos iuuare Dominum ſuum, quare ſic uis eum ab hominibus impijs pati tormentum. ô Domina quid tu faciebas cum hoc uidebas, quid dicebas obſecro, Domina indica animæ meæ uel potius fac ſentire, quia non poſſum ſicut deſidero ſentire, fac me ſentire propter amoré dilectiſsimi filij tui dilecta domina mea. Tandem Pilatus dedit ſententiam crudeliſsimam ut crucifigeretur. Cogita quantum clamauerunt amici eius, quando illam ſententiã audiuerunt. Deinde ponunt crucem ſuper humeros eius, ut portet ipſam. Certè chariſsime bene faceres ſi iuuares Dominum tuũ, & diceres: Date obſecro crucem Domini mei, & portabo eam. ô Domina mea, credo quòd tu libenter portares eam, ſi poſſes ô quã triſtes, quàm dolores, quàm clamantes, quàm plorantes ibant ſanctæ mulieres, ſuſtinentes Dominam meam matrem eius, non ualentem ſe ſuſtinere. Ad quas conuerſus Dominus Ieſus ait: Filię Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos & filios ueſtros, quoniam ecce uenient dies in quibus dicent: Beatæ ſteriles & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipiẽt montibus dicere, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos, quia ſi in uiridi ligno hæc faciunt, arido quid fiet? Certè Domine Ieſu uerum eſt, quia ſi tu arbor ſancta lignum fructuoſum & benedictum tantum pateris, & ramis tuis ſpoliaris, quid erit de nobis miſeris, qui ſumus lignũ ſiccum & aptum pro igne.

MEDITATIO HORAE SEXTAE.

HOra ſexta cogitabis dolens & triſtis hæc omnia quę dicam tibi, cogita quòd uſq; ad locum Caluariæ populus clamans uenit, & tunc ibi uidentibus omnibus expoliatur ſuis ueſtibus, & cum maximo dolore, quia ueſtis interior adhærebat ei fortiter propter ſanguinem flagellationis, & tunc apparuit corpus eius tam eleganter figuratum totum cruentatum. ô quantus dolor tibi erat mater ſanctiſsima, cum aſpiceres iſta. Deinde parata cruce dicunt ei, Aſcende Ieſu, aſcende. ô quàm libenter aſcendit, ô quanto amore iſta omnia pro nobis ſuſtinuit, ô quanta patientia, ô quanta manſuetudo. ô Domine ſancte pater, quantum in ipſius obedientia delectaberis, ſic totus nudus in cruce eleuatur & extenditur. Sed mater eius amantiſsima uelum ſuum, quod habebat in capite ſuo, poſuit circa eum plena anxietate, & inuoluit locum uerecundum. ô quantæ uoces & ululatus triſtes audiuntur ibi ab amicis ſuis, & præcipuè à matre ipſius mœſtiſsima, quando ſic crudeliter eleuatur, extenditur, & toto ſacro corpore diſtenditur & diſsipatur. Et ſtatim cum claui groſsiſsimi immittuntur, ſanguis incipit manare, & per crucẽ fluere uſque ad terram. Conſidera qualiter Ipſe eſt exaltatus, ſicut prædixerat: Oportet exaltari filium hominis, &c. Et ſicut Moyſes, &c. Et qualiter mordebantur à ſerpentis inſpicientes ſanabantur. Sic contra morſum & tentationem Diaboli non eſt medicina tã bona, ſicut in cruce pro nobis paſſum aſpicere. Videbis etiam Dominum Deum tuum ſtantem ſuper ſoliũ excelſum & paratum ad iudicandum, & ideo duos homines poſuit hinc inde: unus ſaluatur, alter dãnatur. Videbis etiam Chriſtum, qui eſt pontifex futurorum bonorum qualiter extenſis manibus confert hoſtiam puram, ſcilicet carnem ſuam precioſam pro nobis ſuper altare, &c. Videbis etiam magiſtrum tuum qualiter ſtat in alto, & prædicat ibi ſeptem uerba in cruce pendens, quæ breuiter tibi notifico, & ea deuotè pertracta.

1 Primò dixit pro crucifigentibus, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, ſcilicet bonum mihi & malũ ſibi. reuera ita eſt, quia qui mala facit, neſcit quantam incurrat ſibi, & quantam coronam alteri.

2 Secundò dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiſo: & uere hodie & quotidie ita accidit, quia qui deuotè confitetur peccata ſua, & bene ſtatim cũ Domino eſt in paradiſo per gratiam, & poſtea erit per gloriam. uel eſt in paradiſo, id eſt in quadam requie & ſecuritate conſcientiæ ſuæ.

3 Tertio commendauit matrem ſolatio deſtitutã, mœſtam & quaſi morientem diſcipulo, & diſcipulũ matri dicens, Mulier ecce filius tuus: deinde dixit diſcipulo, Ecce mater tua. In hac recommendatione nõ ſolum intelligimus Iohannem, ſed totam Chriſti eccleſiam, & quamlibet fidelem animam commendatã beatæ Virgini, ut ipſa nos habeat in filios diligendos & bonum noſtrum procurando materno affectu, & nos habeamus in matrem dulciſsimam ſemper amãdo, & poſt Deum honorando. Vnde ſicut fuit neceſſaria paſsio Domini ad ſaluandum, ita neceſſaria fuit hæc recommendatio ad adiutorium noſtrum, & propterea ſecurè credendum eſt ad eam pro quacũq; neceſsitate & utilitate.

4 Quarto loco dixit, Deus meus Deus meus, ut quid dereliquiſti me? ut oſtenderet magnitudinem ſuæ pœnæ. Sic enim grauiter dolebat, ac ſi non Dei filius, ſed inimicus Dei eſſet. Caro Chriſti adeò derelicta eſſe uidebatur, nullum refrigeriũ recipiens uel iuuamen, & tamen pro bono noſtro ipſemet uoluit tranſire, & ſic ſuſtinebat ut nos aliquando ſuo exemplo taliter patiamur, ac derelicti uideamur à Deo: ſiue quando Dominus nos uult probare, uel nosmet uelimus nobis etiam aliquas pœnas inferri, ut ſic Domino noſtro conformemur in pœna, ut eidem poſsimus conformari in gloria.

5 Quintò dixit, Sitio: & dederũt ei potum, acetum cum felle mixtum, ſicut prædixerat propheta dicendo: Et dederunt in eſcam meam fel, potauerunt me aceto. Ecce qualis cœna dabatur Domino noſtro, hora erat iam cœnandi: ſed præ labore & dolore non petijt aliud pro cœna nec potu, & ad literam æſtimare potes, quòd multum ſitiebat, & filij Diaboli dederunt ei fel pro cibo, & acetum pro potu. ô miſeri nos quid faciemus, quòd aliter cœnare & potare aliter uelimus, & delicias quærimus. Certè ſi mille annis uiueret homo, & quotidie ruminaret in pane & aqua, non poſſet ſufficienter compenſare cœnam illã ueraciter. qui poteſt capere, capiat: quia durus eſt hic ſermo pro carnalibus. & ideo non ſapiunt, id eſt non ſequuntur cum ſapore quæ Dei ſunt, & amittunt cõſolationes internas.

6 Sextò dixit, Cõſummatum eſt: id eſt, omne opus meum quod in mundo debui facere, & etiam omnis pœna & omnis pugna conſummata & perfecta eſt, rẽpus quoq; quo inter homines eſſe debui ad honorẽ Dei patris & ad utilitatem fidelium completum eſt.

MEDITATIO HORAE NONAE.

HOra nona cogitabis mente lugubri & deuota, ſi piam habes animã, qualiter Dominus tuus amã

tiſsimus & omni gratioſitate acceptiſsimus appropinquauerit morti, & incipit deprimere oculos & palleſcere, & incipit inclinare caput uerſus matrem ſuam, quaſi dans ei ultimum aue. Aue doloris & omnino deſolationis, quod non poterat ore & uerbo exprimere præ nimia paſsione & inæſtimabili dolore, & quaſi commendans corpus ſuum tam crudeliter foſſum & diſsipatum quo facto concluſit dicens ultimum uerbum & ſeptimum, Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum, & hoc dicens expirauit. Nota quod Chriſtus poſt mortem etiam ſanguinem effudit, idcirco ut pro pœna quam homo poſt mortem meruit ſatisfaceret, & etiam per ſuum ſanguinem ipſam pœnam breuiaret. Certè ſatis potes intelligere quando uerbum dicendo uidit eum mater ſua morientem, & ſe derelinqui in mundo in tanto dolore & anxietate, clamat tandem, ſi loqui potuit & dicit: ô Fili dulciſsime, quid facit hæc miſera & mœſtiſsima, cui me miſeram commendatam relinquis fili mi dulciſsime. Memento mei, & omnis familiæ tuæ, quam ſic deſolatam dimittis, memento omnium qui tibi ſeruiunt fili mi, in manus tuas & patris tui commendo me ipſam & totam familiam tuam. ô pater ſancte Deus. ô pater in manus tuas commendo filium meũ, imò & Dominum meum, in quantum poſſum, & nõ in quantum debeo: quia non poſſum, quia deficio & hoc deſidero ante filium in conſpectu tuo mori. Talia dicens, & ſuſtinere non ualens, æſtimo corruit in faciem ſuam ſuper terram ô conſidera quanto dolore plorabant omnes amici eius, quia & hi, qui cum ipſo nihil habere uidebantur, tantum dolebant, ſicut Centurio & alij qui uenerant ad uidendum, percutiebant pectora ſua, reuertebantur, dicentes: Verè hic homo iuſtus erat, & uerè filius Dei erat iſte. Poſt hæc ſeptem uerba poſſumus facere exclamationes noſtras modò tenendo partem Domini noſtri contra Iudæos, modò compatiendo Domino noſtro, modò matri eius modò nobis miſeris, & in fine cuiuslibet uerbi prędictorũ, quæ dixit in cruce, facere orationẽ.

MEDITATIO HORAE
ueſpertinæ.

HOra ueſpertina ueniens deuotis greſsibus & ſpiritualibus inceſsibus ad deponendũ Dominum de cruce, ad plangendum illum cũ matre ſua benedicta, & ad lauandum lachrymis corpus eius ſanctiſsimum, ſanguine aſperſum & ad ungendum eum unguentis orationis, & ad portandum brachijs charitatiuę & humilis operationis, & ad ſepeliendum cũ bonis aromatibus, & bona conuerſatione & bonis doctrinis & exemplis & lamentis & planctibus, & cooperies ſub pauimento conſciẽtiæ tuæ amoris & deuotionis, & ſedebis ibi iuxta eum ad monumentũ eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

VENERABILIS BEDAE
PRESBYTERI DE REMEdijs peccatorum.

PRAEFATIO.

DE REMEDIIS peccatorũ pauciſsima hæc quę ſequuntur, ex priorum monimentis excerpſimus: in quibus tamen omnibus non authoritate cẽſoris, ſed conſilio potius cõpatientis uſi ſumus, ſolerter admonentes doctum quemq; ſacerdotẽ Chriſti, ut in uniuerſis quæ hic adnotata reperit, ſexũ, ætatẽ, conditionem, ſtatum, perſonam, cuiuſque pœnitentiam agere uolentis, ipſum quoq; cor pœnitentis curioſe diſcernat, & ſecundũ hęc ut ſibi uiſum fuerit, ſingula quæq, iudicet. Quibuſdam namq; à cibis abſtinendo, nonnullis genua ſæpius flectendo, ſiue in cruce ſtando, aut aliud aliquid huiuſmodi, quod ad purgationẽ peccatorum pertineat, faciendo: plurimis uniuerſa hæc agendo, ſua neceſſe eſt errata corrigere: q̃ uniuerſa in examine diſcreti debẽt pendere iudicis.

EXCERPTVM, DE CANONIBVS CAtholicorum patrum, uel pœnitentiæ ad remediũ animarum Domini Agberti archiepiſcopi.

INſtitutio illa ſancta, quæ fiebat in diebus patrum noſtrorum, rectas uias nunquã deſeruit, qui inſtituerunt pœnitentib. atq; lugentib. ſuas paſsiones ad uera medicamenta ſalutis: quia diuerſitas culparũ diuerſitatem facit pœnitẽtibus medicamentum. uel ſicut medici corporum diuerſa medicamina uel potiones ſolent facere contra diuerſitatem infirmitatũ, uel iudices ſecularium cauſarũ. Diuerſa igit iudicia, q̃ boni ſunt & recti, penſant & tractãt quomodo rectè iudicent inter miſeros & diuites, inter cauſam & cauſam. Quanto magis igitur ô ſacerdotes Dei, diuerſa medicamenta animarum inuiſibiliũ hominibus penſare & tractare oporteat. ne per ſtultum medicũ uulnera animarum fiant peiora, propheta dicente: Computruerunt & deteriorauerunt cicatrices meæ à facie inſipientię meę. O ſtulte medice, noli decipere animã tuam, & illius ne duplicem pœnam accipies uel ſeptupla uel millena. Audi Chriſtum dicentem, Si cęcus cęcum duxerit, ambo cadent in foueam. Si tu non cogitas iudicium meum, alter homo non audit neq; uidet, qui me iudicet. ô non intelligis, quia Deus iudex iuſtus & fortis uidet & audit, & in palàm abſcondita deducit & reddit ſecundum opera: & item uerè ſunt nonnulli cæcorum, canum ſimilitudine currantium ad cadauera mortuorum uel coruorum uolantium, qui ad ſacerdotium uehuntur, qui nõ propter Dominum, ſed plus propter honorem terrenum inhiantes cæci diuina ſapientia. De talibus dixit Gregorius Nazianzenus: Timeo hoc quod canes adfectãtur officiũ paſtorale, maximè cum in ſemetipſis nihil paſtoralis præparauerint diſciplinæ. Ezechiel namq; ait, Vę paſtorib. Iſrael, qui paſcebãt ſemetipſos, & nõ gregem: lac bibebant, & lanis eorum operiebantur, & quod craſſum fuit manducabant, quod fractũ fuit non alligabant, &c. Item Ezechiel ait: Væ ſacerdotib. qui comedunt populi mei peccata, hoc eſt, ſibi eorum ſumẽtes uictimas, & non orantes pro eis. Comedentes hoſtias, & nõ corripientes: qui ubi morituros homines audiunt, inde gaudentes, & præparant ſe ad prædam quaſi corui ad cadauera mortuorũ. Nunc ergo ô fratres, qui uoluerit ſacerdotalẽ autoritatem accipere, in primis cogitet propter Deum, & præparet arma eius antequã manus epiſcopi tãgat caput, ideſt, pſalteriũ, lectionarium, antiphonarium, miſſale, baptiſterium, martyrologium, in anno circuli ad prędicationem cũ bonis operib. & cõputum cum cyclo, hoc eſt ius ſacerdotum. Poſtea autem ſuum pœnitentialem, qui hoc ordine ſecũdum authoritatem canonum ordinatur, ut diſcretiones omnium cauſarum inueſtiges. Primitus ſine quibus rectum iudiciũ non poteſt ſtare, quia ſcriptum eſt: In nulla re appareas indiſcretus, ſed diſtingue quid, ubi, quamdiu, quando, qualiter debeas facere. Non omnibus ergo in una eadẽque libra penſandum eſt, licet in uno conſtringantur uitio: ſed diſcretio ſit unoquoq; eorum, hoc eſt inter diuitem & pauperem, liberum ſeruum, infantẽ puerũ, iuuenem adoleſcentem, ætate ſanẽ, hebetẽ gnarum, laicũ clericum, monachũ epiſcopũ, presbyterũ diaconũ, ſubdiaconũ lectorẽ: in gradu uel ſine, in cõiugio uel ſine, peregrinum, uirginẽ feminã, canonicã uel ſanctimonialem, debilem infirmũ ſanũ. De qualitate pecudũ uel hominũ, continens uel incontinens, uoluntate uel in

caſu,

Digitized by Google

caſu,in publico uel in abſcondito,quali cõpunctione emendar neceſsitare uel in uoluntare, loca & rẽpore collationũ conſtituerunt ſancti apoſtoli. Deinde ſancti patres,& ſanctus Penuſius. Deinde canones ſanctorum patrũ,deinde alij atq; alij: ut Hieronymus & Auguſtious & Gregorius & Theodorue. Ex quorũ omnium iſta deſcripſimus dictis & ſententijs ueraciter,ut ſalui ſint oẽs & nõ puſillenimes,quia potentes potenter tormenta patiuntur. Item in Ieſu filij Sirach, In iudicando eſto miſericors,puſillis ut peter, & pro uiro matri illorum. Item ſanctus Iacobus dixit: Iudiciom ſine miſericordia erit illi qui non facit miſericordiam, ſuperexaltat aũt miſericordia iudicium, ut idem ipſe cõſequatur:ut ſanctus Benedictus.hoc eſt, qui ueram pœnitentiam faciunt in ieiunio & fletu,in eleemoſynis,in orationib. & perpetrata iterum non feeiunt:& ſi faciunt,tamen non perſeuererent in eis. quia Deus dixit Malum cogitaſti,ignoui: malũ dixiſti,ignoui :malum feciſti, ignoui. perſeuerare in malo,non ignoſco.Ergo qui perſeuerant in malo, nõ ignoſce,ſed iudica iudicium diſtrictum ſecundum canones,ut alij timorem habeant.

DE FORNICATIONE.

ADoleſcẽs ſi cum uirgine peccauerit, annũ unũ pœniteat.Si ſemel & fortuito, leuietur, & tamen uſq; ad annũ plenũ.Si intra xx.ann.puella edoleſcẽs,iij.quadragesimes & ferias legitimas.Si propter hoc peccatum ſeruitio humano addicti ſunt, xl.dies.ſi nitens tantũ,& non coinquinatus, xx.diee pœniteat. Si uidua conſtuprata annũ totum, & dies ieiuniorum in altero:ſi uſq; ad generatum filij,annos duos integros,& duos elios leuius. Si & occiderint, ennos iij.& alios iiij.leuius. Si Monacbus laicam,iii. annoe pœniteat. Illa ij.& legitimas ferias. Si Monecham laicus,ij.annos pœniteat,& legit.ferias.Ille iij. Si uſq; ad generatum filiũ,enoos iiij. ſi & occiderint, vij.annos pœniteat. Si quis uecans uxorem alterius polluit,ij.ennos pœniteet.Si uxoretus uirginẽ, ſimiliter,ita ut primo horũ à ſua contineat.Si ei cõſenſerit, alioquin addatur modue pœnitẽtiæ Si uxoratus uxorem elterius,iij.ennos pœniteat. Primo horũ à proprie conſentiente abſtineat.Si uxoratue encillam ſuã ennũ j.pœniteat,& iij.quadragesimas, & legit.fer.tribus menſib.primis,& à ſua ſe contineat. Illa ſi inuita peſſa eſt,xl.dies pœniteat:ſi conſentiens,iij.quadrageſimas, & legit.fer.Si adoleſcens ſororem,vij.ann.pœniteat.Si matrem,vij.annos, & quamdiu uixerit,nũquã ſine continentia.Si Sodomitæ,annos vij. ſi in cõſuetudine,ennos vij.uel ſi Monachus enn.vij. ſi inter femore,iij. quadregeſimas. Si peruulus ui oppreſſus talie patitur,xl.dies pœniteat. uel pſalmis uel continẽtia caſtigetur.Mulier qualicunq; molimine, aut ſeipſam,aut cum altera fornicene,ennos iij.ſi ſanctimonialis femine cũ ſanctimonieli per mechinam, annoe vij.pœniteat.Qui cum pecude peccat, annom j.Si Monachus eſt, ij.ann.qui ſæpè fornicãtur laicus cũ laica, iij.ann.pœniteant,& quanto ſæpius aut negligẽtius, tãto magie & tẽpus eddet, & modũ. Qui diutius fornicetioni,periorio,latrocinijs, cæteriſq; flagitijs ſeruiuit,annos vij.pœniteat. Si meter cum filio ſuo paruulo fornicationẽ imitenit,annos ij.& iij.quadrageſimas cum legit.fer.Pueri ſi inuicem manib inquinãtes,dies xl.maiores uerò c.pueri ſeſe inter femore ſordidãtes,dies c.pœniteãt. Maiores iij. quedrageſimas ac legit.fer.Paruulus à meiore puero oppreſſus,ſeptimenam:ſi conſenſerit.dies xx.qui cõplexu fæminæ illecebroſo,uel oſculo polluitur,dies xxx. pœniteat. Qui contactu eius inuerecundo ad carnẽ, iij. menſee pœniteet.Puer ſeipſum uoluntate polluens,xxx dies pœniteat.Iuuenis xl,qui inturpiloquio polluitur negligens,vij.diea pœniteet.Qui impugnatione cogitationis & naturæ inquinatur nolẽs,per iiij.dies,quinquegeoos pſalmos canat,& quarte & ſexte fer.ieiunet ad nonã uel ad ueſperem.Qui in eccleſia conſecrata nubunt,qui in eccleſia per ſomnium polluitur, iij. dies pœniteat.uxoratue contineet ſe xl.dies ante paſche uel natale Dñi,& omni die Dominico,& quarta & ſexte feria à conceptione manifeſtata,uſq; poſt netam ſobolẽ. Vir cõtineat ſe ab uxore iij.menſes. uxor poſt natã ſobolem abſtineat ſe ab eccleſia, ſi filius eſt dies xxx.ſi filia xl. Sed in tẽpore menſtrui ſanguinis, nam qui tunc ſumpſerit,xxx.dies pœniteat,qui ſeptẽ dies. Si quis cum uxore ſua retro nupſerit,xl.dies pœniteat, quie Sodomiticum ſcelus eſt. Patens cuius filius per negligentiam non baptizatus obijt, unũ annum pœniteat,& nunq̃ ſine elique pœnitentia. Si ſacerdos,ad quem pertinebat, uocatus uenire neglexerit,ipſe damnationẽ animæ iudicio epiſcopi ſui caſtigetur. Sed in omnib.licet fidelib.ubi forte morituroe inuenerint,nõ baptizatos,imò præceptũ eſt, animas eripere à diebolo per baptiſma.Id eſt,benedictã ſimpliciter aquã in nomine Dñi, baptizare illos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.Intincto aõt ſupſuſos aqua, uode oportet eos qui poſſunt fideles Monachos maximè,& ſcientiã habere baptizandi,& ſi longius alicubi exierint, eucharitiẽ ſemper ſecũ habere.

DE OCCISIONE.

QVi occiderit Monachum aut Clericũ, erme relinquat, & Deo ſeruiat.uel vij.ann. pœniteat. Qui laicum,odij meditatione, uel poſſidendę hereditatis cima,annos iiij.Qui pro uindicta fratris,unum ennum.Et in ſequẽtib.ij.ennos, tres quadrageſimae ac legitimas ferias. Qui per iram ſubitã, & rixem,iij. annos pœniteet.Qui caſu j.annõ.Qui in bello publico,dies xl. Qui iubente domino ſuo ſeruus, diee xl. Qui liber iubente maiore ſuo innocentem,annõ unũ & ſequẽtes ij.tres quadregeſimas & legit.fer. Qui ſuper rixem ictu debilem uel deformẽ hominẽ reddit, impenſas in medicos,& maculæ preciõ & opus eius donec ſanef.reſtituat,& dimidiũ annũ. Si uerò nõ babet unde reſtituat hæc,annũ integrum.Qui ad feriendũ hominẽ ſurrexerit, uolens eum occidere,ij. ſeptimanae pœniteat. Si Clericus fuit,vij.mẽſes. Quod & ſi uulnerauerit,dies xl. ſi Clericus annum totõ. Sed & pecuniã pro modo uulnerie,licet lex non cõmendet, cui inflixit,tribuat ne leſus ſcandalizet. Mulier pertũ ſuum ente dies xl.ſponte perdens, unũ ennum pœniteat. Si uero poſt xl.dies,iii.annos pœniteat. Si uero poſtq̃ natus fuit,quaſi homicida. Sed diſtat multũ,utrum peopercula per difficultatẽ nutriẽdi,an fornicaria,cauſa ſceleris celandi faciat. Qui periurat ſciene, cõpulſus à dño ſuo, tres quadrageſimas pœniteet,ac legit.fer. Qui ſciens uirtutem iuramenti uel periurij, periurat in manu epiſcopi aut Presbyteri, uel alteri uel cruci cõſecrata,iij.ann. pœniteat. Si uerò in cruce non conſecrata,unum annum pœniteat.Si aũt in manu hominis,apud Græcos nihil eſt. Qui ſeducit neſcium periurare,pernoxio, qui & poſtea periurium ſuum cognouit,unum annum pœniteat.

DE IMMVNDA CARNE.

QVi manducet carnem immundam aut delaceratam à beſtijs,xl. dies pœniteat. Si neceſsitate famis cogente multo leuius. Mus ſi ceciderit in liquorem,tollatur inde,& aſpergatur liquor ille aqua benedicta:ſi uero mortue ſit,abijciatur totus liquor,nec ab hominib. ſumat, ſiue lac ſit, ſiue ceruiſia uel aliquid huiuſmodi.quod ſi mortuus ſit, liquor ille in quo mus uel muſtela incidens moritur, purgef, & aſpergaſ aqua ſancta,& ſumatur ſi neceſsitas ſit. Si auis ſtercorauerit in quemcunq; liquorem, huiuſmodi tollatur ſtercus, & mundetur cibus eque benedicta,& ſumatur. Qui ſanguinem neſcius cũ ſaliua ſorbet,non ei nocebit. qui manducãs proprio polluitur inſcius,non ei nocet.Si autem ſcit,pœnitentiam aget iuxta modum pollutionis.

DE CAPITALIBVS CRIMINIBVS.

NVnc igitur capitalia crimina ſecundũ canones explicabo. Prime ſuperbia, inuidia, fornicatio, inanis gloria, ira lõgo tempore, triſtitie ſeculi, auaricia, uentris ingluuies. Auguſtinus adiecit ſacrilegium, id eſt ſacrarum rerũ furtum, & hoc eſt maximũ furtũ, uel idolatrijs ſeruientem. Id eſt, auſpicijs, & reliqua. Deinde adulterium, falſum teſtimoniũ, furtũ, rapina, ebrietas aſsidua, idolatrie. Molles, ſodomitæ, maledici, periuri. Iſta ſunt ergo capitalia crimina. Sanctus Paulus & Auguſtinus & alij ſancti computauerunt, pro iſtis fieri oportere eleemoſynas largas, & longum tempus ieiunium teneatur. Id eſt, ut alij iudicant, pro capitalib. id eſt adulteris, homicidie, periuris, fornicerijs & ſimilibus. Laicus quatuor annos pœniteat: Clericus v. Subdiaconus vj. Diaconus vij. Presbyter x. epiſcopus xij. ſi conſuetudo erat.

DE MINORIBVS PECCATIS.

ID eſt, furtum, falſum teſtimonium & ſimilib. Laici annũ unum, Clerici ij. Subdiaconus tres. Diaconus iiij. Presbyter v. epiſcopus vij. annos pœniteant. Itẽ Sodomitis ſi conſuetudo erat, Epiſcopus xiiij. annos pœniteat. Presbyter xij. Diaconus x. Subdiaconi viij Clerici vij. Laici v. Monachus ſi fornicationem facit cum ancilla Dei, iiij. annos pœniteat. Si cum puella, vj. annos pœniteat. De patricidis uel fratricidis: quidam vij. quidam xiiij. & ſeptem.

DE CVPIDITATE, CAETE- *riſque flagitijs.*

ITem cupidus, uel auarus, uel ebrioſus, uel ſuperbus uel inuidus, uel rapax, uel iracundia longa, uel maledicus, uel his ſimilia, quæ enumerare lõgum eſt, iij. ann. pœniteat. Itẽ ſi Clericus cum quadrupede fornicauerit, ij. annos pœniteat. Subdiaconus iij. Diaconus v. Presbyter vij. Epiſcopus x. ann. pœniteat. Qui cum matre fornicauerit, xv. annos pœniteat. Si cum filia uel ſorore, xij. annos pœniteat. Qui cũ fratre naturali fornicauerit per commixionẽ carnis, ab omni carne ſe abſtineat, xv. annos pœniteat. Si Clericus uenationes exercuerit, annum unum pœniteat. Diaconus ij. Presbyter tres. Si mater cum filio ſuo paruulo fornicauerit, iij. annos abſtineat ſe à carne, & diem unum in hebdomada ad ueſperam ieiunet. Si Presbyter uel Diaconus uel Monachus uxorem duxerit, in conſcientia populi deponatur. Si adulteriũ perpetrauerit cum ea, & in conſcientia populi deuenit, proijciatur extra eccleſiam, & inter laicos pœniteat quamdiu uixerit. Qui dimiſerit uxorẽ ſuã alteri cõiugi, vij. annos pœniteat. Si Clericus homicidiũ fecerit, & proximum ſuũ occiderit, x. annos pœniteat. exul vij. pœniteat, ſi odij meditatio fuit. Si laicus homicidium fecerit per furorem, & meditationẽ iiij. annos pœniteat. uel v. uel vij. annos pœniteat. Si per rixam iiij. annos pœniteat. Item, qui immolant dæmonib. in magnis, ſi conſuetudo eſt, x. annos pœniteat. In minimis annum unũ. augurijs & diuinationib. v. annos pœniteat. Emiſſores tẽpeſtatũ, vij. annos pœniteat. ut pœnitentia ſemper iſto ordine ſeruata ſit ab uno anno, & deinceps de qualicũq; peccato. Id eſt, in unaquaq; hebdomada tres dies uino, & ſine medone, carne: & ieiunet uſq; ad ueſperam, & manducet de ſicco cibo & iij. quadrageſimas ſemper de ſicco cibo, & ieiunet iij. dies ad nonam. & iij. ad ueſperam, & in dieb. Dominicis, & in natale Dñi quatuor dies, & in Epiphaniam & in paſce, uſq; in albas. & aſcenſionem Dñi, & pẽtecoſtẽ & ſancti Michael, & ſanctæ Mariæ, & ſancti Iohannis baptiſtæ, & xij. apoſtolorum, & ſancti Martini & illius ſancti feſtiuitatem, q in illa prouincia eſt, in his prædictis dieb. faciat charitatẽ, ſicut ſui cõpares, Clerici ſiue laici. Ebrietatẽ, & uentris diſtenſionẽ in omnib. caueãt. Faciant q, Apoſtolus dicit, Siue mãducatis, ſiue bibatis, uel quicquid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Tunc ergo digna pœnitentia eſt, ſi hoc impleatur.

DE CLERICORVM *pœnitentia.*

ITem in canone Apoſtolorũ indicat, ut Epiſcopus, presbyter, Diaconus, q in fornicatione aut periurio aut furto captus eſt, deponat: nõ tamẽ cõmunione priuetur, quia non iudicat Deus bis in idipſum. Si qs pontifex fornicationem faciens, naturale indicabit, xij. annos pœniteat. per multas lacrymas & eleemoſynas, ueniam à Dño petet. poſt ann. iij. uel iiij. leuius. Presbyter cũ puella non prælato, Monachi uoto ann. iij. uel iiij. pœniteat, iij. quadrageſimas & quartas & ſextas ferias ſemp de ſicco cibo. Si cũ ancilla Dei, aut cum maſculo, plus addatur. Id eſt, ſeptẽ annos pœniteat. ſi conſuetudo eſt. Similiter Diaconi, ſi Monachi non ſunt, ij. uel iij. annos pœniteãt. Sic & Monachos ſine gradu, ſi cũ puella, annos iij. Si Diaconus uel Monachi ſunt, v. uel vij. annos pœniteat. Monachi cũ gradu, vij. annos pœniteat. ſi ſine uoto, Monachi cũ puella, ix. annos uel x. pœniteat: Clericus ſine uoto Monachi fornicatus unum annum pœniteat. Si frequẽter, ij. annos pœniteat. Si cũ canonica, ij. annos: frequẽter, iij. Si genuerit filium, plus pœniteat. Id eſt, iiij. uel v. annos. alij dicunt, vij. exul fiat. Sic & uirgo ſanctimonialis cum laicis ſine gradu, ſi Clericus, qui canonici ſunt, unũ annum frequenter ij. In gradu eũr ſicut Monachus, id eſt, iij. annos. Theodorus dixit: Monachus faciens fornicationẽ, & nũ inuenit, unũ annum pœniteat, & dimidium. Item Moechus faciens cum puella, vj. annos pœniteat. Si cum ſanctimoniali, vij. annos pœniteat. Laicus maculans ſe cũ ancilla Dei, ann. ij. pœniteat. Si genuerit ex ea, iij. ann. pœniteat. Si ſine coniugio ſunt, tres quadrageſimas. quidam xl dies iudicant, id eſt conſuetum. Item Sodomitæ quidem, x. id eſt, qui ſæpè fecerit uel in gradu quidẽ vij. annos, quidã ann. ut mollis quidã c. dies, ut pueri, uirĩ inter annos, ſi pueri duos annos. Qui cum pecude peccauerit, uel iumento, x. annos pœniteat. Quidam vij. quidam iij. quidã unum, quidam centũ dies, ut pueri. Oportebat diſcretionem eſſe inter qualitatem pecudum, uel hominũ, ſicut ſuprà diximus. Itẽ epiſcopꝰ ſi cũ quadrupede fornicauerit, viij. ann. pœniteat. Si cõſuetudo, x. Presbyter v. Diaconus iij. Clericus. ij.

DE IVRAMENTO.

QVi iuramentũ fecerit in eccleſia, aut in Euangelio, ſiue in reliquijs ſanctorũ, vij. ann. pœniteat. Alij xij. ann. iudicãt. Siue in manu Epiſcopi aut Presbyteri uel Diaconi, ſiue in cruce cõſecrata, unum annum pœniteat. Alij tres uel iiij. iudicẽt. Et in cruce non conſecrata, unũ annũ, uel vij. menſes, ut alij, quĩ aũt ſeductus ignorans, & poſtea cognoſcit j. ann. pœniteat. uel iij. quadrageſimas uel xl. dies pœniteat. Si quis coactus pro qualibet cauſa neceſsitatis, iij. quadrageſimas, alij iij. annũ unũ, & ex eis in pane & aqua ut alij iudicant. Item periuri iij. ann. qui ſuſpicatur priuſq̃ iuramentum ducatur, & tamen iurat per conſenſum, ij. annos pœniteat. Si quis in manu laici iurauerit, apud Græcos nihil eſt.

DE ABSTINENTIA MVLIERVM.

MVlier abſtineat ſe à uiro ſuo, quando conceperit, antequam pepererit: & poſt partũ xl dies. Qui aũt nupſerit his dieb. x. dies pœniteat, uel xxx. uel xx. Qui in matrimonio ſunt, abſtineant ſe iij. quadrageſimas, & in Dominica nocte, & in ſabbato & feria iiij. & iij. qui legitimè ſunt, & iij. noctes abſtineant ſe, anteq̃ cõmunicent. Qui in quadrageſima ante paſcha cognoſcit uxorem ſuam, & noluit abſtinere, unum annum pœniteat, uel ſuum precium reddat ad eccleſiam, uel pauperibus diuidat, uel xxvj. ſolidos reddet. Si per ebrietatem uel aliqua cauſa acceſſerit ſine conſuetudine xl. dies pœniteat. Muliet ſi diuine-

ſi diuinationes fecerit, oel in cantationes diabolicae, unum ennom pœniteat, uel tree quadrageſimas uel xl. dies, iuxta qualitatem culpæ. Mulier ſi aliquem In terfecerit, imitantē malaficia ſua: id eſt per poculum, aut per artem aliquam, quatuor annos pœniteat. Si paupercula, quatuor annos. Mulier ſi occidarit filium ſuum per homicidium, xj. ennos pœniteat. Si uir cū muliere ſua retro nuplerit, pœnitcat, quomodo cum animalibus. Id eſt, ſi conſuetudo erit, tres annos pœniteat. Si uerò interea nupſerit, & conſuetudo erit, ſeptem annos pœniteat.

DE AVGVRIIS VEL *Diuinationibus.*

AVguria uel ſortes, qoæ dicuntur falſa ſanctorum, uel diuinationibus obſeruate, uel quarū cunque ſcriptutarum inſpactiooe futura promittunt, uel uotū nouerit io arboram uel in quālibet rem, excepta eccleſia, ſi elericue laici, ex cōmunicentur ab eccleſia. uel iij. annoe Clericua pœniteat. Laici ij. ual j. & dimidio. Mulier ſi filium ſuum ſupra tectū ponit, uel in fornacem pro ſanitate febrium, v. annoa pœoitcat. Nolite exercere, quando luna obſcuratur, ut clamoribus ac maleficija facrilego uſu, ſe defenſare poſſe confidunt. Caragios & diuinos pręcantarores, laici iij. dies fine caruiſia uel uino & carne: alij xij. dies. Si fidelis laicua ſit, qui pro nequiria inebriat alrerum, xl. dies pœnitcat. Si uomitum facit infirmitatie cauſa, ſine culpa eſt.

DE EBRIETATE.

SI per ebrieratem uel uoracitatē euomerit encheriſtiā, xl. dies pœniteat. Clericus, Monachus, Diaconus, lx. presbyter lxx. epiſcopus. centum dccē. Si infirmitatis cauſa ſeptē dies unuſquiſq; ſine infirmitatia cauſa ſacrificij die iiij. dies. qoidam pſalteriū, quidam bie pſalterium ſuū ſacrificij dis io ignē proiecit, uel in flumine, c. pſalmoa canter. Si canes comedunt talē uomitum, c. diebus, ſi ſcit: ſi non ſcit, xl. Qui uerò inebriantur contra præceptum Dñi, ſi uorum ſanctitatie habent: hoc eſt ebrietas, quando ſtatum mentia mutat, & linguę balbutiunt, & oculi turbantur, & uertigo erit, & uentris diſtenſio, ac dolor ſequitur. Si Clericue ſit, iiij. dies pœniteat. Monachue, xiiij. Diaconus, iiij. hebdomades. Presbyter iiij. epiſcopus, v. prælari, tres ſine uino & carne.

DE EVCHARISTIA.

SI quis euchariſtiam negligentię cauſa perdiderit, unū annū pęniteat iij. quadrageſimas ſeu xl. dies pœniteat. Si ſacrificiū in terra ceciderit cauſa negligētiæ, l. pſalmos cātet. Qui neglexerit ſacrificium, ut uermes in eo ſint, ot colorem nō habeant, ſaporēq; xx. diee pœniteat, uel xxx. uel xl. & in igne accendet. Cinis eius ſub altare ebſcondatur: ſi uſq; ad terrā ceciderit, unū diem pœnireat. ſi ſtella arſerit, eltare ceciderit, iij. dies pœniteat. Qui in eccleſia modicā partē perdiderit, & nō inuenerit, xx. dies pœnireat unoquoq; die pſalmos xl. cantet. Qui aūt in plebem ſuum chriſmalem perdiderit, & non inuenerit, xl. dies pœniteat uel iij. quadrageſimas. Qui perfuderit caicē in finem ſolennitatis, xxx. diea pœniteat.

DE DIVERSIS CAVSIS.

QVi creaturā perdiderit, thus, tabulas aut ſchedulā ſuam, ſal benedictum, panem nouum cōſecratū, uel aliquid huic ſimile, iiii. dies pœniteat. Qui morticinō inſcius comederit, xl. dies pœniteat. Si aūt ſciens, c. dies pœniteat. Qui fraudatum eo madit, & eſt inopa uel hebes, iiij. dies pœniteat. Sani aūt, & infirmi ſi ſciūt, xl. dies pœniteāt. Qui ſępè faciōt, iij. quadrageſim. uel annū. Qui comedit uel bibit intinctū à familiari beſtia, id eſt cane uel catto, & ſcit, c. pſalmos cantet, uel unum diē ieiunet. Si quis dederit alicui liquorē, in qua mus uel muſtela mortua inueniuntur: ſi ſecularis, iiij. dies pœnireet in cœnobijs ccc. pſalmos cātet. Qui poſtea nouerit, q; talem potū biberit, pſalterium cantet. Si quis ſemleoctū comederit inſcius, iij. dies pœnitaat: uel pſalteriū cātet. Sciēs aūt, iiij. dies pœniteet. ꝑ modico furto, xxx. dies pœnireat in xx. ann. Pueri x. annorū, aliquod furtū faciētes, iiij. dies pœniteāt. Si quis intinxerit manum in aliquo cibo, & nō idonea manu, c. palmadas emendet. Si in farina aut in eliquo cibo ſicco, aut in pulte aut lacte coagulato mus uel muſtela mortua inueniunt, q; in circuitu eius remanſerit, proijcietur foras: & q; reliquum eſt, manducetur. Itē qui aūt, q; impœnitentiale ſcriptum eſt, implera poterit, bonū eſt: qui aūt nō poteſt, conſilium damue per miſericordiā Dei, in primitus pro uno dia io pane & aqua, l. pſalmos, genu flectendo: aut ſina flaxu, lxx. pſalmos, infra eccleſia, uel in uno loco per ordinē pſallat, & ꝑ uno dia ualent cc. genuflexiones, uel unus denarius ꝑ die ualet, & tres eleemoſynas iij. peuperes ualent: quidā dicunt l. percuſſiōes, l. pſalm. pro uno die ualēt. Id eſt, in hyeme, in autūno & in uerno, c. percuſsiones uel pſalm. & in ęſtate, cl. pſalmos uel percuſſiones. Itē pro uno mēſe, q; in pane & aqua pœnitere debet pſalmos in genu flexu, uel ſine flexu. j. dc. lxxx. & poſtea oēe dies reficiant ad ſextā, niſi quarta & ſexta feria ieiunat ad nonā. A carne & uino abſtineat ſe, alium cibū poſtq̄ pſallar, ſumat. In iij. ann. remiſsior pœnitētia erit, de natale Dñi uſq; in Epiphania, & illos prædictos dies, qui ſupraſcribunt, qui impœnitētię nō cōputant. Item qui nō poteſt ſic agere pœnitentiā, ſicut ſuperius dixim⁹, in primo anno eroget in eleemoſyna ſolidos xxiij. ꝑ uno anno in paoe & aqua, donet in eleemoſyna ſolidos xxij. & in una quaq; hebdomade ouū diam ieiunet ad nonā, & aliū ad ueſparū, & iij. quad. in ij. annos xx. ſolidos, pro iij. annoe xviij. ſolidos, q; ſunt, lxiiij. ſolidi. Potentes hoīes pro culpis criminalib. faciunt, ut Zacheus ait: Dñe omniū bonorū meorū dimidium do pauperib. & ſi aliquid iniuſti abſtuli, in quadruplum reddam. & de mācipijs dimittā liberos, & captiuos redimar, & à quo die deſinat peccare, nō deſinat cō municare, ſicut Apoſtolue ait: Qui per corp⁹ peccat, per corpus emēdat. hoc eſt, ieiunijs & uigilijs & orationib. ad Dñm, qui conuerſue fuerit, & omne malū fecit, in effundēdum ſanguinē in furto, in fornicatione, in mendacio & iuramento, & omnib. malis: & poſtea Deo ſeruire uult uſq; in finē, iij. & ij. annoe pœnitcat, uel quomodo ſacerdoe iudicet. Ipſe tamen cogitet de medicamento animarum, quomodo ſuā uel eorum animas ſaluare ualeat in erudiendo, in docendo, ſanum ſermonē, quod qui haoe miniſtrat, bonum gradū ſibi adquirit apud eum, qui eſt ſuper oīa, Deus benedictue in ſecula ſeculorum, amen.

ITEM DE PRECIO ANni uel die.

PRimo anno quidam promiſerunt quatuor triduanas, interueniente una nocte. Alij aiunt, duodecim triduanæ: hoc eſt, ſemel in uno menſe triduanae quidam dixerunt. Quidam uerberibue aut in uigilijs inſiſtendo quatriduum: alij ſic, alij uero ſic. Precium autem diei, hoc eſt, agapem, duobus uel tribus paoperibus. Alij totum pſalterium: id eſt, in æſtate, in hyeme uero, & in uerno uel autumno quinquaginta pſalmos: quidam duodecim plagaa uel percuſsiōes, uel plus minus uel diſcernat tempora. Quidam in labore alieno, uel inflectendo quadraginta bis deſinat, quadraginta ter deſinat, c. xx. ſexiea deſinat, & addetur x, ſecundo xx, ſuperiori xxx. ſi labor non ſit.

FINIS.

Digitized by Google

VITA VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI.

BEDA Presbyter, Chriſti famulus, natiooe Anglicus apud eccleſiam ſiue monaſterium Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ in ciuitate Cantiæ in Anglia cōſtructa eſt, claruit tempora Iuſtiniani ſecundi: hic à ſeptannio ſub Benedicto ipſius monaſtarij abbate, & pòſt ſub Ceolfrido in diuinis eloquijs apprimè eruditus, diuino ſtudio operam præbens ſacris litaris, plenius imbutus ſapieutia & uitæ ſanctitate admiraoda profecit. Anno aũt ætatis ſuæ xxiiij. Diacoratum, & xxx. Presbyteratum à Ioanna epiſcopo ſuſcepit, inde uſq; ad annos lxx. uitæ ſuæ ſcripturis, & diuinę ſapientiæ opuſculis intsodens, multa pectotis ſui uitis ſcholaſticis contulit monumēta. Nam xxxvj. uolumina addit, quæ in lxxviij. libros diuiſit. Diem autem obitus ſui per ſeptem præcedentes hebdomadas diuina teuelatione præſciuit. Die autem aſcenſionis Domini, quæ tunc illo anno vj. Calend. Iunij euenit, dum ueſperas cum cæteris cleticis in eccleſia celebraret, nulla alia infirmitate detentus, ſed corporis compos ac mentis, cum antiphonam illam, O rex gloriæ decantatet, ipſa fioira in ſuo appodiatus ſtallo ſpiritum emiſit: ſtatimq; mirus odor de eius corpora fragrare cœpit. ſepultus aſt in monaſterio ſuo. Hic cum ſanctiſsimus ab eccleſiis reputetur, & in coofeſſorũ catalogo oumeretur, ſolus inter ſanctos non ſanctus, ſed Venarabilis appellatur, & hoc propter duas rationes ſiue miracula, quæ da ipſo contigerunt. Primò, quia cum ex nimia ſanactuta oculis caligaſſet, & diſcipulo duce ad lapidum congeriam perueniſſet, diſcipulus ei ſuadete cœpit, q. magnus eſſet ibi populus cōgregatus: qui ſumma affectione & ſilentio ipſius prædicationē expectabant. Cumq; ſanctus ſaruenti ſpiritu elegantiſsimũ ſermonem feciſſet, & concluſiſſet, Per omnia ſecula ſeculorũ. lapides teſponderunt, Amen, Venetabilis Presbytar. Secuodò, quia dum alius diſcipulus eius ipſo defuncto titulum ſepulchro ſacera diſpoſuiſſet, unico carmine leonino ſic incipiens: Hæc ſunt io foſſa, & uellet finire Bedæ ſancti uel Presbyteri oſſa, nac metrũ ſtare poſſet, & nullum aliud uocabulũ eidem occutteret: attædiatus tandē iuit dormitũ. Et ecce mana in tumulo manib. angelicis teperit ſculptũ: Hæc ſunt in foſſa Badæ Venerabilis oſſa. Quieuit aũt in Chriſto vj. Cal. Iunij circa annos Dñi Dcc. Corpus aũt eius Ianuam tranſlatum digna ueneratione colitur. Scripſit uir Domini inter alia ſupar Gen. lib. j. Da tabernaculo Moyſi lib. iij. Super Samuelem, libros quatuor. Da templo Salomonis lib. unũ. Super Eſdram & Neemiam lib. duos. Supet Tobiam lib. unũ. Supar Parabolas Salomonis lib. duos. Super Cantica canticorũ. lib. quinq;. Super epiſt. Canon. lib. vij. Super Marcum lib. iiij. Supar Lucam lib. iiij. Super Actus Apoſto. lib. unum. Super Apocalypſim lib. unũ. De quęſt. lib. Regũ ad Notilium lib. unum. De ſchiſmatib. lib. unum. De geſtis Anglorum inſigne & egregium uolumen, in quo & chronica de temporibus cootinetur.

DE OBITV VENERABILIS BEDAE.

MVNVSCVLVM quod miſiſti, multũ libanter accepi, multũq; gratanter literas tuæ deuotæ eruditiōis legi, in quib. q. maximè deſiderabam, miſſas uidelicet, & orationes ſacroſanctas, pro Deo dilecto patra ac magiſtro Beda, à uobis diligentet celebrari reperi. Vnde delectat magis, pro eius charitate, quàm fretus ingenio, paucis ſermonibus dicere, quo ordina migrarit à ſaculo, cum hoc etiam te deſideraſſe, & popoſciſſa intellexi. Grauatos eſt quidem infirmitate, & maximè creberrimi anhelitus, ſed tamen panè ſine aliquo dolore, ante diem reſurrectiōis Dominicæ, id eſt ferè duab. hebdomadib. Et ſic poſtea lætus & gaudens, gratiasq; agens Deo omnipotenti omni die & nocte, imò horis omnibus, uſq; ad diem aſcenſioois Dominicæ, id eſt, VII. Idus Maij uitā ducebat, & nobis diſcipulis ſuis quotidie lectiōes dabat. Quicquid aũt reliquũ diei fuit, io pſalmorũ cantu, prout potuit, ſe occupabat. Totam uerò noctē lætus in oratiooib. & gratiarũ actione Deo ducera ſtudebat, niſi taotum modicus ſomnos impediret: itemq; euigilans ſtatim conſueta ſcripturarũ modulamina ruminabat, extenſiſq; manib. Deo gratias agera nō eſt oblitus. Verè fateor, quis namioe alium unq̃ oculis meis uidi, nec aurib. audiui, tam diligēter gratias Deo uiuo teferta. O uerè beatus uir. Canebat aũt ſententiam S. Pauli dicentis, Horreodũ eſt incidere in manus Dai uiuētis, & multa alia de ſacra ſcriptura, in quib. nos à ſomno animę exurgere præcogitando horam ultimā admooabat. Et in noſtra quoq; lingua, ut erat doctus in noſtris carminib. dicens erat de terribili exitu animarũ à corpora. Cantabat etiam Antiphonas ob noſtrā conſolationē & ſuam, quarũ una eſt: O rex gloriæ, Domina uirtutũ. Cũ ueniſſet aũt ad illud uerbũ, Ne derelio quas nos orphanos: protupit in lachrymas, & multũ flebat. Et poſt horā cœpit repetere quę inchoauerat, & ſic par totũ diem faciebat. Et nos quidē audiantes, luximus cum ipſo, & fleuimus, Altera uice legimus, altera uice plorauimus, imò cum fletu legimus. In tali lætitia quadrageſimales dies uſque ad diā præſatum deduximus. Et ille multũ gauiſus eſt, & Deo gratias referebat, quia ſic meruiſſet infirmari. Et ſæpè dicebat: Flagellat Deus omnē filium, quē recipit. Et ſantentiam Ambtoſij: Non ſic uixi, ut me pudeat inter uos uiuere: ſad nec mori timao, quia bonũ dñm habemus. In iſtis aũt dieb. duo opuſcula memorię digna, exceptis lectionib. quas quotidie accepimus ab eo, & cātu Pſalmorũ facere ſtuduit: id eſt à capite Euangelij ſancti Ioannis, uſq; ad eum locum io quo dicitur, Sed hæc quid ſunt intar taotos? io noſtram linguam ad utilitatam Eccleſiæ Dei conuertit. Et de libris Iſidori epiſcopi exceptiones quaſdā, dicens: Nolo ut pueri mei mandacium legant, & in hoc poſt meum obitũ ſine fructu laborent. Cum ueniſſet aũt tertia feria ante aſcanſionam Domini, cœpit uehementius ægrotare in anhelitu, & modicus tumor in pedib. eius apparuit. Totum tamen illum diem docebat, & hilariter dictabat, & nonnunq̃ inter alia dixit: Diſcite cum feſtinatione, quia neſcio quā diu ſubſiſtā, & ſi poſt modicum tollat me factor meus. Vnde nobis uidebatur, ne fortè exitũ ſuum bene ſciret, & ſic noctem in gratiarũ actione peruigil duxit. Et mane illuceſcente, id aſt quarta feria, præcepit diligēter ſcribi, quæ cœperamus, & hoc faeimus uſq; ad horā tertiam. A tertia uerò hora, ambulauimus cũ reliquia ſanctorum, ut cōſuetudo illius diei poſcebat, & unus ex nobis erat com illo, qui dixit ei: Adhuc capitulum unum de libro quem dictaſti, deeſt, & uidetur mihi difficile tibi eſſe, plus ta ioterrogare. At ille inquit: Facila eſt, accipa calamum tuũ, & tempera, feſtinanterq; ſcribe. & ille fecit ita. At nona horá dixit mihi: Quędā precioſa in mea capſella habeo, id eſt, piper, oraria & incēſa: ſed curre uelociter, & adduc presbyteros monaſterij noſtri ad me, ut & ego munuſcula qualia mihi Deus donauit, illis diſtribuā. Quod & cũ tremore feci. Et præſentib. illis locutus eſt ad eos, unũquemq; monens & obſecraos, Miſſas & orationes pro ſe diligenter facere.

Quod

Quod illi libenter ſe facturos reſponderunt, lugebant autem & flabát, maximè à uerbo quod dixarat, quia æſtimarat, quòd faciam aioanō multò amplius in hoc ſeculo uiſuri aſſant. Gaudebant autem de eo quod dixit, Tempus aſt, ſi ſic factori meo uidatur, ut ad eum modò abſolutus ax carne uaniá, qui me quãdo non eram, ex nihilo formauit. Multum tampus uixi, beneq; mibi pius iudex uitam meam præuidit, tempus abſolutionis meæ prope eſt. Etenim anima mea daſiderat regem meum Chriſtum in decore ſuo oidere. Sic & alia multa utilitatis cauſa ad ooſtram ædificationem locutus, diem ultimum in lætitia uſque ad ueſperum duxit. Et præfatus puer nomine wilberch adhuc dixit, Magiſter dilecte, raſtat adhuc una non deſcripta. At illa: Bena inquit, conſummatū eſt, ueritatē dixiſti. Accipe caput meum in manus tuas, quia multum ma delectat ſedere ex aduarſo loco ſancto meo, in quo orara ſolebam, ut & ego ſedans patrem meum inuocare poſsim. Et ſic in pauimento ſuæ caſulæ decantans, Gloria patri & filio & ſpiritoi ſancto, & cætera, ultimum ex corpore exhalauit ſpiritum. Atque ſine dubio credendom eſt, quia pro eo qoòd hic ſemper deuotiſsimus in Dei laudibus laborauerar, ad gaudia deſidariorum cœleſtium anima eius ab angelis portaretur. Omnes aotem qui audierunt & uideront obitum Bedani patris noſtri, nunquam ſe uidiſſe alium in tam magna deuotione, atq; tranquillitate uitam finiſſe teſtabantur: quia oe audiſti, quouſque anima eius in corpore fuit, Gloria patri, & alia quædam ad gloriam Dei cecinit, & manibus expanſis Deo gratias agere non ceſſabat. Scire aotem debes, quia adhuc multa narrari & ſcribi poſſent de eo, ſed nunc breuitatem ſermonis ineruditio linguæ meæ facit. Attamen cogito Deo adiuuante, ex tempore plenius de eo ſcribere, quæ oculis uidi, & auribus audiui.

F I N I S.

T O M I   O C T A V I   E T   V L T I M I   F I N I S.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google